CONTROVERSARVM IVRIS VTRIVSQVE

RESPONSIONVM IN FORO CAVSARVM, ECCLESIASTICO PRÆSERTIM, DISCVSSARVM, ET AD PIAS CAVSAS;

TVM ETIAM BENEFICIALES, MATRIMONIALES, IVRISDICTIONALES, Spoliorum, ac Criminales, Adiectis ad calcem, earum Decisionibus.

IN QVIBVS EX VTRIVSQVE IVRIS FONTIBVS, Atque ex Sacra Scriptura, & Patribus, ac etiam ex Sacra Theologia, placido cuncta digesta sunt artificia.

OMNIBVS IN FORO VERSANTIBVS, TVM AVDIENDIS CONFESSIONIBVS præpositis, non iniucundum, nec ineptum, quin magis, apprimè vtile, ac necessarium Opus.

PER

ABBATEM CAROLVM MARANTAM

V.I.D. PARTHENOPOEVM PRESBYTERVM, COMITEM PALATINVM.

SS.mi D. N., AC SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE PROTHONOTARIVM; ac Sancti Officij, Sanctissimæ Generalis, atq; Vniuersalis Inquisitionis de Vrbe contra hæreticam prauitatem in hoc Regno à viginti iam annis Ordinarium Consultorem.

SACRAE Q; REGIAE MAIESTATIS CATHOLICAE Cappellanum Honorarium; Causarum Patronum; Olim etiam Tribunalis Fabricæ S. Petri Aduocatum, atq; à Secretis Coadiutorē, & Tribunalis Nuntiaturæ Apostolicæ Consultorē,

Nunc verò Episcopum Iuuenacen. Regium Consiliarium.

DVABVS PARTIBVS DISTINCTVM; QVARVM PRIORI, CONTROVERSIAE ad pias causas in Tribunali Fabricæ S. Petri discussæ, decisæq; referuntur.

SVPERIORVM PERMISSV.



CVM PRIVILEGIO.

NEAPOLI, Excudebat Robertus Mollus. MDCXXXVII.

EXPENSIS IO. DOMINICI MONTANARII.

SACRATISSIMÆ DEIPARÆ
VIRGINI
IMMACVLATAE MARIAE
COELI· TERRÆQVE
IMPERATRICI·

CAROLVS MARANTA EIVS DEDITISSIMVS SERVVS.

TIBI iure hæ meæ omni, qualeſcunque lucubrationes (SACRATISSIMA DEIPARA) debentur. Quòd à te, tuoq; factum eſt auſpicio, vt illæ prodirent. Et quòd tibi omnia mea debeam. An non tù (quæ tua eſt pietas, atq; benignitas) me ab incunabulis tutari, peculiariq; proſequi pio ſemper fauore dignata es? Tu ſemper mihi in periculis omnibus, in laboribus, in anguſtijs, & tribulationibus meis, adeſſe complacita es; ac vitam meã tueri, actuſq; meos dirigere. Tu me ab orci, mortiſq; faucibus iuuenili adhuc ætate, graui detemptum infirmitate, à Medicis iam deploratum, ſemel, atq; iterum, eripere, atq; in hanc vſque diem ſeruare, dedignata minime fuiſti. Tibi itaq; quantùs ſum debeo. Accipe igitur quod tuum eſt, illudq; Dilectiſſimo Vnigenito

vteri tui Virginei Christo IESV, Domino Nostro, Cruci pro nobis amantissimè suffixo, offer. Atque paruulam hanc animi erga te mei significationem suscipe, (vt es Benignissima) placido, serenoq; vultu. Tuamq; mihi, omnibusq; has legentibus benedictionem largiri digneris. Sic fiet (si te Patronam ostenderis) vt Glorificetur nomen sanctum tuum, atq; Sacrosanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, ac Spiritus Sancti, cui Vni Deo in Essentia, Trinoq; in Personis per te eas humillimè offero, dico, atq; sacro.

SAN-

SANCTISSIMO,
BEATISSIMOQVE PATRI
SANCTAE OECVMENICAE,
CATHOLICAE, ET APOSTOLICAE
ROMANAE ECCLESIÆ,
Christi Dei Agni Immaculati Sponsæ,
EPISCOPO
VRBANO PP. OCTAVO

CAROLVS MARANTA PARTHENOPEVS PRESBYTER, humillimus Cliens, post beatorum pedum deosculationem. S.P. ac Nestoreos, pro Ecclesia Sanctæ commodo, precatur annos.

POST quam (BEATISSIME PATER) Altissimo Deo, Triadi Sacrosanctæ, ac Sacratissimæ MARIAE VIRGINI Deiparæ, has qualescunq; meas Lucubrationes obtuli; iurè nec immeritò ad Beatitudinis tuæ pedes submittendæ erant.

Quippè

Quippè qui Vices veri Dei in Terris gerens, omnia pro arbitrio moderaris; omniumque, quæ D E I Omnipotentis sunt, regimen obtines, & minysterium. Deinde quòd, cùm priori harum parte de causis agatur ad Sancti Petri Fabricam spectantibus, Decisionesque referantur; Tuque Petri successor sis; Ac prætereа vnus fueris ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Collegio Fabricæ Sancti Petri præfectis, (antequàm, sic Diuina disponente Benignitate; tuisque sic exigentibus quam plurimis meritis, vni Deo, secretorum cordium cognitori, ac scrutatori verè notis; atque Vrbi, Orbique nec incognitis, ad Petri eiusdem Sedem asciſſeris) qui mè vnà cùm alijs Eminentissimis Patribus Collegij Fabricæ præfectis, cum eiusdem Fabricæ Causarum Patronus essem, in Coadiutorem Reuigliono, tunc à Secretis Tribunalis eiusdem Neapoli existentis, per patentes litteras destinaueris: Atque in altera earundem Lucubrationum parte, de rebus agatur Ecclesiasticis, de quibus, vel per me, Vices Episcoporum gerentem, vel per huiusce Sanctæ Sedis Delegationem, Iudicium, sententiàmque protuli; vel in Congressibus aliorum Iuris peritorum (ipse tamen omnium imperitissimus) suffragium tuli; vel in aliorum sub-

sellijs

ſellijs Cauſarum Patronus Clientes tutatus fui; & cauſas dixi. Cæterum, cùm, quæ in his deciduntur, vel ex Iuris vtriuſque fontibus; vel ex Sacris Scripturis; vel ex Patribus, Sacraue Theologia firmentur; Tuque in ſcrineo pectoris tui Iura omnia, Sacroſque Canones reclusos habeas; Iure meritisſimo ad tuum iudicium, pedeſque ſacros referendæ erant. Neque enim concreditum mihi ab Auctore bonorum omnium Altisſimo Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat; talentum ſudario obuoluendum, vel terræ ſuffodiendum per me fuerat; ſed ad menſam proponendum erat, vt cum vſuris poſtmodum (veniens Dominus) illud exciperet. Ad Te vtique, qui Claues Regni Cœlorum, ab Omnipotenti Deo tibi datas, atque ligandi, ſoluendique Pontificium obtines, deferendæ illæ erant. Accipe igitur, quod Dei, ac tuum eſt: atque placida, ſerenaque fronte (quæ tua eſt humanitas) & munus, ex ſe quamuis exile; at neceſſariò offerendum; & offerentem ipſum oculis reſpice pietate plenis; atque dicendi Barbariem, ex tuis mellifluis aluearibus, APVM *dulcedine*, quibus Inſignia præfers, mellis *ſuauitate* ſupera, atque perſunde. Meque, & il-

& illud tua dignare Sacrosancta Benedictione, omnesque illas manibus, iudicioque peruoluentes. Sic nempè tuo nomine, ac numine inoffensæ, mimorum oblatratione deuicta, securæ pertransibunt.

AD

AD

BENEVOLVM LECTOREM.

PRAELO *hæc imprimi passus sum (Amice, candidique animi Lector)quòd nolui(vt sæpè, ac in dies accidit)alius in labores hos introiret. Deinde ne concreditum mihi à Domino talentum in terram foderem. Præterea, quòd non primus,nec nouissimus ego. Faciendi enim plures libros nullus est finis; vt Sapientis ore Spiritus loquitur Sanctus,* Ecclesiastes 12.num.12. *Deinceps,vt tibi aliquo modo adiumento forem. Non equidem minimi è rè est legentis in hac legali palestra plures habere, qui in enodandis difficultatibus, incidentibus in factis,desudarint. Data nempè Sapienti occasione, addetur ei sapientia; vt Salomon* Prouerb. 9. num.9.*fatur. Addesq; facilè inuentis. Accedit, quòd nullus sit, qui ad materiam Tribunalis Fabricæ Sancti Petri facultatum animum adhuc appulit. Postremò, quòd nihil hinc tibi incommodi accidet. Si enim leges, & inde vtilitatis aliquid percipies,te non frustra tempus triuisse lætaberis. Deoque Optimo Maximo, à quo omne datum optimum,* Iacob. 1.*gratias habebis. Quod si minus arriserint; meliora ipse præstare poteris. Vitiò autem ne mihi vertas menda quædam, quæ Librariorum incuria in imprimendo accidère. Homines enim sumus, & nihil humani à nobis alienum putare debemus (vt eloquẽtiæ Parens dixit.) Potissimùm,quòd cùm hæc imprimerentur,per aliquot menses à Ciuitate abfuerim.Vale,diùq; viue in Domino.*

b Cum

CVM Anno 1617. Tribunalis Fabricæ, cuius causarum Patronus eram, pro Dominis V. I. D. Melchiorre Reuigliono,& V. I. D Ioanne Baptista Reuigliono eius filio, dictæ Fabricæ à Secretis, postmodum Troianen. Ecclesiæ Episcopo, ob eorum impedimentum, per Sacrum Collegium Eminentissimorum Dominorũ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium,negotijs dictæ Fabricæ Præfectorum, per litteras patentes deputatus fuerim; non ab re me facturũ putaui; si eiusdem Sacri Colleggij patentes litteras grati animi causa,erga tantos Patres,& Dominos,hic subnecterem.

Colleggium Illustrissimorum, & Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium Præfectorum Vener. Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe.

Dilecto nobis in Christo Admodum Reuerendo Domino Carolo Maranta, I.V.D. Salutem.

CVm non sine animi molestia ad aures nostras deuenerit Adm. Excell.Dominos Melchiorem Reuiglionum,& Ioannem Baptistam, eius filium,nostros, & dictæ Fabricæ in Regno Neapolitano Secretarios,fuisse, scilicet dictum D. Melchiorem ob eius infirmitatem domui suæ,& dictum Ioannem Baptistam in Carceribus Vicariæ eiusdem Ciuitatis Neapolis, retentos; licet ad præsens credatur ipsum D.Melchiorem ob dictam suam infirmitatem ad mortem properantem,& dictum sinistrum accidens,quod postea superuenit,ab hac vita decessisse. Et considerantes nos pro seruitio dictæ Fabricæ necessè fore,durante impedimento dictæ carcerationis, & detentionis interim prouidere de aliquo Coadiutore in locum dictorum DD.de Reuiglionis,qui dictum officium exerceat, ne expeditio causarum eiusdem Fabricæ in illius damnum,& præiudicium retardetur; & processus, & scripturæ deperdantur,vel subripiantur; sed in ipsis causis iuxta solitũ eiusdem Tribunalis procedatur,& dicti processus,& scripturæ sub bona,fideli,& diligenti custodia,vt par est,conseruentur. Idcircò nos Auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, te, de cuius idoneitate,integritate,litterarum scientia, & in rebus eiusdem Fabricæ peragẽdis experientia plurimum in Domino confidimus, in Coadiutorem dictorum DD. Melchioris,& Ioannis Baptistæ Secretariorum, vt præfertur eiusdem Fabricæ, durante impedimento dictæ eorum carcerationis,& detentionis,per modum prouisionis,& cum eisdem facultatibus,prærogatiuis,honoribus, & oneribus,ac obligationibus, & capitu-

lis,

lis, ac aliàs in omnibus, & per omnia iuxtà formam litterarum patentium in personas eorundem DD.Secretariorum sub die 3. Decembris 1615.expeditarum,harum serie facimus, constituimus,& deputamus: sperantes in Domino, quod dictum officium benè, & fideliter, ac ea, qua decet diligentia exercebis. Mandantes propterea omnibus, & singulis,ad quos spectat,vt te in coadiutorem vt supra,eorundem DD. de Reuiglionis Secretariorum eiusdem Fabricæ benignè recipiant, & admittant,& recognoscant;ac in his, quæ ad officium prædictum spectant,& pertinent,pareant,& obediant, faueant,& assistant; pro vt nos præsentium tenore recipi,& admitti,& parere mandamus. In quorum omnium, & singulorum fidem has per nos, & Secretarium eiusdē Fabricæ infrascriptum subscriptas fieri, sigilliq. eiusdem nostri Collegij, quo in talibus vtimur,iussimus, ac fecimus appensione muniri. Datum Romæ in prædicto nostro Collegio Anno à natiuitate D.N. Iesu Christi Millesimo Sexcentesimo Decimoseptimo, Indictione decimaquarta,die verò 6.Mensis Iunij.Pontificatus SS.in Christo Patris,& D.N.D. Pauli Diuina prouidentia Papæ V.Anno eius decimotertio

E.Cardinalis Cusent.
Ego Cardinalis à Monte.
B.Cardinalis Iustinianus.

Ego M.Cardinalis Lantes.
M.Cardinalis Barberinus.
Ego P.Card. Crescentius.

Adest sigillum pendens in capsula stamnea.

Paulus Rouerius Secretarius.

b 2 Illustrissi-

Illustrissimo, & Eccellentissimo Signore

IL Dottore Carlo Maranta Sacerdote Napolitano, dice à V. E. come dalla Sacra Congregatione de' Signori Cardinali sopra la Fabrica di S. Pietro l'è stato concessa patente di Coadiutore delli Segretarij Melchiorre, e Gio. Battista Reuiglione Segretarij di detta Reuerenda Fabrica, durante l'impedimento di quelli, che però volendo quella essercitare, la supplica del Regio Exequatur, che lo riceuerà à gratia, vt Deus, &c.

Exequatur durante impedimento.

Constantius Regens.

Prouisum per Suam Excellentiam Neap. die 19. Iunij 1617.

Vitalianus.

COPIA LITTERARVM
Sacræ Congregationis.

de foris.

Al Molto Reuerendo Signore, Il Signor Carlo Maranta.
Napoli

Intus

Molto Reuerendo Signore

QVesti miei Illustrissimi Signori volontieri hanno inclinato à fare spedire la patente di Coadiutore di cotesto officio in persona di V. S. perche confidano nella sufficienza, bontà, & integrità sua. Haurò molto à caro di sapere, ch'ella confermi questa opinione con fare il seruitio del Tribunale con quella diligenza, che si conuiene. E di cuore me li raccomando. Di Roma li 24. Giugno 1617.

Di V. S.

come fratello
Il Cardinal di Cosenza.

Cum sigillo Illustrissimi Cardinalis.

Sig. Carlo Maranta Nap.

Al

Al Molto Reuerendo Signore, Il Signor Carlo Maranta Coadiutore del Signor Secretario Reuiglione. Nap.

Molto Reuerendo Signore.

HAnno questi miei Illustrissimi Signori Cardinali inteso volontieri la diligenza vsata intorno all'esattione del capitale douuto dal Signor Prencipe di Stigliano per la causa del q. Siluio Spinola, & lodatola per ministro intrepido, & fedele; sibene hanno sentito dispiacere dell'impedimeto datole, alche mentre di quà si procureranno rimed j conuenienti, V.S. di là non mancherà valersi delle facoltà sue; & seruirsene in guisa, che vẽga leuato ogni impedimento datoli; acciò la raggione di questa santa Fabrica habbia la sua essecutione; ilche V. S. procurerà come Ministro fedele, & intrepido. E la gratia del Signore per fine sia con lei. Da Roma li 4. Gennaro 1618.

Al piacer di V. S.

Il Cardinale di Cosenza.

NEl sottoscriuere la presente è arriuata l'altra sua lettera delli 29. del passato, per la quale s'è inteso quello di più V.S. auisa nel negotio del Prencipe di Stigliano, & non si mancherà di rappresentare à questi miei Illustrissimi Signori la franchezza, e bontà dell'animo suo; & son sicuro, che ne restaranno molto appagati.

S'è hauuto la fede delli duc. 575. 3: 9. pagati al Signore Falconieri, & s'ordinarà che si mettano in conto della sua amministratione.

Signor Maranta.

DOCTOR Melchior Reuiglionus à Secretis Tribunalis, licet tunc temporis graui correptus morbo in extremis laborauerit; tamen, sic Diuina disponente Bonitate, conualuit ex infirmitate, vitamq; protraxit ad annum vsque 1626. pœnè octoagenarius, maxima cum pietate erga omnes, ac pauperes præsertim. Vt die quadam pauperi (cùm se in secretiorem locum reduxisset) detractam sibi lineam interulam, petenti dederit. Postquàm autem obijt, factum resciuimus. Et die ipsa, qua serò aplopetico morbo correptus fuit, vnde ad paucos inde dies animam reddidit; cùm vnà de breuitate vitæ huius caducæ loqueremur, aduenientibus Patribus Capuccinis eleemosynam pro infirmis petentibus, dari iussit. Assiduus in oratione erat; ita vt quotidiè summo mane ad Ecclesiam se conferret Domus Professorum Societatis Iesu: positisq; genibus antè Augustissimum, & Diuinissimum Eucharistiæ Sacramentum, per horas sic perseueraret, meditans in corde suo. Cùm de Beatissima Virgine loqueretur, statim præ teneritudine aderant lachrymæ, vt vix se continere posset. Quòd expertus fui, cùm insimul colloqueremur. Erga eos, qui eum offenderant, ita affectus erat; vt dicenti cuidam, iam tempus adesse, quo de quodam, qui ei infensissimus fuerat in eius angustijs, vindicaret. Non faxit Deus (respondit) Ego ab eo flexo poplite veniam petam, eiusque pedes deosculabor. Sperandum est igitur inuenisse illum misericordiam apud Pientissimum Patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis per sanguinem Filij eius Domini nostri Iesu Christi, quem effudit pro nobis abundè; Intercedente eadem Beatissima Maria Virgine peccatorum Aduocata, & Matre ipsa misericordiarum. Hanc autem memoriam grati animi ergo, facta mihi occasione, iurè posui.

IN hisce Iuris vtriusq; Controuersijs in partes duas distributis, non solum elucet sapientissimi Authoris legalis scientiæ mira, fœcundaq; doctrina; sed etiam Theologiæ, Moralium animæ Quæstionum, ac Sacræ Scripturæ subtiles, veræq; disceptationes, atq; interpretationes. Ne igitur tàm Iurisperiti, quàm ij, qui diuinas litteras profitentur, tantis careant eruditis documentis, sanctæ Fidei, optimisq; moribus apprimè consonis; immò vt vtilitatem exinde referant non vulgarem, Typis dari ambas harum Controuersiarum partes, quam libenter, & iure meritissimo censeo. Neap. X. Octobris MDCXXXV.

D. Io. Dominicus Aulisius Doct. Theol. Collegialis, Canonic. deput.

Idem affirmo

Ioseph Giannettasius Canonicus deput.

Hucusq; vidi, & percunctaui

de Thoro.

IMPRIMATVR.

Felix Tamburellus Vicarius Generalis Neapolitanus.

ILLVSTRIS.

ILLVSTRISSIMO, ET ECCELLENTISSIMO SIGNORE

IL Dottore Abb. Carlo Maranta Cappellano d'honore di S.M. supplicando dice à V.E. come tiene intentione mandare alle Stampe vno volume di Responsi, tanto in materia delle Cause agitate nel Tribunale della Reuerenda Fabrica di S. Pietro in Napoli, auanti li Signori Consultori da V.E. deputati, come d'altre materie Ecclesiastiche. Supplica per tanto V.E. restar seruita commettere la reuisione di quelli à chi meglio à V.E. parerà, e concedere licenza alli Stampatori di poterli Stampare, che l'hauerà à gratia da V.E. vt Deus, &c.

Magnif. V. I. D. Io. Baptista Thorus videat, & in scriptis S.E. referat.
Rouitus Regens.

Prouisum per S.E. Neap. die 27. Sept. 1635. Lombardus.

Illustrissime, & Excellentissime Domine

VT Tuæ Excellentiæ paretem mandatis, perlegi Doctissima Responsa Admodum Illustri, & Reuerendi D. Caroli Marantæ I.C. Neapolitani præstantissimi, in duas Partes diuisa, adeò copiosè, & eruditè, summaq; dexteritate, ac doctrina controuersi casus, in Foro nedum Ecclesiastico, sed etiam Sęculari enucleati cernuntur, vt vlterius dubitandi ansam abstulit, non igitur minus vtilia Reipublicæ, quam necessaria, omnibusque Ius dicentibus, atq; in foro versantibus: quapropter arbitror tutissimè ea prælo dari posse pro communi omnium Iuris studiosorum, ac Reipublicæ literariæ commodo, cùm illa bonis moribus, neque iuri publico aduersari comperiantur, si ita Excellentia Sua mandari dignetur, cui me in omnibus submitto, post manuum oscula præcor Deum te incolumem in posterum seruaturum. Datum Neap. ex ædibus nostris die 29. Decembr. 1635.

Vestræ Excellentiæ

Deditissimus seruulus
Ioannes Baptista de Thoro I.C. Neap.

Visa supradicta Relatione IMPRIMATVR

TAPIA Regens. BRANCIA Regens. ZVFIA Regens. CASANATE Regens

Die 12. Iunij 1636. *Lombardus.*

R E-

ARGVMENTORVM ELENCHVS
singularium Primæ huius Partis Responsionũ, cum earum Decisionibus.

I.

NVM testamentum clausulis firmatum derogatorijs, per secundum simplici derogatione emissum *(cassans, & annullans)* abolitum censeatur? Et quid si fauore piæ causæ, vel pro exoneratione conscientiæ; vel ex voto Deo, Beatissimæq; Virgini Cœlorum, Terræq; Imperatrici factum fuerit? Et quando vtrumq; debeatur legatum eidem Ecclesiæ diuersimodè relictum? non inutiliter disceptatur.

II.

Substineatur, nè Consuetudo Episcopi exigendi Quartam ex omnibus legatis pijs? Et quid quòad Tribunal Reuerendæ Fabricæ? Et num ne detractum sit iuri, Quartam exigendi huiusmodi, post Tribunalis erectionem, vi suorum priuilegiorum, & facultatum?

III.

Num legatum consanguineo factum, sanguinis *intuitu* magis, quàm pietatis ergò rogatum videatur. Et an Mons Pietatis, profanus ex eo dicatur, quod ad eius commodum, cum pauperibus testatricis consanguinei admissi fuere? latè discutitur.

IV.

Subsistat nè iurè testamentum, atque suprema illius dispositio, qui animam suam hæredem nuncupauit; vel verò in irritum reuocetur, quod in incertum collata dispositio videatur? Satis curiosa disputatio, vbi multa traduntur ad doctrinam de Purgatorio.

V.

Ad restitutionem iurè nè agat aduersus Ecclesiã legatariã Reuerendæ Fabricæ Tribunal, ex quo Missarum oneri legato, satisfactum non fuit? Et an iurè quoque stipem Sacerdos exigat, quòd sacris operatus sit? Et num legato Quartæ Matrici Ecclesiæ relicto, onus adijcere potuerit testator, vel verò compensandi animo fecisse videatur?

VI.

Relicto pro puellis matrimonio locandis legato; si viuo adhuc testatore sponsalia decernantur, eaq; copula obfirmentur; verùm post suprema testatoris funera matrimoniũ sequatur: Num nè sic nuptæ puellę dos relicta solui debeat? Non tam curiosè, quàm vtiliter differitur. Et nùm cohonestari possit ex sponsalibus inter sponsos copula; quidue quòad tactus, & oscula?

VII.

Pluries repetito legato pro sacris in singulos dies Deo offerendis, & in testamento, & codicillis, an repetitis etiam vicibus solui debeat, vel sufficiat si semel tantùm soluatur, in dubium reuocatur. Et num infinitæ sit efficaciæ, quatenus nobis applicatur, Missæ sacrificium, vt ita prosit vni, sicut si pro multis offeratur? atq; plura etiam de Purgatorio.

VIII.

Num Neapolitana Consuetudo, *Si qua moriens*, locum sibi faciat in donatis ab affinibus, vt restrictam proinde facultatem habeat mulier de eis disponendi? Et an vxori legatum ab affine, contemplatione factum censeatur viri, vt viro ipsi quæratur, an mulieri, cui legatum scriptum fuit?

IX.

An legatum pro sepultura Ecclesiæ relictum, debeatur eidem, illa postmodum alibi electa, vel verò euacuatum censeatur? Et quid sanè si Ecclesiæ non debeatur; vindicare num nè saltim illud possit Tribunal Fabricæ, vi suorum priuilegiorum, & facultatum?

X.

Abstrusam, atque inuolutam verbis testatoris voluntatem coniecturis venandam esse dissoluitur. Et vtrum ne vxor hęres instituta donec vixerit, & lectum viduale seruauerit, datis alijs sibi cohæredibus, hęres nihilominus esse possit, vel saltim vsufructuaria remaneat? Et num legatorum solutio (piorum præsertim) hæredis arbitrio relicta, possit per eum vsq; post fati sui tempus differri, vel verò statim fieri debeat.

Fa-

Fabricæ addicere Sancti Petri: quodue in ea ius sit Fabricæ prædictæ. latè discutitur.

XXIII.

Sequitur in materia præcedentis responsionis ad ostendendum legatum pro malè ablatorum restitutione factum fuisse.

XXIV.

Sequitur quoque præcedentis responsionis materia pro malè ablatorum restitutione. Et num Iudices Fabricæ sibi ipsis iudicare videantur? Et an piorum legatorum cognitio etiam ad laicum pertineat Iudicē, vel verò ad solum Ecclesiasticum? Et an scire possimus infallibiliter nos in gratia Dei esse, atq. de numerò prædestinatorū? Multaq. de confessione in extremis ad exonerationem conscientiæ facta, atque pro malè ablatis incertis.

XXV.

Nùm malè ablatorum perceptionem ab Episcopis impedire possit Fabrica; vel verò præscribere illam aduersus eam potuerint Episcopi, etiam immemorabili tempore.

XXVI.

Præscribi ne potuerit exigendi ius malè ablata incerta, Cippo Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ relicta: per Procuratores Ecclesiæ prædictæ aduersus Fabricę S. Petri œconomum?

XXVII.

Incerta nè dicantur malè ablata, certo loco, certisq. pauperibus, vel certo pio operi, vel Ecclesiæ relicta? & num iure agat in ea suarum facultatum, & priuilegiorū vi, Fabricæ Oeconomus S. Petri.

XXVIII.

Pium quodnam dicatur legatum? Et num conditionale legatum, conditione præcedente, debeatur? Et an demandata dispositione in secreto aurium, possit executor cogi ad manifestandam personam, quæ ita aurium secreto commissa per testatorem fuerat?

XXIX.

Legatum Cappellæ relictum cum onere celebrandi Missas, an perpetuum intelligatur, vel verò vt tot Missæ tantùm celebrētur ad rationem destinatæ pecuniæ? Et quid magis animæ testatoris expediat, si vna vice successiuè pluries pro ea offeratur, vel si in singulos annos in perpetuum? non inutilis responsio.

XXX.

Debeatur ne legitima patri in bonis filij Episcopi prædecedentis, si ille testandi facultatem à Summo Pontifice obtineat?

XXXI.

Si idem Monasterium hæres relinquatur, & legatarius cum onere tamen Missarum, an ex hæreditate extrahenda sit consueta eleemosyna pro sacris faciendis, vel imputandum legatum pro eleemosyna? non inutilis discussio, & responsio.

XXXII.

Nùm datis primis, & secundis executoribus per testatorem, possit Fabrica, non expectata vtrorumq. negligentia, ius habere: vt priores ad iudicium interpellet? Et nū sanè antequam ipse voluntatem impleri defuncti testatoris curauerit, possit, in puellarum locationes viris faciēdas ex demādata testatoris dispositione, ob non factas fortasse locationes per matrimonia secuta, ius habere, vt dotes illis distribuendas sibi acquirat, ad interpretationem Constitutionis Pij Papæ V. (exigit) & declarationum eiusdem Fabricę?

XXXIII.

De iusta stipe, & eleemosyna Sacerdoti sacris operanti ex iustitia debita. Et num donans, & quando de euictione teneatur rei donatæ? Et quid si ex causa onerosa datum fuerit.

XXXIV.

Quando legatum demonstratiuè, vel taxatiuè factum dicatur?

XXXV.

Legatum victus, & vestitus, & de omni eo, quod necessarium fuerit Patribus Capuccinis certi loci rogatum, an purum, vel cōditionale dicatur, vel verò annuū æstimari debeat? Et an possit Fabricæ S. Petri Oeconomus illud sibi vindicare vi suorū priuilegiorum, & facultatum? num verò centum annorum spatio Ecclesiæ, vel pio loco relictum legatum, post illud tempus extinguatur? latè discutitur.

XXXVI.

Legatum in alterius arbitrium relictum, non ita exauditur, vt illius sit dominus: sed vt eius in pias causas distributor fiat, ad quas disposuisse testator videtur, in alterius arbitrium illud demandando: & aliter faciēs peccat, & criminis est reus. Exequutor quis dicatur?

Finis Indicis Argumentorum.

ABBATIS CAROLI MARANTAE V. I. D. NEAPOLITANI,

Causarum Patroni, ac Sancti Officij Ordinarij Consultoris.

CONTROVERSARVM VTRIVSQ. IVRIS RESPONSIONVM

Cum earum decisionibus ad Tribunal Fabricæ S. Petri spectantibus.

PARS PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Deus bonorum omnium auctor, qui dat omnibus affluenter & non improperat.*

2 *Voluntas stabilis testatoris sequenda, neq. ab ea recedendum per simplicem loqutionem.*

3 *Testamentum derogatorijs specialibus clausulis vallatum, per secundum generali derogatoria suffultum, reuocatum non censetur, nisi priorum clausularum memoria facta fuerit expressa.*

4 *Voluntas ubi aperta est testatoris non sunt abstrusi verborum sensus exquirendi ad illam infirmandam.*

5 *Voluisse testator non videtur quod potuit dicere, & non dixit.*

6 *Testator non potest se ita clausulis colligare quin usq. ad supremum spiritum voluntatem priorem mutare valeat.*

Limita si deiectæ clausulæ non potestatem respiciant testandi, sed voluntatem. nu. 7.

vel si non totam voluntatem, sed aliquam tantùm illius partem comprehendant. nu. 8.

ac præsertim fauore piæ causæ. nu. 9.

9 *Donatio omnium bonorum piæ causæ fauore substinetur.*

10 *Pœnalis dispositio fauore piæ causæ substinetur.*

11 *Legatum pro exoneratione conscientiæ factum irreuocabile est, & vim habet confessati debiti. & necessarium æstimatur. nu. 15.*

12 *Confessio pro exoneratione conscientiæ facta plenè probat, quia non quod gratuitum, sed rei debitæ restitutio videtur, nu. 13. & nu. 17.*

vt neq. per superuenientiam liberorum reuocetur. num. 14.

16 *Legatum pro exoneratione conscientiæ etiam infra tempus conficiendi inuentarij peti potest. & æs alienum continet. n. 22.*

18 *Quarta non detrahitur ex legato pro exoneratione conscientiæ.*

19 *Legata ad pias causas legitimam filiorum non minuunt, neq. etiam parentibus debitam. n. 20.*

Limita in legatis pro malè ablatis, & exoneratione conscientiæ. num. 21. constare tamen debet de malè ablatis. nu. 24.

23 *Restitutio omninò fieri debet, vt peccatum tollatur, quod per ablationem rei alienæ contractum fuit.*

25 *Votum est promissio deliberatè facta Deo de aliquo bono maiori.*

26 *Voti est de essentia vt promissio intercedat, nec sufficit solum propositum, siuè desiderium vouendi, siue tacitè siue expressè, vel mediatè vel immediatè promissio Deo fiat.*

27 *Deus solus intima cordis nouit hominum.*

28 *Promissio homini facta etiam de re spirituali, votum non dicitur nisi saltem ad eam respectus habeatur.*

29 *Voti de essentia est vt promissio Deo fiat.& n.38.*

30 *Promissio Sanctis facta, expresso animo non se obligandi Deo, sed soli Sancto vti excellenti creaturæ, votum haud est, neq. religionis actus.*

si verò Sanctis fiat nulla positiuè contraria intentione non se obligaadi Deo, votum erit, quia Deo facta censetur promissio.nu.31.& nu.33.

32 *Sancti quatenus deificati sunt participatione quasi sunt Dij effecti.diuinæq. consortes naturæ.*

33 *Deus in Sanctis honoratur.*

34 *Promissio Beatissimæ Virgini Mariæ facta, votum æstimatur.*

35 *Votum maiorem habet obligandi vim, quàm iuramentum.*

36 *Votum principaliter in honorem Dei fit.*

Iuramento vero obligatur homo homini.

37 *Iuramentum principaliter ad vtilitatem proximi fit.*

39 *Infidelem esse Deo grauissimum facinus est.*

40 *Fidem fallere graue est.*

41 *Promissionem Deo factam violare irreligiosæ perfidiæ est.*

42 *Fides etiam hosti seruanda.*

43 *Iuramenti causa laycus forum sortitur.*

44 *Iuramenti vis est addere forum foro.*

45 *Voti causa laycus subycit Foro Ecclesiastico.*

46 *Vouens vel iurans cogi potest per Ecclesiasticum Iudicem ad voti, vel iuramenti implementum.*

47 *Iudicis ad officium spectat promissa vt impleantur.*

48 *Voti exoluendi causa multa permittuntur, quæ minimè alias*

49 *Votum semel factum nulla subsequenti voluntate mutari potest. quin sacrilegium committatur.*

50 *Iuramentum de ducenda aliqua muliere in vxorem intuitu Deum non potest per mulierem remitti, quia in votum transiuit.*

51 *Voti violatio ex genere mortalis est.*

52 *Votum in fauorem vnius Ecclesiæ factum, non potest in alterius fauorem commutari Ecclesiæ.*

præsertim post acceptationem nu.53.

54 *Vota licet sint ab initio voluntaria, fiunt tamen ex post facto necessaria.*

55 *Votum à natura regitur contractus qui sunt ab initio voluntatis, & ex post facto necessitatis.*

56 *Vouens compelli potest ad ea seruanda, quæ vouit.*

57 *Melius est non vouere, quàm votum non reddere.*

58 *Hæres tenetur vota realia defuncti implere.*

sicuti & aliud eiusdem æs alienum.nu.59.

60 *Votum reale in hæreditate defuncti est debitum Deo persoluendum.*

61 *Promittere est constituere se debitorē ei, cui promittitur.*

62 *Obligatio defuncti ad hæredem est transitoria etiā pœnalis.*

63 *Hæres adita hæreditate defuncti vota nō reddens, violatæ religionis reus habetur.*

atq. hæreditate indignum se reddit vt ea spoliari mereatur.nu.64.

atque crescente contumacia censuris ligari.numer.65.

66 *Hæres tenetur conscientiam, animamq; exonerare defuncti.*

67 *Testamento ea tantùm reuocari possunt quæ vltimæ volūtatis naturam sapiunt, non verò contractus.*

68 *Reuocatio non ad ea extenditur, quæ sunt iuramēto confirmata. neque etiam ad ea quæ voto promissa sunt.nu.69.*

70 *Argumentum rectè ducitur à vi, & efficacia iuramenti ad votum.*

71 *Legatum secundum in executionem primi factum censetur.& nu.75.*

72 *Illatio non sequitur à diuersis.*

73 *Intellectus ad tex.in l.filia legatorum C.de legat. & l.Lucius Titius ff de legatis 2. & nu. 76.*

74 *Legatum generis & quantitatis differunt.*

77 *Legatum debetur vtrumque si multiplicationem recipiat, vel si ex mente ita appareat defuncti. num.78.*

79 *Legatum pro Anima multiplicationem admittit.*

80 *Legatum alimētorum multiplicationem reycit veluti etiam legatum Dotis.num.81.*

82 *Legata distincta esse censentur si distincta sit eorū substantia, vnde multiplicationem admittunt nu.83. vel ex diuersitate causæ nu.85.*

84 *Pluralitas arguitur ex distinctione rerum.*

86 *Voluntatem testatoris nescit, impugnare non debemus nisi mutationis voluntatis certè appareat. nu 87.*

88 *Voluntatis perduratio vsq. ad supremum vitæ spiritum præsumitur.*

89 *Voluntatem, qui mutatam dicit, ipse probare tenetur.*

ARGVMENTVM.

Nùm testamentum clausulis firmatum derogatorijs per secundum simplici derogatione emissum,(cessans,& annullans)abolitum censeatur? Et quid si fauore piæ causæ, vel pro exoneratione conscientiæ, vel ex voto, Deo, Beatissimæq; Virgini Cœlorum, Terræq; Imperatrici factum fuerit? Et quando vtrumq; debeatur legatum eidem Ecclesiæ diuersimodè relictū? Non inutiliter disceptatur.

R E-

RESPONSIO PRIMA.

PErrus Marianus à Campo Basso,
Boianen. Diœcesis, rogato Elo-
gio die 19. Decẽbris 1606. post-
modum vltimo Iulij sequẽtis an-
ni 1607. Codicillos emirrir, qui-
bus inrer cætera piè legat Ecclesiæ S. Mariæ
de Cruce eiusdem Terræ biscenrum aureos
certo Missarum onere adiecto: Arque in hæc
verba disponit.

,, *Item dispone, vuole, e comanda, che li predetti*
,, *legati e ciascheduno di quelli ex nunc, prout ex tũc*
,, *dopo sua morte s'habbino dall'heredi suoi fetti nel*
,, *primo testamento à mandare nella loro debita ese-*
,, *cutione, & effetto; à causa che il legato à beneficio*
,, *della detta Cappella, e gl'altri susequenti l'hà fat-*
,, *ti, e fà per alcuno scarico di sua coscienza, e per*
,, *promessa fatta à Nostro Signore Dio, e Maria*
,, *Vergine sua deuota; E che se per auuentura si per-*
,, *uerteße di questa sua volõtà, non s'intenda per altri*
,, *testamenti derogare alli predetti legati; ma vuole,*
,, *che ottengano la loro, e ciaschuno di loro debita ef-*
,, *ficacia, & oßeruanza, etiam che ne gl'altri testamẽ-*
,, *ti, si diceße, che si dà per caßo ogn'altro Codicillo,*
,, *e testamento, & etiam che specialmente à questo si*
,, *derogaße, come vuole che in posterum non s'intenda*
,, *derogato per qualsiuoglia clausula.*

Verùm, cùm fatis tũc minimè Testator cõ-
cessisset; supremum dein agens spiritum. 15.
Iulij 1609. aliud scribit restamenrum, quo eis-
dem hæredibus datis, clausula adiecta Gene-
rali (cassans, & annullans) eidem Cappellę S.
Mariæ de Cruce, nulla prioris legati facta me-
moria, legatum scribit hac lege:

,, *Che s'habbia da dire ogn'anno in perpetuo, vn of-*
,, *ficio per tutto lo Clero di Campo Baßo &c. E que-*
,, *sto à remissione di suoi peccati, e degl anteceßori di*
,, *eßo testatore.*

Vita functo Testatore in indicium vocãtur
hęredes, tùm per Oeconomos, & Gubernato-
res Cappellæ prædictæ, tùm per Reuerendæ
Fabricæ S. Perri Oeconomum; arquè discepta-
tioni fit locus: Derogarum ne fuerit priori le-
gato per secũdum hoc, an verò vtrumque de-
beatur; cùm alterũ secundũ à priori appareat?

Et mihi quantum à Summo bonorum om-
1 niũ auctore Beatissimo Deo, qui dat omnibus
affluenter, & non improperat. *Iacob.1.* cõijce-
re datur, illa sequenda videtur sententia, quæ
vtrumquè deberi legatum affirmat.

Quoniã in aperta testantis mente, & volun-
2 tare vertimur, qui consultò talem sibi legem
dixit, vt difficilè iudicatu fuerit, firmum, aque
stabile suæ volũtatis propositũ, multis verbo-
tum clausulis, ac legibus vallarũ, vnica, ac sim-
plici dictionis textura, irritũ, & inane reddere
voluisse. *ad tex. in id satis apertum. in l. si quis in*
principio testamenti. 22. vbi scribentes. ff. de legat. 3.

Primũ quippe testamentũ derogatoria spe-
3 ciali clausuala firmatum, per secundũ, sublatũ
minimè censetur, quamuis in sequẽti specialis
derogatoriæ fiat mentio; si in præcedenti testa-
tor reuocari minimè posse, atq; irritũ, & inane
haud cẽseri per secundum, eriam per specialẽ
derogatoriã, dixerit. Sanè quia, nedum prioris
derogarotiæ reuocationẽ ascribere oporteat,
verùm eriam & secundæ; vel salrem vberrima
verba prioribus aduersanria, atq. illis ęquipol-
lẽria. Vnde generalis haud sufficiet reuocatio,
quamuis vnum, non plura præcesserint resta-
mẽta. *tex. in d. l. si quis in principio. in fin. ibi: Sed in*
,, *hoc ita locum habebit, si specialiter dixerit, prioris*
volũtatis se pænituiße. vbi Bar. n. 4. & Bal. in princ.
et alij Gloß. in c. 1. verbo. reuocare. in fine. de cõstit.
lib. 6. Dynus in regula quod semel. 21. n. 15. & 24.
vbi add. lit. S. de regul. iur. in 6. Guid. Pap. cons. 64.
visis duobus. & cons. 65. viso Themate. circa 2. &
3. dubium. nu. 15. & decis. 127. n. 1. & seq. & decis.
128. Couar. de testamentis. in rubr. par. 2. n. 19. in 4.
conclus. vbi de communi testatur. Clarus. §. testamẽ-
tum. q. 58. nu. 5. Illustriss. Mantica. de coniectur. lib.
12. tit. 8. n. 8 & 9. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præ-
sumpt. 166. Gomes. ad l. 3. Tauri. n. 94. Sarmiento Se-
lectarum. lib 3. cap 14. Fachineus Illustr. contro-
uers. iuris. par. 1. lib. 4. c. 192. Hieronym. à Cæuallos
comun. par. 1. q. 211. Hieronym. de Laurent. decis.
Auenionen. 81. n. 1. Caluanan. p. 3. decis. 25. nu. 30. et
31. et par. 4. dec. 28. n. 1. Anton. Faber in C. tit de te-
stam. lib. 6. tit. 5. definit. 9. Gratian. discept. forens. p.
1. c. 48. n. 20. Riccius. p. 2. in coll. 395. Card. Tusc to.
vlt. lit. T. concl. 152. nu. 1. et seq Rota apud Cæsarẽ
de Graßis. dec. 151. aliàs 1. de testament. n. 1. et 2. et
in Romana hæreditatis. 12. Iunij 1615. coram Piro-
uano par. 1. tom. 2. in recens. dec. 721. n. 1. et 2. Bar-
bos. de claus. claus. 45. n. 5. et 6. et seq. Guttierez. de
iuram. confirm. p. 2. c. 1. nu. 6. latè Marta de succeß.
legali. tom. 2. p. 4. q. 4. art. 7. idem Marta. in lib digest.
nouiss. tom. 5. tit. de testam. cap. 100. vsq. ad 104. et
par. 3. claus. 6. nu. 7. sequitur Baldaxar de Thomas.
tract. 1. tit. 15. de clausulis legitimationum. nu. 215,
Paulus Layman. in Theolog. moral. tom 1. li. 3. sect.
5. tract. 5. cap. 3. num. 3.

Atqui in facto proposito, licet potuerit prio-
rem reijcere voluntatẽ per sequentem dispo-
sitionem Testaror hic noster; in anrecedenri
tamen perdurare, iustisq; ex causis, quasi frenis
quibusdam, ne illam mutare valeret, se ipsum
colligare voluit, dum dixit.

,, *E che se per auentura si peruerteße da questa sua*
,, *volontà, non s'intenda per altri testamenti derogare*
,, *alli predetti legati, etiã che nell'altri testamenti si*
,, *diceße, che si dà per caßo ogn'altro codicillo, et te-*
,, *stamento; etiã che specialmente à questo si derogas-*
,, *se; come vuole che in posterum non s'intenda dero-*
,, *gato per qualsiuoglia clausula etc.*

Nullus itaq. superest locus abstrusos verbo-
4 rum sensus in aperta ipsa testentis mente quæ-
rere, atq. inuestigare ad illius permãsuram vo-
lunratem infringendam. *ad tex. in l. 3. C. de liber.*
5 *prater.* Quam quidem si voluisset, cùm in sua id
potestatem esset, apertis vtiq. verbis fecisset.
ad text. in l. 1. §. si quis autem ad deficientis. ibi:
,, *Nam si contrarium voluißet, nulla erat difficultas,*
,, *coniunctim ea disponere.* C. *de caduc. toll. Paris.*

conſ.38.n.22 lib.3. Surd. conſ.518.n.9.vol.4. Maſtrill.dec.132.n.46.par.2.Mula dec.38.u.17.

6 Nec refragabitur, liberam teſtandi facultatem ſibi abſtuliſſe videri teſtatorē per prægnātes illas clauſulas derogatorias primis adiectas codicillis, illaſq; tanquam bonis aduerſas moribus, iurè ob id repelli, ac reijci. *ad tex. apertū in l.ſtipulatio hoc modo concepta. 61.ff. de verbor. oblig.Couar.in rubr. de teſtam.p.2.nu.19.in 2.concl.* Quòd ſanè nemo valeat ita ſe arctare, qui primum reuocare poſſit teſtamentum; cùm id à libera pendeat voluntate. *l.ſi fratres 53.§.idem*
,, *reſpondit ſocietatem ff.pro ſocio. Et ideo* (*Papinia-*
,, *nus ibi loquitur*) *nec libertatem de ſupremis iudi-*
,, *cijs conſtringere quis poterit.Gratian.forenſ.p.5.c. 908.n.8.& 9.Molin.de Hiſpan.primogen.lib.4.c.2. n.2. Pat.Thom.Sanchez.conſilior.moral. lib.4. c.1. dub.16.n.2.Io. Guttierez.de iuram.confirm.p.2.d.c. 1.nu.1.Burrell.in in ſum.omn.deciſ.tom.3.tit.20. de teſtam.n.272.Nouar.de incertis, & malè ablat. priuil.56.n.1 cū ſeq.& priuil.29.n.5.et priuil.10.n.2.*

7 Præterquàm quòd.n. derogatoriæ hæ clauſulæ,noſtris his aſcriptæ codicillis, teſtandi non reſpiciunt poteſtatem, ſed volūtatem dumtaxat;vt minimè ob id reijciantur. *per addent. ad Dynum d.reg.quod ſemel.in lit.S.Bald.in l.1. in fin. nu.67.ſuper 10.q in fin.C. de ſacroſanct.Eccleſ.Couar.d.n.19.concluſ 2.Clar.d.q.59.nu.2.Sarmiento. c.14.nu.5.Anton.Faber.C.de teſtament.d.tit.5.diffinit.15.nu.13.Ric.d.collect.395.in fin. Tuſc.d.concluſ.152.n.10.& n.105.Molin.lib.4.de hiſpan.primogen.c.3.n.30.& 33.Thom.Sanch. d.lib.4. conſil. moral.cap.1.dub.17.n.,Guttierez. de iur.confirm. d.par.2.cap.1.nu.6.*

8 Non tamen ex his libera teſtandi ablata teſtatori facultas fuit. Vagum.n.& ſolutum ei remāſit ſemper arbitrium erga rotā hæreditatē; voluntariè illo, atq; cōſultò peculiari in re ſolùm arctato: quod vtiq; procedit.*ad tex.in l.fin. C.de pactis. Alex.in d.l.hoc modo concepta.61.col. 2.n.4.verſ.Et prædicta procedunt.ff. de verb.oblig. Proauus meus Robertus Maranta, conſ. 140.nu.7. Cotta ſatis notabiliter in ſuis memorialibus aureis. verbo teſtatorem inducere.in fin.verſ.Accedit etiā. Gabriel.conſ.70.nu.3.vol.1.Couar.lib.3.variar.reſol.c.12 n.3.Gratian.dec.39.n.3.Maſtrill. qui alios plures refert.dec.273.nu.3.cum ſeq. par.3.Polidor. Ripa ſingular.obſeruat.obſeruat.136.nu.4.*

9 Piæ cauſæ fauore præſertim,ob quam ſubſtinetur omnium bonorū donatio. *Tiraq.& quos ipſe latè refert priuileg.100.de pia cauſa.Vincent. de Franch.dec.168.n.2. Ioſeph.Ludouic.dec.Peruſ. 93.n.8.Polidor Ripa d.obſeruat.136.nu.8. Author tract.de iure ſingulari. tit. de priuilegijs piarū cauſarum priuil.2.vol.1.tract.fol.122. Sebaſtian.Medices tom.2.opuſc.4.n.13.donatio omnium bonorū. Annæus Robert.rerum iudicat.cap.2.in 2.par. lib.4. Rota in recent.par 2.tom.1.deciſ 458.n.2. Genuenſ. in practica lib.Eccleſiaſt. q. 310. Baltazar de Thomas.de pia cauſa tit.2.cap.146.num.227. tract.10. Marta de ſucceſ.legali tom.2.par.4.q.18.art.4. nu. 85.& ſeq.ad finem vſq. art. Nouar.d.priuileg.10. num.8.& 9.*

10 Quamobrem pœnalis diſpoſitio, quamuis liberā teſtandi impediat facultatem, firma tamen perſiſtit;ex quo pia cauſa reſpondendū eſt ſemper in dubijs.*l. ſunt perſonæ.43. ff.de relig.& ſumptib.funer.Iaſ.in l.ſtipulatio.ff.de verb.. obligat.Couarr.in rub.de teſtament.par.2.nu.16.& 17. Tiraquell. priuil.98.in fin.Gratian. forenſ.par. cap.1.131.num.2.& deciſ.Rotæ Marchiæ.22 num. 5.Medices d.opuſc.4.n.12. verſ. conuentio pœnalis. Intrigliol.ſingul.98.n.92.fol.3. Io: Bapt.Thoro in ſum.priuil.piar.cauſ.priuil.3. Baltaxar de Thomaſ. d.tit.2.cap.45.n 94.& cap.105.n 172. Sanchez.d. cap.1.lib.4. conſ.dub.18 nu.3. & ſiquidem ipſe contrariæ adhereat ſententiæ.*

11 Quibus accedit,quòd hoc legarum rogauit teſtator (*Per alcuno ſcarico di ſua conſcienza*) vt inreuocabile propterea euaſerit. Habet quippe clauſula illa (*Per alcuno ſcarico di ſua coſcienza*) vim confeſſati debiti,*ex Angel in l.cùm quis decedens.35.§.Codicillis. ff.de legat.3. meus Maranta in ſpeculo 6.par.in 5.actu.tit.de confeſſ. nu. 16.in 4.limit.Medices d opuſc.4.nu.10. verbo.confeſſio.verſ.3.confeſſio facta.Maſcard.de probat.to. 1.concl ſ 347.nu.99.& ſeq. & concluſ.359.n.25. & 26.& ſeq.& tom.2.concluſ.1176.nu.62.73.& ſeq.Catellin.Cotta in memorab.verbo. Anima.col.3. & verbo Apices iuris. col.2. circa med. vbi notandum dicit ad materiam tex. & illius limitationem in d.l. ſi quis in principio teſtamenti. & in verbo. abſenti.in dictis memorialibus.circa fin. Afflict.deciſ.164.nu 4. & 5.Tiraquell. priuileg.117. Caro-*
12 *cius.deciſ.7.nu.13.& deciſ.90.nu.4.vbi:*Confeſſionem hanc ad exonerationem conſcientiæ factam plenè probare, ex communi, & recepta Doctorum ſententia, aſſeuerat. Quia credendum eſt teſtatori ſic relinquenti. *vt poſt alios ſequitur Surd.de aliment. tit.8. priuileg.30. nu. 10. verſ.vt tamen meum. Ioan.Stephan.Durant. Tholoſates q.26 Guglielm.de Benedict. in cap.Raynutius par.2.verſ ſi abſque liberis.1.nu.28.Franciſc.Marcus deciſ 460.par.2.Gabriel.lib.1. de confeſ. concl. 1.in 18.limitat.nu.68.& ſi quutus fuit Senatus Sabaudiæ apud Fabrum in perpulchro caſu.lib.4.titul. 24.C de vſuris.& mora.definit.36. Sebaſtian. Medic.d.opuſ.4 nu.10.verſ.Confeſſio. de Thomaſ.tract. 10.de pia cauſa tit.1.cap.11.n.160.Mancin.de Confeſſionib.cap 8.num.32.& 33. Nouar.de incert.& malè ablat.priuileg.28.& 29.& priuileg.38.num. 3.& priuil.47.*

14 Quoniā non quid gratuitum, ſed rei debitæ reſtitutio videtur. Vt neque per ſuperuenientiam liberorum reuocari valeat. Quia, veluti alienū æs,in bonis habetur teſtatoris, ad limitationē.*tex.in l.ſi vnquam.8.C. de reuocād.donat. Carocius.d.deciſ.7.nu.8.& deciſ.86.nu.25. Gaillus practicar.obſeruat.lib.2.obſeruat.113.n.5. Gugliel. d.verſ.ſi abſque liberis.n.29. Maſcard.lib.3. concl.*
15 *1280.nu.155.vbi.*Legata huiuſmodi neceſſaria magis,quàm volūtaria appellat,vt ob id etiā in-
16 tra tēpus cōficiendi inuētarij peti poſſint,*ad limitationē.tex.in l.fin.§.donec.C.de iure delibe.vbi Paul.de commun.deſtatur,& ſequitur Hieron.d Canall.q.68.Rota p.2.to.2.in recent.dec.773.n.3.*

17 Ex

17 Ea potissimum ratione, quòd magis debita sint, quàm legata. *Menoch lib.4. præsumpt.32. nu. 23.& præsumpt.89.num.125.Tuscus.tom.5.littera M.ccuclus.23 num.3.& seq.& littera L.conclus. 144.num.1.Thomas.d.cap.11.num.158. Nouar. de incenis,& malè ablat.priuil.5.nu.5. & priuil.47. num.5.& seq,& priuil.56.num.9. & seq.*

18 Nulla proindè portio quartæ nomine Episcopo ex legato facto Ecclesiæ, vel Hospitali pro exoneratione cõscientiæ debebitur; quòd restitutio potiùs, quàm legatum videatur, vt sequitur *Marius Antonius variar.lib.1.resolut.vltima casu.18.vers.sed quid sit de iure. Tuscus tom. 6.lit.Q.conclus.21.num.55 Io: Bapt. Thoro priuil. 113.in fin.post Mascard.conclus.59.nu.7.*

Et licet aliàs legata piæ causæ fauore roga-
19 ta, filiorum legitimæ non præponantur neq; illam minorem reddant. *ad tex. in l. si quis ad declinandum. 38.C. de Episcop. & Cleric. ad text. in can quicunque. 35.vbi glos. 17, quæst 4. Bart. in l. 1.num.57.C.de Episcop.& Cleric.Sarmiento.Selectarum iuris interpetrat lib. 2. cap.6. num.36. Michael Crassus.§. legitima.q.38.num.20.Couarr.in c. si heredes.num.9.col.2. in princip. & circa finem, versic.ex quibus ipse deduco.de testam.Calcau.cons. 37.num.4 Maranta de multiplici alienat.num.230. & 231.& cons.140.num.5.Tiraquell.de priuil.piæ causæ in præfat.vers.qui in etiam videtur fol. 16. in minori impressione,& priuil.84. in fine. Rota apud Ludouis decis 539.num.6. Guigliel. vbi supra num. 27. vers. præterea. Mercurialis Merlinus de legitima quæst.10.nu.2.& 3.Tuscus tom 5.lit.L.conclus. 187.num.22 23.& 24.& conclus 188. nu.19. 20. & 21.Gratian.decis.162.num.4. Rotæ Marchiæ.idẽ Tuscus tom.1.lit.A.conclus 33. nu 7.& tom.3.lit. F.conclus.87 nu 3.Ioan.Baptista Costa tom.1.oper. de facti scient.& ignorant. centur 2.distinct. 2.nu. 16.& seq.Bonacin.tom.2. circa 2. decalogi præceptum disp.4 q.2.punct.5.par 2.num.5. & longe post hac scripta v sus Peregrin dec.85.n. 2. de Thomas. tract.4.de legit.tit.12.nu.15 Mart.de success. legali tom.1 par.1.q.25.art 10.nu.21. & 22.*

20 Neque legitimæ Parentibus debitæ, vt illam nec tollant, neque minuant. *vt iudicatum refert in Senatu Aurelianen. Annæus Robertus Arresto. 12. February 1583.rerum iudicatarum lib. 1. cap. 1. Merlin.d.q.10.nu.9. Valascus in praxi partition. cap.19 nu.38.*

21 Fallit id tamen, si legata pro malè ablatis, atque ad conscientiam exonerandam scripta fuerint. *Decian.tract.crimin.tom.1. lib.2.cap.17.num. 3 sequitur Caroc.d.decis 7.num.4.& 5.& alij relati per Ioseph.Ludouic.conclus.16.illat.71. fol. mihi 46.Tuscus d.conclus.144.num.3. Merlin. d.q.10.n. 15.Ioan.Baptista Costa de facti scientia,& ignorantia d.centur.2.dist.2.nu 26.cum seq. Sebastian.Medices d.opusc.4. num.67. litt.V. tom.3, oper. & sequitur nouissimè longè etiam post hæc scripta Ioann. Baptista Thoro in sum. priuileg. piæ causæ priuileg. 112.col.fin.circa fin.vers. vlterius relicta pro malè ablatis.Thomas d.tit.12.num.15.Marta d q 25.art. 10.num.22.& 23. Nouar. priuileg.6.num.8.& 9.*

22 Quia vbi pro malè ablatorum restitutione legatum scribitur, illud æs alienum continet, *optimè Loffred.cons.46.num.29 Surd.d.tit.8. de aliment.priuil.30.nu 5.sequitur Thoro.d.priuil. 112.col 4 in fin.& priuil.2.in fin.Nouar.d.priui-*
23 *leg.47.à num.5.6.& seq.* At restitutio omnimodo fieri debet, vt peccatum, quod per ablationem rei alienæ admissum est, dimittatur, *regula peccatum.4. de reg.iur.in 6.S.Thom.2.2.q.62. art.*
24 *1.Guglielm.vbi supra.d.nu.27.n.28.& 29.* Modò tamen cõstet de malè ablatis, neque fraus vlla intercedat, *Merlin. q.10. num.15. & seq. Tuscus d.conclus.188.num.21 & litt.M conclus.23 nu.3. & seq.Costa.d.distint.2 num.28.& 29 Thomas.d. tit.12.num.17.*

Perpendenda præterea subsequens causa, ecit, quam testator prioribus expressit codicillis, qua ad legendum motus fuit; scilicet (*Per promessa fatta à nostro Signore Dio, & Maria Vergine sua deuota*) quę sanè verba, votum inferre nulli in dubium reuocari potest.

25 Quippè quòd votum, *vt ex cap. litteraturam. 3.vbi glos.verbo proponens in animo, extra de voto.S.Thom.2.2.q.88.art.1.in resp. Nauar. in man. cap.11. num. 24.* Est promissio deliberatè facta Deo, de aliquo bono maiori, siuè de his, quæ sunt Dei; *secundùm Magist.in 4.dist.34.Tolet.lib. 4.instruct.Sacerd.cap.17.num.1. Iacob. de Graffiis decis.aurearum lib.2.cap.21. num.1. Fr.Ludouic. à Beia respons.cas.conscien.par.3.casu 18.col.5.vers. tandem hæc promissio fol. mihi 253. & casu.8.par. 4.in princ.fol.536.Ioan. Azor. instit.moral. par.1. lib.11.cap.12.q.1. Sanchez.in opere morali par. 1. lib.4.cap.1.nu.1.Petrus Binsfildi.in enchirid.Theologiæ pastoralis cap.7 de voto in princip.fol. mihi 298.impressione nouissima Duaci,Lessius de iust.lib. 2.cap.40.num. 1.& seq. Reginald. in praxi tom. 2. lib.18.cap.15.num.205.Bar.in l.1.num.67. de Sacrosanctis Ecclesiis.Bonacin.tom.2.oper circa secũdum decalogi præceptum disput.1. q.2.punct.1.nu. 1. Fr.Ioann. de la Cruz in director conscient. in 2. precept.art.2.de voto in 1.conclus.num.1. Fr. Iacob.Gordon.in theolog.moral.tom.2.lib 6.q.5.de voto cap. 1 num.1. Fr. Paulus Layman. in Theolog. morali tom.2.lib.4.tract.4.cap.1 nu.1.*

26 De voti enim essentia est, vt promissio intercedat; nec sufficit propositum, siuè desiderium vouendi, *vt post text. d.cap.litteraturam,& commentantes.ad tex.in cap.consului.20.de regular. S.Thom.d.q.88. artic.1.ad 3. Anton.Fernardiz.in medulla casuum par.1.cap.6.§.1.num.5.* Siuè promissio ipsa tacitè, siuè expressè, siuè etiam mediatè, siuè immediatè Deo fiat.

27 Cùm ipse solus, cui votum emmittitur, intima cordis intueatur. Ipse enim nouit abscondita cordis. *Psalm.43.* Et scrutator est cordiũ, & cognitor secretorum, *vt inquit tex. in cap.tua nos.34.in fin.de simon.* Et omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. *ad Hebreos 4. & can. Deus omnipotens.20.2.q.1. de Graffiis d.cap.21. num. 4. & 5.Sanchez.d.lib.4.cap.1.num.44. Binsfild. d.cap.7. de voto.Pater Reginald.d.cap.15.num 207.versic. debet demum eadem promissio, & num.208. Ludouic.à Beia respons.casuum conscient.par.2.casu.17.*

quæst.3.in congregatione fer.5. die 26. Maij cal.8.
tandem e lir ullum fol.mihi 277.& in fin.vers ad-
uertat tamen fol.282.Banacin.d punct.1.num.2.de
la Cruz d. art.2 nu.3.in 2.canclus. Gordon. d.cap.
1.q.2.num.v.& seq. & cap.7. num.21. Layman.d.
cap.1.num.1.

Hinc sequitur promissionem homini factã,
28 & si sanè de re spirituali, votum haud minimè
censeri; nisi saltem sic promictens, habeat res-
29 pectum ad Deum. Cùm de voti essentia sit,
quòd promissio Deo fiat. *S.Thom.d.q 88. art.5.*
ad 1. & ad 3.Banacin ibid.sub num.17. versic.hinc
sequitur.

30 Qua de causa, si promissio ipsa Sanctis fiat,
expresso animo, ac deliberato non se obligan-
di Deo, sed soli sancto, vti excellenti creaturæ;
neque votum, neq; religionis diuinæ erit actus,
sed habebitur instar promissionis, qua homo
homini se obstringit, eritque actus singularis
obseruantiæ. *post Valent. Sanchez d. lib.4.cap.1.*
num.42. & 43. Fr. Berardinus à Busta in Rosario
sermonum.tom.1.ser.18 in princ.in diffinit. vat.fol.
mihi.350.& 351. Bonacin. vbi supra d. num.17. in
fin.Gordan.d.q.5.cap.7.num.22.

31 Quòd si verò Sanctis fiat promissio nulla
positiuè contraria intentione, non se obligan-
di Deo; ipsimet Deo Sanctissimo, Sanctorum
omnium Sanctificatori facta videbitur; eritq.
proinde votum, atq; consequenter Religionis
actus. *S.Thom.d. q.88.ar.5.ad 3. Laiman. d.cap.1.*
num 6.

32 Quatenus enim Sancti deificati sunt, atque
participatione quadam deitatis, dij quasi effe-
cti, vt Regius loquitur Psaltes Dauid, *Psal* 81.
Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. & voce
Domini, *Ioan.* 10. Diuinæq; consortes facti
33 naturæ, 2.*Petri* 1. Quæ Sanctis fit promissio,
Deo consecrata censetur, qui in Sanctis hono-
ratur. *S.Thom.d.art.5. Nauar. d.cap.12. num.25.*
& cans 8 de vota lib.3.Sayr.decis 3.lib.2.de vota.
Tolet.d cap.17.num.4.Sanchez d.cap.1.num.4 Re-
ginald.d.cap 15 nu.212. & 213. Bonacin. eadem
34 *puncto 1. num.* 17. Multòq; fortius, quæ San-
ctissimæ, Beatissimæq; Deiparæ, Cælorum Re-
ginæ, Mundiq; totius, vniuersiq; orbis Impe-
ratrici, rogata fuit promissio, votum æstima-
bitur. *Rodriquez in sum.cap 100.par.2.conclus.1.*
Lessius de iustit. d.lib.2.cap.42. dub.5.num.26 27.
& 28.Reginald d cap.15 num.212. & 213. Gor-
don.d.cap.7.num.22.vers Quæres. Layman. d.cap.
num.6.

35 Vnde ex his deducitur, Maiorem obligandi
vim habere votum, quàm iuramentum, *ex S.*
Tham.2.2.q.89.num.8 Dianys.Carthus.in Psal.75.
in expositione Tropolagica in illis verbis: vouete,
& reddite, & Henriq.in sum.lib.7.de Indulgent.c.
30.§.5.paulò ante fin. Nauar. de regularib lib.3.
cans.4 num.1.& num.11.in respons.ad primum. Po-
36 tissimùm, quòd votum principaliter in hono-
rem Dei fiat; per iuramentum verò obligatur
homo interdum homini. *Ioan. Brunellus tract.*
de spansalibus.canclus.16.num.10.val.9.tract. no-
37 *uorum fol.18. col.4.* Quare principaliter iura-
mentum (promissorium præsertim) ad vtilita-
tem proximi emittitur. Vt conciliando Sancti
Doctoris sententiam, quam Mayronus impu-
gnabatur *in 4.dist.39.q.5.Nauar.tuetur d. cap.12.*
num.32.in 3.apposit. & siquidem Ioan.Azor.instit.
maral.par.1.lib.11 cap.15.q.1. absalutè Diui Tho-
38 *mæ sententiam sequatur.* Eò quòd votum natu-
ra sua, & ex se, promissio sit facta Deo. *Nauar.*
39 *man.cap.18 num 6.versic. parrò promissio.* Infide-
lem verò esse Deo, grauissimum est facinus. *vt*
40 *Tham.d.q.89. art.8. ad primum inquit.* Quoniam
gràuè est, fidem fallere, *vt Vulpian. loquitur in*
l.1.ff.de constitut.pecunia.Fr.Bernard. de Busto d.
serm.18.in 3.par sermonis, vbi plura.Royas singul.
63 num.1.Paris.de Confid. quæst.6. num.3. Cened.
ad decretal.collect.110.n.1.

41 Quocirca irreligiosæ perfidiæ erit violare
promissionem factam Deo, de re ipsi grata, *vt*
Caiet.inquit in sum.voti violatia.in princip. & hãc
Diui Thomæ sententiam, probabilem appellat
Lessins de inst lib.2.cap 42.dub.11.num.52. & 53.
42 *vers. ob has rationes.* Cùm etiam hosti fides ser-
uanda sit: *vt discutit Cauar. de spansalibus.par.2.*
relect.cap.3.§.4.num.14.Gardan d.q.5.cap 21.nu.
70.Borrell. insum.omn. decis. tam 1. tit.60. de iu-
ram.num.33.

43 Ideoq; sicuti iuramenti ergò sortitur Lay-
cus forum Ecclesiasticum, eiq; ob id subijci-
tur. Quia vis iuramenti est, adijcere forum fo-
ro, *cap.fin. vbi Prabus ad monach. num. 3. de faro*
compet lib.6. Abb in cap.fin.in vlt.natab num.4.de
sepultur.& in cap.licet.7 num.3.de vata. Euerard.
in locis camunibus argumentandi: laca à vi, et effi-
cacia iuramenti num 38. Seraphin. de priuileg. iu-
ram.priuil.67.num.1.et seq. Borrell.d.tit.60.n.66.
Intriglial.singul.100.num.49.et 50.

45 Ita vtique, ac multò fortius voti causa, *secũ-*
dùm glos d.cap.fin.verba.iuramenti, de fara campe-
46 *tent.et Abb.d. cap.licet nu.3.* Iurè igitur nec in-
iuria cogi poterit ad ea persoluenda, quæ quis
iurauit, vel etiam vouit, per Ecclesiasticum Iu-
dicem, *tex.in d.cap.licet 6.vbi Abb.num.3.de vo-*
to, tex. satis ad rem aptus in cap. ex parte Compo-
stellani 18. vbi Innacent. et Abb.num.1. de censib.
47 *tex. in cap.3. de pactis.* vbi habetur; Iudicem
studiosè curare debere promissa adimpleri.
faciunt notata per Angel.in sum. verbo.votum.3.n.
26.Iaan.Azor.instit moral.lib.3.par.2. cap.53.q.4.
vers.Episcopus etiam.Didacus Spino.in spec. testam.
glas.28. num.63. Marcellus de Mauro allegat. 36.
num.5.quem sequitur etiam Thoro d.priuil.2.Sera-
48 *phin.d.priuil.76.* Et voti exoluendi causa multa
permittuntur, quæ minimè aliàs concederen-
tur. *ad tex.in l.illud.15.ibi: nisi voti soluendi cau-*
sa vbi glos.ff.de offic. Præsid. l. aut Religionis 18.
ff.de procur.

Cùm itaq; rogauerit Testator legatum du-
catorum biscentum primo loco relictum, ob
promissionem Deo, Beatęq; Mariæ Virigini
eius deuotæ factam, atque propterea, ex supra-
dictis, in voti obligationem illa transierit. Asse-
rendum vtiq; ità firmum, & inuiolabile illud
49 permansisse; vt nullo pacto, nullaq; etiam fir-

missi

mi ssima voluntate subsequente ipsius testato-
ris,absque grauissimi piaculi nota, ac sacrile-
gij,infringi potuerit. *S.Thom.d.q.89.art.8.ad pri-
mum,& Caiet.in sum.verbo:voti violatio.in princ.
Bart. d.l.1.num.67. in fin. C.de sacr. sanct. Eccles.
Bald. in l. illud 17. num 2. C.de sacr.sanct Eccles.
Bonac. tom.2.de contract.disput.3.quæst.17.punct.
6.num 6. Brunellus de sponsalib.d.q.16.nu.11. in-*
50 *ferens* : Quòd si iuraui aliquam mulierem du-
cere intuitu Dei,non potest illud iuramentum
mulier remittere, cùm in votum transierit.
51 Quoniam ex genere suo, voti violatio,ni for-
tasis materiæ paruitas excuset, læthale est, *ex
illo Apost.1.ad Timoth.5.12. Habentes damnatio-
nem,quia primam fidem irritam fecerunt. quem lo-
cum de voti irritatione expresiè ex Patribus exau-
dit. & tuetur pluribus Cornelius à lapide ibidem
vers.12.Nauar.d.cap.12.num.40. Anton. Fernan-
dez d.cap.6.in medulla §.2.num.1.& 2.Beia d.ca-
su 17.2 par.in fin.vers.aduertat tamen.Bonacina d.
disput.4.quæst.2 punct.5.§.4.num.2.& 3. & d.di-
sput.3.q.17 punct.6.num 4. de contract. Gordon.d.
cap.21.num.60. Borrell.d.tit.60 num.297.faciunt
plenè notata per Gaillum. pract.obser.59. per totū,
quem etiam sequitur Gratian. forens.par.3 c.722.
num.14.& 15.Sà verbo votum, num.15. Layman.
d.tract 4.cap 3 q.2.nu.2.*
52 Neque etiam in aliam Ecclesiam propria
authoritate commutari, quæsito iam-iure pri-
meuæ per testamētum primum, & codicillos,
53 *secundùm Rodriq.par.2.cap.101.num 7.* Post ac-
ceptationem præsertim: *Lessius dicto cap 1.nu.
104 Latè Pater Ioan.Valerus Carthusian.de diffe-
rent.inter vtrumque forum verbo votum.different.
1.Bonacin.d.punct.5.§.2.n.8.*
54 Tametsi nempè vota ab initio gratuita sint,
& voluntaria ; ex post facto tamen, & subse-
quenter,necessaria euadunt, *tex. in d.cap. licet
6.de voto.c porrectum 13. de regularib.in fin. An-
gel. summa verbo.lex §.3. vers si verò materia est
necessaria,Dionys.Carthus. vbi supra.*
55 Regitur quippè votum à natura contractus,
qui ex post facto necessitatis euadit, quamuis
per prius libertatis fuerit, *l.sicut.5. C.de action.
& obligat.Abb.d.cap.licet in 1.notab.* Marc. *An-
ton de Amatis decis.24 num 7.& 8.Gordon.d.q.5.
par.3.cap 13.num 41.Laiman.d.tract.4. cap.8.nu.
21.in 5. dicto.iuxta illud S.Gregor.epist. ad Boni-
facium relati à S.Thom.2.2. quæst.189. artic.3.*
,, *Bonæ fidei contractus*,inquientis. *nulla solent ra-*
,, *tione dissolui; quantò magis pollicitatio, quam cū*
,, *Deo pepigit homo, sine vindicta solui non poterit.
& sequitur Layman.cap.3.nu.1.*
56 Qua de re compelli iurè, nec temerè pote-
rit vouens,ad ea seruanda,quæ promisit, *text.
cum glos.in can.scimus.12.quæst.1.ad tex.in cap.1.
cum ibi notat de pactis, cap. ex parte 18 de censib.
& c.quod super 7. in finalibus verbis de fide instru.
l.1.2.et 3.ff. de pollicitat. Cappella Tholosan. vbi*
,, *Aufrer.dec.135.* Vouete enim,& reddite Do-
,, mino Deo nostro (Regius exclamat psaltes
,, *Psalm. 75.* omnes, qui in circuitu eius affertis
,, munera. Terribili, & ei qui aufert spiritum
,, Principum ; Terribili, & apud Reges terræ.
,, *Et Ecclesiastes 5.n.3.* Quòd vouisti Deo,*inquit,*
,, ne moreris reddere; displicet enim infidelis.&
,, stulta promissio *S.Thom.d.q.88.art 1 & q.189
art.3.ad 1.vbi Caiet.et in d.Ps.75.Dionys.Carthus.
in exposit.Tropolog.& Lyran.ibid.et ibid.P.Fran-
cisc.Puteum Carthus. in Catena aurea ex Cassiodor.*
,, Vouere enim ,*inquiens*, voluntati consulitur ;
,, sed post voti promissionem necessariò reddi-
,, tio exigitur.Ideò non ait simpliciter vouete,
,, vel nolite vouere,sed vouete & reddite, idest,
,, si voueritis,reddite;alioqui damnationem ha
,, bent,qui primam fidem irritam fecerunt. hæc
ille.
55 Vt meliùs proinde sit non vouere, quàm
votum,prout melius fieri potest, non perfice-
re,*vt Vrbanus Papa inquit d.can.scimus 10.q.1. et*
,, *d.cap.5.nu.4.Ecclesiastes.* Multòq; melius (in-
,, quiens)est non vouere,quàm post votum pro.
,, missa non reddere.*Graff.d.lib.2. cap.22. num.1.
Petr. Gregor.Tholos.Syntag.iur.lib.24. cap.10.nu.
16.de Ponte cons.37.num.31.& 32.lib.2. Didacus
Spino.de test.gloss.28.nu.63.Tuscus tom.vlt.litt.V.
conclus.289.num.3.Gord.d.cap.13 num.41.in fin.
Layman.d.cap.3.n.1.vers.his addendum.*
58 Quòd si,qui vouit, vota morte Præoccupa-
tus reddere non potuit; voto existente reali,
eius hæres tenebitur, siue ab intestato, siue
etiam ex testamento successor extiterit; Quia
nimirum, ita votis,realibus tamen defuncti sa-
tisfacere tenebitur, sicut & aliud eiusdem æs
alienum soluere, *tex in d.l.2. §.fin. ff.de pollici-
tationib cap.fin.in fin. cum glos.fin vbi Abb. nu.4.
de sepult.cap.d nobis 28. § hæredes.vbi glos.de sent.
excom. cap. ex parte Compostillani.18. de censib.
Euerard in d. loco ab efficacia iuramenti nu.38. de
Franch.dec.83.num.6. Gizzarell.decis.6.num.33. et
35. Innocent. Abb. et Butrius d.cap. licet.de voto.
Anton Fernand.d.cap.6.§.2.num.24 Anastas.Ger-
mon.de sacrorum immunit.lib.3.cap.19.nu 4. Na-
uarr man.cap.12.nu.56.§. vigesimo octauo peccat.
num.17.Grat an.forens.par.1.cap.14.nu.17. Bona-
cin.d.disput.4.q.2 punct 4 §.5.num.5. et punct.5.§.
2.num.4.et seq.et num.10.et 11.et d.q.17.punct.7.
proposit.1.num.1.Gordon.d.q.5.cap.19.num.57.fa-
ciunt notata per Mancin. de iuramento in simili lo-
quens.quòd ad hæredes trāseat quoad effectum rea-
lem par.4.effect.5.num.1.*
60 Quoniam votum reale in hæreditate defun-
cti, est debitum Deo Altissimo,nō cuiuis mor-
talium. persoluendum.*Nauar man. cap.25.num.*
61 *65.Thoro d.priuil.2.col.2.* Nam promittere, est
constituere se debitorem eius, quod promitti-
tur,ei, cui promittitur, *secundum Caiet. in sum.
voti violatio. in princ. Sayr. in claui reg lib.6.cap.
7.num.12 Gratian.forens.par.4 cap.722.nu.14.*
62 Obligatio verò defuncti ad hæredem est trā-
sitoria,*vt in terminis nostris loquitur Salycet.in l.
1.C.de sacrosanct.Eccles.q.13.in fin.nu 18.vers.sed
hæres vouentis. Petr.Greg.d.lib.24. cap.10.nu.15.
etiam si pænalis fuerit.Ioseph Ludouic.d.concl.16.
illat.72.d.f.46. Sà verbo hæreditas.n.36. Layman.
d.tract.4.cap.3.in 6.q.n.12.*

63 Ce-

63 Cœteroquin hæres hæreditate adita, defun-
cti vota non reddens, ne dum se peccati lętha-
lis macula inficiet, vti violatæ Religionis reus.
*S.Thom. d.q. 89.art.8.ad.primum.Caietan. d.verbo
ti voti violatio.in princ. Nauar.d.cap. 12.num.56.
Abb d.cap.licet.num.5.vbi addent.Graff.d.cap.22.
num.10.Rodriq.d.cap. 101.num.11. et 12. Azor.d.
lib.11.cap. 15. quæst.1. Petr. de Gregor. d. cap.10.
num.16.*

64 Verum, & hæreditate ipsa, vti indignus
spoliari merebitur, *tex in Autd. hoc amplius fin.
C.de fideicomiss.d.cap.licet, vbi Abb.num.15. Butr.
num.16.tex.in cap si hæredes.6 vbi gloss.fin. in fin.
et Abb.ibidem de testam.Pater Ioann Valer. verbo
legatum.different.1. num.3.pleuè Didacus Spino d.
gloss.28.num.45. et seq. et d.num.63. et 64. et 65.*

65 Crescenteq; contumacia maioris excommu-
nicationis vinculo nodari, *tex cum glos.d.cap. à
nobis.28.§.fin.de sent.excom. Abb.d.cap fin.num.4.
in fin.de sepult.et d.cap. licet num. 15. Sayr. d.lib.
6.cap.7.num.15. Azorius d.cap. 15.q. 15. Graff. d.
cap.22.num.10. Sanch.d.lib.4.cap.15.num.25.cum
seq. Gallef.de oblig.camer.q.4.num.11. Bonacin. d.
punct.5. §.2. num.4. & num 6. Layman. d. cap.3.
num.12.*

65 Quia hæres defuncti animam, & conscien
tiam exonerare debet, *d.cap.fin. de sepult. tex. in
litteris.5.cum sua glos.de raptor. Butr.in cap. si di-
diligenti.17. et ibid. Abb. col. penult. de præscript.
nu.13.sequitur Calcan.cons.74. nu.65.et 66. Petr.
Pecch.de testam.coning.lib.1.cap.27.nu. 1. in fin. et
lib.4.cap.17 num.2. Ioseph Ludouic. d.conclus.16.
illat.71. Card.Tuscus.tom.4 litt.H. conclus.42. Io:
Baptista Thoro in sum. priuileg. piar.causar. priuil.
168. Marta de success.legali tom.2. par.4.q.12. art.
7.num.34.35.et 36. Bartins dec. 81.nu.17.*

Non itaque reuocari potuissent per secun-
dum testamentum, legata hæc pro exonera-
tione conscientiæ, atque ob votum, in prio-
ribus tabulis rogata; quamuis derogatoriæ
clausulæ specialem, atque specificam me-
67 moriam fecisset testator. Porrò, quòd testa-
mentorum reuocatio ad ea tantùm protendi-
tur, quæ ad vltimæ voluntatis materiam per-
tinent, non quoad contractus, vel Confessio-
nes, vel id genus alia, testamentis inserta, *vt
post Ripam in l.nemo potest.num.35.ff.de legat.1.et
alios.de communi testatur Emanuel Suarez in The-
saur.communium opin.litt.T.nu.96. mihi fol. 199.
vol.2. et tom.1. communium opinionum littera T. d.
num.95.fol.mihi 311.Tuscus d.litt.T. conclus.152.
num.105.Guttierez.d par.2. de iuram. confirmat.c.
1.num.9.in fin.plurib.Mancin.de confession. cap.8.
per tot. Nouar.de incertis, et malè ablat. priuil.43.
num.3.et seq.et d.priuil.56.nu.9.*

68 Et iuramentum sicuti operatur, vt minimè
videatur extendi reuocatio ad ea, quæ Sacra-
mento firmata sunt, quòd voluntas ad ea non
vtique protrahatur, *secundùm glos. receptam in
cap.cùm non deceat. 30.verbo effectus de elect. lib.
6.quam sequitur Roman. sing.7. quod dispositio.Co-
nar.d.par.2.rub.de testam.nu.19.in 4.conclus.ver.
2.infero.Tiraq.in l.si vnquam.num.170.C.de reuo-
cand.donat. Sarmiento.d.lib.3.cap.14.num.19. in
fin.Cenallos d.q.211.num.2 Bonac.d q.17. punct.
5.num 7.et punct.6.num.4.Guttierez d.cap. 1.nu 8.
Sà.verbo iuramentum.num.19. Mancin. de iuram.p.
69 4.effect.66.num.5.* Ita pariterq; ac multò magis
id votum operabitur, quod maiorem vim ad
obligandum obtinet, vt dicebamus, quàm iu-
70 ramentum. Rectèq; ducatur argumentum ex
iuramenti vi, ad voti vim, & efficaciam, *secun-
dùm Rodriq.d.cap.100.col.1.* Cùm votum ex vi
sua obligationem indicet, vt super verbis iam
dictis *Psalm.75.* Vouete, & reddite, adnotat *P.
Gord.d q.5.de voto cap.1.in princ. vers.omitto hic.
Thom.Sanchez d.lib.consil.cap.1 dub.20.nu.2.*

71 Neque obstabit si obijciatur, satisfecisse vo-
to testatorem videri, per alterum legatum se-
cundis tabulis eidem Cappellæ rogatum, *ad
tex.apertum in l.filia legatorum.11. C.de legat. et
tex.in l.Lucius Titius.la prima, quæ est 22. ff.de le-
gat.2.l.libertis quos 18.ff.de aliment et cibar legat.
Abb.cons. 4.nu.8.par.2.et Aymon. cons.167.nu.5.
cum seq. Mantic.de coniect.lib.6.tit 14.n.19.*

[Præter quàm quòd] enim textuū prædicto-
rum materia satis diuersa ab hac nostra est; vt
72 non in iure sequatur ob id illatio à re differēti,
atque diuersa, *ad tex.in l.Papinian.exuli 21.ff. de
minor.l.vlt in fin.vbi Bart.ff.de calumniat* Barbos.
alliom.114.

73 Nam tex.prædicti *d.l.filia legatorum, et tex.d.
l.Lutius*, loquuntur sanè quando superuiuens,
prioribus tabulis testator, ipse postmodum
rem, & quantitatem in illis relictam per se
74 soluit. Vt non in iniuria distinguant Doctor.
ibidem inter legatum generis, siuè quantita-
tis; & legatum speciei, *vt per Abb.d cons.4 nu.1.
et Vincent.de Franch. decis. 422. Fabium de Anna
cons.91.lib.1.Menoch.de præsumpt.lib.4.præsump.
228.nu.2.cum seq.* Cancer. *variar.lib.3.cap 20. de
legat.numer.159.cum seq.Diaz in reg.413.* Vel si
75 in causam legati primitùs rogati, solutionem
fecisse, vel secundum legatum scripsisse testa-
tor aliquo modo ostenderit, vt se, scriptosque
hæredes ab eodem onere liberos, extorresq;
redderet. *vt explicat Rota post alios in Comen.le-
gati.20.Februarij.1606. coram Sanctissimo Grego-
rio XV.* Ludouis.*decis.236 num.2. et in recentiori-
bus par.2.tom.1.decis.499.nu.2.* Cancer.*d.cap.20.
num.163. Franch.d.decis.422.num.3.de* Thomas.
tract 6.de maioratu.tit.13.per tot.

76 Sicuti etiam distinctionem adhibent Do-
ctores ad intellectum præfatorum tex. si vna
videlicet quantitas inter viuos, altera verò in
vltima voluntate relinquatur. Vel si vtraque
in vltima voluntate, & in eisdem, vel diuersis
tabulis describatur, *vt supra citati Doctores, et
Franch.decis.422.nu.5. sequuntur, Menoch.de arbi-
trar.casu.213.nu.12.*

Nihilominus tamen (fac esse eadem quanti-
tas in eisdem, vel diuersis relinquatur tabulis,
77 atq; pro eadem causa) si ea tamen illa sit, quæ
multiplicationem admittat, nec semel præsti-
ta, cesset, quin iterum præstari valeat, ex eadē
78 etiam causa; Neque diuersum ex mente, ac

vo-

voluntate disponentis apparet; repetitò debetur. *est tex. apertus in l. quinquaginta. 11. ff. de probat. ubi scribent.tex. in l. Lutius Titius. la seconda quæ est. 90 §. impuberem. ff. de legat. 2. Vincent. de*
79 *Franch. d. decis. 422. num. 4.* vbi loquitur in legato pro animabus filiorum, rogato, quod plane multiplicationem recipere non ambiguntur. *Mantica de coniect. lib. 12. tit. 6. num. 18. in fin. Rota recent. d. decis. 499. num. 5. par. 2. Gaspar. Anton. Thesaur forens quæst par. 1. q. 67. num. 3. & 4. Surd. de aliment. tit. 9 quæst. 4. num 10. 11. 12. & seq. & tit. eod. q. 34. nu. 9. cum seq.*

80 Quod profectò non æquè procedet, si data semel, testantis sit voluntati satisfactum. vt in legato alimentorum loquitur *tex. in d. l. libertis quor. 18.* quę data semel, repetitionem minimè admittunt. *Menoch de præsumpt. 128. num. 18. de Franch. d. decis. 422. num. 3. & 4. Anna d. consil. 91. num. 37. & 38. Pater Ludouic. Molina de Iust. disputat. 201. vesic. excipitur ab hac regula. Rota in d. Comen. legati coram Ludouis. decis. 236. nu. 8. cum seq. Francisc. Marc. dec. Delphinat. 437. num. 1. par. 1. de Thomas. d. tract. 9. tit. 13. num. 13. Surd. d. q. 4. num. 1. & seq.*

81 Velut in legato dotis, quæ reiteratione natura sua non accipit. *est tex. in l. 2. in princ. ff. de dote prælegata. & tex. in d. l. Lutius Titius. 90. §. Impuberem. & tex. in l. huiusmodi. 86. §. cùm pater. ff. de legat. 1. Menoch. de arbitrarijs. d. casu. 213. num 7.*

Verùm in facto hoc nostro multò magis scrupulus omnis procul fit, & cessat, quòd longè aliud, ac diuersum legatum in secundo testamento relictum est, ab altero in primo scri-
82 pto. Tùm quòd distat ab illo in substantia, tùm in quantitate, tùm in causa, tùm deniquè in tempore. Vt aliud proinde vnum sit, atque alterum. *ad tex. in l si idem Codicilli. 7. C. de Codi-*
83 *cillis.* Vendiceretq; proinde, nec sanè iniuria sibi locum dispositio *tex. in l. cùm centum. 9. ff. de Aliment. & Cibar. legat. & d. l. quingenta 1. 2. de probat.* Vtramq; scilicet quantitatem deberi, ne dum quidem si diuersis, verum & in eisdem sit Elogijs relicta. *secundùm Abb. d. cons. 4 num. 2. Anna d. cons 91. num. 26. & seq. Molin. d. disput. 201. littera C. Thesaur. vbi supra d. q. 67. longa serie Menoch. de arbitrar. d. casu. 213. in 5. 6. & 7. casu à nu. 22. cum seq. & latè Surd. d. q 4.*

84 Potissimùm verò cùm ex distinctione rerũ, pluralitas arguatur legatorum. *vt Paul. docet in*
„ *l. quotiens. ff. de legat. 2. Quotiens (inquiens) nomi-*
„ *natim plures res exprimuntur, plura legata sunt. Sequitur Surd. decis. 88. num. 21. Rota in recent. par. 2. tom. 1. decis 438. num 4. faciunt notata per Menoch. de arbitrar. d. casu. 213. in 4. casu num. 13. & in 6. casu. num. 26.* Atque allata etiam distinctio *DD. per Canceer. d. lib. 3. cap. 20. num. 159. & seq.*
85 vbi ex diuersitate, vel vnitate causæ ad multiplicationem, nec ne legati, rectè inferri, concludit. *Mastrill. decis. 231. num. 67. par. 3. Thesaur. d. q. 67. nu. 3.*

Et quidem substantia huius, & tẽpus exprimitur,
„ *De fare dire vna Messa letta nel giorno d'o-*
„ *gni venerdì pro defunctis. Nec non vno anniuer-*
„ *sario semel in anno nel primo Lunedì, che siegue al-*
„ *la festa de tutti li Santi nel mese di Nouembre, in*
„ *perpetuum.*
„ illius verò, *Che si habbia da dire in perpetuo*
„ *vn' officio ogn' anno per tutto lo Clero di Campo bas-*
„ *so. con tredici Messe di detto Clero, e con dodici in-*
„ *torcie lauorate etc. nell'vltimo Venerdì del mese*
„ *di Ottobre.*

Quantitas verò in hoc est expressa ducatorum bisecentum; in illo verò indeterminata, atque indefinita.

„ Ac denique causa. In hoc, *Per alcuno scari-*
„ *co di coscienza, e per promessa fatta à Dio Signor*
„ *nostro, & alla Beata Vergine sua diuota.* In illo ve-
„ rò: *A remissione di suoi peccati, e dell'antecessori*
„ *di esso testatore.*

86 Quid erit igitur, cur stare testatoris voluntatem, impugnare voluerimus. *ad tex. in l. san-*
87 *cimus. 27. C. de testamentis;* Cùm illum prioris dispositionis, quoad legata pœnituisse, non appareat? *ad tex. in l. filiæ cuius. 16. C. famil. hercisc. und. & tex. in cap. cùm Martæ. 6. de celebrat. Missarum.*

88 In illa ergò perdurasse, mutatione non probata, ad supremã vsquè vitę auram, præsumendum erit. *ad tex. in cap. maiores. 3. §. fin. de baptism.*
89 *& eius effectu. vbi Abb. num. 5.* Vt qui contrarium asserere voluerit, ipsum probare oportet. *vt est tex. in d. l. Lutius Titius. la prima. 22. in*
„ *fin. ibi: Onus autem probandi mutatam esse volun-*
„ *tatem defuncti, ad eum pertinet, qui fideicommissum recusat. & tex. in d. l. quingenta. 12. de probat. & l. fideicommissa. 11. §. si rem. ff. de legat. 3.*

Præsertim quòd neque mutare testator voluntatem potuerit, ob votum, & promissionem Deo, Beatæq; Virgini factam, vt in superioribus dicebamus, ni se piaculo obstringere voluisset.

Firma itaq; illa perdurabit, atq; vtrumq; simul legatum persoluendum erit. Vt ex his respondi. Sub censura. CAROLVS MARANTA V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus &c.

Deberi vtrumq; legatum decretum fuit. Et sententia confirmata per doctissimum Consiliarium Scipionem Rouitum Reuerendæ Fabricæ Secundarum Causarum Regium Cõsultorem. Nunc verò, sic eius exigentibus quàm plurimis meritis, supremi Regij Collateralis Consilij Regentem. Et ita executioni demandata.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi refrenatum habent arbitrium quoad quartam ex pijs exigendam legatis.*
2 *Quarta episcolis non debetur ex relictis pauperibus in genere. Quia personis tunc relicta censentur non pijs locis. nu. 3. neque ex relictis pro maritandis pauperibus puellis. num. 4. neq; pro dote Ecclesiæ, atq. ad perpetuum diuinum cultum relictis. num. 5.*
6 *Episcopo alleganti consuetudinem exigendi quartam*
ex

ex omnibus legatis incumbit onus illam probãdi.

7 *Consuetudo in facto fundamentum habet, atq. proinde probanda. Et debet probari in specie casus, qui in controuersiam ducitur.nu.*8.

9 *Consuetudo est stricti iuris.*

10 *Consuetudo quantum habet de actu, tantum habet de potentia.*

11 *Consuetudo exigendi quartam ex omnibus legatis pijs probari debet non minor 40. annorum.*
*Vel saltim 30. vt longa dicatur nu.*13.
Vel decem annorum ad minimum. nu. 13.

14 *Consuetudo non potest dici introducta per duos tantùm actus.*
Quia non Iudicis facto; sed tacito populi consensu introducitur.num. 15.*præsertim aduersus Tribunal Fabricæ.nu.*16.

17 *Consuetudinem allegans ipse probare debet.*

18 *Episcopus est executor omnium piarum dispositionum.*
*Declara intra annum tantùm, non post illum, cũ succedat Tribunal Fabricæ S. Petri.nu.*20.*& *21. *vbi decisiones referuntur. & nu.*26.

19 *Interesse laboris debetur, & est in consideratione.*

21 *Auctor fuit Coadiutor Tribunalis Fabricæ, & Aduocatus nu.*34.

22 *Episcopi executoris officiũ gratis præstare tenentur.negligens imputet sibi damnum ex negligẽtia.*
Quarta, nisi petatur, nec debetur.ibid.

23 *Restituere quisque tenetur, quod malè accepit.*

24 *Quartæ Episcopali an derogatum omnino censeatur post Tribunalis Fabricæ erectionem ex omnibus pijs legatis.*
*Affirmat Riccius nu.*25.
Auctor verò contrariam sequitur sententiam nu. 26.*&* 34.*&* 35.

25 *Tribunal Fabricæ erectum fuit cum iurisdictione priuatiuè quoad alios.*

26 *Dominus Riccius Episcopus laudatur.*

27 *Clausula abdicatiua intelligitur iuxta subiectam materiam.*
quod procedit in quibuscunq. scripturis & contractibus, & etiam vltimis voluntatibus nu. 28.

29 *Quarta Canonica Iure comuni Episcopis competit ex legatis pijs.*
*vnde ei derogatum non censetur nisi exprimatur. num.*30.

31 *Lex noua eatenus antecedentem tollit, quatenus de ea meminit eidem expressè derogando.*
*neq. lex noua in dubio veterem corrigere velle censetur.nu.*32.

33 *Iurium est vitanda correctio, non inducenda.*

36 *Melchior Rouiglionus vtriusq. I. D. Fabricæ à secretis laudatur, eiusq. mors refertur.*

ARGVMENTVM.

Substineatur ne consuetudo Episcopi, exigendi Quartam ex omnibus legatis pijs? Et quid quoad Tribunal Reuerendæ Fabricæ? Et num nè detractum sit iuri, Quartam exigendi huiusmodi, post Tribunalis erectionem, vi suorum priuilegiorum, & facultatum?

RESPONSIO II.

IN Iudicium vocatur Reuerendissimus Episcopus Squillacen. apud Reuerendæ Fabricæ S. Petri Tribunal, vt quadraginta quartæ nomine ab eo accepta ex legato illorum de Anoya, quod pro matrimonio locanda in singulos annos pauperiori, ac miserabiliori Ciuitatis eiusdem puella, rogatum fuerat, postliminio quasi exhibeat, atque restituat. Sed tuetur se Episcopus longa, tùm prædecessorum, tùm sui ipsius consuetudine, quartam exigendi ex pijs legatis omnibus. Verùm ad restitutionem proclamat, his flocci pensis, Tribunalis eiusdem Oeconomus.

1 Quamobrem pro Tribunali respondendo, Dicebam. 1. refrenatum esse Episcoporum arbitrium, quo ad quartam ex pijs relictis exigendam. *vt ex tex. in cap. fin. de testam. tex. in c. ex parte. el 3. quod est. 31. de verbor. sign. latè Petrus de Vbald. Perus. tract. de quarta Episcop. cap. 8. vol. 15. tract. par. 2. fol. mihi 215. cum seq. vbi casus omnes enumerat, quibus cessat quarta, quæ Episcopis debetur ex legatis pijs. et Beitacchin. de Episcop. lib. 4. par. 4. num. 53. vol. 13. tract. par. 2. fol. 339. Syluest. verbo canonica porsio. q. 4. Armilla eod. §. 8. Abb. cons 59. in 2. dub par. 1. Roman. cons. 233. præmissa quæstio. Bernard. Diaz Episcopus Lucan. reg. 237. Ioan. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 12. q. 7. cum seq. Card. Tusc. tom 6. litt. Q. concl. 21. num. 33. & seq. Riccius. in praxi variar. resolut. 376. num. 1. & resolut. 209. num. 1. cum seq. par. 2. Molfes. in sum. tom. 2. tract. 13. cap. 9. num. 45. & seq. & in 6. responsione. num. 31. cum seq. ad fin. vsq. cap. plenè etiam Bonacina de contract ib. tom. 2. disp. 3. q. 22. punct. 3. num. 2. & seq.*

2 Qua de causa ex relictis pauperibus in genere, nulla debebitur Episcopo quarta. *glos. in cap. 2. verbo. decreuit. vbi Innoc. num. 1. & Abb. nu. 8. de sepultur. Frederic. de Senis. cons. 101. quæstio talis est. nu. 2. Tiraq. priuil. 28. de pia caus. 1. Couar. in cap. officij. 14 nu. 1. de testament. Azor. d. cap. 12. q. 7. Mantica. de coniecturis. lib. 8. tit 4. num. 21. Sebastian. Medices. opusc. 4. num. 5. vers. Canonica portio. tom. 2. oper.*

3 Quia personis tunc relicta censentur, non pijs locis. *Roman. d. cons. 232. Seraphin. decis. 726. num. 1. & 2. quam refert etiam, & sequitur Iulius Lauorius variarum iuris elucubration. tit. 2. cap. 17. num 85. & num. 99. & Molfesius vbi supra num. 53. & casus omnes enumerat quoq; nouissimè Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 19. à nu. 16. Quaranta. in sum. verbo quarta. Piasecius in praxi par. 2. cap. 5. art. 6. num. 40. Capycius decis. 23. num.*

num.2. & 4.cum seq.Francisc.Leon.in Thesauro. par. 2.cap.14.num.6.& 7.cum seq. Aluar. Valasc. consult. 105.num.12.& 13. & 14. Augustin. Barbosa de potest.Episcop par.3.allegat.75.num.43. & 44. Tuscus. d. conclus.21. num.43. & 44. & num. 53. & seq.& num.66. Bonacin.d.punct.3.num.2. Ioan. Baptista Thoro in sum.priuil. piar.causar.priuileg. 259.

4 Sicuti neque ex relictis pro maritãdis pauperibus puellis in annos singulos. *Syluest. verbo canonica portio num.6.Tiraq.d.priuil.28.Azor. d lib 9.cap. 12.q.10.decisum in Rota. refert Seraph. d.decis.726.num.6.Tuscus. dictu conclus. 21. num. 46.Lauorius vbi supra.Molfes. num.52. Bonacin.d. punct. 3.num.2.vers.ex quo patet. Barbos.d.cap.19. num.27.*

5 Neque item ex relictis pro dote Ecclesiæ. Cùm ad perpetuum diuinum cultum assignata videantur. *dicto cap.fin. de testam. Abb.in cap.1. num.5.de censib.Genuens.in practicabil. Ecclesiast. q.383.num. 1.Petrus de Vbaldis. d.cap.7 num. 59. Capyc.decis.23.num.4.Medices.opusc.4 nu.5. vers. Cantica.Ricc.in praxi par 3.resolut.341.Tuscus.d. conclus.21.num.56.& num.72. & 73. & 74. Lauorius loco cit.Barbos.d.cap.19.num.24.Tuscus.d. conclus.21.num.30.*

6 Episcopo igitur onus incumbit allegatam probare consuetudinem, ex omnibus piè relictis indistinctè quartam exigendi. *ad tex. in c. fin vbi scribunt.de consuetud. Seraphin.decis.1195. num.1.*

7 Profectò quòd consuetudo in facto fundamentum habet; vnde probanda erit. *Boer. cons. 8.num.12.& 16 Gratian decis.14.num.4. Maceraten.variar.lib.1. resolut. vlt. casu 58. in fin. versic. quia 1.& lib.2.resolut.8.num.57.Monald.cons.73. nu.8.col.2.*

8 Nec quoquo modo, sed in specie casus, qui in controuersiam ducitur; quia stricti iuris est.
9 *Oldrad.consil.237. Aymon. cons.96. num.4. Surd. cons.74.nu.13.lib.1.Seraphin.d.decis.1159. nu.6. Rota apud Ludouis.Gregor.XV.decis.45.num.6.& 8.& decis.162.num.2.& Rota.par.2. diuers.decis. 72.num.31.et par.4.diuers.collecta per Farinac.decis. 74. num. 5. quæ est etiam inter decis. Mantica 159.num. 5.Griuell.decis.Senatus.dolani.40. num. 22.Vincent.de Franch. decis.253.num.11. Rota in Imolen. seu Fauentina bonorum 25.Iunij.1593. coram litta.apud Murebes. par.1 decis 9.num.1.vers. nec obstare fol.1250. & apud Caualer. decis. 192. num.5.& decis.205.num.8.& 9.*

10 Consuetudo enim quantum habet de actu, tantum habet de potentia, & non amplius. *vt loquitur Bald. in cap.1.n.21.de his, qui feudum dare possunt.in vsibus feudorum.est tex.in l. quod non ratione.38.in fin. ff.de legibus.sequitur. Surd.d.cons. 138.num.7.lib.1.& Rota d. decis.74.num.4. idem Mantica decis.284.num.7.& decis.10. num.11.*

11 Neq; minori spatio quadraginta annorum. *ex glos. fin.d.cap.fin.in fin. de consuet. glos. in cap. super quibusdam. 26.§.1.in verbo. nou extat. de verbor.signif.cat.cap.de quarta.4.de praescript. Baldus.de praescript par.1. in 5 parte princip. q.13.num. 1.vers.istam quæstionem.fol.mihi.453.in minori impress.Caputaquens decis 230.num.6.par.1.Mantica d.decis.284.num.9. Lauor.d.cap. 17.num.73. Molfes.d.cap.9.in 8.respons.num.64.& seq.*

12 Vel saltèm triginta, vt longa dicatur consuetudo. *Geminian.cons.87 num.4.*

13 Vel ad minimum decem annorum, *secundùm Rotam par.1.diuers decis.629.num.5.sequitur Maceraten.variar. lib.1. resol. 103. num 5. Riccius in praxi variar.resolut.209.num.2.in fin. par.2.Molfes.d.respons.8.d.num.64.in fin.& seq.*

14 Cùm aliàs per duos tantùm actus consuetudo introducta dici haud minimè possit. *secundùm Syluest.verbo.consuetudo.nu.6.vers.3. Couar. practicar.quæstion.cap.14.num.2.Riccius.in terminis nostris.d. resolut.209.num.3.* Nimirùm quòd
15 non iudicis facto, sed Populi cõsensu Consuetudo inducatur. *§.ex non scripto.institut.de iure naturali.gent.& ciuili.cap.cùm dilectus.8. de consuet. Abb.cons.73.circa primum dubium in fin.num. 11.par.2.Riccius par.2.decis.217.num.8.Rota apud Caualer.decis. 125. num.8.*

16 Potissimum verò aduersus Tribunalis Fabricæ Sancti Petri iura; quod in possessione est légata huiusmodi exigendi, absque detractione portionis vllius pro quarta Episcoporum.

17 Quam ob causam Episcopi erit probare, vtpute affirmantis, & se fundantis in consuetudine, non verò Tribunalis Oeconomi, negantis. *ad tex.in l.2.& l.ub eu.parte.5.et in l. quingenta.12 ff.de probat. l.auctor.23. C.eod.tex. in l. Lucius Titius sapiẽtiu, quæ est.22.ff.de legat.2 l.quoties. 18.§.fin. ff.de probat.cap.vlt.§.sanè. de iureiurau. Afflict.decis.377.nu.7.Ioseph.Ludouic.dec. Perus.12.num. 1.et decis 15. num. 1. et 2. Gratian. decis. 19.num.9. Rota in terminis nostris apud Coccinum.decis. 123.num.38.et apud Caualer. d.decis. 125.nu.8.et decis.94.num.4.Rota Maceraten apud Thomati.decis.53.nu.12.et dictum fuit Melphitten. iurispatronatus.27.Maij 1619.coram Vbaldo.*

18 Nec diffugium suffragatur Episcopo, ex quo executor dicitur, & est piarum dispositionum omnium. *ex tex.in cap.nos quidem.3. cap.si hæredes.6.et cap. Ioannes. 19. de testam. et Sacrũ Trid. Concil.sess.22.cap.8.de reformat.Thoro d. priuileg.*
19 *259.* Vt saltim ratione laboris quartam ipsam exigat. quòd sanè interesse debetur, & in consideratione est. *vt aduertit Dominus Regens Carolus Tappia decis.27.num.15.*

20 Præter quàm quod enim, intra annum dumtaxat id exauditur, post Tribunalis Fabricæ erectionem, non sanè post illum. Cùm iam quæsitum est ius Fabricæ per negligentiam hæredum, vel adimplere debentium. vt declarauit pluries Sacra Congregatio Eminentissimorum DD. S. R. E. Cardinalium ipsi Tribunali Præfectorum per Sanct. D.N. Papam. ac præsertim
21 in anno 1617. Cùm Ego pro Domino Reuigliono Secretario Coadiutoris officio defungerer per litteras Eminentiss. Cardinalis Pallotti Archiepiscopi Cusentini, in causa cùm Reuerendissimo Archiepiscopo Reginen. & iterum per litteras Eminẽtissimi Cardinalis Gimnasij

nasij in causa cum Reuerendissimo Episcopo Vigiliarum. Et imputet sibi Episcopus, qui quartam exigere desidiosus fuit. *ad tex.in l.pupillus.24.§.fin.ff. quæ in fraud. credito. §. quorum institut.in proœm.Barb.sa. alliom.*227. præsertim cum hęc cuncta nisi petatur, nec debeatur. *et post alios sequitur Molfes.d.cap.9.num.*50.

22 Nihilominus apertum est *tàm in d. cap. nos quidem ibi: Sinè diminutione qual b t. quàm in d. tex.Sacri Trid.Conc.*gratis Episcopum executoris officio defungi debere. *& est etiam apertissimum in tex.in l nulli.28.§.cum autem ibi: Vt Religiosissimi Antistites gratis, & sine vllo dispendio prædicta gesta conficiant. & tex. in l. si quis ad declinandum.38.§ sed & si paupe:es.in fin.C. de Episcop et Cleric. Abb.d.cons.59 in 2.dub.post.num.3. par.1 sequitur.Ioan. Baptista Thoro.piar.causarum. singul.*38.

23 Vt debeat proinde idem Reuerendissimus Squillacens.iurè cogi ad restituendum quadraginta,quæ malè accepit.*ad tex.in l. restituere. t. et 2.35.et 75.ff.de verbor. significat. et regula peccat um.4.de regul.iuris.in 6.*

24 Verum in dubium reuocari etiam contigit ad rem hanc. An post Tribunalis Fabricę erectionem, derogatū videatur detractioni quartæ canonicæ ex legatis pijs Episcopis debitæ, etiam in casibus, in quibus de iure ad illos quarta huiusmodi spectabit.

25 Et detractum videri, ac derogatum respondet Reuerendiss. Episcopus Riccius Dominus meus.*in prax.variar.dict.resolut.376.num.2. par.2.ca potissimum ratione.* Quòd erectum fuit Tribunal cum iurisdictione, & cum clausula abdicatiua, & priuatiua, quoad ordinarios. Refert. litteras quasdam Sacræ Congregationis. *et Riccium nouissimè sequutus est Ioan. Baptista Thoro.doctus ac pius sanè vir.in sum.priuil. piæ causæ d.priuil.*259.

Sed an ita subsistat Riccij, & siquidem Doctissimi sententia in hoc, non mihi plenè per-
26 suasum habeo. Quippè cùm intra annum nil omnino prohibeat,quin Christi pia relicta exequi curent, iuxtà eorum Paternam solicitudinem; quod hoc ipsis ex suo officio incumbat, *iuxtà decretum dicti Sacri Trid.Conc.d.c.8.sess.22. in fine ibi: Ipsi ex offficio suo, iuxtà Sacrorum Canonum instituta cognoscant, & exequantur, non obstantibus,quacumque consuetudine. etiam immemorabile priuilegio,ac statuto.hæc ibi.* Et declarauit Sacra Congregatio pluries tàm quo tēpore ego pro Reuiglione Coadiutoris officio defungerer, præsertim in causa cum Archiep. Reginen.quàm alias postmodum sæpè.

27 Vt propterea clausulam prędictam abdicatiuam, iuxtà subiectam materiā exaudire nos oporteat;de Iurisdictione scilicet cognoscendi de satisfactione legatorum piorum,post acquisitum Ius fabricæ anno reuoluto, factaque legatorum executione per fabricam iuxta Pij Quinti Cōstitutionem,quam refert etiam *Quaranta vbi supra,*& nos etiā alibi dicemus.(quod non satis à ministris fabricę perpenditur.) Vt Sacra declarauit Congregatio, tàm in dictis litteris anni 1617.quàm anni. 1626.*ad tex.in c. intelligentia dictorum. 6. de verbor significat. & tex.in l si vno anno.17 ff locati. vbi glos. & ibid. Alberic. nu.2.* Vbi ampliat, id procedere in quibuscunque Scripturis, siuè contractibus,& vltimis voluntatibus, *sequitur Gigas. cons.48. nu.34.Aymon.cons.171.nu.13. Ioan de Imol.cons. 132.nu 6. Eucrard. in locis comunib. in præambul. n.2 t.in fin. vers. hinc etiam. & in loco à subiecta materia.optimè Rota decis.10. col.4.n.6. de testam. in antiquis Bellamera decis.10.nu.2. vers.nam sermonis.Rota apud Manticam decis.4.nu.1. & decis. 59.nu 4.& apud Ludouis.decis.66 n 8 apud Coccinum decis.140 n 11. & decis.144 n.14. Surdus decis.11.n.16.& decis 43. n. 16.& decis.288. nu. 43.& decis.272.nu.1.& 322. n.19. & cons.179. n.52.& 53.vol.2.plene Barbosa. axiomat.222.nu. 8.Rota in Posthum.Fariuac.tom.1.decis.597.nu.5.*

29 Non vero quoad quartæ Canonicæ detractionem,quę iure communi Episcopis competit.*can. de his 7.& can.decernimus.10.q.1.cap conquærentib.16. de offic. ordinar. cap.de quarta. 4. de præscript.cap.officij. 14. & cap. requisisti.15. & cap.*
30 *fin.in fi.de testam Diaz.d.reg.237.in princ.* Et de qua nullum verbum in priuilegijs Fabricæ factum inuenitur,*late Bertachin.de Episc.d.par.4. lib.4.in 17.q.n.12.Molfes.d.cap.9.num.17.& seq.& Bonacin.d.punct.3. num. 1. & seq Barbosa. de iure ecclesiastico.d.cap.19.d.nu.1. cum seq.* Neque dictæ litteræ de hac quarta loquuntur intra annum potissimè intra quem nullum ius fabricæ acquisitum est interim.

31 Nam lex noua catenus antecedentem tollit, quatenus de illa meminit, eidem expressè derogando.*ad tex.in l.præcipimus.32 C.de appellat.facit tex in cap. 1.in fin. de Constit. lib.6. tex.in cap. vnico. §.fin.de excessib.prælat.in 6.cap.2. de translat.Nauar.cons.95.n.2.in fin. lib.5. de Simon. & cons.24.n.1.de priuileg. cod lib. sequitur Sayr. decis.26.in fin de priuileg. lib.5. idem Nauar.man. c.4.n.7.in fin Tuscus tom.5.littera L. conclus.260.*

32 Neque lex noua (in dubio) veterem corrigere velle præsumitur,cùm sit potius iurium
33 vitanda correctio non inducenda. *tex. in cap. cum expediat.29.vbi Ioan. Menoch. & Probus. de elect.in 6.Gratian.forens. par.3.cap 573. num. 34. l minimè.22.ff.de legib.Rota apud Seraphin. decis. 942.nu.8.*

34 Et ego quidem, quamuis per plures annos causarum Fabricæ fuerim Patronus, nunquam tamen animum inducere potui, vt viderem, qua via esset quo ad hoc iuribus Fabricæ prospectum, cùm nullibi appareat in eius priuilegijs, Episcoporum iuri quoad quartam ipsis debitam ex legatis pijs, aliquo modo derogatum fuisse. Neque Sacra Congregatio rem finali decisione diremit. Vt ex ipsimet iure litteris per Riccium relatis videre est omnibus,
35 eas legentibus. Quinimo relata re ad Sanctissimum D.N. Paulum Papam V. sanctæ memoriæ illam indeterminatam reliquit, ita tamen, vt pro Episcopis propendere potiùs visus fue-

rit

rit; potiſſimum in cauſa quoad hoc cum Reuerendiſſimo Barzellino Epiſcopo Cāpanien.

36 Vt mihi retulit meritiſſimus V.I.D. Melchior Reuiglionus Amitæ meæ vir, qui per quadraginta & vltra annos, ſumma cum integritate, ac pietate Secretarij munere perfunctus fuit in dicto Tribunali. Obijt tandem menſe Octobris anni 1626. apopletico correptus morbo.

Expectanda itaq; erit à Sanctiſs. D.N., eiuſq; Sacra Congregatione difficultatis huiuſce reſolutio.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

Ad reſtitutionem adactus fuit exactorum Reuerendiſſimus Squillacen. mandato Sacræ Congregationis, quòd contra ius illa exegiſſet.

Verùm haud grauabor ſubnectere hic litteras Sacræ Congregationis ad Dominum Reuiglionum Secretarium datas ſub anno 1629. Inſtantibus Miniſtris Eminentiſſimi Domini Cardinalis Sabellij Archiepiſcopi Salernitani. Domini mei.

Al molto Eccellente Signore. Il Signor Gio: Franceſco Reuiglione Secretario della Fabrica di San Pietro in Napoli.

Molto Eccellente Signor: Altre volte queſti Illuſtriſs. miei Signori dichiarorno non eſſer lecito al Signor Arciveſcouo di Salerno pretendere la quarta de' legati pij, che haueſſe riſcoſſi ò riſcoteſſe per l'auuenire la Fabrica cōforme a ſuoi priuilegij. E perche viene rapreſentato al Signor Cardinale Sauelli al preſente Arciueſcouo, che il Cōmiſſario della Fabrica per vigore di detta dichiaratione impediſce li miniſtri di ſua Signoria Illuſtriſsima, che dentro all'anno dal giorno della morte del Teſtatore non poſſano eſſigere la detta quarta di legati pij certi, e dei funerali. E' parſo à queſti Illuſtriſs. miei Signori auuertire V.S. che ordini a detto tēpo detto Cōmiſſario, che non dia impedimēto dentro à detto Signor Cardinale, e ſuoi miniſtri, che non poſſino liberamente eſſigere la quarta di detti legati. Ma paſſato l'anno facendoli la Fabrica riſcotere lei; ſi ſeruarà la ſopradetta dechiaratione. E quanto à funerali ſi laſciarà di dar moleſtia ò impedimento alcuno. Così farà eſequire, & occorrendoli coſa in contrario, la potrà auiſare. E ſi conſerui. di Romà li 24. di Marzo 1629.

Al ſuo piacere Il Cardinal Giannaſio.

Car. Ghetti, etc.

ET eodem modo dictum fuit in vna Fūdana Quartæ ex diſpoſitione pia quōdam Albani Saracti, ex qua detrahere quartam ex legatis pijs prætendebat Reuerendiſs. Epiſcopus Fūdanus; cùm eſſent legata pro ſacris Altiſsimo Deo offerendis, ac pro paramētis altarium, ac partim pro mercede pauperum pupillorum, & viduarū; nec non Prædicatoris, ac pro alimentis aliorum pauperum, & pro matrimonio locandis egenis puellis. Nam coactus fuit dictus Epiſcopus reſtituere exacta; quòd cōtra iuris diſpoſitionem ſuperiùs per nos demonſtratam, ea exegiſſet; reſpōdente pro Fabrica apud Eminentiſsimos Patres Sacræ Congregationis negotijs Fabricæ præfectæ, Aſcanio Apoſtorello Fabricæ Aduocato in Vrbe in anno 1611. ſub die 21. Maij. Cuius reſpōſionem hic ſubnectere operæ prætium me facturum æſtimaui.

SVMMARIA.

1 *Quarta non debetur Epiſcopo pro legatis, celebrationis Miſſarum, & perpetui cultus diuini, ac fauore certarum perſonarum.*

2 *Epiſcopus nihil poteſt prætendere ſub prætextu, quòd ſit exequutor piarum diſpoſitionum.*

3 *Epiſcoporum officium ceſſat quoad executionem legatorum piorum, ſtantibus priuilegijs Fabricæ.*

4 *Quarta legatorum debita Epiſcopis poteſt præſcribi*

5 *Priuilegio non eſt opus, vbi adeſt iuris comunis diſpoſitio.*

FVNDANA QVARTAE.

ILluſtriſs. & Reuerendiſs. Domine, legata relicta in teſtamento quond. Albani Saracti, ex quibus Reuerendiſs. Epiſcopus Fundanus prætēdit quartam, fuerunt facta partim pro Miſsis celebrandis, ac pro paramentis altarium, & partim pro mercede pauperum pupillorum, & viduarū, & Prædicatoris, nec non pro alimentis aliorum pauperum, & pro maritandis egenis puellis, vt expreſsè legitur in notula, quæ datur.

1 Proindè dicitur in caſu noſtro nulla debetur quarta Epiſcopo, nam cùm dicta legata concernant celebrationem Miſſarum, perpetuum cultum Diuinum, & fauorem certarum perſonarum, Epiſcopus de ijs non deducit quartā, vt in terminis legatorum, de quibus agitur. *eſt tex. in c. fin de teſtam. & in c. ex parte il 3. de verb. ſignific. Bald. in l ſi quis ad declinandam. §. in omnibus. n. 8. C. de Epiſc. & Cler. Roman. qui plura exempla adducit conſ. 233 per tot. Federic. de Senis cōſ. 101. n. 2. Caſtrenſ. conſ. 213 lib. 1. Capyc. dec. 23. n. 4. & fuit latè dictum in illa Syracuſana quartæ 5. Martij 1586. coram bon. mem. Card. Seraphino.*

2 Neq. Reuerendiſs. Epiſcopus poteſt aliquid
prætendere ſub prætextu, quòd ſit exequutor
3 dictæ piæ diſpoſitionis. Nam vltra quòd eius
officium in hoc ceſſat, ſtantibus priuilegijs Reuerendæ Fabricæ; adhuc dicitur, quòd Epiſcopi pro exequendis pijs voluntatibus nihil petere poſſunt, vt eſt expreſſum. *in l. nulli, & l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſcopis, & Cleric.*

4 Prætereà mihi præſupponitur de huiuſmodi legatis nunquam fuiſſe ſolutam aliquam quartam, ne dum Epiſcopo agenti, ſed neq. ſuis anteceſſoribus; quò fit, vt pij legatarij ſint tuti exceptioni præſcriptionis. *c. de quarta. vbi omnes de præſcript. Calder. conſ. 2. prope fin. eod. tit. Abb. conſ. 26. n. 5. lib. 2. & Lap. allegat. 29 ſub n. 10. verſ. an ſit præſcripta, & ibi Mandoſ. in addit. lit. A.*

5 Et ex his non videtur in præſenti caſu diſcutiendum de priuilegijs Reuer. Fabricæ; cùm. n. ex ſola diſpoſitione iuris comunis Epiſcopus ab huiuſmodi quarta excludatur, non indigemus aliquo priuilegio. *l. 1. C. de Theſaur. lib. 10. cum vulg.* Ex quibus, &c.

Aſcanius Apoſtorellus R. Fabricæ Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Mons pius dicitur, & ad pias cauſas erectus cenſetur, quamuis conſanguinei inſtituentis cum pau-*

peribus admissi fuerint.
præsertim vbi apertè de voluntate conijcitur dispo- nentis.nu.2.
3 Pietatis causa expressa sanguinis vinculũ superat, vt legatum, & dispositio pia æstimetur.
4 Voluntas testatoris,quæ ex verbis colligitur,in ambiguum trahenda minimè est.
5 Verborum,nullum maius testimonium voluntatis,et veritatis esse potest.
6 Verba non aliò tendunt, quàm, vt mentem aperiant proferentis.
7 Mentem ex verbis elicimus disponentis,non aliàs.
8 Legatum pro anima consanguineo relictum, an pium, vel magis profanum dicatur, quòd sanguinis intuitu factum dicatur,discutitur.
& sanguinis intuitu factum censetur,quando dubiũ est factũ,et cõiecturæ in sanguinẽ inclinant.n 9.
vel fraudis suspitio adesset, legatumq. excessiuum esset, verteremurq. in materia statuti prohibentis testari,nisi ad pias causas.nu.11.Secùs verò si testator,pium esse legatum debere,expressisset.
& coniecturæ in pietatem tendunt.nu.12.& nu.26.
ex Tiraq. neq. res dubia sit.nu. 13.
10 Causa naturalis accidentariam vincit, & superat.
13 Coniecturæ cessant in re aperta,& non dubia.
14 Tacitum expresso cedit.
imò absurdum æstimatur, si plus tacitum,quàm expressum valeat. nu. 15.
17 Sanguinis coniectura non ita potens est, vt piam superet causam.
18 Voluntas testatoris vti lex principatum obtinet.
modisq. omnibus seruari debet.nu.19.
20 Coniecturæ locum non habent in eo,quod certũ est.
21 Voluntatis quæstio moueri non debet in re certa, & non dubia,
22 Pietati in dubio tribuendũ magis, quàm sanguini.
23 Suma est ratio,quæ pro religione facit.
potissimum cum pro disponentis anima pendet.n.24.
25 Anima cunctis rebus est præferenda.
In vltima voluntate præsertim.nu.26.
vt etiam filijs præferatur.nu.27.
28 Dotis causa pia dicitur.
si paupercs potissimùm puellæ in matrimonium collocentur.nu.30.
29 Argumentum à pia causa ad dotem validum.
31 Maritare pauperes virgines,pia causa est.
32 Pauperibus datum,Deo pauperum defensori, ac vindici datum censetur.
33 Legatum mulieri pauperi pro dote factum, cùm in piam causam rogatum censeatur; vsuras à die mortis testatoris consequitur.
34 Legatum pro maritãda paupere muliere,pium æstimatur.
35 Legatum Concubinæ factum, vt ad frugem melioris vitæ reuocetur pium est.
36 Vouens pauperem ducere mulierem in vxorem, vel etiam Meretricem, vt à peccato reuocetur, per Episcopum cogi poterit ad votum seruãdum, quod distinxerunt labia eius.
37 Meretricem mulierem ducere vxorem in remissionem proficit peccatorum.
piumq. opus nuncupatur, ac meritorium est vitæ æternæ.nu.38.
39 Pium erigere montem, consanguineosq. pauperes ad montis commodum admittere, quod pium est, atq. legare simpliciter consanguineis,diuersa omninò sunt.
40 Consanguineis,pauperibus præsertim,quòd succurratur,naturæ,pietatis, ac charitatis ratio suadet.
41 Charitatem maiorem,cæteris paribus, quisq. suos debet,quàm erga extraneos.
& charitatis ordo id exposcit.nu.42.
43 Eleemosyna est meritoria prout in ea seruatur etiã ordo charitatis,secundùm quam propinquioribus magis tenemur,cæteris paribus, quàm alijs.
& contrarium faciens contra charitatis ordinem peccat.n.44.
45 Charitas ordinata à se primò incipit, & à suis, & num.49.
46 Distributor bonorum testatoris in vsus pios,perquirere debet pauperes testatori sanguine iunctos, illosq. alijs præferre.
47 Executor datus ad distribuendum bona inter pauperes familiæ testatoris,si nulli extant pauperes eius familiæ, potest iurè inter pauperes sui ipsius executoris distribuere.
48 Episcopus est legitimus piarum dispositionum omnium executor.
50 Ordo à bonorum distributoribus, inter pauperes seruandus.
51 Legatum pro redemptione captiuorum, & in carcere detemptorum, pijssimum æstimatur.
52 Carceribus detrusos soluere, ac liberare, opus est pium.
53 Carcerati,maximè verò ægentes,inter miserabiles numerantur personas.
siue pro priuato debito carceribus detineatur. n.54.
siue pro maleficio.nu.55.
56 Bona Ecclesiarum vendi possunt pro captiuis redimendis.
57 Carceribus reclusos veloci cursu debet Iudex expedire.
58 Legatum,ad alicui æris grauatos carcere soluẽdos pium est.
59 Fideicommisso grauatus potest bona distrahere, vt se,vel filium è carceris soluat squallore.
60 Filiusfamilias, quàmuis minor,fideiubens, vt pater è carceribus eximatur,non restituitur, quoniã pietat's opus exercuit.
61 Mulier fideiubens,vt virum carcere soluat,velleiani beneficio minimè potitur.
quãuis ob delictũ vir carceribus trusus fuisset.n.62.
63 Animus verbis declaratur.
siue etiam ex extrinsecis,& factis.num.64.
& ex sequentibus, qualis in præcedentibus animus fuerit,ostenditur.n.65.
multòq magis factis quàm verbis patescit.n.66.
67 Facta ad animũ declarandũ potètiora sunt verbis.
68 Vnum & indiuisibile diuisionem in partes negat, nec admittat.

ARGVMENTVM.

Nùm legatum consanguineo factum, sanguinis intuitu magis, quàm pietatis

tatis ergò rogatum videatur? Et an
Mons pietatis, profanum ex eo dica-
tur, quòd ad eius comodum, cum
pauperibus, testatricis consanguinei
admissi fuere? latè discutitur.

RESPONSIO III.

EX testamento Foreteza de Sanita-
te; cùm reliquerit testatrix ipsa
suis ex bonis omnibus pium erigi
montem; & si sanè, parte ex vna
simpliciter ad fructus montis,
puellas ex linea masculina Matthæi, & Anto-
nij fratrum suorum, quæ viris nuptui traderé-
tur, vocarit; nihilominus tamen haud officiet,
1 quin Mons pius dicatur, & legatum ipsum (ex
quo consanguinei pauperibus admixti fuere)
pium, piasq. ad causas rogatum iudicetur. Nec
enim sanguinis ius prævalere ita debet, vt pie-
2 tatis causam prosternat. Planè quoniam aper-
tis, expressisq. verbis montem pium erigen-
dum sanxit testatrix hæc nostra. Apertam ita-
què cùm habeamus eius mentem, & volun-
3 tatem, nihil est, cur quęramus, an sangui-
nis vinculum prævaleat magis, quàm pieta-
tis expressa causa, quæ vincere semper de-
bet. *doctrina est aperta Bar. in l. pater filium. 36. §.
Tusculanus. in fin. vers. sed si causa expressa. ff. de
legat. 3. sequitur Soccin. in l. 2. nu. 14. ff. de reb. dub.
Syluest. verbo. legatum. 4. in 4. q. Carocius dec. 120.
num. 20. faciunt notata per Martam voto. 39. nu. 1.
Vasquez in opuscul. moral. tit. de testament. §. 5. de
legatis dub. 1. num. 98. idem Marta de successione
legali tom. 2. par. 4. quæst. 8. art. 5. num. 1. cum seq.*
4 Nequè in ambiguum trahenda sit testatricis
5 voluntas, quæ ex verbis colligitur; Quorum
nullum maius testimonium veritatis esse po-
test *secundùm Bald. in l. generaliter. 13. in 1. notab.
C. de non numerat. pecun.* Nec enim aliò verba
6 ipsa tendunt, quàm vt mentē aperiant dicētis.
*l. labeo. 7. ff. de supellect. legata c. intelligenita ser-
monū. 6. de verb. signif. Menoch. li. 6. præsum. 35. n. 6.*
7 Nequè aliter mentem elicere possumus dis-
ponentis, vbi prorsus verba ipsa deficiunt. *l.
Gallus. 29. §. 1 ff. de liber. et posthum. Illustriss. Mā-
tica de coniecturis. lib. 3. tit. 19. num. 5. Franciscus
Monald. cons. 88. nu. 3. lib. 2.*
Et profectò difficultas omnis, & quæstio; cùm
8 controuertunt DD. Vtrùm legatum pro ani-
ma consanguineo relictum, pium sit, nec ne;
vel profanum æstimari debeat; vt puta sangui-
nis vi potiùs, quàm pietatis ergò rogatum.
*ad Gloss. receptam in l. illud. 17. §. sin verò. verbo.
de alia causā. C. de sacrosanct. Eccles. vbi Bart. Bald.
& Paul. Castrens. Iason cons. 183. lib. 2. Alciat. de
præsumpt. reg. 1. præsumpt. 28. Cephal. cons. 216. nu.
4. & 5 lib. 2. Gramat. decis. 73 nu. 14. & 15. Guttie-
rez cons. 26. nu. 8. Surd. cons. 72. nu. 5. vol. 1. & cons.
438. nu. 18. & 19 vol. 4. & decis. 322. nu. 15. & 16.
Menoch. lib. 4. præsumpt. 115. n. 8. Marta d. voto 39.
nu. 7. Caroc. d. decis. 120. nu. 10. cum seq Mastrill. de-
cis. 206. nu. 3. 4. & 5. par. 3. Vincent. de Franch. dec.
565. Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 4. nu. 9. Mo-
neta de commutat. vltimar. volunt. cap. 4. q. 2 nu. 37.
& 38. Rota apud Card. Caualer. decis. 212. num 6.
Marc. Anton. Eugen. cons. 37. vol. 1. Sanctarell. var.
resol. q. 68. num. 2. & n. 6. in princ. Bonacin. tom. 2. de
contract. disput. 3. q. 17. punct. 8. §. 2. n. 2. in fin. Mol-
fes. in sum. tom. 2. tract. 13 c. 5. in 14 resp. num. 155.
Marta de success. legali. par. 4. q. 18. art. 4 nu. 13. 14.
& 15. Baltaxar. de Thomas. tract. 10. de pia causa
tit. 1. cap. 6. n. 138. & 139. & cap. 9. nu. 144.*
9 Tunc sanè viget, cùm dubium est factum, &
coniecturæ in sanguinem magis, quàm in pie-
10 tatem proclinant, & vergunt. ex naturali cau-
sa, quæ accidentariam vincit, & superat. *l. tutor.
31. §. quæ Tutoribus. ff. de excusat. Tutor. l. qui ha-
bet. 3. ff. de tutelis. tex. in l. dotem. 16. §. hæreditatem.
„ ff. de castrens. pecul. ibi: Sanguinis enim ratio, non
„ militiæ causa, meritum accipiendæ hæreditatis præ-
buit. quem tex. ad rem nostram expendit Vincent. de
Franch. decis. 4. num. 12. & 13. Tiraq. de priuil. piæ
causæ. vers. amplia quod adeo verum est. in præfat.
fol. 6. vel. 4. in maiori impress. meus Maranta in sin-
gularib. verbo. legatum factum pro anima. fol. 55.
Mantica de coniect. lib. 6. tit. 3. nu. 23. & lib. 12. tit.
vlt. nu. 30. Marta d. voto. 39. n. 5. Surd. d. decis. 322.
nu. 12. & 16. Mastrill. d. decis. 206. nu. 5. Gratian.
forens. par. 3. casu 605 nu. 2. Mascard. concl. 1177.
nu. 6. idem Marta. de success. legali. d. par. 4. q. 15. n.
13. 14. & 15. Cæsar. Bartius. dec. Bonon. 79. n. 37.
idem Marta de success. legali to. 1. par. 1. q 15. art. 1.
num. 13. & 14. Genuens. in practicab Ecclesiastic q.
573. Eugen. d. cons. 37. nu. 4 & 5. Intrigl singul. 98.
nu. 144. lib. 3. Rota apud Caualer. decis 212 nu 6.
& decis 377. nu. 6. Merolla disput. 1. cap. 2. de vo-
luntario. num. 849.*
11 Fraudis potissimū suspitione accedente; vel
si excessiuū legatum esset; atq. in materia ver-
teremur statuti prohibentis testati, vel legari
certis personis, nisi ad pias causas tantùm.
*Io: Imol. cons. 73. n. 7. Alciat. lib. 9. respons. cons. 220.
nu. 12. & 13. Cephal. d. cons. 216. n. 8. & 9. ac n 22.
Mantic. d. lib. 6. tit. 3. nu. 22. & 23. Cancer. variar.
resol. lib. 3. c. 20. de legat. nu. 384. Petr. Pecchius. de
testam. coniugum. lib. 4. c. 17. n. 1. & 2. Thomas. d. c.
9. num. 147. & 148. & seq. Moneta. d. quæst. 2. cap.
4. num. 39.*
12 At contrà, si expresserit disponens, legatum
pium esse debere; verèq. appareat, illū pietate
magis ad relinquendū, quàm sanguinis affectu
ductū. Sequenda vtiq. Testatoris volūtas erit,
verbis expressa. *vt Bart. docet in d. l pater filium.
36. §. Tusculanus. & Socin d. l. 2 n. 14. de rebus du-
bijs. Doctor. in cap. requisisti. 15. de testam. Cephal.
d. cons. 216. nu. 17. 18 & 19. Syluest. d. verbo. lega-
tum. 4. q. 4. Pater Vasquez d. §. 5. dub. 1. nu. 98. Be-
nedict. Capra. in reg. 102. n 98. & 99. Mascard. con-
clus. 968. n. 9. & seq. & d. conclus. 1177. n. 2. & 17.
Eugen. d. cons. 37. nu. 2. 3. & 7. quod nec abnuere vi-
detur Rota apud Caualer. d. dec. 377 d. n. 6. in princ.
Naldus. in sum. ver. legatum. n. 2. Sāctarell. d. q. 68.*

n.6.7.et 8.et n.12. plene de Thomas d.c.9.n.144.cũ
seq.Intrigl.d.sing.98.n.141.et 142.Marta.d.art.4.
n.13 et seq.et par.1.d.q.15.art.1.n.12.
13 Dubijsq. locus nullus superesse poterit. vt
coniecturæ ob id omnes inde abscedãt. *ad tex.*
in d.l.3.C.de liberis prætcrit.l quoties.9.§.si dno.ff.
14 *de hæred. instituend.* Quòd nempè tacitum ex-
presso post habetur semper, & vbiquè. *l.preci-*
but.8.et l.fin.C. de impuber. et alijs substitut. l. iam
hoc iure vtimur.3.ff. de vulgar.et pupillar. Crauet.
cons.31.n.2.Surd.dec.322.n 9. Card Tusc.to 3.lit.
E.conclus.656.et 657.et tom.8.lit.I.conclus.7.et 9.
15 *Barbosa assiom.218. nn.4.5. et seq.* Vt absurdum
proindè æstimetur, si plus tacitum, quàm ex-
pressum valeat.*ad tex.in l.quoad certũ.15.ff. lo-*
cati.Roland.cons.3.n.43.vol.2.et cons 9.n.12. vol.
16 4. Sequitur non obscurè. *Tiraq. de pia causa in*
præfat.fol.8.vers.quod tamen in minori impreß.vbi
,, *bis loquitur verbis : Quod tamen intelligendum est*
,, *duobus modis: primo vt procedat in terminis, in*
,, *quibus loquimur, videlicet: quando consanguineo*
,, *pauperi relinquitur nominatim pro Anima, aut alia*
,, *pia causa: Quia tunc dicitur legatũ ad piat causas,*
,, *non obstante qualitate consanguinitatis , sicut dixi.*
hæc ille: Quẽ sequitur Surd.de aliment.tit.1.q.93.
n.3.Gabriel.lib.6.tit. de pia causa conclus.5 nu.10.
nouissimus Io:Bapt.Thoro in sum. priuil. piar.cau-
sar.priuil.vlt.Intrigliol.d.singul.98. nn.142. lib.3.
Gloß.singularis in verbo.decreuerit.in cap.2.de se-
pultur.Bonacin.d punct.8.§.2.nn.2.Thomas.d. cap.
9 nu.144.et seq.
17 Neq; enim ita tribuendum est sanguini , vt
18 apertam testantis voluntatem (quæ aliàs vti
lex principatum obtinet. *ex tex.in §.disponat.in*
auth.de Nupt.collat.4.l. in conditionibus primũ lo-
cum.19.in princip.ff.de condit. & demonstrat. Mo-
disq. omnibus seruari debet. *can. vltima volun-*
tas.13.q.2.,deijcere,atq;proruere valeat.*Mãtic.*
de coniectur lib.12.tit 17.n.30.Cancer.d.lib.3.cap.
20.n.386.& 387.Caroc.d.decis.120.n.20.Riccius
20 *in praxi par.2.resolut.370.n.2.* Quia in eo,quod
facto finitum est,nullus est coniecturæ locus.*vt*
loquitur tex.in l.continuus.137.§. cum ita stipula-
21 *tus. in fin. ff. de verbor. obligat.* Et vbi,in verbis
nulla est ambiguitas,non debet admitti volun-
tatis quæstio. vt Paulus ad Neratium respon-
det.*in l.ille,aut ille.25.ff.de legat.3.*
22 Quinimò in ambigua concertatione,Pieta-
23 ti tribuendũ est potiùs, quàm sanguini. Sum-
ma est enim ratio , quæ pro Religione facit. *l.*
sunt personæ 43.in fin.ff.de religios.& sumpt funer.
vt arguitur.ad rem nostram. Ias.d.cons.183.nu.8.
Petr.Gregor.Tholos.syntagmat. iuris tom.1. lib.2.
c.12.sub n.4.Mantic.lib.6.tit.3.n.23. & 24.& lib.
12.tit.17.n.31.Gaspar.Anton.Thesaur.forens.lib.1.
q.44.n.2.Gratian.d.c.605.n.28.planè Genuens.d.
q.573 nu.2.& seq.Intrigliol.d sing 98.nn.119.&
120.Sanctar.d.q.68.n.7 & 8. & q.69. n.1.Marta
d.q 8.art.5.n.1.cum seq.& d q.15.art.11.n.12.&
hanc sententiam magis probat Merolla. d cap.2. n.
850.& 851. Fontanell. de pactis nuptialib. tom.2.
claus 6.Gloß.3.par.5.nu.18.vbi ita in Senatu deci-
sum fuisse refert.

24 Quæ sanè ratio maximè viget,cùm pro dis-
25 ponentis Anima propendet; quæ rebus cun-
ctis visibilibus , & inuisibilibus est præferenda.
l.sancimus.18.in fin.C.de sacrosanct.Eccles.can.præ-
cipimus.12.q.1.cap.cum infirmitas.13.de pænit.&
& remiß.Bolog.cons.22.nu.2. Abb.cons.11. lib.1.
col.2.in princ. Gaspar. Anton.d.cap 44.nn.2. Card.
Tusc.to.1.lit.A.concl.333.n.1.Barbos.assiomat.26.
n.2.Sanctarell.d.q.68.n.6.in fin. Marta.d.q.8.art.5.
n.1.cum seq. vbi plura cumulat. Mantica d. lib. 6.
tit.3.n.23.vbi sequentibus loquitur verbis : *Sed*
,, *in dubio mihi magis videtur accipienda coniectura,*
,, *quæ animæ Testatoris suffragatur.quia illa cunctis*
26 *rebus,et personis debet anteponi,quòd in vltima po-*
,, *tissimum voluntate locum habet,in qua quis cogitat*
,, *se moriturum.l.hac consultissima.§.& cũ humana.*
,, *C.qui testam.facere poßunt. & n 24.eod tit.3. Imò*
,, *debet intelligi potiùs intuitu pietatis propter salutẽ*
27 *animæ testatoris, quæ filijs carior etiam eße debet.*
,, *hæc Mantica.& n.52.eod.tit.Et sequitur F.Molina*
,, *de iustit.& iur.to 1 tr.2.disput.149.in finalib.ver-*
,, *bis: sic loquens : In dubio tamen semper in fauorem*
,, *piæ causæ est inclinandũ præsumendũq. est tanquã*
,, *legatum pium fuiße relictũ. hæc ille. Tiraq.priuil.*
146.Medic.opus.4 n.32.Mascard. cõcl.1176.n.25.
Et sequitur post Guttier.cons.26.n.8.Saochez.d.li.
1.de matrim.disput.4.n.9.vers.hinc quando aliquid,
et Genuens.vbi supra.Moneta d.q.2.n.37.Fr.Ludo-
uic.à Beia.respons.casuũ conscient.p.1.cas.51. in 2.
dub.demũ hæc opinio f.mihi.238.in minori impreß.
Brixiæ. Intrigl d.sing.98.nu 119.& 110 Sanctar.
vbi supra , et hanc sententiam tuetur nouissimè Bar-
bos.de iure Ecclesiast.lib.3 cap.27.nu.10. Merolla
d.n.850.& 851.
Cæterũ,nec minorẽ adiungit lapidẽ ad mõ-
tẽ hunc piũ adstruendũ,quòd ne dũtaxar puel-
las prædictas ex Matthæo,& Antonio fratribus
ad Montis huius comodum Testatrix admisit;
Verùm, & pauperiores quoq. ex Francisca de
Vernia eius matertera,vocauit. Vt quoad has,
vt puta pauperiores,nemo non admiserit,pie-
tatis intuitu magis moueri potuisse testatricẽ ,
quàm sanguinis affectu dumtaxat. Piumq. pro-
indè appellari Montem hunc deberi , vt eum
Testatrix nuncupauit.
28 Quoniã si dotis ipsa causa pia ex se dicitur,
vt apertè docet.*tex.in l.cũ is.32.§.si in ea opinio-*
ne. ff.de condit.indebiti. tex.in §. donare. qualiter
olim feud.alien.in vsib feud. Alber.in l.nulli licere.
n.24.in fi.C.de Epis.et Cler.Tiraq in præfat.f.12.
vers.itẽ cũ dos.Calcan.cons.13.per tot. Euerard. in
loco.à dote ad piã causam.n.1.cum seq. Menoch. de
præsup.lib 4.præsump.189.nn.102. Mantic.d.tit.3.
n.26.vers. quod autem legatum. & lib.6.tit.11.n.
18.in fin.Canale.dec.7.n.36.par.3.Cephal.cõs.701.
nu.13.vol.4.Card.Tusc.to.6.lit.P. concl.332.n.14.
Rota apud Card.Canaler.dec.27.nu.4.Comitul.res-
põs.moral.lib.7 q.5.n.2.vers.deinde admonui.Gas-
par.Anton.Thesaur.forens p.1.d.q.44.nn.2.vers.2.
quia Sylnest.verbo legatum.4.q.1.circa fin.Riccius
dec.217.n.3.par.2.Gratian.forẽs.par.4 c.70.n.11.
et 16.in fin.Intrigl.d.sing.98.n.155.Molfes.d.tra.
13.c.5.nu.160.Marta d.q.18.art.4.nu.24.

29 Vt

29 Vt currat propterea argumẽtum à pia cau-
sa ad dotem cum dos, & pia causa æquiparen-
tur. cap. vn. §. donare qualiter olim pot. feud. alien.
in vsibus feudorum. Robertus Maranta. in singula-
rib. verbo. stipulatio, seù legatum. fol. 99. Surd de-
cis. 298. n. 9. Didacus Spino. in speculo testament. gl.
11. princ. n. 21. & 22 cum seq. Gratian. Forens par.
3. cap. 505. nu. 8. Euerard. vbi supra n. 1. Perez. de
Lara de cappellan. lib. 1. c. 3. nu. 3. Barbos. in locis
argum. loco. 39. nu. 1. Marta. d. q 18 art 4. nu. 26. &
28. Doctissimus. Regeus Scipio Rouitus. in nouissimis
suis ac doctissimis decisionib. decis. 57. nu. 22.

30 Pia vtiq; multòq; magis dicetur, cum pau-
peres matrimonio iungantur Virgines. ad tex.
in l. id quod pauperibus. 24. C. de Episc. & Cleric.
Bald. in l. illud. 17. col. 1. C. de Sacr sanct. Eccles. &
in auth. nisi rogati. col. 3. vers. quæro nûmquid Mo-
nasterium. C. ad Trebell. Boer. decis. 94. n. 2. Ripa in
l. generaliter fin. q. 51 n. 170. & 171. C. de reuocãd.
donat Bald. nouell. de dote par. 5. nu. 4. cum seq. ad
fin. vol. 6. tract. Marc. Ant. Natta cons. 410. totum
controuersiæ. n. 13. Maranta in singularib. d. verba.
legatum factum pro Anima. fol. mihi 55. Tiraq in
d. præfat. fol. 13. Cephal. d. cons 216 n 2. & 3. Me-
noch. d. præsumpt. 115. nu. 17. Caualcan. d. decis. 7.
nu. 36. & 38. par. 3. Sarmiento selectar. interpetrat.
lib 8. ex l. si quis Titio. de legat. 2. n. 5 fol. mihi 471.
in maiori impress. Cardin. Tuscus. tom. 5. littera L.
conclus. 106. n. 14. & 15. & d. tom. 6. conclus. 332.
n. 17. & 18. cum seq. Didacus Spino. in speculo te-
stam. Gloss. 28. n. 27. & 28. Rota apud Card. Caua-
ler. d. decis. 27. n. 2. 3. & 4. Sanchez d. disput. 4. n. 9.
lib. 1. Medices. d. opusc 4 in fin. n. 24. vers. 9 hoc idẽ.
Pater Ion. Valer. de different. inter vtrumq. forum.
verbo legatum. differentia 3 col. 2. vers. ad hæc di-
citur. vbi ampliat tàm in extraneis, quàm in con-
iunctis, si pauperes fuerint. Caned. quæst. canon. q.
14. sub. nu. 3. Gizarell. decis 4 nu. 25. Aluar. Valas.
consult. 108. nu 18. Riccius d. resolut. 370. par. 2. in
praxi. Gratian. Forens par. 4. cap 666. nu. 5. Sancta-
rell. d q. 68 nu. 12. & q. 70 nu 4. Bonacin. tom. 2. de
contract d. disp. 3. q. 17. punct 8. §. 2. sub. nu. 1. vers.
item valet. de Thomas. d. tit. 1. c. 9. n. 144. & c. 15.
n. 169. & c. 16. n. 174. etiã si testatori sanguine iun-
cta fuerint. Marta d. q. 18. art. 4 num. 31. Barbos. de
iure Eccles. d. lib. 3. c. 27. nu. 16. & 17.

31 Nimirum, quod maritare pauperes Virgi-
nes pia causa est. Bertacchin. de Episcop. par. 4. in
31. q. vers. congruenter quæro. num. 82. vol. 4. tract.
antiq. fol. mihi 53. Tiraq. in præfat. fol. 13. sequitur
Menoch. d. præsumpt. 115. nu. 16. & 17. Mantica d.
32 tit. 3. n. 26. Et datum proinde puellæ pauperi,
Deo ipsi, pauperum defensori, & vindici, datũ
censeatur secundum Bald. in l. post mortem. 12. nu.
10. C. de fideicomis sequitur Menoch. de præsumpt.
lib. 4 præsumpt. 128. n. 12. Marc. Anton. de Amat.
decis. Rotæ Marchiæ 42. n. 10. Bald. Naucl. de dote.
d. par 5. nu. 4. Guttierez d. cons. 26. num. 13. in fin.
Thomas. dicto cap. 15. num. 169. & Dominus in
Euangelio, Matth. 25. num. 40. Quandiù (inquit)
fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi
fecistis. Quia pauperes quantumcunq. in hoc
seculo viles, & abiecti (vt Dionys. Carthus. ar. 40.
inquit) sunt corpus mysticum Christi, & caro
eius, & tam grata habet bona eis facta, ac si il-
lius personæ essent exhibita, dummodo ex
charitate, & propter Christum facta sint eis.

33 Quamobrẽ si quidquã mulieri pauperi pro
dote legatum fuerit, siue à viro, siuè etiam ab
extraneo; vsuræ à die mortis debebuntur.
Quoniam in piam causam legatum illud factũ
creditur, vt definitum fuisse in senatu Sabau-
diæ. anno. 1592. refert Anton Faber lib. 6 tit. 25.
C. de vsuris, & fructib. legat. diffinit. 3. fol. mihi. 74.

34 Pia nempè omnino æstimatur causa, quæ in
id confertur, vt pauper mulier matrimonio
copuletur, atq: ab incontinentiæ, facinerisq;
35 periculo liberetur. Quocirca concubinæ fa-
ctum legatum, vt ad frugem melioris status
reducatur, pium dicitur. Bertacchin. in reperto-
rio. verbo legatum. vers legatũ meretrici. fol. mihi.
181. in minori impress. Tiraq. in præfat. fol. 19. vers.
item legatum factum meretrici. Menoch d. præsump.
115. n. 26. lib. 1. Mantica d. tit. 3. n. 29. lib 6. Pater
Sanchez d. disput. 4 num. 9. in finalib verbis. Plenè
Perez de Lara de anniuers & Cappellan lib. 1. cap.
21. n. 10. & seq. Medices d opusc. 4. nu. 67. vers. si-
militer si fiat meretrici Moneta. d. c. 4 d. q. 2. n. 51.
Pater Comitolus lib. 7. responsorum moralium. q.
16. n. 4. Intrigliol. d. sing. 98. n. 153. Bonacin. d punc.
8. §. 2. sub. nu. 1. vers idem censeo. Thomas. cap. 10.
n. 155. Marta. d. q. 18. art. 4. nu. 18. & 19. in fin.

36 Si quispiam igitur votum voueat; pauperẽ
matrimonio sibi copulare mulierem, ne dere-
licta, continentiæ, honestatisq; aleam subeat:
vel etiam meretricem mulierem ducere, quòd
37 in remissionẽ proficit peccatorũ, vt ait tex. in
38 cap. inter opera. 20. de sponsalib. Piumquè opus
nuncupatur: ac meritorium vitæ æternæ est.
Abb. ibid. n. 1. vbi etiam Barbos. num 3. & Petrus
Gregor. Tholosan. tit. 2. in relect. d. tit. de sponsalib.
cap. 1. nu. 88. Couar. de sponsalib par. 2. cap 8. §. 11.
n. 9 Baldassar. Gomezius de potestate in se ipsum
lib 1 cap. 16 n. 16. Gratian decis. 216. n. 6. & par.
1. Forens. discept. cap. 135 n 18. Mantica de conie-
ctur. vltim. vol. lib. 6. tit. 3. n. 18 de Thomas. d. tit. 1.
cap. 35. n. 211. Poterit vtiq; hic Episcopi com-
pelli iudicio ad votum seruandum, quod di-
stinxerunt labia eius. ad tex. in cap. licet. 6. de vo-
to. Henriquez lib. 11 sum de matrim. c. 6. §. 5. vers 3.
si voto. Sanchez d. disput. 4. nu. 11. in fi. & tradidi-
mus nos supra respons nostra 1. n. 56.

39 Longè autem diuersum est; legare consan-
guineis, vnde sanguis finalem causam ad legã-
dum testatori iure dedisse, credatur ad tex. in l.
nemo dubitat. 58. §. 1. vbi glos. fin. & Bar. ff. de hæ-
redib. instituend. sequitur Surd. d. decis. 322. nu. 14.
Et pium erigere montem, ipsosq; consangui-
neos ad montis instituti comodum, sicuti cæ-
40 teros pauperes, admittere. Quod ratio ipsa
pietatis, charitatis, ac sanguinis. Naturæq; etiã
prorsus suadet, & dictat secundum Ambros. in li-
bris de officijs, relatum per Gratian in cau. non sa-
41 tis. 14. & can. est probanda. 86. distin. Quia maio-
rem charitatem habere quisque erga suos, cæ-
teris paribus debet, quam in extraneos. ad tex.

quæst.3.in congregatione fer.5.die 26. Maii col.8. tandem el i rull.m fol.mihi 277.& in fin.verf adnertat tamen fol.282.Bonacin.d punct.1.num.2.de la Cruz d. art.2 nu.3.in 2.conclus. Gordon.d.cap. 1.q.2.num.v.& seq. & cap.7. num.21. Layman.d. cap.1.num.1.

Hinc sequitur promissionem homini factã,
28 & si sanè de re spirituali,votum haud minimè censeri; nisi saltem sic promittens,habeat res-
29 pectum ad Deum. Cùm de voti essentia sit, quòd promissio Deo fiat.*S.Thom.d.q* 88. *art.* 5. *ad* 1. *& ad* 3.*Bonacin ibid.sub num.* 17. *versic.hinc sequitur.*

30 Qua de causa,si promissio ipsa Sanctis fiat, expresso animo,ac deliberato non se obligandi Deo,sed soli sancto,vti excellenti creaturæ; neque votum,neq;religionis diuinæ erit actus, sed habebitur instar promissionis, qua homo homini se obstringit, eritque actus singularis obseruantiæ.*post Valent. Sanchez d.lib.4.cap.1. num.* 42. *&* 43. *Fr. Berardinus à Busto in Rosario sermonum.tom.1.ser.* 18 *in princ.in diffinit. vot.fol. mihi.*350.*&* 351. *Bonacin. vbi supra d. num.*17. *in fin.Gordon.d.q.5.cap.7.num.22.*

31 Quòd si verò Sanctis fiat promissio nulla positiuè contraria intentione, non se obligandi Deo;ipsimet Deo Sanctissimo,Sanctorum omnium Sanctificatori facta videbitur; eritq. proinde votum,atq; consequenter Religionis actus.*S.Thom.d. q.*88.*ar.5.ad* 3. *Laiman. d.cap.* 1. *num* 6.

32 Quatenus enim Sancti deificati sunt, atque participatione quadam deitatis, dij quasi effecti,vt Regius loquitur Psaltes Dauid, *Psal* 81. Ego dixi,dij estis,& filij excelsi omnes.& voce Domini, *Ioan.* 10. Diuinæq; consortes facti
33 naturæ, 2.*Petri* 1. Quæ Sanctis fit promissio, Deo consecrata censetur,qui in Sanctis honoratur.*S.Thom.d.art.5. Nauar. d.cap.*12. *num.*25. *& cons* 8 *de voto lib.3.Sayr.decis 3.lib.*2.*de voto. Tolet.d cap.* 17.*num.4.Sanchez d.cap.*1.*num.4 Reginald.d.cap* 15 *nu.*212. *&* 213. *Bonacin. eodem*
34 *puncto* 1. *num.* 17. Multòq; fortius, quæ Sanctissimæ,Beatissimæq; Deiparæ,Cælorum Reginæ, Mundiq; totius, vniuersiq; orbis Imperatrici, rogata fuit promissio, votum æstimabitur.*Rodriquez in sum.cap* 100.*par.2.conclus.*1. *Lessius de iustit. d.lib.2.cap.*42. *dub.5.num.*26 27. *&* 28.*Reginald d cap.*15 *num.*212. *&* 213. *Gordon.d.cap.7. num.*22. *vers Quæres. Layman. d.cap. num.6.*

35 Vnde ex his deducitur, Maiorem obligandi vim habere votum, quàm iuramentum, *ex S. Thom.2.2.q.89.num.8 Dionys.Carthus.in Psal.* 75. *in expositione Tropologica in illis verbis:vouete, & reddite,& Henriq.in sum.lib.7.de Indulgent. c.* 30. *§.5.paulò ante fin. Nauar. de regularib lib.3. cons.4 num.1.& num.*11.*in respons.ad primum.*Po-
36 tissimùm,quòd votum principaliter in honorem Dei fiat; per iuramentum verò obligatur homo interdum homini. *Ioan. Brunellus tract. de sponsalibus.conclus.*16.*num.*10.*vol.9. tract. no-*
37 *uorum fol.*18. *col,*4. Quare principaliter iura-

mentum (promissorium præsertim)ad vtilitatem proximi emittitur. Vt conciliando Sancti Doctoris sententiam, quam Mayronus impugnabatur *in 4.dist.39.q.5.Nauar.tuetur d. cap.*12. *num.*32.*in* 3.*opposit.& siquidem Ioan.Azor.instit. moral.par.*1.*lib.*11 *cap.*15.*q.*1. *absolutè Diui Tho-*
38 *mæ sententiam sequatur.* Eò quòd votum natura sua,& ex se,promissio sit facta Deo.*Nauar.*
39 *man.cap.*18 *num 6.versic. porrò promissio.* Infidelem verò esse Deo,grauissimum est facinus, *vt*
40 *Thom.d.q.*89. *art.*8. *ad primum inquit.* Quoniam grauè est, fidem fallere,*vt Vulpian. loquitur in l.*1.*ff. de constitut.pecunia.Fr.Bernard. de Busto d. serm.*18.*in* 3.*par sermonis,vbi plura.Royas singul.* 63 *num.*1.*Paris.de Consil. quæst.*6. *num.*3. *Cened. ad decretal.collect.*110.*n.*1.

41 Quocirca irreligiosæ perfidiæ erit violare promissionem factam Deo,de re ipsi grata, *vt Caiet.inquit in sum.voti violatio,in princip.*& hãc Diui Thomæ sententiam,probabilem appellat *Lessius de iust lib.2.cap* 42.*dub.*11.*num.*52. *&* 53.
42 *vers. ob has rationes.* Cùm etiam hosti fides seruanda sit: *vt discutit Couar. de sponsalibus.par.2. relect.cap.3.§.4.num.*14.*Gordon.d.q.5.cap* 21.*nu.* 70.*Borrell. in sum.omn. decis. tom* 1. *tit.*60. *de iuram.num.*33.

43 Ideoq; sicuti iuramenti ergò sortitur Laycus forum Ecclesiasticum, eiq; ob id subijcitur. Quia vis iuramenti est,adijcere forum foro,*cap.fin. vbi Probus ad monach. num.* 3. *de foro compet lib.*6. *Abb in cap.fin.in vlt.notab num.4.de sepultur.& in cap.licet.*7 *num.*3.*de voto. Euerard. in locis communibus argumentandi: loco à vi, et efficacia iuramenti num* 38. *Seraphin. de priuileg. iuram.priuil.* 67.*num.* 1.*et seq. Borrell.d.tit.*60. *u.*66. *Intrigliol.singul.*100.*num.*49.*et* 50.

45 Ita vtique,ac multò fortius voti causa,*secundùm glos d.cap.fin.verbo.iuramenti,de foro compe-*
46 *tent.et Abb.d. cap.licet nu.*3. Iure igitur nec iniuria cogi poterit ad ea persoluenda,quæ quis iurauit,vel etiam vouit,per Ecclesiasticum Iudicem, *tex.in d.cap.licet* 6.*vbi Abb.num.3.de voto, tex. satis ad rem aptus in cap. ex parte Compostellani* 18, *vbi Innocent. et Abb.num.*1. *de censib.*
47 *tex. in cap.* 3. *de pactis.* vbi habetur; Iudicem studiosè curare debere promissa adimpleri. *faciunt notata per Angel.in sum. verbo.votum.3.n.* 26.*Ioan.Azor.instit moral.lib.3.par.2. cap.*53.*q.*4. *vers Episcopus etiam.Didacus Spino.in spec. testam. glos.*28. *num.*63. *Marcellus de Mauro allegat.* 36. *num.* 5.*quem sequitur etiam Thoro d.priuil.*2.*Sera-*
48 *phin.d.priuil.*76. Et voti exoluendi causa multa permittuntur, quæ minimè aliàs concederentur.*ad tex.in l.illud,*15.*ibi: nisi voti soluendi causa.vbi glos.ff.de offic. Præsid. l. aut Religionis* 18. *ff.de procur.*

Cùm itaq; rogauerit Testator legatum ducatorum biscentum primo loco relictum, ob promissionem Deo, Beatæq; Mariæ Virigini eius deuotæ factam,atque propterea,ex supradictis,in voti obligationem illa transierit. Afferendum vtiq; ità firmum, & inuiolabile illud
49 permansisse; vt nullo pacto, nullaq; etiam firmissi

missima voluntate subsequente ipsius testatoris, absque grauissimi piaculi nota, ac sacrilegij, infringi potuerit. *S.Thom.d.q.89.art.8.ad primum, & Caiet.in sum.verbo:vots violatio.in princ. Bart. d.l.1.num.67. in fin. C.de sacr. sanct. Eccles. Bald. in l. illud 17. num 2. C.de sacr. sanct. Eccles. Bonac. tom.2.de contract.disput.3.quaest.17.punct. 6.num.6. Brunellus de sponsalib.d.q.16.nu.11. in-*
50 *ferens*: Quòd si iuraui aliquam mulierem ducere intuitu Dei, non potest illud iuramentum mulier remittere, cùm in votum transierit.
51 Quoniam ex genere suo, voti violatio, ni fortassis materiæ paruitas excuset, læthale est, *ex illo Apost.1.ad Timoth.5.12. Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. quem locum de voti irritatione expresse ex Patribus exaudit, & tuetur pluribus Cornelius à lapide ibidem vers.12. Nauar.d.cap.12.num.40. Anton. Fernandez d.cap.6.in medulla §.2.num.1. & 2. Beia d.casu 17.2 par. in fin.vers.aduertat tamen. Bonacina d. disput.4.quaest.2 punct.5.§.4.num.2. & 3. & d.disput.3.q.17 punct.6.num 4. de contract. Gordon.d. cap.21.num.60. Borrell.d.tit.60 num.297. faciunt plenè notata per Gaillum. pract.obser.59. per totū, quem etiam sequitur Gratian. forens. par.3 c.722. num.14. & 15. Sà verbo votum, num.15. Layman. d.tract.4.cap 3 q.2.nu.2.*
52 Neque etiam in aliam Ecclesiam propria authoritate commutari, quæsito iam iure primeuæ per testamētum primum, & codicillos,
53 *secundùm Rodriq.par.2.cap.101.num 7.* Post acceptationem præsertim: *Lessius dicto cap 1.nu. 104 Latè Pater Ioan. Valerus Carthusian.de different. inter vtrumque forum verbo votum.different. 1.Bonacin.d.punct.5.§.2.n.8.*
54 Tametsi nempè vota ab initio gratuita sint, & voluntaria; ex post facto tamen, & subsequenter, necessaria euadunt, *tex. in d.cap. licet 6.de voto.c porrectum 13. de regularib.in fin. Angel. summa verbo lex §.3. vers si verò materia est necessaria. Dionys.Carthus. vbi supra.*
55 Regitur quippè votum à natura contractus, qui ex post facto necessitatis euadit, quamuis per prius libertatis fuerit, *l.sicut.5. C.de action. & obligat. Abb.d.cap.licet in 1.notab. Marc. Antō.de Amatis decis.24 num 7. & 8.Gordon.d.q.5. par.3.cap 13.num 41.Laiman.d.tract.4. cap.8.nu. 21.in 5. dicto.iuxta illud S.Gregor, epist. ad Bonifacium relati à S.Thom. 2.2. quaest. 189. artic. 3.*
,, *Bonæ fidei contractus*, inquientis, *nulla solent ra-*
,, *tione dissolui; quantò magis pollicitatio, quam cū*
,, *Deo pepigit homo, sine vindicta solui non poterit. & sequitur Layman. cap.3.nu.1.*
56 Qua de re compelli iure, nec temerè poterit vouens, ad ea seruanda, quæ promisit, *text. cum glos.in can.scimus.12.quaest.1.ad tex.in cap.1. cum ibi notat de pactis, cap. ex parte 18 de censib. & c.quod super 7. in finalibus verbis de fide instru. l.1.2.et 3 ff. de pollicitat. Cappella Tholosan. vbi*
,, *Aufrer.dec.135.* Vouete enim, & reddite Do-
,, mino Deo nostro (Regius exclamat psaltes
,, *Psalm. 75.* omnes, qui in circuitu eius affertis
,, munera. Terribili, & ei qui aufert spiritum

,, Principum, Terribili, & apud Reges terræ.
,, *Et Ecclesiastes 5.n.3.* Quòd vouisti Deo, *inquit*,
,, ne moreris reddere; displicet enim infidelis. &
,, stulta promissio. *S.Thom.d.q.88.art 1 & q.189 art.3.ad 1.vbi Caiet.et iu d.Ps.75.Dionys.Carthus. in exposit.Tropolog.& Lyrau.ibid.et ibid. P. Francisc.Puteus Carthus. in Catena aurea ex Cassiodor.*
,, Vouere enim, *inquiens*, voluntati consulitur;
,, sed post voti promissionem necessariò reddi-
,, tio exigitur. Ideò non ait simpliciter vouete,
,, vel nolite vouere, sed vouete & reddite, idest,
,, si voueritis, reddite; alioqui damnationem ha-
,, bent, qui primam fidem irritam fecerunt. hæc ille.
57 Vt meliùs proinde sit non vouere, quàm votum, prout melius fieri potest, non perficere, *vt Vrbanus Papa inquit d.can.scimus 10.q.1. et*
,, *d.cap.5.nu.4.Ecclesiastes.* Multòq; melius (in-
,, quiens) est non vouere, quàm post votum pro-
,, missa non reddere. *Graff.d.lib.2. cap.22. num.1. Petr. Gregor.Tholos.Syntag.iur.lib.24. cap.10.nu. 16.de Ponte consil.37.num.31. & 32.lib.2. Didacus Spino.detest.gloss.28.nu.63.Tuscus tom.vlt.litt.V. conclus.289.num.3.Gord.d.cap.13 num.41.in fin. Layman.d.cap.3.n.1.vers.bis addendum.*
58 Quòd si, qui vouit, vota morte Præoccupatus reddere non potuit; voto existente reali, eius hæres tenebitur, siue ab intestato, siue etiam ex testamento successor extiterit; Quia nimirum, ita votis, realibus tamen defuncti satisfacere tenebitur, sicut & aliud eiusdem æs alienum soluere, *tex in d.l.2. §.fin. ff. de pollicitationib cap.fin.iu fin. cum glos.fin vbi Abb. nu.4. de sepult.cap.d nobis 28. § hæredes.vbi glos.de sent. excom. cap. ex parte Compostellani.18. de censib. Euerard. in d. loco ab efficacia iuramenti nu.38. de Franch.dec.83.num.6.Grizzarell.decis.6.num.33. et 35. Innocent. Abb. et Butrius d.cap. licet.de voto. Anton Fernand.d.cap.6.§.2.num.24 Anastas.Germon.de sacrorum immunit.lib. 3.cap.19. nu 4. Nauarr man.cap.12.nu.56.§. vigesimo octauo peccat. num.17.Grat an.forens.par.1.cap.14.nu.17. Bonacin.d.disput.4.q.2 punct.4 §.5.num.5. et punct.5.§. 2.num.4.et seq. et num.10.et 11.et d.q.17.punct.7. proposit.1.num.1.Gordon.d.q.5.cap.19.num.57.faciunt notata per Mancin. de iuramento in simili loquens, quòd ad hæredes trāseat quoad effectum realem par.4.effect.5.num.1.*
60 Quoniam votum reale in hæreditate defuncti, est debitum Deo Altissimo, nō cuiuis mortalium, persoluendum. *Nauar man. cap.25.num.*
61 *65.Thoro d.priuil.2.col.2.* Nam promittere, est constituere se debitorem eius, quod promittitur, ei, cui promittitur, *secundum Caiet. in sum. voti violatio. in princ. Sayr. in claui reg lib.6.cap. 7.num.12 Gratian.forens.par.4 cap.722.nu.14.*
62 Obligatio verò defuncti ad hæredem est trāsitoria, *vt in terminis nostris loquitur Salycet.in l. 1.C.de sacrosanct.Eccles.q.13.in fin.nu 18.vers.sed hæres vouentis. Petr.Greg.d.lib.24. cap. 10.nu. 15, etiam si pœnalis fuerit.Ioseph Ludouic.d.concl. 16. illat.72.d.s.46. Sà verbo hæreditas.n.36. Layman. d.tract.4.cap.3.in 6.q.n.12.*

63 Ce-

63 Cæteroquin hæres hæreditate adita, defuncti vota non reddens, ne dum se peccati lethalis macula inficiet, vti violatæ Religionis reus. *S.Thom. d.q. 89. art. 8. ad primum. Caietan. d. verbo ti voti violatio. in princ. Nauar. d. cap. 12. num. 56. Abb d. cap. licet. num. 5. vbi addent. Graff. d. cap. 22. num. 10. Rodriq. d. cap. 101. num. 11. et 12. Azor. d. lib. 11. cap. 15. quæst. 1. Petr. de Gregor. d. cap. 10. num. 16.*

64 Verum, & hæreditate ipsa, vti indignus spoliari merebitur, *tex. in Autd. hoc amplius fin. C. de fideicomiss. d. cap. licet, vbi Abb. num. 15. Butr. num. 16. tex. in cap. si hæredes, & ubi gloss. fin. in fin. et Abb. ibidem de testam. Pater Ioann Valer. verbo legatum different. 1. num. 3. plurè Didacus Spino d. gloss. 28. num. 45. et seq. et d. num. 63. et 64. et 65.*

65 Crescenteq; contumacia maioris excommunicationis vinculo nodari, *tex. cum glos. d. cap. à nobis. 28. §. fin. de sent. excom. Abb. d. cap. fin. num. 4. in fin. de sepult. et d. cap. licet num. 15. Sayr. d. lib. 6. cap. 7. num. 15. Azorius d. cap. 15. q. 15. Graff. d. cap. 22. num. 10. Sanch. d. lib. 4. cap. 15. num. 25. cum seq. Gallef. de oblig. camer. q. 4. num. 11. Bonacin. d. punct. 5. §. 2. num. 4. & num 6. Layman. d. cap. 3. num. 12.*

65 Quia hæres defuncti animam, & conscientiam exonerare debet, *d. cap. fin. de sepult. tex. in litteris. 5. cum sua glos. de raptor. Butr. in cap. si diligenti. 17. et ibid. Abb. col. penult. de præscript. nu. 13. sequitur Calcan. conf. 74. nu. 65. et 66. Petr. Pecch. de testam. coniug. lib. 1. cap. 25. nu. 1. in fin. et lib. 4. cap. 17 num. 2. Ioseph Ludouic. d. conclus. 16. illat. 71. Card. Tuscus. tom. 4 litt. H. conclus. 42. Io: Baptista Thoro in sum. priuileg. piar. causar. priuil. 168. Marta de success. legali tom. 2. par. 4. q. 12. art. 7. num. 34. 35. et 36. Bartius dec. 81. nu. 17.*

Non itaque reuocari potuisset per secundum testamentum, legata hæc pro exoneratione conscientiæ, atque ob votum, in prioribus tabulis rogata; quamuis derogatoriæ clausulæ specialem, atque specificam me-

67 moriam fecisset testator. Porrò, quòd testamentorum reuocatio ad ea tantùm protenditur, quæ ad vltimæ voluntatis materiam pertinent, non quoad contractus, vel Confessiones, vel id genus alia, testamentis inserta, *vt post Ripam in l. nemo potest. num. 35. ff. de legat. 1. et alios. de communi testatur Emanuel Suarez in Thesaur. communium opin. litt. T. nu. 96. mihi fol. 199. vol. 2. et tom. 1. communium opinionum littera T. d. num. 96. fol. mihi 311. Tuscus d. litt. T. conclus. 152. num. 105. Guttierez. d. par. 2. de iuram. confirmat. c. 1. num. 9. in fin. plurib. Mancin. de confession. cap. 8. per tot. Nouar. de incertis, et malè ablat. priuil. 43. num. 3. et seq. et d. priuil. 56. nu. 9.*

68 Et iuramentum sicuti operatur, vt minimè videatur extendi reuocatio ad ea, quæ Sacramento firmata sunt, quòd voluntas ad ea non vtique protrahatur, *secundùm glos. receptam in cap. cùm non deceat. 30. verbo effectus de elect. lib. 6. quam sequitur Roman. sing. 7. quod dispositio. Couar. d. par. 2. rub. de testam. nu. 19. in 4. conclus. vers. 2. infero. Tiraq. in l. si vnquam. num. 270. C. de reuocand. donat. Sarmiento. d. lib. 3. cap. 14. num. 19. in fin. Caual. in d. q. 211. num. 2. Bonac. d. q. 17. punct. 5. num 7. et punct. 6. num. 4. Guttierez d. cap. 1. nu 8. Sà. verbo iuramentum. num. 19. Mancin. de iuram. p. 4. effect. 66. num. 5.*

69 Ita pariterq; ac multò magis id votum operabitur, quod maiorem vim ad obligandum obtinet, vt dicebamus, quàm iu-

70 ramentum. Rectèq; ducatur argumentum ex iuramenti vi, ad voti vim, & efficaciam, *secundùm Rodriq. d. cap. 100. col. 1.* Cùm votum ex vi sua obligationem indicet, vt super verbis iam dictis *Psalm. 75.* Vouete, & reddite, adnotat *P. Gord. d q. 5. de voto cap. 1. in princ. vers. omitto hic. Thom. Sanchez d. lib. e consil. cap. 1 dub. 20. nu. 2.*

71 Nequè obstabit si obijciatur, satisfecisse voto testatorem videri, per alterum legatum secundis tabulis eidem Cappellæ rogatum, *ad tex. apertum in l. filia legatorum. 11. C. de legat. et tex. in l. Lucius Titius. la prima, quæ est 21. ff. de legat. 2. l. libertis quos 18. ff. de aliment. et cibar legat. Abb. conf. 4. nu. 8. par. 2. et Aymon. conf. 167. nu. 5. cum seq. Manric. de coniect. lib. 6 tit 14. n. 19.*

Præter quàm quòd enim textuū prædictorum materia fatis diuersa ab hac nostra est; vt

72 non in iure sequatur ob id illatio à re differēti, atque diuersa, *ad tex. in l. Papinian. exuli 21. ff. de minor. l. vlt in fin. vbi Bart. ff. de calumniat Barbos. axiom. 114.*

73 Nam tex. prædicti *d. l. filia legatorum, et tex. d. l. Lutius*, loquuntur sanè quando superuiuens, prioribus tabulis testator, ipse postmodum rem, & quantitatem in illis relictam per se

74 soluit. Vt non in iniuria distinguant Doctores, ibidem inter legatum generis, siuè quantitatis; & legatum speciei, *vt per Abb. d conf. 4 nu. 1. et Vincent. de Franch. decis. 422. Fabium de Anna conf. 91. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsump. 228. nu. 2. cum seq. Cancer. variar. lib. 3. cap. 20. de legat. numer. 159. cum seq. Diaz in reg. 413.* Vel si

75 in causam legati primitùs rogati, solutionem fecisse, vel secundum legatum scripsisse testator aliquo modo ostenderit; vt se, scriptosque hæredes ab eodem onere liberos, extorresq; redderet. *vt explicat Rota post alios in Comen. legati. 20. Februarij. 1606. coram Sanctissimo Gregorio XV. Ludouis. decis. 236 num. 2. et in recentiori. bus par. 2. tom. 1. decis. 499. nu. 2. Cancer. d. cap. 20. num. 163. Franch. d. decis. 422. num. 3. de Thomas. tract. 6. de maioratu. tit. 13. per tot.*

76 Sicuti etiam distinctionem adhibent Doctores ad intellectum præfatorum tex. si vna videlicet quantitas inter viuos, altera verò in vltima voluntate relinquatur. Vel si vtraque in vltima voluntate, & in eisdem, vel diuersis tabulis describatur, *vt supra citati Doctores, et Franch. decis. 422. nu. 5. sequuntur Menoch. de arbitrar. casu 213. nu. 12.*

Nihilominus tamen (fac esse eadem quantitas in eisdem, vel diuersis relinquatur tabulis,

77 atq; pro eadem causa) si ea tamen illa sit, quæ multiplicationem admittat, nec semel præstita, cesset, quin iterum præstari valeat, ex eadē

78 etiam causa; Nequè diuersum ex mente, ac

vo-

voluntate disponentis apparet; repetitò debetur, est tex. apertus in l. quinquaginta. 11. ff. de prob. vbi scribent. tex. in l. Lutius Titius. la seconda, quæ est 90 §. impuberem. ff. de legat. 2. Vincent. de
79 Franch. d. decis. 422. num. 4. vbi loquitur in legato pro animabus filiorum, rogato, quod pluriè multiplicationem recipere non ambigitur. Mantica de coniect. lib. 12. tit. 6. num. 18. in fin. Rota recent. d. decis. 499. num. 5. par. 2. Gaspar. Anton. Thesaur forens. quæst par. 1. q. 67. num. 3. & 4. Surd. de aliment. tit. 9 quæst. 4. num 10. 11. 12. & seq. & tit. eod. q. 34. nu. 9. cum seq.
80 Quod profectò non æquè procedet, si data semel, testantis sit voluntati satisfactum. vt in legato alimentorum loquitur tex. in d. l. libertis quos. 18. quę data semel, repetitionem minimè admittunt. Menoch de præsumpt. 128. num. 18. de Franch. d. decis. 422. num. 3. & 4. Annad. consil. 91. num. 37. & 38. Pater Ludouic. Molina de Iust. disput. 201. vesic. exceiptur ab hac regula. Rota in d. Comcn. legati. coram Ludouis. decis. 236. nu. 8. cum seq. Francisc. March. dec. Delphinat. 437. num. 1. par. 1. de Thomas. d. tract. 9. tit. 13. num. 13. Surd. d. q. 4. num. 1. & seq.
81 Velut in legato dotis, quæ reiteratione natura sua non accipit. est tex. in l. 2. in princ. ff. de dote prælegata. & tex. in d. l. Lutius Titius. 90. §. Impuberem. & tex. in l. huiusmodi. 86. §. cùm pater. ff. de legat. 1. Menoch. de arbitrarijs. d. casu. 213. num 7.

Verùm in facto hoc nostro multò magis scrupulus omnis procul fit, & cessat, quòd longè aliud, ac diuersum legatum in secundo testamento relictum est, ab altero in primo scri-
82 pto. Tùm quòd distat ab illo in substantia, tùm in quantitate, tùm in causa, tùm denique in tempore. Vt aliud proinde vnum sit, atque alterum. ad tex. in l. si idem Codicilli. 7. C. de Codi-
83 cillis. Vendicetq; proinde, nec sanè iniuriâ sibi locum dispositio tex. in l. cùm centum. 9. ff. de Aliment. & Cibar. legat. & d. l. quingenta 12. de probat. Vtramq; scilicet quantitatem deberi, ne dum quidem si diuersis, verum & in eisdem sit Elogijs relicta. secundùm Abb. d. cons. 4 num. 2. Annad. cons. 91 num. 26. & seq. Molin. d. disput. 201. littera C. Thesaur. vbi supra d. q. 67. longa serie Menoch. de arbitrar. d. casu. 213. in 5. 6. & 7. casu à nu. 22. cum seq. & latè Surd. d. q. 4.
84 Potissimùm verò cùm ex distinctione rerũ, pluralitas arguatur legatorum. vt Paul. docet in
„ l. quotiens. ff. de legat. 2. Quotiens (inquiens) nomi-
„ natim plures res exprimuntur, plura legata sunt. Sequitur Surd. decis 88. num. 21. Rota in recent. par. 2. tom. 1. decis 438. num 4. faciunt notata per Menoch. de arbitrar. d. casu. 213. in 4. casu num. 13. & in 6. casu. num. 26. Atque allata etiam distinctio DD. per Canceer. d. lib. 3. cap. 20. num. 159. & seq.
85 vbi ex diuersitate, vel vnitate causæ ad multiplicationem, nec ne legati, rectè inferri, concludit. Mastrill. decis. 231. num. 67. par. 3. Thesaur. d. q. 67 nu. 3.

Et quidem substantia huius, & tẽpus expri-
„ mitur, De fare dire vna Messa lettana el giorno d'o-
„ gni venerdì pro defunctis. Nec non vno anniuer-
„ sario semel in anno nel primo Lunedì, che siegue al-
„ la festa de tutti li Santi nel mese di Nouembre, in
„ perpetuum.
„ illius verò, Che si habbia da dire in perpetuo
„ vn' officio ogn'anno per tutto lo Clero di Campo bas-
„ so, con tredici Messe di detto Clero, e con dodici in-
„ torcie lauorate etc. nell'vltimo Venerdì del mese
„ di Ottobre.

Quantitas verò in hoc est expressa ducatorum biscentum; in illo verò indeterminata, atque indefinita.
„ Ac denique causa. In hoc, Per alcuno scari-
„ co di coscienza, e per promessa fatta à Dio Signor
„ nostro, & alla Beata Vergine sua diuota. In illo ve-
„ rò: A remissione di suoi peccati, e dell'antecessori
„ di esso testatore.
86 Quid erit igitur, cur stare testatoris voluntatem, impugnare voluerimus. ad tex. in l. san-
87 cimus. 27. C. de testamentis; Cùm illum prioris dispositionis, quoad legata pœnituisse, non appareat? ad tex. in l. filiæ cuius. 16. C. famil. herciscund. & tex. in cap. cùm Martæ. 6. de celebrat. Missarum.
88 In illa ergò perdurasse, mutatione non probata, ad supremũ vsquè vitę auram, præsumendum erit. ad tex. in cap. maiores. 3. §. fin. de baptism.
89 & eius effectu. vbi Abb. num. 5. Vt qui contrarium asserere voluerit, ipsum probare oportebat. vt est tex. in d. l. Lutius Titius. la prima. 22. in
„ fin. ibi: Onus autem probandi mutatam esse volun-
„ tatem defuncti, ad eum pertinet, qui fideicommissum recusat. & tex. in d. l. quingenta. 12. de probat. & l. fideicommissa. 11. §. si rem. ff. de legat. 3.

Præsertim quòd neque mutare testator voluntatem potuerit, ob votum, & promissionem Deo, Beatæq; Virgini factam, vt in superioribus dicebamus, ni se piaculo obstringere voluisset.

Firma itaq; illa perdurabit, atq; vtrumq; simul legatum persoluendum erit. Vt ex his respondi. Sub censura. CAROLVS MARANTA V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus &c.

Deberi vtrumq; legatum decretum fuit. Et sententia confirmata per doctissimum Consiliarium Scipionem Rouitum Reuerendæ Fabricæ Secundarum Causarum Regium Cõsultorem. Nunc verò, sic eius exigentibus quàm plurimis meritis, supremi Regij Collateralis Consilij Regentem. Et ita executioni demandata.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi refrenatum habent arbitrium quoad quartam ex pijs exigendam legatis.*
2 *Quarta episcopalis non debetur ex relictis pauperibus in genere. Quia personis tunc relicta censentur non pijs locis. nu. 3. neque ex relictis pro maritandis pauperibus puellis. num. 4. neq; pro dote Ecclesiæ, atq. ad perpetuum diuinum cultum relictis. num. 5.*
6 *Episcopo alleganti consuetudinem exigendi quartam ex*

num.2.& 4.cum seq.Francisc.Leon.in Thesauro. par. 2.cap.14.num.6.& 7.cum seq. Alnar. Valasc. consult. 105.num.12.& 13. & 14. Augustin. Barbosa de potest.Episcop par.3.allegat.75.num.43. & 44. Tuscus.d. conclus.21.num.43. & 44. & num. 53. & seq.& num.66. Bonacin.d.punct.3.num.2. Ioan. Baptista Thoro in sum.priuil. piar.causar.priuileg. 259.

4 Sicuti neque ex relictis pro maritandis pauperibus puellis in annos singulos. Syluest. verbo canonica portio num.6.Tiraq.d.priuil.28.Azor. d lib 9.cap. 12.q.10.decisum in Rota. refert Seraph. d.decis.726.num.6.Tuscus. dicta conclus. 21. num. 46.Lauorius vbi supra.Molfes. num.52. Bonacin.d. punct.3num.2.vers.ex quo patet. Barbos.d.cap.19. num.27.

5 Neque item ex relictis pro dote Ecclesiæ. Cùm ad perpetuum diuinum cultum assignata videantur. dicto cap.fin. de testam. Abb.in cap.1. num.5.de censib.Genuens.in practicabil. Ecclesiast. q.383.num.1.Petrus de Vbaldis. d.cap.7 num.59. Capyc.decis.23.num.4.Medices.opusc.4.nu.5. vers. Cantica.Ricc.in praxi par 3.resolut.341.Tuscus.d. conclus.21.num.56.& num.72. & 73. & 74 Lauorius loco cit.Barbos.d.cap.19.num.24.Tuscus.d. conclus.21.num 30.

6 Episcopo igitur onus incumbit allegatam probare consuetudinem, ex omnibus piè relictis indistinctè quartam exigendi. ad tex.in c. fin vbi scribunt.de consuetud. Seraphin.decis.1195. num.1.

7 Profectò quòd consuetudo in facto fundamentum habet; vnde probanda erit. Boet. cons. 8.num.12.& 16.Gratian decis.14.num.4. Maceraten.variar.lib.1. resolut. vlt. casu 58.in fin. versic. quia 1.& lib.2.resolut.8.num.57.Monald.cons.73. nu.8.col.2.

8 Nec quoquo modo, sed in specie casus, qui in controuersiam ducitur; quia stricti iuris est.

9 Oldrad.consil.237. Aymon. cons.96. num.4. Surd. cons.74.nu.13.lib.1.Seraphin.d.decis.1159. nu.6. Rota apud Ludouis.Gregor.XV decis.45.num.6.& 8.& decis.162.num.2.& Rota.par.2. diuers.decis. 72.num.31.et par.4.diuers.collecta per Farinac.decis. 74. num. 5. quæ est etiam inter decis. Manticæ 159.num.5.Griuell.decis.Senatus.dolani.40. num. 22.Vincent.de Franch. decis.253.num.11. Rota in Imolen.seu Fauentina bonorum 25.Iunij.1593. coram litta.apud Marches. par.1.decis.9.num.1.vers. nec obstare fol.1250. & apud Canaler. decis. 192. num.5.& decis.205.num.8.& 9.

10 Consuetudo enim quantum habet de actu, tantum habet de potentia, & non amplius.vt loquitur Bald.in cap.1.n.21.de his,qui feudum dare possunt.in vsibus feudorum.est tex.in l. quod non ratione.38.in fin.ff.de legibus.sequitur. Surd.d.cons. 138.num.7.lib.1.& Rota d. decis.74.num.4.idem Mantica decis.284.num.7.& decis.10. num.11.

11 Neq; minori spatio quadraginta annorum. ex glos. fin.d.cap.fin.in fin. de consuet.glos. in cap. super quibusdam. 26.§.1.in verbo. non extat. de verbor.signif.cat.cap.de quarta.4.de prescript.Balbus.de præscript par.1.in 5 parte princip. q.13.nu. 1.vers.istam quæstionem.fal.mihi.453.in minori impress.Caputaquens.decis.230.num.6.par.1.Manticæ d.decis.284.num.9. Lauor.d.cap. 17.num.73. Molfes.d.cap.9.in 8.respons.num.64.& seq.

12 Vel saltèm triginta, vt longa dicatur consuetudo.Geminian.cons.87 num.4.

13 Vel ad minimum decem annorum,secundum Rotam par.1.diuers.decis.629.num.5.sequitur Maceraten.variat. lib.1. resol. 103. num 5. Riccius in praxi variar.resolut.209.num.2.in fin. par.2.Molfes.d.respons.8.d.num.64.in fin.& seq.

14 Cùm aliàs per duos tantùm actus consuetudo introducta dici haud nimimè possit. secundùm Syluest.verbo.consuetudo.nu.6.vers.3. Couar. practicar.quæstion.cap.14.num.2.Riccius.in terminis nostris.d.resolut.209.num.3. Nimirùm quòd

15 non Iudicis facto, sed Populi cõsensu Consuetudo inducatur.§.ex non scripto.instit.de iure naturali.gent.& ciuili.cap.cùm dilectus.8. de consuet.Abb.cons.73.circa primum dubium in fin.num. 11.par.2.Riccius par.2.decis.217.num.8.Rota apud Caualer.decis.125.num.8.

16 Potissimum verò aduersus Tribunalis Fabricæ Sancti Petri iura; quod in possessione est legata huiusmodi exigendi, absque detractione portionis vllius pro quarta Episcoporum.

17 Quam ob causam Episcopi erit probare,vtputa affirmantis, & se fundantis in consuetudine, non verò Tribunalis Oeconomi,negantis.ad tex.in l.2.& l.ab ea,parte.5.et in l. quingenta.12 ff.de probat. l.auctor.23. C.eod.tex. in l. Lucius.Titius sapiētia,quæ est.22.ff.de legat.2 l.quoties. 18.§.fin.ff.de probat.cap.vlt.§.sanè. de iure iuran. Afflict.decis.377.nu.7.Ioseph.Ludouic.dec. Perus.12.num. 1.et decis 15. num. 1. et 2. Gratian. decis.19.num.9. Rota in terminis nostris apud Coccinum.decis.123.num.38.et apud Caualer. d.decis. 125.nu.8.et decis.94.num.4.Rota Maceraten apud Thomati.decis.53.nu.12.et dictum fuit Melphitten. iurispatronatus.27.Maij 1619.coram Vbaldo.

18 Nec diffugium suffragatur Episcopo,ex quo executor dicitur, & est piarum dispositionum omnium. ex tex.in cap.nos quidem.3. cap.si hæredes.6.et cap. Ioannes. 19. de testam. et Sacrū Trid. Concil.sess.22.cap.8.de reformat.Thoro d. priuileg.

19 259.Vt saltim ratione laboris quartam ipsam exigat.quòd sanè interesse debetur,& in consideratione est.vt aduertit Dominus Regens Carolus Tappia decis.27.num.15.

20 Præter quàm quod enim, intra annum dumtaxat id exauditur, post Tribunalis Fabricæ erectionem,non sanè post illum.Cùm iam quæsitum est ius Fabricæ per negligentiam hæredum, vel adimplere debentium. vt declarauit pluries Sacra Congregatio Eminentissimorum DD. S. R. E. Cardinalium ipsi Tribunali Præfectorum per Sanct.D.N.Papam.ac præsertim

21 in anno 1617. Cùm Ego pro Domino Reuigliono Secretario Coadiutoris officio defungerer per litteras Eminentiss. Cardinalis Pallotti Archiepiscopi Cusentini,in causa cùm Reuerēdissimo Archiepiscopo Reginen. & iterum per litteras Eminētissimi Cardinalis Gimnasij

nasij in causa cum Reuerendissimo Episcopo Vigiliarum. Et imputet sibi Episcopus, qui quartam exigere desidiosus fuit. *ad tex. in l. pupillus. 24. §. fin. ff. quæ in fraud. credito. §. quorum institut. in proœm. Barbosa. alliom. 227.* præsertim cum hęc quarta nisi petatur, nec debeatur. *vt post alios sequitur Molfes. d. cap. 9. num. 50.*

22 Nihilominus apertum est *tàm in d. cap. nos*
,, *quidem ibi: Sinè diminutione qualibet. quàm in d.*
tex. Sacri Trid. Conc. gratis Episcopum executoris officio defungi debere. *& est etiam apertissi-*
,, *mum in tex. in l nulli. 28. §. cum autem ibi: Vt Reli-*
,, *giosissimi Antistites gratis, & sine vllo dispendio*
,, *prædicta gesta conficiant. & tex. in l. si quis ad declinandum. 38. § sed & si pauperes. in fin. C. de Episcop et Cleric. Abb. d. cons. 59 in 2. dub. post. num. 3. par. 1 sequitur. Ioan. Baptista Thoro. piar. causarum. singul. 38.*

23 Vt debeat proinde idem Reuerendissimus Squillacens. iurè cogi ad restituendum quadraginta, quæ malè accepit. *ad tex. in l. restituere. 1. et 2 35. et 75. ff. de verbor. significat. et regula peccatum. 4. de regul. iuris. in 6.*

24 Verum in dubium reuocari etiam contigit ad rem hanc. An post Tribunalis Fabricę erectionem, derogatũ videatur detractioni quartæ canonicæ ex legatis pijs Episcopis debitæ, etiam in casibus, in quibus de iure ad illos quarta huiusmodi spectabit.

25 Et detractum videri, ac derogatum respondet Reuerendiss. Episcopus Riccius Dominus meus. *in prax. variar. dict. resolut. 376. num. 2. par. 2. ea potissimum ratione.* Quòd erectum fuit Tribunal cum iurisdictione, & cum clausula abdicatiua, & priuatiua, quoad ordinarios. Refertq. litteras quasdam Sacrę Congregationis. *et Riccium nouissimè sequutus est Ioan. Baptista Thoro. doctus ac pius sanè vir. in sum. priuil. piæ causæ d. priuil. 259.*

Sed an ita subsistat Riccij, & siquidem Doctissimi sententia in hoc, non mihi plenè per-
26 suasum habeo. Quippè cùm intra annum nil omnino prohibeat, quin Christi pia relicta exequi curent, iuxtà eorum Paternam solicitudinem; quod hoc ipsis ex suo officio incumbat, *iuxtà decretum dicti Sacri Trid. Conc. d. c. 8. sess. 22.*
,, *in fine ibi: Ipsi ex officio suo, iuxtà Sacrorum Ca-*
,, *nonum instituta cognoscant, & exequantur, non*
,, *obstantibus, quacunque consuetudine, etiam imme-*
,, *morabile priuilegio, ac statuto. hæc ibi.* Et declarauit Sacra Congregatio pluries tàm quo tẽpore ego pro Reuiglione Coadiutoris officio defungerer, præsertim in causa cum Archiep. Reginen. quàm alias postmodum sæpè.

27 Vt propterea clausulam predictam abdicatiuam, iuxtà subiectam materiã exaudire nos oporteat; de Iurisdictione scilicet cognoscendi de satisfactione legatorum piorum, post acquisitum Ius fabricæ anno reuoluto, factaque legatorum executione per fabricam iuxta Pij Quinti Cõstitutionem, quam refert etiam *Quaranta vbi supra*, & nos etiã alibi dicemus. (quod non satis à ministris fabricę perpenditur.) Vt Sacra declarauit Congregatio, tàm in dictis litteris anni 1617. quàm anni. 1626. *ad tex. in c. intelligentia dictorum. 6. de verbor significat. & tex. in l si vno anno. 17 ff locati. vbi glos. & ibid. Alberic. nu. 2.* Vbi ampliat, id procedere in quibuscunque Scripturis, siuè contractibus, & vltimis voluntatibus, *sequitur Gigas. cons. 48. nu. 34. Aymon. cons. 171. nu. 13. Ioan de Imol. cons. 132. nu 6. Everard. in locis comunib. in præambul. n. 21. in fin. vers. hinc etiam. & in loco à subiecta materia. optimè Rota decis. 10. col. 4. n. 6. de testam. in antiquis Bellamera decis. 10. nu. 2. vers. nam sermonis. Rota apud Manticam decis. 4. nu. 1. & decis. 59. nu 4. & apud Ludouis decis. 66 n 8 apud Coccinum decis. 140 n 11. & decis. 144 n. 14. Surdus decis. 11. n. 16. & decis 43. n. 16. & decis. 288. nu. 43. & decis. 272. nu. 1. & 322. n. 29. & cons. 179. n. 52. & 53. vol. 2. plene Barbosa. axiomat. 222. nu. 8. Rota in Posthum. Farinac. tom. 1. decis. 597. nu. 5.*

29 Non vero quoad quartæ Canonicæ detractionem, quę iure communi Episcopis competit. *can. de his 7. & can. decernimus. 10. q. 1. cap conquærentib. 16. de offic. ordinar. cap. de quarta. 4. de præscript. cap. officij. 14. & cap. requisisti. 15. & cap.*
30 *fin. in fi. de testam Diaz. d. reg. 237. in princ.* Et de qua nullum verbum in priuilegijs Fabricæ factum inuenitur, *late Bertachin. de Episc. d. par. 4. lib. 4. in 17. q. n. 12. Molfes. d. cap. 9. nu. 17. & seq. & Bonacin. d. punct. 3. num. 1. & seq Barbosa. de iure ecclesiastico. d. cap. 19. d nu. 1. cum seq.* Neque dictæ litteræ de hac quarta loquuntur infra annum potissimè intra quem nullum ius fabricæ acquisitum est interim.

31 Nam lex noua eatenus antecedentem tollit, quatenus de illa meminit, eidem expresè derogando. *ad tex. in l. præcipimus. 32 C. de appellat. facit tex in cap. 1. in fin. de Constit. lib. 6. tex. in cap. vnico. §. fin. de excessib. prælat. in 6. cap. 2. de translat. Nauar. cons. 95. n. 2. in fin. lib. 5. de Simon. & cons. 24. n. 1. de priuileg. eod lib. sequitur Sayr. decis. 26. in fin de priuileg. lib. 5. idem Nauar. man. c. 4. n. 7. in fin Tuscus tom. 5. littera L. conclus. 260.*

32 Neque lex noua (in dubio) veterem corrigere velle præsumitur, cùm sit potius iurium
33 vitanda correctio non inducenda. *tex. in cap. cum expediat. 29. vbi Ioan. Menoch. & Probus. de elect. in 6. Gratian. forens. par. 3. cap 573. num. 34. l. minimè. 22. ff. de legib. Rota apud Seraphin. decis. 942. nu. 8.*

34 Et ego quidem, quamuis per plures annos causarum Fabricæ fuerim Patronus, nunquam tamen animum inducere potui, vt viderem, qua via esset quo ad hoc iuribus Fabricæ prospectum, cùm nullibi appareat in eius priuilegijs, Episcoporum iuri quoad quartam ipsis debitam ex legatis pijs, aliquo modo derogatum fuisse. Neque Sacra Congregatio rem finali decisione diremit. Vt ex ipsismet iure litteris per Ricciũ relatis videre est omnibus,
35 eas legentibus. Quinimo relata re ad Sanctissimum D.N. Paulum Papam V. sanctæ memoriæ illam indeterminatam reliquit, ita tamen, vt pro Episcopis propendere potiùs visus fue-

rit

rit; potissimum in causa quoad hoc cum Reuerendissimo Barzellino Episcopo Cãpanien.

36 Vt mihi retulit meritissimus V.I.D. Melchior Reuiglionus Amitæ meæ vir, qui per quadraginta & vltra annos, summa cum integritate, ac pietate Secretarij munere perfunctus fuit in dicto Tribunali. Obijt tandem mense Octobris anni 1626. apopletico correptus morbo.

Expectanda itaq; erit à Sanctiss. D. N., eiusq; Sacra Congregatione difficultatis huiusce resolutio.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

Ad restitutionem adactus fuit exactorum Reuerendissimus Squillacen. mandato Sacræ Congregationis, quòd contra ius illa exegisset.

Verùm haùd grauabor subnectere hic litteras Sacræ Congregationis ad Dominum Reuiglionum Secretarium datas sub anno 1629. Instantibus Ministris Eminentissimi Domini Cardinalis Sabellij Archiepiscopi Salernitani. Domini mei.

Al molto Eccellente Signore. Il Signor Gio: Francesco Reuiglione Secretario della Fabrica di San Pietro in Napoli.

MOlto Eccellente Signor: Altre volte questi Illustriss. miei Signori dichiarorno non esser lecito al Signor Arciuescouo di Salerno pretendere la quarta de' legati pij, che hauesse riscossi ò riscotesse per l'auuenire la Fabrica cõforme à suoi priuilegij. E perche viene rapresentato al Signor Cardinale Sauelli al presente Arciuescouo, che il Cõmissario della Fabrica per vigore di detta dichiaratione impedisce li ministri di sua Signoria Illustrissima, che dentro all'anno dal giorno della morte del Testatore non possano essigere la detta quarta di legati pij certi, e dei funerali: E' parsò a questi Illustriss. miei Signori auuertire V.S. che ordini a detto tẽpo detto Cõmissario, che non dia impedimẽto dentro à detto Signor Cardinale, e suoi ministri, che non possino liberamente essigere la quarta di detti legati. Ma passato l'anno facendoli la Fabrica riscotere lei; si seruarà la sopradetta dechiaratione. E quanto à funerali si lasciara di dar molestia ò impedimento alcuno. Così farà esequire, & occorrendoli cosa in contrario la potrà auisare. E si conserui. di Romà li 24. di Marzo 1629.

Al suo piacere   Il Cardinal Giannasio.

Car. Ghetti, etc.

ET eodem modo dictum fuit in vna Fũdana Quartæ ex dispositione pia quõdam Albani Saracti, ex qua detrahere quartam ex legatis pijs prætendebat Reuerendiss. Episcopus Fũdanus; cùm essent legata pro sacris Altissimo Deo offerendis, ac pro paramẽtis altarium, ac partim pro mercede pauperum pupillorum, & viduarũ; nec non Prædicatoris, ac pro alimentis aliorum pauperum, & pro matrimonio locandis egenis puellis. Nam coactus fuit dictus Episcopus restituere exacta; quòd cõtra iuris dispositionem superiùs per nos demonstratam, ea exegisset; respõdente pro Fabrica apud Eminentissimos Patres Sacræ Congregationis negotijs Fabricæ præfectæ, Ascanio Apostorello Fabricæ Aduocato in Vrbe in anno 1611. sub die 21. Maij. Cuius respõsionem hic subnectere operæ prætium me facturum æstimaui.

SVMMARIA.

1 *Quarta non debetur Episcopo pro legatis, celebrationis Missarum & perpetui cultus diuini, ac fauore certarum personarum.*

2 *Episcopus nihil potest prætendere sub prætextu, quòd sit exequutor piarum dispositionum.*

3 *Episcoporum officium cessat quoad executionem legatorum piorum, stantibus priuilegijs Fabricæ.*

4 *Quarta legatorum debita Episcopis potest præscribi*

5 *Priuilegio non est opus, vbi adest iuris comunis dispositio.*

FVNDANA QVARTAE.

ILlustriss. & Reuerendiss. Domine, legata relicta in testamento quond. Albani Saracti, ex quibus Reuerendiss. Episcopus Fundanus prætẽdit quartam, fuerunt facta partim pro Missis celebrandis, ac pro paramentis altarium, & partim pro mercede pauperum pupillorum, & viduarũ, & Prædicatoris, nec non pro alimentis aliorum pauperum, & pro maritandis egenis puellis, vt expressè legitur in notula, quæ datur.

1 Proindè dicitur in casu nostro nulla debetur quarta Episcopo, nam cùm dicta legata concernant celebrationem Missarum, perpetuum cultum Diuinum, & fauorem certarum personarum, Episcopus de ijs non deducit quartã, vt in terminis legatorum, de quibus agitur. *est tex. in c. fin de testam. & in c. ex parte il 3. de verb. signific. Bald. in l. si quis ad declinandam. §. in omnibus. n. 8. C. de Episc. & Cler. Roman. qui plura exempla adducit cons. 233 per tot. Federic. de Senis cõs. 101 n. 2. Castrens. cons. 223 lib. 1. Capyc. dec. 23. n. 4. & fuit latè dictum in illa Syracusana quartæ 5. Martij 1586. coram bon. mem. Card. Seraphino.*

2 Neq. Reuerendiss. Episcopus potest aliquid prætendere sub prætextu, quòd sit exequutor

3 dictæ piæ dispositionis. Nam vltra quòd eius officium in hoc cessat, stantibus priuilegijs Reuerendæ Fabricæ; adhuc dicitur, quòd Episcopi pro exequendis pijs voluntatibus nihil petere possunt, vt est expressum. *in l. nulli, & l. si quis ad declinandam. C. de Episcopis, & Cleric.*

4 Præterea mihi præsupponitur de huiusmodi legatis nunquam fuisse solutam aliquam quartam, ne dum Episcopo agenti, sed neq. suis antecessoribus; quò fit, vt pij legatarij sint tuti exceptioni præscriptionis. *c. de quarta. vbi omnes de præscript. Calder. cons. 2. prope fin. eod. tit. Abb. cons. 26. n. 5. lib. 2. & Lap. allegat. 29 sub n. 10. vers. an sit præscripta, & ibi Mandos. in addit. lit. A.*

5 Et ex his non videtur in præsenti casu discutiendum de priuilegijs Reuer. Fabricæ; cùm. n. ex sola dispositione iuris comunis Episcopus ab huiusmodi quarta excludatur, non indigemus aliquo priuilegio. *l. 1. C. de Thesaur. lib. 10. cum vulg.* Ex quibus, &c.

Ascanius Apostorellus R. Fabricæ Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Mons pius dicitur, & ad pias causas erectus censetur, quamuis consanguinei instituentis cum pauperi-*

peribus admißi fuerint.
præsertim vbi apertè de voluntate conijcitur dispo-
nentis.nu.2.
3 Pietatis causa expreßa sanguinis vinculū superat,
vt legatum, & dispositio pia æstimetur.
4 Voluntas testatoris,quæ ex verbis colligitur,in am-
biguum trahenda minimè est.
5 Verborum,nullum maius testimonium voluntatis,et
veritatis esse potest.
6 Verba non aliò tendunt, quàm, vt mentem aperiant
proferentis.
7 Mentem ex verbis elicimus disponentis,non aliàs.
8 Legatum pro anima cosanguineo relictum, an pium,
vel magis profanum dicatur, quòd sanguinis in-
tuitu factum dicatur,discutitur.
& sanguinis intuitu factum censetur.quando dubiū
est factū,et cōiecturæ in sanguinē inclinant.n 9.
vel fraudis suspitio adeßet, legatumq. excessiuum
esset, verteremurq. in materia statuti prohibentis
testari,nisi ad pias causas.nu.11. Secùs verò si te-
stator,pium esse legatum debere,expreßerit.
& coniecturæ in pietatem tendunt.nu.12.& nu.26.
ex Tiraq. neq. res dubia sit.nu. 13.
10 Causa naturalis accidentariam vincit, & superat.
13 Coniecturæ cessant in re aperta,& non dubia.
14 Tacitum expreßo cedit.
imò absurdum æstimatur, si plus tacitum, quàm ex-
preßum valeat. nu. 15.
17 Sanguinis coniectura non ita potens est, vt piam
superet causam.
18 Voluntas testatoris vti lex principatum obtinet.
modisq. omnibus seruari debet.nu.19.
20 Sonie&uræ locum non habent in eo,quod certū est.
21 Voluntatis quæstio moueri non debet in re certa,
& non dubia,
22 Pietati in dubio tribuendū magis, quàm sanguini.
23 Suma est ratio,quæ pro religione facit.
potissimum eum pro disponentis anima pendet.n.24.
25 Anima cunctis rebus est præferenda.
In vltima voluntate præsertim.nu.26.
vt etiam filijs præferatur.nu.27.
28 Dotis causa pia dicitur.
si paupures potissimùm puellæ in matrimonium col-
locentur.nu.30.
29 Argumentum à pia causa ad dotem validum.
31 Maritare pauperes virgines,pia causa est.
32 Pauperibus datum,Deo pauperum defensori, ac
vindici datum censetur.
33 Legatum mulieri pauperi pro dote factum, cùm in
piam causam rogatum censeatur; vsuras à die
mortis testatoris consequitur.
34 Legatum pro maritāda paupere muliere,pium æsti-
matur.
35 Legatum Concubinæ factum, vt ad frugem melio-
ris vitæ reuocetur pium est.
36 Vouens pauperem ducere mulierem in vxorem,
vel etiam Meretricem, vt à peccato reuocetur,
per Episcopum cogi poterit ad votum seruādum,
quod distinxerunt labia eius.
37 Meretricem mulierem ducere vxorem in remißio-
nem proficit peccatorum.
piumq. opus nuncupatur, ac meritorium est vitæ
æternæ.nu.38.

39 Pium erigere montem, consanguineosq. pauperes
ad montis commodum admittere, quod pium est,
atq. legare simpliciter consanguineis,diuersa om-
ninò sunt.
40 Consanguineis,pauperibus præsertim,quòd succur-
ratur,naturæ,pietatis, ac charitatis ratio suadet.
41 Charitatem maiorem,cæteris paribus, quisq. suos
debet,quàm erga extraneos.
& charitatis ordo id exposcit.nu.42.
43 Eleemosyna est meritoria prout in ea seruatur etiā
ordo charitatis.secundùm quam propinquioribus
magis tenemur,cæteris paribus, quàm alijs.
& contrarium faciens contra charitatis ordinem
peccat.n.44.
45 Charitas ordinata à se primò incipit, & à suis, &
num.49.
46 Distributor bonorum testatoris in vsus pios,perqui-
rere debet pauperes testatori sanguine iunctos,
illosq. alijs præferre.
47 Executor datus ad distribuendum bona inter pau-
peres familiæ testatoris,si nulli extant pauperes
eius familiæ, potest iurè inter pauperes sui ipsius
executoris distribuere.
48 Episcopus est legitimus piarum dispositionum om-
nium executor.
50 Ordo à bonorum distributoribus, inter pauperes
seruandus.
51 Legatum pro redemptione captiuorum, & in car-
cere detemptorum, pijßimum æstimatur.
52 Carceribus detrusos soluere, ac liberare, opus est
pium.
53 Carcerati,maximè verò egentes,inter miserabiles
numerantur personas.
siue pro priuato debito carceribus detineatur. n.54.
siue pro maleficio.nu.55.
56 Bona Ecclesiarum vendi poßunt pro captiuis re-
dimendis.
57 Carceribus reclusos veloci cursu debet Iudex ex-
pedire.
58 Legatum,ad alieni æris grauatos carcere soluēdos
pium est.
59 Fideicommißo grauatus potest bona distrahere, vt
se,vel filium è carceris soluat squallore.
60 Filius familias, quàmuis minor,fideiubens, vt pa-
ter è carceribus eximatur,non restituitur, quoniā
pietatis opus exercuit.
61 Mulier fideiubens,vt virum carcere soluat,velle-
iani beneficio minimè potitur.
quāuis ob delictū vir carceribus trusus fuißet.n.62.
63 Animus verbis declaratur.
siue etiam ex extrinsecis,& factis.num.64.
& ex sequentibus, qualis in præcedentibus animus
fuerit,ostenditur.n.65.
multòq. magis factis quàm verbis patescit.n.66.
67 Facta ad animū declarandū potētiora sunt verbis.
68 Vnum & indiuisibile diuisionem in partes negat,
nec admittat.

ARGVMENTVM.

Nùm legatum consanguineo factum, sanguinis intuitu magis, quàm pie-
tatis

tatis ergò rogatum videatur? Et an
Mons pietatis, profanum ex eo dica-
tur, quòd ad eius comodum, cum
pauperibus, testatricis consanguinei
admissi fuere? latè discutitur.

RESPONSIO III.

EX testamento Forcteæ de Sanita-
te; cùm reliquerit testatrix ipsa
suis ex bonis omnibus pium erigi
montem; & si sanè, parte ex vna
simpliciter ad fructus montis,
puellas ex linea masculina Matthæi, & Anto-
nij fratrum suorum, quæ viris nuptui traderē-
tur, vocarit; nihilominus tamen haud officiet,
1 quin Mons pius dicatur, & legatum ipsum (ex
quo consanguinei pauperibus admixti fuere)
pium, piasq. ad causas rogatum iudicetur. Nec
enim sanguinis ius præualere ita debet, vt pie-
2 tatis causam prosternat. Planè quoniam aper-
tis, expressisq. verbis montem pium erigen-
dum sanxit testatrix hæc nostra. Apertam ita-
què cùm habeamus eius mentem, & volun-
3 tatem, nihil est, cur quęramus, an sangui-
nis vinculum præualeat magis, quàm pieta-
tis expressa causa, quæ vincere semper de-
bet. *doctrina est aperta Bar. in l. pater filium. 36. §.
Tusculanus. in fin. vers. sed si causa expressa. ff. de
legat. 3. sequitur Soccin. in l. 2. nu. 14. ff. de reb. dub.
Syluest. verbo. legatum. 4. in 4. q. Carocius dec. 120.
num. 20. faciunt notata per Martam voto. 39. nu. 1.
Vasquez in opuscul. moral. tit. de testament. §. 5. de
legatis dub. 1. num. 98. idem Marta de successione
legali tom. 2. par. 4. quæst. 8. art. 5. num. 1. cum seq.*
4 Neque in ambiguum trahenda sit testatricis
5 voluntas, quæ ex verbis colligitur; Quorum
nullum maius testimonium veritatis esse po-
test *secundùm Bald. in l. generaliter. 13. in 1. notab.*
6 *C. de non numerat. pecun.* Nec enim aliò verba
ipsa tendunt, quàm vt mentē aperiant dicētis.
*l. labeo. 7. ff. de supellect. legata. c. intelligentia ser-
monū. 6. de verb. signif. Menoch. li. 6. præsum. 35. n. 6.*
7 Neque aliter mentem elicere possumus dis-
ponentis, vbi prorsus verba ipsa deficiunt. *l.
Gallus. 29. §. 1 ff. de liber. et posthum. Illustriss. Mā-
tica de coniecturis. lib. 3. tit. 19. num. 5. Franciscus
Monald. cons. 88. nu. 3. lib. 2.*
Et profectò difficultas omnis, & quæstio; cùm
8 controuertunt DD. Vtrùm legatum pro ani-
ma consanguineo relictum, pium sit, nec ne;
vel profanum æstimari debeat; vt puta sangui-
nis vi potiùs, quàm pietatis ergò rogatum.
*ad Gloss. receptam in l. illud. 17. §. sin verò. verbo.
de alia causa. C. de sacrosanct. Eccles. vbi Bart. Bald.
& Paul. Castrens. Iason cons. 183. lib. 2. Alciat. de
præsumpt. reg. 1. præsumpt. 28. Cephal. cons. 216. nu.
4. & 5 lib. 2. Gramat. decis. 73. nu. 14. & 15. Guttie-
rez cons. 26. nu. 8. Surd. cons. 72. nu. 5. vol. 1. & cons.
438. nu. 18. & 19. vol. 4. & decis. 322. nu. 15. & 16.
Menoch. lib. 4. præsumpt. 115. n. 8. Marta d. voto 39.
nu. 7. Caroc. d. decis. 120. nu. 10. cum seq. Mastrill. de-
cis. 206. nu. 3. 4. & 5 par. 3. Vincent. de Franch. dec.
565. Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 4. nu. 9. Mo-
neta de commutat. vltimar. volunt. cap. 4 q. 2 nu. 37.
& 38. Rota apud Card. Caualer. decis. 212. num 6.
Marc. Anton. Eugen. cons. 37. vol. 1. Sanctarell. var.
resol. q. 68. num. 2. & n. 6. in princ. Bonacin tom. 2. de
contract. disput. 3. q. 17. punct. 8. §. 2. n. 2. in fin. Mol-
fes. in sum. tom. 2. tract. 13 c. 5. in 14 resp. num. 155.
Marta de success. legali. par. 4. q. 18. art. 4 nu. 13. 14.
& 15. Baltaxar. de Thomas. tract. 10. de pia causa
tit. 1. cap. 6. n. 138. & 139. & cap. 9. nu. 144.*
9 Tunc sanè viget, cùm dubium est factum, &
coniecturæ in sanguinem magis, quàm in pie-
10 tatem proclinant, & vergunt. ex naturali cau-
sa, quæ accidentariam vincit, & superat. *l. tutor.
31. §. quæ Tutoribus. ff. de excusat. Tutor. l. qui ha-
bet. 3. ff. de tutelis. tex. in l. dotem. 16. §. hæreditatem.*
„ *ff. de castrens. pecul. ibi: Sanguinis enim ratio, non*
„ *militiæ causa, meritum accipiendæ hæreditatis præ-
buit. quem tex. ad rem nostram expendit Vincent de
Franch. decis. 4. num. 12. & 13. Tiraq. de priuil. piæ
causæ. vers. amplia quod adeo verum est. in præfat.
fol. 6. vel. 4. in maiori impress. meus Maranta in sin-
gularib. verbo. legatum factum pro anima. fol. 55.
Mantica de coniect. lib. 6. tit. 3. nu. 23. & lib. 12. tit.
vlt. nu. 30. Marta d. voto. 39. n. 5. Surd. d. decis. 322.
nu. 12. & 16. Mastrill. d. decis. 206. nu. 5. Gratian.
forens. par. 3. casu 605 nu. 2. Mascard. concl. 1177.
nu. 6. idem Marta. de success. legali. d. par. 4. q 15. n.
13. 14. & 15. Cæsar. Bartius. dec. Bonon. 79. n. 37.
idem Marta de success. legali to. 1. par. 1. q 15. art. 1.
num. 13. & 14. Genuens. in practic. ab Ecclesiastic q.
573. Eugen. d. cons. 37. nu. 4 & 5. Intrigl singul. 98,
nu. 144. lib. 3. Rota apud Caualer. decis. 212 nu 6.
& decis. 377. nu. 6. Merolla disput. 1. cap. 2. de vo-
luntario. num. 849.*
11 Fraudis potissimū suspitione accedente; vel
si excessiuū legatum esset; ar-q. in materia ver-
teremur statuti prohibentis testari, vel legari
certis personis, nisi ad pias causas tantùm.
*Io: Imol. cons. 73. n. 7. Alciat. lib. 9. respons. cons. 220.
nu. 12. & 13. Cephal. d. cons. 216. n. 8. & 9. ac n. 22.
Mantic. d. lib. 6. tit. 3. nu. 22. & 23. Cancer. variar.
resol. lib. 3. c. 20. de legat. nu. 384. Petr. Pecchius. de
testam. coniugum. lib. 4. c. 17. n. 1. & 2. Thomas. d. c.
9. num. 147. & 148. & seq. Moneta. d. quæst. 2. cap.
4. num. 39.*
12 At contrà, si expresserit disponens, legatum
pium esse debere; verèq. appareat, illū pietate
magis ad relinquendū, quàm sanguinis affectu
ductū. Sequenda vtiq. Testatoris volūtas erit,
verbis expressa. *vt Bart. docet in d. l pater filium.
36. §. Tusculanus. & Socin d. l. 2. n. 14. de rebus du-
bijs. Doctor. in cap. requisisti. 15. de testam. Cephal.
d. cons. 216. nu. 17. 18 & 19. Syluest. d. verbo. lega-
tum. 4. q. 4. Pater Vasquez d. §. 5. dub. 1. nu. 98. Be-
nedict. Capra. in reg. 102. n 98. & 99. Mascard. con-
clus. 968. n. 9. & seq. & d. conclus. 1177. n. 2. & 17.
Eugen. d. cons. 37. nu. 2. 3. & 7. quod nec abnuere vi-
detur Rota apud Caualer. d. dec. 377 d. n. 6. in princ.
Naldus. In sum. ver. legatum. n. 2. Sāctarell. d. q. 68.*

n.6.7.et 8.et n.12. plene de Thomaſ d.c.9.n.144.cũ
ſeq.Intrigl.d.ſing.98.n.141.et 142.Marta.d.art.4.
n.13 et ſeq.et par.1.d.q.15.art.1.n.12.
13 Dubijſq. locus nullus ſupereſſe poterit. vt
coniecturæ ob id omnes inde abſcedãt. ad tex.
in d.l.3.C.de liberis præterit.l quoties.9.§.ſi duo.ff.
14 de hæred. inſtituend. Quòd nempè tacitum ex-
preſſo poſt habetur ſemper, & vbiquè. l.preci-
bus.8.et l.fin. C. de impuber. et alijs ſubſtitut. l. iam
hoc iure vtimur.3.ff. de vulgar.et pupillar. Crauet.
conſ.31.n.2.Surd.dec.322.n 9. Card Tuſc.to 3.lit.
E.concluſ.656.et 657.et tom.8.lit.I.concluſ.7.et 9.
15 Barboſa aſſiom.218. nu.4.5. et ſeq. Vt abſurdum
proindè æſtimetur, ſi plus tacitum, quàm ex-
preſſum valeat.ad tex.in l.quoad certũ.15.ff. lo-
cati.Roland.conſ.3.n.43.vol.2.et conſ 9.n.12. vol.
16 4. Sequitur non obſcurè. Tiraq. de pia cauſa in
præfat.fol.8.verſ.quod tamen in minori impreſ.vbi
,, his loquitur verbis : Quod tamen intelligendum eſt
,, duobus modis : primo vt procedat in terminis, in
,, quibus loquimur, videlicet: quando conſanguineo
,, pauperi relinquitur nominatim pro Anima, aut alia
,, pia cauſa: Quia tunc dicitur legatũ ad pias cauſas,
,, non obſtante qualitate conſanguinitatis, ſicut dixi.
hæc ille: Quẽ ſequitur Surd.de aliment. tit.1.q.93.
n.3.Gabriel.lib.6.tit. de pia cauſa concluſ.5 nu.10.
nouiſſimus Io.Bapt.Thoro in ſum. priuil. piar.cau-
ſar.priuil.vlt.Intrigliol.d.ſingul.98. nu.142. lib.3.
Gloſ.ſingularis in verbo.decreuerit.in cap.2.de ſe-
pultur.Bonacin.d punct.8.§.2.nu.2.Thomaſ.d. cap.
9 nu.144.et ſeq.
17 Neq; enim ita tribuendum eſt ſanguini, vt
18 apertam teſtantis voluntatem (quæ aliàs vti
lex principatum obtinet. ex tex.in §.diſponat.in
auth.de Nupt.collat.4.l. in conditionibus primũ lo-
cum.19.in princip.ff.de condit. & demonſtrat. Mo-
diſq. omnibus ſeruati debet. can. vltima volun-
tas.13.q.2.,deijcere,atq;protuere valeat.Mãtic.
de coniectur lib.12.tit. 17.n.30.Cancer.d.lib.3.cap.
20.n.386 & 387.Caroc.d.deciſ.120.n.20. Riccius
20 in praxi par.2.reſolut.370.n.2. Quia in eo,quod
facto finitum eſt,nullus eſt coniecturæ locus.vt
loquitur tex.in l.continuus.137.§. cum ita ſtipula-
21 tus. in fin. ff. de verbor. obligat.Et vbi,in verbis
nulla eſt ambiguitas,non debet admitti volun-
tatis quæſtio. vt Paulus ad Neratium reſpon-
det.in l.ille,aut ille.25.ff.de legat.3.
22 Quinimò in ambigua concertatione,Pieta-
23 ti tribuendũ eſt potiùs, quàm ſanguini. Sum-
ma eſt enim ratio , quæ pro Religione facit. l.
ſunt perſonæ 43.in fin.ff.de religioſ.& ſumpt funer.
vt arguitur.ad rem noſtram. Iaſ.d.conſ.183.nu.8.
Petr.Gregor.Tholoſ.ſyntagmat. iuris tom.1.lib.2.
c.12.ſub n.4.Mantic.lib.6.tit.3.n.23. & 24.& lib.
12.tit.17.n.31.Gaſpar.Anton.Theſaur.forenſ.lib.1.
q.44.n.2.Gratian.d.c.605.n.28.planè Genuenſ.d.
q.573 nu.2.& ſeq.Intrigliol.d ſing 98.nu.119.&
120.Sanctar.d.q.68.n.7 & 8. & q.69. n.1.Marta
d.q 8.art.5.n.1.cum ſeq.& d q.15.art.11.n.12.&
hanc ſententiam magis probat Merolla. d cap.2. n.
850.& 851. Fontanell. de pactis nuptialib. tom.2.
clauſ.5.Gloſ.3.par.5.nu.18.vbi ita in Senatu deci-
ſum fuiſſe refert.

24 Quæ ſanè ratio maximèviget,cùm pro diſ-
25 ponentis Anima propendet; quæ rebus cun-
ctis viſibilibus, & inuiſibilibus eſt præferenda.
l.ſancimus.18.in fin.C.de ſacroſanct.Eccleſ.can.præ-
cipimus.12.q.1.cap.cum infirmitas.13.de pænit.&
& remiſſ.Bolog.conſ.22.nu.2. Abb.conſ.11. lib.1.
col.2.in princ. Gaſpar. Anton.d.cap 44.nu.2. Card.
Tuſc.to.1.lit.A.concl.333.n.1.Barboſ.aſſiomat.26.
n.2.Sanctarell.d.q.68.n.6.in fin. Marta.d.q.8.art.5.
n.1.cum ſeq. vbi plura cumulat. Mantica d. lib. 6.
tit.3.n.23.vbi ſequentibus loquitur verbis : Sed
,, in dubio mihi magis videtur accipienda coniectura,
,, quæ animæ Teſtatoris ſuffragatur.quia illa cunctis
26 rebus,et perſonis debet anteponi;quòd in vltima po-
,, tiſſimum voluntate locum habet,in qua quis cogitat
,, ſe moriturum.l.hac conſultiſſima.§. & cũ humana.
,, C.qui teſtam.facere poſſunt. & n.24.eod tit.3. Imò
,, debet intelligi potiùs intuitu pietatis propter ſalutẽ
27 animæ teſtatoris, quæ filijs carior etiam eſſe debet.
,, hæc Mantica.& n.52.eod.tit.Et ſequitur P.Molina
,, de iuſtit.& iur.to 1 tr.2.diſput.149.in finalib.ver-
,, bis: ſic loquens : In dubio tamen ſemper in fauorem
,, piæ cauſæ eſt inclinandũ.præſumendũq. eſt tanquã
,, legatum pium fuiſſe relictũ. hæc ille. Tiraq.priuil.
146.Medic.opuſ.4 n.32.Maſcard. cõcl.1176.n.25.
Et ſequitur poſt Guttier.conſ.26.n.8.Sanchez.d.li.
1.de matrim.diſput.4.n.9.verſ.hinc quando aliquid,
et Genuenſ.vbi ſupra.Moneta d.q.2.n.37.Fr.Ludo-
uic.à Beia.reſponſ.caſuũ conſcient.p.1.caſ.51. in 2.
dub.demũ hæc opinio ſ.mihi.238.in minori impreſſ.
Brixiæ. Intrigl d.ſing.98.nu 119.& 110.Sanctar.
vbi ſupra , et hanc ſententiam tuetur nouiſſimè Bar-
boſ.de iure Eccleſiaſt.lib.3 cap.27.nu.10. Merolla
d.n.850.& 851.

Cæterũ,nec minorẽ adiungit lapidẽ ad mõ-
tẽ hunc piũ adſtruendũ,quòd ne dũtaxat puel-
las prædictas ex Matthæo,& Antonio fratribus
ad Montis huius comodum Teſtatrix admiſit;
Verùm, & pauperiores quoq. ex Franciſca de
Vernia eius matertera,vocauit.Vt quoad has,
vt puta pauperiores,nemo non admiſerit,pie-
tatis intuitu magis moueri potuiſſe teſtatricẽ ,
quàm ſanguinis affectu dumtaxat.Piumq.pro-
indè appellari Montem hunc deberi , vt eum
Teſtatrix nunc upauit.
28 Quoniã ſi dotis ipſa cauſa pia ex ſe dicitur,
vt apertè docet.tex.in l.cũ is.32.§.ſi in ea opinio-
ne. ff.de condit.indebiti. tex.in §. donare. qualiter
olim feud.alien.in vſib feud. Alber.in l.nulli licere.
n.24.in fi.C.de Epiſ.et Cler.Tiraq in præfat.f.12.
verſ.itẽ cũ dos.Calcan.conſ.13.per tot. Euerard.in
loco.à dote ad piã cauſam.n.1.cum ſeq. Menoch. de
præſup.lib 4.præſump.189.nu.102. Mantic.d.tit.3.
n.26.verſ. quod autem legatum. & lib.6.tit.11.n.
18.in fin.Caualc.dec.7.n.36.par.3.Cephal.cõſ.701.
nu.13.vol.4.Card.Tuſc.to.6.lit.P. concl.332.n.14.
Rota apud Card.Caualer.dec.27.nu.4. Comitul.reſ-
põſ.moral.lib.7 q.5.n.2.verſ.deinde admonui.Gaſ-
par.Anton.Theſaur.forenſ p.1.d.q.44.nu.2.verſ.2.
quia Sylueſt.verbo.legatum.4.q.1.circa fin.Riccius
dec.217.n.3.par.2.Gratian.forẽſ.par.4 c.70. n.11.
et 16.in fin.Intrigl.d.ſing.98.n.155.Molfeſ.d.tra.
13.c.5.nu.160.Marta d.q.18.art.4.nu.24.

29 Vt

29 Vt currat propterea argumẽtum à pia cau-
sa ad dotem cum dos,& pia causa æquiparen-
tur.*cap.vn.§.donare qualiter olim pot.feud. alien.*
in vsibus feudorum. Robertus Maranta. in singula-
rib.verbo.stipulatio ,seù legatum. fol.99. Surd de-
cis.298.n.9.Didacus Spino.in speculo testament.gl.
11.princ.n.21.& 22.cumseq. Gratian.Forens. par.
3.cap.505.nu.8. Euerard. vbi supra n.1. Perez. de
Lara de cappellan. lib.1.c.3. nu.3. Barbos. in locis
argum.loco.39.nu.1.Marta.d.q 18 art 4.nu.26.&
28.Doctissimus.Regens Scipio Rouitus. in nouissimis
suis ac doctissimis decisionib.decis.57 .nu.22.
30 Pia vtiq; multòq; magis dicetur , cum pau-
peres matrimonio iungantur Virgines. *ad tex.*
in l.id quod pauperibus.24. C.de Episc. & Cleric.
Bald.in l.illud.17.col.1.C.de Sacr sanct.Eccles.&
in auth.nisi rogati.col 3.vers. quæro nũmquid Mo-
nasterium.C.ad Trebell. Boer.decis.94. n.2. Ripa in
l.generaliter fin.q.51 n.170.& 171.C.de reuocãd.
donat. Bald. nouell. de dote par.5. nu.4. cum seq ad
fin. vol.6.tract.Marc. Ant. Natta cons.410. totum
controuersiæ.n.13.Maranta in singularib. d.verbo.
legatum factum pro Anima.fol. mibi 55. Tiraq in
d.præfat.fol.13.Cephal.d.cons 216 n 2.& 3.Me-
noch.d.præsumpt. 115.nu.17. Caualcan. d.decis.7.
nu.36.& 38.par.3. Sarmiento selectar. interpetrat.
lib.8.ex l.si quis Titio.de legat.2.n.5 fol.mibi 471.
in maiori impress. Cardin. Tuscus.tom.5. littera L.
conclus.106.n.14. & 15.& d.tom.6. conclus.332.
n.17. & 18.cum seq. Didacus Spino.in speculo te-
stam.Gloss.28.n.27.& 28.Rota apud Card. Caua-
ler.d.decis.27.n.2.3.& 4. Sanchez d.disput.4.n 9.
lib.1.Medices.d.opusc 4 in fin.n.24.vers.9 hoc idẽ.
Pater Ion.Valer.de different.inter vtrumq. forum.
verbo.legatum.differentia 3 col.2. vers. ad hæc di-
citur. vbi ampliat tàm in extraneis , quàm in con-
iunctis , si pauperes fuerint . Caned.quæst.canon.q.
14.sub.nu.3.Gizarell.decis 4 nu.25.Aluar.Valas.
consult.108.nu 18.Riccius d.resolut.370. par.2. in
praxi. Gratian.Forens.par.4.cap 666.nu.5. Sancta-
rell.d q.68 nu.12.& q.70 nu 4. Bonacin. tom.2.de
contract d.disp.3 q.17.punct 8.§.2 sub. nu.1. vers.
item valet.de Thomas. d.tit.1.c.9. n.144. & c.15.
n.169.& c.16. n.174.etiã si testatori sanguine iun-
cta fuerint.Marta d.q.18.art.4 num.31. Barbos.de
iure Eccles.d.lib.3.c.27. nu.16. & 17.
31 Nimirum , quod maritare pauperes Virgi-
nes pia causa est.*Bertacchin. de Episcop. par.4 in*
31.q.vers.congruenter quæro. num. 82.vol.4.tract.
antiq.fol.mibi.53.Tiraq. in præfat.fol.13. sequitur
Menoch.d.præsumpt.115.nu. 16. & 17. Mantica d.
32 *tit.3.n.26.* Et datum proinde puellæ pauperi,
Deo ipsi, pauperum defensori,& vindici, datũ
censeatur *secundum Bald.in l.post mortem. 12.nu.*
10.C.de fideicomis sequitur Menoch. de præsumpt.
lib.4 præsumpt.128.n.12.Marc. Anton. de Amat.
decis.Rotæ Marchiæ 42.n.10.Bald.Nouel. de dote.
d.par 5.nu.4. Guttierez d. cons.26. num. 13.in fin.
Thomas. dicto cap. 15. num. 169. & Dominus in
Euangelio,Matth.25. num.40. Quandiù (inquit)
fecistis vni ex his fratribus meis minimis,mihi
fecistis. Quia pauperes quantumcunq. in hoc
seculo viles,& abiecti(*vt Dionys.Carthus.ar.40.*
inquit) sunt corpus mysticum Christi , & caro
eius,& tam grata habet bona eis facta,ac si il-
lius personæ essent exhibita , dummodo ex
charitate , & propter Christum facta sint eis .
33 Quamobrẽ si quidquã mulieri pauperi pro
dote legatum fuerit,siue à viro, siuè etiam ab
extraneo ; vsuræ à die mortis debebuntur .
Quoniam in piam causam legatum illud factũ
creditur, vt definitum fuisse in senatu Sabau-
diæ.anno.1592.refert *Anton. Faber lib.6 tit.25.*
C.de vsuris , & fructib.legat.diffinit.3.fol.mibi.74.
34 Pia nempè omnino æstimatur causa, quæ in
id confertur , vt pauper mulier matrimonio
copuletur , atq: ab incontinentiæ , facinerisq;
35 periculo liberetur. Quocirca concubinæ fa-
ctum legatum , vt ad frugem melioris status
reducatur , pium dicitur. *Bertacchin.in reperto-*
rio.verbo legatum.vers legatũ meretrici . fol.mibi.
181.in minori.impress.Tiraq.in præfat.fol.19. vers.
item legatum factum meretrici.Menoch d.præsump.
115.n.26.lib.4.Mantica d.tit.3. n.29. lib 6. Pater
Sanchez d.disput.4 num.9.in finalib verbis. Pleuè
Perez de Lara de anniuers & Cappellan lib.1.cap.
21.n.10.& seq. Medices d opusc.4. nu.67. vers.si-
militer si fiat meretrici Moneta. d.c.4 d.q.2.n.51.
Pater Comitolus lib.7. responsorum moralium. q.
16.n.4.Intrigliol.d.sing.98.n.153.Bonacin.d punc.
8.§.2.sub.nu.1.vers idem censeo. Thomas. cap.10.
n.155.Marta.d.q.18.art.4. nu.18.& 19.in fin.
36 Si quispiam igitur votum voueat ; pauperẽ
matrimonio sibi copulare mulierem.ne dere-
licta, continentiæ , honestatisq; aleam subeat :
vel etiam meretricem mulierem ducere, quòd
37 in remissionẽ proficit peccatorũ , *vt ait tex.in*
38 *cap.inter opera. 20. de sponsalib.* Piumquè opus
nuncupatur : ac meritorium vitæ æternæ est .
Abb.ibid. n.1. vbi etiam Barbos. num 3. & Petrus
Gregor.Tholosan.tit.2.in relect. d.tit. de sponsalib.
cap.1.nu.88.Couar.de sponsalib par.2. cap.8.§.11.
n.9 Baldassar. Gomezius de potestate in seipsum
lib 1 cap.16 n.16.Gratian decis.216. n.6. & par.
1.Forens.discept. cap.135 n 18. Mantica de coniec-
tur.vltim.vol.lib.6.tit.3.n.18 de Thomas. d.tit.1.
cap.35.n.211. Poterit vtiq; hic Episcopi com-
pelli iudicio ad votum seruandum , quod di-
stinxerunt labia eius. *ad tex.in cap.licet.6.de vo-*
to.Henriquez lib.11 sum de matrim.c.6.§.5.vers 3.
si voto.Sanchez d.disput.4. nu.11.in fi. & tradidi-
mus nos supra respons.nostra 1.n.56.
39 Longè autem diuersum est ; legare consan-
guineis, vnde sanguis finalem causam ad legã-
dum testatori iure dedisse, credatur *ad tex.in l.*
nemo dubitat.58.§.1.vbi glos.fin.& Bar. ff.de hæ-
redib.instituend sequitur Surd. d.decis.322.nu.14.
Et pium erigere montem , ipsosq; consangui-
neos ad montis instituti comodum, sicuti cæ-
40 teros pauperes, admittere . Quod ratio ipsa
pietatis, charitatis, ac sanguinis. Naturæq; etiã
prorsus suadet, & dictat *secundum Ambros.in li-*
bris de officijs, relatum per Gratian in can. non sa-
41 *tis.14.& can.est probanda.86.distin.* Quia maio-
rem charitatem habere quisque erga suos,cæ-
teris paribus debet,quam in extraneos.*ad tex.*

in cap.1.vbi glos.verbo.subministrent. & Abb ibid.
*n.4.de cohabit.*Clericor. *& mulier. Glos. Celebris.*
in can.quiescamus in verbo.postulat.42.dist. tex.in
can.non satis.14.§.item perfecta vbi glos.verbo do-
mesticos.86.distin.& Præposit. ibid. n.21. & pro-
batur ex illo Apostoli ad Galatas.6. Dum tempus
habemus operemur bonũ ad omnes, maximè
autem ad domesticos fidei. *vbi S.Thom. lect.2.*
in fin. & Guilliaudius.*nu.15. & Cornel. à lapid.*
vers.10.facit tex.in l cum Auus.101. ff.de condit.
& demonstrat.S.Thom.2.2.q.31.ar.3.& q.33.ar.
9.ad secundum Afflict decis.290.nu.10. Tiraq.in
d.præfat.fol.8. vers. & facit pro 1.parte. Gaspar.
Anton.Thesaur.d.q.44.n.5. Syluest. verbo eleemo-
syna n 4.in 3.q. Armilla eod.n.9. Tabien. *eod. nu.*
14.q.13 Couar.lib.3 variar. resolut. cap.14. nu.6.
col.6.n.3.mihi vers. deinde hoc constat. tit.1. q.93.
*n.2.cum seq.vbi latè.*Card.*Tuscus.tom.1. littera* C.
conclus 220. nu.7. Pelbartus in Rosario Theolog.
tom.3.verbo.Charitas.5.§ 50 & seq Horatius Vi-
sicontus in conclusionib Iuris:verbo charitas.1.fol.
25.optimè Petrus Cenedus Canonicar. *quæst. q.17.*
*n.1.& 2.*Toletus *lib.8.cap.39.in 4 conclus.Ioan.*
Azor.*Institut.moral.par.2. lib.12. cap.4. q.5.*Na-
uar.in d can.quiescamus. nu 54. Surd. de Aliment.
*tit.1.q.93.nu 2.cum seq.*Naldus.*in sum.verbo Cha-*
ritas nu.7.& 8 Sanctarell d.q.68 nu.7.Pater Gor-
donus. in Theologia *moral. tom.2. lib.6. q.15 c.1.*
præsertim.nu.3.
42 Atque secundum Charitatis ordinem, no-
stris potius, (egentibus præsertim) subuenire
nos oporteat, cæteris paribus, quàm extra-
neis. *secundum Apostolum 1. ad* Timot.5 si quis
,, suorum (dicentem) & maximè domesticorum
,, curam non habet, fidem negauit, & est infide-
li deterior. Non sanè verbis, sed factis. & ope-
re iuxta illud *Isayæ.*58. Domesticos seminis tui,
nè despexeris *sequitur Diuus.* Ambros.*in lib.de of-*
ficijs.relatus d.can.est probanda. 16.86.*dist.* Nam
,, sicuti, *Augustinus dicit in primum de doctrina*
,, *Christiana.* Illi qui sunt magis nobis coniuncti,
quasi quadam sorte nobis obueniunt, vt eis
magis prouidere debeamus. *Et sequitur* S. *Th.*
lect.5. in dictum locum Pauli, vbi etiam Cornel. *à*
lapide.vers.8 & 2.2. q.31. ar.3.& q.32.ar.9. vbi
43 *ad secundum dicit*: Quòd quatenus eleemosina
,, procedit ex radice charitatis, est meritoria,
,, prout in ea seruatur ordo charitatis, secũdum
,, quam propinquioribus magis prouidere de-
bemus. cæteris paribus. hæc ille. Vnde *Chryso-*
,, *stomus ibid* Quam latè (inquit) patet detractio
,, nis locus dicentibus Gentibus, Christianos si-
,, ne affectione esse, quòd despiciant suos. Quàm
,, enim turpe est, te extraneos docere, & tuos
,, in errore relinquere? hæc ille. *sequitur Gemi-*
nian.conf.20.mihi videtur.n.3 latè Lucas de Penna.
in l.centum nu.3 & 4.C.de annonis Ciuilib.lib.11.
Menoch.de præsumpt.lib.4. præsumpt.125.n.14.&
16.Didacus spino de testam.glos.6. n 16. Horatius
*viscontus in conclusionib.*Iuris *verbo Eleemosyna*
magis fol.65. Petrus Binsfeld. in enchirid.Theolo.
Pastoralis par.3 de decem precept.cap.3.§.1.in fi.
fol.259. Pater Ferdinand. à Castro *Palao in opere*
morali tract.6.de charitate.disput.1.punct.10.nu.1.
44 *& 2. cum seq.* Peccat enim contra ordinem
charitatis, qui contrarium facit, *vt inquit* An-
gel.conf.254. hæc quæstio multum mihi est dubia.
col.1.nu.2. quem sequitur meus Maranta. *disput.8.*
*n.5.*Nauar.*d.can.quiescamus.n.54.*Inde equidem
,, per Apostolum infideli deterior agnoscitur.
,, Quia infideles naturali instinctu & pietate
,, suorum curam gerunt; hic enim est ordo cha-
,, ritatis etiam naturalis, vt domesticis præcæte-
ris prospiciamus. *vt* Cornel. *à lapide ibid. inquit.*
Haud itaq; pietatis nomine, effectuq; priua-
bitur Mons hic pius, a Pia hac testatrice crea-
tus, quòd consanguineas quoquè cum paupe-
ribus ad fructus Montis admiserit. Cùm ordi-
45 nata Charitas a se, atq; suis initium trahere
debuerit. *ad tex in l.præses 6. vbi glos. & doct.*C.
de seruit.& acqua.glos.in c 1. verbo.sicut seipsum.
de Sacra vnction.cap.nisi specialis.3.ubi etiã Glos.
uerbo eligemus. de author. & usu pall. Pelbartus.
ubi supra uerbo Charitat. *5. num.37 & §.50. cum*
seq.& 54. Azor.*d.lib.12.cap.4. & 5. Viscontus d.*
conclus.charitas 1.Barbos. assiom 42. Tusc *d.con-*
*clus 220.nu.3.& seq.tom.1.*Naldus *ubi supra uer-*
bo Charitas *nu.5.7.& 8 Paulus Layman in Theo-*
log.morali tom.1.lib.2.tract.3.cap.3. nu.1. & seq.
& nu.6. Veruntamen (fac esse) nihil omnino de
consanguineis testatrice expressisse. Deberent
tamen mentis ipsius Administratores ex se
46 eos perquirere, eisque benefacere. Quoniam
pauperes testatori coniunctos sanguine, cæte-
ris præferri in distributione debent. pauperi-
bus facienda bonorum eiusdem. *Lucas de Pen-*
na d l.centum.n.3. vers.3. videtur & n.4 Cephal.d.
*conf.701 n.10.*Gaspar. *Anton d.q 44. nu.5. & 6.*
Mantica.de coniectur.lib.8 tit.5 nu.17.Caualcan.
par.3 decis.26.nu.22. Vincent. de Franch. *d.decis.*
565.nu.4.Surd.d.q.93.nu.4. & 5. Cenedus d.q.17.
*n.3.*Barbos.*d.cap.27 lib 3. de iure* Ecclesiast.*n.70.*
in fin.Ioan Baptista Thoro.in sum priuil. piar.caus.
47 *priuil.113.* Hinc est porrò, quòd datus execu-
tor ad distribuendum bona *inter* pauperes fa-
miliæ Testatoris, si nulli ex illa supersint, qui-
48 bus dandum sit; poterit iure, nec iniuria ipse,
siuè etiam Episcopus, legitimus piarum dispo-
sitionum omnium executor. *cap.nos quidem.3.*
cap si hæredes.6.cap.tua nobis.17.cap.Ioannes.19.
de Testament.clement. quia contingit. de religiosis.
domib.Sacr.Trid Concil.sess.22.de reform.cap.8.&
sess.25.in decreto de purgatorio in fin. Ea in pau-
peres familiæ sui ipsius executoris, ex charita-
49 tis ordine: quo quis primo sibi, & suis, deinde
alijs tenetur, dispertire. *ita in terminis Ancha-*
ran.conf 436.in his dubijs decidendis.n.2. Tiraq.*d.*
præfat.fol.8. vers. & facit pro prima parte. Aufre-
*rius ad Cappell.*Tholos.*q.128.n.2. Menoch.d.præ-*
sumpt.125.n.15.et 16.lib.4. Tusc. *d.conclus.220.*
nu 7.et seq.vsq; ad fin. Spino d. Gloss.*28. num.28.*
Mantica d.lib.6 tit.5.n.24.et dict.lib.8.tit.5.n.16.
S.Th.*2.2.q.26.art.6.*Nauar. *in d.cap.quiescamus.*
*42.dist.n.70.*Molina *de iustit.et iure tom.3.disput.*
747.n.1.vers.verum autem.Paris.de resignat lib.9.
q.17.à nu.120.cum seq. Bonacin. *de contract.disp.*
3.q.18.

3.q.18. punct.3.num.9. vbi plura ad rem. à Castro
Palao.d.punct. 10.num.3.cum seq.Sanchez. in con-
sil.moralib.tom.2.lib.4. cap.1. dub. 58. num.3. in 2.
sententia, quam probabiliorem dicit aduersus prio-
rem.quę simpliciter negabat. Caualcan.d.decis.26.
50 *par.3.num.22. vbi dicit*: quod si relinquat, ali-
quid testator inter pauperes distribuendũ; dã-
dum sit primo loco pauperibus de domo te-
statoris, postmodum illis de Parochia testato-
ris eiusdẽ, deindè illis de loco, nouissimè verò
etiã forensibus, vt Charitatis ordo seruetur.*al-*
legat gl. in can.decernimus. verbo.idoneos.16.q.7.
dum dicit: Idoneos eligendos esse, sed de eodẽ
Episcopatu.*Notat etiam Tolet.d.lib.8.cap.31. in*
4.conclus.Binsfeld.d.par.3.c.1.§.9 fol.266.Molfes.
d.tract.13.cap.11.num.37.Barbos.d.cap.27.nu.61.
Thoro.d.priuil.113.

Quibus omnibus, non minimum adiungit
lapidem ad montem hunc pium adstruendum;
quòd voluit testatrix hæc; Vt si, quæ nuptui
traderentur, nullæ superessent puellæ; contin-
geretq. pauperiores ex familia masculos, alie-
ni æris ergò carceribus recludi, ex fructibus
Montis eiusdem, ad quinquaginta vsq. aureos,
creditoribus fieret satis, vt è vinculis illi sol-
uerentur.

51 Quod sanè opus inter omnes pias causas, pi-
issimum æstimatur. *ad tex.in l.si quis pro redem-*
ptione.36.C.de donationib.& tex.in §. si vnum de
prædictis. ibi: Ex hac causa pijssima.cap.3.in auth.
vt cùm de appellat.cognoscitur. collat.8.

52 Tùm quod soluere è carceribus, in illis de-
trusos, pium omninò est opus.*Bald.in d.l.illud.*
17.nu.1.C.de sacrosanct.Eccles.& ibid.Castrens.n.
3.Tiraq de pia causa in præfat.fol.10. vers.item
relictum sequitur. Surd.decis.86.num.5. Idem Ti-
raquell.post leges connubial gloss.6.num.276. Ay-
mon. Crauetta consil.3.num.10.Tuscus. d.conclus.
332.num.25.Gizarell.d.decis.4.num.29.30.& 31.
Gratian.forens.par.1.cap.108.num.1. cum seq. &
cap.329.num.16.par.3.Rota dec.63.par.2. diuers.
Medices d.opus.4. in fin.num.22. vers.7. hoc idem.
Riccius d.resolut.370.nu.2.circa fin.vers. vel esset
in carcere detenta. par.2. in praxi. & par.2. decis.
45.nu.4.et 3.Tuscus.tom.5.littera M.conclus.274.
num.4.Bonacin.d.punct.8 §.2.nu.1.vers.idem cen-
seo.de Thomas.d.tit.1.cap.21.num.189.Barbos.de
iure Eccles.d.cap.27.num.13.& 14.Thoro.d.priui-
leg.113.in fin.& singul.6.in fin.

53 Ob id nempè dumtaxat quòd in carcere
quis detinetur, multòq; magis, si egestate præ-
matur, inter miserabiles connumeratur per-
sonas.*ad tex.in l. si quis ad declinandam.38. C. de*
Episcopis. & Cleric.Viu.decis.341. num.4. & 50.
Barbosa de appellat. verborum significat. appellat.
152. num.5. Card.Tusc. tom.5. littera M. conclus.
273.num.5.& 6.Marta d. q.18. artic.4. num.18.
& 19.

54 Siuè pro debito priuato reclusus carcere,
quis detineatur. *secundùm Surd. d.decis.86.nu.6.*
55 Siuè etiam pro maleficio semper equidem pia
est causa sic reclusos exoluere vinculis. *secun-*
dùm Gloss.in can.sacrorum. in fin.12.q.2. Bald. et
Castrens.d.l.illud.num.1.et 3. Boerius cons.1.num.
21.Couar.lib 2.variar.cap.16.num.9. vers.contra-
riam.Viuius.d.decis.341. num.7. Rota d. decis.63.
par.2.diuers.num.3. et 5. Gratian.d.cap.108. nu.5.
Reuerendiss.Campanilis. in diuers.rubr.11. cap.33.
num.3.Pater Ioan.Valerus. verbo. legatum. diffe-
rent.3 num.1.vers.et primo quærendum in fin.Tira-
quell.d.glos.6.num.272.cum seq.Surd.cons.367 nu.
43.vol.3. Paschalis de virib.patriæ potest. par. 3.
cap.5 num.17.Gizarell d dec.4.num.30.et 31. Bru-
non.à Sole in proposit.iur.verbo.executores.2.Tho-
mas.d.cap.21.n.190.Hodierna ad d.decis.86. Surdi.
num.13.

56 Quippè cùm, sacrorum canonum, & legalia
statuta permittãt ministeria Ecclesiæ pro cap-
tiuorum esse redemptione vendenda.*vt loqui-*
tur tex.d.can.sacrorum.12.q.2. et can.aurum. ead.
57 *causa.et q.Tiraq.priuil.103. de pia causa.* Et per
leges Imperiales, quos tenet carcer inclusos,
velociori cursu debet Iudex expedire. *tex. in l.*
fin.C.de custod.reorum.

58 Tùm quod legatum, vt satisfiat alieno æri,
eorum, qui carceribus detinerentur inclusi, &
in illis pœnè emori contingeret ni, qui pro ip-
sis facere satis præsto esset, pium omninò opus
æstimatur. *argum.tex. in d. cap. Ioannes.19. de te-*
stam. ad tex. in l.quamuis mulier.21. vbi Bald. &
Castrens.ff.solut matrim.Tiraq.de pia causa.in præ-
fat.fol.19.vers.item relictum factum. Gratian. fo-
rens. par.2.d.cap.329.num.16.et 17.Gizarell.alle-
gata.decis.4.num.30.et 31.Thoro.singul.6. in fin.

59 Hinc est etiam, quòd fideicommisso graua-
tus, potest licitè bona ipsa oneri huic subiecta,
distrahere, vt se, vel filium è carcerum squalo-
re eximat.*secundùm Bald.in auth. res quæ, nu.12.*
C.communia de legatis.sequitur.Surd.d.decis 86.nu.
5.et d.cons.367.num.42.Gratian d cap.108. nu.18.
et 33 ac 37.cum seq.

60 Vndè est etiam, quòd filiusfamilias fideiu-
bens, vt patre è carceris lacu extrahatur, quã-
uis minor; restitutionis tamen beneficio haud
potietur. Quoniam id agens pietatis, atquè
laudabile satis opus exercuit.*secundùm Aretin.*
receptum. in l 1.in fin.C.de filiofam.minor.et Bald.
in l.1.num.3.in fin.vers.vel dic.C.ad l.falcid.sequi-
tur. Sfortius oddo.de restitut.par.1.q.23. ar.12.nu.
52.Rota in recentiorib.par.1,tom.1.decis.177.num.
5.et apud Sanctiss. Gregorium XV. Ludouis. decis.
120 num.11.et 12.Gratian d.cap.108. nu.41. cum
seq.Paschalis.de viribus patriæ potestatis. par.1.c.
6.num.123.Gizarell.d.decis.4.nu.42.

61 Et mulier pro viro fideiussor interueniẽs, &
si sanè Velleiano iuuetur, non tamen hoc sor-
titur priuilegiũ, si vt virum è carcerum extra-
hit compede, atq. squalore, intercesserit. vt pro
veriori sententia, testatur *Gratianus d. cap.108.*
62 *num.30.31.et 32.* Quamuis ob facinus vir fuis-
set carceribus clusus. *num.33.et 34.Surd.d.decis.*
86. et tuetur pluribus Hodierna in additionibus ad
eundem.Gizarell.d.decis.4.nu.28.29.et seq.

Postremò his omnibus, ad montem hunc
pium adstruendum, accedit, quòd testatrix, cu-
ram omnem montis huius, non sanè consan-

guineis,

guineis, ſed Rectoribus Capellæ Sanctiſſimi
Corporis Chriſti, demandauit. Vt hoc vnum
(eſtò antecedentia nihil foſtaſſe proficerent)
ſatis ſufficiens præbeat argumentum; Teſtatri-
cem verè montem hunc, Pium deſtinaſſe, ſicuti
63 pium quoquè eum nuncupauit. Et quidem,
ſi verbis animus declaratur *vt inquit Bald. in l.
ſed et reprobari. 7. in princip. ff. de excuſat. tutor.*
nam ex Euangelico illo. *Matth. 26. 37.* loquela
64 tua manifeſtum te facit. Et ex extrinſecis, &
factis, qualis in præcordijs iacens animus fue-
rit, oſtenditur *vt eſt tex. in l. quoniam deſideria. 4.*
" *poſt principium. ibi: Manifeſtauit, notumq. fecit ſi-*
" *ne dubio profeſſione certiſſima. facultatum ſuarum*
" *omnium elegiſſe ſe affectione debita ſucceſſorem.* C.
65 *de naturalib. liberis.* Atq. ex ſequētibus, qualis
ex præcedētibus fuerit animus nō obſcurè col
ligitur. *ſecundùm Vlpianum. in l. ſed Iulianus. 9. §.
proindè. ff. ad Senat. Conſ. Maced. §. Panonum Iuſtit.
de rerum diuiſ. l. ſed ſi ſeruus plurium. 53. §. fin. ff. de
legat. 1. Aymon. d. conſ. 32. nu. 2. in fin. verſ. ex ver-
bis. et conſ. 101. num. 3. et conſ. 319 num. 11. Cacbe-*
66 *ran. deciſ. 90. num. 19. Viuius deciſ. 75. num. 4.* Mul-
tòq. magis factis, quàm verbis animus pate-
ſcat. *ſecundùm tex. in cap. dilecti filij, I, et H. 52.
vbi gloſ. de appellat. l. Paulus reſpondit. 5. ff. rem ra-
tam haberi. gloſ. in cap. fin. verbo. ſubarrauit. circa
fin. de deſponſat. Impub. S. Thom. 2. 2. q. 93. ar. 1. in
corpore.*
67 Cùm ad declarandum animum potentiora
verbis ſint facta. *Ancharan. conſ. 202. Materia de
qua queritur. num. 3. Rota apud S. mem. Greg. XV.
deciſ. 163. num. 4. et 11 et apud Coccinum. dec. 437.
num. 6. Mariſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 33. num.
22. Iacob. Thomingius deciſ 44. nu. 17. Gratian fo-
renſ. par. 1. cap. 181. num. 9. et 10. et par. 3. cap. 594.
n. 19. et 10. Ceſar. Bartius. deciſ. 102. n. 8. et 9.*

Atq. teſtatrix hæc noſtra, cùm verbis, tùm
etiam factis ſe montem deſtinare pium decla-
rarit. Non vtiq. erit, cur nos illum pium, atq;
ad pias cauſas deſtinatum, habere noluerimus.
Illumq; cùm ex parte pium admiſerimus, in
68 totum pium admittere renuamus. Vt quod
vnum, & indiuiduum eſt, atq ex ſua eſſentia
impartibile, & diuiſionem negans in parte ſe-
cemus, atq. diuidamus, & partiamur; quod ſanè
aduerſum his eſt, quæ docet Paulus. *lib. 12. ad
Sabinum. in l. 2. §. 1. ff. de verbor. obligat.* apertiſq;
ſequitur verbis. Caius Iureconſultus. *in l. ſi is
qui. 79. §. quædam legata ff. ad l. falcidiam.* quædā
legata (inquiens) diuiſionem, non recipiunt: vt
" ecce legatum, viæ, itineris, actuſquè: ad nullum
" enim ea res pro parte poteſt pertinere. Sed &
" ſi opus municipibus hæres facere iuſſus eſt, in-
" diuiduum videtur legatum. *ſequitur Gratian. fo-
renſ. par. 2. cap. 239. num. 29. Mandoſ. conſ. 7. nu. 16.
circa fin. Rota apud* Canaler. *deciſ. 612. num. 23. et
24. et deciſ. 618. num. 14.*

Permittamus ergò ſuo eum nomine frui,
quo illum mater ſua donauit, atq. vt Pium quo
ad omnes ſit, vt pia ad omnes ſunt, quæ in illo
exercentur opera. Et ita ex his reſpondi Cen-
ſoris haud repulſa lima.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reue-
rendæ Fabricæ Aduocatus etc.

Pro Fabricæ Oeconomo palma ſucceſſit, &
ita executum.

SVMMARIVM.

1 *LEges admodum deferunt ſupremæ morientium diſpoſitioni quæ ipſis, rectæq; rationi non reluctat.*
2 *Voluntas diſponentium in ſupremis ſuis tabulis lex eſt.*
3 *Legis intentio vna eſt, vt firmæ ſint diſponentium voluntates.*
4 Hominibus *nihil magis debetur. quàm quod ſupremæ eorum voluntates perſiſtant.*
5 *Leges voluntatem diſponentium (vt Venator leporem ſectantur.*
6 *Rerum nomina inuenta, vt voluntatem demonſtrēt dicentis.*
7 *Verba vbi voluntati non correſpondent dicentis impropriantur, vt illi ſeruiant, & ne inefficacia ſint, atq; fruſtra prolata videātur. n. 14. & n. 50.*
8 *Sermo rei, non res ſermoni ſubijcitur.*
9 *Mens prior eſt, & potior quam vox.*
10 *Verba, vt loquentium indicarent voluntatem inuenta.*
11 *Mentis interpres oratio eſt.*
12 *Verba ſunt eorum, quæ ſunt in anima paſſionum notæ.*
13 *Mens animique deſtinatio magis quam uerba ſectanda.*
15 *Diſpoſitiones pij teſtatoris infringere nulli licet.*
16 *Purgatorium pro quibus ſit.*
17 *Cælorum in Regnum nihil coinquinatum ingredi poteſt.*
18 *Culpa dimiſſa ſæpè remanet pœna aliqua perſoluenda.*
19 *Culpa deleta per contritionem, non ſtatim tollitur ex toto reatus pænæ.*
20 *Venialia non ſemper dimiſſis mortalibus tolluntur.*
21 *Venialia peccata Deus impunita non relinquit omnino.*
22 *Venialia ſtare poſſunt cum gratia.*
23 *Venialia in purgatorio purgantur poſt hanc uitam.*
24 *Deus ſicuti nullum bonum irremuneratum, ita malum nullum impunitum dimittit. neq; id Iuſtitiæ eius congruit nu. 25.*
26 *Pœna Purgatorij duplex damni, & ſenſus.*
27 *Pœna damni omni alia ſenſibili grauior.*
28 *Quanto aliquid magis deſideratur tanto eius abſentia moleſtior eſt.*
29 *Affectus quo Deus ab animabus poſt hanc uitam deſideratur immenſus eſt.*
30 *Poena damni in animabus Purgatorij quamuis magna non eſt, tamen maior omni poena ſiue huius uitæ, ſiue etiam purgatorij ſecundum ſententiam D. Bonauenturæ quam ſequitur Belarminus, & alii.*
31 *Animæ in purgatorio certam habent ſpem ſummi boni acquirendi. & paſſiones ſuas perfectè domitas habent. nu. 32.*

33 Poena

33 *Pœna purgatorii licet sit inuoluntaria animabus, est tamen secundum quid uolnntaria, eaque patienter perferuntur.*
34 *Pœna damni aliquo modo distans est, inter eam, quam patiuntur damnati in inferno, & quam patiunt animæ in purgatorio purgantes.*
35 *Patres in Lymbo summa tristitia, an affecti fuerint ex carentia visionis diuinæ?*
36 *Pœnæ Purgatory siue damni, siue sensus, maiores sunt quàm pœnæ huius vitæ. & ratio huius affertur. nu.38.*
37 *Ignis Purgatorii licet non sit æternus, miro tamen modo grauis est.*
39 *Pœna minima Purgatorii, an sit maior maxima pœna huius vitæ?*
40 *Paradisi bona recensentur.*
41 *Animæ in Purgatorio suffragiis iuuantur viuorum, quod de fide est.*
ratio affertur. nu 42.
42 *Charitas est vinculum vniens membra Christi, & extenditur etiam ad martuos.*
43 *Charitas uita corporis non finitur, sed perdurat post hanc uitam.*
44 *Comunicatio est inter membra Corporis Christi, siue uiua sint, sine ex hac uita excesserint.*
45 *Suffragia communia omnibus defunctis in purgatoria purgantibus prosunt, pro multis tamen oblata nō tantundem ualent singulis, ac si specialiter pro unoquoq. fierent. nu.46.*
Particularia tamen illi soli prosunt, pro quo fiunt. nu.47.
& utiliora multiplicata fiunt. nu.48.
49 *Dispositio testatoris, quæ legibus non contrariatur, pro lege seruanda.*
51 *Verba, ut secundum subiectam materiam interpretationem admittant, nouum non est, etiam illā impropriando.*
52 *Verbarum à forma recedere licet, ut mens custodiatur dispo[n]entis.*
53 *Locutionis uis diligentiùs est attendenda, ne scribentis intellectus eludatur.*
54 *Voluntatis intentio in quem dirigatur, non uerò quo cum loquatur testator despiciendum est.*
Animæ fauore præsertim. nu.55.
56 *Voluisse id in dubio quis præsumitur, quod suæ magis fauet animæ.*
57 *Animæ de salute ubi agitur, abundantiùs est agendum.*
& id sequendum, quod tutius pro Anima erit, & quod pietatem fouet. nu.58.
59 *Libertatem ad tuendam admittitur in dubio interpretatio.*
60 *Animæ in purgatorio cum non inuia amplius sint, sed quasi in termino, neque mereri amplius neque demereri possunt.*
61 *Animabus in purgatoria prosunt suffragia uiuorum, ac cum primis summè propitiatorium sacrificium.*
siue etiam Indulgentiæ. nu.62.
63 *Res seruire debent homini, non contrà, homo rebus.*
64 *Dispositio eius qui bona sua in alterius reliquit conscientia vel pia substinetur, cum grauatus videatur ea in pia conferre opera, nec aliter quisq; bonus vir arbitrari posse æstimatur. nu.65.*
66 *Interpretatio quæ pro anima est, & piæ causæ prodest, amplectenda.*
67 *Anima cunctis rebus præfertur.*
68 *Sententia, quæ testamento fauet, & piæ causæ in dubio amplectenda.*
& quæ religionem, & pietatem fouet. nu.69.
70 *Causa quæ pietatem fouet, & animæ salutem, finalis æstimatur.*
71 *Causa finalis fons est, & origo causarum omnium.*
& ex causa finali voluntatis elicitur interpretatio. nu.72.
73 *Causa finalis dispositionem regit, moderatur, atq; gubernat, vt quærendum non sit amplius. nn.75.*
74 *Testatar id voluisse præsumitur, quod prodest animæ suæ.*
76 *Causa respiciens commodum, & interesse testatoris finalis dicitur.*
77 *Suffragia, quæ sibi facienda reliquit disponens, & si prosint quoad meritum etiam ante effectum, non tamen quoad satisfactionem, nisi exequuta fuerint illa hæredes post mortem.*
78 *Legatum pro anima relictum, pium æstimatur.*
multoq. magis quod Animæ ipsi relinquitur. nu. 79.
80 *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis tale.*
81 *Legatum pium dicitur quomodocunque relinquatur pro honore Dei, vel Sanctorum, vel pro salute animæ. & nu.95.*
82 *Legatum quamuis incertis relictum personis, ad pias causas substinetur.*
83 *Dispositio in aliquem sanctorum facta, non perit sed acquiritur eorum Ecclesiis.*
84 *Institutio si fiat in aliquem sanctorum, eorum Ecclesiis facta censetur?*
85 *Sancti nullam habent indigentiam.*
86 *Legatum factum Ciuibus, Ciuitati acquiritur.*
87 *Vtilitas publica priuatæ præfertur.*
88 *Legatum ministris relictum Ecclesiæ, ipsi Ecclesiæ acquiritur.*
89 *Legatum Deo, vel Christo factum, Ecclesiis acquiritur.*
90 *Ratio vbi est eadem, idem esse debet Iudicium.*
91 *Executores, hæredis vicem subeunt.*
92 *Monacho relictum legatum, monasterio acquiritur in quo professus est.*
93 *Monachus quicquid acquirit monasterio acquirit, modò in monasterio maneat. nu.94.*
95 *Legatum relictum Ecclesiæ, intelligitur de testatoris Ecclesia.*
96 *Legatum pauperibus, exauditur de pauperibus domicilii testatoris.*
97 *Affectio, & Charitas testatoris coniecturas, præbent ad illius interpretandam voluntatem.*
98 *Legatum pro Missis, nō designato loco, intelligitur de Ecclesia in qua testator sepulturam elegit.*
& ad quam testator, dum in humanis agebat accedere consueuerat. nu.99.
100 *Onus qui substinet, commodum vt referat, congruum est.*
101 *Sancti intercedunt pro illis, qui in eorum Ecclesiis sepulturam eligunt.*
102 *Sepulturæ electio affectum indicat eligentis.*

atque

*atque per eam excitantur ministri illius Ecclesiæ ad orandum pro sepultis in illa. nu.*103.

ARGVMENTVM.

Subsistat nè iurè testamentum, atq; suprema illius dispositio, qui Animam suam hæredem nuncupauit; vel verò in irritum reuocetur, quod in incertum collata dispositio videatur? satis curiosa disputatio, vbi multa traduntur ad doctrinam de Purgatorio.

RESPONSIO IV.

DEo deuota Virgo, Virginum reclusa Templo, supremum trahens spiritum, supremas scribit tabulas, hæredemq; in illis Animam suam vocat: Instituo (inquiens)
,, hæredem omnium bonorum meorum, Animam meam. Dat quoque executores Testamento; suumque humari Cadauer, eodem in Templo iubet, quo viuens Deo Altissimo famulata est; scriptumque Elogium morte confirmat. Fitque proinde quæstioni locus. Subsistat, necne hæredis huiusmodi nuncupatio? Et cui nam hominum deferatur hæreditas? Quisque illam adhibit?

Et sanè quòad primum: firmam esse hæredis nuncupationem, iureuè illam stare, vt adstruā supponendum censeo.

1 Leges omnes ita de rebus suis disponentium supremo deferre iudicio, vt nefas putarint, quæcunque illi decreuerint legibus, rectæque rationi non repugnantia, modis omnibus non impleri. *est tex. in prohemio. in §. semper igitur nobis. in auth. de hæred. & Falcidia. collat.* 1. *tex. in cap. vltima voluntas.* 13. *q.* 2. *l. fin. in princ.*
,, *ibi: & voluntati mortuorum prospicientes.* C. *de*
2 *fideicommissis*. Quinimò supremam ipsam di-
,, sponentium voluntatem, legem esse sanxere.
,, Disponat itaque (inquientes) vnusquisque in
,, suis (vt dignum est, & sit lex eius voluntas. *tex. in §. disponat in præfatio, in auth. de nuptijs colla.* 4. Vt cautum proinde fuerit lege duodecim tabularum secundum antiquam, & Patriam linguam: vti legassit quisque de re sua, ita ius
3 esto. *d. §. disponat*. Vna est enim legis intentio; vt quæ disposita sunt à morientibus, impleantur. vt loquitur Imperator. *in auth. de hæredib. & falcid. collat.* 1. *cap.* 1. *§. exhæredatos autem liberos.*
4 Quia nihil est, quòd magis hominibus debea-
,, tur, quàm vt supremæ voluntatis, postquam
,, iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, &
,, licitum, quod iterum non redit arbitrium. vt Constantinus loquitur Imperator. *in l.* 1. C. *de sacrosanct. Eccles. Glos. in verbo. voluntatem. cap.*
5 *tua nobis.* 17. *de testamento*. Fierique propterea vt leges, quæ voluntati adeò deserunt disponentis, quæuè illam, vt venator leporem sectantur. *secundum Bald in l. quidam testamento.* 5. *nu.* 2. C. *de neceß. seru. hæredib. instituen. sequitur Rolan. cons.* 35. *num.* 2. *lib.* 3. Si verba non ita plenè mentem, voluntatemque eius indicare, aduer-
6 tant, vt par est (quorsum enim nomina, nisi vt demonstrent voluntatem dicentis? Celsus ex Tuberonis loquitur sententia. *in l. Labeo.* 6. *§. id Tubero ff. de suppellect. legata*) impropriari illa magis patiantur, quàm quòd voluntati offi-
7 ciant disponentis. *l. fundus qui locatus.* 24. *ff. de fundo instruct. instrument. legato l. quibus diebus.* 40. *§. Dominus seruo. ff. de condit. & demonstrat. Bald. in l. cum virum.* 16. *num.* 19. C. *de fideicomis. Rolan. d. cons.* 35. *num.* 5. *lib.* 3. *Aymon cons.* 105. *nu* 7. *& cons.* 135. *num.* 24. *Cephal. cons.* 37. *num.* 10. *&*
8 *seq. & cons.* 107. *num.* 13. *vol.* 1. Quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus. vt loquitur. *tex. in cap. intelligentia sermonis.* 6. *& cap. in*
9 *ijs.* 15. *de verbor. significat.* Et prior, atque potior est, quàm vox, mens ipsa dicentis. *d. l. labeo*
10 6. *in fin.* Nequè vt impedirent, sed, vt loquentium indicarent voluntatem, sunt verba inuenta. *l. nepos proculo.* 125. *vbi glos. ff. de verbor. signi-*
11 *ficat* Mentisque interpres (rectissimè *per Ciceronem lib.* 1. *de legib.*) vocetur Oratio. Nec in-
12 iuriā: Nam verba, eorum, quæ sunt in Anima passionum notæ, per Aristotelem, appellantur. *lib.* 1. *perihermen. sequitur Mantica. latè de coniectur lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 1. *Stephan. Durantes Tholosates q.* 25. *col.* 3. *Surd. cons.* 89. *nu.* 6. *vol.* 1.
13 Non itaque oportebit eum, qui de testamen-
,, torum dispositione cogniturus est, ita ad ver-
,, borum definitionem descendere, vt mentem,
,, animique destinationem relinquat disponen-
,, tis: cum plerumque abusiuè loquantur, vt disertis scribit verbis Marcellus *in l. non aliter.* 44. *§.* 1. *ff. de legatis* 3. *sequitur Mantica decis.* 59. *num.* 3.
14 Necessè est ergo extrà proprium sensum, & naturam verba impropriari, eaque impropriè exaudire magis, quàm inefficacia vt sint, nulliusque roboris, ac momenti, & quasi elusoriè, atq; ludibriò dicta, illa, dimittere; vt rectè ex Pomponio, *in l. si stipulatus fuero per te.* 3. *ff. de ver. obligat. & tex. in l. stipulatio ista.* 38. *§. hi qui sunt. & §. seq. ff. eod. l. Proculus putat.* 22. *ff. de vsufructu. l. non dubium.* 5. *C. de legib. cap. si sententia interdicti.* 16. *de sentent. excommunicat. lib.* 6. *inserunt. Abb. cap. nam concupiscentiam.* 4. *nu.* 3. *de constit. & idem Abb. cons.* 32. *par.* 2. *num.* 1. *Paris. cons.* 5. *nu.* 100. *lib.* 4. *Aymon. d. cons.* 105. *nu.* 7. *& d. cons.* 135. *nu.* 24. *Mantica. de coniectur. lib.* 3 *tit.* 3. *num.* 9. *& eod. lib. tit.* 5. *nu.* 9. *Menoch. cons.* 106. *nu.* 255. *lib.* 2. *& lib.* 4 *præsumpt.* 10. *num.* 10. *& lib.* 6. *præsumpt.* 4. *nu.* 34. *Surd. cons.* 279. *nu.* 13. *&* 14. *&* 15. *vol.* 2. *Afflict. decis.* 44. *nu.* 26. *Rota apud Sanctissimum Ludouis decis.* 66. *nu.* 7. *et in recent. par.* 2. *tom.* 1. *decis.* 62. *nu.* 2. *Sanchez in opere morali. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. *nu.* 4. *Barbosa assiom.* 222. *num.* 22.
15 Cùm nulli liceat dispositiones pij testatoris infrin-

infringere, vel impia mente violare, *ut loquitur tex in l. nulli. 28. C. de Episc. & cleric.* Hoc ita iacto fundamento.

16 Dico secundo, iterumque suppono; Purgatorium prosis tantum esse, qui cum venialibus culpis moriuntur, vel qui in reatu pœnæ decedunt, culpis remissis, iuxtà illud *Lucæ* 12. Non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem *vt loquitur Illustrissimus Bclarmin. tom. 2. controuers. lib. 2. de purgat. cap. 1. in fin. est tex. in can. qualis hinc quisque. 4. cum can. seq. & ibi Turrecremat in 2. & 3. conclus. 23. dist. Sotus in 4. dist. 19. q. 3. art. 1. in 2. conclus. Martinus Becan. tom. 2. opusculo. 10. de purgator. Caluinistarum cap. 3. nu. 1. Frater Stephan. Fagundez. de quinque præcept. Eccles. præcept. 1. lib. 3. cap. 11. num. 3. Bonacin. tom. 1. de Indulg disput. 6. q. 1. punct. 6. num. 1.*

17 Cùm enim in Regnum Cœlorum, & immarcescibilem illam gloriam, nihil coinquinatum „ ingredi possit, *Apocal. 21. non intrabit in eam* „ *aliquid coinquinatum, & Isa. 53. via sancta voca-* „ *bitur, non transibit per eam pollutus. Diuus. Thom. in d. locum Apocalips.* Multique sint, qui nondùm plenè mundi, cum maculis venialium, nec à fœcibus purgati peccatorum, hinc egrediantur. *vt inquit Binsfeldius. lib. receptar. sententiarum. Theologicar. sect. 5. membr. 2. de purgat. conclus. 1. & 7. & membr. 3. conclus. vltima S. Thom. in supplem. 3. par. q. 71. ar. 6. in respons. Turrecremat. d. can. qualis hinc. in 2. et 3. conclus. Sotus d. q. 3. art. 1. conclus. 1. Fagundez de quinque præcept. Ec-*

18 *cles. præc. 1. lib. 3. d. cap. 11. nu. 3. in fin.* Sæpè enim contingit, vt post remissam culpam, restet nobis aliqua pœna persoluenda, quam antequã hinc demigrauimus satisfactorijs operibus

19 non persoluerimus. Deleta quippè culpa per contritionem, non statim semper tollitur ex

20 toto, reatus pœnæ; nec semper venialia, dimissis mortalibus, tolluntur, *vt S. Thom. loquitur in 4. dist. 21. q. 1. ar. 1. ad primam q. Sacrum Trid. Concil. sess. 6. can. 30. Binsfeld. in enchyrid. Theologiæ pastoralis par. 1. de Sacramento pœnit. §. an dimisso peccato. fol. mihi. 112. et 113. Pater Martinus Roa. ex societate Iesu tract. de statu animarum Purgatorij. cap. 10. fol. mihi 66. Bonacin. tom. 1. de pœnit. disput. 5. q. 6. sect. 1. punct. 4. propo-*

21 *sit. 2. nu. 2. et loco. infra citando. num. 22.* Et nulla est ratio, cur dicamus; Deum Iustissimum Iudicem, peccata illa impunita omninò relinquere velle; neque quòd eius conueniat iusti-

22 tiæ, vt propter venialia illa, quæ residua sunt, quæ cum gratia stare possunt, in æternum pereant, qui cum illis decedunt; quod impium est dicere, & asserere *ex S. Thom. d. dist. 21. q. 1. ar. 1. in respons. ad primam q. S. Antonin. par. 1. tit. 10. cap. 2. de purgat. col. 1. et 2. Turrecremat. d. can. qualis hinc. d. conclus. 2. et 3. Sot. d. q. 3. art. 1. conclus. 1. et 2. Aegidius de CouinK. de Sacram. et censur. disput. 11. de purgator. dub. 1. num. 14. Binsfeld. d. sect. 5. membr. 2. conclus. 3. circa fin. et conclus. 7. Bonacina alios referens. tom. 1. de pœnitent. disput. 5. q. 6. sect. 2. punct. 4. proposit. 1. 2. et 3. per tot.*

23 Restat vt illa in purgatorio soluere, atque purgare debeant; sicuti definitum est per Patres in Florentino Concilio sub Eugenio Octauo, in litteris vnionis. *§. item definimus. tom. 3.* „ *Conciliorum fol. mihi. 476 col. 2. vbi sic loquitur* „ *Sacrum Concilium: Item definimus: si verè pœni-* „ *tentes in charitate Dei decesserint, antequàm di-* „ *gnis pœnitentiæ fructibus de comissis satisfecerint,* „ *& omissis, eorum Animas pœnis Purgatorij post* „ *mortem purgari. Et sequitur Sacrum Concil. Tri-*

24 *dent. d. can. 30. sess. 6.* Quia Deus Benedictus, sicuti nullum relinquit bonum irremuneratum, ita nullum malum impunitum dimittit, *Host. in sum. tit. de remission. §. ad quid valent. num. 8. vers. peccatum remanet. quem sequitur Abb. in cap. quod autem. 4 sub num. 8. col. 3. vers nam scire debes. de pœnit. & remiss. vbi Alex. de Neuo addens. Beatus Albertus Magnus in compend. Theologicæ veritatis. lib. 7. cap. 2. Frater Bernardinus de Bust. in rosario sermon. par. 2. ser. 20. in 8. ratione. §. in figura autem. fol. 540. syluanuptialis. lib 4. nu. 124. Bonacin. d. punct 6. nu. 1. & 2. & d. punct. 4. propo-*

25 *sit. 3. nu. 7.* Quòd id iustitiæ eius, digna pro meritis rependentis (*vt inquit tex. in extrauagant. 2. super cathedram. iu finalib. verbis. de sepultur. inter extrauagant. communes*) non congruat. Et apertè colligitur *ex 2. Regum. 12. ibi*: Dixit Dauid ad „ Natan. Peccaui Domino. Dixitque Nathan „ ad Dauid: Dominus quoquè transtulit pecca- „ tum tuum, non morieris. Verumtamen, quo- „ niam blasphemare fecisti inimicos Domini, „ propter verbum hoc, Filius, qui natus est tibi, „ morte morietur. *Et per illud Matth. 10. nu. 42.* „ Quicunque potum dederit, vni ex minimis „ istis, calicem aquæ frigidæ, tantùm in nomine „ Discipuli; Amen dico vobis, non perdet mercedem suam. *& ibid. optimè Carthusian. Dionis.* „ *Deus enim (inquiens) nullum bonum dimittit irremuneratum, magisque pensat affectum, & intentionem, quàm munus, vel magnitudinem eius. est tex. in can si peccatum Dauid. 82. de pœnit. dist. 1. S. Anton. in sum. par 1 tit. 20 de regul. Iuris In reg. Peccatum in fin. vers. potest ad multa.*

26 Duplex verò est pœna, qua in Purgatorio existentes Animæ purgantur *secundum S. Thom. in 4. dist. 21. q. 1. art. 1. ad tertiam q. S. Anton. d. c. 2. col. 2. vers. est autem hic duplex pœna. & Sot. d. dist. 19. q. 3. art. 2. post princ. vers. in hoc articulo. Bellarmin. d. lib. 2. de purgat. cap. 10. Binsfild. d. sect. 5. membr 2. conclus. 5. Pater Martinus de Roa societatis Iesu. d. tract. de statu Animarum Purgatorij. cap. 5.* Vna quidem, quæ damni nuncupatur, quia retardatur illis Diuina visio: altera verò, quæ sensus dicitur, secundum quam igne corporali puniuntur. *Beatus Albertus Magnus in compend. Theologicæ veritatis. lib. 7. cap. 3. Pater Bartholomæus à S. Fausto de Indulgent. lib. 5. q. 3. Bonac. d punct. 6. num. 2.*

27 Sed pœna damni omni alia sensibili pœna

28 grauior æstimatur. Quia *vt S. Thom. ibidem ait.* Quanto aliquid magis desideratur, tantò eius

29 absentia est molestior. Atqui affectus, quo desideratur summum bonum post hanc vitam, in animabus sanctis est intensissimus. Sequitur

quitur omninò, illas de retardatione summi boni, summè affici.

30 Et licet sanè, *secundum Bonauentur. in 4. dist. 10. art. 1. q. 2. quem post alios sequitur Illustrissimus Bellarminus d. lib. 2. de purgat. cap. 14. col. 2. in fin.* Pœna damni in animab. Purgatorij magna est; non est tamen maior omni pœna; siuè Purgatorij, siuè huius vitæ, *quod sequitur ConinK. d. disput. 11, dub. 3. conclus. 2. num. 21. & 29. Ludouic. Blosius in Enchyrid. paruulorum. lib. 2. cap. 4. vers. quòd attinet ad Purgatorium. Roas cap. 9. fol. mihi 55. & cap. 10. Pater Bartholomæus à Santo Fausto de Indulgent. lib. 5. q. 4. licet ipse Sancti Bonauenturæ sententiam non probet.*

31 Tùm quod hæc tristitia, magna ex parte leuatur propter certam spem illius summi boni acquirendi, quod sanè gaudium, eò magis augetur, & crescit, quò magis exilij illius finis appropriat.

32 Tùm quòd sanctæ illæ Animæ passiones suas omnes perfectè domitas habent, & voluntatem, Diuinæ voluntati omninò suppositam. Licet enim simpliciter pœna illa sit eis inuoluntaria, est tamen, secundum quid, ita eis voluntaria, vt eam perferant patienter. Quia eam cognoscunt iustissimè infligi ab eo, qui pro delictis castigat omnem filium, quem recipit; vnde vt filij obedientiæ, qui Patrem suum amore complectuntur, talem pœnam cum patientia acceptant. *vt loquitur Binsfild. d. sect. 5. membr. 2. conclus. 9. S. Anton. d. cap. 2. col. 2. in fin. priuc. Turrecremat. d. can. qualis hinc, ad tertium q. Sot. d. dist. 19. q. 3. art. 3. in 1. conclus. Nauar. cau. fin. §. quod quamuis. num. 23. de pænit. dist. 7.*

34 Tùm quòd alioquin nulla esset distinctio inter pœnam damni, quam damnati in Inferno disperati patiuntur, & hanc, quàm Sanctæ hæ animæ substinent, cum spe certa, finitis pœnis, deueniendi tandem ad desideratam illam perspiciendam diuinam faciem, in quam desiderant Angeli prospicere: *1. Petri 1. 12. Albertus Magnus. d. lib. 7. cap. 2. vbi etiam* Porretta.

35 Tùm denique quòd idem sequeretur dicendũ de Patribus in Limbo; quòd scilicet sũma tristitia affecti fuissent, ex carentia visionis Dei super omnia Benedicti, quod ita absonum est, vt magis *Lucæ 16.* habeatur *Tu cruciaris, hic verò consolatur,* in responsione, quam de Lazaro paupete, diuiti illi Epuloni in pœnis Inferni vociferanti Pater Abraam dedit, *vt aduertit Dionys. Carthus. in eund. loc. art 39.* nunc autem hic consolatur. In certa (inquiens) præstolatione fœlicitatis æternæ; *& ex Gregor. lib. 13. moral. cap. 16. Pater Barrad. in Euang. tom. 3. lib. 4. cap. 6.*

36 Admittunt tamen Patres omnes: Pœnas Purgatorij, quatenus, & damni, & sensus pœnę in eo complectuntur, maiores esse, quàm pœnæ huius vitæ sint, *secundum Augus. relatum in*

37 *can. qui in aliud. 25. dist.* Qui de igne loquens: *Hic ignis* (inquit) *& si non sit æternus, miro tamen modo, granis est, superat enim omnem pœnam, quam vnquam passus est aliquis in hac vita, vel pati potest. & in can. penult. & fin. de pænit. dist. 7* Nu*nquam in carne* (subnectit) *tanta inuenta est pœna, licet mirabilia Martyres passi sint tormenta & multi nequiter, quanta sæpè substinuerunt supplicia.*

38 Et ratio in promptu est. Quia conuenit (*vt Conink. loquitur d. disput. 11. dub. 3. conclus. 3. num. 24.*) vt qui se iniustè peccatis oblectauere, & tempus misericordiæ huius vitæ, quo facilè potuissent pro ijs satisfacere, neglexerunt, pro ijs postea iustè puniantur, idque seuerissimè; cùm iam non sit ampliùs misericordiæ tempus, sed iustitiæ.

39 Quod tamen non ita exaudiendum est, vt minima pœna Purgatorij, maior sit maxima pœna huius vitæ; sed quòd maxima in illo genere, maior sit maxima in hoc genere. Licet aliqua pœna Purgatorij reperiatur, minor aliqua pœna huius vitæ, *vt post S. Bonauent. d. dist. 20. art. 1 q. 2. loquitur Card. Bellarmin. d. lib. 2. de purgat. cap. 14. col. 2. vers. at Beat. Bonauentura, & sequitur Binsfild. d. memb. 2. conclus. 8. licet contrariam sequatur à Santo Fausto d. q. 4.*

Facilè nempè fieri potest, vt moriatur quis nullum debitum secum ferens, nisi vnius tantummodò verbi otiosi; vt incredibile videatur, propter vnum solum otiosum verbum, pati debere supplicia grauiora omnibus pœnis huius vitæ, *vt idem inquit Bellarmin. d. cap. 14. col. 3. in fin. vers. 2. probatur,* & ex quàm pluribus etiam colligitur reuelationibus *apud Dionys. Carthus. de quatuor nouissi. art. 47. & seq. & apud Ludouic. Blosium in monili spirituale. cap. 13. & apud Roam d. cap. 5. et seq.*

Verùm enim verò, licet acerbas luant pœnas animæ in Purgatorijs pœnis demorantes, donec purgatæ, nitidæ in immarcescibilem illam gloriam ad Deum suum, quem toto affectu, tota anima, totisq; dilexere præcordijs, transuolent. Vbi non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque vllus æstus. *Apocal. 7. 16.* Et nox vltrà non erit, & nõ egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in sæcula sæculorum, *Apocal. 22. num. 5.*

41 Interim tamen, vt ab illis soluantur, subsidijs, atque suffragijs, nec non operibus iuuantur viuorum. Quod de fide est, ac definitum contra huius temporis hæreticos, & à Sacro Florentino Concilio in litteris prędictis vnionis. *§. Item definimus,* in hæc verba: *Et vt à pœnis huiusmodi releuentur, prodesse eis fidelium viuorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, et eleemosynæ, ac alia pietatis officia, quæ à fidelibus, pro alijs fidelibus fieri consueuerunt secũdum Ecclesiæ instituta.* Et à Sacrosancta Trid. synodo. in decreto de Purgatorio, *sess. 25.* quæ in hæc verba loquitur: *Cum Catholica Ecclesia spiritu Sancto edocta ex sacris litteris, et antiqua Patrum traditione docuerit, Purgatorium esse, Animasquè ibi detentas fidelium suffragijs; potissimum verò acceptabili altaris sacrificio iuuari,*

pre-

„ *præcepit Sancta Synodus Episcopis, &c.* & docuit „ *Sanct. Gregor. in Canon. animæ defunctorum. 13.* „ *q.2. Animæ defunctorum (inquiens) quatuor modis* „ *soluuntur, aut oblationibus Sacerdotum, aut preci-* „ *bus Sanctorum, aut carorum eleemosinis, aut cin-* „ *nio cognatorum. & can. non æstimemus. 19. quod* „ *collectum est ex S. August. cad. causa. & q. glos. in* *cap. cum creatum. 11. verbo. pro Anniuersarys. de* *celebrat. Missar. Fagund. d. cap. 11. num. 2. 3. & 4.*

42 Horum autem ratio est *ex S. Thom. in 4. dist. 45. q. 2. art. 1. ad 2. q.* Quia Charitas, quod est vinculum vniens membra Ecclesiæ, non solum ad viuos se extendit, verùm etiam ad mortuos, qui in charitate decedunt.

43 Charitas enim, vita corporis, non finitur. „ *1. ad Corinth. 13.* Charitas numquam excidit. „ *vt explicat S. Thomas in eund. locum. lect. 3. &* *Guilliaud ibid. num. 11. & Cornelius à lapide ibid.* *versf. 8. S. Anton. d. cap. 2. §. 3. in fin. vers. & hinc est.* *sequitur Bellarmin. d. lib. 2. cap. 16. & Binsfeld. d.* *sect. 5. membr. 3. conclus. 1. Conin K. d. disput. 11.* *dub. 7. præsertim conclus. 3. num. 53. Albertus Magnus d. lib. 7. cap. 4.*

44 Quamobrem cum simus vnius corporis membra; inter nos, & eos est aliqua bonorum comunicatio, quæ etiam in eo consistit, *vt iuxtà Apostol. ad Galatas. 6.* Alter alterius onus portet; eius necessitatib. succurrendo. *Lælius Zecchius. de casib. Episcopo reseruat. casu 6. nu. 5. Roa. cap. 10. in princ. Bonaciu. d. tom. 1. de suffrag. disput. 6. q. 2. punct. 1 num. 1.*

45 Suffragia verò comunia, quæ pro omnibus fiunt in Domino defunctis; & si prosint animabus omnibus Purgatorij; cùm nulla sit causa, vt aliquæ examinantur; vt ex comuni, & recepta omnium sententia *loquitur Bellarmin. d. lib. 2. cap. 18. Blosius in collirio hæreticorum. lib. 2. cap. 10. Pater Ioan. Baptista Scortia de sacrificio Missæ. lib. 2. cap. 2. num. 10.*

46 Pro multis tamen oblata non tantundem valent singulis (præsertim quòad solutionem pœnarum Purgatorij, & satisfactionem) ac si specialiter pro vnoquoque fierent. *docet Archid. in can. non mediocriter. 23. in glos. fin. & Turrecremat. ibid. num. 6. & seq. de consecrat. dist. 5. Abb. consf. 99. col. fin. num. 6. par. 2. Iddem Abb. in cap. fraternitatem. 3. num. 4. de sepultur. & ex communi sequitur Couar. in cap. alma mater. de sent. excomunicat. in 6. par. 1. relect. §. 5. num. 9. & Cæned. quæst. Canonic. q. 27. num. 12. & num. 13. Binsfeld. d. membro 3. sect. 5. conclus. 10. Frater Bernardin. de Bustis. par. 2. ser. 2. par. 2. §. sed hic quæritur. Lauorius de Indulgent. par. 2. c. 30. nu. 88. & 89. à S. Fausto de indulgent. lib. 1. q. 32. Bonacin. d. q. 2. punct. 1. de suffrag. num. 2.*

47 At particularia, omni, & soli illi prosunt, in ratione satisfactionis, pro quo fiunt. *S. Thom. in 4. d. dist 45. q 2. art. 4. ad 1. q. & 3. par. in supplem. q. 71. art. 12. Bellarm d. lib. 2. cap. 18. Binsfeld. d. membr. 3. conclus. 10. Lælius Zecchius de casib. Episcopo reser. casu. 6. nu. 5. in fin. Lauorius. d. cap. 30. num. 88. & 89. à Santo Fausto. d. q. 32.*

48 Vtilioraque sunt si cumulentur, atq; multiplicentur; quoniam tantò celeriorem redunc pœnarum liberationem, ac cõsequenter Beatitudinis accelerationem. *Binsfeld. post alios d. sect. 5. membr. 3. conclus. 11.*

His igitur ita suppositis. Infero nunc àd rẽ nostram, atque Dico. Cùm reliquerit Testatrix hæc nostra, vniuersalem bonorum suorũ omnium hæredem, animam suam. Neque di-

49 spositio hæc legibus obluctetur; nulla erit ratio, cur illam infirmam esse, aut pro lege seruari, vt leges ipsæ sanxere, obdurato animo denegauerimus *ad tex. in l. quidam in suo testamento. 27. ff. de condit. Instit.*

50 Quamobrem quatenus verba illa (*Relinquo animam meam hæredem*) in sensu diuiso, directo, seu proprio, difficultatem fortasse aliquã admittant, & præseferant; in sensu tamen composito, atque improprio, & in directo, ad mẽtem aptanda erunt disponentis, quæ primariò inspici debet, (*vt in superiori, ac primo supposito diximus.*) Vt sensum reddant, nec sanè erroneũ: „ Relinquo bona mea omnia, vt in beneficium „ expendãtur Animæ meæ, quatenus sacrificijs, „ & oblationibus, eleemosynis quoq;, alijsq; sa„ tisfactorijs operibus à pœnis soluatur Purga„ torij, atq; ad gaudia perfruenda cœlestia, fœ„ cib. ac residuis purgata peccatorũ, quàm pri„ mum transuolet, atq; demigret, *iuxtà Alpheni responsum in l. m testamento. 27. ff. de cond. & demonstr.* Rcij ondit (*inquit, ibi Alphenus verus*) si „ intelligeretur, quòd monumentum demõstra„ re voluisset is, qui testamẽtum fecisset, tametsi „ in scriptura nomen deesset; tamen ad id, quod „ ille se demonstrare animo sensisset, fieri debere.

51 Neq; planè nouum est, & à recepta legum consuetudine alienum, vt secundũ subiectam materiam prolata verba exaudiantur, etiã illa impropriando. *ex tex. in l. si vno. 17. in princ. vbi glos. vers. sed transactio. & Alberic. n. 2. ff. locati. l. Insulam. 6. ff. de præscript. verb. l. miles ad sororem. 77. ff. de legat. 2. facit optimè tex. per eundẽ Alberi. expensus d. n. 2. in c. fin. cũ glos. fin. ne prælati vices suas. vbi* locatio facta Ecclesiæ sustinetur, & si aliàs illa locari non possit, quia verba improprianiur, vt exaudiantur de fructib. Ecclesiæ. *optimè Rota decis. 10. factũ tale est. col. 4. n. 6 & 7. de testam. in antiquis. Hieron. Gigas. consf. 48. n. 34. et consf. 49. n. 55. & 56. Aymon. consf. 20. n. 9. & d. consf. 105. n. 7. & consf. 135. n. 24. et consf. 171. n. 13. Surd. consf. 179. n. 52. et 53. vol. 2. & decis. 11. n. 16. et decis. 288. n. 43. Rota apud Mantic. d. decis. 59 n. 4. et apud S. memor. Gregor. XV. Ludouis. decis. 66. n. 8. apud Coccin. decis. 140. n. 11. et dec. 144. n. 54. Sanchez in opere morali. tom. 2. lib. 7. c. 17. n. 4. Barbosa axiomat. 222. nu. 6. Tusch. tom. 8. littera V. concl. 91. num. 26.*

52 Et permissum est, aliqualiter recedere à forma verborum à Testatore prolatorũ, modò à mente non recesserimus eiusdẽ. *secundum Bald. in l. vnum ex familia. 69. §. si duos. vers. in tex. non præstetur per tertios. ff. de legat. 2. sequitur Mantica d. lib. 3. de cõiect. tit. 3. n. 8. Natta cõs. 112. n. 5.*

C Barbos.

Barbos.d.assiom.222.num.1. Vis enim locutionis
53 diligentiùs est attendenda, ne scribentis in-
,, tellectus, aliter, quàm ipse voluerit, exprima-
tur. secundum verba tex. in cap. solitæ.6.§.verum si
54 personam de maiorit. & obedient. Nec quæri
,, oporteat, cùm quo de supremis quis loqua-
,, tur, sed in quem voluntatis intentio diriga-
tur, vt loquitur tex. in l. cum pater.79.§.donatio-
nis.ff de legat.2.Aymon.cons.202.nu.38. & cons.
253.nu.8.in fin.Mantica de coniectur.lib.3.tit.19.
nu.9.in princ.Rota apud Ludouis.decis.544.nu.23.
55 Animæ fauore potissimum, vt illa è purgato-
rij libera pœnis ad cœlestia transuolet gaudia.
56 Cùm id voluisse in dubio quisque præsuma-
tur, quod suæ magis fauet Animæ. ad tex. in l.
sancimus.18.in fin.C.de Sacrosanct. Eccles. Tira-
quel.de priuileg.piæ causæ. priuilegio vltimo Ga-
spar.Anton.Thesaur.forens.par.1.q.44.num.3. Gra-
tian.forens.par.2. cap.350. num.23. Illustrissimus
Mantica.de coniectur.lib.5. tit.15. nu 35. Barbos.
de iure Ecclesiastic. lib.3. cap.27. num.92. in fin.
57 Semperque, vbi de Animæ salute quæritur,
abundantius sit agendum. ad tex. in cap. fin. de
presbyter.non baptizato. cap. Iuuenis.3. de sponsa-
lib. Anchar. cons.179. prima facie nu.6. Cæsar Bar-
tius decis.4.nu.27. Baldaxar de Thomas. tract.10.
de pia causa tit.2.cap.128.nu.200. Barbosa de iure
Ecclesiastic. d.lib.3. cap.27. num.99. & num.102.
58 Idque sequendum, quod tutius est pro Ani-
ma, eique fauet, atque etiam pietatem fouet.
ad tex. in l. sunt personæ.43. de Religios. & sumpt.
funerum.cap.consilium 2.de obseruat.ieiunior.Glo.
fin.in fin.in cap. vnico. de seruin. Nauar. in man.
cap.27.nu.286. & 287.Ioan. Azor. Instit. moral.
lib.4.par.1.cap.11.q.4.vers.altera opinio. Aluarus
Valascus.consultat.76.nu.7.tom.1.Melchior Phæ-
bus decis.Lusitan.1.n.17.Marcus Anton. de Ama-
tis.decis.10.nu.26.& 27.Menoch.lib.5. præsumpt.
2.nu.42.& 46.Barbos.assiom.26.Marta de iurisd.
par.4.cent.2. casu.164. Sebastian. Medic. opusc.4.
nu.7.9.& seq.
59 Sicuti in dubio ad libertatem tuendam iu-
rè admittitur interpretatio. secundum Marcia-
,, ni Responsum in l. si seruus legatus. 50. In obscu-
,, ro (dicentis) libertatem præualere. ff. de fideicom-
missar.libertat. l.libertas. 165. ff.de regul. iur. se-
quitur pluribus. Sarmiento selectar. interpetra-
tion. lib.2.capit.6. numer. 16. & 36. & ante cum
Couar. in cap. cum tibi.13. num. 12. vers. non ob-
stat huic sententiæ.de testamen.Tusch.tom.5. litte-
ra L. conclus.339. numero 3. Barbos. d.capit. 27.
num. 14.

Nihil est autem, quod magis prosit Animæ
purgatorijs in pœnis purganti, ad illam ex ip-
sis eruendam, quèm (vt diximus in nostro secun-
60 do supposito) si pro ea (cum iam amplius, neq;
mereri, neq. demereri aliquid aliud possit, non
in via, sed in termino quasi, quantùm ad gratię
augumentũ, & extrà corpus constituta. Sot.d.
dist.19.q.3.art.3.in 2. concl. Bellarmin.de purgat.
lib.2.c.2. & c.3. col.3. in fin.vers. iam ad primum
Binsfeldius.d. sect.5.membro 2. conclus.10.& 11.
Roas de statu Animarum Purgat. cap. 9. fol.mihi
54. à S. Fausto de indulgent. lib.5.q.11.12. & 13.
61 Fagund. d.c.11.nu.4. Oblationes, & eleemosy-
næ, ieiunia, orationes, aliaq. pietatis, & satis-
factionis opera, ac cùm primis, & super hæc
omnia, summè satisfactorium, atq. propitia-
torium altaris sacrificium offeratur; vt in su-
perioribus diximus, & deducit. post alios.
Binsfeld.d.sect.5. membr.3. conclus.3. Lælius Zec-
chius de casib.reser.d.casu.6.n.5.Conink.disput.11.
dub.7.n.50.cum seq.Lauorius variar. elucubrat.tit.
2.c.15.n.99.& 100.Fagund.d.cap.11. num.11.
62 Siuè etiam si Indulgentiæ à Summis Ro-
manæ Ecclesiæ Pontificibus per modum suf-
fragij defunctis concessę, pro ea applicentur,
vt comunis est catholicorum omnium senten-
tia.S.Thom.in supplem.3.par.d.q.71.ar.10.Bellar-
min.d.lib.2. de purgat.cap.16. Binsfeld.d. membr.
3.conclus.7. Conink.disput.12. dub.10. num.43. &
seq. & dub.11. Henriq.in sum. lib.7. de Indulgent.
cap.7. Nauar. de Iubileo. not.20.num.16. & not.
22.Roas cap. 14. & seq. Albert. Magnus. d.lib.7.
c.6. Lauor.de Indulgent.par.2.cap.30. num.54. &
seq. adusq. num.67. à Sancto Fausto. lib.2. q.169.
cum sequentibus quæst.Bouacin.d.q. 1.de Indulgent.
punct.6.

Non aliud itaq. voluisse Testatrix hæc no-
stra videbitur, Animam suam hæredem insti-
tuendo, & nuncupando, quàm quòd, in hoc
ipsius, quæ relinquebat, bona impenderentur,
vt illi in purgatorijs pœnis purganti profice-
63 rent, atquè opitularentur, sibiquè hoc pacto,
res, non se rebus subijceret. secundùm glos. pe-
nult. in dicta l. sancimus. 18. C. de Sacrosanct. Ec-
cles.
64 Quemadmodum suprema illius dispositio,
qui bona sua in conscientia alteri reliquerat,
eam iuris interpetrationẽ admittit, vt ad pias
causas disposuisse videatur; quasi eius, cui re-
liquit, grauarit conscientiam, bona prædicta
pauperibus dispertiri, vt pro eo, in purgato-
rijs pœnis degenti, preces ad Deum funderẽ-
tur. ad tex.not.in cap. cùm tibi.13. vbi Innocent. &
Abb.nu.4.Imol.num.14. & Couar.nu.9. de testam.
Bar.in l.1.C.de Sacrosanct.Eccles.nu.64.in fin. &
ibid.Bald.nu.6.vers.iuxtà hoc quæro.Imol.in l.Lu-
tius Titius.126.§.in testamẽto. circà fin.vers. An-
gelus tamen ibi sentit.de legat.1. Abb. cons.59. nu.
1.par.1.& cons.110.nu.1.& 2.par.2. Guglielm.de
Benedict.in cap.Raynutius. verbo. condidit.1.nu.8.
vers.pro cuius latiori declaratione. Iul.Clar. §.te-
stamentum.q.6.nu.6.Paris cons.38.lib.3. vbi latè.
& nu.23.Gabriel.lib.6.tit.de pia causa.nu.2.Seba-
stian.Medices.opusc.4.Anima cunctis rebus, etc. n.
3.tom.2.operum.Card.Tuscus.tom.5.litt.L.conclus.
106.nu.13.14. et 15. et tom.2.litt.C. conclus.742.
in fin.nu.47. P.Paulus Layman. in Theolog. moral.
tom.1.lib.3.sect.5.tract.5. cap.2.nu.7. Petrus Pec-
chius.de testament.coniugum.lib.1.cap.27.nu.6.Ge-
nuens.in practicabilib.Eccles.q.446.n.7.Surd.cons.
380.nu.45. lib.3. Syluest. verbo. legatum.4. q.10.
Naldus in sum.verbo legatum.nu.6.Molfes.in sum.
tom.2.tract.13.cap.5.nu.157.in fin. Baldaxar de
Thom.d.tract.10.tit.2. cap.168.nu.259.

65 Tùm

65 Tùm quod, non aliter quisque bonus vir arbitrari posse, *æstimatur. ad tex. in l. fideicomis-*
,, *saria. 46. ff. de fideicom. libertat.* Ita enim hoc ac-
,, cipiendum (*Vlpianus de libertate loquens ibi*
,, *inquit*) Si tibi quasi bono viro videbitur. *Et sequitur post Abbat. d. cons. 110. nu. 1. Imol. d. cap. cum tibi. num. 14. de testam. Tiraq. priuil. 64. Facchin. Illustr. controuers. lib. 5. cap. 59. ad Intellect. d. tex. in l. fideicommissaria. Ioan. Bertacchin. de Episcop. par. 4. q. 31. col. 5. nu. 90. vers. quid si legatum sui arbitrio &c. vol. 4. tract. antiq. fol. mihi. 53. Couar. d. cap cum tibi. nu. 12. vers. non obstat. Valasc. consult. 68. nu. 4. Barbos. d. cap. 27. nu. 72.*

66 Tùm quod hæc interpretatio disponentis Animæ prosit magis, ac benignior sit, atque securior, proindequè amplectenda. *ad tex. in l. 2. & l. cum quidam. 19. ff. de liber. & posthum. l. Sceuola. 76. ff ad Trebel. Francis. Ripa respõsorum lib. 2. respons. 18. nu. 16. tit. de obligat. Tiraq. priuileg. 69. Rota in recentior. par. 2. tom. 1. decis. 373. num. 10. Anchar. d. cons. 46. 1. facie nu. 2. Minadous*
,, *cons. 28. nu. 16. Genuens. in practicab. Eccles q. 168. nu. 3. in fin. Sanctarellus. variar. resol. q. 64. num. 1.*

67 Nec absurdum sit animas hominum, omnibus rebus præferri, *vt inquit tex. in d. l. sancimus. 18. C. de sacrosanctis Eccles. & latè Sebastianus Medices d. opusc. 4. per tot. & nu. 7. & nu. 64.*

68 Et in dubijs illa sententia sit amplectenda, quæ testamento fauet; ad pias causas præsertim. *ex tex. in l. si pars iudicata. 10. ff. de inoffic. testam. Roman. in auth. similiter. C. ad legem Falcid. nu. 67. in fin. in 17. speciali Horatius Viscontus in conclusionib. Iuris verbo Piæ causæ relictũ. f. 226. Medices d. opusc. 4. n. 32. vers. Iudicandum semper.*

69 Ac quæ religionem, & pietatem fouet, & auget. *tex. in cap. fin. de sent. & re Iudicat. & in cap. relatum. 12. de testam. Nauar. de orat. & horis canonicis. cap. 10. num. 29. & in man. d. cap. 27. nu. 287. Gratian. Forens. par. 2. d. cap. 350. num. 23. Frater Ludouic. à Beia. respons. casuum conscient. par. 1. casu. 51. in 2. dub. vers. demum hæc opinio. fol. mihi 238. in minori impressione Brixiæ.*

70 Quippe cùm, quæ pietatem respicit causa, & salutem Animæ, finalis fuisse videatur, *vt post Bart. Imol. & Roman. in l. 2. §. fin. ff. de donat. sequitur Tiraq. in tract. cessante causa in prima limitatione. nu. 41. & nu. 58. Ripa in l. centurio. num. 105. col. 2. vers. secundo facit. ff de vulgari, & pupill. sequitur Rota in recent. par. 1. tom. 1. decis. 391. nu. 3. & apud Ludouis. decis. 544 num. 6. Cæsar. Bartius. decis. 25. num. 20. de Thomas d. tract. 10. tit. 2. cap. 193. nu. 294.*

71 Ex causa verò finali (cùm fons sit, & origo
causarum omnium, vt inquit *Illustrissimus Man-*
72 *tica de coniectur. lib. 6. tit. 14. num. 7.*) iurè con-
grua mentis disponentis, atque testantis in-
terpretatio, venatur, colligitur, atque desumi-
tur *ad tex. notab. in l. fin. vbi glos. verbo modus. ff.*
de haredib. instituend. l. ita tamen. 5 ff. de administr.
tut. l. seio amico. 10 ff. de annuis legat. Cephal. cons.
664. nu. 13. vol. 5. Cardin. Mantica d. decis. 59. nu. 6.

73 Causa quippè finalis totam testantis dispositionem regit, moderatur, atque gubernat; vt puta, quæ substantia, siuè actus, & forma sit dispositionis ipsius. *ex glos. 1. in §. item si quis postulante Instit. de actionibus Crauetta. cons. 243. nu. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 24. nu. 3. Rota apud Illustriss. Seraph. decis. 1149. nu. 11.*

74 Hæredem ergò nuncupando Animam suã
testatrix hæc nostra, id voluisse, non iniuria
nec temerè interpretabimur, vt bona sua, de
quibus disponebat, pijs operibus impende-
rentur, vnde eius Anima in pœnis Purgatorijs
purgans subleuaretur, vt diximus: & probat
non obscurè *tex. in auth. vt cùm de appellat. co-*
gnoscitur cap. 3. §. si vnum de prædictis. circa fin.
,, *ibi: & ipsorum quoquè animæ ex hac causa pijssima*
75 *subleuentur. collat. 8.* Quasi hæc fuerit finalis
causa dispositionis huiuscæ, vt quærendum nõ
sit amplius, quibus, & quomodo conferatur
dispositio, modò Animæ prosit disponentis;
hæc enim prora (quod dicitur) & puppis vide-
tur esse intentionis testatoris, *vt loquitur Tira-*
quel. de pia causa priuil. 56. in finalib. verbis. Nam
76 causa respiciens interesse, & comodum testa-
toris, finalis præsumitur. *Crauetta d cons 243.*
nu. 3. Cancer. lib 3. variar. c. 20. de legatis nu. 183.
Mantica lib. 6. tit. 14 num. 14. Bartius. d decis. 79.
nu. 45. & ita in punctualibus nostræ quæstionis ter-
minis decidit Pater Molina de iustit. et iur. tom. 1
disp. 134. vers. illud iuxta hactenus dicta.

77 Suffragia enim, quæ sibi fieri post mortem relinquit homo supremum trahens spiritum, de rebus suis disponens, si in charitate fuerit, prosunt ei, vt meritum consequatur, etiam antequam fiant, quantum ad meritum, ex opere operantis, siuè principalis agentis, non verò quoad effectum suffragiorum ipsorum, consequendum post mortem ex opere operato, nisi efficaciter executioni demandẽtur per hæredes. Quia nisi exequuta fuerint, vi & efficacia eorum, Anima à pœnis Purgatorijs non vtique liberabitur. *S. Thom. in supplem. 3. par. d. q. 71. ar. 6. ad quartum, et in 4. dist. 45. q. 2. ar. 2. ad 2. q. in respons. ad quartum et quodlib. 6. q. 8. ar. 13. Turrecremat. in can. qui oblationes 13. q. 2. Nauar. in man. cap. 17. nu. 68. et cap. 26. nu. 36. Albert. Magnus d. lib. 7. c. 4. in fin. vbi Porretta addens. Lelius Zecch d. casu 6 nu. 6. Binsfeld. d. sect. 5. membr. 3. conclus 12. Ludouic. à Beia respons. casuum conscien. par. 1. casu. 57. vers. de ea autem quod secundo loco. Cenedus ad Decretales; collect. 106. num. 1. Bonacina tom. 2. de contract. disp. 3. q. 17. punct. 8. §. 2. nu. 3. Lauorius d. cap. 30. nu. 150. à Santo Fausto lib. 1. de Indulg. q. 40. Sanchez in consil. moralib. par. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 53. nu. 3. in 2. conclus.*

Hinc sequitur talem verba testatoris, quæ animam suam hæredem nũcupauit, interpretationem admittere; vt esset vtique illa hæres; quatenus factis pro ea sacrificijs, vel datis eleemosynis, alijsque satisfactorijs operibus, fructum ipsa consequeretur, vtque à pœnis Purgatorij quantò citius liberaretur.

78 Et quemadmodum, quod pro Anima rogatur legatum; ne dum firmũ, ac stabile, verum,

& pium iudicatur; vt currat regulariter con-
sequentia: Est relictum pro Anima, ergò piũ.
ad tex. in l. si quis Titio. 22. vbi glos. verbo. vt mi-
nistrum, & notatur ibid. ff. de legat. 2. Alberic. in l.
nulli licere. num 24. vers. & notandum, quòd reli-
ctum. C. de Episcop. & Cleric. Corneus cons 322. ar-
dua plurimum. col. 4. vers. in contrariam autem par-
tem. lib. 3. Roman cons. 69. viso quæstionis Themate.
num. 2 vbi Mandos. meus Maranta. in singularib.
verbo legatum factum pro anima. fol mihi. 55. Ti-
raquel. in præfat. de pia causa. fol. 6. vers. item reli-
ctum pro Anima. Guido Papa decis. 576. num. 3.
vers. sed an causa. Euerard. in loco. à libertate ad
piam causam. in fin. num. 37. Armilla in sum. ver-
bo legatum. num. 44. in princip. Medices. d opusc. 4.
num. 15. Tusc. d. conclus 106. num. 1. Marius Muta
Siculus. decis. 41. nu. 32. Aufrer. ad Cappell. Tho-
los. q. 215. nu. 3. Gabriel lib. 6. de pia causa conclus.
1. Valasc. consult. 145. nu. 5. Molina d disput. 135.
in princip. Gratian. forens. par. 4. cap. 603. num 6.
Barbosa in locis argum. loco. 63 num. 2. Sanctarell.
variar. resol. q. 68. num. 9. Marta. d. casu. 164. num.
9. de Thomas. d. tract. 10. tit. 1. cap. 6. nu. 137. Mol-
fes. tom. 2. sum. tract. 13. cap. 5. nu. 152. & 153. idem
Marta de success. legali. tom. 2. par. 4. q. 18. art. 5.
nu. 42. Barbos. d. cap. 27 n. 11.

79 Ita, multòq. magis, quod Animæ ipsi relin-
quitur, firmum, atquè pium dicetur; Per re-
gulam Aristotelicam *primo poster. cap. 2. tex. 5.*

80 Propter quod vnumquodq. tale, & illud ma-
gis tale. *ad tex. in auth. multò magis. C. de sacro-*
sanct. Eccles. can. si Romanorum. in princip 19. dist.
tex. in cap. cum in cunctis. 7. de elect. extrà perbeliè
Pomponius in l. & si non sint. 21. §. pernitiamus.
ff. de aur. & argento legato. S Thom. in 1. par. sum.
q. 2. art. 3 in corp. vers. quarta via. Ioan. Monachus.
in cap. accusatus. 8. de Hæreticis. lib. 6 num. 8. An-
char. consil. 27. non seruato ordine dubiorum. num.
11. Glos. in clem. 1. dominum. in princip. verbo. pro-
fectò. de Reliquijs, & venerat. Sanctor. Et hanc sen-
tentiam tuetur longè post hæc scripta visus Aluar.
vallascus; qui hanc difficultatem, quasi per transen-
nam summis (vt ita dixerim) prælibat labijs. tom.
1. consult. 68. nu. 4. & 6.

81 Quia, quomodocũquè relinquatur pro ho-
nore Dei, vel Sanctorum, vel pro salute Ani-
mæ; pium dicitur, & ad pias causas relictum.
Syluest. verbo. legatum. 4. num. 1. in fin. Tabien. eod.
verb. 2. num. 1. etiam in fin. Armilla eod. d. num. 44.
Bertacchinus. de Episcopis. d. par. 4. quæst. 31 num.
82. Molina d. disput. 134. Moneta de commutation.
vltim. volunt. cap. 4. q. 2. num. 37. Pater Ioan. Va-
ler. de different. inter vtrumquè forum. verbo. lega-
tum. differt. 3. num. 1. Aufrer. d. q. 215. num. 3. San-
ctarell. d. q. 68. num. 10. Bonacin. d. q. 17. punct. 8 §.
2. proposit. 1. num. 1. Molfes d. cap. 5. num. 152. Bar-
bos. d. cap. 27. num. 2. Layman. d. c. 2. nu 1.

82 Sicuti quoquè sustinetur legatum ad pias
causas, incertis quamuis relinquatur personis.
tex. est in l. si quis ad declinandam. 38. & l. id quod
pauperibus. 23. & l. nulli. 28. C. de Episc. & Cleri-
cis. tex in auth. de Ecclesiastic. titul. cap. 6. §. si quis
in nomine. collat. 9. Glos. in d. cap. cum tibi. 13. in fi-
ne. de testament. Tiraq. de pia causa. d. priuileg. 56.
Paris. cons. vlt. num. 39. vol. 3. Afflict. decis. 337.
Perez de Lara de cappellan. lib. 1. cap. 10 num. 97.
cum seq. Borrell. in sum. decis. tom. 3. tit. 22. de le-
gat. num. 31 & 32. Mantica de coniectur. lib. 8. tit.
4. num. 3. & 20. & 21. Gratian. forens. par. 2 cap.
288. num. 34. 35. & 36. Intrigliol. d. singul. 97. nu.
54. lib. 3. Rota apud Card. Mantic. decis 235. num.
9. & 10. de Thomas. d. tract. 10. tit. 2. cap. 61 num.
117. Card. Tuscus. d. tom. 5. litt. L. conclus. 46. num.
1. & seq. per tot. & conclus. 109. num. nu. 18. Bar-
bosa d. cap. 27. num. 70. Layman. tom. 1. Theolog.
moral. lib. 3. tract. 5. cap. 11. nu. 8.

83 Nec perit, pari quoquè modo dispositio, si
vnum Sanctorum hæredem scripserit, si nulla
sit Ecclesia sub nomine Sancti, vel in Ciuitate,
vel saltèm in territorio eiusdem disponentis.
Acquiretur namquè Ecclesiæ Ciuitatis, in qua
Testator domicilium habuit. vt disponit aper-
tè satis. *tex. in auth de Ecclesiastic. tit. collat. 9. c.*
6. §. si quis in nomine. vers. si quis autem vnum Sã-
ctorum. & tex. in l. quoniam in multis. 16. C. de Sa-
crosanctis Ecclesijs Tusc. d. conclus. 46. num. 14. &
15. Molfes. d. cap. 5. num. 164. idem Tusc. d. littera
L. conclus. 110.

84 Et legatum, vel hæredis nuncupatio facta
Sanctis, qui cum Christo Domino in Cœlo re-
gnantes, sedentes sunt super thronos, edentes
& bibentes super mensam eius, in regno eius;
iuxtà infallibilis veritatis certissimam promis-
„ sionem. *Lucæ 22. num. 30. In diuinitatis scilicet*
„ *fruitione; Sicut enim super mensam fercula collo-*
„ *cantur, sic in superessentiali, superbenedicta, ac*
„ *supersimplicissima Deitate est opulentia infinita,*
„ *omnisq. beatifici alimenti, videlicet omnis bonita-*
„ *tis, ac pulchritudinis possessio iucundissima, & im-*
mensa, vt loquitur Dionysius Carthus. ibid. art. 48.

85 Vnde nullam habẽt indigentiam bonorum
nostrorum, gloria circum amitti, & diuitijs in
domo patris. *psal. 111.* Ecclesijs nihilominus
sub eorum inuocatione erectis acquisita vi-
dentur. Et improptiantur in hoc verba relicti,
ad sensum menti, voluntatiq. disponentis ma-
gis aptum. *iuxtà tex. in d. §. si quis vnum Sancto-*
rum. & tex. satis apertum ad rem. in l. 2 ff. de rebus
86 *dubijs*: vbi Ciuibus alicuius loci factum lega-
tum, vel fideicommissum; Ciuitati vtiquè, non
ipsis ciuibus peculiatim debebitur; quòd talis
87 mens videatur disponentis. Quoniam fauora-
bilior est Respublica, cuius vtilitas priuatæ
præfertur, *vt inquit Socein. d. l. 2 nu. 6. in fin. La-*
pus allegat. 87. num. 6. in fin. Afflict. decis. 244. nu.
3. vbi etiam Vrsill. num. 1. Troyl. Maluit. de obla-
tion. imagin. fact. par. 3. nu. 2. vers. quinto allegari,
& par. 4. nu 2. vers sexto adduci potest. vol. 9. tract.
anti. fol. 41. & 42 Genuens. in praxi. c. 58. aliàs 72,
n. 5. impressione Romana anni 1609. Mascard. con-
clus. 968 nu. 22. Surd. de aliment. tit. 5. q 6. n. 6. &
7. Caned. quæst. Canonic. q. 20. n. 3. & 4 ad intellectũ
88 *d. l. 2.* Quẽadmodũ relictũ Sacerdori, vel mini-
stris Ecclesiæ, ipsi Ecclesiæ, in cuius ministerio
sunt, relictũ videtur. *tex in l. annua. 20 §. attitia.*
ff. de annuis legat. plurib. Genuens. in pract. scabilib.

Eccle-

Ecclesiast. q.399. potissimum si Regulares fue-
rint, *vt sequitur plenè Cæned. d.q.20. per tot. præ-
sertim. nu 4.*
89 Legatū quoquè Deo Sanctissimo, vel Chri-
sto seruatori relictum, Ecclesiæ loci illius, in
quo testator domicilium habuit acquititur,
tex.in d.§. si quis in nomine magni Dei. *de Eccle.
siast.tit.tex.expressus in d.l. quoniam in multis.16.
C.de Sacrosanct.Eccles.Alex.cons.213.ponderatis
bis.nu.2. lib.6. sequitur Petrus de* Vbald. *de canon.
Epis.cap.4.in 15.q.princ.nu.5. vol.11. tractat. an
tiq.fol.mihi.249.Cancer d.lib.3.cap.2. nu.122. Bo-
nacina tom.2.de contractib.disput.3.q.17.punct.8.
§.4.nu.1.in fin.vers. Item validum est legatum.*
Ità, nec ab re, legatum, siuè hæreditas hæc,
Animæ relicta testatricis, eam accipiet inter-
petrationem; vt in beneficium impendatur
Animæ ipsius, in gloriam, & honorem Crea-
toris, ac seruatoris eius Dei, & Domini nostri
Iesu Christi; vt eam accipiat Ecclesia, siuè
Templum ipsum, in quo testatrix demorata
fuit, dum in humanis vitalem traxit auram,
atq; supremū quoq. reddidit spiritum, *Aufrer.*
90 *d.q.215.num.3.* Nulla profectò quòd ratio su-
persit; cùr diuersimodè in hoc statuamus ab
his, quæ in superiorib. decreuere leges; vt idem
proindè iudicium esse debeat. *ad tex. in l.illud.
32.ff.ad legem Aquil.tex.in l.illud.17.C.de Sacro
sanct.Eccles.glos.fin.in cap. translatio.3. de constit.*
Quod sanè suadet, nec ineptè (vt secundo
quoquè satisfaciamus quæsito, cui hominum
91 deferatur hæreditas.) quòd testatrix testamen-
to executores nuncupauit, vt ipsi proinde hæ-
redis vicem subire debeāt, atq; Templi homi-
ne hæreditatem capere. *ad tex. in d.cap.cum ti-
bi. 13. secundum intellectum Innoc. sequutum ab
alijs.de testament.facit tex.in l. nulli.28. & in l.si
quis ad declinandam.38.§.sin autem nullus. C.de
Episcop. & Clericis. Calderin. cons 19. de testam.
Bald.in l.precibus.8.nu.46.vers. præterea quando.
C.de impuber. & alijs substitut. Ripa in l. centurio.
n.105.ff.de vulgar. & pupill.sequitur Rota par.1.
diuers.decis.553.nu.3. & 5. Cappella* Tholosan.*q.
89. Signorolus cons.35. in nomine* Domini *Amen.
casus talis est. nu.4. & in terminis nostræ quæstio-
nis* Aluar. *Valascus.tom.1. consult. 78. num.4. &
num.6. & consult. 165. nu. 5. Gaspar Anton. The-
saur.quæstion.forens.lib.3.q.9.num.3.4. & 5.Tusc.
tom.6. littera* P. *conclus.333.num. 44. Marta de
success.legali tom.1. par.3. q.12. art.3.num.10.&
q.13.art.2.num.9.*
Et confirmat non incongruè sequens con-
iectura; quòd eodem in templo corpus suum
testatrix humari præcepit, quo viuens, proq;
anima certans, Domino Deo famulata fuit; vt
illi quoque hæreditas, per Animam suam hæ-
92 redem scriptam, acquireretur. Sicuti quod
Monacho relictum est legatum, Ecclesiæ, in
qua ipse professus, est acquisitum, atque reli-
ctum videtur. *auth. ingressi. C. de Sacrosanct.Ec-
cles.* vt nè momento quidem temporis apud
ipsum Monachum resideat. iuxta Vlpiani re-
sponsum, *in l.placet, 18.ff.de acquirend, hæredit.
Mantic.lib.8.tit.12.num.28.Cæuall.practicar.quæs.*
93 *q.341.* Quia quicquid acquirit Monachus, Mo
nasterio acquirit. *can. t.18.q.1.cap.cum olim, 14.
vbi* Innocent.*receptus.nu.3.* extēdens, quomodo-
94 cunque Monachus acquirat, modo in Mona-
sterio maneat, *vt Abb. ibid.inquit.num.6.de pri-
uileg.tex.in cap. in præsentia.* 8. *de probat.* Abb. *in
cap.ne Religiosi.num.3.de regularib.* Nauar. *de re-
ditib.eccles.q.1. monit 12.nu.2. & decisum refert
Venetijs.Thomas Triuisan.decis.30 lib.1.ex doctri
na* Card. *Zabarell. cons. 6. nu.2. Moneta d. cap. 2
q.2.num.29.*
95 Et præter superius allata (quod legatum fa-
ctum Sancto, acquiritur Ecclesiæ sub inuoca-
tione Sancti ipsius. *ex d.tex.in §.si quis in nomine
magni* Dei. *& d.l.quoniam in multis.de sacro sāct.
Eccles.*) probatur ex Iaboleni responso. *in l.quæ
conditio.39.§.fin.ff.de condit. & demonstrat. vbi*,
si relinquat testator, vt aliquid in foro fiat,
neq; appareat de quo foro dixerit, exaudien-
dum esse (respondet) de foro, in quo testator
domiciliū habuit. *Ex quo tex. (ibid. inquit* Bald.)
96 Quod si testator relinquit Ecclesiæ; non in-
telligitur de Ecclesia Romana, sed de Ecclesia
ipsius testatoris, *allegat tex.in d.§.si quis in no-
mine.in auth.de ecclesiast. tit. & l.si quis ad decli-
nandum.circa medium* C.*de Episc. & Cleric.sequi-
tur* Anc*baran.in cons.214.Francis.antiquat. col.5.
nu.18.in fin.vers.octaua* ratio.*& n.19. vbi inquit.*
97 Quod si iussit testator pecuniam pauperibus
erogari, intelligitur de pauperibus proprij
domicilij Gloss. *notab.in cap. si pater. 1.verbo.
pauperes.de testam.in 6. Abb. in cap. indicante.nu.
4.eod.tit.extrâ.facit tex.in l.fin.ibi.Ciuibus nostris.*
C.*de annon.Ciuil.lib.11.idem* Abb.*d.cons.99.nu.5.
Alexand.d.cons.213. num. 2.lib.6. faciunt not.per
Angel.in sum verbo.votum.3. num.26. Paris.cons.
38.nu.28.vol.2.Aufrer.ad* Cappell. *Tholos.q.57.
nu.4.Cancer.d lib.3. variar. cap.20. num.120. &
seq.faciunt notata plenè, per Surd.de aliment.tit.1.
q.9. nu.12.& 13.& 14.* Bonacina *tom.2. de con-
tractib.disput.3.q.17.d.punct.8.§.4.nu.1. in fin. &
nu.2.Borrell.in sum.decis.d.tit.22.tom. 3.nu.33.&
num.54.*
98 Augētque nec immeritò coniecturas, affe-
ctio, & charitas, quam erga templum hoc ha-
buisse testatrix arguitur, ex quo, toto vitæ suo
tempore in eo vixit, atque rebus ab humanis
absumpta, contumulari in illo voluit. Vt æsti-
metur proinde eidem bona sua acquisita vo-
luisse, cùm Animam suam hæredem nuncupa-
uit. Neque planè infimum argumentum hoc
est, ad voluntatem, mentemque obstrusam di-
sponentis, eruendam; Charitas eiusdem & af-
fectio erga eum, cui acquisitum voluisse præ-
sumitur. *tex.est in l.* Aurelius. *29. §.Titius testa-
„ mento.in fin.ff.de liberat.legata. Præsumptio enim
„ propter naturalem affectum (inquit ibi Sceuola) fa-
„ cit omnia Patri videri concessa. l.cum actus. 101.
ff. de condit. & demonstrat.* Anchar. *d. cons.214.
nu.19.Aymon cons.62, nu.8.* Mantic. *de coniectur.
lib.6.tit.11.nu.2.cum seq.Menoch latè de præsum-
ptio.lib.4.præsumpt.16.nu.1.cum seq.& num.9.&*

præsumpt. 115. num. 9. Alciat. eodem tractatu. regula 1. præsumpt. 28. & in l. 1. verbo. sanctissimo. num. 8. C. de Sacro sanct. Eccles. Barbos. de iure Eccles. d. cap. 27. nu. 93. in princip. Sanctarell. variarum resolut. q. 67. nu. 12.

99 Quibus accedit pariter illa altera, vt rem
hanc firmiùs stabiliat, nec imbecillior coniectura, quòd si relinquat testator sacra, quę post suprema funera pro eius offerantur Anima, neque locum designet, quo illa fieri debeant; sit in dubio interpretatio, vt offerantur ea in Ecclesia, qua suum Cadauer terræ fodiendum statuit; quòd ita sensisse aptius testator ipse videatur. *arg. tex. in d. §. si quis in nomine magni Dei. & tex. in d. l. quoniam in multis. 16. §. quod si*
100 *testator. vbi*, relictum à testatore Ecclesiæ in
genere, illi debetur Ecclesiæ, ad quam defunctus, cùm viuebat ventitabat, sacris vt interesset. Quo etiam argumenti genere Abb. visus est *d. cons. 99. col. 2. nu. 4. vers. circa secundum dubium. & nu. 5. par. 2. Rota apud Illustrissimum Seraphin. decis. 1149 nu. 8. & 19. Caluaccan. par. 3. decis. 27. nu. 57. Melchior Phæbus decis. iusit. 100. nu. 11. & 12 Cancer. d. cap. 20. de legat. num. 120. Barbos. de iure eccles. d. cap. 27 num. 90. 91. & 92.*
101 Cùm, quòd id ratio ipsa suadet, vt si subit-
net Ecclesia humationis onus, referat quoquè nec incongruè, bonorum emolumentum. *ad tex. in cap. 1. cum notat in glos. verbo. consolationum. de sepultur. Abb. d. cons. 99. nu. 4. circa secundum. Phæbus d. decis. 100. nu. 11. & 12. faciunt notat. per Aufrer. d. q. 57. nu. 4.*
102 Tùm, quòd id non minimi animæ condu-
cit testatricis ipsius, quæ est hæres nuncupata. Et propter sanctorum intercessionem, quorũ memoria ipso in templo fit, ad quod affectum, & deuotionem habuisse testatricem, non leue præbet argumentum electio sepulturæ per eã
103 inibi facta, *vt est tex. in can. non æstimemus. 19.*
§. diligentius. in fin. vers. quod verò quis. 13. q. 2. sequitur Frater Bernardin. de Bustis tom. 2. ser. 1. 1. par. §. tertio prodest. Sebast. Medices. de sepultur. par. 1. in probemio. nu. 5. & q. 5. num. 3. Rota apud Canaler. decis. 494. nu. 3. & seq. Lauorius varia-
104 *rum elucubrat. tit. 2. cap. 14. nu. 45.* Et quòd ex-
citabuntur ex hac re aliæ Virgines eodem degentes in templo, & vt frequentiùs eius memoriam faciant, vtque feruentiùs pro ea præces ad Deum Pientissimum fundant. *vt est tex. apertus. cum glos. ibidem in can. cùm grauia. 13. q. 2. vbi Turrecremat. & S. Gregor. vnde canon ille exceptus est. lib. 4. dialogor. cap. 50. fol. mihi 935. in minori impreß. Romæ tom. 3. operum. S. Thom. in 4. dist. 45. q. 2. ar. 3. ad tertiam q. Abb. d. cons. 99. nu. 5. & in d. cap. fraternitatem. 3. nu. 4. per eund. tex. de sepultur. Monald. cons. 91. nu. 3. & nu. 4. vers quibus accedit. vol. 2. Francis. Leon. in Thesauro fori ecclesiast. par. 4 cap. 2. nu. 82. Medices in probem. de sepultur. num. 4. & 5. & d. q. 5. nu. 3. Illustrissimus Card. Bellarmin. d. lib. 2. de purgat cap. vlt. col. penult. in 4. vtilitate. Binsfeld. d. sect. 5. membro 4. conclus. 5. Pater Roas cap. 17. fol. mihi 113. pluribus Lauorius variarum elucubrat. tit. 2. cap. 12. nu. 1. & seq. & cap. 14. à nu. 40. cum seq.*

Atque ex his ita respondendum, cẽ́soris non excussa virga, censui.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

Pro Ecclesia sententia successit atque validum firmumque testamentum habitum, & rata hæredis nũcupatio æstimata fuit. Neglectui itaque, quæ adnotaueram, ne darẽtur è rẽ esse putaui. Boni enim consulet sinceri quisquis animi fuerit. memineritque mei dum præces ad Deum funderit. Admonendum tamen lectorem putaui, non hic agi de monialiũ Templo, quæ per professionem nomina Christo dederunt, sed de templo puellarum, quæ conferuantur, ne interim mundi voluptatibus atque illecebris capiantur, decipianturque. Præterit enim figura huius mũdi, vt Apostolus inquit. & mulier nupta cogitat quomodo placeat viro, innupta verò quomodo placeat Deo, & vt sit sancta corpore, & spiritu. *1. ad Corinth. 7. num. 31. 33. & 34.*

SVMMARIVM.

1 *Legatum pro Missis celebrandis fauore testatoris magis, quàm legatariorum rogatum videtur. & num. 5.*

2 *Sacrificium super omnia suffragia summè proficit animabus in Purgatorio purgantibus.*

3 *Onus Missarum legatum iniunctũ causam etiam finalem ad legandam testatori dedisse videtur, nedum impulsiuam.*

4 *Legatum ad discernendum, cuius causa factum sit, multum interest animaduertere, cui voluerit prospectum testator, & cuius contemplatione fecerit. Et an legatum ipsum, & quantitas iniecto æquiualeat oneri nu. 6. siue conditionale, si etiam modale sit legatum. nu. 7.*

8 *Causa finalis, quæ fuerit legati, cuius commodum, & vtilitatem respiciat legatum, inspicitur.*

præsertim si causa fuerit pia. nu. 9.

10 *Legatarius contra voluntatem defuncti, onere non exantlato legatum petens, non auditur.*

11 *Legati comodũ, qui sentire intendit, sustinere quoq. debet, & onus eidem iniunctum.*

12 *Legatum pro labore relictum, catenus debetur, quatenus labor substineatur.*

13 *Legatum annuum perpetuum æstimatur. est tamen primo anno purum, in sequentibus verò conditionale.*

vnde non vnum, sed plura æstimantur legata, quot sunt anni. nu. 14.

præsertim respectu obligationis, & exactionis. nu. 15.

poterit tamen in initio peti, etiam pro sequentibus annis. nu. 16.

17 *Legatum conditionale conditione non impleta, minimè debetur.*

18 *Conditio dispositionem differt in tempus purificatæ conditionis.*

atq. formam inducit necessariò seruandam. nu. 19.

20 Con-

20 *Conditio legato adiecta, si facto deficiat legatarij, legatum deperit, nec debetur.*
Conditione potissimum potestatiua existente. 21
vnde imputare sibi debet legatarius, si culpa sua damnum hauriat. nu. 22.
23 *Vigilantibus & solertibus, non pigritantibus, & somno deditis iura succursum volunt.*
24 *Spiritualia nec emi, nec vendi possunt citrà simoniæ labem.*
25 *Spiritualium origo à Deo, & eius diuina gratia, pendet.*
26 *Spiritualia vendi haud possunt, quia illa sub hominum dominio non cadunt.*
27 *Sacramenta nouæ legis, spiritualis gratiæ sunt causa, & eam continent, & significant, atq. non ponentibus obicem conferunt.*
ideo absq. simoniæ piaculo, vendi minimè possunt. num. 28.
29 *Simoniæ labes à Simone Mago originem traxit.*
30 *Simonia est iure diuino in vtriusq. testamenti paginis prohibita, vnde neq. Summus Pontifex ab ea secluditur.*
31 *Populi congruam debent sustentationem Ecclesiæ ministris, non tanquam pretium mercedis, sed tanquam stipendium necessitatis.*
32 *Altario qui seruit, de altario viuere debet.*
33 *Spiritualia qui seminat, magnum non est, si metat carnalia.*
34 *Nemo cogitur suis stipendijs militare.*
35 *Sacerdos non potest accipere pecuniam in pretium sacrificij; accipit tamen illam in stipendium sustentationis.*
36 *Sacerdoti celebranti sustentatio ex iustitia debetur, sicuti operanti merces.*
37 *Sacerdos quasi locare operas suas videtur ad sacra faciendum, non quidem primariò, sed secundariò, locando suam libertatem* nu. 38. & 39.
39 *Missa secundùm suū principale spiritualis res est.*
40 *Gloss. sententia in cap. significatum de præben. explicatur, & ab iniuria vindicatur. Mainardi. in dec. s. Tholosan.*
41 *Consuetudo Ecclesiæ recepta, vt pro sustentatione recipiat Sacerdos congruam eleemosynam improbanda haud est. estq., et contradicere, temerarium.*
42 *Spiritualia decenter ministrari non possunt absq. sustentatione.*
& eleemosynam petit Sacerdos non vt pretium, sed, vt adminiculum ex natura rei necessarium. nu. 43.
44 *Laycus ex iustitia tenetur ad congruam eleemosynam Sacerdoti, vt cogi etiam possit per Iudicem, etiam censuris, ad soluendum illam.*
45 *Sacerdos, qui eleemosynam accepit, ex iustitia ad celebrandum tenetur, et renuens, preter peccatum, etiam ad restitutionem tenetur.*
46 *Missarum celebrationem notabiliter differre post acceptam stipem, peccatum est.*
47 *Legatarius legatum acceptans, onus eidem annexū agnoscere, & subire tenetur.*
etiam si emolumentum non correspondeat oneri, præsertim si legatum fuerit sub conditione. num. 48.

49 *Legatarius per acceptationem confirmare iudiciū testatoris videtur, vnde ei contraire non debet.*
50 *Legatarius non potest legatum agnoscere, & onus adiectum abijcere.*
51 *Legatum qui percepit, & onus non subiuit, restituere quod accepit, cogitur.* & n. 70. & 73.
52 *Legatum Ciuitati relictum ad opus illicitum, in aliud licitum mutatur.*
53 *Legatum pro Missis celebrandis, si illæ celebrari non potuerint propter interdictum, debet in aliū pium vsum conuerti.*
54 *Iniustitia est alienum contra voluntatem dominī retinere, & debet restitutio fieri.*
55 *Datū ob causam, causa non secuta, restitui debet.*
56 *Causa donandi non secuta repetitio competit.*
57 *Restitutio fieri debet iniustè acceptorum, neq. pænitentia sine illa proficit.*
58 *Fabricæ Sācti Petri ius acquiritur, vbi legatarius oneri Missarum non satisfacit.*
59 *Lex superioris tolli non potest per legem inferioris.*
60 *Decretum contra iustitiam, viribus non subsistit.*
61 *Furtum est quicquid contra voluntatem domini accipitur.*
62 *Alienum retinere ita mortale est, sicut accipere.*
63 *Restitutio est de necessitate salutis.*
64 *Peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatū, & si non fiat pænitentia non agitur.*
65 *Lex ratione carens, non ligat. quia lex debet esse iusta.*
66 *Lex iniusta mortale est. neq. lex appellari meretur, sed corruptela; neq. obligat.*
67 *Fieri non dicitur, quod cum peccato fit.*
68 *facere nec posse dicimur quod contra bonos mores fit.*
69 *Iustitia in compensatione consistit, & in æqualitate rei ad rem.*
70 *Statera dolosa abominatio est apud Deum.*
71 *Missarum numerum potest Episcopus reducere in Synodo.*
74 *Quarta canonica dupliciter dicitur.*
75 *Parochialis, cui debetur, & quomodo.*
76 *Quarta Parochialis debetur, etiam si in exempta Ecclesiam sepulturam quis eligat.*
77 *Quartæ Parochiali noluit præiudicari sacr. Trid. Concil. etiam per priuilegia.*
78 *Quod secus est per priuilegia post Concilium concessa.*
79 *Quarta Episcopalis, cui debetur, & quomodo.*
80 *Quarta Episcopalis, ex quibus non detrahitur.*
81 *Quarta Episcopalis, & Parochialis, in quibus differant.*
82 *Quarta Episcopalis succedit ad instar legitimę petitionis patri, vel patrono debitæ.* & n. 80.
83 *Non tamen debetur ab Ecclesiis exemptis.*
84 *Quartam Episcopus non potest exigere ab hæredibus testatoris, sed ab Ecclesiis legatarijs.*
85 *Parochialis, verò, potest ab hæredibus exigi ac actione ex testamento.*
præsertim antequam Ecclesiæ legatariæ solutio fiat. num. 86.
87 *Quarta tàm Parochialis, quàm Episcopalis sine onere debetur.*

88 Quar-

88 *Quarta Parochialis resecat, ac diminuit legata, sicuti falcidia.*
90 *Episcopus Pater est, & patronus Ecclesiarum sibi subiectarum.*
91 *Legatum quartæ factum Episcopo, vel Ecclesiæ Matrici, compensatur cum ipsa Quarta eidem debita.*
92 *Legatum censetur factum animo compensandi cũ debito legali, & necessario.*
93 *Causa, quæ testatorem ad legandum mouit, inspici debet,*
94 *Compensatio ex coniecturata mente testatoris, & in debito voluntario inducitur. & nu. 99.*
95 *Præsertim si legatum debito æquivaleat.*
96 *Testator dilexisse magis videtur eum, quem ab onere leuauit, quàm, quem onerauit.*
97 *Liberalitate facere quis non videtur, quod facit ex necessitate causatiua.*
98 *Donare non videtur, qui necessitate facit.*
100 *Testator in dubio elegisse videtur viam, qua vtriq. casui satisfiat.*
101 *Causa, quæ magis præponderat dispicienda est ad mentem cognoscendam disponetis.*
102 *Causa determinat id, propter quod aliquid fit.*
103 *Causa finalis, quæ dicatur.*
104 *Frustrà quid fieri per testatorem, admitti haud debet.*

ARGVMENTVM.

Ad restitutionem iurè ne agat aduersus Ecclesiam legatariam Reuerendæ Fabricæ Tribunal, ex quo Missarum oneri legato adiecto, satis factũ non fuit? an iurè quoquè stipem Sacerdos exigat, quòd sacris operatus sit? Et num legato quartæ Matrici Ecclesiæ relicto; onus adijcere potuerit Testator, vel verò compensãdi animo fecisse videatur?

RESPONSIO V.

Duo sunt, quæ proponuntur. Primum: Vtrum teneatur Reuerendum Capitulum Cathedralis Ecclesię N. ad restitutionem annuorum 36. ducatorũ pro sacris singulis quibusq. diebus faciendis, pro illo tempore, quo oneri, legato per testatorem iniuncto, satisfactum non fuit? Et num iurè ad repetitionem eorum agat Tribunalis Fabricæ Oeconomus?

Secundũ. Potuerit ne testator onus adijcere viginti anniuersariorum in singulos annos, Quartæ, quàm Matrici Ecclesiæ reliquit, ex alijs quàmplurimis legatis, quæ alijs Ecclesijs Ciuitatis ascripsit, vel verò detracto omni onere, quarta ipsa, quamuis legata, simpliciter debeatur?

Ad primum licet decisa videatur quæstio, per declarationes Sacræ Congregationis Illustrissimorum DD. S. R. E. Cardinalium, per Sanctissimum D.N. ipsi Fabricæ præfectorum. *§. 2. annua pia &c. & §. 3. Quando verò. relatas per Quarant. in sum. bullarũ verbo. Fabrica S. Petri. fol. 247.* Teneri scilicet Reuerendũ Capitulum ad restituenda accepta, pro eo tempore, quo sacra facta non fuere, ad pij testatoris præscriptum. Ne tamen desit ratio, sequentibus respondendum censui; ad restitutionem teneri. Reuerendum Capitulum.

1 Planè, quia legatum hoc triginta sex ducatorum annuorum pro sacris offerendis in singulos dies, testatoris magis, quàm legatariorũ fauore rogatum, videtur; vt eius Anima, vi, & efficacia incruenti expiatorij sacrificij, quòd
2 super omnia suffragia summè proficit. *Sacrum Trid. Conc. in decreto de Purgatorio. sess. 25. in princ.* è pœnis purgatorijs quantociùs liberaretur; atquè propterea onus legato causam
3 dedisse, non sanè impulsiuam, sed finalem; non quòd alioquin (detracto onere) testator daturus fuisset, *vt Paul. loquitur in l. Nesennius. 35. §. non semper tamen. ff. de excusat. tutor. est tex. in l. Titio centum. 70. in princ. vbi Bart. & Castren. & tex. in l. illis libertis. 83. in fin. ff. de condit. & demonstrat. Ioan. Baptista Ferrettus. consf. 289. par. 2. nu. 1. cum seq. & nu. 9. in fin. circa testium Crauetta. consf. 193. nu. 21. vers. 4. probatur, & consf. 243. nu. 3. Cephal. consf. 429. nu. 13. 14. & 17. lib. 3. Ruin. consf. 38. nu. 2. & 3. lib. 2. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 23. nu. 6. Cancer. lib. 3. variar. resolut. cap. 20. de legat. nu. 183. Marc. Anton. Eugen. consf. 17. nu. 4. cum seq. lib. 1. Surd. decis. 38. nu. 3. Cæsar Bartius decis. Bononien. 25. nu. 20. & 22. Rota par. 1. diuers. decis. 590. num. 2. & in recent. par. 1. tom. 1. decis. 391. sub nu. 3. Baltaxar. Thomas. tract. 10. de pia causa tit. 2. cap. 193. nu. 294. Rota apud S. memor. Gregor. XV. decis. 544. nu. 6.*

4 Multùm enim interest cui voluerit prospectum, cuiusque contemplatione testator fecerit, vt loquitur Vulpianus, *in l. fideicomissa. 11. §. interdum, siue. §. item si quis. in fin. ff. de legat. 3. & perpendit Rota apud eund. Gregor. XV. Sanctæ memor. d. decis. 544. nu. 4. & in recent. d. decis. 391. sub. nu. 2. in fin.*

5 Quia hoc ille, qui donat pro redemptione Animæ suæ, non pro comodo Sacerdotis probatur offerre, vt in Agathensi habetur Concilio relato *in can. Pontifices. 12. q. 3. & sequitur Innocent. 3. in cap. requisisti. 15. §. nec est contrarium. de testam. extra.*

6 Potissimum, vbi legatum ipsum, & quantitas iniecto æquiualet oneri, *secundum Bar. in l. Pamphilo. 37. §. duas. in fin. ff. de legat. 3. qui allegat tex. in l. filius familias. 117. §. apud Marcellum, in fin. ff. de legat. 1. sequitur Petrus de Benintend. decis. vltima nu. 7. et post eum. Cephal. d. consf. 429. nu.*

nu.95.97.et 98.lib.3.Menoch.conf.146. num.13. et
14.vol 1.Surd.de aliment.d tit.8. priuileg. 24.nu.
7.Aymon conf.105.nu.9. Rota in recent.par.1.tom.
7 1.decis.336.num.3.Siuè conditionale, siuè etiam
modale sit; modò tamen modus causam finalem ad legandum dederit. Aymon.conf.59.nu.4. Ferrettus d.conf. 289. num.2. et 3. Gratian. Forens. par.1.cap.136. nu.17.

8 Vbicunque verò conditio, siuè modus comodum respicit, siuè honorem testatoris, vel alterius, etiam extranei, non autem legatarij; illa sanè finalis causa relicti censetur, non legatarij vtilitas, & commodum. tex.est in d.l.Titio centum.70.in princ. ff.de condit.et demonstrat. vbi Bar.et Castrens. Aymon d.conf.59.num.4. et d.conf. 193.nu.21. vbi supra. et conf.243. num.3. Cardin. Mantica de coniectur.lib.6.tit.14.nu.14. in fin.et decis.15.apud eundem num.3.et 4.Surd. d.decis.38. nu.5.Cancer.d.lib.3. cap.10. nu.183. Gratian.Forens.par.4.nu.758.nu.30.Bartius d.decis.25.nu.21. et 22.et decis.79.nu.39. et nu.46.

9 Pia præsertim si causa fuerit. Tiraquell. de priuileg.piæ causæ.priuileg. 74. et priuileg. vltimo Mascard.de probat. tom.2.conclus.1176.nu.56.et 57. Medices opus.4. nu.38. vers. modus ascriptus. tom.2.oper.Eugen. d.conf.17.num.6. Cancer.dicto cap.20.nu.184. Oliuer. Beltramin. in additionib. ad Sanctissimum D.N. Gregor. XV. decis.544. nu. 42.Thomas.d.tit.2.cap. 193.nu.294. Rota in recent. d.decis.391.nu.3.

10 Haud itaque audiri oportet Reuer. Capitulum contra defuncti voluntatem, comodũ petens ex legato, onere non exantlato, sacrisquè nec factis, iuxtà Pauli Responsum. in d.l.
,, illis libertis. 83.in finalib.verbis : ibi: Contra vo-
,, luntatem defuncti petens, audiri non oportere.ff.de condit. et demonstrat. Rota in Pampilonens. Celebrationis Missæ coram Illustrissimo Mantica. VII. Februarij 1594.decis.262.nu.1. et seq. Marta de successione legali.tom.2.par.4.q.18. art.4. nu.3. et seq.Eugen.d.conf.17 per tot.

11 ,, Definitum sanè est: Omnes personas, qui-
,, bus lucrum defertur, eas etiam grauamen,
,, quod ab initio fuerat complexum, omnimodo
,, sentire, siue in dando sit constitutum, siuè in
,, quibusdam faciendis. Neque enim ferendus
,, est is, qui lucrum quidem amplectitur, onus
autem ei annexum, contemnit. Iustinian. loquitur Imperator. in l.vnica.§.pro secundo verò C.de caduc.tollend.regula qui sentit. 55. de regul. iur.in 6.Gloss.in cap. 1. verbo. consolationum. de
12 sepultur. Quare legatum, pro labore relictum,
eatenus debetur, quatenus planè labor substineatur alioqui non exantlato labore, nihil debetur.ad tex.in l.nec adijcit.9. ff. pro socio.l.seio amico.10.ff.de annuis legat.Iacob.à Canib.de executor. vltim. volunt. par.3.q.4.nu.17.vol.7.tract. fol.94. col.4. optimè Eugen. d.conf. 17. per tot. ac præsertim. nu. 13. et 28.et 29. Pascalis de viribus patriæ potestat. par. 2. cap.6.num.60. et ante eum Alba Mandell. conf.52. nu.6. et 7. lib.1.

13 Deinde legatum hoc perpetuum, non sanè temporale fuit, vtputa annuum. Annum verò legatum perpetuum; Et si quidem primo anno purum sit; In sequentibus tamen annis conditionale efficitur vt ex Sabini sententia Paulus respondet. in l.si singulos annos.4. ff.de annui legat.l.senatus.35. §.fin. ff.de donat. causa mortis Oldrad. conf.232. quidam testator num.2. Alex. conf.40.lib.1.alids conf.29. viso themate. nu.1. lib. 4.Cord.Zabor.conf.58.nu.2.Natta.conf.459.nu.5. vol.2.Michael Grassus verbo.legatum. q.43. nu.9 in Thesauro comun. opin. vol.1.fol. mihi 422. Conor.lib.3.variar.resolut. cap.9. nu.10. in fin. vers. et deinde idem probatur.Card.Tuscus.tom.5. littera L.conclus.129.nu.4.et seq. Surd.conf.122.nu.5. lib.1.et decis.120.nu.3. Cancer. d.cap.20. num.36. Petr. Pecchius. de testament. coniug. lib.1. cap.24. nu.2.Rodriq.quæst.regular.tom. 3.q.16.ar.5. Marta de successione legali par 4.d. q.14. art.12. num. 59.et seq.Bartius.d.decis. 79.nu.1. et 2.

14 Qua de causa non vnum, sed plura æstimabuntur legata. Quot nempè sunt anni tot cōputabuntur legata, tex.in l. cùm in annos singulos. 10. ff.quando dies legati cedat. d.l.in singulos annos. ff.de annuis legatis. Ferrettus. d.conf.289. num.5. Natta conf.548.nu.5.lib.3.Menoch d.conf. 146.nu.19.in fin.et nu.20. Tuscus. d. conclus.129. nu.7.Surd.d.conf.123.nu.5.et d.decis.120. nu.3. et decis.273.nu.10.et de aliment.tit.9 q.6 nu.3 Rota in recent.par.2.tom.1.decis.373. nu.9. Marta.d. art.12.nu.67. Bartius. d.decis.79.nu.2.

15 Potissimum respectu obligationis, & exactionis. Vt singulis ob id annis obligationis ius cedat. Quia singulis nascitur annis. ad tex.in l. cùm in annos singulos.11.ff.de annuis legatis. Natta d.conf.548. nu. 5. Polidorus Ripa obseruat.361. nu.5.et seq.plenè Marta.d.art.12.à nu.62. cum seq. ad num.74.Surd.d.decis.120.Bart.d.decis.79.nu.2.

16 Et si planè in initio semel peti possit pro sequentibus quoque præstationibus. secundum glos.final.circa fin. vers.item ad id, quod dicit. in l. 1.C.de fideicommiss.Crass.d.verbo.legatum. q.44. nu.4.in Thesauro.d.fol.442. Menoch. d. conf.146. nu.2.Molina.de Hispan.primog.lib 3.cap.14. num. 18. vers. cui non obstat. Gaill. practicar. obseruat. lib.2.obser.74.num.2. Ripa d. obseruat.361.num.5. Marta vbi supra.art.12.nu.63 et 64.et seq. Surd.d. decis.120.vbi ita determinasse Senatum dicit.et facit Peguera decis.Cathalon.154. in simili loquens. Rota apud S.memmor.Gregor.XV. decis.418. num. 14.et ibid.Beltran.nu.19.

17 Atqui verò conditionale legatum conditione non impleta, minimè debetur, cùm cōditionem ipsam impleri oporteat, vt ius pro legato legatario cedat. l.cedere diem. 213. ff.de verbor.signific.l.legata.41.ff.de condit. & demonstrat.glos.in l.cum pater.79.§.Titio.verbo.retineat. ff.de legat.2.Soccin.in l.quib.dieb.40. §.Termilius. nu.3.de condit. & demonstrat. Oldradus conf.175. Thema tale est Titius nu.1.Aymon.conf.101.nu.2. Paris.conf.19 nu.45.& num.156. lib.2. & conf.8. nu.22.& seq.vol.3.Monald.conf.16. num.10. cum seq.lib.2.Ferrett.d.conf.289.nu.4. Mariscotus.lib.2. cap.96.num.8. variarum resolutionum. Cæsar.Bartius. decis.81.nu.2.

Quia

18 Quia conditio ſuſpendit diſpoſitionis effe-
ctum, eumq. in tempus diſtrahit impletæ con-
ditionis. *l. legatu ſub conditione. 41. ff. de condit. & demonſtrat. l. pecuniam. 36. ff. ſi certum petatur. Bar. d. l. quibus diebus. 40. §. Termilius. nu. 1. ſi certum petatur. Nutta conſ. 378. num. 4. lib. 2. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 12. num. 4. Maſtrill. deciſ. 78. num. 7. par. 1. Martu de ſucceſſ. legal. par. 4. q. 21. art. 15. num. 52. & ſeq. Burt. deciſ. 90. num. 5. & 6.*
19 Quinimò formam inducit neceſſariò ſeruã-
dam, vt omitti minimè poſſit. *ſecundùm Bald. in auth. Matri, & Auiæ. nu. 3. C. quando mulier tutelæ officio fungi poſſit. & ſequitur Iacob. Thomingius. deciſ. Lipſienſ. 10. num. 4. Maſcard. de probationibus. concluſ. 676. nu. 8.*

Haud factis igitur ſacris miſterijs, vt voluntas exquirebat Teſtatoris, nec potuere Reuerendi de Capitulo legatum conſequi 36. ducatorum pro ipſis faciendis, deſignatorum; cùm per ipſos ſteterit, quin conſequi illud valeant.
20 Quippè, indita legato conditio, ſi legatarij
facto deficiat, qui eam implere debebat; legatum ipſum corruit, vt nihil ex eo peti poſſit. *tex. in l. in teſtamento. 31. in fin. vbi Soccin. num. 2.*
21 *ff. de condit. & demoſtrat.* Conditione potiſſi-
mum exiſtente poteſtatiua, quæ legatarij facto defecerit, & incuria. *ſecundùm gloſ. ibidem in princip. & ibid. Bart. & Soccin. num 8. Menoch d. conſ. 146 num. 31. Ferrett. d. conſ. 289. num. 4. & 5. & num. 6. verſ. tertio. quia erat legatum. in fin. Martu d. par. 4. q. 21. art. 12. num. 60. & 61. Bartius d. deciſ. 90. nu. 6.*
22 Sibi itaquè imputent legatarij, ſi damnum
ſua culpa hauriant. *ad tex. in reg damnum. 86. de reg. iur. in 6. tex. in cap. inter Monaſterium. 20. in*
,, *ibi: Alioquin eam obijcientibus imputetur. de ſent. & re iudic. Clem. vnicu. in finalib. verbis. de conceſſ. præbend. Rota apud Seraphin. deciſ. 1258. in princ.*
23 Solertibus nempè. ac vigilantibus, non pi-
gritantibus, ac ſomno deditis iura ſuccurſum volunt. *§. quorum inſtit. in proœmio. vbi gloſ. l. pupillus. 24. in finalib. verbis. ff. quæ in fraudem creditor. Gloſ. in cap. ex parte. 10. verbo iniuria. de cõſuetudine. gloſ. in d. clem. vnicu de conceſſ. præbend. Marſ ſingul. 360. num. 1. Ioan. Bellonus. in communibus iuris ſententijs. litt. V. verbo. vigilantibus. tom. 1. comun. concluſ. fol. mihi. 415. Afflict deciſ. 190. nu. 2. Barboſ. aſſiom. 227.*
24 Præterea; & ſi planè ſpiritualia, vt ſic (quà
ſcilicet ſpiritualia ſunt) pretio nec emi, nec
vendi, abſquè ſimoniæ labe, poſſunt. Nimirùm
quòd res ſpiritualis pretio vendi, ac compen-
25 ſari minimè poſſit gentium; Cùm, quòd ſpiri-
tualis rei origo, vt talis eſt, à Deo pendet, &
ex gratioſa eius voluntate: vnde gratis eſt dã-
26 dum, quod gratis acceptum eſt. Tùm, quòd
tentans vendere, nec dominus eius eſt, nec eſ-
ſe poteſt; vt proindè dominium in alium trãſ-
ferre haud poſſit, quod de eſſentia emptionis,
& venditionis eſt. *S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. Turrecremat. quem alij etiam ſequuntur in can. gratia. primo, & can. ſeq. 1. q. 1. Petr. à Soto in Inſtruct. ſacer. de Sacramento ordinis. lect. 7. in princ. in 1. fundamento. Dominicus Sotus de iuſtit. lib 9. q. 6. ar. 1. plenè etiam Petrus Binsfeld. in cap. ad Apoſtolicam. 4. de ſimonia. q. 1. concluſ. 1. Anton. Fernandez. in ſum. Theolog. mor medulla caſ. par. 3 c. 14. §. 1. nu. 7. Pater Paulus Layman. Theolog. moralis. tom. 2. tract. 10. de Simon. cap. 8. §. 1. num. 2. & ſeq. lib 4.*
27 Quamobrem Sacramenta nouæ legis, cùm
ſpiritualis gratiæ ſint cauſa, quam continent,
& ſignificant; & non ponentibus obicem etiã
conferunt. *Sacr. Trid. Conc. ſeſſ. 7. can. 6. Bonuc. in tom. 1. de Sacram. in gener. diſp. 1. q. 4 punct. 1. nu. 2.*
28 *& ſeq.* abſque ſimoniæ labe, & nefarij ſacri-
legij piaculo, prætio æſtimari, aut vendi haud
minimè poterunt. iuxta illum Petri ad Simo-
nem illum magum, vnde ſimoniæ nomen, luciſ-
,, que ac labes duxit originem. *Actor.* 8. Pecunia
tua tecum ſit in perditione, quoniam exiſti-
maſti donum Dei poſſidere pecunia. *can. ſi*
30 *quis Epiſcopus. 8. in princ. 1. q. 1.* vt neque etiam
Summus Pontifex ab ſimoniæ hac lue ſeclu-
datur; cùm ſit iure Diuino in vtriuſq. teſtamẽ-
ti paginis prohibita. *gloſ. in verbo dimittere. in fin. in cap. ex parte. 12. vbi Doct. de officio delegati. Mandoſ. conſ. 8. nu. 15. Fernandez d. § 1. num. 8. Bonacin. d. tom. 1. de ſimon. diſput. 1. q. 3. prop. 1. Pater Iacob. Gordonus. in Theolog. morali. tom. 2. lib. 8. q. 7. de ſimon. cap. 2. in 2. illat. num. 5. & q. 8. cap. 1. num. 2. Layman. d. cap. 8. de ſimon nu. 1.*
31 Debetur tamen à populis, quibus Sacra-
menta, ac ſpiritualia miniſtrantur, per mini-
ſtros Eccleſiæ, congrua eorum ſubſtentatio;
non quidem tamquam pretium mercedis, ſed
tamquam ſtipendium neceſſitatis. *S. Thom. d. q.* 100. *art. 2. & 3.* Cùm ſecundum Apoſtolum. 1.
ad Corinth. 9. quem refert Innocent. 3. in cap. cùm
,, *ſecundum Apoſtolum. 16. de præbend.* Qui Alta-
32 rio ſeruit, viuere debet de Altario. Profectò
quòd ſecundum eund. *ub eod. Innocentio velutù*.
33 *in cap. cùm ex officij. 16. in fin. de præſcript.* Qui
ſpiritualia ſeminat, non eſt magnum ſi metat
34 carnalia: Cùm nemo cogatur ſuis ſtipendijs
militare. *plenè S. Thom. in eund. Pauli locum. lect. 1. & 2 & Cornel. à lapide ibid verſ 7. & 13.*
35 Qua de re, licet Sacerdos non accipiat pe-
,, cuniam, quaſi pretium conſecrationis Eucha-
,, riſtiæ, aut Miſſæ (hoc enim ſimoniacum eſſet)
,, accipit tamen quaſi ſtipendium ſuæ ſubſten-
,, tationis. vt loquitur. *S. Thom. d. art. 2. ad ſecundum, & Caiet. ibid. & in ſum. verbo. ſimonia in 4. regula. gloſ. in can. Iudices. 23. §. hoc ipſum in verſ. in ſumptum. 1. q. 1. idem S. Thom. in d. locum Pauli 1. ad Corinth 9. lect. 2. in fin. ſuper illis verbis Matth. 10. Gratis accepiſtis, gratis date. Gratis, ideſt*
,, *ſine pretio (inquit) ſed non ſine ſtipendio. Layman.*
,, *d. cap. 8 §. 2. in 5. aſſert. nu. 13.*
36 Quæ porrò ſubſtentatio ex iuſtitia debetur,
,, ſicuti debetur operario merces ſecundum iu-
,, ſtitiam. Dignus eſt enim operarius cibo ſuo.
,, *Matth. 10.* loquitur Dominus & Magiſter no-
ſter Ieſus Chriſtus. *& Lucæ* 10, Dignus eſt ope-
rarius

rarius mercede sua. & refert tex. in cap. 1. de sepultur. Et operarijs mercedis exhibitio debetur. vt loquitur tex. in clem. dudum. §. verum. de sepultur. & tex. in extrauag. super cathedram. 2. §. verum. de sepultur. inter extrauag. cōmunes. et in eandem locum Matth. art. 19. & Luce 10. art. 26. Dionys. Carthus. quia videlicet (inquiens) sine corporeo
„ alimento vita ista stare non potest, & per conse-
„ quens non prædicatio exhiberi. hæc ille. & est sententia Doctorum omnium. Petri de Soto d. lect. 7. in 2. fundamento. Dominici à Soto d. q. 6 ar. 1. Syluester. verbo. simonia. q. 8. principali. & q. 9. vers. 3. pro celebratione Missæ. Henriq. in sum. lib. 9. de Missæ sacrificio cap. 22. §. 1. Binsfeld. lib. q. 1. in d. cap. ad Apostolicam. concl. 3. vbi pro, & contra argumenta refert. & in cap. audiuimus. 41. q. 1. conclus. 4. de simonia. Aegid. Conin. de Sacram. q. 83. art. 1. dub. 11. num. 197. Less. de Iustit. & iur. lib. 2. cap. 35. dub. 8. nu. 47. Rodriq. in sum. par. 1. cap. 25. conclus. 4. Guttierez. canon. q. lib. 1. cap. 29. nu. 3. & seq. Ludouicus à Beia respons. cas. conscient. par. 1. casu. 11. princ. Graff. decis. aur. lib. 2. cap. 96. nu. 32. & seq. Frater Paul. Fraxinellus. de Sacerdotum obligationib. sect. 3. prænot. 1. nu. 2. & 3. §. 1. Barbosa de offic. & potestate Episcopi par. 2. allegat. 24. nu. 2. plenè Pater Fagund. de quinq. præcept. Eccles. præ. 1. lib. 4. cap. 8. d nu. 2. nouissimè D. Francis. Ripa. de Simon. par. 1. art. 2. d num. 11. cum seq. ad 19. Bonacin. de Sacram. Eucharist. disput. 4. q. vlt. punct. 8. nu. 1. et 2. Pater Gordon. d. q. 7. cap. 5. in 2. q. num. 14. Layman. d. cap. 8. §. 2. nu. 13.

37 Videtur enim, quasi locare operas suas Sacerdos ad sacra facienda. secundum glos. verbo. ita quòd circa fin. in d. cap. significatum. 11. de præbend. sequitur Gennens. in praxi. cap. 56. de Cappellano infirmo. nu. 2. Horatius Vescontus in conclus. iuris. verbo. Sacerdos. fol. 252.

38 Et porrò nō primariò, ac per se, ad id quod
„ spirituale est (ad sacrificandum scilicet) quod
„ simoniacum esset, sed per accidens, ac secun-
„ dariò, propter adiunctum vinculum. Quam-
„ uis enim non liceat Sacerdoti locare operas
„ suas ad celebrandum Missam (quia hoc esset
39 locare spirituale, quia missa secundum suum
„ principale, spiritualis est) licet tamen eidem
„ locare libertatem suam, contrà quam debet
„ toties occupatum se tenere, & impeditum ab
„ operibus alijs: vt loquitur perbellè satis acutissimus Caietan. tâmd. q. 100. art. 2. quàm in sum. verbo. simonia. in 5. reg. vers. primum est. Præsertim cum Sacerdos operas suas locat ad officiandum in aliqua Ecclesia per annum, vel per menses, toties celebraturus in hebdomada. Tot enim concurrunt temporalia in istiusmo-
„ di, annuis, mestruis, & Hebdomadarijs obli-
„ gationibus, vt intelligantur, nō spirituales res
„ aliquæ; sed temporalia quædam locari, & conduci. secundum verba Caiet. eodem loco vbi supra, & est sententia omnium. Abb. num. 8. Butrij. nu. 13. d. cap. significatum. Hostien. in sum. de simonia. nu. 4. qualiter committatur. col. 2. circa med. vers. et sunt hæc in argumentum. Syluest. d. q. 8. et q. 9. Armilla eod. §. 2. nu. 5. et 6. regula. Ripa in l. nemo potest. num. 125. et 126. ff. de legat. 1. Sot. d. lect. 7. in secundo fundamento, et vers. secundum, iam sententio suscipientium. Dominici Soto d. q. 6. art. 1. Tolet. lib. 5. cap. 88. num. 2. vers. dico 3. et vers. dico 4. Anton. Fernandez in examine Theologiæ moralis d. par. 3. d. cap. 14. §. 1. num. 18. et 19. Graff. d. cap. 96. nu. 33. 34. et 35. Cœned. q. 17. num. 1. et 2. et seq. Fraxinell. d. sect. 3. prenot. 1. §. 3. et §. 5. nu. 5. et aliorum, quos præfati referunt DD. Binsfeld. d. cap. suam nobis. 29. q. 2. conclus. 2. et cap. audiuimus. 41. q. 1. conclus. 2. in fin. et d. cap. ad Apostolicam. 42. q. 1. conclus. 4. et 6. de Simon. Homobon. in exam. Eccles. tom. 1. tract. 4. cap. 13. q. 116. Fagund. vbi supra. Ripa d. art. 2. d. num. 11. et 13. et seq. Bonacin. de simon. disput. 1. q. 4. punct. 2. et 3. vbi plenè. Gordon. d. q. 8. cap. 11. nu. 33. Layman. d. §. 2. num. 13. 14. et 15. Sanchez in opuscul. moralib. consiliorum. lib. 2. cap. 3. dub. 10. et 11. tom. 1.

40 Et hoc sanè pacto exauditur allata doctrina Glos. in d. cap. significatum; & si eam acriter, sed non iure quinimò iniuriâ, carpat May-
„ nard. decis. 1. Tolos. lib. 1. Nimirum quòd obli-
„ get se Sacerdos alteri ad dicendum sacrum,
„ cum respectu quidem ad eleemosynam, non
„ tamquam ad conditionem, sine qua non se
„ obligaret, cùm verè constet, eum gratis dare, quæ gratis accepit, vt verbis loquar Paris. Aegid. de Conin. d. q. 83. art. 1. dub. 11. nu. 197. vers. patet ex communi in fin. Et latè etiam Sot. de iust. d. q. 6. art. 1. col. 4. & seq. Petrus Sot. d. lect. 7. d. vers. secundum, intentio &c. Armilla d. verbo simonia. §. 19. Nauar. man. cap. 23. num. 101. & 103. Henriq. d. lib. 9. cap. 22. §. probatur. Rodriquez d. conclus. 44. Fraxinell. d. sect. 3. prænot. 1. §. 6.

41 Neque enim improbanda receepta hæc to-
„ tius Ecclesiæ consuetudo est, vt pro substen-
„ tatione, consueta, atque taxata eleemosyna recipiatur. Eique proinde contradicere temerarium esset, vt inquit Binsfeld. d. cap. suam nobis. q. 2. conclus. 3. Ripa d. l. nemo potest. nu. 125. in fin. de legat. 1. Henriq. d. cap. 22. §. 2. in glos. littera I, in fin. Fagundez. d. cap. 8. nu. 2. in 2. ratione. Layma. d. cap. 8. §. 2. sub num. 16. circa fin. ex Trident. sess.
„ 24. cap. 14. de reform. ibi: illis tantum consuetudi-
„ nibus, quas vt laudabiles (Episcopi) probauerint exceptis Sanchez. d. cap. 2. dub. 11.

42 Cùm nemo possit spiritualia decenter administrare, nisi substentetur secundum suum statum. est doctrina Innoc. in cap. 3. num. 3. Ne prælati vices suas. Abb. d. cap. suam nobis. num. 12. & Binsfeld. d. q. 2. conclus. 2. & Abb. in d. cap. significatum. nu. 8. & Butr. nu. 12. idem Binsfeld. d. cap. ad Apostolicam. q. 1. conclus. 4. & 6. Less. d. d. 8. n. 47. Ludouic. à Beia. respons. cas. conscient. par. 1. cas. 12. in princ. Anton. Fernandez in examine Theologiæ
43 moralis. par. 3. cap. 5. §. 9. num. 1. Et petens hoc nomine congruentem eleemosynam, illam nō vt pretium vtique petit, & exigit rei spiritualis, sed vt adminiculum ex natura rei necessarium, ad spiritualium administrationem. secundum Lessium d. num. 47. & alios paulò ante relatos plenè Layman. d. cap. 8. & vlt. §. 4. num. 41. & 42. per tot.

Quem-

44 Quemadmodum autem post obligationem
initam cum Ecclesiæ ministris de congrua
eleemosina, & substentatione ad sacra cele-
branda mysteria,& officia recitanda; ex iusti-
tia eleemosynam ipsam soluere tenetur, qui
ita conuenit, vt per vtrunquè Iudicem, Lay-
cum scilicet,& Ecclesiasticum, multòque ma-
gis per Ecclesiasticum per censuras, compelli
possit ad standum pactis. *ad tex.in d.cap.signi-*
ficatum. 11. de preben. quatenus habet; teneri
Sacerdotem stare pactis de sacris faciendis
quotidie, vt ex vtraque parte vim obtineat.
ad regul. non licet actori. 32. de regul. iur.in 6.& facit Tex.Sacri Trid.Conc.sess.25.cap.4. de refor-mat.Henriq. cap.21.§.4. & cap. 22. §.2. in princ. lib.9.Less.d.dub.8.num.47. Cœned. d.q.26. num.2. & 3.Binsfeld.d.cap. suam nobis. q.2. conclus 3.& 4.Homobonus. d.cap.13.q.116. Gutierez.Fagun-dez, & Ripa locis citatis.Bonacin. de Sacram.Eu-charist. d.q.vltima.punct.8. num.2. Layman.d.§.2. cap.8.num.13.circa fin.Sanchez d.dub.11.num.12.
45 Ita planè contra Iustitiam faciet Sacerdos,
qui accepta stipe, siuè congruenti eleemosy-
na,& substentatione, à celebrando defecerit.
Vt præterquàm, quòd mortali se macula infi-
ciet; teneatur nihilominus ad damnum resar-
ciendum, vel per se, vel per alium Sacerdo-
tem celebrando; vel acceptas restituendo pe-
cunias pro substentatione, ei, à quo illas ac-
cepit. Quia contra pactum iustitiæ fraudat
alium re debita magni valoris, & fructu inte-
46 gro Missæ. Quinimo ipsam Missarum satisfa-
ctionem notabiliter differre post acceptam
stipem, peccatum est. *Syluest. Missa 1.q.10.in fin.Nauar.man.cap.13.num.110.& cap.25.nu.92. Henriq. d.cap.22.§.2.in tex. & in glos. Didacus Spino. in speculo testament. glos.3. princ. de Cap-pellan. num.6. Ioan. Baptista Corrad. respons. cas. conscien.par.2.casu 278. Anton. Fernandez d.§.9. num.4.Gallett.in Margarita casuum. verbo Missa. §.10. Missas celebrare.& Naldus, qui Gallettum ipsum transcripsit in sua summa.verbo. Missa. num. 12. Pater Fraxinellus de Sacerdot. obligat. sect.3. prænot:1.§.1. num.2. & §.2. Barbos. d.allegat.24. num.6. Fagund. d.lib.4. cap.10. num.1. & seq. Bo-nac. d.q. vltima.punct.7.§.5. num.1. & 2. et §.2. num.6. Pater Ledesma. in sum. tom.1. cap.18. con-clus.17. sequitur nouissimus Pater Antonius Dia-na tract.de celebrat.Missar.resolut.25.fol.33.Por-retta in addit. ad Beatum Albertum magnum in compendio Theologicæ veritatis lib. 7. cap.4. Lay-man.d.§.2.num.14.et 15.*
47 At quì verò legatarius relictum sibi accep
rans legatum, onus quoquè eidem annexum,
& agnoscere, & subire tenetur, *l.cum ab vno. 55.in princ ff de legat.2.l.qui tutelam.28 ff.de te-stament.tutela l.Imperator.72.vers.enimuerò. eod. de legat.2.cap.officij.4.de testament.Crauetta.cons. 174.num.9.Surd. de aliment. tit.5.q.1. num.24. et tit.7 q.10. num.16.et cons.143. num. 10.lib.1.et cons.295.num. 3.lib.2. Marta de success. legali par.*
48 *4.q.19.art.2.num.1.et seq.*Et parendum est præ-
cepto testatoris, etiam si legati emolumentum
ab iniuncto superaretur onere, cùm sibi impu-
tare debeat legatarius, qui legatum accepta-
uit; præsertim si sub conditione, non sub mo-
do legatum scriptum fuisset. *Paul. de Castro in l. si cum dotem. § si pater. ff.solut. matrim.et cons. 193.in 3.dub.vol.2.Aymon.d.cons.174.nu.9. Gra-tian.forens.par.4.d.cap.758.num.31. et 32. Marta d.art.2. num.8.*
49 Nempè, quòd per acceptationem confir-
masse testatoris iudicium legatarius videatur,
vt contraire ei, iurè minimè possit. *secundum Bar. in l.post legatum.5.num.1. ff.de his quib. vt in dignis.sequitur Rota apud SS.Gregor. XV. decis.*
50 *271.num.18.Surd.d.cons.292.num.4.* Neq; aliàs
legatum agnoscere absque iniuncto eidem
onere legatarius possit. *l.4.et 5.de legat.2. An-ton. Faber in C.lib.6.tit.42. de fideicommissis.defi-nit.44.Marta d.art.2.nu.2. et 3.*

Legatum itaque cum agnouerint. 36. an-
nuorum. Reuerendi de Capitulo; onus quo-
que eos agnouisse consequens est.

Quare non factis sacris misterijs pro anima
testatoris, vt legatum ipsum præsefert onus, &
emolumentum eos consequi haud debere;
peccatique se macula deturpasse,& ad restitu-
tionem teneri perceptorum, quòd contra iu-
stitiam eam retineant, iustitiæ ipsamet ratio
suadet.vt diximus,& probat non obscurè *tex. in l.quidam prædia Reipublicæ. 17. ff. de vsufru-*
51 *ctu legato.* Reliquerat enim, ibi, quidam præ-
dia Reipublica, vt ex reditib. quotannis ludi
fierent. Respublica per quadriennium ludos
„ non edidit. Quæro (inquit ibi Sabinus) an re-
„ ditus, quos quadriennio Respublica percepit
„ restituere debeat? Respondit. Et inuitis hære-
„ dibus, possessione apprehensa, perceptos fru-
„ ctus restituendos esse; & non erogatum, se-
„ cundum defuncti voluntatem, in alia, quæ de-
bentur, compensari.*et facit tex.in antecedenti l. legatum Ciuitati. 16. eodem. tit. quatenus habet.*
52 Relictum Ciuitati ad opus illicitum, nõ ideo
legatarij luro legatum cedere, sed in aliud lici-
tum opus conuerti debere, defuncti conser-
53 uandæ memoriæ ergò. *Vbi Bar. num. 3. inquit,*
„ *quod si testator reliquit centum pro Missis cele-*
„ *brandis, siue canendis, quæ Missæ non possint can-*
„ *tari propter interdictum, illud relictum debet con-uerti in alium vsum.* Non itaque cædit illud lu-
cro legatarij. *et sequitur Bertacchin. in repertor. verbo.legatum ad pias causas.num.20. vers. et fir-mat.idemmet Bar.in l.1.num.9. ff. de condit. instit. Caluaccan.decis.16. par.4. num.13. Illustrissimus Mantica d.decis.262.num.2.3.et 4. Bonac.d.q.vlt. punct.7.§.2.num.6.*
54 Quoniam iniustitia est, alienum contra vo-
luntatem Domini retinere. Ratione vero rei,
quam quis iniustè detinet, tenetur ad restitu-
tionem ei, cuius contra voluntatem illam de-
tinet.*S.Thom.2.2. q.62. art.6. in respon. Binsfeld. in Enchirid. Theolog. Pastor. par.3. de decem præ-cept.cap.15.§.1.*
55 Nec potest iustè retineri, quod ob causam
acceptum est, causa ipsa non secuta. *tex.in l.1.*

et l.si

et l. si Haret. 11. ff. de condit. causa data, causa
56 *non secuta. Brunor. à fole. q. 40. num. 16.* Quia cau-
,, sa donandi non secuta, repetitio competit, vt
Imperator loquitur *in l. cùm ancillam. 6. in fin.*
C. de condit. ob causam.
,, Datamquè pecuniam, si per eos, qui acce-
,, perant, quominus susceptam fidem impleant,
,, stetisse probetur, restituendam esse conuenit,
,, *vt tex. inquit in l. fin. C. de condi. ob causam.* Quid-
,, quid enim ob causam datum est, causa non se-
,, cuta, restitui competens, Iudex curæ habebit.
,, *Sunt verba tex. in l. similitem. 5. C. eod.*
57 Necesse est ergo iniustè habita restituere.
,, Nec sufficit huiusmodi dæmonium agendo
,, pœnitentiam, in sola oratione, & ieiunio deij-
cere, *vt inquit Hostien. in cap. dudum. el. 2. de ele-*
et sequitur Castador. decis. 1. nu. 1. in fin. de præben.
58 In præiudicium potissimùm iurium alteri
quæsitorum, vt Reuerendæ Fabricæ Tribunal
est, cui iam ius quæsitum est ad dicta annua 36.
pro tempore, quo sacra, ad mentem Testato-
ris, facta non fuere. Vt aperta sunt verba De-
clarationum Sacræ Congregationis. *d. §. 3.* quę
hic subnectere non grauabor.
,, *Quando verò bona, seù annui reditus, & introi-*
,, *tus à Monasterijs, Capitulis, Cappellanis, seù aliis*
,, *legatarijs percepti, & exacti sunt, ac percipiuntur,*
,, *et exiguntur pro dicta celebratione Missarum, et*
,, *Diuinorum officiorum, in perpetuum, aut ad tem-*
,, *pus, vt supra. Et Missa huiusmodi, aut Diuina offi-*
,, *cia in toto, vel in parte ab ipsis legatariis celebrata*
,, *non fuerunt, vel celebrari desierunt, aut etiam mi-*
,, *nimè celebrantur, propter piorum legatariorum*
,, *negligentiam, siuè impotentiam. Nempè, quòd ma-*
,, *ior sit numerus Missarum, quàm Sacerdotum; hu-*
,, *iusmodi relictum pro rata Missarum, et diuinorum*
,, *officiorum, sic per negligentiam, seù impotentiam*
,, *Missarum, ad Fabricam ipsam deuoluta esse decla-*
,, *ramus.* hæc Sacra Congregatio.
Nequè effugium aliquod confert dictis de
capitulo, Decretum Reuerendissimi Episcopi:
vt pro qualibet Missa granos quindecim pro
cōsueta eleemosina exigant Sacerdotes; quòd
si illis non satisfecerint, quinque granos tan-
tum restituant. Præter quàm quòd enim
Decretum hoc Reuerendo non officit Tribu-
nali, quod pro se apertam legem ex suis priui-
59 legijs, & supra allata declaratione habet. Quo
fit vt tolli haud minimè possit lex superioris
per inferiorem. *secundum tex. in clem. ne Romani*
,, *2. in princ. de elect.* Nec possit Iudicio inferior
,, potiorem ligare. Et sole clarius patet; non
,, posse quemquam, qui minoris authoritatis
,, est, eum, qui maioris potestatis est iudicijs
,, suis addicere, aut proprijs difinitionibus sub-
iugare, vt Nicolaus Papa scribit Constantino-
politano Episcopo, *in can. inferior. 4. dist. 21. &*
est tex. in l. fin. C. de legibus.
60 Est nihilominus decretum hoc ridiculum.
(pace dixerim tanti viri) & quòd iniquitatem
foueat, ac quòd contra leges sit, & Sacros Ca-
nones, vt nullo proinde pacto subsistere va-
leat, *ex tex. in cap. 1. & in cap. inter cæteras. 9. vbi*
plenè Abb. de sent. & re iudic. arg. tex. in l. 4. §. con-
demnatum. cum l. seq. ff. de re iudicata. plenè Affli-
ctus referens. decis. 28. num. 7.
Quid verò tàm iniustum, atq; iniquum ex-
cogitari vnquam potest, quàm quòd Sacerdos
pro sacris non factis contra dantis volunta-
tem, retineat sibi granos decem, quinque ve-
rò tantùm restituat, cùm quindecim accepe-
rit?
61 Ast hoc, furtum esse constat. Furtum est
enim, quicquid contra voluntatem Domini
accipitur, *l. 1. ff. de furt. tex. in l. si quis seruo. 20. §.*
nobis itaque de furtis. Glos. in cap. dudum. 54. el 2.
verbo. furtum. extrà de elect. S. Thom. 1. 2. q. 94. ar.
5. ad secundum Castador. decis. 6. num. 1. de præben.
Card. Tusc. tom. 4. littera F. conclus. 552. num. 9.
& 14.
62 Et, veluti accipere alienum, mortale est, ita
quoquè & illud retinere inuito Domino. *Ar-*
milla verbo restitutio in princ.
63 Restituere autem, quod iniustè acceptum
est; de necessitate salutis est: quia conseruare
iustitiam est de necessitate salutis, *vt ait Sanct.*
Thom. 2. 2. q. 62. art. 2. Binsfeld. d. cap. 15. §. 1. per
tot.
64 Vnde si res aliena, propter quam peccatum
est, (*Sanctus inquit Pater August. in Epist. ad*
,, *Macedonium, relatus à Gratiano cap. 1. 14.*
,, *q. 6.*) reddi possit, & non reditur, pœnitentia
,, non agitur, sed simulatur. Si autem veraciter
,, agitur: non remittitur peccatum, nisi restitua-
,, tur oblatum, *sequitur regula peccatum. 4. de reg.*
iur. lib. 6.
65 Lex verò, vel statutum ratione carens, non
,, ligat. Veh autem his est, qui condunt leges ini-
,, quas. *Isai. 10.* Nec est lex, quæ iusta non est.
Erit autem lex honesta, iusta possibilis, *secun-*
dum Isidor. relatum in can. erit autem lex 4. dist.
66 Lex verò iniusta mortale peccatum est.
Neque meretur lex, vel statutum appellari,
sed corruptio leggis: neq; subditos obligat ad
illius obseruantiam, *secundum S. Thom. 1. 2. q. 96.*
art. 4. Caiet. in sum. verbo. lex iniusta. Armill. ver-
bo lex. §. 1. & 3. Syluester verbo lex. q. 5. & 6.
67 Quippè quòd fieri non dicitur, quod cum
peccato fit. *tex. in can. faciat homo. 22. q. 2. An-*
dreas de Iser. in rub. quæ sint regalia. in vsib. feud.
68 *num. 5. paulò post principium. Nam quæ facta læ-*
,, *dunt pietatem, existimationem, ac verecundiam*
,, *nostram, & (vt generaliter dixerim) quæ contra*
,, *bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum*
est. Papinian. inquit in l. filius. 15. ff. de condit. in-
stit.
Explodendum ergo ab decretorum albo
decretum hoc erit; cùm per illud satius sit de-
linquere, quàm iustitiam seruare. Quòd pro-
fectò concedat Sacerdoti, vt non factis sacris
mysterijs, possit retinere sibi granos decem, ex
quindecim acceptis pro congruenti stipe ad
sacrificandum. Tribuit itaque incentiuum de-
linquendi, vt puta retinendi rem alterius con-
tra commutatiuæ Iustitiæ dictamen, quę in cō-
pensatione consistit, & æqualitate rei ad rem,

& quod restituatur tantum, quantum quis ha-
buit de alieno. *secundum S.Thom.d.q.62.art.1.3.*
70 *&* 4. Quod sanè abominabile est. Statera
,, enim dolosa, abominatio est apud Dominum,
& pondus æquum voluntas eius, Vt Spiritus
loquitur Sanctus *apud sapientiam prouerbior.11.*
num.1.

Nec proficit item Reuer. hisce de Capitulo
excogitatum aliud diffugium ex Decreto Sa-
crosanctæ Tridentinæ *Synodi. sess.25.cap.4. de*
71 *reformat.* Quòd potuerit Episcopus exceden-
tem Missarum numerũ reducere, ac refrenare.

Præterquàm, quòd enim, in synodo Diœce-
sana Sacrum Concilium tribuit facultatem
Episcopis, re diligenter perspecta, ne depereāt
piæ testantium voluntates, neq; eorum con-
scientias, ad quod prædicta spectant, onerandi
occasio detur, Missarum numerum reducen-
di, *& sequitur alijs relatis Bonac d.q vlt.punct.7.*
§.2 nu 9. & nouissime Barbos.tract. de iure Eccle-
siast.lib.3.cap.27.nu.62.& 63.& 64.

72 Non est tamen, quòd succurri ex hoc prædi-
ctis de Capitulo possit, quin restituere debeāt,
quæ acceperunt iuxtà reductionem factam, si
nec ita oneri satisfecerint Missarum. *ad tex in*
d.l.vnica.§.pro secundo.C.de caduc.tollend sequi-
tur Ferrett.d.cons.a 89.nu.6.circa fin.vers nam non
conuenit iuri, & æquitati.

73 Quoniam, qui ex bonis Testatoris, eo inui-
to, cuius interest, quicquam obtinet, restitue-
re tenetur, cùm illud contra expressam Testa-
toris sententiam habeat, quæ seruari debet, vt
eruditè differit *Federic.de senis.q.131. casus talis*
est quidam Testamento.num.6.

Restituent igitur Reuer. de Capitulo quos
accepere 36. annuos, pro annis, quibus sacris
operati non fuere ad Testatoris præscriptum,
,, ne si detinuerint iniustè, reos se redant æter-
,, no Iudici, qui absque acceptione iudicat per-
,, sonarum. *1.Petri.1 nu.17. & actor.10 num.35.*
,, Iustum enim, & impium iudicabit Deus, &
,, tempus omnis rei tunc erit: *Ecclesiast.3. nu.17.*
,, Quinimo scrutabitur Ierusalem in lucernis.
,, *Sophon.1.* Horrendum est autem incidere in
manus Dei viuentis, *vt Apostol. inquit ad He-*
breos.10.nu.31.Bonacin.d.q.vltim.punct.7.§.2.nu.
1.circa fin. & punct.8. per tot.præsertim n.4.& 5.

74 Ad secundum verò dubium, dico. Definitũ
esse ex sacris canonibus; Quartam Canonicā
dupliciter nũcupari, vnam scilicet Parrochia-
lem; Episcopalem verò alteram.

75 Et Parrochialem, deberi Parrochiali Eccle-
siæ, in qua cælesti pabulo refici, Sacramentaq;
alia recipere consueuerat defunctus, dũm in
humanis agebat; ab illa sanè Ecclesia, in qua
(propria Parrochiali relicta) sepeliri eligit, ex
omnibus ab eo eidem legatis. *tex.in c.1.& 2.et*
c.cum super.8.& c.certificari. 9. c.in nostra. 10 de
76 *sepultur.extra.& c.2.eod. tit.lib 6.* Fac etiā esse,
in Ecclesia exempta sepulturam ipsam elege-
rit, Parochiali dimissa. *clem. dudum. §.verum.de*
sepult.& extrauag.2.super Cathedrā.§.verũ.de se-
pult.inter communes. Cui nullo modo præiudi-

cari voluit, etiam per quæcunq; priuilegia. *Se-*
77 *cũdum Trid.Conc.sess.25.c.13. de reformat.sequitur*
Fuscus.de visitat.lib.1.c.25.n.14.& lib.2.c.2.n.9.
& n.27.Illustriss.Tuscus tom.6.lit.Q.conclus 21.
n.7.& conclus.25.n.3.Ricius in praxi par.3. reso-
78 *lut.336.n.1.& seq.* Quod tamen aliter exaudi-
ri debere per noua priuilegia postmodum re-
gularib. concessa, potissimum à Conuentibus
à quadraginta annis citrà post Concilium ere-
ctis, inquit *Frater Ioannes de la Cruz. in tract.de*
statu Religionis.lib.2.c.9.dub.5.conclus 2.vers. si
obiicias, & sequitur Barbosa de offic. Episc.par.3.
allegat.75.nu.47. in fine; & fuit dictum in Rota in
Licien.funeralium.15.Ianuarii. 1618. coram De-
cano. vt eam refert Ricius d.resolut.336.n.6.& re-
fert cā quoq. Molfes.in sum.tom.2.tr.13.c.9.n.28.

79 Episcopalem verò deberi Episcopo loci ex
omnibus legatis, ecclesijs alijs factis, siuè ter-
tiam, siuè quartam, secundùm diuersas, diuer-
sorum locorum consuetudines. *est tex.in can. de*
his.7.& can.decernimus, 10.q.1. can. constitutum.
62.16.q.1.c.conquerente. 16. de offic. ordin.c.offi-
cii.14.& c.requisisti.15.de testame. extrà d.clem.
dudùm de sepultur.

80 Exceptis tamen ex ijs, quæ in ornamentis,
vel pro ceris, vel pro fabrica, luminaribus,
anniuersarijs, seù alijs ad perpetuum cultũ di-
uinum, Ecclesijs, vel alijs pijs locis relicta fue-
re. *iuxtà tex.in c.de his.fin.de testament.c.ex parte.*
31.de verbor.sign.& latè tradita per Roman.cons.
233.præmissa quæstio.Ioan.Bertacchin.de Episcop.
lib.4.par.4.q.17.n.52.& 53.vol.4.tract.antiq.fol.
51.& 52.Syluest.verbo canonica portio. Armilla
eod.Francisc.Leon. in Thesauro fori Eccles.par.2.c.
14.n.4.cum seq.Capicius.decis.23.Tuscus.d.concl.
21.n.1.& seq.Ioan.Azor.Instit.moral par.2.lib.9.
cap.12.per tot. Tiraquel. de pia causa.priuil. 28.
Rota apud Seraphin.decis.726. quæ est etiam apud
Quarant.in summ.bullar.verbo. Quarta Episcopalis.
fol.mihi.417.Barbos.d.allegat.75.à nu 43.Bernar-
din.Diaz reg.237. Cappella Tholos. vbi Aufrer.q.
213.214.& 215.Molin.de instit.& iur. tom.1.di-
sput.215.Aluar. Valascus.parte 2. consultat.105.
nu.12.13.& 14.Ricius in praxi par 3.resolut.335.
& resolut.338.& 339. & sequitur etiam latè no-
uissimus Iulius Laurius eruditus sanè scriptor.va-
riarum elucubrationum tit.2. cap.17. & diximus
nos etiam supra responsione nostra 2. Molfesius in
sum.tom.2.d.tract.13.cap.9. nu.16. & 17. & seq.
& n.45.& seq.& nu.51.& seq. & enumerat casus
nouissimè Barbos.de Iure Ecclesiast. lib.3. cap.19.
à num.16. cum seq.

81 Verùm in his portionibus non mediocris
currit differentia. Primo, quòd Parochialis
portio soluitur propter Sacramenta, & diuina
officia, quæ Parochialis Presbiter viuenti, atq;
in humanis agenti suo Parochiano exhibuit, vt
ita sit consolationum socius, sicuti fuit passio-
num. *secundum Apostol.2.ad Corinth.1. et ait tex.*
in d.cap.1.de sepultur.et glos.ibid.d.clement. dudũ.
§.verùm.de sepult. Syluest. d.verbo.Canonica por-
tio.q.9. per tot. Armilla ibid. §.14.cum seq.Capic.
d.decis.23.n.6.Francisc.Leon.d.cap.14. n.11.Tusc.
d.con-

d.conclus.20.& 21.Molfes.d.cap.9.nu.25. Barbos. de iure Ecclesiast.lib.3.cap.24.num.1.

Quarta verò Episcopalis soluitur ab ipsis
Ecclesijs legatarijs propter onera Episcopa-
lia, & communionem, quæ inter Episcopum, &
ei subiectas Ecclesias intercedit; & succedit
82 ad istar legitimæ portionis Patri, vel Patrono
debitæ in bonis filij, vel liberti, *arg.tex.in l.1.C.
de bonis libert.auth.licet C.de naturalib. liber. Ho-
stien.in sum. de sepultur. nu. 10. §.an hac canonica
portio.circa med.tex.in d.cap.officij. 14. de testam.
Abb.cons.37.n.2 par.1.Fæderic.de Senis.q.3.in no-
mine Domini.n.2.& q.101.quæstio talis est. Num-
quid Episcopus.Tusc. d.conclus.21.per tot. & con-*
83 *clus.22.* Non tamen debetur ab Ecclesijs exē-
ptis.*tex.in d.clem.dudum.§.verū. & §.vltra por-
tionem.de sepult. Azor.d.lib.9.cap.12. q.5. Erasm.
à Cochier.de Iurisdict.in exemptos par.4.c.6. Bar-
bos.d. allegat.75.n.47.in fin.Leon.d.c.14.n.20.Ric-
cius d.resolut.335. idem Barbos. nouissimè tract.de
iure ecclesiast.lib.3.c.19.nu.4. & seq.*

84 Secūdo, quòd portionem hanc consequitur
Episcopus ab Ecclesijs ipsis, quibus sunt scrip-
ta legata, propter subiectionem, quam debent
suo episcopo. Exigere proinde illam ab hære-
dib. testatoris haud poterit. *Couar.d.cap.officij.
n.1.vers.hæc verò quarta. Petr.de Vbald.de cano-
nica Episcopali.cap.1.n.4.& cap.4.q.4.princ. vol.
11.tract.antiq.Tusc.d.conclus.21.à nu.12. Capic.
d.decis.23.n.3.Cochier.d.c.6.n.2. Riccius d.resol.
335.nu.1.Molfes.d.cap.9.nu.17.Barbos.d.cap.19.
num.4.& 5.*

85 Illa verò, quæ Parochiali debetur, quæ fu-
neralis, aliàs nuncupatur, potest etiam ab hæ-
redibus exigi disponentis, actione ex testamē-
to. *glos.d.clem.dudum.§.verùm.in verbo. largiri de
sepult.Abb.d.cap. de his. 4.n.9.de sepult. Couar.d.
cap.officij.n.6.de test.Capic.d.decis.23.n.3.Fuscus.
de visitat.lib.2.c.2.nu 9.in fin.Cappella Tholos.vbi
Aufrer.q.213.& 214.Francis. Leon.d.c.14.n.11.*
86 *& n.17.* Præsertim verò antequam Ecclesiæ
legatariæ solutio facta fuerit *Aufrer. d. q.214.
Molfes.vbi supra nu.17.& seq.Barbos.d.c.24.n.17.*

87 Vtraquè verò portio, sicuti iure debetur,
ita quoquè absq; onere vllo præstari debet.

88 Parochialis porrò portio, siuè funeralis;
cùm legato ipsi, alijs Ecclesijs facto, insit; quē-
admodū falcidia ipso iure resecat, diminuitq;
legata. *tex.in l.lineam margaritarum.26.ff.ad le-
gem Falcid.* ita & ipsa, legatum hoc diminuet,
minoremquè per extrahendam portionem
funeralem, reddet. *Abb.d.cap.de his.4.n.9.in fin.
de sepult.Francisc.Leon.d.cap.14.num.17.*

89 Episcopalis quoquè, cùm & ipsa ad instar
sit portionis legitimæ, Patri, vel Patrono de-
bitæ, vt paulò ante diximus; cùm Episcopus
90 Pater sit, atq; Patronus spiritualis subiectarū
sibi Ecclesiarum, *vt ex Hostiens. vbi supra. Co-
chier.sequitur.d.q.6.n.2. Federic. d.q.3.nu.2.* ipsa
quoq; sicuti legitima portio, omni detracto
onere debebit. *ad tex.in l. quoniam in prioribus
32.C.de in offic.testam.gloss.d.cap. officij. 14.ver-
bo frauderetur.in fin.de testa. Tuscus concl.22.n.7.*

Frustra itaquè onus adiecit testator legato
quartæ, quam Matrici Ecclesiæ reliquit, quæ
aliàs (vt diximus) liberè, & absq; onere vllo
debebatur per Ecclesias legatarias.

91 Compensabit ergo illud Matrix Ecclesia cū
quarta, quam consequi debebat, potissimùm
quòd apertè quartæ nomine ei relictum fuit,
vt manifestè colligitur. *ex tex.in d.cap.officij.14.
vbi Abb.nu.4.& Couar. nu.6. & alij ab eo relati.
& ibid.Cened.collectan.105.nu.3. Anton.de Butr.
cons.81. Pater Molina de iust. et iur. tom.1.disput.
200.col.7. §.cum de relictis Ecclesiæ. Azor.instit.
moral.par.2.lib.9.cap.13.q.4.in 19.casu. Surd.cons.
7.nu.3.vol.1.Tuscus d.litt.Q. conclus.30 nu.1.se-
quitur Riccius d.par.3.resolut.337.num.18.*

92 Semper enim legatum compensandi animo
cum debito legali, & necessario, factum cen-
setur, *tex.in l.si cum dotem.23.§.si pater. vbi scri-
bentes.ff.soluto matrim. Surd. d cons.7.nu 1.et seq.
nu.11.et seq.et cons.112.nu.42.vol.1.et 358. nu.8.
et nu.20.vol.3. et decis.244.nu.2. Hieronymus de
Monte q.1.nu.1.cum seq.Couar. d.cap.officij.nu.7.
Didacus Spino.in speculo testam.glos.11.princ.n.71.
cum seq. Macerat.variar.lib.1.resolut. vltima casu
58.vers.sed quid sit de iure. Bernardin. Diaz reg.
171. Afflict. decis.44. nu.9. Mantica de coniect.
lib.10.tit.2. Menoch.de præsumpt.lib.4. præsumpt.
109.Mascard tom.1.de probat.conclus.333. nu 5.
Medices de compensat. par.1. q.32 n 3.et 4.tom.1.
oper. Pascalis de virib. patriæ pot.st.par.2. cap.6.
n.39.Bonacina tom.1.de contractib.disput.3. q.17.
punct.8.§.4.nu.1.vers quinto creditum.Molfes.d.
cap.9.nu. 49. Marta de success. legali par.4. q.18.
art.6.nu.1.et 2.et seq et nu.60. et seq. de legitima
loquens filio debita .et de quarta Vxori debita lo-
quens, quòd compensandi animo factum censeatur
cùm debitum sit necessarium.idem tom 1. par. 1. q.
13.art.6.num.45.et seq. et nu.52.*

Licet autem non ipse testator debitor hu-
ius quartæ esset, sed Ecclesiæ legatariæ; ideo
tamen legauit, ne amplius Ecclesiæ, quibus re-
liquerat, tenerentur; vt ipse quasi propriū,
debitum, Ecclesiarum prædictarum nomine,
93 agnouisse videatur. Inspicienda proinde erit
causa ipsa primaria, & originalis quæ testato-
rem ad legandum quartam prædictam mouit.
" *ad tex.in l.Tutor datus.90.ibi. Et non titulus actio-*
" *nis, sed debiti causa respicienda. ff.de fideiussorib.
cum alijs notatis. per Grauett cons.131.nu.15.*

94 Cùm aliàs ex coniecturata Testatoris men-
te, etiam in debitore voluntario, compensatio
inducatur *secundum Afflict.d.dec.44.nu.9.Ay-
mon.d.cons.131.n.14.et seq.ad fin.vsq;et cons.149.
vbi plures enumerat coniecturas, quibus compen-
sandi arguitur animus. Mascard.d. conclus.333 nu.
13.Couar. d.cap.officij.nu.2. in fin.Surd. qui alios
refert.d.cons.112.nu.12 Rota par.4. diuers.collecta
per Farinac.decis.456. Mantica. de coniect. vltim.
volunt.lib.10.tit.2.nu.2. Menoch d.præsumpt.109.
nu.56. vers. cæterum contrariam opinionem.Marta.
d.art.6.nu.3.et seq.et d.par.1. q.13.art.6 nu.50. et
seq.in quibus coniecturas enumerat.*

95 Potissimùm, quòd legatum debitæ quartæ

let Quartæ; cùm expresè quartam reliquerit,
vt euidens inde coniectura eliciatur, compen-
sandi animo Testatorem, fecisse, legatariarum
Ecclesiarum nomine. Vtile enim pro illis ne-
96 gotium gessit, quas pluris, quo ad hoc dilexis-
se videtur, quàm Matricem Ecclesiam. ad tex.
in l. Publius Mæuius. 36. cum §. 1. ff. de condit. &
demonstr. meus Maranta. cons. 132. nu. 3. Crauetta.
d. cons. 149. n. 5. Menoch. lib. 3. præsumpt. 121. n. 12.
Azor. d. lib. 9. c. 13. q. 4. casu 9. Et hanc sententiam
sequitur Mirãd. in man. prælat. tom. 2. q. 48. art. 11.
conclus. 2. Federic. de Senis d. q. 3. vbi latè pro ista
parte Marta. d. q. 13. art. 6. in 4. coniectura. num. 51.

Necessaria itaq; ex causa motus Testator
æstimatur pro Ecclesijs legatarijs, cùm quar-
97 tam Matrici Ecclesiæ legauit. Quod autem
necessitate causatiua quis facit, ex liberalitate
98 fecisse minimè videtur. Nec enim donat, qui
" necessarijs muneribus succurrit, vt Vulpian.
inquit in l. si quis pro vxore. 22. ff. de donat. inter
virum, & vxor. Cancer. lib. 3. variar. cap. 20. de le-
gat. nu. 314. Marta d. art. 6. nu. 4. & seq. plura enu-
merans, quæ necessariam arguant causam, & d. q.
13. par. 1. art. 6. nu. 52. & seq.

99 Sat autem fuit per coniecturas de volunta-
te constare disponentis, vt compensandi ani-
mo fecisse dicatur Surd. decis. 161. nu. 2. Mascard.
d. conclus. 333. nu. 13. Mart. d. art. 6. num. 3. & d. q.
13. art. 6. d. num. 46. cum seq. Cæteroquin si aliter
dixerimus, & legatum debebitur quartæ no-
mine Matrici Ecclesiæ per Testatorem reli-
ctum, & quartam etiam consequeretur Ma-
trix Ecclesia ex legatis, Ecclesijs alijs factis;
quòd non satis menti, ac sensui congruit Te-
100 statoris, qui in dubio elegisse videtur viam,
qua vtrique fieret satis calui. ad tex. in l. adop-
tiuus. 14. in fin. princ. vers. sed in re dubia ff. de ritu
nupt. sequitur Crauett. ad. cons. 149. num. 13. quod
extra hos terminos nostros simpliciter ad-
mittit Barbos. d. cap. 19. in 14. q. n. 28. & d. cap. 24.
nu. 18. vbi authores recenset pro sententiâ nostra.

Nec quemquam mouere debet onus lega-
to iniustum 20. anniuersariorum, quatenus il-
lud ad legandum causam dedisse videatur, vt
in initio dicebamus; vt legatum proindè de-
beatur, & quarta.

Cùm è contrà, causam ad legandum dedisse
magis adstruat leuamen Ecclesiarum legata-
riarum, vt ne ex ijs diminutionem relicta reci-
perent legata per extractionem quartæ. Quod
sanè ostendit, quòd pro quarta legatum scrip-
sit Testator; vt hoc vnum ad legãdum causam
dedisse facili demonstretur negotio.

101 Causa porrò, quæ magis preponderat, dispi-
ciẽda est, vt sensum dignoscamus disponentis.
ad tex. in l. cùm te fũdũ. 6. C. de pactis inter emptor.
& venditor. Anchar. cons. 360. ex serie pacti nu. 4.
102 Nimirum, quòd causa determinat id, prop-
ter quod aliquid fit. ad tex. in l. scio amico. 10. vbi
Bar. in sum. ff. de annuis legat. tex. in l. ictus fustiũ,
22. ff. de his qui notantur infam. Bald. in l. 1. nu. 2.
C. de legat. Surd. cons. 150. nu. 61. lib. 1. Mantica de
coniectur. lib. 6. tit. 14. n. 13. Casanate cõs. 44. n. 37.
103 Illa verò finalis causa dicitur, quæ ita agẽ-
tis intentionem mouit, quòd ipsa cessante om-
nino facturus, non fuisset, vel saltim, non eo
modo, ad tex. in l. damus. 52. & l. in summa. 65. §.
id quoq; ff. de condit. indebiti Aymon. cons. 142. nu.
9. Roland. cons. 44. nu. 15. & 24. lib. 4. Gratian. fo-
rens. par. 3. cap. 498. num. 38. Mantica. de coniectur.
lib. 6. tit. 14. nu. 17. Pater Sanchez in opere morali.
tom. 1. lib. 4. cap. 2. nu. 38. & 42. & lib. 3. de matrim.
disput. 39. nu. 14. et lib. 8. disput. 21. nu. 8. Bartius d.
decis. 79. nu. 42. Compensandi ergò animo le-
gasse Testator videtur; cùm quartã quæ ex le-
gatis, alijs Ecclesijs relictis, extrahẽda erat, cũ
legatum hoc quartæ Matrici Ecclesiæ reliquit.
104 Alioquin frustra quartæ nomine legasse te-
stator videretur. Quod admitti in testamen-
taria dispositione minimè debet, ad tex. in l. si
" quando. 112. in princ. ibi: Alioquin frustrà ei le-
gaturus sit. ff. de legat. 1.

Extrahetur itaquè onus adiectum anniuer-
sariorum, quòd imponi haud minimè potuit,
liberumque legatum quartæ Matrici Eccle-
siæ persoluetur.

Et ita ex his respondendum censui sub cen-
sura &c.

Carolus Maranta V. I. D. Reuerendæ Fabri-
cæ Aduocatus, &c.

Pro Fabricæ Oeconomo quoad primum
caput decretum fuit. in secundo Missarũ onus
extrahi debuisse à legato Quartæ Matrici Ec-
clesiæ relicto, quòd cõpensandi animo testator
fecisset. Et ita executum Per Dominum V. I. D.
Melchionem Reuiglionem Fabricæ Secreta-
riũ me consultore, ac votũ ferente; & appro
batum per Dominum Cõsultorem primarum
causarum lato decreto, cui stetère partes.

SVMMARIVM.

1 *Legatum prò maritandis puellis relictum, illis haud debetur, quæ mortis tempore testatoris, locatæ iam viris reperiuntur.*
secus si post. num. 94.
2 *Puellæ viris desponsæ, si ante quàm matrimonium perficiant, viris ipsis se cognoscendas permittant pessimam rem faciunt.*
3 *Virginitas semel amissa non reuertitur amplius. et num. 45.*
4 *Voluntas hominum adolescentium potissimum mutabilis est, ac cuncta cordis eorum cogitatio ad malum intenta.*
5 *Peccato mortali nihil est infœlicius, nihil fœdius.*
6 *Peccatum est nihil. et ad non esse hominem deducit.*
7 *Senecæ aureum dictum.*
8 *Peccare fœdum est, atque turpissimum.*
9 *Gratia diuina super omnia æstimanda, quæ animæ est pulchritudo, qua sine deformis efficitur.*
10 *Anima sicut carbo ignitus gratia præsente habetur, ea vero deperdita sicut carbo extinctus.*
11 *Gratia lux, & vita animæ dicitur, & fons, & origo virtutum omnium, & quæ nos formosos, & gratiosos facit.*
12 *Gratia diuinæ consortes naturæ efficimur, & in*
sti

filios Dei adoptamur, & hæredes euadimus Regni cœlestis.
13 *Et per eam à peccatis iustificamur.*
14 *Episcopi speculatores sunt, & vigilias custodire debent super gregem suum.*
15 *Episcopi sub anathemate prohibentes ne sponsi, & sponsæ inuicem congressum habeant antequam matrimonium compleant, rectè faciunt. & declarauit Sacra Congregatio. num. 19.*
16 *Id quoque curare debent puellarum parentes, alioquin peccat propter mala, quæ inde sequuntur. n. 17.*
18 *Roberti Marantæ optimum Consilium in hoc.*
20 *Fabbius Maranta Episcopus Caluen. Authoris Patruus decisiones Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ cõciunauit, dũ in illa Cõsultor assideret.*
21 *Oscula, & amplexus inter sponsos de futuro si cum periculo pollutionis inde sequendæ fuerint, inhibentur eis sub reatu mortali; honesti tamen permittuntur num. 24.*
& si in eis delectatio, quæ ex illis oritur intendatur absque tamen pollutionis periculo. nu. 26.
22 *Oscula, amplexus & tactus impudici, præambula sunt ad copulam, & ab illa speciem sortiuntur.*
23 *Copula carnalis nullo modo inter sponsos de futuro cohonestari potest, neque inter virum, & mulierem num. 83.*
25 *Sponsalia initium quoddam, & præambulum sunt ad matrimonium.*
27 *Sponsis, donec matrimonium perficiatur, pœnitentiæ adhuc locus est.*
28 *Sponsus, qui à sponsalibus recedit, cogi potest ad illa confirmanda ne dum moneri, etiam carceris occlusione, potissimum copula secuta, & quomodo id exaudiatur. nu. 42. 43. 44.*
29 *Sponsus mortaliter peccat promissam non implens fidem, accedente potissimum iuramento.*
30 *Promissam fidem non implens perfidiæ peccato se maculat.*
31 *Promissio omnis rei grauis seriò facta, siue Deo, siue homini, post acceptationem præsertim sub mortali obligat.*
32 *Sponsus tenetur sponsalia cõfirmare matrimonio si copula secuta fuerit, ob graue dãnũ puellæ illatũ. & renuens etiã censuris cogi potest. n. 33. et nu. 91. idq; etiã apud Gentiles antiquitus seruabatur. n. 34. nisi iusta subesset causa. num. 35.*
36 *Coactiones difficiles habere solẽt exitus. et n. 81.*
37 *Matrimonia libera esse debent.*
38 *Matrimonia coacta sæpe in vxoricidiũ terminant*
39 *Vel fornicatione fœdantur.*
40 *Coactioni frænus imponi debet, si obdurati sponsi, conspiciantur, ne matrimonium perficiant.*
41 *Coactio debet esse causatiua, non præcisè.*
42 *Tex. in cap. ex litteris. 10. et cap. requisiuit. 17. de sponsalibus conciliantur.*
43 *Iudicis arbitrio remittitur quando cogi, & quando moneri sponsi possint, & debeant vt contrahãt.*
44 *Iuramentum maius vinculum sponsalibus addit.*
45 *Mulier ex defloratione irreparabile damnum consequitur, ac graue.*
46 *Maritata nõ dicitur spõsata dumtaxat, non vxor.*
47 *Ius, quod est in vxore, ad sponsam non trahitur.*
48 *Vxor quando dicatur, & num. 64.*
49 *Vxor quæ dicitur, & quæ solemnitates apud Gentiles seruabantur, & num. 50.*
51 *Vxor ab vtẽdo dicitur, & eodẽ modo maritus n. 65.*
52 *Tex. in can. Genuit 27. q. 2. expenditur. ibid. S. Ioseph cur vir Mariæ dictus fuerit, & quomodo.*
53 *Coniugium legitimam fuit inter S. Ioseph, & Beatissimam Virginem, & est de fide. n. 54. & n. 75.*
55 *S. Ioseph sponsam Mariam habuit, non vxorem, & quomodo exaudiatur.*
56 *Maria Virgo sanctiss. & Beatiss. semper virgo fuit.*
57 *S. Hieronymus Ecclesiæ Sanctæ lumen, & Doctor Elidium hæreticum insectatur.*
58 *Sponsa vti non dicitur sponsus, sed abuti, antequã vxor fiat, si ea vtatur.*
59 *Adulterij accusari non potest concubina, vel sponsa solum autem vxor.*
60 *Virius habet in vxorem non vero in concubinam, vel sponsam.*
61 *Nuptias, qui non contrahant.*
62 *Nuptiæ non in sola commixtione consistunt, sed alia sunt quoque nuptiarum munia.*
63 *Abuti quis re quomodo dicatur; vbi ex sacris etiã litteris probatur.*
66 *Matrimonium consensu, non concubitu perficitur, & constat.*
67 *Consensus autẽ in matrimoniũ legitimus esse debet. alioquin voti impedimentum non obstaret. nu. 68.*
69 *Clericus in subdiaconatus ordine implicitè solemne votum castitatis emittit.*
70 *Monachi, & in sacris Clerici Constituti matrimonium contrahere non possunt, quia legitimum non habent consensum.*
es damnantur in sacra Tridentina synodo. num. 71. & in excommunicationem incidunt. num. 72.
73 *Consensus in matrimonio non debet esse explicitus in copulam, sed implicitus sufficit.*
74 *Pactum explicitum non consumandi matrimonium per copulam contradicit matrimonio.*
76 *Matrimonio potestas traditur corporum ad inuicẽ.*
77 *Matrimonium absq; consensu constare non potest.*
78 *Consensus est de essentia aliorum contractuum.*
79 *Res absque sui essentia non constant.*
80 *Coniugũ annorũ copulatio à mutuo cõsẽsu pẽdet. alioquin procreatio periclitaretur. num. 81.*
82 *Matrimonium Adæ cum Eua eorum mutuo consensu non caruit.*
84 *Matrimoniales actus inter coniuges ad rectũ finẽ ordinati meritorij sunt, quia sunt actus virtutis, & iustitiæ.*
& contrarium asserere est hæreticum. num. 85.
86 *Coniux si alteri absolutè, & absq; causa debitam negat, peccat.*
87 *Sponsalia ante Concilium per copulam, in matrimonium transibant.*
non ita verò post Concilium. num. 89.
90 *Matrimonia clãdestina omnino sublata post Cõciliũ.*
92 *Conciliũ Tridentinum nihil innouauit quoad sponsalia.*
93 *Testamentum morte confirmatur testatoris.*
95 *In odiosis stricta fieri debet acceptio.*
sponsa maritatæ nomine nõ cõprehẽditur, ibid. et n. 98.
96 *Sponsi à spondendo dicti.*
97 *Vxor & maritata ne dũ promissa, sed obligata est.*
99 *Pro dote semper in odiosis, & dubijs respondẽdum.*

ARGVMENTVM.

Relicto pro puellis matrimonio locandis legato: si viuo adhuc testatore sponsalia decernantur, eaquè copula obfirmentur: Verùm post suprema Testatoris funera, matrimonium sequatur; Num ne sic nuptæ puellæ dos relicta solui debeat? Non tàm curiosè, quàm vtiliter differitur. Et nùm cohonestari possit ex sponsalibus inter sponsos copula? quiduequò ad tactus, & oscula?

RESPONSIO VI.

ROgauit Petrus elogium, Montemquè erigendum iussit, atq; ex eo ad certam summam omnibus de familia sua matrimonio locandis puellis, certum quid dotis nomine pendi decreuit. In humanis autem agente adhuc Testatore, Thais, ex Testatoris ipsius familia nubilis puella, cum Francisco sponsalia contrahit, illaq; impatiens moræ, carnali obsignat copula. Decedit interea Testator, supremumq; suum morte claudit Iudicium. Sponsi verò ad Sacro Sanctæ Tridentinæ Synodi præscriptum mattimonium perficiunt. Quarè ad legatum à Testatore dotis nomine scriptum apud Reuerendæ Fabricæ Tribunalis Iudices proclamant. Fit quæstioni locus. Debeatur nec ne legatum. An verò maritata habenda sit mulier hæc, quæ sponsalia, cum Francisco habita, Testatoris ante supremum diem, carnali copula confirmauit?

1 Et sanè difficultatem augere videbatur. Quòd relictum legatum pro maritandis puellis, non debetur illis, quæ mortis tempore Testatotis, maritatæ inueniuntur, vt in proprietate stetur sermonis, quem Testator loqutus fuit. Cùm verè maritanda non sit amplius, viro semel tradita puella. *Bald. in l. fin. num. 11. C. de sent. quæ sine certa quantitate. Bald.* Nouellus *de dote par. 5. num. 12. in fin. vol. 5. tract. sequitur Pater Sanchez de matrimon. tom. 2. lib. 7. disputat. 91. numer. 64. Bonacin. tom. 2. oper. de contract. disp. 3. q. 17. punct. 8. §. 4. num. 7. Mantica de coniectur. vltim. vol. lib. 12. tit. 1. num. 13.* plura nouissimè in simili refert. *Ioan. Baptista Thor. in compendio decis. par. 2. verbo. legatum factum ab aliquo testatore. fol. mihi. 323.*

2 Verùm difficultate nihil ducta; deberi legatum respondendum censui. Nec iniuriâ profectò quòd, & si planè puella hæc viro desponsa, antè Testatoris vltimum diem, pessimam rem gessit, contracta sponsalia copula confirmando carnali, vt reprehensibilis, supra
3 quàm dici, & excogitari potest, euaserit. Et quod Virginitatis perdiderit florem; Quippe *secundum Ouid. Oenonis ad Parid.*

Nulla reparabilis arte
Lapsa pudicitia est; deperit illa semel.

Et non iniucundum illud etiam, quod alter protulit.

Bis duo notaui quæ non possunt reuocari,
Virginitas, tempus, dictum verbumq;, iuuentus.

4 Et quod aleam subiuerit, vt innupta, ac prostituta remaneret. Cùm mutabilis sit filiorum hominum, imberbiumq; præsertim adolescentulorum, voluntas; cunctaq; cogitatio cordis eorum ad malum intenta sit omni tempore. *Genes. 6. Quia iuuenilibus desiderijs occupati, nulla grauitate constringuntur; vt inquit tex. in can. quorundam. post princ. 34. dist.*

Et secundum Senec. oct.

Iuuenilis ardor impetu primo furit,
Languescit idem facile, nec durat diù
In Venere turpi; ceù leuis flammæ vapor.

5 Et quòd deniquè mortali se macula infecerit per peccatũ; quò nihil est infœlicius, nihil fœdius, *secundum illud* Augusti. *relatum in can. paratus. 2. §. nam cui licentia. 23. q. 1. ibi. quoniam nihil est Infelicius fœlicitate peccantium.* Vt pu-
6 ta, cùm peccatum nihil sit, & ad non esse hominem deducat; *vt glos. inquit in can. conuertimini. 34. §. hinc etiam. vers. velut ab eo. de pœnit. dist. 1. exponens illud Eccles. 17. à mortuo perit Confessio, velut ab eo, qui non est & S. August. trac. 1. super Ioan. cap. 1. & sine ipso factum est nihil.* Nihil peccatum intelligit. *Peccatam (inquiens) non per ipsum (Deum scilicet) factum est, quia peccatum nihil est, & nihil fiunt homines cùm peccant. & sequitur secundùm sensum tropologicum Michael de Palatio enarratione 11. in dictum cap. 1. Ioann.* Vnde est aureum illud, quin imò diuinũ pœnè dictum, nec sanè gentile Philosopho, sed Sanctissimo Christiano, dignum, Senecæ, quem refert *glos. in verbo. nemo. in can. meritò. 15. q. 1. Et si scirem (inquientis) Deos ignoscituros, homines autem non scituros, adhuc dedignarer peccare. hæc*
8 *ille.* Ita fœdum, atq; turpissimum est, peccare; & sequitur *Ioan. Neuizan. in sylua nuptial. lib. 1. num. 57.*

9 Atque æterno addixerit igni, gratia spoliata diuina, quæ super omnia æstimanda est. Cùm, quòd animæ sit pulchritudo, qua remota deformis efficitur, *vt loquitur Cardin. Tolet. in Instruct. Sacerdot. lib 8 cap. 1. num. 3. sicut enim refert.* Frater Bernardin *à Busto. par. 2. sermon. 32.*
10 *par. 2. fol. mihi. 840. col. 2. in fin.* Anima *est sicut carbo ignitus (inquiens) cùm habet gratiam. Carbo enim ignitus habet essentiam, splendorem, & calorem, quòd si ponatur, aqua super ipsum Carbonem, statim recedit Calor, & splendor ab ipso, & remanet simplex essentia carbonis tenebrosa, & tunc dicitur Carbo, non viuus, & ignitus: sed mortuus: sic itaquè fit de Anima, quæ cùm est in gratia, habet splen-*

,, *splendorem ipsius gratiæ, & calorem Amoris Di-*
,, *uini. Adueniente autem peccato, recedit totus splẽ-*
,; *dor, & Calor charitatis, & remanet sola essentia*
,, *Animæ tenebrosa, & obscurata, & dicitur Anima*
,, *talis mortua propter defectum, & priuationem ip-*
11 *sius gratiæ. hæc ille:* ob id igitur: Gratia, lux, &
vita dicitur Animæ illuminans mentem ad
benè, & gratuitè operandum secundum legem
Dei. *secundum Augustin. lib. de natura, & gratia*
& *Bernar. ser. de charitate, et gratia Christi*, &
fons, & origo virtutum omnium, & quæ nos
formosos, & gratiosos facit, vt latè prosequi-
tur *Illustrissimus Bellarmin. tom. 4. Illustr. contro-*
uers. lib. 1. de amissione gratiæ. cap. 14. col. 2. litt. D.
et eod. tom. lib. 1. de gratia, et libero arbitrio. cap. 6.
col. 4. et 5. et satis etiam diffusè dictus de Busto.
prædict. serm. 23. in 2. par. Pelbartus in Rosar. Theo-
log. tom. 2. verbo. Gratia. 1. §. 1. in fin.
12 Tùm quòd per gratiam homo Diuinæ con-
sors factus Naturæ 1. *Petri* 1. *num.* 4. adoptatur
,, in filium Dei, cui debetur hæreditas ex ipso
,, iure adoptionis: *secundum illud Roman. 8. si fi-*
,, *lius, et hæres. S. Thom. 1. 2. q. 114. art. 3. in resp.*
13 Et per eam à peccatis iustificamur, atque à
filijs damnationis, & perditionis segregamur.
Card. Bellarm. d. lib. 1. de gratia. cap. 6. col. 5. in 3.
et 6. effectu. Est enim gratia perfectio animæ.
Pelbartus. §. 8. vers. sed quomodo gratia.
Ad occurrendum ergo tanto malo, tantoq;
in expertium, ac simplicium puellarum dam-
no; & vt earum consulant honestati; iutè, nec
sanè iniuria faciunt: Vigilantissimi quiquè spe-
14 culatores, qui vigilantes, & custodientes vigi-
lias noctis super gregem suum. *Lucæ.* 2. *num.* 8.
iuxta illud Profetæ, quin imo Euãgelistæ, *Isaiæ*
21. *num.* 11. *Custos, quid de nocte? Custos quid de*
nocte? vt interpretatur *S. Ambros. tom. 3. in d. c. 2.*
15 *Lucæ.* Sub anathematis interminatione prohi-
bent, ne sponsi, sponsæuè ad inuicem, antèquã
in facie Ecclesiæ matrimonium verè contra-
xerint, congressum habeant; vt ne tentet eos
Sathanas, atque inuicem sese commisceantur.
16 Quòd & parentes ipsi puellarum facere de-
bent; alioquin peccato se inficiunt. *Nauar. cap.*
14. num. 18. vers. 23 peccant. in fin, et cap. 16. num.
12. in fin. Lopez in Instructor. conscent. par. 1. c. 54.
col. fin. §. peccant parentes. Henriq. in sum. lib. 11.
de matrim. cap. 19. §. 4 in fin. Iacob. de Graffijs lib.
2. decis. aurear. cap. 82. num. 3. in fin. sequitur San-
chez de matrim. lib. 9. disput. 46. na. 52.
17 Atque satis certo periculo se exponunt
prostitutas habendi filias, & innuptas, certum-
què sibi, & consanguineis bellum assiscunt.
Vnde postmodum mortes, aliaquè grauia, ac
deploranda satis, superque subsequuntur dam-
18 na. Discant igitur in posterum homines cau-
,, tius negotiari. *Vt nunquam appropinquet sponsas*
,, *filiæ tuæ (vt Pronauus meus Robertus Maranta lo-*
,, *quitur cons. 86. num. 4. in fin) nisi per verba de præ-*
,, *senti sit matrimonium contractum; quia sæpè ex his*
,, *actibus, non subsequente postea matrimonio, causa-*
,, *ri solent infamiæ, et verecundia, et demum arma,*
iræ, et scandala, et occisiones. Hæc ille: Admonet
quoquè *Ioan. Francisc. Leon. in Thesauro par. 2. c.*
19 *9. de sponsalib. et matrimon. num.* 20. Et consulta
Sacra Congregatio Illustrissimorum Domino-
rum S. R. Ecclesiæ Cardinalium Sacri Tridẽt.
Concil. Interpretum per Archiepiscopum
Neapolitanum. Nùm ne sponsi ante contra-
ctum matrimonium prohiberi possent, ne in-
,, uicem accessum haberent. Respondit. *Acces-*
,, *sus viri ad sponsam ante denuntiationes, et matri-*
,, *monium contractum, prohibendus est. aliqua graui*
,, *pæna, propter scandala, quæ in præsenti proponun-*
,, *tur. Decretum enim Concilij nullam his imponit pæ-*
,, *nam, nec prohiberi possunt, quin discedant à pro-*
,, *missis. At si contingeret se per carnis copulam mi-*
,, *scuisse, et aliquo prohibito gradu inter se coniun-*
ctos esse; nec matrimonium contrahendum esset. sed
,, *pæna incestus puniendi.* hæc ille: & eam refert
20 *Reuerendissimus Fabius Maranta Episcopus Cal-*
uens. meus Patruus in suis decisionibus Curiæ Ar-
chiepiscopalis Neapolitanæ dum inibi ante Episco-
patum apud Illustrissimos Archiepiscopos Mariũ
Carafam. & Anibalem de Capua Consultor asside-
ret. decis. 37. quas sua manu exaratas apud me ha-
beo.
Vnde despectui tunc habentur puellæ, quòd
florẽ amiserint, quę charas eas viris faciebat,
vt optimè ad rem nostram. *Catull. in Epithala-*
mio loquitur inquiens.

,, *Vt flos in septis secretus nascitur hortis,*
,, *Ignotus pecori, nullo contusus aratro,*
,, *Quem mulceat aura. firmat sol, educat imber.*
,, *Multi illum pueri, multæ optauere puellæ.*
,, *Idem cum tenui carptus defloruit vngue.*
,, *Nulli illum pueri, nullæ optauere puellæ.*
,, *Sic Virgo dum intacta manet; tùm chara suis; sed*
Cum castum amisit polluto corpore florem,
Nec pueris iucunda manet, nec chara puellis.

21 Et quidem, si oscula, & amplexus inter spõ-
sos de futuro, si impudici illi fuerint, vel cum
periculo pollutionis, inde sequendæ, vel etiam
copulæ, siuè consensus in illam, sunt illis prohi-
biti sub reatu peccati mortalis. Quia sicuti
est illis prohibita copula, matrimonio non
perfecto, ita quoquè, & oscula, & amplexus,
22 & tactus impudici, vti proximiores, & pre-
ambuli ad illam, ex qua etiam speciem sortiũ-
tur. *Caietan. in S. Thom. 2. 2. q. 154 ar. 4. & in sum.*
verbo sponsalitia. in fin. vers. 3 peccatur. Nauar. d.
cap. 14 num. 18. vers. 23. peccant. & cap. 16. na. 12.
Graffijs. d. cap. 82. num. 3. Binsfeld. enchirid. Theo-
log. pastoral. par. 1. de matrim. cap. 19. §. 3. conclus.
7. & infra etiam citandi Doct. Ioan. *de la Cruz in*
director. conscient. par. 1. in 6. præcept. art. 1. num. 4.
conclus. 2. Sanchez d. disput. 46. num. 47. cum seq. ad
fin. Anton. Fernandez in examine Theologiæ mora-
lis par. 4. cap. 17. §. 2. num. 2. Bonacin. tom. 1. de Sa-
cram. matrim, q. 4. punct. 9. num. 6.
23 Multò magis vtique est illis carnalis copu-
la interdicta, quæ nullo modo per sponsalia
cohonestari potest; Cùm neutrius corpus sit
alterius, sed promissum tantum, *vt inquit Caiet.*
sum. d. verbo. sponsalitia, vers. 3. peccat, & citati
paulò ante Doctores.

24 Per-

24. Permiscentur tamen inter sponsos oscula, & amplexus,aliaq; non impudici tactus. Quoniam sicuti matrimonium cohonestat copu-
25 lam, ita sponsalia, quæ matrimonij initium quodam, ac præambulum sunt, cohonestare debent huiusmodi actus; potissimum, quia sic magis amor in ordine ad matrimonium foue-
26 tur. Quamuis itaque sponsi eam delectationem sensitiuam intenderent, quæ ex amplexibus ipsis,& osculis, siuè tactibus, non tamen impudicis,oritur;modo tamen pollutionis periculum, vel consensus in eam, non adesset, mortaliter haud peccabunt,sed venialiter dūtaxat. *Caiet.sum.d.verbo sponsalitia. in fin.& d.q. 154.art.4. & S.Thom.ibid. Nauar. d.cap 16.num. 12.Graffiis d.cap.82.num.3. Lopez in instruct.par. 1.cap.75.col.fin. vers. contra Pedazam. Lessius de iustit.& iur.lib.4.cap.3.dub.8. num.57.58.& 59. Paulus Comitulus respons. moralium. lib.4. q.19. 20.21.& 22.Menoch.de præsumpt. lib.3.præsump. 1.num.16.de la Cruz vbi supra d.nu.4.Sanchez d. disp.46.num.47.48.& 49.& seq.* Et si quidem mortaliter peccare,ex ipsa sola dilectatione, quamuis pollutionis abesset periculum,& cōsensus in eam,dicat.*Ant.Fernandez.d.par 4.c.17. §.2.num.2.* Verum à priori sententia recedendum non est,*ita etiam Henriq.d.lib.11.cap.19. §. 4.in fin. Bonacin. d.q.4. punct.9.nu.6.Homobonus de humanæ vitæ statib.par.2.c.19.n.3.fol.mihi 665.*
27 Minimè tamen ex hoc gentium sequitur, quòd copula confirmauit carnali, sponsalia, maritatam,siuè nuptam dici puellam hanc, vt legato spoliari debeat,per testatorem relicto. Cum interim, nisi matrimonium sequutum fuisset, *iuxtà Tridentinæ Synodi decretum.sess.24. cap.1.de reformat.matrim.* pœnitentiæ locus liber vtriquè mansisset,atq; à sponsalibus resilire potuissent.
28 Et licet planè, ne dum moneri, verùm, & cogi possit; cùm cæteris conclusione, tùm etiam Ecclesiasticis censuris per Ecclesiasticum Iudicem ad sponsalia matrimonio confirmanda, vir, qui matrimonij sub sponsione ad consentiendum copulæ fidentem Virginem pellexit. *tex. sunt.in cap.ex litteris.10.cap.præterea.12.& cap.requisiuit.17.de sponsalib. vbi commentantes.Ricius decis.184.par.2.*
29 Porrò quòd mortaliter peccet spōsus promissam non implens fidem; præsertim si illam Sacramento firmiorem reddiderit. *tex. in d.c. ex litteris.10.quod est 2 de sponsalib Dinus Thom. in 4.dist.27.q.2.art.1.ad secundum.Conar. de sponsalib.par.1.cap.4.num.3.Nauar.man.cap.25. num. 144.Conink dispūt. 22. dub. 1.num.1. Surd. cons. 364. num.8.& 10. vol. 3. Bonacin. infra citand.*
30 Vnde perfidiæ se peccato inficit, promissam fidem dissoluendo. *Caiet.in sum.d.verbo. sponsalia.vers.2.in dissolutione.Beia par.1.casu.18.in fin. vers. quare confessor. Monald. qui de communi testatur par.1.cons.37.num.3.Anastas.Germon. de sacror.immunit.lib.3.cap.21.num.87.& in paratitlis.lib.4.de sponsalibus.col.2.in fin. Ambrosin. decis.34.num.17.par.2. Homobon. de Bonis. in exam. Ecclesiast.tom.3.tract.13.cap.9.q.22.in 2.supposit.in effectu sponsalium fol.mihi 76. Bonacin. de sponsalib.q.1.punct.2.num.1.*
31 Omnisquè promissio rei grauis seriò facta, siuè Deo,siuè homini,præsertim post acceptationem,sub mortali obliget *ad tex. in cap. 1. & 2.vbi Abb.de pactis.Nauar.man.cap.18 num 6 & 7.Lessius de iustit.lib.2.cap.18.dub.8.num.55.Angelica.verbo lex.§.3.vers.si verò materia.Molina. tom.2.de iustit tract.2.disput.271.num 4. per tot. sequitur Sanchez.de matrim.lib.1. disput.27. nu.2. & disput.29.num.4.vers quia Iudex.Pater Aegid. de Coniuk,qui alios refert.de Sacrament.& censur. par.2.disput.22.d.dub.1.num.1.& dub.6. conclus. 5.num.39 Ioan.Guttierez.de matrimon.cap.15. nu. 1.Anton.Fernandez d.cap.17. par.4.§.2. num.3.in fin.Ioan.Brunell de sponsalib.& matrimon.conclus. 16.num 9.vers ego autem. vol.16.tractat. fol.19. Beia d.casu 18.in fin.vers.quare Confessarius. Fraxinella de obligat. Sacerdot. sect.1.in explicatione tit.num.3.Bonacin tom.2.de contract. disp.3.q.12. punct.2.num.8.& 9.*
32 Tenebitur ergo sponsalia matrimonio subsequenti confirmare, destoratione præsertim sequuta, ob graue satis damnum puellæ illatum,cæteris quidem paribus. *ad tex.in cap.1.de adulter.extra.S.Thom.in 4.dist.28.art.2. ad 4.Rota par.1. diuers. decis.497. num.2. Beia d casu 18. Genneus.in praxi.cap.14. de sponso nolente contrahere &c. num.1. Sanchez d.disp.29. num.2. in fin. Anton.Fernandez d.cap.17.par 4.§.2.num.5.Henriq.in sum.lib.11.cap.13.§.4. Ambrosin.decis.34. num.18. par.2.*
33 Quod si reluctarit,iurè nec temerè etiam censuris, & carceris cogetur occlusione. *can. Atho.44.cum glos.& ibi notat.27.q 2. Ioan. Brunell.d.conclus.16.num.9.& 10.Ioan.Baptista.Ferrett.cons.171.in 1.par.lib.1.Conar. plenè de sponsalib.par.1.cap.4.num.2 & 3 & 4. & 5. Genuens. d.cap.14. Henriquez d.cap.13 §.4. Sanchez d. disp. 29.num.4. & seq. Surd. cons.364.num.7.8.& 10. vol.3. Doctor Marta voto 172. num. 1. cum seq. Thomas Triuisan.d.decis.9.num.3.cum seq.lib.1.& decis.20. num.2. vers. iu quaquis cuidam. eod. lib. Monald.d.cons.37.num.3.Rota d.decis 297.par. 1. diuers.& apud Illustrissimum Seraphin decis.112. num.1.et par.4 diuersor.collecta per Farinac.decis. 25. num.6. et apud SS. Gregor.XV. Ludouis.decis. 376.num.5 et seq.apud Illustrissimum Card.Caualer.decis.526 num.1.Ric.dicta decis.184 nu.5.et 6.*
34 Quod & antiquitùs, apud ipsos etiam gentiles receptum erat,*vt ex Gellio.lib.4.noct. Atticar.cap.4.refert Petr. Gregor. Tholosan.vir vndequaque doctissimus syntagmat. iur. vniuer. par.2. lib.7.cap.2. num.3. Ioan. Guttierez de matrimonio cap.15.num.2.Homobon.d q.22.in 2 supposit.& in 1. assert. Beccanus in sum. Theol.scholast. tract. 2. par.3.de Sacramen.in specie.cap.43.q.15.*
35 Nisi fortassis iusta contrad.cendi subesset
36 causa. Cùm coactiones difficiles frequenter exitus habere soleant; & libera matrimonia
37 esse debeant, non coacta. Alioquin non matrimonium, sed concubinatus dicetur. *d.cap.* requi-

requisisti. 17. & cap. Gemmæ. 29. de sponsalibus.
38 *S.Thom. d. dist. 28. art. 2. ad quartum.* Vt de vxo-
ricidio facilis posset, nec vanus subesse timor.
39 *S.Thom. in 4. dist. 27. q. 2. art. 1. ad secundum.* Vel
de fornicatione, siuè magis adulterio timeri,
40 Vt cessandum proinde à coactione sit; potis-
simum verò si obduratus sponsi, vel Sponsæ
animus esset, vt flecti nullo pacto ad contra-
hendum posset. *Ferret. d. cons. 171. num. 6. cum seq.*
41 *vbi.* Coactionem, causatiuam debere esse (in-
quit) vt scilicet de nolente volens fiat, non ve-
rò præcisè, & simpliciter, *vt loquitur Gelasius
Papa Victori Episcopo scribens in can. consuluit.
9. 74. dist.* Ceteroquin liberum matrimonium
(vt perquiritur) haud esset. *faciunt notata per
glos. 1. in sum. 74. dist. Gratian.* Forens. *par. 5. c. 804.
num. 19. et 20. Cardin. Zabar. cons. 109. dico quod
sponsalia num. 3. circa fin. vers. quod autem non sit
cogenda. Rota d. decis. 497. num. 2. et apud Seraphi-
num. d. decis. 1112. num. 5. et 6. et 7. et decis. 1258.
num. 2. et in recentioribus par. 1. tom. 1. decis. 207.
num. 9. et 10. et apud Coccin. d. decis. 437. et apud
Ludouis. d. decis. 376. num. 5. et 7. atq; apud Caua-
ler. decis 468. num. 2. et 3. Genuens. latè d. cap. 14.
num. 5. et 6. in additionibus.* Marius Anton. *uariar.
lib. 1. resolut. 28 num. 13. Surd. d. cons. 364. num. 8. et
seq. & num. 41. Ric. d. decis. 184. num. 6. & dictum
fuis in Abulen. Matrimonij. 28. maij. 1595. coram
Illustrissimo* Blanchetto. *decis. 107. num. 2. post 1.
vol. cons.* Farinae. *& in* Neapolitana *matrimonij.
27. Februarij 1587. coram Cardinali Mantica decis.
1. num. 1. & 2.* Homobonus *d. q. 22. in 2. suppos. §.
sponsalia qualiter dissoluantur.*
42 Et hoc sanè pacto conciliantur, *tex. in d. cap.
ex litteris. 10. et cap. requisiuit. 17.* qui sibi inui-
cem aduersi videntur. Vt primo scilicet loco
moneri; postmodum verò, nulla rationabili ex
43 aduerso allata causa (quod Iudicis arbitrio
remittitur. *Abb. d. cap. requisisti. num. 4. Guttier. d.
cap. 15. num. 2. Rota d. decis. 497. nu. 2. in fin. et apud*
Coccin. *d. decis. 437. num. 2. et apud Ludouis. d. decis.
376. num. 5. et apud* Caualer. *decis. 447. num. 1. et
2. et decis. 526. num. 2.* Homobon. *vbi supra*, etiam
censuris, & carcere, vel alio quouis modo cō-
pelli valeat. *Brunell. d. conclus. 16. num. 10.* Couar.
d. cap. 4. num. 5. Ferrett. *d. cons. 171. num. 6. et 7. et
seq. Sanchez d. disput. 29. num. 4.* ConinK. *d. disput.
22. dub. 2. num. 8. 9. et* 10. Anton. Fernandez *par. 4.
cap. 17. §. 1. num. 10. et 11.* Henriq. *d. cap. 13. nu. 4.
et sequitur ex* Basilio *Pontio de matrim. lib. 12. c. 6.
num. 2. Pater* Diana *tomo 3. tract. 4. resol. 206. Bec-
canus. d. q. 15.*
44 Præsertim verò si iusiurandum intercessis-
set, ob maius vinculum atque ob Iuramenti
ipsius religionem, & reuerentiam, *Abb. d. cap. ex
litteris. 10. num. 3. Sanchez d. disput. 29. num. 5. Tri-
uisan. d. decis. 9. num. 12.* ConinK *d. disput. 22. dub.
2. num. 9.* Ambrosin. *d. decis. 34. num. 39. et seq. Surd.
d. cons. 364. num. 7. et num. 9. Gratian. d. cap. 804.
num. 19. et apud* Caualer. *decis. 468. num. 2. et in d.
Abulen. num. 3.*
45 Vel carnalis etiam copula sequuta; ob dā-
num notabile atque irreparabile mulieri ex
" defloratione illatum, *ad tex. in cap. 1. de adulte.
" ibi. Et habebit vxorem. Petr. Gregor. syntagmat. iur.
" par. 2. lib. 8. cap. 2. num. 8. Beia. d. casu 18. in fin. Ge-
nuens. d. cap. 14. num. 1.* Anton. *Fernandez d. cap. 17.
§. 2. num. 5. Marta. d. voto 172. num. 3. Rota apud
Ludouis. d. decis. 376. num. 7. et diximus supra.*
Non itaquè maritata dici potuit hæc puel-
la per sponsalia copula confirmata antequam
in facie Ecclesiæ matrimonium contractum
fuerit.
46 Profectò, quòd maritata non dicitur, quæ
viro desponsa est tantùm, non vxor. *tex. in l.
vxores. 9. et l. solet. 10. ff. de his qui notantur infa-
mia.*
47 Vt proinde ius, quod in vxore est, ad spon-
sam minimè trahatur, *vt inquit glos. in d. l. solet.
verbo nocet. plenè Tiraquell. in legibus connubial.
Gloss. 2. sequitur* Tusc. *tom. 8. littera* V. *concl. 386.*
48 Planè quia, vxor post nuptialem benedi-
ctionem, & sollemnitatem, quamuis carnis
copula sequuta minimè sit. dicitur, antè verò
sponsa appellatur. *ad tex. in cap. ex publico 7. de
conuers. coniugator. l. non fine. 5. C. de bonis quæ li-
beris.* Couar. *post alios, quos allegat. de sponsalib.
par. 1. cap. 1. num. 40. Sanchez de matrim. lib. 1. disp.
1. num. 4. Tuscus. tom. 5. littera M. conclus. 275. nu.
10. et tom. ultimo d. littera V. conclus. 385. num. 1.
Barbos. alios referens de appellat. verb. signif. ap-
pell. 279. num. 1.*
49 Verèq; vxor ea nuncupetur, quæ iam mari-
ti domus postes inunxit, ad eius traducta do-
mum. Solebant quippè puellæ viris locatæ, la-
neis victis, & oleo (*vt Seruius inquit 4. Aeneid.*)
siuè lupino adipe (*secundum Plinium*) postes in-
ungere domus viri, vt inde malum omne ab
scederet, faustæq; viuerent ad virorum tradu-
ctæ domos, *ad tex. in l. 2. § si sponsa, ibi: in do-
" mum quasi vxor deducta sit, licet nondum vxor sit
et ibi* Francis. Ripa *num. 11. ff. de priuileg. creditor.
tex. in l. quæsitum. 9. §. et semper. ff. de sponsalib. tex.
in l. cum in te. 6. in fin.* C. *de donat. ante nupt. tex.
in cap. tertio loco. 13. in princ. ubi* [illegible] *num. 5. de
præsumpt. Abb cons. 1. par. 1. num.* [illegible] *uers. et uulga-
riter. Brunell. de sponsalib. conclus. 1. num. 23. Petr.
Gregor. Tholos. syntagmat. par. 3. lib. 4. cap. 13. nu.
7. et 8. Lexicon Iuridicum* [illegible] *uxor. 1.*
50 Et qua vir ipse ad sui libitum vti potest, ac-
cepta potestate in corpus eius per matrimo-
51 nium. Cùm ab vtendo vxor nuncupetur. *se-
cundum Saliect. d. l. cum in te. 6 num. 6. C. de donat.
ante nupt. tex. in can. si quis desponsat. 34. ubi glos.
27. q. 2.* Ripa *d. l. 2. §. si sponsa num. 11. & per* Petr.
*Gregor. d. cap. 13. num. 7. et 8. argumento tex. satis
notabilis ad rem hanc in can. genuit. 36. d. 27. q. 2.
52 ubi super illud* Matth. 1. Genuit Ioseph virum
" Mariæ. *Ex Hieronymo in commentar.* inquit:
" Cùm virum audis, tibi nō subeat suspitio nup-
" tiarum (idest carnalis commistionis. *secundum
" Glos. ibid.*) sed recordare consuetudinis scrip-
" turarum, quod sponsi viri, & sponsæ, vocentur
vxores: hæc Hieronym. Vxor est ergo, qua vir
per carnis copulam vti liberè potest. Alio-
quin ad rem, nihil Hieronymi ipsa animad-

uersio faceret;cùm voluit; cõsuetudinis scripturarum meminisse debere, cùm virũ Ioseph audiuerimus Mariæ; qua illæ sponsos viros,& sponsas appellant vxores: Nisi,vt id assereret:
53 Quod licet quidem coniugium legitimum fuerit inter Sanctum Ioseph,& Beatissimam Virginem Mariam.*can. Matrimonium.can.Beatæ Maria.3.& can.coniux.6.& can.omne.7. cum seq. 27 q.2. Abb in cap.commissum.16. num.3.de sponsalib.Sanch.de matrimon. lib.2. disput.1.num.3. & par.3.q.29. art.2. S.Thom. in 4.dist.30. q.2. art.2. Bonacin.tom.1.de matrimonio. q.2.punct.1.num 9.*
54 Quod de fide est. *Matthæi* 1. Vxorem tamen illam numquam habuit fidissimus sponsus, sed
55 sponsam, quia illa numquam vsus est vxore.
56 Et Virgo in partù: Virgo post partum: Virgo in æuum permansit, vt Sancta canit Ecclesia. *& tex.cap. Ioseph. 5. de verbor. signif. S.Thom.d. dist.30. q.2. art.3.* Quo argumenti genere vtitur etiam *Abb.d.cons.1.num.5.uers.3.pondero, & Salicet.d.l.cùm in te. num.6. deduciturq; apertè ex tex. in can. si enim. 39. et can. iuuenta. 40.27.q.2.*
57 Et indicat dilucidius ipsemet Hieronymus Ecclesiæ Sanctæ lumen, & Doctor, aduersus Eluidium. *tom. 2. epist. col. 3. fol. mihi* 453. *in minori impress. Romæ.* dum sequentibus verbis abominabile monstrum insectatur, inquiens: *Desponsatam confitetur; & statim uxorem uult esse, quam confessus est sponsam. Rursus. Quam uxorem nominat, dicit non ob aliud desponsatam, nisi quandoque nupturam. Et ne parum hoc arbitremur. habet (inquit) desponsatam, non commendatam, idest non dum vxorem, nec dum maritali vinculo copulatam. Et paulò inferius. Igitur cùm Euangelista dicat, priusquam conuenirent, proximum nuptiarum tempus ostendit, & in eo iam rem fuisse, vt quæ prius sponsa fuerat, esse vxor inciperet quasi dixerit; antequam oscula, amplexusq; miscerent, antequam rem agerent nuptiarum; inuenta est rem habens in utero. hæc ille.* Et hanc eandem sententiam sequitur Ex Hieronymo vbi supra. *Pater Ioan.Maldonatus in commentar. in* Matthæũ *in cap.1.num.18.in uers.antequam conuenirent. & Pater Sebastianus* Barradius *.tom.1. in Euang lib. 8 cap.5.eod uers antequam conuenirent. fol.mihi.* 711.*& Dionys.Carthus ibid.ar.3.&* Nouarinus *in eund.locum sect.5. in fin. Emanuel Sà eod. loco et Abulens tom.1.q.28. in fin.*
58 Cùm alioqui, donec verè nupta, atq; vxor fuerit sponsata puella;non vti ea, verùm abuti magis vir dicatur. Ni concesserimus fortasse, cùm scorto,quo cum vesana effunditur libidine,maritari, atq; nupeias contrahere virum dici,& vxorem eam effici. Quod probatur ex illo Gregorij ad Mauritium Imperatorem relati *in can. qui desponsatam.9.27.q.2.* dum exponens illud *Deuteronom.* 22. Si quis cuiuslibet hominis desponsatam puellam in agro, vel in quolibet loco oppresserit,vel abduxerit in domum suam, morte moriatur; quia vxorem proximi sui violauit. *Non quæ iam (inquit) per concubitum vxor erat, sed quæ à parentibus uxor fieri debebat.& est tex.in l.si uxor. 13.ff.ad l. Iul.*
59 *de adulter.quatenus habet*: Concubinam,& sponsam de adulterio accusari per virum non posse; vxorem verò posse. Quia ius habet vir in
60 hanc; non verò in concubinam,vel sponsam. *§.Iudex.eod.l.*
61 Iustas autem nuptias inter se Ciues Romani contrahunt, qui secundum præcepta iuris
62 coeunt. *ut loquitur tex.in §.1.Instit.de nupt.* *Non enim (Augustin.loquitur contra Iulian.lib.1. relatus à Gratiano canon. nõ enim.32.q.1.) in sola commistione Maris, & fœminæ nuptiarum veritas est; sed alia sunt ad nuptias propriè pertinentia, quibus ab adulterinis nuptiæ discernuntur: sicut est Thori nuptialis fides; & cura ordinatè filios procreandi. hæc ille: et sequitur S.Thom.d.par.3.q.29. art.2. in corp. Beccanus.d.cap.45. q.3.*
63 Abuti verò dicitur, qui re malè, & extrà vsum concessum, vtitur, *arg.tex.in can.priuilegium.6.vbi glos.11.q.3.tex.in l.Christiani.6. C.de paganis,et eorum sacrificio.tex.in l.vsus.4.in fin.C. de aqua ducta. lib. 12. vbi* abuti aqua dicitur, qui illam ad bibendum paratam,ad irrigandos agros, vel hortos, furtiuis meatibus transduxerit. *Isernia in Constitut.Regni. Ea, quæ ad speciale decem in fin.Boer.decis 297.num.3. Vincent.de Franch.decis.617. num.8. Præses Lanarius cons.5. num.12.et 13. Pater Iacob de Graffijs. de casib. reseruat.lib.2.cap.18.num.13.* Ita & in sacris litteris *Ieremiæ*. 18. 23. Ne propitieris iniquitati eorum(inquit)& peccatum eorum à facie tua non deleantur, fiant corruentes in conspectu tuo; in tempore furoris tui abutere eis, *vbi Lyranus* abusus (loquitur) propriè est, vti aliqua re ad aliud, quàm sit ordinata. Natura enim humana eò quod est ad imaginem Dei facta est ad gloriam Dei ordinata. Et sic in damnatione hominum malorum si consideratur natura tantùm est abusus in hoc, quòd natura applicatur ad pœnam, quæ erat ordinata ad gloriam. hæc ille *et Esther.* 13.2. Cum plurimis gentibus imperarem,& vniuersum orbem meæ ditioni subiugessē, volui nequaquã abuti potentiæ magnitudine (Artaxerses loquitur Rex.) *et Iob.* 24.23. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ,& ille abutitur eo in superbiam. Augendo contemptum per multiplicationem peccatorum,quasi Deus non videat ipsum, *vt Lyranus. ibid. inquit. Genesis.* 19.8. Habeo duas filias,quæ nec dum cognouerunt virum, educam eas ad vos,& abutimini eis,sicut vobis placuerit.
64 Vxor igitur, vt dicatur mulier; qua cum consortium habetur, per iustas nuptias copulanda est. Quod probatur ex Diuo Ambrosio relato *in can.dicat aliquis.9.32 q.4.dicente.* Mulier igitur tua, si talibus moribus prædita est, vt mereatur consortium, mereatur,& nomen vxoris, nec adulter sis potiùs verus, quàm ma-
65 ritus. Ex vsu ergo legitimo, maritus, ex abusu verò concubitus, adulter, & mulier concubina nuncupantur. Sicuti in sacris litteris *Genesis*.34.31. Nunquid vt Scorto abuti debuere sorore nostra? *et Iudic.* 19.25. Qua cum tota

nocte

„ nocte abusi essent, dimiserũt eam manè. Quia
„ inquit Lyran. ibid. non erat eorum vxor; & ideo
„ talis concubitus erat abusus.

66 Alioquin ex concubitu matrimonium con-
staret, non ex consensu, qui solus si defuerit, cę-
tera quoquè cũ ipso coitu celebrata frustean-
tur; vt Nicolaus Papa loquitur in can sufficiat.
2.27.q.2. et Alexander 3. in cap. cum locum. 14. et
cap. tuæ fraternitati. 25. et cap. tua nos. 26. in fina
lib. verbis. de sponsalibus, et tex. in cau. 1.29 q. 1. et
„ Vlpianus in l cum fuerit. 15. in fin. Nuptias (in-
„ quiens non concubitus sed consensus facit ff. de cō-
„ dit. et demonstrat. et in l. Nuptias. 31. ff. de reg. iur.
Sanchez d. disp. 1. num. 4. Barbos. de appellat. verb.
Iuris signific. appellat. 141. Binsfeld. Theolog. pa-
stor. de matrim. cap. 17. §. 2. Becan. in sum. de Sacra-
ment. de Sacram. matrim. cap 45. q. 1. per tot. et nu. 4.
in 2. conclus. Layman. tom 2. Theolog. moral. lib. 5.
tract. 10 par. 2. cap. 1. num. 1. et 2.

67 Quin imò, nec quiuis consensus sufficit, sed
„ legitimus perquiritur, d. can sufficiat. 27. q. 2. c.
„ dilectus. 24. ibi: legitimus non potuit interuenire
„ consensus, & tex. in d. cap. tuæ fraternitati. 25. ibi:
„ Matrimonium in veritate contrahitur per legiti-
„ mum viri, & mulieris consensum. de sponsalib.

68 Cæteroquin nullum esset voti impedimen-
tum. Et Regularis, post sollemne votum in Re-
ligione approbata per professionem emissum;
Et Clericus post votum etiam sollemne in sa-
cro subdiaconatus ordine implicitè promul-
gatum, in mulierẽ ad nuptias expresse consen-
tientes, matrimonium verè contraherent.
70 Quòd à veritate alienum omninò est, ut docet
tex. in cap 1. de voto. lib. 6. cap insinuante. 7. qui cle-
rici, uel uouentes. Abb. d. cap. dilectus, nu. 2 dicens:
„ Non enim sufficit nudus consensus, nisi sit le-
„ gibus qualificatus. Nam constitutus in sacris
„ habet consensum, non tamen legitimum, ideo
„ validè non contrahit matrimonium, hæc ille;
71 Calderin. cons. unico qui clerici, uel nouent. Et dã-
natum fuit per Sacrosanctam Tridentinam
Synodum. can. 9 sess. 24. de Sacramento Matrimo-
72 nij. Quin imo, præter nullitatem actus, sic
contrahentes manifesto subijcit anathemati.
Clemens Quintus in Concilio Viennen. Clem.
unica de consanguinitat. & affinitat. sequitur Na-
uar. man. cap. 22. num. 35. & cap. 25. num. 109. &
Tolet. lib. 7. cap. 8. num. 1. Illustrissimus Card. Bel-
larmin. tom. 3. par. 2. controuers. lib. 1. de Matrim.
cap. 21. latè Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 25. &
26. ConinK. de Sacrament. & censur. par. 2. disput.
31. dub. 6. num. 66. cum seq. Anton. Fernandez in
sum. Theolog. moral. par. 3. cap. 16. §. 3. Bonacin. to-
mo 1. de matrim. q. 3. punct. 4. de impedimento voti.
num. 2. et 3.

73 Nequè consensus hic explicitus in copulam
carnalem esse debet, cùm implicitus sufficiat;
sed in mutuam associationem, ac potestatem,
& traditionem corporum; vbi consensus in-
cluditur ad indiuiduam cohabitationem, fidẽ
seruandam, atque etiam ad carnalem copulã.
74 Fac esse, in interiori consensu intentio non
consumandi per carnalem copulam, interce-
deret, modò tamen in pactum, id minimè de-
ducatur, ex tex. in cap. commissum. 16. ubi. Abb. nu.
2. de sponsalib. S Thom. in 4. dist. 28. q. 1. art. 4 Co-
uar. de sponsalib. par. 2. cap. 3. num. 1. Alfons. Vi-
uald in candelab. tit. 17 de matrimon. de ministro.
num. 32. fol. mihi 234. Sanchez de matrim. lib. 2 di-
sput. 1. num 5. & disput. 26. num. 3. Bonac. d. punct.
1. num. 10. in fin. Layman. d. tract. 10. par. 2. cap. 7.
num. 8. assert. 3. cum seq. Becanus. d. cap. 45. q. 3. in
5. conclus. num. 6.

75 Quemadmodum inter Beatam Virginem,
& Sanctum Iosephum verum fuit matrimoniũ
absque tamen carnali copula. can. sufficiat. 2. §.
cum ergo. 27. q. 2. Sanchez. d. lib. 2. disput. 1. num. 3.
S. Thom. d. dist. 30. q. 2. art. 2. Abulens. d. tom. 1. in
cap. 1. Matthæi. q. 33. Brunell. de sponsalibus. con-
clus. 1. num. 9. Bonac. d. num. 10. Matth. d. cap. 1. No-
li timere accipere Mariam coniugem tuam. &
„ Luc. 2. Vt profiteretur cum despõsata sibi vxo-
„ re pregnante. Layman. lib. 5. tract. 10. par. 2. cap. 1.
nu. 3. Pelbartus in stellario beat. Mariæ. lib. 1. par. 6.
art. 3. col. 5 fol. mihi 35.

76 Non in carnali igitur copula, sed in ipso
mutuo consensu, quo vterquè in alterius cor-
pus, consentiens potestatem tradit, Matrimo-
nij ipsius essentia consistit, vt supra diximus,
atque de fide definitum fuit. in Concilio Florent.
sub Eugenio IV. in Decreto in 7. Sacramento. vol. 3.
Concilior. fol. mihi. 507. sequitur Sanchez. d. lib. 2.
disput. 25 num. 1. Nauar. cons. 5. num. 6. de despon-
sat. impuber. lib. 4. tom. 2. Petr. Gregor. Tholos. Parti-
tionum Iuris Canon. lib. 3. tit. 21. de Matrimon. cap.
4. in schol. littera D. Binsfeld. d cap. 17. §. 1. & 2.
Conink. disput. 24. dub. 3. in 6. sententia conclus. 1. nu.
33. & dub. 4. Bonacin. d num. 10. punct. 1. q. 2. de ma-
trim. Becan. d. cap. 45. q. 1. Layman. d. cap. 1. num. 1.
& 2.

77 Vt neque per diuinam potentiam possit
matrimonium, absque proprio coniugum
consensu constare. Quia consensus est de es-
78 sentia matrimonij. Sicuti etiam est de essentia
aliorum contractuum qui mutua voluntate
celebrantur, l. 1 ff. de pactis. §. 1. Instit. de emptio-
79 ne, & vendit. Res verò absq; sui essentia con-
80 stare nequit. Copulatio autem animorum
coniugum ab ipsorum mutuo pendet consen-
su. Alioquin impediretur finis, ad quem ma-
81 trimonium tendit. Inuitis etenim coniugibus
non benè procederet procreatio, atque edu-
catio prolis; animorumque coniugum socie-
tas omnino cessaret; inuitique sic copulati ad
alios fornicarios coitus libenter accederent.
Vnde nequè priorum nostrorum parentum in
Paradiso absquè eorum mutuo consensu ma-
trimonium fuit. Henriq. lib. 11. de matrimon. cap.
1. §. 3. Couar. de sponsal. par. 1. cap. 4. num 4. Petr.
Gregor. d. lib. 21. cap. 4. Sanchez d disput. 25. nu. 2.
& disput. 26. num. 5. Calderin. cons 5. de sponsalib.
Conink. d. disput. 24. dub. 5. num. 48. & seq. plenè
Becan. d. cap. 45. q. 1. per tot.

83 Absque verò matrimonio nullo pacto co-
honestari potest carnalis copula inter virum,
& mulierem, quin fornicaria sit, atque morta-

le

le facinus, vt in ſupetioribus diximus.
84 Cùm contrà, in matrimonio nè dùm cohonestetur, verùm ſi à Christi fidelibus in gratia existentibus, matrimonialis actus ad debitum finem matrimonij ordinetur, meritorius euadat, vt puta virtutis actus, & iuſtitiæ, ſecundum Apoſtoli præceptum 1. ad Corinth. 7. nu. 4. Vxori
„ vir debitum reddat, ſimiliter autem & vxor
„ viro, & num. 5. nolite fraudare inuicem; negã-
„ do ſcilicet debitum coniugale, vt ibid. Cornel. à lapide verſ. 3. 4 & 5. & S. Thom. ibid. lect. 1. col. 3. idem S. Thom. in 3. par. in addit. q. 49. art. 5. & 6. & in 4. diſt. 31. q. 2. art. 2. Syluest. verbo debitum. q. 12. Tolet. lib. 7. cap. 5. num. 2. verſ. tertium diſcrimen. Binsfeld. Theolog. paſt. d. cap. 19. §. 3. in 1. et 2. concluſ. Frater Raynerius à Piſis in Pantheologia tom. 1. de coitu coniugali cap. 4. Sanchez de matrim. lib. 9. diſput. 8. nu. 2. et 3. ConinK. diſput. 34. dub. 1. nu. 2. Anton. Fernandez. par. 3. cap. 20. §. 1. num. 1.
„ Vt contrarium aſſerere hæreticum ſit. Cùm
„ non ſolum Virgines, & continentes, verùm
„ etiam congiugati per rectam fidem, & opera-
„ tionem bonam, placentes Deo ad æternam mereantur beatitudinem peruenire. Vt loquitur Innocent. III. in Concilio Generali. cap. 1. § fin. in fin. extra de ſumma Trinitate, et fide Catholica, et ſequitur optimè Frater Berardin. à Buſto in roſar. ſer. par. 2. ſer. 25. in 1. par. §. fin. Homobonus de humanæ vitæ ſtatib. d. cap. 19. nu. 4. fol. 669.
86 Quinimò ſi vnus abſolutè alteri coniugi debitum neget, illud rationabiliter, ac ſeriò exigenti, mortaliter peccabit; quia materia grauis eſt. ConinK. d. q. 34. dub. 2. num. 17. Bonacin. de matrim. q. 4. punct. 1. num. 1. ex illo Apoſt. 1. ad Co-
„ rinth. 7. Vir vxori debitum reddat, ſupra per nos relato. Homobonus. d. cap. 19. num. 5. fol. 666. Layman. d. tract. 10. de matrim. par. 3. cap. 1 num. 1.
87 Licet igitur ante Sacri Trid. Concilij tempora, quando ſponſalibus de futuro copula accedebat, in matrimonium illa tranſibant. iuxtà tex. in cap. veniens. 15. et in cap. is qui fidem. 30. de ſponſalib. cap. de illis. 3. et cap. per tuas. 6. de condit. appoſit. facit tex. in cap. fin. a contrario ſenſu exauditus. de ſponſ. Calderin. conſ. 2. de ſponſalib. Nauar. man. cap. 22. num. 28. verſ. è contrario verò. meus Maranta. d. conſ. 86. num. 3. Maſcard. de probat. lib. 1. q. 10. num. 62. Marta. d. voto. 172. nu. 5. Franc. Leon. in Theſaur. d. c. 9. num. 18.
89 Haud tamen id accidit poſt decretum dicti Sacri Concilij ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat. matrim.
90 quo matrimonia clandeſtina omnimodò ſublata fuere. Siquidem quantumuis copula confirmentur ſponſalia, numquam illa in matrimonium tranſibunt, ni verè illud in facie Eccleſiæ coram Parocho, & teſtibus contractũ fuerit. Alioquin facilè ſatis eſſet fraudem facere dicti Sacri Concilij diſpoſitioni. Tolet. d. lib. 7. cap. 21. num. 1. Maſcard. d. q. 10. num. 70. & 71. et lib. 2. concluſ. 1533. num. 7. Nauar. d. cap. 22. nu. 28. verſ. è contra verò in fin. et cap. 25. num. 144. Maceraten. variar. lib. 1. reſolut. 28. num. 13. in fin. & declarauit Sacra Congregatio in vna Hieta-
91 cen. in hæc verba: Sponſalia de futuro per car-
„ nalem copulam ſubſequutam non tranſeunt in ma-
„ trimonium. Debet tamen Epiſcopus cognoſcere an
„ poſſit per cenſuras Eccleſiaſticas cogere renuen-
„ tem ex coniugibus ad obſeruanda ſponſalia de fu-
„ turo iuxtà tradita in cap ex litteris. 2. de ſponſalib.
„ Et in altera etiam Hieracen. Sponſalia inter pu-
„ beres ante ætatem, etiam vnius ex ſponſis, contra-
„ cta, per verba de præſenti ſeruata forma Concilij,
„ vt hic, non tranſeunt in matrimonium, etiam ſubſe-
„ quuta copula poſt ætatem non ſeruata denuo eadem forma Concilij. Et ſequitur Franc. Leon. d. cap. 9. in Theſauro num. 19.
92 Nec enim Sacrum Concilium quicquam innouauit, quo ad ſponſalia; ſed quo ad matrimonium dumtaxat, vt clandeſtina aboleret matrimonia, Nauar. d. cap. 22. num. 28 et conſ. 1. et 2. de deſponſat. impuber. lib. 4. Maſcard. vbi ſupra. Marta d. voto. 172. num. 5. et 7. Triuiſ. d. deciſ. 9. nu. 3. et num. 12. et d. deciſ. 20. num. 4. Franciſcus Molinus de pactis matrimonialibus. lib. 1. comparat. 11. num. 31. et comparat. 14. num. 11. eod. lib. et comparat. 10. à nu. 13 cum ſeq. Binsfeld. d. cap. 17. §. 8.

Cùm ergò ſponſalia dumtaxat contraxiſſe antè Teſtatoris ſupremum diem, hi ſupponãtur ſponſi; licet tamen illa carnali copula, ſed perpetàm, colligarint, non ex hoc tamen in matrimonium tranſiuere, vt diximus.
93 Non contracto igitur matrimonio, niſi poſt confirmatum teſtamentum, morte Teſtatoris ſequuta, ad tex. in cap. cùm Martæ. 6. §. cæterum, de celebrat. Miſſar. l. 1 ff. de teſtament. l. 3. in fin. ff.
94 de adimend. legat. Maritata vtiquè antea, dici minimè potuit. Nullo proinde arceri iurè poterit, quin dotis legatum conſequatur, pro maritandis puellis de familia, à Teſtatore deſtinatum, quia, Teſtatore iam mortuo, nupſie puella Franciſco, non antea. Sanchez. d. lib. 7. diſput. 91. num. 66. et faciunt notata per Thorum. d. par. 2. d. verbo. legatum factum ab aliquo Teſtatore. in compend. deciſ.
95 Et confirmat, (quicquid aliàs in fauorabilibus dicatur, quòd hic in odioſis vertimur; vnde ſtrictè, ac preſsè acceptio fieri debet.) Quoniam ſponſa ſub maritatæ nomine, ac vocabulo, non compræhenditur.
96 Quippè ſponſi à ſpondendo, quaſi promiſſi dicuntur. Quòd moris erat veteribus, ſtipulari, & ſpondere ſibi vxores futuras; vt Vlpianus inquit in l. 2. ff. de ſponſalib. can. noſtrates. 30. q. 5. Petr. Gregor. ſyntagmat. lib. 7. par. 2. c. 2. nu. 2. et 3.
97 Vxor verò, & maritata, ne dùm promiſſa, verùm & obligata ſit, & nupta. Abb. d. cap. 3. loco. num. 5. in fin. et d. conſ. 1. vbi latè diſputat. et in cap. ex publico. 7. num. 6. et 7. de conuerſ. coniugat. Sanchez de matrim. lib. 1. diſput. 1. num. 2. et ſeq. Et hanc ſententiam magis communem, et receptam dicit Brunell. d. concluſ. 1. num. 25. et 27. Rota in recent. par. 1. tom. 1. deciſ. 113. num. 8.
98 Standum igitur erit in ſtricta, ac præſſa vocabuli acceptione, vt maritatæ nomine ſponſa minimè compræhendatur, ex gloſ. in d. l. ſolet. 10. verbo. nocet. de his qui notantur infam. San-

chez

ch:z. eum alijs per eum relatis d. diſpnt.1. num.3. Molin.de pact.nuptialib.lib.3. q.6. num.44. & 47. Barboſ. d.appellat.279.

99 Potiſſimùm,quòd in odioſis, & dubijs, pro dote ſemper reſpondendum ſit. *l. in ambiguis. 70. ff.de Iure dotium. Bald.nouell.de dote par.9. priuileg.1.n.1.cum ſeq.Meus Marant. conſ.3.n.10.*

Concedendum eſt ergo, vt ſoluatur puellæ huic dotis legatum à Teſtatore relictũ: Et ita ex his reſpondi: emunctioris naris cenſura non excuſſa.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reuerẽdæ Fabricæ Aduocatus.

Pro puella ad dotem completum Iudicium. Eiq; iuxta Teſtatoris mentem, ſoluta dos fuit &c. Adnotare itaq; omnia opere prætium me facturum putaui; non minimi quandoq; è rè erunt tua (amicè lector) ſi talis euenerit aliàs caſus. Et in Tribunali Fabricæ non ita paſſim hæc tibi obuia erũt.Fruere itaq; paratis; Deoque optimo maximo, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum deſcendit. *Iacob.1.*& à quo nos accepiſſe fatemur,gratias age.

SVMMARIVM.

1 *VOluntas teſtatoris verbis expreſſa, lex eſt omnibus,qui ei ſuccedunt.*

2 *Voluntas teſtatoris dominatur in omnibus, quæ in teſtamento ſcripta ſunt.*

3 *Legem ſoluens in ijs,quæ illa diſponit,peccat.*

4 *Legi qui reſiſtit Dei ordini reſiſtit.*

5 *Legem à Teſtatore teſtamento datam violans, peccat.*

6 *Anima rationali nihil prætioſius inueniri in humanis poteſt.*

7 *Hominibus poſtquam hinc demigrauere,nihil magis debetur,quam, quòd firma eorum Iudicia de rebus ſuis ſint.*

8 *Hæres, vel executor peccat,rationabilem defuncti voluntatem non implentes.*

ita vt excomunicari quoq; poſſit. nu.9.

quia infert notabile damnum defuncto propter ſuffragia, quæ retardantur. num.10.

11 *Pactum intercedere videtur inter hæredem, & defunctum, quòd ſatisfaciet hæres ijs, quæ ipſe in ſupremis ſuis tabulis mandauit.*

12 *Pactis non ſtare (in re præſertim graui)mortale eſt.*

13 *Hæres adeundo obligat ſe de ſeruanda defuncti voluntate.*

14 *Scripturarum diuerſitas, & ſummarum, diuerſitatem indicat obligationum.*

potiſſimum ſi temporis quoque accedat diuerſitas. num.16.

15 *Pluralitas eſſe dicitur vbi diuerſitas.*

17 *Legandi diuerſitas,diuerſa quoq; voluiſſe Teſtatorem legata fore, indicat.*

18 *Legata an multiplicata cenſeantur, ex qualitate diſcernitur legati, & nu.20. & nu.56. & 58.*

19 *Species multiplicari non poteſt.*

20 *Quantitas multiplicari pluries poteſt.*

21 *Legatorum multiplicationem denegans, ipſe probare tenetur, ſi ex Scriptura deberi vtrumque legatum appareat.*

22 *Purgatorium quid ſit.*

23 *Animæ in Purgatorio igne potiſſimùm purgantur.*

24 *Ignis purgatorij eſſentialiter idem eſt cum illo Inferni.*

25 *Ignis Purgatorij, licet non ſit æternus, miro tamen modo grauis eſt.*

26 *Ignis Purgatorii ſuperat pœnas, quas in paſſione ſua pro nobis Ieſus Chriſtus Dominus noſter pati dignatus fuit.*

27 *Animæ, quæ in purgatorio ſunt, in charitate Chriſti deceſſerunt.*

28 *Charitas vinculum eſt vniens membra miſtici corporis, & ſe extendit tàm ad viuos, quam ad mortuos in Charitate Chriſti.*

29 *Defuncti in charitate non deſinunt eſſe membra myſtici corporis.*

30 *Animæ defunctorum in Charitate, viuorum ſuffragiis iuuantur.*

31 *Animabus purgatorii eò melius profuerimus, quò frequentius pro illis ſacrificia offerri curauerimus.*

præſertim vero si ipsi ſacrificia fieri teſtamento reliquerunt.num.33.

34 *Animæ è purgatorii pœnis tantò citiùs liberantur, quanto plura pro eis fiunt ſuffragia.*

35 *Relatiuum (Qui, quæ, quod) verbo comuni adiunctum, diſtributionem facit ſuppoſitorum, & inſolidum tribuit vnicuique.*

ſuppoſito id, quod refert. & num.37.

& operatur ac si ſinguli propriis nominibus nominati fuiſſent.num.36.

38 *Miſſa dicitur Sacerdotis actio, qua corpus & ſanguinem Chriſti ſub viſibili ſpecie panis, & vini contentum offert.*

39 *Fruſtra teſtatorem locutum fuiſſe, non admittendum.*

40 *Sacerdotes, quibus ſtipes relicta eſt, ex Iuſtitia offerre tenentur, alioquin peccabunt, atq; reſtituere acceptum tenebuntur.*

41 *Merces oneri legato adiecto correſpondens, argumentum, præſtat ſatisfieri ad oneris correſpondentiam Teſtatorem voluiſſe.*

42 *Legatum ob cauſam relictum non debetur, ſi legati cauſa non impleatur.*

43 *Legatum pro labore factum, eo ceſſante non debetur.*

44 *Singularitas pluralitatem repellit, & quod de vno dicitur, in pluribus verificari haud poteſt.*

Obligatio pro Miſſis dicitur contractus do ut facias, siue, vt applices. ibid.

45 *Vnum, & singulare indiuiſibile eſt.*

46 *Numerus singularis non congruit pluribus.*

47 *Numerus singularis vnum tantùm, non plura complectitur.*

48 *Diuerſitas rerum, ex diſſimili rerum compoſitione, ac forma, arguitur.*

49 *Diuerſitas nominum, effectuum quoque diuerſitatem indicat.*

le facinus, vt in superioribus diximus.

84 Cùm contrà, in matrimonio nè dùm cohonestetur, verùm si à Christi fidelibus in gratia existentibus, matrimonialis actus ad debitum finem matrimonij ordinetur, meritorius euadat, vt puta virtutis actus, & iustitiæ, *secundum Apostoli praeceptum 1.ad Corinth.7.nu.4.* Vxori „ vir debitum reddat, similiter autem & vxor „ viro, *& num.5.* nolite fraudare inuicem; negã-„ do scilicet debitum coniugale, *vt ibid.Cornel. à lapide vers.3.4 & 5.& S.Thom. ibid. lect.1.col. 3.idem S.Thom.in 3.par.in addit. q.49. art.5. & 6. & in 4.dist.31. q.2.art.2. Syluest. verbo debitum. q.12. Tolet.lib.7.cap.5.num.2. vers.tertium discrimen.Binsfeld.Theolog.past.d.cap.19.§.3. in 1.et 2. conclus. Frater Rayuerius à Pisis in Pantheologia tom.1.de coitu coniugali cap.4.Sanchez de matrim. lib.9.disput.8.nu.2. et 3. ConinK. disput.34.dub.1. nu.2.Anton. Fernandez.par.3. cap.20. §.1.num.1.*

„ Vt contrarium asserere hæreticum sit. Cùm „ non solum Virgines, & continentes, verùm „ etiam congiugati per rectam fidem,& opera-„ tionem bonam, placentes Deo ad æternam mereantur beatitudinem peruenire. *Vt loquitur Innocent.III.in Concilio Generali. cap.1.§ fin. in fin.extra de summa Trinitate, et fide Catholica, et sequitur optimè Frater Berardin.à Busto in rosar. ser.par.2.ser.25. in 1.par. §.fin. Homobonus de humanæ vitæ statib.d.cap.19.nu.4.fol.669.*

86 Quinimò si vnus absolutè alteri coniugi debitum neget, illud rationabiliter, ac seriò exigenti, mortaliter peccabit; quia materia grauis est. *ConinK.d.q.34.dub.2. num.17. Bonacin.de matrim.q.4.punct.1.num.1. ex illo Apost.1. ad Corinth.7.* Vir vxori debitum reddat, *supra per nos* „ *relato. Homobonus.d.cap.19.num.5.fol. 666. Layman.d.tract.10.de matrim.par.3.cap.1 num.1.*

87 Licet igitur ante Sacri Trid. Concilij tempora, quando sponsalibus de futuro copula accedebat, in matrimonium illa transibant, *iuxtà tex.in cap.veniens.15. et in cap.is qui fidem. 30.de sponsalib.cap.de illis.3. et cap.per tuas.6.de condit.apposit.facit tex.in cap.fin. à contrario sensu exauditus.de despons. Calderin.cons.2. de sponsalib. Nauar. man. cap.22. num.28.vers.è contrario verò. meus Maranta. d. cons.86. num.3. Mascard. de probat.lib.1.q.10. num.62. Marta. d.voto. 172. nu.5.Franc.Leon.in Thesaur. d.c.9.num.18.*

89 Haud tamen id accidit post decretum dicti Sacri Concilij *sess.24.cap.1. de reformat.matrim.*

90 quo matrimonia clandestina omnimodò sublata fuere. Siquidem quantumuis copula confirmentur sponsalia, numquam illa in matrimonium transibunt, ni verè illud in facie Ecclesiæ coram Parocho, & testibus contractũ fuerit. Alioquin facilè satis esset fraudem facere dicti Sacri Concilij dispositioni. *Tolet.d.lib. 7.cap.21.num.1.Mascard.d.q.10.num.70. & 71.et lib.2.conclus.1533.num.7.Nauar.d.cap.22. nu.28. vers.è contra verò in fin.et cap.25. num.144. Maceraten.variar. lib.1. resolut.28. num.13. in fin.* & declarauit Sacra Congregatio in vna Hiera-

91 cen. in hæc verba: *Sponsalia de futuro per car-„ nalem copulam subsequutam non transeunt in ma-„ trimonium. Debet tamen Episcopus cognoscere an „ possit per censuras Ecclesiasticas cogere tenuentem ex coniugibus ad obseruanda sponsalia de futuro iuxtà tradita in cap ex litteris.2.de sponsalib.* „ Et in altera etiam Hieracen. *Sponsalia inter pu-„ beres ante ætatem,etiam vnius ex sponsis, contra-„ cta, per verba de præsenti seruata forma Concilij, „ vt hic,non transeunt in matrimonium, etiam subse-„ quuta copula post ætatem non seruata denuo eadem forma Concilij. Et sequitur Franc.Leon.d.cap.9. in Thesauro num.19.*

92 Nec enim Sacrum Concilium quicquam innouauit, quo ad sponsalia; sed quo ad matrimonium dumtaxat, vt clandestina aboleret matrimonia, *Nauar.d.cap.22.num.28 et cons.1. et 2.de desponsat.impuber.lib.4.Mascard.vbi supra. Marta d.voto.172.num.5.et 7.Triuis. d.decis.9.nu. 3.et num.12.et d.decis.20.num.4.Franciscus Molinus de pactis matrimonialibus. lib.1.comparat. t 1. num.3.1.et comparat.14.num.11.eod.lib. et comparat.10.d nu.13 cum seq.Binsfeld.d.cap.17.§.8.*

Cùm ergò sponsalia dumtaxat contraxisse antè Testatoris supremum diem, hi supponãtur sponsi; licet tamen illa carnali copula, sed perpetàm, colligarint, non ex hoc tamen in matrimonium transiuere, vt diximus.

93 Non contracto igitur matrimonio, nisi post confirmatum testamentum, morte Testatoris sequuta, *ad tex.in cap. cùm Martæ.6.§.cæterum, de celebrat.Missar.l.1.ff.de testament. l.3.in fin.ff.*

94 *de adimend.legat.* Maritata vtiquè antea, dici, minimè potuit. Nullo proinde arceri iurè poterit, quin dotis legatum consequatur, pro maritandis puellis de familia, à Testatore destinatum, quia, Testatore iam mortuo, nupsit puella Francisco, non antea. *Sanchez.d.lib.7.disput 91. num.66.et faciunt notata perThorum. d. par.2.d.verbo.legatum factum ab aliquo Testatore. in compend. decis.*

95 Et confirmat, (quicquid aliàs in fauorabilibus dicatur, quòd hìc in odiosis vertimur; vndè strictè, ac pressè acceptio fieri debet.) Quoniam sponsa sub maritatæ nomine, ac vocabulo, non comprænhenditur.

96 Quippè sponsi à spondendo, quasi promissi dicuntur. Quòd moris erat veteribus, stipulari,& spondere sibi vxores futuras; *vt Vlpianus inquit in l.2. ff.de sponsalib. can. nostrates.30. q.5.Petr.Gregor.syntagmat. lib.7.par.2. c.2.nu.2. et 3.*

97 Vxor verò, & maritata, ne dùm promissa, verùm & obligata sit,& nupta. *Abb.d.cap.3.loco.num.5.in fin.et d.cons.1. vbi latè disputat. et in cap.ex publico.7.num.6. et 7.de conuers. coniugat. Sanchez de matrim.lib.1.disput.1.num.2.et seq. Et hanc sententiam magis communem, et receptam dicit Brunell.d.conclus.1.num.25.et 27. Rota in recent. par.1.tom.1.decis.113.num.8.*

98 Standum igitur erit in stricta, ac præssa vocabuli acceptione, vt maritatæ nomine sponsa minimè comprænhendatur, *ex glos. in d.l.solet.10.verbo.nocet. de his qui notantur infam. San-*

chez

chez. cum alijs per eum relatis d. disput. 1. num. 3. Molin. de pact. nuptialib. lib. 3. q. 6. num. 44. & 47. Barbos. d. appellat. 279.

99 Potissimùm, quòd in odiosis, & dubijs, pro dote semper respondendum sit. *l. in ambiguis. 70. ff. de Iure dotium. Bald. nouell. de dote par. 9. priuileg. 1. n. 1. cum seq. Meus Marant. cons 3. n. 10.*

Concedendum est ergo, vt soluatur puellæ huic dotis legatum à Testatore relictũ: Et ita ex his respondi: emunctioris naris censura non excussa.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reuerēdæ Fabricæ Aduocatus.

Pro puella ad dotem completum Iudicium. Eiq; iuxta Testatoris mentem, soluta dos fuit &c. Adnotare itaq; omnia opere prætium me facturum putaui; non minimì quandoq; è rè erunt tua (amicè lector) si talis euenerit aliàs casus. Et in Tribunali Fabricæ non ita passim hæc tibi obuia erũt. Fruere itaq; paratis; Deoque optimo maximo, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit. *Iacob. 1.* & à quo nos accepisse fatemur, gratias age.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas testatoris verbis expressa, lex est omnibus, qui ei succedunt.*

2 *Voluntas testatoris dominatur in omnibus, quæ in testamento scripta sunt.*

3 *Legem soluens in ys, quæ illa disponit, peccat.*

4 *Legi qui resistit Dei ordini resistit.*

5 *Legem à Testatore testamento datam violans, peccat.*

6 *Anima rationali nihil prætiosius inueniri in humanis potest.*

7 *Hominibus postquam hinc demigrauere, nihil magis debetur, quam, quòd firma eorum Iudicia de rebus suis sint.*

8 *Hæres, vel executor peccat, rationabilem defuncti voluntatem non implentes.*

ita vt excomunicari quoq; possit. nu. 9.

quia infert notabile damnum defuncto propter suffragia, quæ retardantur. num. 10.

11 *Pactum intercedere videtur inter hæredem, & defunctum, quòd satisfaciet hæres ijs, quæ ipse in supremis suis tabulis mandauit.*

12 *Pactis non stare (in re præsertim graui) mortale est.*

13 *Hæres adeundo obligat se de seruanda defuncti voluntate.*

14 *Scripturarum diuersitas, & summarum, diuersitatem indicat obligationum.*

potissimum si temporis quoque accedat diuersitas. num. 16.

15 *Pluralitas esse dicitur vbi diuersitas.*

17 *Legandi diuersitas, diuersa quoq; voluisse Testatorem legata fore, indicat.*

18 *Legata an multiplicata censeantur, ex qualitate discernitur legati, & nu. 20. & nu. 56. & 58.*

19 *Species multiplicari non potest.*

20 *Quantitas multiplicari pluries potest.*

21 *Legatorum multiplicationem denegans, ipse probare tenetur, si ex Scriptura deberi vtrumque legatum appareat.*

22 *Purgatorium quid sit.*

23 *Animæ in Purgatorio ignè potissimùm purgantur.*

24 *Ignis purgatorij essentialiter idem est cum illo Inferni.*

25 *Ignis Purgatorij, licet non sit æternus, miro tamen modo grauis est.*

26 *Ignis Purgatorii superat pœnas, quas in passione sua pro nobis Iesus Christus Dominus noster pati dignatus fuit.*

27 *Animæ, quæ in purgatorio sunt, in charitate Christi decesserunt.*

28 *Charitas vinculum est vniens membra mistici corporis, & se extendit tàm ad viuos, quam ad mortuos in Charitate Christi.*

29 *Defuncti in charitate non desinunt esse membra mystici corporis.*

30 *Animæ defunctorum in Charitate, viuorum suffragiis iuuantur.*

31 *Animabus purgatorii eò melius profuerimus, quò frequentius pro illis sacrificia offerri curauerimus.*

præsertim vero si ipsi sacrificia fieri testamento reliquerunt. num. 33.

34 *Animæ è purgatorii pœnis tantò citiùs liberantur, quanto plura pro eis fiunt suffragia.*

35 *Relatiuum (Qui, quæ, quod) verbo comuni adiunctum, distributionem facit suppositorum, & insolidum tribuit vnicuique.*

supposito id, quod refert. & num. 37.

& operatur ac si singuli propriis nominibus nominati fuissent. num. 36.

38 *Missa dicitur Sacerdotis actio, qua corpus & sanguinem Christi sub visibili specie panis, & vini contentum offert.*

39 *Frustra testatorem locutum fuisse, non admittendum.*

40 *Sacerdotes, quibus stipes relicta est, ex Iustitia offerre tenentur, alioquin peccabunt, atq; restituere acceptum tenebuntur.*

41 *Merces oneri legato adiecto correspondens, argumentum, præstat satisfieri ad oneris correspondentiam Testatorem voluisse.*

42 *Legatum ob causam relictum non debetur, si legati causa non impleatur.*

43 *Legatum pro labore factum, eo cessante non debetur.*

44 *Singularitas pluralitatem repellit, & quod de vno dicitur, in pluribus verificari haud potest.*

Obligatio pro Missis dicitur contractus do ut facias, siue, vt applices. ibid.

45 *Vnum, & singulare indiuisibile est.*

46 *Numerus singularis non congruit pluribus.*

47 *Numerus singularis vnum tantùm, non plura complectitur.*

48 *Diuersitas rerum, ex dissimili rerum compositione, ac forma, arguitur.*

49 *Diuersitas nominum, effectuum quoque diuersitatem indicat.*

50 *Diuersitas temporum diuersitatem quoque indicat summarum, & obligationum.*
51 *Diuersitas oppositionum diuersitatem arguit subiectorum.*
52 *Forma rei mutata, substantia quoq; perimitur.*
53 *Legata esse diuersa formarum diuersitas ostendit.*
54 *Dispositio secunda indicat recessum fuisse à priori. potissimum si in eãdem causam secunda tendat. n.55.*
57 *Alimenta legata multiplicationem non admittũt.*
58 *Legatorum multiplicatio ex quibus arguatur.*
59 *Legatum pro missis celebrandis multiplicationem admittit.*
60 *Interpretatio, quæ pro anima est, amplectenda est magis.*
61 *Missæ sacrificium qua parte satisfactorium est, certæ, ac definitæ virtutis, & efficaciæ est ijs, pro quibus offertur contra* Caietani *sententiam, cum communi.*
62 *Christus, qui in sacrificio offertur infiniti est meriti; at Sacerdos offerens vt minister, est meriti finiti.*
63 *Sacrificium incruentum, quod quotidie offertur, differt ab cruento, quod semel in ara Crucis Christus obtulit.*
64 *Valor sacrificij ex voluntate, & institutione Christi pendet.*
65 *Sacerdos pro eodem, atque vno sacrificio non potest plures recipere eleemosynas.*
66 *Sacrificium quantum ex opere operantis, differt, si à bono, vel malo ministro offeratur.*
67 *Legatorum multiplicatio ex coniectur ata mente testatoris arguitur.*
68 *Textus in l. Sempronius. ff. de legat. 2. dispenditur.*

ARGVMENTVM.

Pluries repetito legato pro sacris in singulos dies, Deo offerendis, & in testamento, & Codicillis, an repetitis etiam vicibus solui debeat, vel sufficiat si semel tantùm soluatur, in dubium reuocatur. Et num infinitę sit efficaciæ, quatenus nobis applicatur, Missæ sacrificium, vt ita prosit vni, sicuti si pro multis offeratur?

RESPONSIO VII.

Qvicquid aliàs dicere in hac re conati sint alij; deberi tamen vtrumquè legatum saniori sententia respondendum censui: neq; derogatum vllo modo fuisse legato ducatorum mille, tribus Cappellanis, qui in singulos dies sacris operarentur, per alterum annuorum ducatorum 42. vni Cappellano, qui in singulos dies offerret Codicillis ascriptum, affirmandum putaui.

1 Nempè, quòd Testatoris voluntas verbis expressa legem facit, in omnibus, quæ ipse disposuit de rebus suis, ijs, qui in tabulis supremis scripti Hæredes inueniuntur *tex. in §. disponat. in auth. de nuptijs. collat. 4. Glos. in can. vltima voluntas. 13. q. 2.* Vti enim quisquè legasset rei suæ, ita ius esto, duodecim tabularum lege sancitum erat. *vt refert tex. in d. §. disponat. aut. de Nupt. tex. in §. 1. Inst. ad leg. Falc. tex. in l. 1. ff. eod.*

2 Dominatur quippè in omnibus, iuris sanctione, Testatoris, quæ legitima est, voluntas, *l. cùm quæstio. 23. §. fin. in finalibus verbis. C. de legatis. tex. cum glos. in l. testandi causa. 13. C. de test.*

3 Qua de causa, sicuti à lege discedere in ijs, quæ in comune bonum proportionata æqualitate illa statuit, illicitum est omninò; vt ne à peccato quidem immunes euadãt, qui legem in re graui violant. *S. Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. tex. in cap. 1. de constitut. & in cap. fin. ibi. cuius transgressio periculum salutis inducit. de consuetud. Abb. cap. nam concupiscentiam. 4. num. 2. de constitut. Syluest. lex. q. 8. alijque Summistæ. Nauar. man. cap. 23. nu. 48. Sotus. de Iustit. lib. 1. q. 6. art. 3. & 4. Couar. regula peccatum par. 2. §. 5. nu. 3 cum seq. Tolet. lib. 8. cap. 18. Ioan. Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 6. Ioan. Salas. latè de legib. disput. 10. sect. 1. num. 6.*

4 Qui enim legi resistit, Dei ordinationi resistit. *Apost. (inquit) ad Roman. 13. can. qui resistit. 95. 11. q. 3. Viuius. decis. 106. nu 5. nu. 6 7. & 8. Cornel. à lapide in d. locum Pauli vers. 1. in fin. & vers. 2. Frater Ioan. de la Cruz. in director. conscient. 1. par. de legibus. dub. 1. nu. 2. & dub. 2. nu. 3. Pater Paulus Layman. in Theolog. moral. tom 1. tract 4. cap. 14. nu. 1. cum seq. Bonacin. tom. 2. de legib. in gen. disp. 1. q 1. punct. 7. §. 1. Pater Iacob. Gordon. Theolog. moral. tom. 1. lib. 2. q. 9. cap. 9. nu. 31. & 32. cum seq.*

5 Ita planè illicitum erit ab illa resilire lege, quam rationabiliter suis iussit rebus Testator supremum agẽs spiritum. *ad tex. in can. Syluester. cum ibi notat. per glos. 11. q. 1. l. fin. C. de fideicomiss. Nauar. cons. 9. n. 6. vers. at præfata venditio. lib. 3. de empt. & vendit. Marcus Mantua. cons. 177. nu. 19. plene Viuius, vt assolet more suo. decis. 265. per tot. idẽ Nauar. man. c. 25. n. 65. Layman. d. c. 14. sub n. 2. vers. & quæ hæc dixi de lege. Moliu. de iust. tom. 1. disp. 255. col. 2. vers. dubium tamen est. Rota apud Cauaier. decis. 471. num. 5.*

6 In sui ipsius præsertim comodum, & Animæ suæ, cuius prætiosiùs quidquam rebus in humanis reperiri nusquam potest aliud. *secundum Philos. 7. politicor. & can præcipimus. 12 q. 1. cap. solitæ. 6. §. verùm si personam. de maior. & obedient. cap. infirmitas. 13 in fin. vbi glos. de pœnit. & remiss. l. sancimus. 18. in fin. C. de sacrosanct. Eccles. Sebastian. Medices plenè opusc. 4. nu. 1. & seq.*

7 Cùm nihil sit aliud, quòd hominibus debeatur, postquam hinc demigrauere, quàm, quòd eoru firma sint iudicia. *tex. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. d. can. vltima volũtas. 4. 13. q. 2. sequitur* Frater *Bernardinus de Bustis. tom. 2. serm. 1. par. 2. §. quando autem.*

8 Quare mortalis se peccati macula inficiet hæres, vel executor, qui rationabili defuncti voluntati facere satis, detractat; in ijs præsertim,

tim, quæ pias in causas dispertienda mandauit; vel etiam vltrà quàm decet, differt eius parere
9 voluntati. Vt excommunicationis vinculo nodari iurè possit per Ecclesiasticam potestatem, ita contumax. *tex. in can. decimæ, 68. Sed si tardius dare(inquiens)peccatum est, quantò magis peius est peccatum, non dedisse. 16. q. 1 tex. in can. oblationes. 9. & 10. 13. q. 2. vbi Turrecremat. glos. in d. can. Syluester. 11. q. 1. tex. in cap. licet. 6. vbi glos. verbo priuandum. & Abb num. 5. de voto. Gabriel. Biel. in canon. Missæ lect. 58 col. 4. in 4. corolar. Angel. in l. quidam cùm testamentum. 5. §. illo videlicet. C. de necessar. seruis hæredib. instituend. nu. 3. quem sequitur Corneus. conf. 137. placet mibi. nu. 2. vol. 2. Lopez. in rub. de donat. inter uir. & uxorem. §. 65. nu. 19. & 20. Didacus Spino. in speculo testam. glos. 28. nu. 7. & 8. & nu. 63. & 64. & nu. 65. Fortunius Garsias. de ultimo fine utriusque Iuris. nu. 198. uol. 1. tract. fol. 135. col. 4. Nauar. man. cap. 17. nu. 68. & nu. 117. & cap. 25. nu. 65. & conf. 9. lib. 3. de empt. & uendit. num. 6. Pater Iacob. de Graffiis. decis. aur. lib. 1. cap. 26. nu. 13. Corrad. par. 2. casu. 278. Lælius Zecchius de casib. Episcopo reseruat. casu. 6. num. 6. Petrus Binsfeld. lib. receptar. Theologicar. sentent. sect. 5. membro 3. conclus. 12. in fin. fol. mibi 1085. Cencius Canonicar. quæstion. q. 31. nu. 3. & nu. 7. vers. ergo tamen, circa fin. Porretta in addit. ad Albert. Magnum in compend. Theologicæ ueritat. lib. 7. c. 4 Bonacin. tom. 2. de cōtract. disput. 3. q 18 punct. 4. n. 1. Molfes. tom. 2. sum. trac. 13. cap. 11. nu. 31. & 39. Layman. tom. 1. lib. 3. tract. 5. cap. 11 num. 12. & 13. Sanchez in consil. moralib. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 53. nu. 6. in 5. conclus.*

10 Cùm, quia iniustè infert defuncto notabile damnum. Nimirum, quòd retardantur interim suffragia, propter quæ liberaretur defunctus à pœnis Purgatorijs, si illa offerrentur. *S. Th. quodlibet. 6. q 8. art. 13. & 14. in supplem. 3. par. q. 71. art. 6. ad 4. Syluest. testamentum. 2. q. 9. & verbo. suffragia q. 1. vers. & si ordinata sunt. Graff. d. c. 26. nu 12. Corrad. d. casu 278. Lælius Zecchius. d. casu. 6. nu 6. vers. manifestandum est. Albertus Magnus. d. lib. 7. c. 4. & ibid. Porretta. Layman. d. c. 11. nu. 12. in fin. Gabriel in d. lect. 58. in 3. & 4. propo- sit. Sanchez. d dub. 53 num. 6.*

11 Tùm, quòd pactum intercedere videtur inter hæredes, & defunctum, quòd satisfaciènt ijs, quæ ipse suis supremis tabulis satisfacienda, atq; soluenda præcepit. *ad tex. in l. ex maleficijs 4. §. hæres. ff. de actionib. & obligat. §. hæres. Instit. eod. Abb. d. cap. licet. num. 15. Zecchius. d. casu. 6. nu. 6. in fin. Anton. Gomez. tom. 1. variar. resolut. c. 12. de legatis. nu. 11. vers. cuius ratio verò Spino. d. glos. 28. nu. 65. Barbos. de offic. Episc. par. 3. allegat. 82. num. 20. Rota apud Canaler. decis. 172. nu 2. Bonacin. tom. 2. de contract. disput. 3. q. 1. pun. 3. nu. 22. Layman. d. tract. 5. cap. 6. num. 7.*

12 Pactis verò non stare initis (in re præsertim graui) mortale est. *ad tex. cum ibi notat. c. 1. de pactis l. 1. ff. eod. & l. 1. in princ. ff. de constitut. pecun. Cecchius. d nu. 6. in fin. latè Sanchez de matrimon. lib. 1. disput. 5. in relatione tertiæ sententiæ. nu. 20.*
13 *Aegid. de Conink. disput. 22. dub. 2. nu. 9.* Verùm nempè contrahit hæres obligationem, adheundo hæreditatem, quòd obseruabit omnia in testamento contenta. *vt post Bald. in l. mutuam. § 1. ff. de acquir. hæredit. sequitur Surd. conf. 143. nu. 9. lib. 1. & Gratian. forens. par. 5. c. 839. num. 4. & par. 4. c. 657. num. 45.*

Quoniam verò, in facto hoc, quòd controuertitur; tàm in tabulis testamenti, quàm etiā in codicillis diuersimodè legauit Testator pro
14 Missis quolibet die faciendis. Et Scripturarū diuersitas, ac summarum, diuersitatem quoquè obligationum indicat *tex. est in l. si is qui ducenta. 14. in princ. vbi glos. ff. de reb. dubijs. Iason. qui alios refert conf 87. num. 2. & 3. lib. 3. Aymon. conf. 282. nu. 1. Menoch. de arbitrar. casu. 213. n. 11. Francisc. Marc. decis. 437. nu 4. par. 1. Grammat. decis. 103. n. 59. Mascard de probat. tom. 1. concl. 394.*
15 *num. 27.* Quia vbi diuersitas ibi pluralitas, *vt Bald. inquit. in l. fin num. 6. vers. & ratio est. C. de impub. & alijs subst. Gaspar Ant. Thesaur. tom. 1.*
16 *q. 67. nu. 3.* Potissimùm verò vbi cum summarum diuersitate, tēporis quoq; accesserit differentia *supra citati Doctores iason. n. 7. Aymon n. 2. vers. 4. concurrit. Menoch. nu. 19. Franc. Marc. d. de-*
17 *cis. 437. nu. 1.* Indè vtiq; diuersimodè legasse Testatorem arguimus, quia vtramquè quantitatem solui voluit, vt puta, quod distincta esset vna ab altera.

18 Ea porrò differentia intercedit inter legata in eadem, vel diuersa scriptura repetita. *ex tex. in l. planè. 34. §. si eadem. ff. de legat. 1. vbi Doct. & eum primis Ias. & Cassius.* Vt si eadem res, vel signatum corpus in eadem, vel diuersa Scriptura ab eodemmet legetur; Cùm species multiplicari non possit, suis designata, ac coarctata
20 terminis, semel tantum debeatur. Sin verò simpliciter quantitas repetatur; eùm multiplicati ea pluriès possit; nullis coarctata, neq; restricta cācellis, quibus includatur, toties vtiq; debebitur, quoties scripta, atq; multiplicata reperietur. *Ang. in l. si pluribus. 33. §. si eadem de legat. 1. Menoch. de præsump. lib. 4 præsum. 128. Pater Molina de iust. & iur. tom. 1. trac. 2. dispu. 201. in 2. q. vers. quoad 2. par. Reuer. Præsul Ioan. Bernardin. Diaz reg. 412. Fabius Anna. conf. 91. nu 24. cū seq. lib. 1. Ant. Gomezius tom. 1. uar. d. c. 12. n. 38.*

Hic autem, cùm non eandem quantitatē, & si sanè pro causa eadem (Sacris scilicet Deo Altissimo quotidie offerendis) diuersimodè in testamēto, atq; in codicillis reliquerit Testator; eaq; multiplicationem recipiat, *secūdum Vinc. de Frāch. dec. 422. n. 4. Fab. Anna cōs. 91. n. 39. lib. 1.*
21 Inficias vtiq; ibit nemo, vtramquè deberi quantitatem; nisi diuersam disponentis mentem fuisse clarissimis docuerit probationibus hæres. Cùm satis interim consultum legatarijs videatur per duplicatam Scripturā, vtramque eisdem summam adiudicantem. *est tex. apertus. in l. quingenta alids quinquaginta. 12. ff. de probat. tex. in l. cùm centum. 9. ff. de adimend. legatis. Vincent. de Franch. d. decis. 422. num. 1. 2. & 3. Anna d. conf. 91. num. 24. 25. cum seq. & nu. 32. & 33. Menoch. præsumpt. 128. nu. 15. Molina d. disput. 201.*

E 2 vers.

uerſ.quoniam uero eadem. Franciſcus Marc. d.de-
ciſ.437.num.2.& 3.Anton.Gomezius .d.num.38.
& diximus noi ſupra reſponſ. noſtra 1. à num.77.
cum ſeq.
22 Quod ſanè dilucidiùs oſtendet ſequens per-
penſio. Nempè quòd Purgatorium (de ſuffra-
gijs enim res agitur pro animabus in Purgato-
rio degentibus) vt ex Concilio Florentino ſub
Eugenio IV. in litteris vnionis. vol.3.Conciliorum
fol.mihi 476.col.2.circa med.verſ.item ſi verè pœ-
nitentes.definit.Nauar.de Ibeuleo.notab.16.num.6.
Eſt locus,in quo animæ defunctorum, qui cum
gratia Chriſti gratum faciente deceſſerunt, à
reliquijs peccatorum purgantur, quò nitidæ
ad nitidiſſimam Dei præſentiam, & viſionem
admittantur.Bonac.tom.1.de Indulgent. diſput.6.
q.1.punct.6. num.1.
23 Animæ verò,quæ in Purgatorio ſunt purgā-
tes;igne potiſſimum purgantur, qui ſecundum
24 comunem Patrum ſenſum, idem eſt eſſentiali-
ter, cum illo Inferni: iuxtà illud Gregorij. 4.
,, dialogor. (Sicut in eodem igne peccator cruciatur,
,, & electus purgatur) relati à Nauar. can. fin. §.
quòd quamuis. de pœnit. diſt 7.num.18. & à Buſt.
tom.2 ſer.2.par.3.§.ſecunda vtilitas.S.Anton. par.
1.tit.10.cap.2.de Purgatorio.col.2. verſ.eſt autem
25 hic duplex pœna. Vnde, & ſi quidem iſtæ æter-
,, nus minime ſit,vt ille; miro tamen modo gra-
,, uis eſt, ſuperat enim omnem pœnam, quam
,, vnquam paſſus eſt aliquis in hac vita vel pati
,, poteſt.vt Sanctus loquitur Auguſtin. relatus can.
,, qui in aliud. 25.diſt. Numquam in carne tanta
,, inuenta eſt pœna. (idem inquit Auguſtin. relatus
,, can.fin.§.hic autem ignis.de pœnitent. diſt.7.) licet
,, mirabilia martyres paſſi ſunt tormēta; & mul-
,, ti nequiter quanta ſæpè ſubſtinuerūt ſupplicia.
26 Adeo quidem vt illas etiam ſuperet pœnas,
& ſi acerbiſſimas,& multiplices, quas pro no-
bis ſummo,& ineſtinguibili charitatis ardore,
moriens IESVS Chriſtus Dominus noſter in
paſſione ſua,tùm anima, tùm corpore pati di-
gnatus eſt.S.Th.3.par.q.46.ar.6.ad tertium.S.An-
ton.d.tit.10. cap. 2. col.2. Turrecremat. can.qualis
hinc quiſquè.25.diſt.Nauar.d.can fin. §.quod quā-
quis.nu.13.& ſeq.& nu.21.cum ſeq. de pœnit.diſt.
7.Henriq.in ſum.lib.fin.de fine hominis. c.25.§.3.
Toletus lib.6.c.23.Illuſtriſſimus Card. Bellarmin.
controuerſ.tom.2.lib.2.de purgator.c.6.in 8.ſenten-
tia.& c.10.& ſeq. Theſaur. fori eccleſiaſt. par.1.
c.7.nu.8.Pater Aegidius de ConinK.par.2. diſput.
11.de purgatorio.dub.3.concluſ.4.nu.24. et nu.35.
Petrus Binsfeld. receptarum Theologicarum ſen-
tent.ſect.5.membr.2.concluſ.8. Pater Ioan.Baptiſta
Scortia è ſocietate Ieſu.de ſacrific.Miſſæ lib.2.c.2.
nu.12.de Buſtis.d.ſer.2.par.3.§.fin.iſte autem.Bar-
tholomæus à S.Fauſto de Indulgent. lib.5. q.2. et
ſeq.Lauor de Iubileo.et indulg.par.2. c.29. per tot.
præſertim à num 57.cum ſeq.
27 Verùm quia animæ in Purgatorio degentes
cùm in charitate Chriſti decedant, & mēbra
ſint Eccleſiç,& Charitas,quæ eſt vinculū,vniēs
28 membra Eccleſiæ, non ſolùm ad viuos ſe ex-
tendat,ſed etiam ad mortuos, qui in charitate
decedunt, vt inquit S.Th.in 4.diſt.45. q.2. ar.1 ad
29 2.q.in ſupplem.3.par.q.71. ar.6. Et qui per mor-
tem non deſinunt eſſe mēbra eiuſdē corporis;
vt inquit S. Anton.par.1.tit.10. c.2.de Purgator.§.
3.in fi.verſ.et hinc eſt.Beatus Albertus Magnus. in
compend. Theolog.verit.lib.7.c.5.Illuſtr.Belarmin.
de Purgar.lib.2.c.15.in init.ex Petro Cluniacen.
30 Hinc vtique fit,eas virorū ſuffragijs iuuari:
Animæ, nempè defunctorum (vt Gregorius lo-
,, quitur relatus can. Animæ 22. 13. q.2.) quatuor
,, modis ſoluuntur; aut oblationibus Sacerdo-
,, tum, aut precibus ſanctorum, aut charorum
,, eleemoſynis,aut ieiunio cognatorum. Sacrum
Concil.Florentin.in dictis Litteris vnionis.d.§ item
definimus.d.fol.476.col.2.Sacr.Trident.Concil.ſeſ.
25.in decreto.de Purgator.Gloſ. in verbo pro An-
niuerſarijs.in cap.cùm creatura.de celebr. Miſſar.S.
Th.in 4 diſt.45. q.2. art.1. ad ſecundum S.Anton.d.
tit.10.c.2.§.2.Illuſtr.Card. Belarm. de purgar.lib.
2.d.c.15.Petrus Binsfeld.d.ſeſ.5. membr.3. concl.
1.et 2. Lelius Zecchius de caſib. Epiſcopo reſeruat.
d.caſu.6.nu.5.Cenedus ad decretum collect.55.n.1.
Azor. Inſtit. moral. par.1. lib.10.c.22. q 8.Frater
Bernardin. de Buſt. par.2. ſerm.2. par.2.Secunda
conſideratio.Beatus Albertus Magnus.in compend.
Theologicæ veritat. d.lib.7. c.4. Bonac.de ſuffrag.
q.2.punct.1.nu.1.d.tom.1.diſp 6.Lauor. par.2.de
indulgent.c.30.nu.33.et ſeq. à S.Fauſto lib.1.q.33.
et ſeq. de Indulgent.
31 Super omnia autem prodeſt ipſis, ſi ſummè
propitiatorium ſacrificium pro eis offeratur.
Conc.Florentin.ubi ſupra.Sacr.Trid. Concil.ſeſ.22.
c.2.in fin.de ſacrific.Miſſæ.et can.3.et ſeſ.25.in de-
creto de Purgator. Gabriel. in can. Miſſæ lect. 57.
Aegidius de ConinK.tom.1.q.83.de ritu uenerabi-
lis Sacramenti.ar.1.dub.9 concl.4 nu.161. et d.di-
ſput.11.dub.7.nu.50.et 52.Belarmin. d.lib.2. c.16.
Binsfeld.d.membr.3.concl.3. Henriq. lib.9 ſum.de
Miſſæ ſacrific.c.16.§.1.Scortia.d.lib.2.c.2.nu.9.et
10.et lib 4.c.20.n.3.Zecchius d.caſu 6.n.5.Cande-
labrum aureū.de Purgatorio.n.13.Frater Bernard.
de Buſt.tom.2.ſer.13.par.3. §.octaua utilitat. circa
med.uerſ.nullum eſt enim. Bonac.tom.1.de Sacram.
Euchar.diſput.4.q.ult.punc.5.n.6.in 2.propoſit.Ste-
phan.Fagundez de quinque præcept.Eccleſ.præcep.
1.lib.3.cap.12.nu.3.et 11. Lauor. d.c.30. num.44.
et ſeq.
32 Qua de cauſa, tantò nos defunctis in Purga-
torio purgantibus meliùs profuerimus, quan-
tò frequentiùs expiatorium hoc ſacrificiū of-
33 ferri pro eis curauerimus; præſertim verò ſi
ipſi in ſupremis Elogijs relicta in id Sacerdo-
tibus congruenti ſtipe, vt offerrentur, manda-
uerint. S.Th.d.3.par.q.71.ar.22. et 13.et 14.diſt.
45.q.2.ar.4. et quodlib.2.ar.14. Henriq. d.lib.9.c.
20.§.2.et c.21.§.4.uerſ.At quantum ad ſatisfactio-
nem.Card.Belar.lib.2.de purgator. c.18. in tertiam
difficultatē.Tolet.lib.2.c.6.n.2. uerſ. confert etiam
per modū.Lelius Zecchius. d.caſu 6.n.5.in fi. Binſ-
feld.d.ſect.5 membro 3. concluſ.10.& 11.Scortia.
d.lib.1.cap.2.num.10.Candelab.vbi ſupra. num.21.
Bonacin.de indulgent.d.punct.5.nu.15.in fin.Lauor.
d.cap.30.nu.88.& ſeq.

Non

Non ab re igitur fecisse Testator hic æsti-
mandus erit; cùm pluries singulis quibusque
diebus, vt pro se sacra fierent, data in id certa
stipe, & testaméto, & codicillis sanxit. Nempè
quòd intendebat, vt quantotiùs è Purgatorijs
pœnis, vi, efficaciaq; expiatorij, & incruenti
34 sacrificij, liberaretur. Tantò enim citiùs *ex*
,, atrocissimis illis pœnis liber, quis exibit, quã-
,, tò plura pro eo fient suffragia. *S. Thom. inquit quodlibet 2 ar. 14. & sequitur perpulchrè Fr. Bernardin. de Bustis. d. serm. 2. tom. 2. par. 2. §. sed hic queritur. in fin. vers. quod ille citiùs exibit. S. Anton. in sum par. 1. tit. 10. cap 2. §. 5. in fin. vers. item cùm queritur. Cardinal à Turrecremate. in can. quia alij. 24. 13. q. 2. num. 2. & 3. Beatus Albert. d. lib. 7. cap 5.*

Verba itaq; illa in testamento Cappellanis
,, directa, *Li quali Cappellani siano tenuti celebra-*
,, *re vna Messa il dì in detta Cappella per l'Anima mia.* Distributiuè vtiquè exaudiri debere, non verò collectiuè, sicuti per aduersarios est in votis, qui sapit omnis vltròq; concedet. Vt videlicet singulis singulas Missas dietim celebrent.

35 Porrò, quòd relatiuum illud (*li quali Cappellani* (*qui, Cappellani*) verbo vtiquè comuni adiunctum, distributionem facit suppositorum, cùm ad vnum comunem terminum referatur; Vndè insolidum tribuit vnicuique supposito id, quod refert. *tex. est notab. in l. si ita fuerit legatum. 11. ff. de reb dub. vbi Castren. num. 3. & Socin. num. 6. Bar. in l. hoc articulo. 29. num. 7. ff. de Hæred. instit. sequitur. Menoch. cons. 123. num. 6. vol. 2. Card Tusc us. tom. 2 litt. D. conclus. 269. nu. 13. Barb. s. de dict. dict. 322. n. 2.*

36 Idemq; operatur, ac si nominatim singuli Cappellani proprijs nominibus nũcupati fuissent. *arg tex in l. certum. 6. in princ. ff. si certum petatur. Bald. in l. fin. num. 1. vers. 2. oppono. C. de Impuber. & alijs subst. & Aretin ibid. in 2. notab. Menoch. d. cons. 123. n. 4.*

Alioquin ineptè loquutum fuisse Testatorẽ
concesserimus: Vt scilicet tres ipsi Cappellani
collectiuè, atq; in sẽsu cõposito; semel Missam
quotidiè facerent, quod sanè absurdum est
37 atq; proindè euitandum. Quocirca distributiuè iurè stabit interpetratio, & in sensu diuiso, vt singuli singulas Missas quotidiè faciant; quod aduertit. *Menoch. d. cons 123 num. 6. in fin. & probatur ex doctrina Socin. in d. l. si ita fuerit.*
,, *num. 6. Responde, quòd etiam. Tunc sanè (dicentis)*
,, *posse accipi collectiuè, quando actio non potest tribui cuilibet insolidum.*

38 Est enim Missa. Sacerdotis sacra actio, qua Corpus, & Sanguinem Christi, sub visibili specie panis, & vini, contentum, offert. *vt inquit Henriq. in sum lib. 9. de sacrific. Missæ. in proemio. §. 1. Pater Scortia. de Sacrific. Missæ. lib. 3. cap. 1. Pater Fagundez. de quinque præcept. Eccles. præc. 1. lib 3. cap. 1. num. 1. & seq. Bonacin. tom. 1. opor. de Sacram. Euchar. d. d. sp. 4. q. vlt. punct. 1. n. 1.* Quare per vnumquemquè eorum singulis diebus sacra offerenda erit hostia Altissimo rerum omnium Opifici Deo, pro salute Animæ Testato-
39 ris. Ni frustrà eum, atq. illusoriè loquutum fuisse, contenderimus; quod minimè ad admittendum aduertit Alphenus. *in l. si quando. 112. in princ. ff. de legat. 1. facit tex. in cap. si Papa. 10. de priuileg. lib. 6. notat Paris. cons. 90 nu. 33. vol. 2.*

Conuinciturq; ex eo, quòd singulis Cappellanis pro eleemosyna, siuè stipe, singulis diebus certos annuos redditus destinauit Testa-
40 tor. Vndè ex iustitia tenebuntur illi (seruata tamen honestate. *ad tex. in cap significatum. 11. de præbend.*) quotidie pro eius Anima sacris operari. Cæteròquin iniurij se ei facient, & peccabũt; atq; restitutioni obnoxios se reddent, fraudantes testatorem contrà iustitiam re magni valoris; suffcagijs scilicet, quæ pro sua destinarat anima, vt à Purgatorijs pœnis citiùs liberaretur. *S. Thom. quodlibet. 6. art. 13. Syluest. Missa 1. q. 10. Tabien. restitutio. § fin. num. 33. Armilla Missa §. 35. Nauar. man. cap. 25. num. 92. & cons. 26. lib. 5. de pœnit. & remiss Henriq. d. lib. 9. cap. 21. §. 4. & cap. 22. §. 2. Rodriquez. sum. par. 2. cap. 251. cõclus. 4. Anton Fernandez. in examin. Theolog. moral. par. 3. cap. 5 §. 9. num. 4. Porrecta. in addit. ad Beat. Albert. dict. lib. 7. cap 4. Fagund. d. præcept. 1. lib. 3. cap. 2. num. 7. & num. 9 & cap. 10. num. 1. & seq. Bonacin d. q. vlt. punct. 7. propos. 3. num. 7. & §. 5. num. 1. et 2. Lauor. d. cap. 30. n. 150. et 153.*

41 Correspondens autem adiecto oneri stipes, argumẽtum præstat satis sufficiens, atquè euidens, indè legatam, congruam ipsam stipem fuisse, vt ad eius correspondentiam oneri fieret satisfactis quotidiè sacris per Cappellanos *arg tex. in l. filius familias. 117. §. apud Mar-*
,, *cellum. in fin. ibi. Maximè si fundum centum, vel*
,, *non multò pluris sit. ff. de legat. 1. Bar. in l. Pamphilo. 37. §. duas. in fin vers. ita potest intelligi hęc lex. ff. de legat. 3. Cephal. cons. 42) num. 98. lib. 3. Petrus de Beninend. decis. vltima nu. 7. Menoch. cons 146. num. 13. & 14. lib. 2. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 24. num. 7.*

42 Alioquin nõ factis quotidie sacris per Cappellanos ipsos, mercedis legatum non vtiquè illi consequentur. *arg. tex in l. seio amico. 10 ff. de annuis legat.* quatenùs habet nõ deberi legatũ ob causã relictũ, si causa ipsa nõ subeatur. *et faciunt ibi notata per Bar. & per Capic. decis. 27. nu. 20. & 21. & per Menoch. de arbitrar. casu. 273. optimè Ioan. Azor. Instit. moral. par. 2. lib. 9. cap.*
43 *13. q. 4 in 11. casu. dicens.* Quòd si aliquid pro labore legatur, eo cessante, legatum cessat; *allegat tex. in d. l seio Amico. Fagundez. d. cap. 2. nu. 9.* vbi obliuionem ad celebrandũ; contractũ, siuè actu iustitiæ appellat do, vt facies, vel vt applices. Multiplicari itaq; voluit Testator Missarum celebrationẽ per Cappellanos, tùm testamento, tùm codicillis scriptos, vt tantò citiùs è pœnis Purgatorij liberaretur, vt diximus.

Parere ergò eius voluntati debebunt scripti Hæredes. Ni se peccato inficere, & contra pacta venire exoptent.

Nec ad rem pertinent, quæ contra nos per
Aduersarios obtunduntur. Quòd nempè; de-
stinato Cappellano in codicillis, qui sacris
quotidie operaretur, data eidem competenti
stipe annuorum ducatorum 40., recessum vi-
deatur à superiori dispositione, qua tres Cap-
pellanos destinauerat, qui offerrent quotidiè.
44 Profectò quòd singularis destinatio personæ,
pluralitatem reijcit. Vt quòd de vno dicitur,
in plurib. verificari haud possit. *ad tex. in l. Iu-
lius Phæbus. fin. ff. ad Trebb. notat. Bald. in cap. inter
cætera 1. 4. num. 14. vers. pone Testator. de rescript.
Euerard. in loco à vi numeri. nu. 1. Surd. cons. 369.*
45 *num. 3. vol. 3. Cephal. cons. 37. nu. 39. lib. 1.* Quod
enim vnum est, ac singulare, indiuisibile est,
proindeq; diuisionem, & in plura partitionem
negans, cùm extrà partes sit. *Arist. 1. phisic. c. 3.
tex. 15. & 16. & 5. metaphis. cap. 6. tex. 11. Bald. in
l. si plures. 6. col. 2. nu. 12. vers. indiuiduum est. C. de
condit. inscrtis, sequitur Mandos. cons. 7. nu. 16.*
46 Ideo numerus singularis non congruit plu-
ribus, nec pluralis sermo congruit vnitati; *vt
inquit Bald. in rubrica. ff. si certum petatur col. fin.
vers. item opp. contrà Surd. decis. 202. num. 14. Ay-*
47 *mon. cons. 161. num. 1.* Quia singularis numerus,
vnum tantùm, non plura complectitur. *ad tex.
in cap. 'is, cui. 19. in 1. respons. de præbend. in 6. arg.
tex. in l. idem Iulianus. 41. §. scio ex facto. ff. de le-
gat. 1. Natta cons. 112. num. 2.* Pluralitas verò
non potest in vno saluari, *vt alijs relatis refert
Surd. cons. 364. num. 37. vol. 2.*

Neque enim ex hoc aduersæ partis motiuo,
disceptationis quæstio, ac difficultatis punctus
diluitur, cùm hoc vnum sit, de quo controuer-
timus. Sit nè per secundam hanc Cappellani
destinationem in codicillis ascriptam, à priori
recessum in testamento de tribus Cappellanis
factam. Et inconueniens nullum est, quin re-
cessum haud esse dicamus. Porrò, quòd diuer-
sa, atq; inter sese dissita duo hæe legata sunt,
& in Testamento de tribus Cappellanis, & de
vno in codicillis; quòd diuersimodè descripta
48 inueniantur. Rerum autem diuersitas, ex re-
rum dissimili compositione, atq; formarum di-
stinctione arguitur, *ex Arist. 10. metaphis. 7. tex.
in l. si idem codicilli. 7. C. de codicillis. vbi Bald. in-*
49 ,, *quit: Quod diuersitas nominum indicat diuersi-*
,, *tatum effectuum. sequitur Card. Zabarella. cons. 58.*
50 *num. 3.* Et diuersitas temporum, diuersitatem
quoq; indicat Summarum. Sicuti temporum
ipsa diuersitas, contractuum etiam diuersita-
tem infert. *plurib. Surd. alios referens. cons. 80.*
51 *nu. 13. & 14. lib. 1. & cons. 327. nu. 45. vol. 3.* Et
diuersitas oppositionum diuersa indicat sub-
iecta. *vt Bald. idem loquitur in cap. significante. 34.
num. 1. in fin. de rescript. Barbos. assiom. 74. nu. 1.*
52 Forma namque rei mutata, substantiam pe-
rimi eiusdem Marcellus *ait in l. Iulianus. 9. §. si
quis. ff. ad exhibend.*
53 Vnde diuersa cum sit forma, tribus destina-
tis in testamento Cappellanis, ab altera codi-
cillis scripta vni Capellano, diuersa vtriquè ea
debere esse legata, ostendere voluisse Testato-
rem, conijcere non iniurià debemus; vt rectè
ad rem nostram tradit *Bald. cons. 349. col. 2. in
fin. vol. 4.*

Nec incongruum hoc est asserere, & si sanè
Aduersarijs non ita arrideat, contendentibus
vltimum attendi debere legatum, de vno Cap-
pello codicillis scriptum, quamuis diuersam, à
priori, testamenti tabulis, designato, contineat
54 quantitatem. Quòd recessum ab hoc sit, per
ea, quæ codicillis relicta fuere, *vt Sceuola inquit
in l. libertis quos. 18. ff. de aliment. & cibar. legat.*
55 Præsertim cùm in eandem causam secundum
hoc legatum cedat, sicuti primum, *vt Bar. in-
quit in l. centum. 9 num. 1. in fin. vers. aut legatum.
ff. de adimend. legat. sequiturque pluribus Simon de
Petris lib. 4. de interpetr. vltimar. volunt. dub. 4. à
num. 14. ad fin. vsq; & Anton. Gomesius. d. num. 38.*
56 Quoniam id quidem locum habet in lega-
to, quod multiplicationem non admittit, vnde
semel præstitum, repeti amplius minimè opor-
57 tet; vti legatum est alimentorum. Ipsa enim
semel data alimenta, reiterari ampliùs opus
non est, cùm plures stomachos quis non ha-
beat, *vt Gloss. aduertit fin. in l. quinzenta. 12. ff. de
probat. vbi Salicet. & Florian. & not. Bald. d. cons.
349. col. 2. vers. quæritur ergo. Dominus de Franch.
d. decis. 422. num. 4. Anna. d. cons. 91. nu. 37. & 38.
Menoch. lib. 4. præsumpt. 128. num. 18. Franc. Mar-
chus d. decis. 437. num. 1. & 7. & diximus supra
prima nostra respons. num. 77. 78. & 79.*
58 Ac præterea, quando, & eadem omninò
quantitas eadem in scriptura, eidemq; perso-
næ relicta esset; vt secus omnino sit, si diuersi-
tas intercedat, vel in modo, vel in tempore, vel
etiam in quantitate, siuè in causa, fac eidem
numero personæ legatum fiat. Namq; multi-
plicatio non iniurià tunc præsumitur, vt vtraq;
debeatur quantitas, *post Bald. in d. l. planè. 34. §.
si eadem res. ff. de legat. 1. alijsque relatis sequitur
Anton. Gomez. d. cap. 12. nu. 38. vers. ex quo sume
notabilem regulam. sequitur Pater Molina. d.
disput. 201. col. 2. vers. quando verò, & Pater Ga-
briel Vasquez in opuscul. moralib. tit. de testament.
cap. 8. §. 4. dub. 8. num. 84.*
59 Quòd verò legatum pro Missis celebran-
dis multiplicationem recipiat, nemo inficias,
iurè ibit. Ex earum porrò multiplicatione cō-
sultum multò magis Animæ est disponentis,
vt eò citiùs libera è pœnis euadat purgato-
60 rijs, vt supra diximus. At examplectenda vn-
dequaquè isthæc interpetratio est, quæ pro
anima facit, eiusq; respicit comodum, *ad tex.
in l. sunt personæ. 43. in fin. de religios. & sumptib.
funer. arg. tex. in cap. fin. de re iudic. Tiraquel. de pia
causa. priuil. 148. Ioan. Baptista Ferrett. cons. 289.
num. 6. in respons. ad 4. lib. 2. Tuscus. tom. 6. conclus.
337. littera P. Gratian. Forens. par. 1. cap. 131. nu. 2.
Rota apud Crescent. decis. 3. num. 10. de constitut.
Frater Ludouic. à Beia respons. casuum conscient.
par. 1. casu 51. in 2. dub. vers. demum hæc opinio. fol.
mihi. 238. Rota apud Card. Seraphin. decis. 1394.
num. 5.*
61 Recepta nempè est, & comunis Theologo-
rum

rum omnium sententia (*quicquid aliàs Caietan.
3.par.q.79.art.1.& in opuscul. de celebrat. Missæ.
q.2.eiusq; sequaces voluerint.*) Missæ sacrificium,
qua parte præsertim satisfactoriũ est, vt actio
scilicet est Sacerdotis satisfactoria nomine
Ecclesiæ, siuè ex opere operato, siuè etiam, ac
multò magis ex opere operantis, certæ, ac
deffinitæ virtutis, & efficacitatis ijs esse, pro
quibus offertur, tàm viuis, quàm defunctis, non
verò infinitæ. Vnde minor peruenit ad plures
eius fructus, quàm si pro vno tantùm fieret.
Alioquin semel dumtaxat offerre sufficeret;
& vnum sacrificium sat pro omnibus esset;
possemusq; pro libito Purgatorium, etiam vno
tantum oblato sacrificio, expoliare: erraretq;
Ecclesia, quæ multiplicationem admittit sacri-
ficiorum pro vna, eademq; met anima in Pur-
gatorio existente. Iniuriamq; Mediatori, ac
seruatori Christo Deo, eiusq; sanguini prætio-
sissimo inferret. Quæ planè omnia admitten-
da haud minimè sunt, quin explodenda magis.
62 Tùm quòd, & si res, quæ offertur, vt puta
Christus Dominus, ac Deus noster, infiniti sit
meriti; at persona offerens, qui est Sacerdos,
Christi minister, finiti, non verò infiniti meriti
est. Cæteroquin differentia nulla intercederet
63 Cruentum inter illud sacrificium à Christo
Domino in ara crucis semel factum, in quo ip-
se offerens fuit, & oblatum; & sacrificium in-
cruentum, quod per Sacerdotes quotidie of-
fertur in memoriam cruenti illius semel pro
nobis facti. At in illo actio erat immediatè
producta à Diuino supposito, in isto autem ab
humano, & mediatè per Sacerdotem Christus
offertur, non immediatè. Non igitur par vnius
ad alterum est ratio.
64 Tùm quoq; quod valor sacrificij ipsius ex
voluntate, & institutione pendet Christi Do-
mini instituentis, qui consultò id voluit, vt cõ-
mensuratus esset fructus sacratissimæ passionis
suæ ex hoc promanans sacrificio, siuè ad pec-
catorum remissionem, siuè etiam ad alia pro-
merenda beneficia, quibus in hac vita indige-
mus; vt multò frequentiùs feruentiùsq; in me-
moriam passionis eius, sacrificium hoc repe-
teremus.
65 Possetque præterea Sacerdos plures, ac plu-
res eleemosynas à pluribus recipere pro vno
ipso sacrificio, atque æqualiter prò omnibus
satisfacere. Quod porrò absurdum est, ac scã-
dali nutritiuum. Nullaq; postremò differentia
66 esset, si offeratur hoc augustissimum sacrificiũ
per malum ministrum, ac si per bonum, saltim
ex opere operantis; *vt plenè post S.Thom. in 4.
dist.45.q.2.art.4.S.Anton.1.par.tit. 10. cap.2.§ 4.
& 5.Turrecremat.in can.non mediocriter.23.ad se-
cundum dub. num.3.de consecrat. dist.5. Henriq. in
sum.lib.9.cap.20.§.5.& 6.& cap.21.§.4. vers.&
quantum ad satisfactionem. Illustrissimus Card.Bel-
larmin.tom.3.par. 1.lib.2.de Missa. cap.4.in 4.pro-
positione.Ian.Azor.Instit.moral.par.1. lib.10.cap.
20.q.8.& 9.vers.secunda sententia. & lib.2. ead.
par.cap.16.q.5.col.2.littera B. vers. item commu-
nis est. Nauar.man. cap.25.num.92. & num.111.
Couar.in cap. alma mater par.1. cap.5 §.5. num.9.
Tolet. in Instruct. Sacerd. lib.2.cap.8. num.3.in 3.
dub.vbi Victorell.addens.* Abb Panormitan.*in cap.
fraternitatem.3 nu.4.de sepult. ConinK.de Sacram.
q.83.art.1.dub.10 nu. 173.& seq.Cened.q.27.num.
12.& 13.Pater Comitul.respons.moral.lib.1.q.42.
vbi latè Pater Ioan.* Baptista *Scortia. de sacrific.
Missæ lib.1. cap.9. Anton. Fernandez in examin.
Theolog.moral.par.3.cap.5.§.2.nu.5.* Didacus *spi-
no.in speculo Testamem.glos.3. princ.* de *Cappella-
nijs.num.55. & 56.& seq. Martinus* Becanus *in
opuscul.tom.2. de triplici sacrificio. lib.3. cap.13.
conclus.2. & nouissimè* Frater Paulus Fraxinellus
*tract.de Sacerdot.obligationib.in 4.prænotione. ubi
nu.3.recenset, qui hanc sequuntur sententiam.sect.
3.Barbos.de offic. & potestat. Episcopi par.2.alle-
gat.24.num.5.& 7.Anton.Ragutius.tract.de Mis-
sa q.7.Binsfeld.in Enchirid.Theolog. pastoral. par.
1.de Sacram. Eucharist. cap.7. §.6. Homobonus.in
exam.Eccles.tom. 1.tract.4. cap.13.q.119. Fagun-
dez d.lib.3.cap.2.nu.7.8.& 9.& cap.6.nu.8.9. &
10.Bonacina tom.1.oper.de Sacram.Eucharist.disp.
4.q.ultima punct.4.nu.3.5.6. & seq. & punct.7.§.
2.nu.1.* A *Sancto* Fausto *de* Indulg. *lib.1.q.56.&
seq.Lauorius.d.cap.30.nu.103. & 104.*
67 Multiplicare itaque voluisse Testatorem
Missarum, & sacrificiorum oblationem, plu-
riès in singulos dies, tùm per tres Cappella-
nos Testamento scriptos, tùm per vnum co-
dicillis designatum, qui sapit omnis vltrò con-
cedet. Vt recta coniectandi ratio de supremis
morientium dispositionibus, suadet. *ad tex in l.
si seruo alieno.116.§.si quis à primo.ff.de legat.1.
& l.si plurib.45.§.fin.ff.de legat.2. Anton. Gomez
uariar.d.cap.12. num.38. col.2. uers. item intellige
quando ab uno.facit Rota d.decis.3.nu.10.de con-
stitut.apud Crescent.*
68 Nec est contrarium, quod *ex tex. in l.Sem-
pronius 48.ff. de legatis 2.* nobis objicitur; qua-
tenus docet ibi Proculus Iure Consultus;
quòd si duabus tabulis diuersimodè quantitas
legata reperiatur, vna maior, altera minor,
parcendum sit hæredi, vt minor quantitas de-
beatur. *Et sequitur ibid.* Bart. Bald. *& Imol.atq;
Cuman.*
Nequè mirum est enim, si ita responderit di-
cto in facto Proculus; cùm & si binæ tabulæ
scriptæ fuissent, vnum tantum erat testamen-
tum, atq; vna dumtaxat disponentis voluntas,
vt verba ipsa Proculi apertè indicant dicentis:
„ *Binæ tabulæ testamenti exemplarij (casa) scri-
„ ptæ (vt vulgo fieri solet) eiusdem Patris fami-
„ lias proferuntur. & sequitur glos. ibidem. uerbo-
solet, atq; plenè etiam* Anton.*Gomez. d.cap.12.nu.
38.& num.58.&* Pater Molina. *d.disput.201. col.
3.uers.excipitur ab hac regula facit tex. in l.unum
testamentum.24. ff.de testament. sequitur* Abb.*in c.
in nostra.32.num.5. in fin. de rescript. & tex. in l.
idem Iulianus.41.§.scio. ff.de legat. 1. Mantica de
coniectur. lib.9.tit.1. num.5. Rota apud Caualer.
decis.513.num.6.*
In facto verò hoc nostro diuersimodè in te-
stamen-

ſtamento, atq; in codicillis diſpoſitum eſt;Idq; ex cauſa (vt oſtendimus) Teſtatoris Animæ proficua: Vt vtraquè proinde quantitas debeatur. *ad tex. in d.l. quingenta. 12. de probat. & diximus ſupra num. 15. & 16.*

Atq; ita ex his reſpondi Cenſoris lima haud excuſſa.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reuerẽdæ Fabricæ Aduocatus.

Pro tribunali ſententia ſucceſſit, atq; vtrũquè deberi legatum declaratum per vtrumq; Iudicem fuit, & ita executum pœnes Actuarium Trabucum in actis contra Illuſtriſſimum D. Ioannem de Capua Comitem Montis Aurei, ex pia diſpoſitione D. Ioannæ de Capua eius ſororis.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo Neapolitana ſi qua moriens refrenatum concedit mulieribus arbitrium ad diſponendum.*

2 *Legatum vxori relictum à conſanguineis uiri, cum eius contemplatione factum cenſeatur, uiro quæritur non uxori, declara, ut nu. 13. & 16. & nu. 20. & 21.*

3 *Legatum relictum de ſumma; quæ leganti non debetur, cùm in ſubſtantia deficiat, legatario minimè quæritur.*

4 *Et quatenus debeatur, actiones dumtaxat legatæ cenſentur.*

5 *Conſuetudo Neapolitana ſi qua moriens nihil diſpouit de prouenientibus ab affinibus, ſed tantùm de prouenientibus ab agnatis, & cognatis; unde ſub diſpoſitione iuris communis illa remanent. num 12.*

6 *Frater mariti, leuir appellatur; & affinitate tãtùm fratris uxori coniungitur.*

7 *Agnati, uel cognati, diuerſimodè nuncupantur, & coniunguntur ab affinibus.*

Agnati enim per uirilem ſexum coniunguntur.

Cognati uerò per fœminini ſexus perſonas.

8 *Affines ſunt uiri, & uxoris cognati, & per nuptias inuicem copulantur.*

9 *Mulier ſecundum Neapolitanam conſuetudinem ſi qua moriens, poteſt liberè diſponere de bonis aliũ. de prouenientibus, quàm ab agnatis, & cognatis, ſaluo tamen liberis, et parentibus debito bonorum ſubſidio.*

10 *Mulier habet bona multiplicis generis.*

11 *Mulier ſi dotes ipſa ſibi acquiſiuit ex induſtria, uel pulchritudine non comprehenditur ſub diſpoſitione Conſuetudinis Neapolitanæ.*

13 *Bart doctrina in l. ſed ſi plures. 10. §. in arrogato ff. de pupillar. ſubſtitut. expẽditur, et declaratur.*

14 *Filio ſub patris poteſtate degenti donata, contemplatione patris donata cenſentur, unde patri acquiruntur.*

15 *Mulier ſibi acquirit in donatis, non uiro.*

17 *Donata ſponſæ ab uiri conſanguineis, contemplatione uiri donata cenſentur, ut ornatior magis, atque lepidior uideatur.*

18 *Potiſſimùm ſi conſuetudo uigeat donandi, ut neceſſitas uideatur, non libera uoluntas.*

19 *Vel ſi dubium ſit factum, neque coniecturæ, in unam magis quàm in aliam partem inclinent.*

20 *Mulieri donatum ob ſeruitia præſtita potiſſimùm in infirmitate ab uiri conſanguineo, mulieri ipſi donata, et acquiſita cenſentur.*

22 *Filius ſi hæres uniuerſalis inſtituatur Pater uerò in re certa tãtùm, et uſufructuarius uidetur noluiſſe teſtatorem patri quæri vſufructum in tota hæreditate.*

23 *Intereſſe minime debetur diſputatione exiſtente in puncto iuris.*

ARGVMENTVM.

Num Neapolitana Conſuetudo, ſi qua moriens, locum ſibi faciat in donatis ab affinibus, vt reſtrictam proindè facultatem habeat mulier de eis diſponendi? Et an vxori legatum ab affine, contemplatione factum cenſeatur viri, vt viro ipſi quęratur an mulieri, cui legatum ſcriptum fuit.

RESPONSIO VIII.

Voluit Iſabella Marcheſia, Ioannis baptiſtæ Ambroſini vxor, in ſupremis ſuis tabulis, ex ſumma ducatorum quatuor centum, ſibi aliàs ab Stephano Ambroſino, Ioannis Baptiſtæ fratre, legata, certis quibuſdam pijs operibus ducentum octogintaquinque impendi; atque fatis conceſſit. Verùm negligentibus hæredibus. Ac dicto Ioanne Baptiſta, piæ parere defunctæ Teſtatricis voluntati detrectante. Apud Iudicem interpellat Oeconomus Fabricæ Sancti Petri, compilatoque proceſſu; ad ſoluendum non teneri 285. prædicta contendunt hæredes, ac duo pro ſe potiſſimum afferunt, quæ validiſſima putant.

1 Primum, quòd refrenatum concedit arbitrium mulieribus diſponendi, Conſuetudo Neapolitana. *Si qua moriens tit. 6. de muliere habentes filios*: vbi illæ decedunt filijs relictis. Vt ſi à muliere bona procedant, exceptum eſſe debeat à diſpoſitione, bonorum ſubſidium pro filijs ſuperſtitibus; quod medietas erit, cùm ſeptem illi ſint. *ad tex. in auth. nouiſſime. C. de in offic. teſtam.* Si verò ab agnatis, vel cognatis deſcendant, vt illhæc eſſe putant, de decima tantùm diſponere poſſit, non vltrà.

2 Alterum verò, quòd relictum legatum Iſabellæ per Stephanum Ambroſinum, Ioanni Baptiſtæ quæſitum fuit, eius contemplatione factum exiſtimant, non Iſabellæ. *ad tex. in l. ſi plures. 10. §. in arrogato. ff. de volgar. & pupillar.* vbi

vbi Bar. Imol. Alex. & alij. sequiturque in punctis. Vincent. de Franeb. decis. 595. num. 1. Aloys. de Leo in l. 1. nu. 1. C. de donat. ante nupt.

3 Addunt his tertium, quod legatū hoc, cùm (vt ipsi putant) de summa factum sit, quæ leganti non debetur (cùm vtique Ioanni Baptistæ quæsitum fuerit, vt paulò antè diximus) deficit in substantia, neq; proinde legatario pendendum sit, vt est tex. in l. si sic. 78. §. si mihi. vbi
4 etiam Bar. num. 2. in fin. ff. de legat. 1. Quatenus verò deberetur, actiones dumtaxat, non pecunias ipsas legasse videatur, per tex. prædictum. §. mihi in fin.

Verùm, istis nihili pensis, deberi legatum, firmumque illud persistere, iurèq; meritò nūc agere Fabricæ Oeconomum, vt illi fiat satis; Respondi.

Planè quia deficit primum assumptum de
5 Consuetudine Neapolitana. Cùm illa ab affinibus donata minimè gentium complectatur; Sed ab agnatis, vel cognatis obuenientia dum-
,, taxat. Sic enim loquitur consuetudo. Si qua
,, moriens habeat filios, seù liberos; potest de dotibus
,, suis, & alijs sibi obuenientibus, ab agnatis, vel co-
,, gnatis, iure successionis vel titulo lucratiuo, in sua
,, vltima voluntate relinquere de decem partibus
,, vnam tantùm. hæc ibi: Nullum itaque verbum consuetudo facit de prouenientibus ab affinibus. Neque in dubium reuocari potest, fratrē
9 mariti, qui (leuir) appellatur, in l. non facilè. 4. §. viri frater. ff. de gradibus affinitatis, neque agnatione, neq; cognatione mulieri iungi, fratris vxori, sed affinitate dumtaxat. tex. est in d. l. non facilè. 4. §. affines.

7 Aliter enim agnati, vel cognati dicuntur, & inter se cōiunguntur; aliter verò affines. Agnati nempè. cognati sūt per virilis sexus cognationem coniuncti, quasi à Patre connati. Cognati verò per fœminini sexus personas cognatione iunguntur. § sunt autem. Instit. de legit. agnat. tutel. l. Iuris consultus. 10. §. nomen cognationis. ff. de gradibus affinitatis.

8 Affines autem sunt viri, & vxoris cognati, dicti ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit, vt loquitur tex. in d. l. non facilè. 4. §. affines. de gradib. affinitat. sequitur Anton. de Rosell. de successionibus ab intestato. num. 201. vol. 7. tract. & Stephan. Costa de affinit. num. 1. & 2. vol. 16. tract.

9 Neque consuetudo prædicta simpliciter bona omnia, quæ mulier aliundè habet, quàm ab agnatis, vel cognatis, sub restrictione cohibet, vt ne disponere valeat, non reseruato filijs debito bonorum subsidio; sed quædam dumtaxat, quæ seriatim explicat in secunda sui par-
,, te, dicens: Paratum autem pro eadem muliere, siuè
,, ad vsum ipsius mulieris durante matrimonio; nec
,, non donatum à marito præsente, ipsi mulieri, tem-
,, pore contracti matrimonij, & quartam, si quam ha-
,, bet ab aliquo alio marito defuncto, à quo liberos
,, non habuerit, potest relinquere, & de ijs disponere,
,, pro suo arbitrio voluntatis, saluo liberis vtriusque
,, matrimonij. & parentibus, debito bonorum subsidio, hæc consuetudo.

Quæ perpensio euidentiùs, clariùsque deducitur ex his, quæ ab Napodan. afferuntur in commentario eiusdem. uerbo saluo. num. 48. vbi sic
,, loquitur. Item nota ex hac consuetudine, quòd mu-
10 lier habet bona multiplicis generis. Primo dotalia.
,, Secundo prouenientia sibi ab agnatis, & cognatis.
,, Tertio paratum. Quarto donationem propter nup-
,, tias, quam habet à præsenti viro: Quinto quartam,
,, quam habet ab alio marito: Sexto bona quæsita aliū-
,, dè per eam: licet hic non caueatur. In primis duo-
,, bus potest testari, seù relinquere de decem partibus,
,, vnam, & sic habet frænum: in sequentibus verò
11 quatuor non. Hæc ille. Et paulò post num. 50. sub-
,, nectit. Sed quid, si hæc mulier acquisiuit sibi dotes
,, ex sui industria, vel pulchritudine? Respondeo for-
,, tè poterit testari pro arbitrio voluntatis, sicut in
,, istis quatuor bonis. Ex ijs collige, quod regula est,
,, quòd mulier habens liberos, potest testari pro suo
,, arbitrio uoluntatis de omnibus bonis suis, præter-
,, quàm de dotibus, & aliis obuenientibus ab agna-
,, tis, & cognatis, in quibus habet arbitrium refre-
,, natum, & limitatum. hæc Napodan.

Nihil itaque cùm disponatur de his bonis ab affinibus donatis: neque sub secunda parte consuetudinis comprehendantur: nulli omnino dubium erit, remanere illa sub Iuris co-
12 munis dispositione. Quòd, & Napodan. ipse apertius concedit. in uerbo. cognatis. num. 4. dicens:
,, Aduerte quod non loquitur de acquisitis per eam,
,, & aliis obuenientibus ab extraneis, uel ab affini-
,, bus, id est, coniunctis ex parte uiri, unde tunc habet locum Ius commune. hæc ille. Et idem sequitur Scipio Bucinus. in addit. ad eundem. uerbo. statutum quod mulier. mihi fol. 196. uers. quid autem in bonis per eam acquisitis. Et plenè etiam Napodan. in consuetudine si quis, uel si qua: de successionib. ab intestato. num. 149. & 159. fol. mihi. 117. quem sequitur Molfes. ad cōsuetud. par. 2. tit de bonis. q. 15. nu. 1. et 2. In casum igitur abit primum partis assumptum, ad mentem dispositionemque Isabellæ labefactandam.

Deficit quoquè, & alterum assumptum: Contemplatione scilicet Ioannis Baptistę fuisse legatum quatuor centum Isabellæ factum, atque propterea nō eidem quæsitum, sed viro.
13 Primo quòd non ita passim ab omnibus recepta præfata sententia est, donata scilicet vxori per consanguineos viri, contemplatione mariti data præsumi, eidemque quæsita, non verò vxori. Quoniam Bar. doctrina in d. l. si plures. 10. §. in arrogato. ff. de pupill. substitut. et aliorum eum sequentium. in filio familias (ad terminos dicti tex. §. in arrogato) sub patris potestate degente locum sibi facit; vt patris ipsius contemplatione donatum præsumatur, non filij,
15 qui patri acquirit, non sibi. Mulier verò sibi, non marito querit. Bald. consil. 316. super l. n. 2. lib. 4. Benedict. Capra. consil. 135. n. 18. & 19. Alciat. in reg. 1. præsumpt. 8. per tot. qui plenè quoque Ioan. Nicolaus Arelaten. in additionib. et sequitur Rota par. 4. diuers. per Farinac. collecta.

decif.548. nu.7. & ante eam Rota apud Bisignett. decif. vnica de donat. inter vir. & vxor. num.7.& seq. Palatios Rubeos.de donat. inter viru. & vxor. §.44. & §.45. Illustrissimus Mantica. de coniect. vltim.volunt. lib.8. tit.16.per tot. Surd. conf.488. nu 4.vol.4.Marta.voto 39.nu.2. par.1. Ioan.Garsias.de coniugali acquestu.nu.109. cum seq. Peregrin.decif. Patauin.83. n.11.Menoch.lib.3.præsum. 26.nu.17.& 18.vbi affert, & *ponderat tex. satis aptum ad rem.in l.si seruus communis. 39.ff de donat.inter virum*, *et uxorem*. *Pater Thom. Sanchez de matrim.lib 6. disput.26. nu.10. Fontanella de pactis nuptialib. claus.7. Gloss.3. par.6. num.92.et seq.tom.2. Gaspar Anton.Thesaur. Forens. par.3.q. 15.nu 4 Gratian.Forens.par.1.c.189 nu.1.D.Franciscus del Castillo. decif 93.per tot.par.5. nouissimè sequitur* D. *Petrus de Luna siculus inter conf.*

16 *diuerſ.conf.36.nu.12. et seq.* Deindè, quòd contraria sententia locum sibi inuenire potest coniecturis concurrentibus; cùm scilicet do-

17 natur Sponsæ ad virum ducendæ, ab ipsis viri consanguineis, qui consanguinei meditatione, ac causa donasse videntur potiùs, quàm quòd sponsa sit; verùm ad virum consanguineum ducenda, vt ornatior, comptiorq; appareat,

18 atq; lepidior, festiuaq; magis videatur. Potissimum autem vbi, eo casu donandi vigeat cõsuetudo, vt necessitas potiùs, quàm libera æstimetur donandi voluntas, *ut in his terminis loquitur Bar.conf.11.par.2.num.3.et Petrus Anchæran. conf.181. quæstio talis est. Sponsa de futuro. Afflict.decif.315 nu.9. Aufrer. ad Decif. Cappell. Tholos.337.nu 2.Ioan. Baptista Villalobos. in comun.opinion.littera D.§.Donata sponsæ per consanguineos. num.155. uol.1. Vincent.de Franch.d.decif.595.num.1. et 2. Clar.lib.4. receptar.sentent.§. donatio.q.10.nu.2.uers.sed nunquid. Menoch.lib. 3.d.præsumpt.26.num.10.Caroc. decif. 120. nu 23. et 25.Anton.Fabor.lib.8.tit.36.C.de donat.definit. 6.fol.mihi.1117. Napodanus in consuetud.Mulier de dotibus.tit.7.de alimentis præstand.in uerbo.donatio.num.58.Laurent.Kircouius.comun.opin. litt. D.centur.1.conclus.91.num.32.tom.2.Gaspar.Anton.Thesaur.d.q.15.num.4. et seq. Gratian.Forens. par.1.cap.589. num.3. cum seq. et plenè D.Franciscus del Castillo.d.decif.93. Vincentius Anna singul.157. Donata à consanguineis. Pater Molina. tom.2.de contract.disput.430. num.5. et seq.Franciscus Molina.de pact.matrim.lib.3.q.38. num.15. & seq.Aluar.Valascus.in praxi partition.cap.13. num.45.& 46.Sanchez.d.lib.6.disput.26. num.51. & num.21. & disput. antecedenti 25. num.10. & seq.Peregrin. d.decif.83.num.11. Ioan. Garsias. de coniugal.acquestu.num.107. & in his quoquè terminis loquitur nouissimus Horatius Viscontus. in suis conclusionibus. verbo.donatio Iocalium,fol.61. Anton. Gamma decif. Lusitan. 75. Fontanella .d. par.6.Gloss.3.nu.93. Ioan. Baptista Thoro in compend.decif.par.1.verbo vestes,& iocalia.& par.2. eod. verbo. Hieronym.de Laurent. decif. Auenionen.105.*

19 Vel saltim locum habebit Doctorum hæc sententia, videri contemplatione viri donata, atq; proindè eidem acquisita; Cùm in nullam partem coniecturæ magis inclinãt, vt dubium sit iudicium; Mulieris fauore ne, vel viri contemplatione donatum fuerit. *Palatios Rubios. d.§.44.num.4.& §.45.in princ.& num.6.7.& 13. Marta d.uoto.39.num.5.& seq Sanchez d.disput. 26 num.11.* Regens *Francisc.de Ponte. de potestate Proreg.tit.10 de diuers.prouisionib.cap de decretis Collateralis.§.1.num.9.fol.mihi. 500. et conf.16. num.68.et seq.lib.2.Capra d.conf.535. num.21. et seq.Gratian.Forens par 1.cap. 189. num.8.Molina. d.q.38.num. 19.et seq.et ita decisum in Sacro Neapolitano Consilio.anno. 1563 refert Vincent. Anna d.sing.157.Pater Molina.d.disput.430. num.7.*

20 Postremò quòd legatum factum fuit Isabellæ prædictæ ab Stephano infirmo, & morti iam proximo, qui ob seruitia in infirmitate præstita ad legãdum motus potiùs videbatur, quàm ob affectum ad Ioannem Baptistam fratrem, virum Isabellæ; vt eidem propterea quæsitum fuerit legatum, non viro. *Menoch d.præsump.26. num.1. Sanchez alios referens. d.disput.26. num.7. Pater Molina. d. disput. 430. num.7. uers. quando autem.Palat Rubios.d §.45.num.13.uers.crederem tamen.et num. 15.Marta.d.uoto.39 num 4.faciunt notata per Molin. d.q.38. num.57. à Ponte. d.conf. 16.num.71.et 72. et 73.Capra ubi supra D.Petrus*

21 *de Luna d.conf 36.num.15.et 16.* Quam perpensionem firmiorem reddit; quòd totum patrimonium suum, satis opulentum, tabulis eisdem supremis Ioanni Baptistæ fratri Stephanus reliquit; vt satis euidens hinc coniectura elicìatur: legatum quatuorcentum Isabellæ

22 totum quæsitum voluisse. Quemadmodum si vniuersalis instituatur hæres filius familias, Pater verò vsufructuarius in re certa; euidens hinc coniectura insurgit, noluisse Testatorem vniuersæ hereditatis vsufructum patri acquiri. Alioquin in re certa eundem vsufructuarium minimè scripsisset. *ut docet Illustrissimus Mantica. d.lib.8.tit.16. num. 14. faciuntque notata per Ioan.Garf.de coniugali acquestu.num.117. et 118. et num.121.in fin.*

Deficit tandem, atq; omnino corruit nouissimum assumptum. Cùm absolutum sit ex supra iam dictis, deberi Isabellæ legatum quatuorcentum. Iurè ergo agit Fabricæ Sancti Petri Oeconomus contra Ioannem Baptistam ad restitutionem 285.

Et ita ex his Respondi tertiùs sentitis Iudicio, atque notæ subiectis.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reuerẽdæ Fabricæ Aduocatus.

23 Pro Oeconomo fuere sententiæ; vnde soluit Ioannes Baptista ducatos 285. absq; vllo interesse, ob disceptationem in puncto Iuris; cùm essem ego pro Domino Reuigliono Secretario Coadiutor, in anno 1616, & 1617. à Sacro Collegio deputatus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 HOminis est ratione utentis propter finem operari.
2 Agens omne propter finem operatur.
3 Voluntatis obiectum est finis, & bonum.
4 Actiones omnes humanæ propter finem sunt.
5 Finis dicitur causa causarum in intentione, & causarum effectus in executione.
6 Actus omnis humanus in genere morum à fine specificatur.
7 Actus ex se, & ex genere suo bonus, in malum relatus finem, malus euadit.
8 Voluntas, & propositum humanos perficiunt actus, atque distingunt.
9 Actus bonus, tantò melior, sublimiorque euadit, quantò finis, ad quem refertur, melior, sublimiorque fuerit.
10 Finis regulat ea, quæ ad ipsum ordinantur, & ab eo naturam sortiuntur.
11 Actuum humanorum laus ex fine, non ex principio carpitur.
12 Rei cuiusq; potissima causa principium æstimatur.
13 Finis principalior, atq; optimus omnium, Deus est.
14 Deus finis est vltimus, cuius, & per æstimationem, rerum omnium.
15 Causa, qua moueri quis potest ad disponẽdum, duplex, impulsiua, & finalis.
16 Causa finalis ea dicitur, quæ ita voluntariè disponentis animum mouet, vt si ea non esset non disponeret.
17 Impulsiua vero quæ ad disponendum præparatum animum propellit, & incitat.
18 Causa finalis verè & propriè causa dicitur, impulsiua verò abusiuè, & impropriè.
19 Causa finalis fons est, & origo siue principium à quo reguntur omnia, atque diriguntur.
20 Causa cessante cessat effectus, omnisque dispositio, quod exaudi de finali.
21 Causa finalis per se ipsam alterius auxilio non expectato dispositionis effectum producit.
22 Causa finalis inter omnes alias primas obtinet.
23 Causa principalis actuum, & impulsiua, sine, siue qua non, differunt inter se.
24 Causa sine qua non, non semper principalis causa dispositionis dicitur.
25 Canonicus qui ad matutinas, siue diurnas horas accedit ad chorum propter distributiones quotidianas principaliter, peccat, secus verò, si principaliter propter Deum, secundariò propter distributiones.
26 Seruire Deo, licet primariò quidem propter se ipsum, secundariò vero ob metum pœnarum effugiendarum.
27 Locus psalm. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas, &c. propter retributionem, explicatur.
28 Vsura non est, sperare aliquod propter mutuum, non sanè vt debitum ex iustitia propter mutuum, sed ex gratia, & grati animi ergò, modo in pactum non deducatur.
29 Simonia non est intentio minus principalis consequendi beneficium propter seruitium Ecclesiæ impensum.
neque seruire Episcopo intentione minus principali adipiscendi beneficium, modò in pactum non deducatur. num. 30.
31 Finis in omni operatione spectandus est.
32 Finis cuiusque de rebus suis disponentis, is præsumi fuisse debet, qui est animæ eius magis proficuus.
33 Dispositio testatoris, præsertim in dubio, vt animæ fauore rogata videatur, trahenda est.
34 Tutior pars semper eligenda est fauore Animæ.
35 Animæ de salute vbi agitur abundantiùs est agendum.
36 Animæ fauore, piæque causæ, latior semper interpretatio sequenda.
37 Anima rationali nihil prætiosius in cunctis visibilibus inuenitur.
& proinde terrenis omnibus anteferenda. num. 38.
39 Animã cura tui ipsius inquantum potes Menander aiebat.
40 Animæ detrimentum si quis faciat, nihil ei prosunt reliqua.
41 Animæ nihil prodest magis, quàm si Dei causa suprema dispositio regetur.
42 Deus super omnia diligendus vti finis supernaturalis, & supremus omnium.
43 Homo propter Deum creatus est.
44 Amare nihil post Deum firmius nos oportet Animã nostra, quæ ad imaginem Dei creata est.
vnde qui post Deum, aliquam aliam creaturam firmiùs diligit, quàm animam suam, vel etiam animam alterius, quàm corpus proprium, peccat. num. 45.
46 Amare nos non sufficit quod oportet, nisi & debitum diligendi ordinem seruemus.
47 Charitas quomodo ordinetur iuxtà illud Cant. 2. ordinauit in me charitatem.
48 Actus agentiũ potissimùm in dubijs, trahendus est semper in causam magis agenti proficuam.
49 Coniectura illa in dubio assumenda, quæ disponentis intentioni congruit magis.
50 Dispositio dubia Testatoris trahenda est magis ad easum necessarium, & proficuum ei.
51 Legatum Prælato relictum (in dubio) dignitatis intuitu magis, quàm personæ relictum videtur.
52 Causa propter quam quis legauit, vbi ambigua est, trahenda magis est intuitu Dei, & animæ commodo legatum scriptum fuisse.
53 Causa finalis, in concursu, attendenda magis est atque perpendenda, & num. 60.
54 Causa primaria, & originalis in vna quaque dispositione attendenda.
55 Causa quæ disponentem mouit, ipsa dispositionem, dirigit, restringit, atque dilatat. vnumquodque enim à sua causa regitur, & firmatur.
56 Causæ duæ vbi simul concurrunt, illa præfertur, quæ immediatè causat, quia potentiùs afficit.
57 Legato pro sepultura Ecclesiæ relicto, prospicere per eum magis testator voluisse videtur animæ suæ commodo æternum victuræ, quàm temporali cadaueris humationi.
58 Actus per finalem causam magis, quam per impulsiuam

pulsiuam dignoscitur.

59 *Legatum sepulturæ causa vni Ecclesiæ factum, si deinde in alia Ecclesia sepultura eligatur, ademptum à priori videtur Ecclesia, & num. 66.*

Verum firmum manet quò ad Deum, cuius intuitu rogatum videtur. num. 60.

61 *Legatum certæ eleemosinæ certo pauperi factum, si ille præmoriatur testatori ad pauperis hæredes non transmittitur, firmum tamen remanet quòad Deum, cuius contemplatione factum videtur.*

62 *Causa impulsiua deficiente, non ex hoc tamen finalis cessat. & num. 66.*

63 *Legatum dotis ab Patruo nepti factum contemplatione patris magis, quàm neptis ipsius factum censetur.*

vnde profectitia dos æstimabitur, & in collationem ueniet bonorum. num. 64. nisi aliter ex coniecturis appareat.

65 *Dispositio in aliquem collata contemplatione alterius, primo deficiente, non caducatur, remanente eo, cuius contemplatione facta fuit.*

67 *Deus manet in æternum.*

68 *Legatum Ecclesiæ relictum, si illa casmate pereat, non utique deficit, sed Ecclesiæ uniuersali Romanæ debetur, quæ semper perdurat numquam deficit.*

69 *Ecclesia construenda hæres instituta, si illa construi non potuerit, Institutio non ob id uitiatur cum Deus, cuius intuitu facta fuit, nūquam deficiat.*

& fructus medij temporis Ecclesiæ lucro cedunt, non uenientium ab intestato. num. 70.

71 *Causa ubi magis abundat, ex ea parte effectus quoque exuberat.*

ARGVMENTVM.

An legatum pro sepultura Ecclesiæ relictum, debeatur eidem, illa postmodum alibi electa, vel verò euacuatum censeatur? Et quid sanè si Ecclesiæ non debeatur; vindicare nùm nè saltim illud possit Tribunal Fabricæ, vì suorum priuilegiorum, & facultatum?

RESPONSIO IX.

LIcet quidem legatum quingentorum per Ioannem Vincentium de excelso Domui Professæ societatis Iesu pro sepultura in eiusdem Ecclesia relictum; illa postmodum alibi per eundem electa, non secuto humationis effectu, Domui Professæ lucro minimè cedat; caducum tamen illud non euasisse, sed ius esse ad idem Tribunal Fabricæ Sancti Petri, vi suorum priuilegiorum, & facultatum, Iuris esse censeo. Vnde pro Tribunali respondendo, pro munere meo rem altiùs exordiando supponendum putaui.

1 Primo, hominum ratione vtentium esse,
cùm quæ agunt intelligunt, ea propter finem
operari *secundum Philos. 2. phisic. cap. 3. & 2. metaphis. cap. 2. tex. 9.* Alicuius enim causa agit
(*inquit ibi Arist.*) quicunquè Intellectum ha-
2 bet. Propter finem enim omne agens opera-
3 tur. 1. *Ethicor. 7.* Quia obiectum voluntatis est
4 finis, & bonum. Vnde oportet, quod omnes
actiones humanæ propter finem sint, *ut inquit
S. Thom. 1. 2. q. 1. art. 1. sequiturque S. Anton. in sum. par. 1. tit. 4. cap. 2. §. 2. col. 2. in fin. & par. 4. tit. 7. cap. 3. §. 3. vers. quod homini conuenit. in fin.* Ioan. *Azor. Instit. moral. lib. 1. cap. 1. q. 4.* Amodæus *Iustin. de Castello. in tract. de syndicatu. in exordio. num. 1. vol. 2. tractatu. fol. 307. col. 4.* Pater Iacob. *Gordon. in Theologia morali. tom. 1. lib. 1. q. 1. cap. 1.*

5 Hinc finis dicitur causa causarum in intentione, estquè causarum effectus in executione. *2. phisicor. & 2. metaphisic. S. Thom. 1. par. q. 44 art. 4. in 4. argum. Anton Rosell. de potest. Imper. & Papæ. §. humanum regnum. nu. 2. vol. 14. tract. fol. 313. col. 4. Neuizan. in sylua nupt. lib. 1. nu 203. vol. 6. tract. fol. 24. col. 3 Mantica de tacit. & ambig. tom. 1. lib. 3. tit. 12. nu. 18. Card. Tuscus. tom. 3. littera F. conclus. 318. nu. 11.* Barbos. *assiom. 99. num. 1. idem Card. Tuscus. tom. 1. littera.* C. *conclus. 141. num. 1.*

6 Ideoque à fine ipso, siuè bono. siuè malo,
actum omnem humanum, qui ex se indifferens
sit, in genere morum specificari, suamq; sortiri speciem, & naturam. *secundum illud August.*
„ *de Ecclesiast. morib.* Secundum quod finis lau-
„ dabilis est (aientem) vel culpabilis, opera no-
„ stra sunt laudabilia, vel culpabilia. *eumq; sequitur S. Thom. 1. 2. q. 18. art. 4. 6. & 7. & 2. 2. q. 105. art. 5. ad primum. & in secundum sent. dist. 38. q. 1. art. 3. S. Anton. par. 4. tit. 7. cap. 3. §. 4. vers. quod actus humani. Viguer. in Institut.* Theolog. *de voluntate humana cap. 3. §. 6. vers. 7. de circumstantijs humanorum actuum. Nauar. in commentar. de finibus humanorum actuum. in cap. minister. 23 q. 5. nu. 10. arg. tex. in cap. cum voluntate. 53. in princ. de senten. excomunicat. tex. in l. verum. 25. ff. de furt & in l. non intelligitur 3. §. si quis palam. ff. de Iure fisci. Bar. in l. ambitiosa. 3. col. 4. nu. 19. ff. de decretis ab ordine faciendis. Oldrad. cons. 210. Regularis habet traditio. col. 1 nu. 3. vers. sed circa hoc. idem* Nauar. *in can. consideret, in principio, de pænit. dist. 5 num. 117.* Pater Iacob. *Gordon. in Theolog. morali d. lib. 1. q. 7. cap. 7. nu. 27. & in proloquijs. cap. 1. nu. 2.*

7 Ac propterea actum ex se, & obiecto suo
bonum in malum relatum finem, malum fieri,
& euadere, *secundum illud* Topicum Boetij: Cu-
„ ius finis malus est, & ipsum quoquè malum
est. *relatum à S.* Thom. *1. 2. q. 18. ar. 4. & à S. Anton. par. 1. d. tit. 4. cap. 6. §. 1. in princ. & cap. 12. §. 2.* & illud *Arist. 5. ethicor. cap. 2. tex. 4.* Qui mechatur propter furtum, magis censetur fur, quàm mechus. Nauar. *de fin. human. act. nu. 3. & de oration. & horis canon. cap. 6. nu. 28. & cons. 1. an presbiter. num. 2. lib. 3. ne Clerici vel monachi. à* Petro *Andrea Gambaro in dialect. legali. cap 26. de loco à*

causa

causa finali.num.4.vol.1. tract fol.282. Pelbart.in Thesaur.theologiæ tom.1.verbo.voluntas. 4.§.52. Gordonus.*d.q.7 cap.7.num.28.*

8 Voluntas nempè,& propositum (*vt Nostrates inquiunt*) humanos actus, & perficiunt,atq; specificant.*tex.in d.cap.1.& in d.cap.cùm voluntate.53.de sent.excomun.cap.significasti. 18.§.nos in præmissis.de homicid. tex.in l.filiæ.* 10. C.*de donat.propt.nupt.l. qui iniuriæ causa . 55.ff.de furtis. facit tex.in l.item Mela. 11. & l.si putator.31 ff. ad legem* Aquil.*§.placuit.* Institut.*de obligat. quæ ex quasi delicto nascuntur.* Loffred. *conf.48.num.3. vers.& non debet hoc videri.Afflict.decis.305.nu. 7.Tiraq. de pœnis temperand.causa.52.num.7.& 9.* Ioan.Bellon.*in comunibus Iuris sentent. littera V. propos. voluntas,& propositum.tom.1.communium conclus fol mihi 417.*Petrus.Fons.*in selectis legum. litt.V.fol.mihi.578. impressione* Lugdunen.*minori.* Farinac.*conf.1.nu.18.& conf.35.num.7.lib.1.Rota apud* Card *Seraphin.decis.942.nu.3.Cardin.Tuscus tom.1.littera.*A.*conclus.334.nu.8.Mandos.in Glos. facultat.in proœmio ver.sciant.circa fin.fol.53.*

9 Vnde tantò actus ipse bonus,melior, sublimiorque euadet;quantò finis,ad quem referetur,sublimior,meliorquè extiterit.*S.Thom.1.2. q.19.ar.4.& 7.*N*auar.de finib humanor actu.num. 34.l.cap.6.de oratio.num.25. & comment.de eleem syna.in can.quiescamus.42.dist.nu.12.vers.octa-*
10 *uo verum esse.* Quæ enim ordinantur ad finem, secundum ipsam finis naturam regulantur.*arg. tex.in l. oratio. 16. ff. de sponsalib. Surd. conf.367. nu.25.vol.3.Barbos.assiom.99 nu 2. in fin.& nu.5.*
11 Omnisque humanorum actuum laus, ex fine,
12 non vtique ex principio comprobatur. Et si profectò in rebus agendis,cuiusque rei potissima pars,principium æstimetur, *vt* Caius *inquit, Iureconsultus in l.1. §. & certè. ff. de origine Iur. Amedeus de Castello. d.tract.de syndicatu. nu.1.in Exord.*

13 Qua de causa principalior, aptissimus, atq; optimus omnium quarumcumquè virtutum, & actuum finis, Deus ipse optimus Maximus
14 erit,qui finis est vltimus,cuius,& per affirmationem,siue intrinsecus, ac secundum naturæ constitutionem (*vt alij loquuntur*), & propriè rerum omnium visibilium, & inuisibilium. *Prouerb.16.4.* Vniuersa propter semetipsum
„ operatus est Dominus. Quia sicut est princi-
„ pium effectiuum,omnium;ita est finis vltimus *vt Lyranus ibid.loquitur, & Apocalips.22. dictus inde est.*α, & ω. S. Thom.*1.par.q.44. art.4.& 1.2. q.1.art.8* N*auar.de finib.human. act. num.6.11.& 34. Azor.d.cap.1.q.5.Gordon.d.q.1.cap.2. num.3.* vbi,ex hebræo, illud (propter) non solum causam finalem denotare dicit, sed etiam illam, cum quadam emphasi, ad excellentiam causæ huius significandam. *Pelbartus d. tom.1.verbo elementum.§ 4.de causa. & §.6.& 7.*

15 Secundo suppono. Duplicem perpendi posse causam, qua ad disponendum vnusquisque de rebus suis piè ducatur,vna quidem finalem; Impulsiuam alteram.

16 Atquè finalem causam eam esse, quæ ita voluntariè disponentis animum excitat, atq; impellit,vt si ea non esset,dispositionem ipsam minimè quis decerneret.

17 Eam verò impulsiuam dici, quæ ad disponendum, determinatum iam animum propellit,& incitat, vel ad liberiùs, vel ad tali modo disponendum. *S.Thom.1.2.q.1. art.1.ad primum Bart. in l.si cum te . 32. num.3. vbi etiam.Castrens. num.3.ff.de pact.* Bart *in l.2. §.fin.in fine.ff.de donat.Bald.in l.filiam. 3. C. si ex falsis instrum.nu.2. Tiraq.regula cessante causa.limit.1.num. 36 & 37. Illustrissimus* Mantica *de tacit. & ambig. tom.1. lib.3.tit.12. num.16. cum seq. & num.26.* Sanchez *de matrim.lib.3.disput.39.num.14 & lib.8 disput. 21.num.8.idem in sum. lib.4. cap.2.num.38. Couar. lib.1.variar.resolut. cap.20. num.2. Fabius Anna. conf 135.num.14.lib.2. Barbos. in l primam.par.1. num.85.ff.solut. matrim. Aymon conf. 142. num.9. Gratian. Forens. lib.1. cap.95. num.40. & seq & par.3.cap.498.num.38.Petrus Binsfeld.in cap.cùm essent.12.de Simon.q.4.in princ. vers. præterea memoria tenendum fol.mihi.266.*Bonacin.*tom.2 circa 2.Decalogi præcept.disp.4.q.2.punct 3.§.2. nu.10.* Card.*Tuscus.tom.1.d conclus.134.num.12. & seq. & conclus. 141. & 142. alter Barbos. assiom.40. num.5. & seq. Cæsar Bartius. decis Bononien. 79. num.33. & 42. Francisc.Merolla disputat. Theologic.disput.1. de voluntario. cap 2. dub.21. in 6.notab.num.713.& 714.*

18 Finalem autem causam,verè, ac propriè causam dici:Impulsiuam verò abusiuè potius, atque impropriè causam nuncupari;vt quæ motiuum dumtaxat præbeat ad disponendum. *secundum Neuizan in Sylua nuptial.lib. 1.num 203. uol.6.tract fol.24.col.3.Tiraq.d.tract.cessante causa. in 1.limit. num.5.& 6.* Siuè etiam occasionem remotam præstet ad faciendum. *ut Alberic.inquit.in l.generaliter.13. num.4. C.de Episcop. & Cleric. Imol. in l.1. §.fin. ff.de donat. Menoch. lib.4.præsumpt.24.num.18.Mohedan.decis.7.alids.*
19 *3.num.5.de præbend.* Cùm contrà, finalis causa fons sit,& origo,siuè principium,à quo reguntur omnia,atq; diriguntur; ita vt hac vna defi-
20 ciente,dispositio omnis cesset, atq; deficiat, & euanescat.*cap.cùm cessante.60 de appellat.cap. & si Christus. 26. propè fin. de iureiuran. l.illud. 32.ff.ad legem Aquil.l.adigere.6.§ quamuis. ff.de Iure patronatus.Soccin.conf 38.num.3. uol.1. Menoch d.præsumpt.24 num.3.& 4. Mantica. de coniect.lib.6.tit.14 num.7.& de tacit.& ambig. d.lib. 3.tit.12.num.19.* Barbos.*d.assiomat.40. num 4.& 5.& seq.ubi limitat,& ampliat pluribus.Bartius.d. decis.79.num.4.*

21 Quin imo effectum sub dispositione inclusum per se ipsam producit, non expectato alterius auxilio. *secundum* Bald.*in l.1.col.penult.in princ.nu.9.uers. adde,quòd illa causa ff solut. matr. quem sequitur* Iacob.*Thoming.dec.Lysiens.20.n.47.*

22 Primàs itaque inter omnes alias causas, finalis obtinet.*S.Thom.1.2.d.q.1. art.2.*

23 Suppono denique differentiam non minimam intercedere inter causam principalem alicuius actus, & impulsiuam, excitatiuam, siuè

etiam ſine qua non eiuſdem, vel extrinſecam.
24 Nec enim omnis cauſa, ſine qua, non fieret
aliàs actus, vel diſpoſitio rogaretur, ſemper
principalis cauſa illius dici poteſt. ſecũdum San-
chez. d diſput. 39. in 3 lib. de matrim. nu. 14. in fin.
& lib. 4. in opere moral. cap. 2. nu. 38. in fin. Mantic.
de tacit. d. tit. 12. nu. 24. Couar. d. cap. 20. nu. 2. Cum
ob alium finem principaliùs duci, atque mo-
ueri potuerit agens, vel etiam diſponens. ſecun-
dum Celebrem gloß. & receptam in cap. 1. in verbo.
receperint. in fin. de Cleric. non reſident. in 6. verſ.
ſed quid dices. quam ſequitur Nauar. conſ. 16. de Si-
mon. lib. 5. nu. 4. & 5. & in Commentarijs. de vſur.
notab. 10. nu. 20. & not. 11. nu. 23 & in man. cap. 17.
nu. 209. & cap. 23. nu. 101. verſ. cauſam autem Im-
pulſiuam. & de horis canon. cap. 6. nu. 12. & 16. &
cap. 18. nu. 10. 15. & 18. Ioan. Azor. inſtit. moral.
par. 1. lib. 9. cap. 13. q. 5. Couar. d. cap. 20. nu 5. opti-
mè, vt aſſolet Petrus Binsfeld. in cap. ſuam. 29. in 1.
q. per tot. de Simon Gigans conſ. 144 nu. 29. S. Tho.
quodlib. 8. art. 12. & Pater Molina. de Iuſt. & Iu-
re. tract. 2. diſput. 305. nu. 4. Ioan. Salas. de vſur. dub.
5. nu. 3. verſ. tertio quia multa. Merolla vbi ſupra d.
num. 713. & 714.
25 Quæ ſanè Gloß. Peccare (inquit) eum, qui ad
matutinas ſurgit, vel ad alias accedit horas in
choro, principaliter propter quotidianas di-
ſtributiones lucrandas, non ſurrecturus aliàs;
minimè verò illum, qui principaliter quidem
propter Deum exurgit, vt ei inſeruiat, debi-
taſque laudes redat; minus tamen principali-
ter, ac ſecundariò ob diſtributiones lucrifaciē-
das. non ſurrecturus aliàs. plenè Petrus Moneta.
de diſtribut. quotid par. 2. q. 18. nu. 29. & 32. Bar-
boſ. ad d. cap. 1. nu. 28. & 29 nouiſſimè D. Franciſc.
Ripa de Simon. par. 1. art. 3. nu. 9. et 50. Pater Ioan.
Valerus de different. inter vtrumque forum. verbo
Simonia. different. 10.
26 Vnde licebit, Deo quidē, ſuper omnia ſem-
per Benedicto, ſeruire propter ſe ipſum pri-
mariò, ac principaliter; & ſi metus pœnæ, ſiuè
etiam ſpes pærmij nos ad id incitent, & ſint
cauſa minus principalis, & ſecundaria; quod
ex Sacroſancta Trid. Synod. definitum eſt. con-
,, trarium hæreticum eſſe aſſerere. ſeſs. 6. can. 31.
,, dum his loquitur verbis. Si quis dixerit Iuſtifi-
,, catum peccare, dum intuitu æternæ mercedis benè
27 ,, operatur, anathema ſit. Et docet ſacra Scriptu-
,, ra Pſal. 118. Inclinaui (inquiens) cor meum ad fa-
,, ciendas Iuſtificationes tuas, in æternum propter re-
,, tributionem. (minus principaliter ſcilicet) ſecũ-
dum eandem Sacroſanctam Trid. Synod. d. ſeſs.
,, 6. c. 11. in fin ibi vt in primis glorificetur Deus;
,, mercedem quoquè intuetur æternam. Sicut
,, enim timor purè ſeruilis) Dionyſ. Carthuſ. ibid. in-
,, quit.) nihil meretur, ſic propter ſolam retributionem
,, operari nihil meretur, quia vtrumque iſtorum pro-
,, cedit ex priuato amore. Sed quemadmodum timor
,, initialis meritorius eſt, in quantum aliquid habet de
,, Charitate adiunctum; ſic propter retributionē ope-
,, rari, meritorium eſt, quando intentio vltima fertur
,, ad Dei honorem, ſeu ad Deum, quem neceſſe eſt prin-
,, cipaliter intendi in omni meritorio actu. hæc ille. Et
,, Genebrard. eod. loco dicens: Cauſa finalis prima
,, per ſe propria, cur applicandus ſit animus ad ex-
,, quirenda Dei mandata, eſt Deus. ſiuè Dei voluntas,
,, et Imperium; nempè quia ſic vult, et iubet. Secunda
,, autem, et minus præcipua ipſa retributio, ſiuè re-
munerationis ſpes. hæc ille. ita etiam S. Anton. expla-
nans eundem locum pſal. in ſum. par. 1. art. 4. cap. 6.
§. 5. col. fin. S. Thom. 2. 2. q. 27. art. 3. Titelmanus.
etiam in eundem locum in annotationib. Propter
retributionem, ideſt propter ipſum Deum, vt
illum mereatur aliquando conſequi illiq; per-
petua beatitudine copulari. vel propter retri-
butionem; non quòd ſignificet cauſam finalem
præcipuam, ſed vt denotet finem minus prin-
cipalem, ſiue occaſionalem, & conſequentem
ex fine præcipuo. tex. in can. conſuluit. 9. in fi. vbi
Gloß. verbo. vt hæc. 74. diſtinc. Nauar. in comentar.
de vſur. notab. 10. nu. 20. verſ. 4. quod plurima ſunt.
in coment. can. inter verba. 11. q. 3. concluſ 5. nu. 23.
et 24. et in man. d. cap. 17. nu. 209. et cap 23. nu. 101.
Ioan. Salas. de vſur. d. dub. 5. nu. 3. verſ. 3. q. multa in
fin. Sanchez in oper. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 35. n. 3.
Tolet. lib. 4. ſum. cap. 9. num. 2. Anton. Fernandez in
examin. Theolog. moral. lib. 4. cap. 4. nu. 3. Vnde op-
timè ad hanc rem. Antonius Agellius Epiſcopus
Acernen. in dictum locum pſalmi. Inclinaui cor
meum. ex Theodoreto, ex ſimilitudine trutinæ,
inclinãdi metaphoram ductam eſſe dicit; quòd
vtilitatem ſpectans ex obſeruantia mandato-
rum Dei promanantem; libentiſſime laborem
ſuſceperit ad ea facienda.
28 Pari quoq; modo licebit ſperare aliquid,
atq; etiam intendere ex mutuo, minus tamen
principaliter, ſiuè etiam principaliter, non ſanè
vti debitum ex Iuſtitia propter mutuum, ſed
ex gratia, ſiuè gratitudine mutuatarij, modò nõ
id in pactum deducatur. eſt gloſ. communiter et à
Theologis, et à Canoniſtis recepta. in verb ſperãtes.
c. conſuluit. 10. de vſur. S. Anto. in ſum par. 2. c. 7. §. 6.
Nauar. d. comēt. de vſur. notab. 10. n. 19. et 20. et not.
11. n. 21. in man. d. c. 17. n. 209. et d. c. 23. n. 101. et d.
can. inter verba. concl. 5. n. 23. in fi. et conſ 23. n. 1. et
2. lib. 5. de Simon. Ioan. Salas. plenè d. dub. 5. de vſur.
Molin. d. trac. 2. diſput. 305. n. 2. et ſeq. Binsfeld. d. c.
cum eſsent. q. 4. concl. 3. Barboſ. d. cap. conſuluit. n. 6.
Sanchez in conſil. moralib. tom. 1 lib. 2. c. 3. dub. 12.
29 Nequè ſimoniam conſtituere intentionem
minus principalē conſequendi ſpirituale prop-
ter temporale, vt puta beneficium, propter
ſeruitium Eccleſię impenſum. ſecundũ Gloſ. cele-
brem. in fi. in can. quid proderit. 6. 61. diſt. tex. in can.
ſi officia. 2. 59. diſt. Gloſ. d. can. conſuluit. verbo. vt
30 hac. 74. diſt. Licereq; ſeruire Epiſcopo, inten-
tione minus principali conſequendi poſtmo-
dum ab eo Eccleſiaſticum beneficium, modò
ſanè in pactum id non deducatur. tex. vbi gloſ. in
verb promiſerat. d. c. cùm eſsent. 12. de Simon. S. Th.
2. 2. q. 100. ar. 5. ad 1 et notat plenè Nauar. d c. in-
ter verba. concl. 5. n. 24. et can. medicina. n. 3. de pæ-
nitēt. diſt. 1. in man. c. 17. n. 209. et c. 23. n. 101. Vgo-
lin. de Simon. c. 56. §. 2. Couar. d. c. 20. n. 3. Binsfeld.
d. c. cùm eſsent. q. 4. concl. 3. Barboſ. eod. c. cùm eſsent.
nu. 4. Anton. Fernandez. d. c. 4. nu. 3.

His

His ita suppositis. Corollariè deduco ad rē
nostram; ac primò. Cùm sit hominis propter
finem operari, qui *secundum Philos. 1. Ethicor. 7.*
31 in omni actione, & operatione spectandus est.
Atque ex nobiliori fine, tantò nobilius, subli-
miusque opus intentum euadere, quantò ille
nobilior, sublimiorque fuerit: vt primo suppo-
sito diximus.

32 Eum videri, atque præsumi debere cuiuscū-
què de rebus suis in supremo vitæ suæ spiritu
disponentis, finem, qui animæ suæ magis fauet,
magisquè prodest. *secundum Patrem Comitulum
respons. moral. lib. 7. q. 5. num. 2 uers. deinde quia ma-
gis. Gaspar. Anton. Thesaur. Forens. par. 1. q. 44. nu.
2. in fin. & num. 3.*

33 Dispositio nempè Testatoris (dubia potissi-
mùm) eò trahenda est semper, & vbiquè, vt
Animæ fauore decreta magis videatur, quàm
ex alia quacunque causa. *ex tex. in l. sunt perso-
næ. 34. in fin ff. de religios. & sumpt. funer. Bar. in l.
pater filium. 36. §. Tusculanus. in fin. ff. de legat. 3.
Abb. in cap. nos quidem. 3. de testament. nu. 3. faciūt
notata per Mascard. de probat. tom. 2. conclus. 1176.
nu. 4. & 5. & 6. Mantic. de coniectur. lib. 5. tit. 15.
nu. 34. & seq. Card. Tuschus tom. 1. littera A. concl.
333. nu. 3. Marta de successión. legali. tom. 2. par. 4.*
34 *q. 8. art. 5. nu. 1. 2. & 3.* Tutior quòd pars eligē-
da semper sit fauore animæ. *cap. fin. de præsby-
ter. non bapt. ubi glos. cap. Iuuenis. 4. de sponsalib.*
35 Et vbi de Animæ salute agitur, abundantius sit
semper agendum. *Ancharan. cons. 179. prima fa-
cie. nu. 6. Nauar. in man. cap. 27. num. 286. & 287.
Phœbus decis. Lusitan. 1. nu. 17.*

36 Atquè latior semper interpetratio, Animæ,
piæque causæ fauore assumenda sit. *l. Titia te-
stamento. 40. §. fin. ubi Bar. ff. de aur. & arg. legat.
Abb. in cap. indicante. 4. nu. 6. & ibid. Couar. nu. 4. de
Testam. Mantica. de coniectur. ultimar. nolunt. lib. 6.
tit. 3. n. 32. Surd. decis. 298. nu. 10. Caroc. decis. 120.
nu. 2. Gratian. Forens. par. 4. cap. 782. nu. 16. & par.
3. cap. 365. nu. 9. & nu. 16. & 17. Menoch de præ-
sumpt. lib. 5 præsumpt. 2. num. 47. faciunt notata per
Genuens. in practicabilib. Ecclesiast. q. 153. Tusc. to.
6. littera P. concl. 333 n. 78. et 79. Sebastia. Medices
opusc. 4. anima cūctis rebus. to. 2. oper. n. 9 in 7. notab.*

37 Planè quoniam Anima rationali, nihil om-
ninò in cunctis visibilibus prætiosius inueniri
potest. *secundum Philos. 7. politic. tex. in can. præ-
cipimus. 12 q. 1. cap. cùm Infirmitas. 13. in fin. ubi
etiam glos. de pœnit. et remiss. Lapus allegat. 70. nu.
7. Mandos. ad Regul. Cancell. 30. q. 6. nu. 6. latè Se-
bastian. Medices. d. opusc. 4. nu. 1. cum seq.*

38 Vtiurè sit illa cunctis terreuis rebus ante-
ferenda. *tex. in can. sedulò. 28. dist. l. sancimus. 17. in
fin. C. de Sacrosanct. Eccles. ubi Alberic. nu. 4. tex. in
l. fin. C. ad l. Iul. repetund. tex. in §. si uerò liberi. in
fin. ubi glos. in auth. ut cum de appellat. cognoscitur
coll 8. Viuius. decis. 83. n. 3. Mascard. d. concl. 1176.
nu. 8. Gratian. Forens. par. 1. cap. 105. num. 22. Tusc.
tom. 1. littera A. concl. 333. nu. 1. Barbos. assiom. 26.
num. 2.*

39 Vndè dicebat, nec Iniuriâ, Menander Philo-
,, sophus: Animam cura tui ipsius, inquantum
40 potes. Quid enim prodest homini si vniuersū
Mundum lucretur, Animæ verò suæ detrimē-
tum patiatur? Dominus, ac Magister noster
Christus Iesus, Infallibilis veritas, verbum Pa-
tris, nos docuit: *Matth. 16. et Luc. 9. et refert tex.*
,, *in cap. cùm Matthæus. 23. de Simon.* Quia exter-
,, narum rerum damna potest homo aliqua cō-
,, mutatione recompensare, & recuperare. *Vt
Dionys. notat Carthus. in eund. locum Matthæi. art.
29. in fin.* At si Animam suam neglexerit; Non
,, dabit Deo placationem suam, & prætium re-
demptionis animæ suæ, vt *Psalmista ait: Psal. 48.*

41 At qui verò nihil ita Animæ ipsi correspon-
det, magis, atque fauet, nihilq; pro ea tutiùs
succedere potest, quàm si pia dispositio Dei
causa decernatur; Qui vnus super omnia dili-
gendus est. *Genesis 22. Matth 10. Luc. 14.* Vt qui
finis est supernaturalis, & vltimus omnium, &
propter se tantùm amabilis. *S. Thom. 2. 2. q. 27.
art. 1. Nauar. d. can. inter uerba. conclus. 5. nu. 25. et
de finib. humano. aet. n. 4. et de usur. d. notab. 10. n. 20.*

43 Et propter quem creatus est homo, iuxtà
illud *August. in Enchirid. cap. 9. relati à Magistr. in
,, 2. sent. dist. 1. Fecit Deus rationalem creaturam, quę
,, summum bonum intelligeret, et intelligendo ama-
,, ret, et amando possideret, et possidendo frueretur,*
quem refert quoquè *Nauar. in man. prælud. 5.
nu. 6. in declarat. definitionis Animæ.*

44 Nequè sit aliud, quod firmiùs nos amare
oporteat, post Deum, Anima ipsa nostra, ad
imaginem, & similitudinem creata Dei ipsius,
& cuius in faciem spiraculum vitæ insufflatum
est. *Genes. 1. et 2. S. Thom. 2. 2. q. 26. art. 4.*

45 Quinimò peccato se inficit, quisquis aliquā
aliam creaturam post Deum Creatorem, &
summum bonum, firmius diligit, quàm Animā
suam; vel Corpus etiam proprium firmius,
46 quàm proximi Animam. Profectò, quòd non
sufficit diligere, & amare, quod oportet, nisi
etiam & debitus diligēdi ordo, (vt sicut opor-
tet ametur) seruatus fuerit. *cap. non satis. 86. dis.*
Vt scilicet Primò firmiùs Deum. Secundo nos
ipsos quò ad Animas nostras diligamus. Ter-
tio proximorum nostrorum Animas, vnà no-
bis æternæ beatitudinis capaces, ac Christi
Domini Seruatoris nostri redemptas pretio-
sissimo sanguine. Quartò denique proprium
Corpus, *ut plenè distinguit. S. Thom. d. q. 26. art. 2.
3. et 4. Beat. Albert. Magnus in compend. Theologi-
cæ uerit. lib. 5. cap. 30. de ordine Charitatis. Nauar.
in man. cap. 14. n. 23. uers. quadragesimo peccat. Syl-
uest. uerbo charitas. q. 2. nu. 2. Viguer. in Instit. Theo-
logicis. cap. 12. de uirtute charitatis. §. 1. uers. de or-
dine charitatis, S. Anton. 4. par. sum. tit. 6. cap. 3. in
princ. et §. 8. Petr. Binsfeldius. in Enchirid. Theolog.
Pastoral. par. 3. de decem præcept. cap. 3. §. 1.* Ita
,, enim charitas ordinatur iuxta illud, *Cantic. 2.*
,, introduxit me Rex in Cellā vinariā, ordinauit
in me charitatē. *secundum S. Tho. d. q. 26. art. 1. S.
Anton. d. cap. 3. in fin. princip. et ibid. Gloss. ord. et
Glossa interlinearis;* Ordinatam me fecit habere
charitatē (inquiēs) ostēdit mihi qualiter Deus,
& qualiter proximus esset diligendus. hæc illa.

& est glos.notab in verbo postulet. in can. quiesc.amus.42.dist.arg. tex. in l.prases. 6. C.de seruitutibus, & aqua. vbi Bald. & Salicet. quatenus inferunt, ordinatam charitatem incipere à se ipso, *Barbos.assiom. 42.nu.1.& seq. & nu.5. Pelbartus. tom.3. Rosar. Theolog. verbo. Charitas. 5. §.3 2.& 33.Pater Paulus Layman Theolog.moralis.tom. 1. tract. 3.cap.3.per tot.Gordon.tom.2.lib.6.q.1 5.c.1. nu.3.Ioan Azor.Instit. moral par.2. lib.12 cap.4. & 5.Pater Martin.del Rio in d.cap.2.Cantic.Sot. 2.super.4.versu.Homobonus in exam.Eccles.tom.1. tract.3 cap 2 q.27.Dionys Carthus. in eund.m locũ*
„ *Matth. 16.art.29.in fin. Ordo Charitatis inquiens)*
„ *requirit vt vnusquisque post Deum primo, ac ma-*
„ *ximè anet se ipsum in Deo, & propriæ satagat*
„ *prouidere saluti, sciens quoniam vnusquisque vnũ*
„ *suum portabit, & pro se ipso rediturus est ratio-*
„ *nem ad Galat 6.*

Rectè igitur sequitur non alium finem(primarium scilicet) præstituisse sibi videri nostrũ hunc Testatorem in legato quingentorum; quàm Deum ipsum, super omnia Benedictum, qui finis est vltimus, cuius, & per affirmationem ac secundum naturæ constitutionem rerum omnium, vt primo supposito diximus.

Tùm, vt actus huiusmodi disponendi de rebus suis, melior ex sublimiori fine euaderet, vt primo supposito diximus.

Tùm.quod esset hic magis, ac magis animæ suæ proficuus. Vt misereretur Pientissimus Deus eius, nec peccatorum suorum recordaretur amplius; iuxta eiusdem firmam, stabilemque promissionem apud *Ezechiel*. 18.

48 Et sanè trahendus est semper actus agentis (cùm in dubijs vertimur) eam in causam, quæ gerenti vtilior, magisquè proficua est. *ad tex. in l.1.& 2.cum seq. ff. de solut. Abb.in cap.cùm super 23.nu. 12.in fin. vers. si sumus in dubio. de officio delegat.Cardinal.cons.37 nu.2. Crauetta cons.106. nu.9.& cons 205. nu.9. Menoch.d.lib.4. præsumpt. 24.num.20 Rota apud Cæsarem de Grass. decis. 12. aliàs, 1.nu.3.de elect.& apud Card.Manticam decis.322.nu.17.in fin. Genuens. in practicabilib.Ecclesiast.q.446.nu.2.Barbos.assiom. 12 nu.21.*

49 Quippè legi, rectæquè rationi consentaneũ admodum videtur, vt ea in ambiguis coniectura assumatur, quæ magis disponentis intentioni congruit. Vt videlicet: Pio loco decernens; contemplatione animæ suæ, & amore Dei exeitus potiùs videatur, quàm alia ex causa. *Butr. per illum tex.in cap.requisisti.15.num.7. de testam. Tiraq.priuileg. 115.in princ.de pia causa. Mantic. d.lib 5. de coniect. tit. 15. num.34. 35. & 36.Gratian. Forens.par.2.cap.358. num.34*,

50 Siquidem Testatoris dubia dispositio trahenda est magis ad casum necessarium, atque proficuum.*l.1.§.quod ergo.ff.de ventre inspiciendo.l.quod labeo.9.vbi glos.ff.de carbon.edicto. Aymon.cons. 106. num.8. Rota apud SS. Gregor. XV. decis.92.num.7. & decis.236. num.3. Gratian.Forens.par.2. cap.350. num.22. Barbos. d. assiom. 12. num.23.Marcus Anton. Thomati decis. Rotæ Maceraten.59.num.276. Barbos. de Iure Ecclesiastic. lib.3.cap.27.numer.92. in fin.*

51 Sicuti in dubio: Prælato relictum legatum; dignitatis contemplatione magis, quàm per-
52 sonæ solius intuitu, scriptum æstimatur. Quoniam vbi ambiguum redditur, an ex aliqua extrinseca causa motus disponens fuerit, nec ne; potius eum Animæ, ac Dei Creatoris contemplatione atque proinde ex causa intrinseca, & finali adactum, censere debemus. Quia finis nobilior est. *Butr. d. cap. requisisti. num.9. Mantica de coniectur.lib.6. tit.14. nu.16. & d tit. 15.lib.5.num.36. Gallettus. in margharita casuum. verbo.legatum.vers.legatum factum alicui. Nald. in sum.verbo.legatum §.20. Rota in recent.par. 1. tom. 1 d. cis.391.nu.3. Cæsar Bartius. decis.25.nu. 19. & 20. Baltaxar de Thomas.tract. 10. de pia causa tit.2.cap 193.num 294.*

Deduco consequenter secundò ex his quæ secundo, & tertio supposito diximus. Quòd duplex cum sit causa, qua ad disponendum de rebus suis moueri, & adigi, quis possit; finalis, & immediata, atq; Impulsiua, & mediata. Atq; finalis immediata ex se excitet, atq; propellat, vt quæ causarum causa dicatur, & principium sit, & Origo suorum effectuum, atque causa in-
53 trinseca sit. Hæc vtiquè perpendenda, atq; attendenda erit. *l.cum quis. 32. cùm ibi notat.ff.de dolo.l.si ob turpem.8.ff.de condit.ob turp.causam.l. nec timorem.7.ff.de eo quod metus causa. Signorol. cons.79.nu.5.& cons.243. nu.7. Paris. cons.13.nu. 12.vol.3.Afflict.decis. 127 nu.2. Mantica de coniectur.d.lib.6.tit.14.nu.13.Gratian. d.c.96.nu.40. Barbos.d.assiom.40.nu.33.& 34.Cæsar Bartius. decis.Bononien.25.nu.20. Baldaxar de Thomas. de pia causa d.tract.10.tit.2.d.cap. 193. nu.294. Dominus Regens Rouitus decis.92.nu.10.*

54 Receptum porrò est rectè rationis iudicio, vt causa primaria, & Originalis in vnaquaque dispositione attendatur. *l.qui id quod.34.ff.de*
„ *donat.l.Tutor datus.70.ibi: Non titulus actionis,*
„ *sed debiti causa inspicienda. ff. de fideiussorib.l.si filiusfamilias.3. in fin. C.ad Maced. Aymon. cons. 131.nu.15.& cons.144.nu.2. Afflict. d.decis.127. nu.2.Barbos.d.assiom.40.nu.33.& 34.*

55 Planè quia causa, quæ disponentem mooit; ipsa dispositionem dirigit, interpretatur, restringit, atq; dilatat, cùm vnumquodq; à sua causa regatur, atq; firmetur. *l.cum pater.79.§. dulcissimis.vbi Bar.ff.de legat.2. Idem Bar. in l.regula. §.licet. ff.de Iuris & facti ignorant. Soccin. cons.73.nu.30.vol.1.Menoch.d.præsumpt.24.nu.3. Rota in recent.par.1.tom.1.d.decis.391.nu.2.in fin.*

56 Duæ verò vbi simul in vna re, & dispositione causæ concurrunt, illa semper anteferenda venit, quæ immediatè causat, quia pòtentiùs afficit, atq; potior est. *Bald.in l.ex placito.3.n.2. C.de rerum permut. & in l.sub prætextu. 19. nu.5. C.de transact.allegat. tex.in l.si cùm Mulier. 21.§. 1.ff.rerum amotar. est tex. in l.si cùm emptore.17. in princ. ff.de pactis. sequitur Natta cons.600. nu. 25.lib.3.Soccin.cons.131. nu.42.vol.1. Neuizan. in sylua lib.1.d.num.203.Menoch. d.præsumpt.24. nu.20.Barbos.assiom.40.d.num.34.*

Quo-

Quoniam verò in huiusmodi relicto quingentorum duplex simul causa coincidit; Et finalis, qui Deus est Benedictus, atq; Animæ propriæ salus: Et impulsiua, sepulturæ scilicet cadaueris in Domo Professa Societatis Iesù. Inficias quis vtiquè ire poterit, finalem præualere; vt quæ immediatè, verèq; ac directò causet? vt secundo supposito diximus.

Hæc enim vna fuit, quæ verè, & effectiuè, ac primariò, siuè etiam antecedenter disponentis adegit animum, atquè ad relinquendum mouit. Et si planè sepultura, causam prebuerit impulsiuam, & sine qua, non fortasse legatum rogasset Testator, & si nō primariò, at secūdariò, & consequenter. vt tertio supposito diximus.

57 Prospicere nempè voluisse videtur Testator per legatum hoc quingentorum, Animæ suæ magis, æternum victuræ, quàm temporali corruptibilis Cadaueris sepulturæ. *arg. tex. in d.l. præses.6.C. de seruitutib. & acqua. tex. in l.2.ff. de Patrib. qui filios distraxerunt. Abb. in cap. in nostra.10.nu.4 in princ. de sepult. Mant. d. lib.5. tit.15. de coniectur. n.35. Mascard. de probat. tom.2. d. conclus.1176. nu.75.* Quod satis apertè ostendit electio postmodum facta sepulturæ in Ecclesia S. Annæ propè palatium.

58 Perpendi ergo, atque dispendi potiùs actus debet per causam finalem, quàm per impulsiuam. *per glos. celebrem. vbi Doctor. in l.1.§. sexum. verbo. causam ff. de postulando. sequitur, Menoch. d. præsumpt.24. nu.20. lib.4. Iacob. Thomingius, decis.20. nu.3. & nn.35. alyque Doctores. in secundo supposito supra per nos relati.*

59 Quando causa, & si profectò mutata sepulturæ electione per priùs à Testatore facta in domo Professa Societatis Iesù, cui propterea quingentum reliquerat; legatum ipsum, facta sepulturæ electione in Ecclesia Sanctæ Annæ, ademptum videatur ab Ecclesiæ Societatis Iesù. *secundum Bald. in l. si filia.21.§. fin ff familiæ herciscundæ. arg. illius tex. in verbo. ex officio. idem Bald. in l.1.C. de falsa causa adiecta legato. nu.12. ex tex. in l. alumnæ suæ.30.§. Seia liberta. & in l. filio ex patre.31.§. Matri suæ. ff. de adimend. legat. ex tex. in §. sed & hoc præsenti. in authen. de Sanctiss. Episc. coll.9. Abb. apertè in d. cap. in nostra.10. nu.4. de sepultur. Geminian. cap.1. §. statuentes. nu.7. in fin. vers. si autem quis. de sepultur. lib.6. Anchar. in c. filius noster.5. in 5. q. nu.9. de testament. sequitur Ioan. Azor. Instit. moral. par.2. lib.9. c.13. q.4. in 7. casu. Illustr. Mantica. de coniectur. lib.6. tit.14. n.14. & melius lib.12. tit.2. nu.31. Monald. consil.91. n.4. vol.2. Iacob. Cancer. lib.3. variar. c.20. nu.184. faciunt notata per Surd. de aliment. tit.8. priuil.23. nu.1. & 2. cum seq. & per Genueus. in practicab. q.447. & notata per nouissimum Horatium Viscontū. in conclusionibus Iuris. littera L. §. legatum, si relinquatur. fol.160. & prælibat remissiuè Lauor. variar. elucubrat. tit.2. cap.9. nu.128. nihil decidens. & sequitur nouissimè Ioan. Baptista Thoro in sum. priuileg. piar. causar. priuil.213. & longè post hæc scripta prælo pressus Pater Alfonsus de Leone. de offic. cappellani q.5. sect.2. nu.38. & 39.*

60 Haud tamen ademptum videbitur, quin Deo ipsi, cuius intuitu, affectuque rogatū fuit, solui debeat. Quòd profectò hæc vna ratio, & causa, tamquàm finalis, non impulsiua, ipsique coherens legato, ac naturalis, non accidētaria, attendi potissimùm debeat, ac prævalere. *secundum Butr. in cap. Raynutius.16. nu.38. de testamen. Abb. cons.70. nu.2. par.1. Marcus Mantua. singul.685. Loffred. cons.2. nu.19. Mantica. d. lib.6. tit.14. nu.15. de coniectur. Gratian. Forens. par.2 c.355. nu.19. Couar. d. cap.20. nu.5. vers. bis ita breuiter. Gallett. in margarita casuum conscient. verbo. sepultura. §. sepulturam eligens. Thoming. d. decis.20. nu.48. & nu.49. Ferrett. cons.289 sub nu.6. in 3. & 4. respons. Tuscus. tom.2. d. conclus.141. nu.7. & nu.9. Cæsar Bartius. d. decis.79. nu.46.47. & 48. Sebāstia. Medices. de sepultur. par.1. q.25. n.4. & 5.* ad quod faciunt notata in simili, & si non pariter ac in casu hoc nostro *per Perez de Lara de anniuersar. & Cappellanijs. lib.1. cap.11. nu.32.*

61 Quemadmodum legatum à Testatore eleemosynæ elargiendæ certo cuidam pauperi factum, licet interim præmortuo legatario, ei, eiusquè hæredibus solui minimè debeat; non
62. ob id tamen legatum euanescit. Quoniam cēsetur Testator, animæ suæ bonum conspexisse magis, ex elargitione eleemosynæ relictæ, vt misereretur Omnipotens, & Pijssimus Dominus, ac Pater misericordiarum Deus, peccatorum suorum; quàm Pauperis personæ subleuatio, ac prouisio quæ per mortem cessat, & aboletur. Et hāc finalem causam ad legandum præstitisse; & si pauperis persona, vt ei succurreret egenti, impulsiuam præbuerit causam. Vt hac defecta, finalis non tamen perierit. *ita Bar. in d.l. Pater filium.36.§. Tusculanus. nu.1. ff de legat.3. Abb. in cap. nos quidem 3. nu.14 de Testam. & cons.99. nu.6. in fin. par.2. arg. tex. in cap licet.18. in fin. de regular. Molin. de Iust. tom.1. disput.249. col fin. Sanchez. in opere morali. lib.4. c.11 nu.35. Gallet. in margherita. verb. legatum. vers. legatum factum alicui certæ personæ. & in d. verbo. sepultura. §.2. vers. sepulturam eligent. eund. sequitur Nald. in sum. d. verbo. legatum. §.20 Tuscus. tom.1. littera C. conclus.137. n.14. & seq. & n.40. Thoro. in sum. priuil. piar. caus. priuil.22. col.2. circa fin. fol.12. Burtius. d. decis.79. d. nu.46.47. & 48. Bonacin. d. punct.3. num.10. Merolla d. dub.21. nu.713.*

63 Eodemq; modo: Dotis legatū nepti ab Patruo scriptum, cùm eidem dos per Patrem deberetur, Patris ipsius contemplatione magis rogatum videtur, quàm neptis. Quòd ad Patrē magis affectus videatur Patruus, quàm ad Neptem ipsam, remotiori gradu sibi coniūctā. *tex. in l. fin. C. de verb. sign. tex. in l. dotem dedit.6.ff. de collat. bonor. l. sed si plures.10. §. in arrogato. vbi Bar. ff. de vulg. & pupill. Alex. cons.31. viso testa-*
64 *mento nu.3. et 4. vol.4.* Qua propter profectitia æstimabitur dos, & in collationem veniet bonorum. *tex. in l. profectitia.5. in princ. ibi. Quid si Patri donatum. ff. de Iure dotium. Alex. plenè d. cōs.31. Castrens. cons.96. si dicta Cornelia nu.2. col.2. Ruin. cons.196. nu.6. vol.2. & cons.24. nu.2. vol.4.*

*Mantica de coniectur.lib.8.tit.16.nu.12. Horatius Viscont. in conclus. iur. littera L. §. legatum licet alicui factum. fol.157. col.1. Grassus. §.legitima. q.19.nu.7.Cæsar.*Bartius.*decis.102.nu.7.& 10.& nu.15. & 19.* nisi fortasse aliter ex coniecturis appareret. *vt decisum in Rota Bononien.refert idē Bartius d.decis. 102.per tot.*

65 At qui dispositio cuiusquam in personam collata, alterius contemplatione personæ, non deficit, deficiente eo, in quem collata fuit; cùm sufficiat subesse eum, cuius contemplatione rogata fuit. *tex.in l.seruo legato.72.§.mater filio. ff.de legat.2.Bar.d.conf.25. nu.3. par.1. Crauetta. conf.231.nu.16.Gratian.decis.60.nu.3.& seq.* Ro*ta.d.decis.391.nu.2.par.1. recent.*

66 Nequè deficiet vtique legatum quingentorum (& si sepultura alibi electa, atq; secuta fuerit) quin Deo Omnipotenti, cuius intuitu primariò scriptum fuit, solui debeat. Quoniā, & si impulsiua defecit causa, finalis tamen, ac

67 primaria, haud peribit vnquam. Quia Deus manet in æternum. *ad Hebræos.7.nu.24. Franciscus de Albergott. inter conf. Bart. conf. 59. post princ.par.2.Bar.in d.l.Pater filium.36.§.Tusculanus.de legat.3.Petrus de Vbald.de canon Episcop. cap.4.in 15.q.princ.num.5. in fin.vol.15. tract.fol. 257.col.3.*I elin *in cap.cum dilecta.22.nu.22.vers. ad quod vltimum.de rescript. Gratian.Forens. par. 1.cap.131.nu.15. 16. & 22. Cotta in memorabile verbo. Absenti.in §.Peregrin. de fideicomis.art.11. nu.64.Ferrett.d.conf.28 .num.6.Tuscus. d conclus. 137.d.nu.40.tom.1.Bonacin.d.punct.3. nu.50. Cæsar.Bartius.decis.81.nu.10.*

68 Veluti etiam legatum certæ Ecclesiæ relictum, caducum ob id minimè efficitur, quòd illa casmate fortasse perierit. Cùm perduret semper vna Sancta Mater Ecclesia Romana; & Christus eius Sponsus, cuius amore, & intuitu legatum potissimùm decretum præsumitur, maneat in æternum. *Ioan.12.psal.100. Isai. 9.sequitur Gratian. post alios. d.cap.131. nu.15.& 16.& nu.22.Sebastianus Medices. opusc.4. nu.35. vers.loco pio legatum relictum.Thoro. d.priuil.22. col.fin.*

69 Ita quoquè, nec vitiabitur Institutio, quod construendæ Ecclesiæ scripta sit, & si illa postmodum construi, & ædificari minimè potuerit. Etenim contemplatus censetur Deus magis Benedictus, cuius in honorem construi illa debebat, quàm materialitas ipsa murorum exedificandæ Ecclesiæ. *ex tex. in §. si quis in nomine magni Dei & §. si quis vnum Sanctorum. de Ecclesiast.titul.collat.9.Bar.d conf. 16. & in l.seruos ad custodiam.17.num.4.ff.de aliment.& cibar. legat.ad tex.in l.seruos. 35.ff. de liberali causa. faciunt notata per Troyl. Maluet. de oblation. imagini facti.par.3.nu.3.vers.& ex illo. §.& nu.4.vol. 15.tract.fol.316.est tex.in d cap.nos quidem. 3.§. quod si.vbi glos.in verbo.in loco.in fin.& ibi Couar. nu 12.de testam.Gonzal.ad reg.8.Cancellar.glos.5. §.7.nu.85.Card.Tuscus.tom.6.littera P. d.conclus. 333.nu.13.& nu.36.& 77. Gratian. Forens par. 1. d.cap.358.nu.1.cum seq.Thoro. d.priuil.22. col.3. Medices.de sepultur.d.q.25. n 6.faciunt quoq; notata per Genuens.in practicabilib Ecclesi. q.213.&*

70 *q.245.& 246.& 247.* Vbi quod fructus medij tēporis cedāt lucro Ecclesię, non verò venientiū ab intestato. *Gratian. Forens. par. 2. cap.400. nu.35.& 36.Hieronym.de monte q.24.nu 5.sequitur Thoro in sum.priuileg.piar.caus.priuil.163.*

71 Quid mirum est igitur, si vbi magis abundat causa, exuberans magis inde effectus effluat? *ad tex.in l.quæritur.10. ff.de statu homin. tex. in l. & si non sunt.21.§.perueniamus.ff.de auro, & arg. legato Bellamera in cap. cum C.Layeus nu.6. de foro competen.in 6.*

Debebitur itaque legatum quingentorum, & si non sanè (vt diximus) Ecclesiæ Domus Professorum Societatis Iesu; At Christo Iesu Domino, ac Deo nostro. Illudquè pro eo capiet Ecclesia Sancti Petri, iuxta sua Priuilegia, & facultates. Atque ita ex his quæ libens censoris limæ suppono, Respondendum censeri.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reuerēdæ Fabricæ Aduocatus.

Iudicauere Iudices Tribunalis deberi legatum Ecclesiæ Domus Professorum Societatis Iesu, & sentētiæ exequutioni demandatæ, quòd in prima instantia ego pro munere meo pro Fabricæ auditus non fueram. Vnde quæ pro domo Professa scripta fuere, hic subnectere pretium opere me facturum æstimaui. Potissimùm propter eum, qui pro eadē Domo scripsit, cum sit omnino pius, ac doctus. Mihique omni veneratione numeris omnibus obseruādissimus. Et ex Illustriss. Societate Iesu Alumnus. Pater Ioseph Pinus. Quæ tamen ipse adnotaueram perire non sum passus; cùm nihil omnino sit in hac legali facultate, & morali, quod, ex succedentium factorum diuersitate, non possit quandoque commodum afferre. Tuum tamen (Candide lector) erit iudicium, quod nam magis arrideat. Fruere igitur vtereque paratis, Deoq; bonorum omnium authori semper gratias age.

SVMMARIVM.

1 *Fine cessante, cessare debet id, quod ad finem illum consequendum legatum fuerat. declara num.22.*

2 *Finis dicitur primum principium intentionis.*

3 *Modo non impleto sub quo relictum est, legatum videtur ademptum, & facta solutione datur repetitio. declara. num.23.*

4 *Legatum sub onere sepulturam curandi factum, adēptum videtur onere non executo. declara num. 25. & num.27.*

5 *Legatorum piorum finis Deus est, atq; animæ relinquentis salus, proinde legata pia sunt priuilegiis fulcta. num.6.*

7 *Legatum Ecclesiæ relictum pium dicitur.*

8 *Legata pia sub conditione facta, etiam conditione non existente reuocata non censentur, nisi id testator expresserit.*

9 *Causa quæcumque piæ dispositioni adiecta impulsiua*

ua æstimatur non finalis, nisi aliud testatorem voluisse ostendatur.

10 *Pia pro causa in dubio respondendum.*

11 *Dictio (ideo) sine idcirco) causalitatem significat.*

12 *Conditio in vim modi transit fauore libertatis.*

13 *Argumentum de libertate ad causam piam valet.*

14 *Legatum pro eleemosyna factum, videtur in causam finalem factum, contemplatione eius, cui relinquitur.*

15 *Causa pia, & fauorabilis præsumitur finalis.*

16 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*

17 *Legati parte mutata, non censetur totum legatum Testatorem mutasse, cùm non id exprexerit.*

18 *Re legata alienata per testatorem, legatum adhuc debetur, si in piam causam collatum fuit.*

19 *Testatorem voluisse mutare propositum in odium piæ causæ vero simile non est.*

20 *Voluntas testatoris dubia pro pia causa interpretanda est.*

21 *Piæ causæ semper fauendum in re dubia.*

22 *Causa finalis est, quæ influit in effectum.*

23 *Modus legato adiectus si non impleatur, legatum non vitiatur fauore piæ causæ, nisi aliter relinquens disposuerit.*

24 *Piis in causis attendi debet Ius Canonicum.*

25 *Intellectus ad tex. in l. Alumnæ. 30. §. seia. ff. de adimen. legat. & nu. 26.*

26 *Modus intrinsecus est pars substantialis legati, & si non seruetur, illud vitiatur.*

28 *Panormit. doctrina in cap in nostra. de sepultur. declaratur.*

29 *Intellectus ad tex. in l. filio. §. matri. ff. de adimend. legat.*

30 *Iudex semper in fauorem piæ causæ in dubio respondere debet.*

Pro Venerabili Ecclesia Domus Professæ Neapolitanæ Societatis Iesu, contra hæredes quondam Ioannis Vincentij de Excelso.

IOannes Vincẽtius de Excelso Ciuitatis Andriæ inter alia, quæ in suo supremo testamento disposuit, huiusmodi legatum reliquit his verbis. *In primis detto Testatore*
,, *raccomanda l'anima sua all'onnipotente Dio, &*
,, *alla sua gloriosissima Vergine Maria, & vuole,*
,, *che quandocunque venisse à morte, il suo corpo sia*
,, *sepellito nella venerabile Chiesa della casa Pro-*
,, *fessa della Compagnia del Giesù, & perciò lascia*
,, *alla detta casa Professa ducati cinquecento di ele-*
mosina, quali vuole se li diano subito secuta sua morte. Multo deindè tempore exacto idem Testator, siuè immemor prioris voluntatis, siuè animo mutandi id, quod prius disposuerat, in vltimo vitæ articulo constitutus, coram Parocho Sanctæ Annæ de Palatio, & alijs testibus reliquit corpus suum sepeliendum in eadem Ecclesia Sanctæ Annæ, cui reliquit legatum vnicà vice, soluendum ducatorum decem, & deindè corpus eius sepulturæ traditum est in eo Templo.

Hæredes Ioannis Vincentij, Instante Procuratore Domus Professæ Societatis Iesù pro legato quingentorum eidem Domui facto, dicunt se non teneri ad soluendum supradictũ legatum. Qui quidem hæredes videntur habere vrgentes rationes pro se.

Prima ratio esse videtur. Nam huiusmodi
1 legatum videtur esse factum sub fine, vt corpus testatoris sepeliatur in Templo domus Professæ, at verò cessante fine, cessare debet id, quod pro illo fine consequendo legatum fuerat, *cap. cum cessante de appellat.*

2 Confirmatur, nam finis dicitur primũ principium intentionis, *ut per Tiraquel. limit. 1. nu. 6. ad regulam, cessante causa*; Igitur Testator non aliàs legasset illa quingenta domui Societatis Iesù, nisi ibi corpus suum sepultum esset, quod tamen non fuit executioni mandatum.

Secunda ratio est, quia si legatum illud non fuit factum sub illo finis intuitu, fuit saltem sub
3 illo modo, quo modo non adimpleto, sicuti daretur repetitio, si legatum exolutum fuisset. *iuxtà textum in l. 1. C. de donat. quæ sub modo fiunt, & l. cum te. 6. C. de pact. inter empt. & vendit.* ita quoque censetur ademptum legatum, si modus amplius adimpleri non possit. *argumento tex. legis, si cum exignam. 4. C. de condit. ob caus. & legis. si mulier. 10. ff. eod. tit.*

Tertia ratio, quæ omnium validissima est, quæque vrgere videtur, vt censeatur ademptum prædictum legatum factum Societatis Iesù Domui, *est tex. in l. Alumnæ. 30. §. Seia li-*
4 *berta. ff. de adimend. legat.* vbi adempto onere curationis sepulturæ in vim modi adiecto; etiam legatum ademptum Scæuola, cuius est illa lex, respondit; nam emolumentum sequitur onus, *ut ibi Glossa in verbo (ademptum, adnotauit ex l. Caio. 13 ff. de alim. & cibat. legat.*

Ex quo textu *in §. Seia liberta Panormit. in c.*
,, *in nostra 10. de sepult. num. 4. ait, si Testator alibi*
,, *post modum elegisset sepulturam videri etiam taci-*
,, *tè ademisse legatum factum priori Ecclesiæ, in qua prius sepeliri elegerat, & citat ad hoc propositum legem. filio. 31. §. matri, ff. eodem de adempt. legat.* Vndè videtur clara decisio legati quingentorum fuisse ademptum domui Societatis Iesù *ex textu §. Seia, iuncta doctrina Panor. loco cit. de sepult.*

His tamen in oppositis non obstantibus, quibus non difficilè erit respondere, vt infrà patebit, existimo non fuisse ademptum domui Societatis Iesù prædictum legatum, ac proindè hæredes quondam Vincentij de Excelso esse ad illud condemnandos.

Quod antequam probetur, priùs ponenda sunt nonnulla fundamenta, ex quibus colligi poterit decisio pro nostra opinione, & solutio contrariarum solutionum, quæ allatæ sunt.

5 Primum fundamentum sit, legatorum, & aliarum dispositionum, quæ ad pias causas fiunt, non esse alium finem, quam ipsum Deũ, & sa-

& salutem animæ, nam solius Dei considera-
tione habita, quis ad piè disponendum moue-
tur, *ex lege quoniam in multis. 16. C. de sacrosanct.*
6 *Eccles.* Vbi Doctores id docent, & idcirco hu-
iusmodi legata tot priuilegiorum pondere
perfruuntur, *vt colligi potest toto tit. C. de Sacro-
sanc. Eccl. cap Relatum 11. & cap. final. de testam.
& latius per Tiraquell. de priuilegijs piæ causæ.*
7 At verò legatum, quod relinquitur Ecclesiæ,
esse inter pia legata numerandum, imo esse
præcipuum inter pia, probatione non indiget,
& clarè colligitur, *ex cap relatum 11. de testam.
& ex lege priuilegia. 12. C. de Sacrosan Eccl.*
8 Secúdum fundamentum sit, fauore piæ cau-
sæ non reuocari donationes, vel legata pia sub
conditione facta, etiam si conditio non existat,
nisi expresse in conditione cautum sit, vt illa
non existente non valeat donatio, vel legatum
piè dispositum, ita habetur expressè *in cap. ve-
rum. 4. de condit. apposit.* siuè explicetur ille tex.
vt per conditionem intelligatur modus, *vt sen-
tit ibi Glosa in verbo (conditione, quam sequitur ib.
Anchar. nu 3. & Couar. qui alios citat. lib. 1. varia.
resolut. cap. 14 nu. 6.* siuè intelligatur; vt quoties-
cunque piæ dispositioni apponatur modus, is
non intelligatur causa finalis, sed impulsiua es-
se, *ut intelligit illum textum Panor. ibi, num 3. propè
finem, & Paul. de Castro l. 1. num. 5. de donat.* quo-
cunque modo intelligatur, fundamentum po-
situm verum est, & non reuocari donationem
fauore piæ causæ, nisi expressa reuocatio fie-
ret, *colligunt Doctores per textum in l. libertis 18.
§. Posthumis. de aliment. & cibat. legat. qui est tex-
tus notabilis.*
9 Tertium fundamentum sit, quamcunque
causam additam dispositioni piæ causæ nisi
expresse à disponente dictum sit, eam esse fi-
nalem, intelligi esse impulsiuam, *ita Panor. cap.
uerum de condit. apposit. num. 3. citato*, vbi reddit
rationem, quia donans Ecclesiæ sub modo, vi-
detur principaliter donasse propter Deum, &
pro remedio peccatorum suorum, *idem dixit
Felin. cap. 7. uerum, num. 7. de foro compet.* vbi ait
sic disponentem considerasse solum salutem
animæ, *Couar. loco cit. uar. resol. lib. 1. cap. 14. nu. 6.*
vbi dicit, in donatione facta Ecclesiæ, ipsam-
met donationem causam finalem censeri, nem-
pe liberalitatem in pium locum collatam; mo-
dum verò existimari causam impulsiuam, si-
cuti ait in libertate probari, *per legem mæuia.
44 ff. de manumiss. testament.* & antè hos omnes,
vt cæteros prætermittam, dixit acutè *Baldus
in l. dictam legem 8. nu. 13. C. de condit. ob causam*,
ibique ait rationem esse, quia alias disponens
fuisset daturus, ac proinde causa non est fina-
10 lis, sed impulsiua. Et in dubio pro pia disposi-
tione esse censendum; *& Bartol. in l. 2. §. ult. ff.
de donat. quem sequitur* Tiraquell. *priuil 74. piæ
causæ*, idem dicunt in substantia, si attentè cō-
siderentur, nam per modum ascriptum legato
pio, intelligunt ipsum pium opus exercendum,
*vt dicitur in l. si quis pro redemptione. 36. C. de do-
nation.* Quod quidem opus est causa finalis, &
addit *Tiraq. in tract. cessante causa, limit. 1. nu. 58.*
vt tunc intelligatur aliqua causa finalis, si sit
fauor, & commodum piæ causæ, secus esset si
tenderet ad odium, & incomodum piæ causæ,
vt si ageretur de reuocatione donationis factæ
Ecclesiæ ob defectum causæ, quo casu non
præsumeretur finalis, *& citat c. uerum de condit.
apposit. quare Tiraquell. decidit in specie casum
nostrum.*

Quibus sic positis, plures coniecturæ saltē,
si non argumenta vrgentia adduci possunt,
quibus probetur deberi legatum illud quin-
gentorum domui professæ relictum, & ab hæ-
redibus præstandum esse.

Prima coniectura est, quia testator legauit
illa quingenta, & deindè expressè nō ademit,
quod faciendum esset fauore pię dispositionis,
ergo illa præstanda sunt, vt patet ex secundo
iam posito fundamento.

Neque sufficit tacita ademptio per muta-
tionem oneris in alium translati, vt patebit
infrà in solutione ad tertiam rationem in op-
positum adductam.

Secunda ratio, seù coniectura est, quia ver-
bum illud positum in legato (*& perciò lascia
11 alla detta casa Professa, &c.* reddi potest latinè,
Ideo, seu idcirco, quæ dictiones significant cau-
salitatem, texte Bartolo *in l. demonstratio. 17. §.
vltimo. num. 9. ff. de cond. & demonstr.* quare vel
causa illa erit finalis, vel impulsiua, non quidē
finalis, vt patet ex tertio fundamento posito,
vbi probatum est ipsum Deum, seù salutem
animæ, & ipsammet liberalem donationem in
12 pia dispositione esse causam finalem. Vndè
etiam fauore libertatis conditio transit in vim
modi, seù causæ impulsiuæ, *l. qui seruum. 52. ff. de
condit. & demonstrat. & l. mæuia. 44 ff. de manu-
miss. testam.* ergo erit causa impulsiua legatum
factum domui professæ pro sepultura corpo-
ris, nam valet argumentum à libertate ad cau-
sam piam, *ut docet Euerardus in suis Topicis, loco
à libertate ad causam piam.*

Tertia ratio, seù coniectura esse potest, quia
Testator non dixit simpliciter lego quingenta
domui Professæ, quasi ipsius legati finis esset
traditio sui corporis sepulturæ facienda, sed
hæc verba addidit, (*& perciò lascia alla detta
casa Professa docati cinquecento d'elemosina*) quo
14 circa verbum illud (*de eleemosyna*) excludere
videtur omne dubium causæ finalis, & solum
traditio sui corporis sepulturæ fuit causa oc-
casionalis relinquendi potiùs domui Societa-
tis Iesu illud legatum, quam alij Ecclesiæ; nam
alias fuisset legaturus, cum causa finalis sit ip-
samet liberalis donatio eleemosynę, vt dictum
est in tertio fundamento, & patet ex doctrina
Bartoli in l. 2. §. finali, ff. de donat. Vbi ponit re-
15 gulam; ad sciendum quando nam aliàs quis fa-
cturus fuisset, & dicit solam piam, & fauorabi-
lem causam esse finalem, & ratione illius, aliàs
quis non fuisset facturus, *& facit ad hoc tex. in l.
Nesennius. 35. propè finem, ff. de excusat. tutor.* &
patet ex primo nostro iacto fundamento.

16 Confirmatur ex regula illa Iurisconsultorũ, quæ dicit hoc non probare esse, quod ab hoc contingit abesse, vt habetur *in l. neque Natales.* 10. C. *de probat.* Vndè non idcirco Testator reliquit quingenta domui Professæ, quia in ea sepeliri voluit, nam plurimi quotidiè, & domui professæ, & alijs Ecclesijs legata pia relinquũt, & nihilominus alibi corpora sua, & non in illis Ecclesijs sepelienda disponunt.

17 Quartò, ratio coniecturalis esse potest, quia Testator reuocauit dispositionem sepulturæ sui corporis, & elegit in Ecclesia Sanctæ Annæ de Palatio, & non reuocauit dictum legatum quingentorum, quod expressè faciendum erat iuxtà doctrinam traditam in secundo fundamento *per textum notabilem in cap. verum. 4. de condition. apposit.* ergo signum est alterum mutasse, nimirum electionem sepulturæ, alterum verò, nimirum legatum quingentorum Ecclesiæ Societatis Iesu factum, reliquisse sub priori dispositione.

Confirmatur; nam non reliquit Ecclesiæ Sanctæ Annæ quingentos aureos, qui potuissent censeri fuisse ijdem ipsi, qui prius legati fuerant domui Professæ, cui ademisset, & transtulisset in eleemosynam Ecclesiæ Sanctæ Annæ; sed legauit tantum decem aureos, quod signum est, illud legatum decem aureorum non fuisse ademptiuum prioris legati quingentorum, sed potius cumulatiuum, & additũ priori, tum fauore piæ causæ, quæ tanta est, vt etiã

18 alienata re piè disposita ab ipsamet disponente, & non redempta, debeatur legatum, *vt probat cum Bartolo, & Iasone Tiraquell. de priuil.*

19 *piæ causæ priuilegio 12. & 13.* Tum quia vero simile non est, Testatorem voluisse mutare propositum à summa magna quingentorum ad summam tam exiguam decem; sed potius omninò credendum est priori summæ magnæ voluisse addere posteriorem exiguam, cùm fauor piæ causæ, & propriæ animæ salus id suadent, non autem reuocationẽ prioris summæ magnæ, quasi ipsum legati prioris pænituisset.

20 Postrema ratio, vt multas alias rationes omittam, est illa generalis videlicet voluntatẽ testantis dubiam, pro pia causa interpretandã esse, *vt docet* Tiraquell. *loco cit. priuilegio 165.* item alia, vt in re dubia semper fauendum sit

21 piæ causæ, *vt idem Tiraquell. priuil. 148. docet per textum notabilem in l. sunt personæ 43 ff. de religio. & sumpt. funer.* quæ quidem pia causa plura specialia, & fauorabilia priuilegia habet, vt *per Tiraquell. illo tractatu per totum.*

Nunc reliquum est, vt ad argumenta in contrarium allata respondeatur, ex quorum solutione magis confirmabitur sententia nostra.

Ad primum igitur respondetur ex primo fundamento posito, videlicet in rebus concernentibus pias dispositiones non esse illis alium finem præstitutum, nisi Christum Deum, & animæ salutem, cætera verò in illis contenta esse modum, vel causam impulsiuam, quæ si non adimpleantur, non vitiant dispositionem piam, vt patet ex supra probatis.

22 Ad confirmationem respõdetur illam procedere de causa finali, quæ influit in effectum, at verò causa influens in effectum legati non fuit traditio corporis sepulturæ, sed eleemosyna in Dei obsequium eroganda, vt patet ex primo fundamento posito.

23 Ad secundum argumentum respõdetur modum appositum in dispositionibus pijs non vitiare, si non fuit impletus, nisi expressè cautum fuerit, vt modus non impletus vitiet dispositionem, vt probatum est in secundo fundamento nostro, de qua re extat *optima allegatio Consiliarij Io. Andreæ Georgij, qui allegatione 31. præsertim à num. 26.* probat modum non seruatum in donatione ad causam piam facta, nõ parere actionem rescissoriam, nisi expressè hoc in pactum deductum sit *per tex. cit. in cap.*

24 *verum. 4. de condit. apposit.* qui textus in pijs dispositionibus, cum sit canonicus, attendi debet *ex Tiraquell. priuil. 163. piæ causæ,* & ad textus citatos in argumento contrario respondetur, in illis speratum patrocinium, & liberationem per acceptilationem factam intuitu futuri matrimonij contrahendi fuisse causas finales, ac proinde dari repetitionem datorum, si fines cessarunt, vt legenti illos textus facilè patere potest; at verò in casu nostro finis est Deus, & ipsa liberalis eleemosynæ erogatio, vt probatum ex iam dictis.

25 Ad tertium argumentum *ex textu in §. Seia* desumptum, qui textus videtur decidere contra nos casum nostrum, nõ videtur admodum difficilè responderi, nam ille textus procedit in casu valdè diuerso; ibi enim finis præcipuus legati erat transportatio corporis Seiæ à prouincia, si ibi moreretur, in propriam patriam, quo onere transportandi translato à Lucio Titio legatario in hæredes ipsius Seiæ, transfertur etiam emolumentum ex legato percipiendum; nam Lucius Titius electus fuit, vt minister, & executor voluntatis legantis, in quibus terminis loquitur textus notabilis, & omninò videndus *in l. si quis Titio. 17. ff. de leg. 2.* At verò in casu nostro Ecclesia domus professæ non fuit electa, vt ministra curationis corporis testatoris, sed fuit electa vt præcipua ex multis locis pijs, quibus piè legari posset, & finis præcipuus legati non fuit electio sepulturæ, sed fuit Deus, salus propriæ animæ, & ipsamet liberalis donatio eleemosynæ, vt probatũ est supra in fundamento tertio à nobis posito, & in tertia ratione, quam attulimus in confir-

26 mationem nostræ sententiæ. Et ratio rationis esse potest, quia onus intrinsecus est pars substantialis legati, & est id, quòd vitiat contractum, vel legatum, & ita fuit in illo §. seia, at verò in casu nostro, modus non est quid intrinsecum, & substantiale, sed extrinsecum, & accidentale ipsi legato piè disposito, vt probatũ est, & idcirco non vitiatur legatum, etiam si modus non adimpleatur, de quo modo intrinseco, & extrinseco, *optimè disseruit Consiliarius* Geor-

Georgius allegatione 31.citata nu.34. & 35. licet loquatur in donatione facta inter viuos, & in alijs terminis. Attamen non valdè diuersis à nostris, & ita explicat nonnulla iura, quæ in oppositam partem afferri possent, lege ipsum, qui benè soluit. Vndè patet, casum, de quo nobis, cum aduersarijs disceptatio est, non esse in terminis *legis Alumnæ.§. Seia liberta. ff. de adim. legat.* sed in terminis *cap.verum.de condit apposit.*

27 Ad authoritatem Panor. *in cap.in nostra de sepultur num.4.* respondetur, illum locutum esse, cùm testator aliàs non expressit mẽtem suam; quo casu ait ibi expressè Panormitanus, Testatorem relinquentem aliquod legatum illi loco, in quo sepulchrum eligit, præsumi intuitu sepulturæ legasse, ac proindè electa alibi sepultura, censeri tacitè ademptum legatum; at verò in casu nostro Testator expressit voluntatem suam, nam in legato facto domui professæ addit verbum illud (*de elemosina*) quare non intuitu sepulturæ, sed Dei, & salutis animæ legatum fecit. Quo circa mirum non est, si alibi, nimirum in Ecclesia Sanctæ Annæ, cui aliud reliquit legatum pium, electa sepultura, non censeatur ademptum primum legatum, vt supra probatum est. Et Panormitanum ita

28 omninò esse intelligendum patet; tùm quia alioqui esset sibi contrarius, *cum in cap. verùm de condit.apposit. num.3.* diuertis verbis asseruerit, fauore piæ causæ quemlibet modum illi superadditum esse causam non finalem, sed impulsiuam, eoque non impleto, nunquam reuocari dispositionem piam, nisi de reuocatione expressum pactum appositum esset; tùm quia nisi ita Panormitani doctrina explicetur, ea esset contra expressum textum citatum *in cap. verùm de condit. apposit.* tùm denique quia si alia esset ipsius mens, ipsum non sequimur, cũ contra ipsum sit tota ferè communis schola, tum pontificij, tum ciuilis iuris interpretum, vt probatum à nobis est, tam in secundo fundamento, quam in tertio, & in rationibus à nobis positis. Quo circa nihil contra nos Panormitani doctrina facit, & alioqui nobis *facet in cap.verùm de condition.apposit.num.3.* Posset quoque explicari Panormitanus, vt intelligatur eo casu, quo Testator nullum aliud legatum fecisset illi Ecclesiæ, in quo secundo loco sepulturam elegisset, cui tacitè censeri posset acquisitum prius legatum priori Ecclesiæ adẽptum. At verò in casu nostro posteriori Ecclesiæ exiguum legatum decem tantum aureorum fecit, vt verisimile non sit ademisse priori Ecclesiæ longe maiorem summam, vt etiam supra à nobis dictum est in confirmatione quartæ rationis, quare posterius legatum fuit superadditum priori legato.

29 Neque textus *in l filio,§.matri*, quem Panor. affert nobis contrarius est, nam idcirco reuocato fideicommisso, quod Socero Testator reliquerat, matri etiam illud ademptum est, quia mater non vt legataria, sed vt ministra, & executrix electa fuit, cui aliàs filius non fuisset relicturus; quare loquitur in terminis *l. si quis. Titio.17. ff.de legat.2.vt Glossa in §.matri. verbo. eut ad matrem.* docet, quæ concordanti citat textum *in d.l.si quis Titio,* vbi in verbo *vt ministrum*, notabiliter ait, fauore piæ causæ non intelligi quem esse electum vt ministrum, sed potius vt legatarium. Bartolus tamen aliter intellexit textus illos citatos, vt apud ipsum videre est.

Postremo illud reliquum est, vt legatũ quingentorum aureorum domui Professæ Societatis Iesu relictum, à Dominis Iudicibus illi

30 adiudicetur; hi enim semper in fauorem piæ dispositionis iudicare debent, etiam si actoris partem subierit, vt pluribus, tam Iuribus, quã Doctorum authoritatibus *probat Tiraquell. de priuil.piæ causæ priuilegio 516.*

SVMMARIVM.

1 *Dispositio Testatoris dubia coniecturis interpretanda, & coniecturis qualis eius mens fuerit eruendum, & num 13.*

2 *Mens semper testatoris, vbi verba inuoluta fuerint, in eius voluntate eruenda, præferri debet.*

3 *Verba menti veluti ancillæ famulantur.*

& licet in prolatione præcedant, significationem tamen subsequuntur. num.4.

5 *Verba nusquam tanti valent, vt meliora sensu existant.*

6 *Verba homini data sunt, vt mentem, atque animum patefaciant.*

7 *Verborum qualitate nullum maius mentis nostræ testimonium.*

8 *Testator quid senserit in vnaquaque dispositione spectandum primò fuerit.*

9 *Voluntas est quæ totum facit in Testamentis.*

10 *Lex non verbis, sed voluntati fauet defunctorum.*

11 *Verba vbi menti contraria sunt disponentis, menti magis quàm verbis standum esse lex decernit.*

12 *Verborum radix mens est, & cor imperator est linguæ.*

13 *Voluntatis interpretatio Testatoris, tùm ex præcedentibus, tùm ex sequentibus orationis eius periodis eruenda.*

14 *Voluntas testatoris talis in vna parte dispositionis fuisse præsumitur, qualis in alia eiusdem fuit.*

15 *Voluntas coniecturis eruta, non obscura, sed patens dicitur.*

præsertim si propinquæ coniecturæ fuerint, & ex scripturæ capitibus petitæ, non ex remotis, & dissitis. num.16.

17 *Mens hominis abstrusa in præcordijs iacet, patet illa tamen prudentibus ex coniecturis. nu.19.*

18 *Deus solus scrutator est cordium.*

20 *Vxor conditionaliter hæres instituta (donec vixerit, & lectum vidualè seruauerit) vsufructuariam dumtaxat futuram uoluerunt non nulli.*

Verùm, si datis hæredibus post mortem eius percipere illos hæreditatem testator iusserit, per fideicommissum hæreditatem post mortem restituere rogatam uideri, aliorum melior est sententia, num. 21. & 22.

Quod

quod amplia etiam pia causa instituta. num.23.
21 *Hæres semel, ampliùs hæres esse desinere nõ potest.*
24 *Exceptio limitatiue venit ad regulam, eamq; in exceptuatis comprimit, atque restringit.*
25 *Exceptionis vis in eo est, vt exceptum eximat à regula.*
26 *Exceptio est contra regulam, eamque impugnat.*
27 *Exceptio operatur, vt quod alias sub verbis regulæ comprehendebatur, exceptionis virtute tollatur.*
28 *Exceptio debet esse de regula, vt sub excepto scilicet genere. regulæ exceptus casus comprehendatur. num.29.*
alioquin frustra fieret exceptio. num.30.
31 *Testatorem frustra locutum fuisse asserendum haud erit.*
32 *Legata in arbitrium collata hæredis, & si illa voluerit, nolente ea, cogi haud poterit soluere.*
33 *Arbitrium non liberum, sed vt viro bono, ac regulatum censetur relictum, in vltimis voluntatibus præsertim. nu.34.*
vel si tempus dumtaxat solutionis non legata ipsa, eorumque substantia in arbitrium relicta hæredis fuerint. num.35.
36 *Dispositio si pure rogata fuerit, & executio dumtaxat in arbitrium de mandata alterius, debet ille statim voluntati parere defuncti testatoris.*
37 *Arbitrari is, cuius arbitrium exquiritur, aliud haud debet, quàm, quod æquum est.*
38 *Interpretatio quælibet (præsertim in re dubia) tendere in id debet vt æquitatem foueat.*
& quæ animæ faueat disponentis. nu.48. & 51.
39 *Charitatis etiam ordine interpretationem in benigniorem partem accipere debemus fauore animæ.*
40 *Charitatis ordine potiùs aliorum animas, quàm corpora nostra diligere debemus.*
41 *Animarum salutem, & opibus, & etiam corporibus nostris præferre debemus.*
42 *Anima est altioris ordinis, quàm corpus, cùm secũdum illam diuinæ simus consortes naturæ, æternæque beatitudinis capaces.*
43 *Arbitrium vbi refretratum relinquitur, illud in fauorem animæ testatoris propendere debet.*
44 *Dolus. & scelus abesse debet, in aliorum interpretandis supremis voluntatibus.*
45 *Legata in alterius arbitrium relinqui possunt, quia exauditur de boni viri arbitrio, non de libera voluntate.*
46 *Pias ad causas disposuisse videtur, qui supremæ voluntatis suæ indicium in alterius contulit voluntatem.*
quia non aliter uir bonus, ac frugi interpretari posse æstimatur. num.47.
49 *Hæres testatoris uoluntatem non implens indignum se hæreditate facit.*
quemadmodum, quæ testatorem, uel patrem è captiuitate non liberauit. num.50.
52 *Iudex uir bonus dicitur.*
53 *Et interpretari semper debet, ut soluantur legata, & animæ subleuentur testatorum.*
54 *Sequentia recessisse à præcedentibus testatorem indicant.*
55 *Voluntas testatoris qualis in præcedentibus fuerit ex sequentibus patescit.*
56 *Executor relictus ad exequendum intelligitur vita durante, non post eius suprema funera.*
57 *Verba generalia (Tutti, e quanto in quelli si contiene) omnem comprehenduntur casum, nihilque excludunt.*
58 *Clausula (omnia, & singula) quid importet.*
59 *Omne, qui dicit nihil excludit.*
60 *Dictio (non aliter) quid importet.*
& habet præcisam naturam formamq; indicit. n.61.
62 *Protestatio animum aperit protestantis.*
& præcedentia dicta declarat. num.63.
indicatq; testatorem se rectè rationis Iudicio submittere. num.64.
65 *Protestationem non putandus est testator frustra protulisse, sed vt operaretur, atq; suum propalaret animum.*
quod maximè procedit in supremis morientium dispositionibus. num.66.
nullis in contrarium coniecturis alijs pugnantibus. num.67.
68 *Verborum à proprietate recedendũ nõ est in supremis dispositionibus, declara tamen nisi aliàs etiã ex præsumpta testantis voluntate appareat. n.69.*
70 *Voluntati defuncti parendum omnino est.*
alioquin non parens peccato se inficit. nu.71.

ARGVMENTVM.

Abtrusam, atquè inuolutam verbis Testatoris voluntatem coniecturis venandam esse dissoluitur. Et vtrùm ne vxor hæres instituta donec vixerit, & lectum viduale seruauerit, datis sibi alijs cohęredibus, hæres nihilominùs esse possit, vel saltim vsufructuaria remaneat. Et nùm legatorum solutio (piorum pręsertim) hæredis arbitrio relicta, possit per eum, vsquè post fati sui tempus differri; vel verò statim fieri debeat? Plenè discutitur.

RESPONSIO X.

1 AMbigua satis, atq; dubia non minimi, cùm facta fuerit ex inter sese pugnãtibus Scripturæ verbis Testatoris huius nostri, mẽs; vt quàm potissimùm in partem rationis Iudicium inclinare iurè debeat, inuolutum nimis euaserit; ne vndequaquè tamen in incerto fluctuet Iudicium, eam arripiendam viam censeo; coniecturis, Testatoris ipsius mentem, & sensum venari simul atquè interpretari, vt conemur. *ex tex. in l. qui solidum. 80. §. 1. ff. de legat. 2. tex. in l. cùm Auus. 101. ff. de condit. & demonstra.*

Cat-

Cardin.Mantica.de coniectur. lib.12. tit.17.num.2.
Pater Anton.Sanctarellus variar.resolut.q.66.nu.
15.& seq.

2 Mens enim est (inuoluta vbi verba fuerint)
quæ præferri semper debet in interpretandis
supremis disponentium tabulis. *l.non aliter.67.*
de legatis 3.l.in conditionib.primum locum.19.ff.de
condit. & demonstrat. l.cum virum. 16.C.de fidei-
commiss.Guido Papa cons.135. num.1. & 2. Sylua
nuptialis.lib.6.nu.15.Marc. Mantua. cons.286.nu.
13.meur Maranta.cons.46.nu.13. Cephal.cons.484.
nu.39.lib.4.Paris.cons.23.nu.9. & 10. lib.3. Seba-
stian. Medicer.decis.51.num.6.Rota in Vrbeuetana
Castrorum. 19.Iunij 1579. coram Seraphino. decis.
458.num.2.par.4.diuers.collecta per Fariuac. Pater
Antonius Sanctarellus.variar.resolut. d.q.66.num.
11.& 12.13.& 14.

3 Ei namquè hæc Ancillæ, atq; Pedissæq; datæ
sunt à Natura.*can.humanæ aures. 22.q.5.cap.se-*
cundò requiris. 41.de appellat. l.argumento.27.§.
margarita.ff.de.auro,& argento legato.

4 Vt licet quodammodo in prolatione præ-
cedere videantur, atq; primas obtinere, signi-
5 ficationem tamen minimè antecedunt. Nus-
quam enim tanti valent verba, vt meliora sen-
6 su existant. *tex.in l.3.C.de liberis præterit.* Ideo
nempè verba data sunt homini à Natura, vt
internum animi eius sensum, & abstrusam in
præcordijs mentem, foris in aliorum notionē
dimanarent.*can.15.autem.22.q.2.l.Labeo.7.§.id*
tubero ff.de suppellect.legata.Petrus Gregor.Tho-
los.syntagmat.Iur.lib.24.nu.1.Franc.Monald.cons.
7 *66.num.21.lib.2.*Nequè vllum sit clariùs, atquè
significantiùs mentis nostræ testimoniū, quàm
qualitas inspecta verborum.*vt ex Cassadoro re-*
fert Iacob.Thoming.decis.Lipsien.9. nu.3. & dixit
Bald.in l.generaliter. 13. in 1.notab. C. de non nu-
mer.pecun. Rota apud S.memor. Gregor.XV.decis.
301.num.5.

8 Quid igitur verbis Testator senserit in vna-
quaque dispositione spectādum primariò fue-
9 rit. Porrò quia voluntas totum facit in testa-
mentis. *l.ex facto. 35.§.cùm hæc ita sint.vers. &*
facit.ff.de hæredi.Instituend. Gaillus.obseruat.144.
nu.5.lib.2.Rota par.1.diuers.decis.640 num.14.in
fin.Mantica.de coniectur.lib.11. tit.16.nu.3. San-
ctarellus.d.q.66.nu.36. Lex enim non verbis,
sed voluntati fauet defunctorum. *l.2. C. com-*
munia de legat. §. nostra. Institut. de legat. Card.
Mant.de coniectur.lib 4.tit.5.art.10. nu.4.Surd.de-
cis.232.sub.num.6.Sanctarellus.variar.resolut.d.q.
6.nu.7. & seq.per tot.

11 Quoquo modo itaque verba menti cōtrai-
re disponentis lex inspicit; menti, non verbis
standum esse, decernit.*tex.in l.talem.51.§.1.in fi.*
ff.de hæredib.Instituend.l.nominis, & rei. 6.in fin.
ff.de verbor. signific. Laurus de Palatijs. tract. de
successionib. par.2.num.27. vol.7. tract. fol. mihi.
262.col.4.Sebastian.Medic.d.decis.51.num.6.Man-
tic.lib.3.tit.3.num.9. de coniectur.

12 Radix namquè verborum, mens est. Et cor
Imperator est linguæ, quam veluti mancipium
sub sua retinet ditione. *vt Bald. inquit in cap.*
mandatum.num.2. & 3. de rescriptis.sequitur Ro-
land.cons 99.num.49.& 50.vol.4.

13 Ex coniecturis ergò abstrusus in huiusce,
elogij verbis, verusquè testantis animi sensus,
& efficax mentis eius voluntas elicienda no-
bis erit. Atque, tùm ex præcedentibus; tùm ex
sequentibus orationis periodis, volūtatis eius
interpretatio eruenda. *iuxtà Iuliani sensum. in l.*
si seruus plurium.53.§.fin.in fin. de legat.1.ad tex.
in l.quoties. 10. C.familiæ hercisc. Bald. in cap.1.
num.13.de capitan.qui cur vendidit.in vsib. feudo.
14 *Rota apud Caualer.decis.49.num.5.* Talis nempè
disponentis voluntas in vna testamenti parte
fuisse æstimatur, qualis, & in alia apparet. *l.qui*
filiabus.17.in princ.de legat.1.d.l.si seruus pluriū.
§.fin.Bar.in l. Centurio.col.9.nu.27.vers.quid si in
præcedentibus.ff.de vulgar.& pupillar. Soccin.cōs.
101. num.7. vol.1. Fabbius Anna cons.22.num.8.
vol.1. Rota par.1. diuers. decis 640. num.10. & in
Senogallien fideicommissi.1594. coram Card. Ari-
gonio.decis.97.num.2.post 1.vol.consil.Farin.

15 Nequè sanè obscura, quinimò patens volū-
tas dicitur eius, quæ coniecturis eruta è tene-
bris est verborum. *tex.in l.Imperator. 77.de le-*
gat.1.l.si quis locuples. 57. in fin. ff.de manumiss.
testamen.glos.in l.Prætor.20.§.interdictum. verbo.
expressum. ff.de oper. noui enuntiat. Calcan.cons.
33.nu.7.Thesaur. decis.248.num.3.

16 Quod potissimum locum habet, si propin-
quæ fuerint coniecturæ, & ex proximis Scrip-
turæ capitibus petitæ, non ex longè remotis,
atq; dissitis. *Decius. cons.369 num.1.vol.1.Man-*
tica.de coniectur.lib.12.tit.17. num.28. Ioseph Lu-
douic.decis.perus.61. num.44.

17 Licet enim in præcordijs abstrusa mens ho-
18 minum iaceat, ac nemo, præter Deum, qui
scrutatur renes, & corda.*psal.7.10. & 1.parali-*
pom.28.num.9.can. erubescant. 32.dist. mentem
nosse possit eorum.*cap.tua nos.34.in finalib.ver-*
bis de simon.can.consuluisti.18.2.q.5. potest tamē
illa prudentibus, per indicia, & coniecturas
patere. Sicuti respicientium vultus, in aquis
splendescit.*Ioan.Neuizan.in sylua nupt. lib.6.nu.*
16.vol.6.tract.fol.77.col.3.

Quoniam itaquè reliquit Testator hic no-
ster in supremis voluntatis suæ tabulis, Violā-
tem de Rosa suam vxorem, hæredem sibi, do-
nec vixerit, ac lectum viduale seruauerit; datis
eidem cohæredibus, Petro Angelo, & Ioanne
Maria Nepotibus; scriptisq; pluribus legatis,
„ cùm pijs, tùm profanis; adiectis postmodum
„ his verbis: *Et questo dopo la morte di Violante*
„ *mia Moglie.* Atque ex testamenti ipsius verbis,
tùm his paulo ante relatis, tùm eisdem subse-
quentibus, aliter sensisse appareat; facta est nō
leuis disceptandi causa; Nùm sanè statim, vel
verò post fati sui diem supremum, legatis præ-
dictis (pijs presertim) facere satis deberet Vio-
lantes; quæ apud Iudicem interpellata in Tri-
bunali Fabricæ Sancti Petri, tuebatur se, non
teneri, ex quo post suprema sua funera solutio-
ni dies per Testatorem dictus fuisset.

20 Et dubium primò faciebat; esset ne vsufru-

ctuaria

„ ctuaria dumtaxat Violantes; quòd conditio-
„ naliter hæres scripta legebatur (*Donec vixerit*,
„ *& lectum viduale seruauerit*) quod voluisse visi sunt. *Cephal. cons. 37. num. 37. lib. 1. Bellons. cons. 6. num. 11. & 12. Menoch. cons. 115. num. 1. lib. 2. Beroius cons. 58. num. 6. & 7. vol. 2. & Petr. Peeebius. de testam. coniug. lib. 5. cap. 4. num. 7. & 8. & cap. 5. Gratianus Forens. par 5. cap. 821. num. 1. & num. 5. cum seq. Caluaccan. de vsufruct. mulier. relicto. nu. 72. fol. mihi 238. in minor. impreß. Gaspar. Anton. Thesaur. Forens. lib. 3. q. 81. num. 3. post Gaillum pract. obser. lib. 2. obser. 143. quos refert quoque Marta de success. legali tom. 2. par. 4. q. 11. art. 4. num. 4. in 2. casu.* An verò proprietaria simul, & vsufructuaria?

21 Verùm quia post mortem Violantis, hæreditatem percipere cohæredes Testator iussit, & semel hæres, amplius hæres esse desinere non possit. *l. & si fine. 8. §. sed quod Papinianus. in fin. ff. de minorib. l. qui soluendo. 60. in fin. ff. de hæ-*
22 *redib. Instituend.* Rogatam vtiquè videri illam, per fideicommissum hæreditatem restituere substitutis hæredibus post mortem suam, dicebam, *ex Angel. cons. 150. num. 4. circa fin. Natt. cons. 495. n. 6. & seq. & cons. 570. Paris. cons. 69. nu. 4. & seq. vol. 2. Cephal. cons. 472. vol. 4. Caluaccan. d. num. 72. in fin. de vsufructu mulier. relict. Simon de Pretis. de interpret. vltim. vol. lib. 3. dub. 1. num. 7. & seq. fol. mihi 180. Cardin. Mantic. de coniect. vr. lib. 4. tit. 5. art. 6. & lib. 8. tit. 1. num. 31. Peregrin. de fideicommiß. art. 5. num. 17. Menoch. latè lib. 4. præsumpt. 141. num 48. Gratian. Forens. par. 5. d. c. 821. num. 4. Fusarij. de fideicommiß. q. 277. in 56. coniectura. num. 33 & 41. plenè Marta d. q. 11. art. 4. in d. 2. casu num. 5. & seq. & eadem par. 4. q. 21. art. 2. in 8. casu nu 52 53. & 54. cum alijs pluribus, quos ipse recenset. d. art. 4. num 5.*

Nec contra nos esse superius allatos Doctores cum in casu satis à nobis diuerso loquantur, vt videre est apud ipsos, ac potissimũ in casu, quo in Senatu Sabaudie *apud Thesaurum d. q. 81. & deducit optimè Marta d. art. 4.*

23 Quod procedit (fac etiam) pia causa instituta fuisset. *Mantica. d. tit. 5. art. 6. Menoch. d. præsumpt. 141. num. 50.*

Cæterum, an legatorum solutio post supre-
„ mum eiusdem diem dilatãda esset, verba præ-
„ dicta. (*E questo dopo la morte di Violante mia moglie*) pro se definire Violantes ipsa dicebat.

Ast contrà repetebam. Quòd facta hæredis institutione; excepit Testator Violantem ab infrascriptis legatis; dicens quidem eam hæ-
„ redem super omnibus bonis suis (*excepto tamen dall' infrascripti legati*) vt voluerit propterea comodum eam percipere ex hæreditarijs bonis omnibus, verùm solutis legatis per eum scriptis; à comodo quorum excludebat eam. Quorsum enim excepisset illam ab infrascriptis legatis, si eorum solutionem statim fieri nõ
24 intendisset, ac voluisset? Venit namque exceptio limitatiuè ad regulam; illamque in exceptuatis comprimit, atque restringit, adeò, vt per exceptionem vitiata quodammodo, atque compressa, perdat officium suum. *secundum verba Pauli. in l. 1. in fin. ff. de reg. Iur. vbi Cugnol. notabiliter num. 25. & num. 28. Signorol. cons. 75. num. 8. vers. sed Aduocatus. Anchar. cons. 27. non seruato ordine. num. 6. Marc. Mantua. cons. 261. nu. 7. Rota apud Cocein. decis. 643. num. 2. in fin. Felin. in cap. quoniam frequenter. 5. num. 2. in fin. vt lite non contestata. Anton. Monach. decis. Bononien. 35. num. 12.*

25 Exceptionis (nempè) vis, atque efficacia, siuè virtus (*vt Bald loquitur d. cap. 1. num. 13. de capitan. qui curiam vendidit*) in eo est, vt rem, vel casum exceptum eximat, siuè à corpore extrahat regulæ, *sequitur Surd. cons. 416 num. 10. & cons. 449. num. 40. vol. 3.* Quia nimirum exceptio venit ad diminutionem regulæ, *vt Felin. loquitur. d. cap. quoniam frequenter. num. 3.*

26 Profectò, quòd exceptio contrà regulam est, eamque impugnat. *vt Cagnol. inquit. d. l. 1. nu. 28 & num. 29. de reg. Iuris.*

27 Hoc enim operatur exceptio, vt illud, quod
„ aliàs sub verbis regulæ compræhendebatur
„ ad determinationem regulæ, exceptionis vir-
„ tute tollatur, *vt loquitur S. Antonin. 1. par. sum. tit. 20. de reg. Iur. in princ. uers. est autem regula. fol. mihi. 285. plenè Felin. ubi supra à num. 4. cum seq. Ioannes Petrus Fontanella de pactis nuptial. tomo. 1. clausul. 4 Gloß. 21. par 2. num. 30 & 36.*

28 Esse porrò de regula exceptio debet, eiusdẽque qualitatis, *vt est tex. in cap. 2. & ibi Abb. & alij. de coniugio Leprosor. glos. in d. l. 1. ubi scribent. de reg. Iur. et ibi plenè Cagnol. S. Anton. d. par. 1. tit. 22. in princ. de reg. Iur. tex. in l. nam quod liquidi. 4. §. fin. ff. de penulegat. Euerard. in loco ab exceptione regulæ num. 1. Barbosa assumpt. 85. num. 6. Tusc. tom. 3. litteta E. conclus. 423.*

29 Vt sub eodem scilicet, genere regulæ, exceptus compræhendatur casus. *ad tex. in cap. si dominus. 32. q. 2.* Secundum id enim, quod per prius pronunciatum est, exceptio ipsa subsequens facta censetur. *iuxtà Sceuolæ responsum,*
„ *in l. qui libertatis. 69 in princ. ibi: Quia non omnem*
„ *causam statutæ libertatis, sed eam dumtaxat, quam*
„ *pronunciauerit, excepisse videbitur. ff. de euictionib. & sequitur Alex. in l senium. num. 4. in fin. C. qui testamenta facere possunt. allegat tex. in cap licet. 4. in 2. respons. de sepultur. in 6. S. Anton. d. cap. 20. de regul. Iur. in princ. Cagnol. d. l. 1. num. 28. de Reg. Iur. Felin. d. cap. quoniam frequenter à num. 1. An-*
30 *ton. Monach. decis. Florentin. 1. num. 43.* Cæteroquin exceptio haud diceretur. Quid enim (quæso tè) exciperet, si sub verborum generalitate regulæ, exceptus minimè casus comprehenderetur? Et nisi de excepto casu regula ipsa prædicari posset? *vt post S. Anton. vbi supra. docet Cagnol. d. l. 1. num. 28. in fin. & num 29. Tuscus d. conclus. 423. num. 2. Castrens. cons. 79. num. 3. lib. 1. Cæsar Bartius decis. Bononien. 71 num. 13. et 14.* & ad vnum inducta finem, contrarium operaretur effectum *contrà tex. in l. legata inutiliter. 19. ff. de legat. 1. sequitur Fontanella d. Gloß. 21. par. 2. num. 30.*

Inde itaque Violantem ab infrascriptis legatis

G

gatis excepit Teſtator, quia nolebat illam, ex
eo, quod pro legatis impendendum erat, eo-
modum percipere; vt ex tota reſidua hæredi-
tate haurire eam præcipit. Non expectato igi-
tur fati ſui tempore, legatis facere ſatis cogi
debebit Violantes.

31 Alioquin erit exceptio ipſa futilis, inanis, ac
vacua, nihilque omninò operabitur; vt ſequitur
Bartius. d. deciſ. 71. num. 14. & num. 26. Et in eaſ-
ſum loquutum fuiſſe teſtatorem, nec rectè ad-
,, miſerimus; cùm dixit: Eccetto dall' Infraſcritti
,, legati. At aſſeri id minimè debet, Mantua d. cōſ.
261. num. 8. Euerard. d. loco ab exceptione ad regu-
lam. num. 3. Stephan. Bertrand. conſ. 323. Quicquid
dixerit Ioan. Monach. ſub num. 11. vol. 1. & faciunt,
quæ habet Rota. par. 2. tom. 1. in recent. deciſ. 336.
num. 5. Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 257.
num. 4. & 6.

Sed neque defatigabantur Violantem tuen-
32 tes vltrà progredi; perpendebantque; Quòd
Teſtator in arbitrium remiſerat Violantis, &
ſi ei placuiſſet, antè ſuprema ſua funera, legatis
facere ſatis; vt non eſſet interim per Tribunal
Fabricæ moleſtia afficienda, atque vrgenda,
legata viuens adhuc ſoluere, ad tradita per Bar.
in l. centeſimis. 46. §. fin. num. 8. verſ. quæro quanta
eſt virtus. ff. de verb. obligat. & per Oſaſcum deciſ.
111. num. 1. & ſeq. Surd. conſ. 380. num. 37. vol. 3.

33 At reſpondebam. Non fuiſſe per teſtatorem
liberum Violanti, legata ſoluendi, nec nè, arbi-
trium relictum; ſed illud rectæ rationis ſubmiſ-
ſum Iudicio, tamquā viro bono. iuxtà tex. in l.
Thais Ancilla. 41. §. ſorore. & l. fideicomiſſaria.
46. ff. de fideicomiſ. libertat. l. 1. ff. de legat. 2. l. fi-
deicomiſſa. 11. de legat. 3. l. ſi in lege. 27. ff. locati
gloſ. in cap. 2. verbo. viſum. de corpore vitiat. Abb.
in cap. Quinta vallis. 23. col. 17. nu. 23. circa fin.
verſ. ſed in caſu noſtro. de Iure iurand. & conſ. 110.
num. 1. par. 2. Anton. Butr. in cap. 1. num. 21. & ibid.
Felin. num. 51. verſ. & ſi dicatur committimus, &
num. 53. de conſtitution. Alex. conſ. 118. in caſu de
quo quæritur in princ. vol. 5. & conſ. 218. viſis ver-
bis. num. 5. 6. 7. & 8. vol. 2. Iaſon conſ. 243. Dominus
Baptiſta. num. 13. vol. 3. Afflict. deciſ. 372. num. 8.
Oſaſc. d. deciſ. 111. num. 9. Menoch. de Arbitrar. lib.
1. q. 8. num. 1. & ſeq. & num. 10. & de præſumpt.
lib. 4. præſumpt. 125. num. 4. Simon de Pretis. lib. 4.
dub. 10. num. 125. fol. mihi. 421. Fabb. Anna conſ.
75. num. 28. lib. 1. Capic. deciſ. 116. num. 4. Couar.
in cap cùm tibi. 13. num. 6. de Teſtam. Nauar. conſ.
12. num. 2. lib. 1. de tempor. ordinan. Grammat. conſ.
29. Ciuili. num. 2. & ſeq. Marta de clauſul. par. 3.
clauſ. 2. Barboſ. eod. tract. clauſul. 11. num. 1. & 2.
Rota in recent. par. 2. tom. 1. deciſ. 329. num. 4.

34 Quod potiſſimum in vltimis voluntatibus
locum ſibi facit, (& ſi aliter in contractibus
eſſe poſſit) ſecundum Beccium. conſ. 88. num. 48.
quem ſequitur Gratian. Forenſ. par. 1. cap. 23. nu. 8.
Oſaſc. d. deciſ. 111. num. 5. Surd. d. conſ. 380. num. 37.
& 38. Marta d. clauſ. 2. nu. 7. & 8. Barboſa d. clau-
ſul. 11. num. 2. Et vbi non aliter ex mente appa-
reret diſponentis, vt ſequitur Fontanella d. clauſ.
4. Gloſ. 26. num. 14. et Gloſ. 25. à num. 28. cum ſeq.
ead. clauſ. 4.

35 Neque enim legata (quæ ſanè purè relicta
videbantur; neque eorum ſubſtantia) in arbi-
trium collata fuerant Violantis; ſed tempus
dumtaxat ſolutionis eorum, non aliud. iuxtà
tex. in d. l. fideicommiſſaria. 46. verbo. quanquam
autem. vbi etiam gloſ. ff. de fideicommiſ. libertatib.
Bar. in d. l. centeſimis. §. fin num. 7. verſ. Quæro cùm
in vltimis voluntatibus idem Bar. in l. ita ſtipula-
tus. 115. num. 11. uerſ ſed contrà ff. de uerbor. oblig.
optimè Anchar. conſ. 436. In his dubijs. num. 1. et 2.
Oſaſc. d. deciſ. 111. num 4. 6. 10. et 11. Surd. d. conſ.
380. num. 9. 10. 11. et 13. Gabriel. de pia cauſa. con-
cluſ. 3. num. 8 in 3. applicat.

Hac de cauſa proinde ſtatim, morte ſecuta
Teſtatoris, ſolutionem fieri legatorum arbi-
trari Violantem oportebat.

36 Cùm, quòd vbicunque diſpoſitio purè ſcrip-
ta eſt, & executio dumtaxat in alterius remiſſa
arbitrium, debet ſtatim, qui exequi tenetur,
voluntatem implere defuncti. ad tex. in l. fin ff.
qui ſine manumiſſione ad libertat. perueniunt. l. ue-
rùm. 8. §. cùm quidam plurib. ff. de reb. dub. cum alijs
notat. per Oſaſc. d. deciſ. 111. num. 6. Gramat d. conſ.
29. num. 1.

37 Tùm, quòd non aliter eidem arbitrari, atq;
interpetrari permiſſū videbatur, quàm, quod
eſſet æquum. ſecundum gloſ. in d. l. fideicommiſſa.
11. §. quanquam. in uerbo. arbitrium. ff. de legat. 3.
Bald. in l. 1. in 2 lect. num. 2. et ſeq. ff. de legat. 2. Gra-
mat. d. conſ. 29. num. 3. et 4. Surd. d. conſ. 380. num. 6.
Rota. par 4. diuerſ. deciſ. 672. num. 3. per Farinac.
collecta.

38 Planè quia interpetratio quælibet (in re præ-
ſertim dubia) in id tendere debet, vt æquitatē
foueat, atque pro anima propendeat. ad tex. in
,, l. non ſine. 5. ibi. Attamen quia conſequens eſt, ambi-
,, guas, atque legum diuerſis interpetrationibus titu-
,, bantes cauſas, benignè, atque Naturalis Iuris mo-
,, deramine temperare, etc. C. de bonis, quæ liber. l. nō
,, nunquam. 8. circa fin. ibi: Sed benignior eſt diuerſa
,, ſententia. ff. de collat. bonorum. ſequitur Roman. in
l. quòd ſi poſſeſſor. 19. §. aptanda. num. 1. ff. de petit.
hæredit. et eum ſequitur quoque Marcus Anton. de
Amat. deciſ 75. num. 3. Cardin. Tuſcus tom. 5. litte-
ra L. conclu. 86. nu. 13. et tom. 6. littera P. concl. 337.

39 Tùm præterea, quòd nec aliter Charitatis
ordo, quo nos, proximoſque noſtros diligere
debemus, interpetrari eam debere, pati vide-
40 batur. Cùm firmiùs, atque potiùs, proximorū
noſtrorum Animas diligere nos oporteat,
41 quàm corpora noſtra. Vt præferre proinde
debeamus animarum ſalutem, ne dum opibus,
fortuniſq; & honori; verùm & corporibus ip-
42 ſis noſtris. Sumus equidem ſecūdùm animā, di-
uinæ conſortes Naturæ, atquè æternæ Beati-
tudinis capaces. Vnde altioris ordinis eſt Ani-
ma, quàm Corpus. ſecundū S. Th. 2. 2. q. 26. art. 2.
& 3. 4. et 5. Anchar. d. conſ. 436. nu. 1. et 2. Nauar. in
man. c. 14. n. 23. verſ. quadrageſimo peccat. Viguer.
in Inſtit. Theologic. c. 12. de virtute charitatis. §. 1.
verſ. de ordine charitatis. Ioan. Azor. Inſtit. moral.
par. 2. lib. 12. cap. 4. q. 2. et cap. 5. q. 4. pluribus Se-
baſt. Medices opuſc. 4. n. 1. & ſeq. per totum Barboſ.
aſſio-

affirmat. 41. num. 5. Petrus. Binsfeld. in Enchirid. Theolog. Pastoral. par. 3. cap. 3. de charitate. §. 1. Beatus Albertus Magn. in compend. Theolog. veritat. lib. 5. cap. 30. de ordine Charitatis. Paulus Layman. Theolog. moral. tom. 1. tract. 3. cap. 3. per tot. Pater Iacob. Gordon. in Theolog. morali tom. 2. lib. 6. q. 15. cap. 1. num. 3.

Et suadent, nec ineptè perpensiones hasce, quæ sequuntur verba ex suprema Testatoris
„ dispositione extractæ. Inquit enim ipse: *Che*
„ *facendosi dubio, e difficultà delli lasciti fatti, e*
„ *contenuti in detto testamento, vt supra; che s'habbia*
„ *à risoluere detto dubio, e difficultà per essa*
„ *Violante della Rosa mia Moglie, di quel modo, che*
„ *li parerà per beneficio dell'vna parte, e l'altra.*

Quibus profectò verbis refrenatum Violantis arbitrium fuisse, non liberum, nemo
43 est qui non videat; vt interpetari proinde haud aliter potuerit, quàm in beneficium Animæ Testatoris; quæ interim nullo potiretur suffragio ex relictis pro Anima legatis, si ad suprema vsque funera Violantis, illorum remoraretur execuutio. *Lòpez in rubrica de donat. inter virum, & vxorem. §. 65. num. 19. Balthaxar Thomas. tract. 10. tit. 2. de pia causa. cap. 5. num. 6.* At dolus omnis seclusus esse debet in aliorum interpetrandis supremis voluntatibus. *tex. in l. Creditor. 60. §. Lucius. ff. mandati. sequitur Bar. in l. 1. num. 64. C. de Sacrosanct. Eccles. Simon. de Pretis. d. lib. 4. dub. 20. numero. 122. & seq.*

54 Qua de causa, propter hoc vnum, substinetur; Posse legata in alterius (hæredis scilicet) conferri arbitrium; quia exauditur de boni viri arbitrio, non vtique de libera, & absoluta voluntate. *ex tex. in d. l. fideicomissa. 11. de legat. 3. Conar. in cap. cùm tibi. 13. numer. 7. & numer. 12. vers. non obstat. de Testam. Card. Tuscus. tom. 2. littera. C. conclus. 742. à num. 18 ad finem vsque; Peregrin. de fideicomiss artic. 23. numer 65. Surd. alios referens. d. cons. 380. num. 5. Simon de Pretis. d. dub. 10. num. 122. 123. & seq. ad finem. & lib. 1. dub. 1. solut. 10. num. 4. & seq. fol. 70.*

46 Eumque, qui supremæ suæ voluntatis Iudicium in alterius contulisset arbitrium, ad pias causas testatum vederi. *ex tex. in d. cap. cùm tibi. 13. vbi Innocen. receptus, & ibid. Abb. numer. 4. Ioan. Andr. in Gloss. 2. & Imol. numer. 14. & Conar. num. 9. de testam. Bart. in d. l. 1. num. 64. de Sacrosanct. Eccles. ibid. Bald. num. 6. vers. iuxta hoc quæro. ibid. quoque Alciat. verbo. liber. numer. 12. in fin. tom. 3. operum. Sylvester. verbo legatum. 4. q. 10. Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius. in verbo. condidit. 1. num. 8. vers. pro cuius latiori Intelligentia. Soecin. in l. verùm. §. cum quidam. nu. 4. ff. de rebus dubijs. Gabriel. lib. 6. de Pia causa. conclus. 3. num. 2. Abb. cons. 59. num. 1. par. 1. Simon. de Pretis d. lib. 1. solut. 10. num. 4. & seq. & d lib. 4. dub. 10. num. 126. & 127. Tuscus. d. conclus. 742. num. 47. Sebast. Medices. d. opusc. 4. num. 3. vers. 1. quod si quis. Naldus. in sum. ver. legatum. num. 6. Baldaxar de Thomas. d. tract. 10. tit. 2. cap. 168. numer. 259. Paulus Layman. Theolog. moral. tom. 1. lib. 3. sect. 5. tract. 5. cap. 2. num. 7. Clar. §. Testamentum. q. 6. num. 6. Petr. Pecebius. de testam. coniug. lib. 1. cap. 27. num. 6. Surd. d. cons. 380. num 45. Genuens. In practicabil. b. Ecclesiastic. q. 446 num 7.*

47 & dixi supra *respons. 4. num. 64.* Neque enim aliter vir bonus, ac frugi interpretari posse, æstimatur. *Abb. cons. 59. numer. 1. par. 1. & cons. 110. num. 1. & 2. par. 2. Clar. d. q. 6. num. 6. Calnaccan. decis. 40 num. 14. par. 5.*

48 Potissimùm, quòd non alia amplectenda interpetratio sit, in ambiguis, quàm quæ Animæ fauet disponentis, vt ei in pœnis Purgatorij existenti prosit. *ad tradita per Marsil. singulari. 151. incipien. semper in dubijs. Tiraq. de Pia causa. priuil. 161. Petr. Gregor. Tholoson. syntagmat. Iuris. tom. 1. lib. 2. cap. 12. sub num. 4. in fin. Gratian. Forens. par. 2. cap. 350 num. 23. Lopez d. §. 65. num. 18. & 19. Hoieda. de incompatibilitate. benefic. par. 1. cap. 19. sub. num. 44. Conar. d. cap. cùm tibi. num. 12. d. vers. non obstat. Aluar. Valasc. consult. 67. num. 7. tom. 1. Guttierez. cons. 26. num. 12. Gramat. d. cons. 29. num. 10. & 11. Sebastian. Medices. d. opusc. 4. in fin. num. 27. Card. Tuscus. tom. 6. littera P. conclus. 333. num. 78. & 79. & conclus. 337. Ioann. Baptista Thoro in sum. priuil. piarum causarum priuil. 160. col. 1. circa fin.*

Debuerat igitur Violantes ipsa, boni viri Arbitrio, legata prædicta, statim deberi, morte secuta Testatoris interpretari, eisque facere satis, neque tandiù eorum differre solutionem, vt ita sacris Deo Pientissimo oblatis è Purgatorijs pœnis soluta Testatoris Anima, libera, & exultabunda, quantòcitius in æternas mansiones, Diuino perfruitura conspectu, non pœnitenda vnquam, euolasset, *vt Rota aduertit in vna Romana fructuum. 18. Decembris. 1615. coram Buratto. decis. 773. num 7. par. 2. tom. 2. in recent.* Neque se à Testatore ita benè commeritam ingratitudinis vitio infecisset, indignamque propterea hæreditate ipsa redidisset. *ad tex. in l. 1. ff. de his quibus, vt indign. tex. in §. si quis autem non implent. cap. 1. & §. hæc quidem in auth. de hæredib. & Falcid. collat. 1. & tex. in cap. licet. 6. de voto. tex. in l si patroni filius. 55. §. quod si prior. ff. ad Trebell ean.*
„ *Cur enim* (Papininanus ibi loquitur) *nō videatur indignus, vt qui destituit supremas defuncti præces, consequatur aliquid ex voluntate? & tex. in can. Syluester. 10. vbi glos. 11. q. 1. & glos. in can. vltima voluntas. 13. q. 2. arg tex. in §. si vnum. c. 3. in auth.*
50 *vt cùm de appellat. cognoscitur. coll. 8.* in minori
„ casu loquens, de eo, qui è captiuitate, Patrem,
„ vel Testatorem non liberauerat. Lex enim al-
„ terius arbitrio quidquam committens, id pla-
„ nè facit, vt personis prouideat, sicut theriaca contra venenum, *vt post Bald. cons. 145. col. fin. lib. 3. loquitur Aymon. cons. 190. num. 5. Didacus Spino de testam. Gloss. 28. à num. 45. cum sequent. Balthaxar de Thomas. tract. 3. cap. 18. num. 381. & 382. Sanchez. in consil. moral. lib. par. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 56.*

Neque repræhensionis notam vllam incurrisset Violantes ex huiuscemodi

G 2 in-

pia interpretatione, fauore Animæ assumpta. Quinimò summam consequuta laudem. Cùm
51 in dubijs à ∫spiétibus, & prudétibus ea sit interpretatio captanda, quæ pro anima est. *ad tex.aperiū.in l. Saluius Aristo 6.ff.de lega.præstād. Menoch.de Arbitrar.lib.2.q.199.n.8.Marc.Antō. de Amat.decis.10.num.42. Perez de Lara. de anniuers.& cappellan. lib.1. cap.3. num.41. Ancharan. cons.46.prima facie.nu.2.Calderin.cons.13.Testator.reliquit.in finali.b. verbis de Testam.*
52 Ad Iudicis ergò arbitrium redacta res est, qui,vt est vir bonus. *l. continuus. 137. §.cum ita*
53 *stipulatus. in princ. ff.de verbor. obligat.* id interpretari debebit; vt soluantur legata, & Anima subleuetur Testatoris. *ad tex.in cap.de causis.4. §.fiu.in fin. vbi glos.de offic. delegat. l. 1. §. 1. ff.de*
,, *Iure deliberand.tex.in d.§.si vnum. ibi.* Et ipsorum
,, *quoque Animæ ex hac causa pijssima subleuentur. in auth.vt cùm de appellat.cognoscitur. Afflict. decis.371.nu.2. Ossasc.d.decis.111.nu.13.Surd.d.cōs. 380.num.5.in fin.Card. Mantic.de coniectur.lib.3. tit.1.num.17.Nauar. de orat.& horis canonic.Miscellan.15. num.71. Intrigliol. sing. 98. num.118. lib.3.*

Addebam his quoquè, ad omnem subortæ fortassis difficultatis nubem diluendam,atque ad Testatoris hanc dilucidam voluntaté ostēdendam; Quòd Testator Violantem distributricem reliquerat suorum legatorum omnium, sequentibus loquens verbis.

,, *Item lascio ancora Violante mia moglie*
,, *Tutrice,e distributrice, che possa, e mandi in esecu-*
,, *tione tutti li miei legati, è quanto in quelli occor-*
,, *re con interuento,& aiuto di Pietr'Angelo, e Gio.*
,, *Maria Mancini miei nepoti,& non aliter.*

Quibus planè verbis non obscurè colligebatur quatenus verba illa *& questo dopò la Morte di detta Violante mia moglie*) ad legata fortassis referri deberent, vt ad hæredis nuncupationem dictorum Petri Angeli,& Ioannis
54 Mariæ certum erat reuehi)recessum fuisse per Testatorem à præcedentibus iam relatis. *ad tex.in l. alumnæ 30. §. Titia testamento. ff.de adimend.legat.l.diui.6.§.1.ff.de Iure Codicill Cephal. cons.67.num.10.lib.1.Mantic. de coniectur. lib. 12. tit.17.num.19.*
55 Qualis nempè in præcedentibus disponentis voluntas fuerit,ex sequétib. patefcit in ambiguis. *ad tex. in l.sed Iulianus. 9. § penult.ff.ad Macedonian.tex.in §.panonum. vbi glos.in fin.Instit.de rerum diuis.Cephal.cons.65.num.8.lib.1.Roland.cons.54.nu.24.lib.4. Crauetta cons.32.subnu. 2.in fin.*

Alioquin in cassum loquutum fuisse Testatorem admiserimus, quòd frustrà Violantem exequutricem destinasset suorum legatorum
56 omnium. Quid enim exequeretur illa, si impleto iam fati tempore,legatis satisfaciendum
,, foret? *ad tex.in l.1. §.si enim Testator.C. comunia de legat.* Ast verba illa(*Tutti li miei legati,e quan-*
57 ,, *to in quelli occorre*) satis generalia cùm sint, omnem vtique casum complectuntur, nihilqꝫ penitus exclusum dimittunt. *vt Bald.inquit in d. cap.1. nu.12. de capitan. qui cur vendidit.sequitur Surd.d.cons.380 nu.35.in fin. & num.36. & decis.*
58 *268 nu.14.loquens de Clausula (omnia, & singula)& Cacheran.decis.90.nu.5. & 6.Famian. Centolimus. in addit. ad decis.68. num.3. per Farinac. post primum tom. cons. Marta. de clausul. par.1. claus.87* Barbos.claus.96. num.2. & seq.
59 Nec est equidem,quòd non includat, & cōprehendat,qui omne dicit. *vt Vulpian. inquit in l.Iulianus.66.ff de legat.3.tex.in l.à Procuratore. 13.vbi glos.C.mandati.l.Pediculis. 34. §.labeo. ff. de auro, & argen. legat. tex in cap.solitæ. 6.§.nos autem.vbi glos.in fin.de maioritate,& obedient.tex. in canon.si Romanorum.1.§.dicendo.vbi etiam glo. 19.dist.optim. sex. Apostoli Pauli ad Hebræos. 2. vbi exponendo illud Dauidis psal.8. Omnia subieci-*
,, *sti sub pedibus eius. In eo enim(inquit) quòd omnia*
,, *subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. ita quoque Bald in rubr.C.de iis, qui accusare non possunt.nu. 10.in fin.vers.item dictio.optimè Castrens cons.28. In causa, quæ vertitur sub num.4. col.3. vers. Item verba illa vol.2 Gramat decis.4. nu.2. Ossasc decis. 94.nu.10.Seraphan.decis.584.nu.3. Mascard. tom. 1.de probat.conclus.148.nu.9. Rota apud Ludouis. decis.315.num.11.& 12. Barbosa affirmat.168. & dictione.241.nu.1.de dictionib.*

Et firmat perpensionem hanc dictio illa (*& non aliter*) in fine periodi prædicti per Testatorem adiecta;per quam ostendere voluit enixam voluntatem suam fuisse, vt per Violantem omnia ab eo relicta legata executioni debitæ mandarentur, neque aliter per eam pretendi posset *Card.Tuschs.tom.2.littera D. conclus.321. Cæsar Bartius decis.79.nu.45.*
60 Dictio nempè hęc (*non aliter*) ita præceden-
,, tem orationem (*Mādi in executione tutti li miei*
,, *legati, & quanto in quelli occorre*) comprimit, atque restringit; vt præter id, quod Testator expressit,interpretationem aliquam aliam admittere nullo valeat modo. *secundum glos in l.si quidem.9.vbi Bald. nu.3. C.de exception. sequitur Alex.cons.3.col.3.nu.4.vers. confirma per ista.vol. 1.Gozadin.cons.3.nu.23.Roland. cons.63. num.32. vol.4. Viuius.decis.23.nu.2. Surd. cons.143.num. 43.vol. 1.Mastrill. decis.1.nu.12.*
61 Precisam profectò Naturā obtinet,*vt Marta inquit voto.48. nu.12. & 15.* Formamq; indicit omninò implendam!, nulloquè vnquam modò negligendam.*Detiui.cons.528.num. 11.Roland.d. cons.63. num.29. Rota par.2.in recent.tom.1.decis. 16.nu.2.Marta voto.196. nu.3. & claus.76.nu.8. par.1.Menoch.de arbitrar.casu.237.nu.33.& seq. Alciat.lib.9.respons.cons.44. nu.29. plenè Barbosa clausula 81.nu.8.& dict.220.Bartius. d.decis.79. num.45.*

Debuit ergo viuens adhuc Violantes legatis omnibus facere satis in supremis suis tabulis à Testatore scriptis.

Quod planè suadet protestatio, quàm prædictis tabulis Testator adiecit, dicens: *Questo*
,, *Testamento l'hò fatto come persona idiota, e come*
,, *m'ha inspirato la Maestà di Dio, e non fare agra-*
,, *uio à nullo.*

62 Voluit

62 Voluit porrò Testator protestatione hac, qualis eius animus fuerit palam facere, atque declarare. *ad tex. in l si quis eo animo. 40. ff. de religios. & sumpt funer. l. qui aliena. 6. §. Celsus. ff. de acquir. haredit. ad tex. in l. penult. §. fin. de legat. 2. Natta cons. 627. nu. 9. Surd. qui alios plures refert. d. cons. 143. num. 42. Mastrill. decis. 40. num. 7. par. 1. Rota apud Card. Seraphin. decis. 1168. nu. 9. & in Foroliuien. census. 13. Nouembris. 1589. corā Orano. per Farinac. post 2. uol. consil. decis. 43. nu. 2. quæ est repetita par. 4. diuers. per eund. collecta. decis. 316. num. 3.*

63 Atque præcedentium ambiguitatum dilucidationem quandam certam, satisque apertam, protestatione ipsa, tradere. *secundum Bar. in l. non solum. §. morte. nu. 18 uers. sed si actus, qui postea geritur. ff de noui oper. nuntiat. per tex. in l. Nesennius. 36. ff. de negot. gest. sequitur Cephal. cōs. 37. nu. 22. lib 1. Gratian. Forens. par. 2. cap. 224. nu. 77 Menoch. cons. 115. num. 38. lib. 1.*

64 Seque, & omnia, de quibus disponebat, per protestationem ipsam, rectæ rationis Iudicio subijcere, in apertū deducere. *ad tex. in l. hæredes mei. 57. §. cum ita, ubi Bar. num. 4. ff. ad Trebell. sequitur Clar. §. testamentum. q. 76. nu. 11.*

65 Haud enim frustrà protestationem prædictam subiunxisse, Testator putandus est. Sed vt operaretur, atque innueret nobis aliquid. *ad tex. in l. si quando, 112. ff. de legat. 1. tex. in cap. si Papa. 10. ubi glos de priuileg. lib. 6. Iason. cōns. 173. n. 12 lib 2. Marant. d. cons. 46. n. 9. & 14. Paris. cons. 1. nu. 45. et nu. 137. uol. 3. Mantua. d. cons. 261. n. 17.*

66 Quòd in supremis morientium dispositionibus locum sibi potissimum facere, docet *Bar. in repe. l. 1 nu 9 in fin ff. de offic. Procurator. Cæsar. quem sequitur Cephal. cons. 104. nu. 35. lib. 1. & Bellon. cons. 17. nu. 12.*

67 Præsertim verò si nullæ aduersus pugnauerint coniecturæ aliæ. *arg. tex. in l. Aureliu. 29. §.*
„ *Titius testamento. in fin. ibi. Nisi aliud sensisse Te-*
„ *statorem ab hæredib. eius ad probetur. ff. de liberat. legat. Card. Mantic. de coniectur. lib. 12. tit. 17. num. 40 Gaill. obseruat. 144. nu. 6. lib. 2.*

Nihil est itaque, quòd ita se firmet in verbis
„ illis Violantes: (*E questo dopo la morte di Vio-*
68 *lante mia moglie.*) Vt contendere velit, non esse à proprietate recedendum verborum; nequè voluntatis quæstionem agitandam in aperta testantis dispositione, verbis expressa. *ad tex. apertum. in l. non aliter. 67. de legat. 3. l. voluntatis, quæstio. 7. vbi gl. fin. fin. C. de fideicomis.*

69 Exauditur id planè, vbi aliàs Testatoris voluntas, etiam præsumpta, diuersum nihil verbis inferret; vt exaltatis perpensionibus, & verbis postmodum sequutis, satis clarè ostēsum esse, patet. *vt idēmet tex. in d. l. non aliter in princ. osten-*
„ *dit. Non aliter (inquit ibi Marcellus) à significatio-*
„ *ne verborum recedi oportet, quàm cùm manifestum*
„ *est aliud sensisse Testatorem, & probat tex. in d. l. Aurelius. 29. §. Titius testamento. in finalib. verbis. ff de liber. legat sequitur Bar. in l. in ambiguo. 3. ff. de reb. dub. & Gozadin. cons. 67. num. 13. vers. ad 6. Fateor. Sanctarellus. d. q. 66. num. 34.*

70. Parendū ergò voluntati erit defuncti, quæ legē eddicit ijs, qui ex rebus suis commodum percipiunt. *§. disponat. auth. de nupt. coll. 4.* Quòd voluntas eius modis omnib. implenda sit. *can. vltima voluntas. 13. q. 2. l. 1. §. si enim Testator. C. comunia de legat. S. Antonin 3. par. sum. tit. 10. cap. 3. §. 4. Sanctarell. d. q. 66. nu. 1. & 2. & seq. per tot.*

71 Alioquin peccato se inficit, qui ei parere detrectat. *ad tex in can. decimæ. 68. 16. q. 1. & cā. oblationes. 9. & 10. ubi Turrecrem, 13. q. 2. glos. in can. Syluester. 11. q. 1. tex. in c. licet. 6. vbi glos. verbo. priuandum. & Abb. nu. 5. de voto. Nauar. in man. cap. 17. nu. 68. & nu. 117. & cap. 25. nu. 65. Lopez in rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 65. nu. 19. Didacus Spino de testam. Gloss. 28. num. 7. & dixi responsi. 7. num. 5.*

Et ita ex his respondi, &c. sub censura, &c.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus, &c.

Legatis, vt satis faceret violantes decretum denique fuit, atque ita exequutum.

SVMMARIVM.

1 Decretum interlocutorium quod nam dicatur.
2 Appellationis ab interlocutoria, quæ sit lex, vt validè fiat.
3 Appellari ab interlocutoria in genere non sufficit, verùm sunt singulatim causæ exponendæ granaminum, propter quæ appellatur.
4 Appellationis causæ coram Iudice à quo proponi debent, non coram ad quem.
5 Iudex, ordinarius potissimum potest interlocutoriam à se latam reuocare.
6 Appellatione ab interlocutoria, non suspenditur Iurisdictio Iudicis à quo, ante inhibitionem Iudicis ad quem.
Alioquin attentata non sequuntur. num. 7.
8 Negligens sue tribuit socordiæ damnum, quod sibi ex sua tarditate sequitur.
9 Vigilantibus, non dormientibus iura subueniunt.
10 Attentatorum reuocationi post decem annos non est locus.
Imo neq. post biennium, si interim siluit. num. 11.
neque etiam post desertionem appellationis, saltem per viam attentatorum. num. 12.
multòque minus post decennium stante renuntiatione appellationis etiam tacita. nu. 13.
14 Silentium, & taciturnitas longi temporis nocet negligenti, qui non appellauit.
15 A priuatione ad habitum non datur regressus.
16 Appellatio non datur à mero executore.
nisi excessus in exequendo intercederet. num. 17.
18 Appellare non licet à Comissione facta Nuncio de exequendo.
19 Legatarius legatam rē præscribit spatio decē annorū inter præsentes, stante iusto titulo, & bona fide.
20 Possessione spoliari nemo debet, nisi prius audiatur. neq; etiā iniustè posidens, nisi prius audiatur. n. 21.
quin imo etiā merus detentator, & spoliator interim donec de causa principali cognoscatur manuteneri debet in sua detentatione. num. 22.
23 Legatum quamuis indebitè Ecclesiæ, vel piæ causæ solutum repeti non potest, sed firmum remanet.

ARGVMENTVM.

Attentorum reuocationi, an locus superſit poſt lapſum temporis decem annorum. Et nùm legatum pium indebitè ſolutum repeti poſſit?

RESPONSIO XI.

INſtabat in Tribunali Fabricæ D.
Nicolaus Fumai Sacerdos Grauinen.
aduerſus D.Lælium de Antonijs Regalis Eccleſiæ Sãcti Nicolai Baren.
Canonicum, & Fabricæ prædictæ Commiſſarium, ad reuocationem prætenſorum per eum attẽtatorum poſt
lapſum temporis decem annorum. Vnde in
controuerſiam reuocatum fuit; an iurè ageret
dictus de Fumai. Et ſanè iniuſtè eum conqueri dicebam.
Profectò, quòd decretum, à quo ſe
appellaſſe, & de cuius executione appellatione pendente
conquerebatur dictus de Fumai,
Interlocutorium, non verò diffinitiuum fuit;
1 Vt quod toti liti finem non vtique dederat,
ſed vnam tantummodo, neque principalem
illius, partem diremerat. *Alexan.in rubr.ff.de re
Iudicat.nu.8.Bald.conſ.344.ſuper eo, quod quæritur.circa
med.verſ.in contrariũ eſt lib.1.*Pio *Auus
meus Robertus* Maranta. *in ſpeculo. 6. par. de ſentent.nu.3.
Guido Papa.conſ.66.nu.1.& 2. Mandoſ.
conſ.62.nu.11.Rota.deciſ.1. aliàs 13.nu.1. vt lite
pendente in nouiſ.& apud Coccinum deciſ.407.n.1.*
2 Ea verò lex eſt appellationis ab interlocutoria.
Primo, vt inſcriptis proferatur, cauſæq;
grauaminis ſingulatim in illa contexantur.
*tex.in cap.cordi.1.de appellat.in 6.clem.appellantis,
eod.tit.Abb.in cap.penult.nu.3. in vltimo notab.
de noui oper.nunciat.& ibid.Ancharan.nu.8.* Caſ-
*ſador.deciſ.5.num.2.& 5. de ſequeſtrat. poſſeſſ.&
fruct.Guido Papa.de appellat q.9.n.17.uol.8.trac.
fol.77.col.4.Euerard.conſ.68. nu.1. & 7. Maceraten.
uariar.reſolut.lib.2.reſolut.32.nu.8.Scaccia de
3 appellationibus.q.4.nu.9.* Singulatim dixi. Quoniam
ſatisfactum minimè legi huic appellationis
erit, ſi genericè, & per relationem ad acta,
cauſæ exprimantur. *d.clem. appellanti.5.de appellat.
vbi* Doctor. *Rota deciſ.2. de appellat. in nouiſ.
Maranta.d.tit.de appellat. 6.par. in ſpeculo. nu.
153.Guido* Papa*.d.conſ.66.num.3.*Mandoſ.*d.conſ.
62.nu.12.& 13.* Octauian. *Veſtrius in praxi Curiæ
Romanæ.lib.3.cap.10.nu.1. & ſeq. Scaccia. d.q.4.
art.4.nu.30. & ſeq.*
4 Deinde, vt grauaminis cauſæ coràm Iudice
à quo ſingulæ proponantur, non verò coràm
5 Iudice ad quem.*tex.in cap.ut debitus.59.ibi:Coràm
eodem Iudice.de appellat.extra, & cap.appellatio.9.
de appellat.in 6.Maranta. d.nu.153. Scaccia.
d.q.4. art.5.nu.38.* Inde enim cauſæ exprimuntur;
vt Iudex propoſitis cauſis, perpenſiſque
omnibus poſſit, ſi ita quidem ſibi videbitur,
ſuam, à qua appellatum fuit in irritum
5 ſententiam vocare. Cùm valeat Iudex ordinarius
præſertim, à ſe latam interlocutoriam reuocare.
*cap.cum ceſſante.60. ubi Abb. in 2.notab.
nu.3.& Francus nu.18.de appellat Gloſſ.in l.quod
iuſſit.14.ff.de ſent.et re Iudic.meus Maranta in ſpeculo.4.
par.in 5.diſt. Iudiciorum, an ſit Iudicium ordinariorum,
uel delegatum.nu.52.in 22.different.
uerſ. quoad autem reuocandum.tex. in cap. in litteris.9.
de offic.delegati. ubi Barboſ.nu.3. Piaſecius.
in Praxi Epiſcopali.par.2.cap.4.art.15.de appella.
nu.9.fol.mihi.* 344. *Vantius de nullitate.tit.coram
quo poſſit, et debeat nullitas proponi.num.3.fol.14.
et tit.ex defectu Iuriſdictionis. num.114.et ſeq.fol.
92.et 93.Ricius par.5. collect.* 1474. *in 4. limit.et
in praxi rerum quotidianar. par.1.reſolut.* 418.*et
572.D.Franciſc. del Caſtillo par.1. deciſ.58. nu.2.
et 3.*
6 Præterea, vt inhibeatur Iudici à quo, per Iudicem
ad quem, *cap.non ſolum.7.in 2.par.de appellat.
in 6.Maranta. de appellat. num.172.et 173.
7 Georg. à Cabedo. deciſ.59.nu.1.par.2.* Alioquin
appellatio ipſa nulla erit, & pro non facta habebitur,
vt exequutionem exinde ſequutam in
irritum minimè reuocet, neque attentata cauſet,
vt retractationi locus ſupereſſe haud poſſit.
*tex.d.clem.appellanti. 5.de appellat. d.cap. cordi.1.
§. quod ſi.eod. tit. in 6. Lanfranc. ab Oriano.
de interlocu.& appellat.nu.116 uerſ.quæro utrum.
uol.8.tract.fol.111.col.4.Caſſador.d.deciſ.5.nu.1.
2.& 4.Guid.Papa.conſ.4.nu.1.et d.conſ.66.num.6.
et ſing.609.inter ſingular. comun.* Doctorum, *mihi
fol.439.*Mandoſ.*d.conſ.62.nu. 4. Rota apud Card.
Seraphin.deciſ.1168.nu.1.* Mariſcott. *uariar. reſolut.
lib.2.cap.77.num.12.*

Hanc itaque legem, cùm non impleuerit dictus
de Fumai, imputare ſibi debet, quòd executioni
ſententiam demandauerit Iudex; atq;
8 ſuæ aſcribere ſocordiæ damnum, quod ſe
paſſum fuiſſe proclamat. *ſecundum Alciat lib.6.
9 reſponſ.conſ.32. nu.6. et 7.* Vigilantibus nempè
non dormientibus, ac pigritantibus ſuccurſum
iura concedunt. *§.quorum. Inſtit.in prohem. ubi
gloſ.l.pupillus.24. §.fin.ff.quæ in fraudem creditorum.
gloſ.in cap.ex parte.10.de conſuetud. uerbo.in
curia.*Marſil.*ſing.360.ſcribitur.*Barboſ.*aſſiom.227.*
10 Per decem ergo totos annos, cùm tacens
fuerit de Fumai prædictus, neq; vnquam, nè
verbum quidem fecerit, de pretenſa attentatorum
reuocatione; conſenſiſſe vtiquè videbitur,
atq; appellationi prædictæ renunciaſſe (fac
ſanè etiam à diffinitiua fuiſſet) vt nullus attentatorũ
reuocationi locus ſupereſſe poſſit amplius,
*ad tex.in l.2. cum ibi notat.6.de acquirend.
poſſeſ.Guido Papa.de appellat.q.12.nu.18. & cõſ.
4.nu.5.& d.conſ.66.num.3. & ſeq. & conſ.139.in
princ.et deciſ.213.nu.6. Rota apud Creſcent.deciſ.
2.aliàs 17.vt lite pend.et deciſ.7.aliàs.140.de ſent.
et re Iudic. et apud Card. Seraphin. d. deciſ.1168.
nu.7.et apud Card.Manticam deciſ.73.nu.1. Cæſar
de Graſſis.deciſ.2. de appellat. Rota apud Sanctiſſimum*

mum

mum Gregor.XV.decis.91.num.5.et 6.
11 Si enim biennio exacto, non auditur quis in
attentatorum negotio. Rota decis.758.lib.3.par.
3.diuers.
12 Atque attentatorum reuocationi etiã post
diffinitiuam, neq; locus supersit, post appella-
tionis desertionem, per modum quidem atten-
tatorum. Quòd legitimè factũ reuocari haud
oporteat, vt neq; super desertione pronuncia-
re necesse sit, vbi illa ex actis appareat. secun-
dum Rotam decis.1.de appellat.in nouis. Quia ap-
pellatum non fuisse Ius fingit. ad tex.in l.furti.6.
in princ.ff de his qui not infamia, tex. in cap.licet.
14.de sent.excomun. in 6. à contrario sensu accep-
tus. Rota decis.76.de appellat.in antiquis. Crescent.
d.decis.7.alias.140.de sent. et re Iudic. Guido Pa-
pa.d.cons.66.nu.5.Franc.Marcus.decis.283. nu.2.
par.1.Vantius de nullitat.tit.quotiẽs, et intra quod
tempus.nu 48.et 49.Bonfiol. in addit. ad Mohedan.
decis.150.alias.11.de prabend.num.3. litt.B. Rota
apud Card.Seraphin.decis.777. nu.11. et apud Can-
tucinm.decis.6.nu.10.par.2. diuersor. Lancellot. de
attentatis par.2.cap.12.in 1.ampliat.num.4.et seq.
et sequitur Scaccia de appellat.q.15.nu.70. et 71.
13 Multò minus vtique attentatorum reuoca-
tioni locus dabitur post decennium, & vbi ex-
pressè, vel saltèm tacitè appellationi nuncium
missum fuisse patet. Lancellott.de attentatis.par.
2 cap 4.limit.15.nu.1.et 3.Mant. d.decis.73.nu.1.
in fin.Gratian. discept. Forens par.2. cap.383.nu.2.
et 3.Scaccia de appellat.d.q.15. nu.70 Rota apud
Crescent.d.decis.7 nu.1.de sent.et re Iudic. et apud
Caesar.de Grassis. decis.2. alias 108.nu.2.3. et 4.de
appellat.
14 Sibi itaque imputet, de Fumai prædictus,
quòd tàm longo tempore, silẽtio interiiectam
appellationem, sepulturæ quasi tradiderit, vt
ad vitam reuocari illam minimè spes supersit.
Gratus.cons 16.visis, ac consideratis nu.2. et n.10.
lib.2.facit Rota apud Card.Caualer. decis.552.sub
15 nu.3. vers. concurrebat taciturnitas. Nec enim
regressui canitur à priuatione ad habitum. se-
cundum Philosoph. et est tex. in l.qui res suas. 98.
§.aream.ff.de solut.l.si cùm quis.24.§.fin.ff.de fur.
Ioseph.Ludouic.decis. Perusin.17. nu.10. Sebastian.
Medices decis.35.nu.7.Rota apud Cencium de cen-
sibus.par.1.decis.271. nu.9. in Romana census.10.
Decembris.1603 coram Litta.
Ceterùm, addebam his quoquè. Nec iurè
processisse Iudicium aduersus Reuerendum
prædictum D. Lęlium de Antonijs Commis-
ssarium, & executorem destinatum ad exe-
16 quendum dumtaxat. Neq; enim exequenti,
sed iudicanti imputatur grauamen parti illa-
tum, vt neque appellate licitum sit ab execu-
tore mero. tex.in cap.nouit.43.ubi Doct.de appel-
lation.l.ab executore.5.C.quorum appellat. non re-
cipiuntur. Crauetta cons. 122.num.3. quem sequitur
Lancellott de attentatis.par.2. cap.6. nu.64.in 10.
fallent.et cap.12.in 53.limit.nu.11.12.et 13.Rota
apud Caualer.decis.359.nu.8.Scaccia de appellat.
q.17.limit.11.nu.1.et seq.
17 Nisi fortassis in exequendo excessus inter-
cederet.d.l.ab executore. Gloss.in d.cap nouit. in
uerbo, ab executorib. Surd. cons.358 num 2 uol.3.
Maranta in speculo 6 par. in ult actu de executio-
ne.nu.55.Rota par.1.diuers decis.100 nu. et 8.et
apud Coccin.decis.144.nu.12. Scaccia.d.q 17.li-
mit 11.num.2.
18 Sicuti neque appellare licitum est à com-
missione facta nuncio de exequendo. ut post
Bald. Feliu. Abb. et alios refert Berous. cons.106.
nu.10.uol.3.et sequitur idem Lancellot.d.limit.53.
num.11.
Accedebat his quoq;, quòd eò res iam de-
uenerat, vt ad pristinũ reduci minimè potuis-
set amplius (sac locus quidem superesset attẽ-
19 tatorum reuocationi.) Cùm enim Rectores
Cappellæ Sãctissimæ Trinitatis legatariæ, qui-
bus Cappellæ nomine, ex facta executione, le-
gatum solutum fuerat, decem annorum lapsu
inter præsentes, iusto titulo, & bona fide pos-
sidentes, tuti iam euasissent præscriptione. l.2.
et l super longi temporis.10.C.de praescription.lon-
20 gi temporis. Possessio ab illis auocari haud vti-
que poterat, ipsis primitùs non vocatis in iu-
dicio, & auditis. ad tex.in cap. licet Episcopus.28.
ubi glos. uerbo.te non uocato.et Doctor. de prabend.
in 6.l.de unoquoque.47.ff de re iudic. Hippolit. de
Marsil.sing. 191.nemo priuandus est.num 1.sequitur
Alciat.lib.6.respons.cons.34.n.5.et ante eum dixit,
& tenuit Rota in nouis. decis.56. alias 3. vt lite
21 pendente. Cum neq; iniustè etiam possidens à
possessione sua dimoueri interim debeat, do-
nec vocetur, & audiatur in iuribus suis, si quæ
habet. Abb.in cap cùm nostris. 6.nu 19.vers quoq;
vacat.de concession.praebend. sequitur Molfes.cons.
45.nu 79 post 2.volum. ad consuetud. Neapolitanã
Gratian.Forens par.2.cap.339. num.27. Rota apud
Coccin.decis.378 num.3.
22 Et merus quamuis detentator, ac spoliator,
donec de causa principali cognoscitur; manu-
teneri interim debeat in sua detentatione, vt
seruari in Rota dicit Illustrissimus Seraphin.deci.
555.num.9.& decis.1471.num.7. Rota apud San-
ctiss. Gregor.XV.decis.105. nu.20. & apud Caua-
ler.decis 8.num.3.& decis.182.num.1.& 2. Quid
enim attentatorum iudicio reuocari petebat
actor, qui omnino legato facere satis teneba-
tur? Vt videretur obstare ipsi regula, quòd do-
lo facit, qui petit, quod est mox restituturus.
reg.dolo.59. de regul.Iur. in 6. l.in condemnatione.
134 §.dolo. ff.de regul Iur.
23 Quibus denique addebam, quòd legatum,
quamuis indebitè Ecclesiæ, vel piæ causæ so-
lutum, repeti nihilominus haud oporteat; vt
cesset proinde in eo indebiti condictio. tex.in
§.fin. instit. de obligat. quae ex quasi contract.facit
tex. ad rem satis aptus, de libertate loquens. in l.
quamuis.2.C de fideicomiss.libert.quem allegat etiã
Tiraq.de priuileg. Piae causae.priuileg.125.tex.in l.
cum is.32.§.si in ea opinione.ff.de condit. indebiti.l.
alimenta.11.C.de negot.gestis. & l.ex duobus.28.
§.fin.& l.Nesennius 36.ff.eod.de negot.gesti.Ro-
man.cons.428. in terminis propositae quaestionis.nu.
2.meus Maranta.cons.93.nu.16.Matthaeus de Mat-
thesilan.

thesilan. sing.41. nota mirabilem doctrinam. in annotationib. num.18 fol. mihi. 217. in singularib. comun. Doctorum. *Marta voto. 111. nu.6. vbi de communi testatur. Nald. in sum. verbo. legatum num.5. Sebastian. Medices. opusc.4. nu. 55. vers solutum indebitum tom.2. oper Card. Tuscus. tom.6. littera P. conclus. 333. nu.89. Intrigliol. singul.98. num.108. lib.3. Baltaxar de Thomasiis. tract.10. de pia causa. tit.2. cap.10.*

Reijciēdus itaq; erit dictus de Fumai à pretensa attentatorum reuocatione, quam, decēnij lapsu silentio volens, innexit: Vt ex his Respondi sub censura, &c.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reuerēdæ Fabricæ Aduocatus, &c.

Causa, licet pluries discussa, ad reuocationē attentatorum nihilominus dictū fuit per Doctissimū Dominū Scipionem Rouitum Secundarum causarum Fabricæ Consultorem. Quæ tamen proposueram, Fabricæ Iura tuens pro munere meo, silentio perire non sum passus; & quod aliorum erit de his Iudicium; & quòd ex vsu esse aliàs poterunt causarum patronis; quibus, iniucundum haud erit, paratam materiam inuenisse; & veritas, quæ cōcertationibus elucescit, magis magisq; per eos luci dabitur, & hoc mihi quoq; lucro accedat, quòd meminerit mei quisquis præces ad Deum fundens, vt misereatur mei, ac peccatorum meorum Pijssimus omnium parens Deus dum hæc, & si planè inerudito, ac iniucundo sermone proposita, leget. Partes tandem inter se concordauere. At firma perstitit legati solutio Capellæ facta, quam irritam dicere dictus Dominus Consultor noluit, quòd omnino dictus de Fumai hæres, soluere debebat; vt relicto per defunctum patrē in supremis suis tabulis legato faceret satis, patrisq; pareret Iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Verba data sunt homini, vt illis quisque in alterius notionem cogitationes suas proferret.*
2 *Verba sunt eorum, quæ sunt in anima passionū notæ.*
3 *Mentem loquentis ex verbis venare nos oportet, vsumque illius loquentis attendere.*
4 *Mens verbis semper præfertur, quòd hæc illius vsui data sunt.*
5 *Mens prior est, ac potior verbis.*
6 *Mens disponentis ex verbis, & coniecturis interpretationem recipit.*
7 *Verba menti deseruiunt Testatoris.*
8 *Mens radix est, & substantia verborum: vnde dominatur in testamentis vti Rex, omniaque disponit; totumque facit in testamentaria dispositione.*
9 *Mente à Testatoris recedere nefas æstimatur. Vt cuilibet etiam verborum proprietati præferri debeat.*
10 *Mentem vbi testatoris habemus, secundum illam iudicare debemus.*
11 *Voluntas testatoris talis censetur, qualem illam verba demonstrant.*
12 *Testator non aliud voluisse videtur, quàm quod dixit, nec dixisse, quàm quod mente agitauit.*
13 *Interpretationem alienam à mente verbis expressa testatoris nos capere non oportet.*
14 *Voluntatem disponentium firmam esse Iura disponunt.*
15 *Dictio (vt supra) est relatiua antecedentium cum omnibus qualitatibus, præsertim vbi nulla viget ratio, cur contrà dicatur. nu 16.*
17 *Testator si magis dilectos grauauit, multò magis minus dilectos, & secundo loco vocatos granasse præsumitur, & num.19.*
18 *Amor maior arguitur erga primos nominatos.*
20 *Argumentum ab ordine nominationis ad ordinem charitatis valet.*
21 *Argumentum ab absurdo validum ad cōijecturandum. & num.22.*
23 *Interpretatio illa in dubio magis sequenda, quæ pro ijs est, quos testator magis dilexisse conspicitur.*
24 *Voluntas patens, & expressa dicitur, quæ viuis legitimisque colligitur ex coniecturis.*
25 *Coniectura illa in dubio sequenda est, quæ propria est causa, & quæ pro anima est.*
potissimum in supremis morientium uoluntatibus, quando disponens omnem animi sui motum, & mentem ad mortem inclinatam habet. nu 27.
multoq; magis, ubi testatorem id uoluisse apparet. num.28. & 29.
28 *Legi a Testatore testamento dictæ contraire nefas æstimatur.*
30 *Interpretatio, quæ nec menti congruit, nec uerbis disponentis reijcienda.*
eaque sequenda, quæ à sapientibus reprehendi non possit. num.31.
32 *Interpetratio latissima admittitur pro pia causa.*
non tamen ut contra testatoris mentem assumatur. num.33.
34 *Libertas contra defuncti* Domini *uoluntatem collata non substinetur.*
35 *Pietatis iura violantur, cùm quid contra voluntatem fit defuncti.*
36 *Testatoris uoluntas seruanda est, quamuis ab uerborum proprietate recedatur.*
37 *Interpretatio illa in cōcursu sequenda, quæ ad actus validitatem, & firmitatem tendit.*
38 *Testator non est putandus eam elegisse viam, qua suum de rebus suis subuerteretur Iudicium.*
39 *Testator non præsumitur duplici onere hæredem grauare voluisse.*
ni fortasse elusoria dispositio redderetur. num.40.
41 *Legatum inutile ne reddatur, præstat verba testatoris etiam extrà proprium significatum exaudire.*
42 *Interpretatio, quòd non censetur testator duplici onere heredem grauare uoluisse, non admittitur in præiudicium animæ testatoris.*
43 *Ordinata Charitas à se ipso incipit.*
44 *Dictio (non aliter) est restrictiua,*
& formam indicit. 45.
& ostendit uoluntatem abesse defuncti si contrà fiat. num.46. & 47.
48 *Dictiones negatiuæ, & prohibitiuæ formam inducunt.*
49 *Formam inducit ordo, quem testator seruauit.*

præ-

præsertim si intentioni concinat disponentis ibid.

50 *Dictio non aliter, nec alio modo formam denotat.*

51 *Actus contra formam datam factus nullus euadit.*

52 *Verbum quodlibet in testamento exaudiri debet, ne frustrà prolatum videatur, & nu. 89.*

quod extende ad quaslibet dictiones. nu. 52. & 54.

55 *Entia non sunt multiplicanda sine causa.*

56 *Frustrà fiunt per plura, quæ paucioribus dici possunt.*

57 *Testatores compendio quandoque dicendi vtũtur.*

vnde vitio eis dari haud debet dicendi laconismus. num. 58.

59 *Verbum ambiguum in vna testamenti parte interpretationem recipit per alia in eodem testamento dicta: potissimùm si repetitiuis dictionibus (suprascripta, & vt supra siue alijs) vsus fuerit. nu. 60.*

etiam per verba extra testamentum. nu. 61.

62 *Exceptio exclusia est eius, quod alias inferebatur.*

63 *Regula declarationem recipit ab exceptione.*

64 *Exceptionis qualitas, de quo genere regula loquatur, aperit.*

65 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis.*

66 *Exceptione testator uidetur submouere hæredes ab ys, à quibus eos excepit.*

67 *Exceptio facta intelligitur ab omnibus qualitatibus in regula specificatis.*

68 *Exceptionis efficacia est eximere casum exceptuatum à corpore regulæ.*

69 *Pars una testamenti per aliam suppletur.*

præsertim si ex contextu testamenti id congruat dictis. num. 70.

71 *Doctoris generale dictum interpretationem accipit ab ijs, quæ specialiùs alibi dixit.*

72 *Exceptio à testatore in testamento facta non debet frustra æstimari posita sed, ut aliquid operaretur.*

73 *Exceptio proinde in dispositione posita de eo, quod aliàs in illa non comprehendebatur, ne frustrà, & superuacaneè posita æstimetur, ad illud quoque extendetur.*

74 *Dictio (l'infrascritti altri legati) quid importet.*

75 *Verba pregnantia, ac significatiua, enixam disponentis uoluntatem demonstrant.*

atque optimum coniecturis locum aperiunt ad mentem discernendam disponentis. nu. 76.

77 *Verbum uolo quid importet.*

78 *Dictio (omninamente) quid importet, & Dictio (ad unguem) num. 79.*

80 *Feudi refutatio omnino facta intelligitur perpetuò, & in omnem causam.*

81 *Dictio inuiolabiliter, quid importet.*

82 *Verba (quali uoglio in detto caso) quid operentur.*

83 *Verborum intelligentia ex subiecta materia, & ex causis dicendi assumitur.*

84 *Dictio Vt causam denotat, atque finalem causam. num. 85.*

Dispositio à causa dirigitur, & ratione propter quã fit. 84.

86 *Ratio est dispositionis anima, illamque moderatur, ut anima corpus.*

87 *Verba quasi corpus habentur. Ratio uerò anima est dispositionis.*

88 *Dispositio à ratione regitur, ampliatur, atque restringitur.*

90 *Voluntatem testatorum impleri leges iubent.*

91 *Verbum nullum debet esse in testamentis, quod suo defraudetur effectu.*

92 *Dispositiones testatorum uiolare nulli omnino licet neque illis impia mente contradicere.*

93 *Ioannes Baptista Roviglionus Episcopus Troianẽ.*

94 *Vanitas rerum humanarum, & gloriæ earum.*

Locus Pauli 1. ad Corinth. 7. præterit enim figura huius mundi.

ARGVMENTVM.

Ex verbis mentem venandam esse disponentis, habetur; atquè de dictione vt supra, & non aliter. Et dictione (excepto l'infrascritti legati) testamentis adijci consueta. Eumquè videri magis dilectum, qui prior vocatus est: vt si primò vocatus, fuerit grauatus, secundò quoquè vocatus, grauatus, multò magis censeatur. Multaq; alia ad ad interpretandam disponentis voluntatem.

RESPONSIO XII.

IOannes Petrus Lãtarus de Neap. in anno 1601. supremo sibi rogato elogio, scripsit in illo hæredem sibi vniuersalem Franciscum Antonium Filium; eique, procreandos ex se legitimis ex Nuptijs filios, substituit; cauitque, vt ex humanis abrepto Francisco Antonio sine filijs, hæreditatem caperent filiæ fœminæ non nuptæ adhuc, quæ tamen sua nomina Deo in monasterio non dedissent; hisque nec superstitibus, succederent sibi in hæreditate aliæ filiæ matrimonio capulatæ; ipsarumq; premortuarum filij, si qui superessent, Matrum locum subingrederentur in stirpes, & non in capita. Factum est autem (vt sunt res omnes humanæ) vt Franciscus Antonius ætate adhuc iuuenis nullis contractis nuptijs, nec susceptis subsequenter liberis, ignita noctu petitus pila ex paruo tormento bellico igniuomo excussa, diem clauderet extremum; ac nullis Testatoris filiabus in capillo repertis, nec Monachatis; vt nuptæ, & in demortuarum locum earum filij successionem subiuerint Ioannis Petri. Qui, quoniam post mortem Francisci Antonij sine filijs, plura legauerat, atque ad pia præsertim duo ascripserat legata, vnum ducatorũ quindecim mille pro Monasterio erigendo, alterum verò ducatorum quinque millium pro pauperibus puellis matrimonio locandis, ac sequentibus verbis loquutus fuerat.

" *Lascio nel sudetto caso, ch'alcuna, ò alcune mie figlie*

figlie non maritate, ne monachate mi succederanno
heredi uniuersali per mancamento di mio figlio, e
di suoi figli come di sopra, e non altrimente, che si
sodisfino subito li sscritti altri legati, cioè, &c. &
subsequitur legata enumerans. Non vulgaris
factus est altercationi locus inter Reuerendæ
Fabricæ Sancti Petri Occonomum ad pia le-
gata agentem, & filias Nuptas Testatoris, cō-
tendentes, ipsas ad legata haud teneri soluen-
da, quòd ex verbis appareat testamenti, lega-
torum solutionem fœminis non nuptis succe-
dentibus, eorum solutionem demandatā fuisse
per verba paulò ante relata.

Lascio nel sudetto caso, &c. non verò ipsis
nuptis, earumque filijs. Verùm legatorum so-
lutionem cùm ego pro munere meo tuerer, se-
quentibus fieri illam debere adstruebam. Vn-
de supponendum censui.

1 Verba ab authore rerum omnium Beatissi-
mo Deo propterea instituta fuisse, vt illis quis-
que hominum in alterius notionem cogitatio-
nes suas proferret. *tex. in can. is autem. 22. q. 2.*
Petr. Gregor. Tholos. syntagm. Iuris uniuers. lib. 24.
2 *cap. 1. num. 1.* Sunt enim verba earum, quæ sunt
in anima passionū, notæ. *ex Arist. 1 perihermen.*
cap. 1. est tex. in l. Labeo. 7. §. id Tubero. ff. de suppel-
lect. leg. Surd. cons. 471. num. 34. uol. 4. Card. Tuscus.
tom. 8. littera. V. *conclus. 79.* Propter hoc sanè
datus est nobis sermo (*Plato inquit in Thimeo*)
vt prestò forent mutuæ voluntatis indicia.

3 Quarè mentem cùm primis loquentis ex
verbis venandam esse; vsumque illius loquendi
intendendum. *tex. disponit in l. cùm de lanionis. 18.*
4 *§. asinam. ff. de fundo instruct. instrum. legat.* Quo-
niam mens verbis, semper & vbique præfer-
tur, quòd hæc illius vsui, seruitioque data sint.
l. argumento. 27. §. margarita. ff. de auro. argent. le-
gat. cap. secundò requiris. 41. de appellat. Prior
nempè, atque potior est, quàm vox, mens ipsa
dicentis. *ut loquitur tex. in d. l. Labeo. §. idem Tu-*
bero. Tuscus. d. conclus. 79. nu. 10. & tom. 5. littera
M. *conclus. 199. Barbosa axiomat. 148. Cæsar. Bar-*
tius. decis 97. num. 30. 31 & 32.

6 Non abere itaque posuere Maiores nostri:
In supremis Iudicijs, Testatoris mentem, ex
verbis ipsis, & coniecturis recipere interpre-
tationem. *Castrens. cons. 127. ad fin. lib. 1. Marc.*
Anton. de Amatis. decis. 84. num. 3. plenè Pater An-
ton. Sanctarellus variar. resolut. q. 66. per tot.

7 Verbaque ipsa Testatoris, eius deseruire
menti semper, & vbique, *ex tex. in l. scire etiam*
oportet. 15. §. aliud. ff. de excusationib. Tutor. l. in
conditionibus primum locum. 19. ff. de condit. & de-
monstrat. Paris. cons. 13. nu. 11. vol. 3. Barbosa d. ax-
8 *iom. 148. num. 2. & 4.* Nimirum, quòd hæc vna,
radix sit, & substantia verborum, *vt Roland.*
(inquit) cons. 39. nu. 22. & 23. lib. 4. Domineтur-
que proinde in testamentis semper, atque di-
sponat in illis vti Rex, omniaque regat. *secun-*
dum Alberic. in l. 1. num. 1. C. de Sacrosanct. Eccles.
sequitur Marc. *Mantua. cons. 261. num. 3. Signorol.*
cons. 175. in quæstione præsentibus num. 2. in fin. Io-
seph. Ludouic. decis. Perusin 92. num. 6. par. 2. To-
tumque faciat in testamentaria dispositione.
tex. in l. ex facto. 35. §. cùm hæc ita sint. vers. & fa-
cit. ff. de Hæredib. Instit. Marian. *Soccin. cons. 116.*
nu. 22. lib. 1. Gaill. lib. 2. obseruat. 144. nu. 5. in fin.
9 *Torniola. cons. 108 nu. 1. & 2.* Vt nefas æstime-
tur, & quasi sacrileginm, à mente recedere
Testatoris. Cùm illa primariò inspici debeat,
& attendi. *d. l. in conditionib. & d. l. ex facto. Ro-*
land. cons. 34. nu. 27. lib. 4. Rota par. 1. diuers. decis,
640. nu. 14. in fin. Atque cuilibet etiam verbo-
rum proprietati præferri. *ex tex. aperto. in l. cùm*
virum. 16. C. de fideicomis. Calcan. cons. 68. num. 3.
Tuscus plenè per omnia. d. conclus. 199. Sanctarell.
d. q. 66. num. 20. 21. & seq.

10 Cùm habeamus itaque in hoc facto, apertā
ex verbis, Testatoris huius mentem, non erit,
quod nos remoretur, quin secundum illam iu-
dicauerimus, *secundum Crauett. cons. 161. nu. 12.*
& Cephal. cons. 529. nu. 20. vol. 4.

11 Talis nempè Testatoris voluntas censetur,
qualem verba ipsa demonstrant. *ad tex. in d. l.*
Labeo. §. idem tubero. Iason. cons. 142. num. 30 uol. 1.

12 Nec quicquam aliud voluisse præsumitur Te-
stator, quàm quod dixit; nec dixisse, quàm
quòd mente cogitauit. *ut ex Diuo Basilio, loqui-*
tur Petrus Gregor. Tholos. syntag. lib. 24. d. cap. 1.
num. 1. circa fin.

Atqui apertè Testator ipse, velle se legata
omnia, etiam sequentia, & ad pias causas, facto
casu mortis Francisci Antonij sine filijs, om-
ninò solui, testatus est; cùm ait, substitutiones
ordiendo.

E trouandosi maritate le sustituisco, e faccio
heredi tutte, eccetto però le Monachate Professe
subijcitq; *E trouandosi alcuna morta con figli, su-*
stituisco suoi figli, come quelli, che tengono il luo-
go, e persona della Madre pro æquali parte, e por-
tione, in stirpes, & non in capita; con conditione, che
l'una succeda all'altra morendo senza figli legiti-
mi, e naturali; ò con figli, e quelli poi moressero in
pupillari ætate, uel post quandocunque, similmente
senza figli legitimi, e naturali. Con conditione che
li loro figli, e descendenti piglino la mia casata
Lantaro per loro casata, e sopra cognome. Præter,
& excepto l'infrascritti altri legati, & fideicom-
missi, quali voglio, che in detto caso omninamente
ad unguem s'osseruino, e complischano inuiolabil-
mente. Hæc Testator.

13 Nihil vtique erit, cur nos alienam à Testa-
toris mente, verbis expressa, interpretationem
capere voluerimus, *ut est tex. apertus. in l. nulli.*
28. in princ. C. de Episcop. & cleric. Nullo ualente
citrà illius uoluntatem (defuncti scilicet) *nec si sa-*
cram impetret formam; nec si quispiam aliud om-
nium, aliter aliquid disponere maluit, ut loquitur
tex. in præfat. in auth. de Nuptijs. *§. disponat. coll. 4.*
14 Ita firmam semper, ac permansuram sacra Iu-
ra disponentium voluntatem esse, volunt. Cùm
nihil aliud amplius deberi eis agnoscāt; quàm,
quòd liberum sit, quod iterum non redit arbi-
trium. *tex. in l. 1. C. de Sacr. sanct. Ecclesijs.*

Neque enim putandus est Testator, vt Ad-
uersarij autumant, eo casu dumtaxat legata
hæc

hæc omnia, ac pia præſertim, ſolui voluiſſe, ſi non maritatæ, nec monachatæ filiæ ſibi ſuccederent ob deficientiam Franciſci Antonij, & filiorum eius; & non æquè ſi maritatæ, earumq; filij ſucceſſionem ſubirent; per illa verba, quæ ſolùm pro ſe perpendunt Aduerſarij.

„ *Laſcio nel ſudetto caſo, che alcuna, ò alcune*
„ *mie figlie femmine non maritate, ne monachate mi*
„ *ſoccederanno heredi uniuerſali per mancamento di*
„ *mio figlio, e di ſuoi figli, come di ſopra, e non altri-*
„ *mente, che ſi ſodisfino ſubito li ſoſcritti altri legati:*
cioè, &c.

Quoniam Teſtator retulit ſe ad dicta, & diſpoſita in ſuperioribus, & non aliter. Neq; noui quidquam addere voluit, præterquàm, quæ in ſuperioribus diſpoſuerat; quæ nimirum omnia, ac ſingula repetita voluit per dictionem illam (*come di ſopra, vt ſupra*)

15 Quæ planè dictio relatiua cùm ſit præcedētium, referatque in ſuperioribus dicta, illaque virtualiter repetat, cum ſuis qualitatibus omnibus *ad tex. in l. 1. §. hoc edicto. vbi Bar. num. 2. ff. de poſtulando.* Det. *conſ. 227. num. 3. & conſ. 394. num. 1. Ruin. conſ. 18. num. 12. lib. 2. Roland. conſ. 34. num. 29. lib. 4. Cephal. conſ. 311. num. 37. lib. 3. & conſ. 622. num. 45. lib. 5. Menoch. conſ. 73. nu. 24. lib. 1. & conſ. 144. num. 14. lib. 2. Alciat. lib. 9. reſponſor. conſ. 142. num. 4.* Torniola *conſ. 51. nu. 18. Fabbius Anna. conſ. 28. num. 1. vol. 1.* Cacher. *deciſ. 164. num. 13. Marta. voto 242. num. 13. & tractatu de clauſulis. par. 1. clauſ. 201. Rot. in recent. par. 1. tom. 2. deciſ. 709. num. 6. in fin. & deciſ. 714. num. 3. Surd. conſ. 200. num. 6. uol. 2. & conſ. 323. num. 48. uol. 3.* Illuſtriſſimus *Card.* T*uſc. tom. 2. litt. D. concl. 404. Gratian.* Forenſ. *par. 3. cap. 575. num. 36. & 37. Barboſa dict. 441. n. 1.* Repetet vtique in hoc caſu præcedentia omnia, omneſq; ſubſtitutionum caſus, prout ſuperius eos Teſtator expoſuerat, *ſecundum* Cephal. *conſ. 638. num. 4. lib. 5. Tuſc. ubi ſupra Cæſar.* Bartius. *deciſ. Bononien. 12. num. 3. 10. 11. et 12.*

16 Cùm nulla præſertim ſit ratio, cùr ad vnum illud tantummodo caput, ad quod referri Aduerſarij contendunt, huiuſmodi dictio referatur, & non ad præcedētia omnia. *ſecundum* Bar. *d. l. 1. §. hoc edicto. et in l. ſi idem. 11. §. fin. num. 2. ff. de* Iuriſd. *omn.* Iudic. *l. fin. §. Titia. in fin. ff. de liberat. legat. Cephal. d. conſ. 622. num. 46. lib. 5.*

17 Si enim hoc onere (legata ſoluendi) magis dilectas filias, & primo loco vocatas, & Inſtitutas prægrauauit teſtator. *ad tex. in l. cùm ita. 33. §. in fideicommiſſo. ff. de legat. 2. tex. in l. qui ſoluendo. 60. ubi* Aretin. *ff. de hæredib.* Inſtituend. *tex. in l. Publius. 36. §. 1. ff. de condit. et demonſtrat.* Fe*lin. in cap. cum dilecta. 22. §. ordo ſcripturæ. nu 4. de reſcriptis.* Crauetta. *conſ. 161. num. 5.* Cephal. *conſ. 46. num. 34. et 37. lib. 1. et d. conſ. 638. num. 26. et 27. lib. 5. Detian. conſ. 63. num. 20. lib. 2. Illuſtriſſimus* Mantic. *de coniectur. lib. 6. tit. 13. num. 11. Magon. deciſ. Rota* Lucenſ. *2. num. 22. Rota par. 1. diuerſ. deciſ 640. num. 8.* Perez *de* Lara. *de anniuerſar. e* Cappellan. *lib. 2. cap. 3. num. 48. Card. Tuſcus, tom. 1. littera A. concluſ. 235. num. 4. 5. et 6.*

18 Ad quas Charitatis, & Amoris Ordo maior, ex nominatione ipſa, arguitur, *Bald. in l. penult. num. 3. in 3. oppoſ C. de uerbor. ſign. Euerard. in loco. ab ordine ſub num. 7. Marc.* Anton. *de Amatis. deciſ. 44. num. 15. Gratian. Forenſ. par. 4. cap. 648. num. 17. et 18. Surd. conſ. 125. num. 27. et 29. in fine lib. 1.*

19 Quid vtique mouebit nos æſtimare, minus
dilectas, & ſecundo loco nominatas, atque ad
ſucceſſionē admiſſas, huiuſmodi onere ſuble-
uatas voluiſſe? *arg. tex. in d. l. publius. 36. §. Titia.*
ff. de condit. & demonſtrat. Signorol. conſ. 206. n. 4.
& 5. Gratian. Forenſ par. 1. cap. 131. num. 8. & d. c.
20 *648. num. 17.* Nequè ab huiuſmodi ſolligizandi
modo abhorret, *Euerard. d. loco. ab ordine. num. 7.*
& Cephal. conſ. 197. num. 18. et 19. et conſ. 238. nu.
26. lib. 2. Quo etiam vſus eſt D*et. conſ.* 15. *num. 2.*
Guido Papa. conſ. 135. num 2. Anchar. *conſ. 27. non*
ſeruato ordine dubiorum num. 10. verſ. 2. ſic. et conſ.
46. prima facie. num. 3. Carol. Ruin. *conſ. 42. num. 8.*
uol. 2. Natta. *conſ. 570. num. 11. et Rota in recentio-*
rib. 1. par. deciſ. 460. num. 6. Surd d. conſ. 125. nu. 16.
Caluaccan. deciſ. 26. num. 31. par. 3.

Abſurdum profectò eſſet aſſerere; minus di-
lectas, & quibus iam dotem ſoluerat 8. mil. du-
catorum, melioris eſſe conditionis, quàm ma-
gis dilectas, ad quas maiorem habuiſſe affectio-
nem Teſtator arguitur, & quæ nihil adhuc ex
bonis ipſius conſecutæ fuerant, & quas nihi-
lominus grauabat, vt decem millia ducatorum
matrimonio locatis filiabus, earumque filijs; il-
21 lis iam vita ſublatis, penderent. Quod argu-
menti genus ſatis validum; firmumquè, eſſe;
coniecturamque appellat, potentem, Crauett.
conſ. 62. num. 7. & 8. et conſ. 243. num. 5. in fin. uerſ.
at eſſet abſurdum. ſequitur Illuſtriſſimus Mantic. *de*
coniectur. lib. 3. tit. 19. nu. 9 circa finem. et dec. 319.
num. 4. et 5. Ruin. d. conſ 42. *num. 8. Rota apud SS.*
Gregor. XV. Ludouiſ. deciſ. 315. num. 7. et deciſ. 329.
num. 8. Gratian. d. cap. 648. num. 18. Tuſcus. d. con-
cluſ. 235. num. 5. & 6. Peregrin. de fideicommiſs art.
11. num. 46. Sanctarellus variarum reſolut. q. 67. nu.
12. & ſeq. Cæſar Bartius. *deciſ. 12. num. 30.*

22 Efficax quippe ſatis eſt argumentum ab abſurdo vitando elicitum, ad diſponentis mētem conijciendam. *ad tex. in l. nam abſurdum. 7. ff. de bonis libert. tex. in cap. dudum. 14. §. conſiderantes quoque vbi gloſ. uerbo. abſurdum. de præbend. in 6. Euerard. in loco ab abſurdo. num. 1. & ſeq. et conſ. 21. num 9. Maceraten. uariar. lib. 2. reſolut. 32. nu. 12. in fin. uerſ. 6. efficaciter Barboſa in locis communibus argum. loco. 2. & in cap. ex ore. 18. num. 3. de priuileg. Cæſar.* Bartius *d. deciſ. 12. nu. 32. et 33.*

23 Aſt in dubio illa magis ſequenda interpretatio eſt, quæ fauet ijs, quos Teſtator maiori proſecutus dilectione, conſpicitur, *ad tex. in l. Aurelius Symphorianus. 29. §. Titius Teſtamento. in fin. ff. de liberat. legata.* Crauett. *d. conſ. 62. num. 8. Gaſpar.* Auton. Theſaur. *Forenſ. par. 1. q. 44. num. 5. in fin. Surd. d. conſ. 125. num. 27.*

24 Et quidem dubio ſi in facto eſſemus, vt in aperto, omnique ambiguitate ſpoliato vertimur; nimirum, quòd patens, atque expreſſa dicitur

citur eius voluntas, quæ viuis, legitimisque eruitur ex coniecturis, ut glos. inquit in l. Prætor. 20. §. interdum. verbo expressam. ff. de noui oper. nunciat. tex. in l. Imperator. 77. ff. de legat. 1. tex. in l. si quis locuples. 57. in fin. ff. de manumiss. testamẽto. Calcan. cons. 33. num. 7. Thesaur. decis. 248. nu. 3. Diaz in regula 598. Cæsar. Bartius decis. 79. nu. 21. & decis. 121. num. 9. & 10. illa nobis coniectura amplectenda esset, quæ piæ causæ fauet. ad tex. in l. sunt personæ. 43. in fine de re Iudicat. Ias. cons. 95. num. 3. & cons. 61. num. 6. vol. 1. Signorol. cons. 175. num. 8. Euerard. cons. 5. num. 22. faciunt notata per Rotam apud Crescent. decis. 3. num. 8 9. & 10. de constitut. Tiraq. de pia causa. priuil. 148. Gratian. Forens. d. cap. 131. num. 2. Gennens. in practicabilib.
26 ecclesiast. q. 446. num. 1. Et quæ pro anima est. Cùm illa terrenis omnibus sit dilectione anteferenda. l. sancimus. 17. C. de sacrosanct. Eccles. cap. cum infirmitas. 13. de pænitent. & remissionib. cap. solitæ. 6. de maioritat. & obed. can. præcipimus. in princ. 12 q. 1. Ancbar. d. cons. 46. prima facie. nu. 2. Gratian. Forens. par. 2. cap. 35. num. 23. Perez de Lara de anniuersar. & Cappellan. lib. 1. cap. 3. nu. 41. Medices opusculo. 4. num 1. cum seq. Cardin. Tuscus. tom. 6. littera P. conclus. 337.

27 In actu potissimum disponẽdi de rebus proprijs in supremo vitæ statu, quo tempore omnem animi sui motum, mentemquè totam ad mortem inclinatam Testator habuisse videtur; ad tex. in l. hac consultissima. 58. §. at cùm humana fragilitas. C. qui testamenta facere possunt. Ias. cons. 183. num. 8. lib. 2. Bar. in l. 1. num. 37. C. de sacrosanct. Eccles. Cotta in memorab. verbo. Anima. Illustrissimus Mantica. de coniectur. lib. 6. tit. 3. num. 23.

Multò magis vtique asserendum nũc id erit; pro Anima responsionem esse debere. Cùm id Testatorem voluisse verba ipsa demonstrant.
28 Vt nefas idcirco videatur, illius contrahire legi. ad tex. in d. §. disponat. in auth. de nupt. l. fin. C. de fideicom. tex. in can. Syluester. 10. ubi Gloss. 11. q. 1. Gaspar. Anton. Thesaur. d. q. 44. num. 3. Pater Molina. de Iust. et iure. tom. 1. disput. 249. col. fin. in fin. quem sequitur Pater Sanchez. in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 11. num. 35. Marc. Mantua cons. 177. num. 19. Viuius. decis. 265. Nauar. man. cap. 25. num. 65. et cons. 9. num. 6. uers. at præfata uenditio. lib. 3. de empt. et uendit.

29 Nequè vllibi ex testamenti ipsius contextu de contraria hac appareat voluntate. ad tex. in l. numis. 73. ff. de legat. 3. arg. tex. in d. l. Aurelius.
,, 29. §. Titius Testamento in fin. ibi. Nisi aliud sen-
,, sisse Testatorem ab hæredibus approbaretur. ff. de liberat. legat.

Quinimo multò magis firma illa reddatur, ac stabilis ex verbis testamenti ipsius in omnem euentum mortis Francisci Antonij filij, & filiorum quoquè eius, legata omnia (pia præsertim) adimplenda fore, dùm voluntatem suam explicans Testator, inquit: Perche la mia
,, intentione è, che la mia heredità, e beni passino, e si
,, conseruino nel mio figlio, suoi figli legitimi, e natu-
,, rali legitimè concetti, e discendenti, e posteri in in-
,, finitum, et in perpetuum, similmente legitimi, e na-
,, turali, in tanto che essi mio figlio, figli sustituti de-
,, scendenti, e posteri ne siano usufructuarij durante
,, loro uita tantum.

Et filiabus prædictis maritatis, facto casu mortis Francisci Antonij sine filijs, certũ quid vltra dotes iam receptas reliquit, dicens. Lascio pro vna uice à ciascbuna dell'altre mie fi-
,, glie femine, che all'hora si ritrouaranno maritate,
,, ò uero Vedoue, ducati 10. mil. insegno d'amoreuo-
,, lezza, e trouandosi alcuna morta con figli, lascio
,, similmente pro una uice alli detti figli di quella,
,, che si ritrouarà morta altri ducati 10. mil.

Venari haud igitur potest ex verbis hisce, atque alijs, quę pro se tantùm perpendunt Aduersarij, ita inclinatam ad matrimonio locatas filias, animum habuisse Testatorem. Vt si eis successio deferretur, vel earũ filijs; onere subleuatas voluisset, legata omnia ab eo relicta (ac pia præsertim) soluendi. Potissimum, quòd eas, earumque filios à consecutione eorum, quæ pro legatis eroganda erant, exceptos, atq; seclusos mandauerat; per verba illa, earum, eo-
,, rumq; substitutione annexa: Præter, & excepto
,, l'infrascritti altri legati, e fideicommissi, &c. quæ infra peculiatim perpendemus.

30 Reijcienda itaque huiusmodi Aduersariorum interpretatio erit, quæ nec verbis, nec menti aptatur disponentis, arg. tex. cum ibi no-
,, tat. in d. can. Syluester 10. ibi. Nec eis liceat hære-
,, ditatem capientibus, contra authoris sui prosilire
,, iudicium. 11. q. 1. & ex traditis per Cranett. d. cons. 161. num. 13.

31 Quòd ea profectò interpretatio asciscenda sit, quæ à sapientibus reprehendi minimè possit. ad tex. in l. Saluius Aristo. 6. ff. de legat. præstãd. Cranett. cons. 3. num. 23. in fin. sequitur Surd. decis. 4. num. 14. et cons. 82. num. 11. et cons. 203. num. 35. vol. 2.

32 Nimirum, quòd si, nec piæ causæ fauore, quæ alioquin latissimam interpretationem admittit. ad tex. in l. si quis, ad declinandum. 37. et l. Deo nobis. 42. C. de Episcop. & Cleric. cap. cùm esses. 10. & cap. cùm tibi. 13. de Testamentis. tex. in l.
,, prædia. 27. §. affini. ibi: Cùm plenissima Testatoris er-
,, ga affinem voluntas, ab eo quoque manifestetur,
,, quòd reliqua colonorum eiusdem possessionis ad eũ
,, pertinere voluerit. cum seq. §. §. ff. de fundo. Instructo. sequitur optimè Berous. cons. 44. nu. 20. & nu. 45. & 46. uers. non obstat etiam. uol. 2. Marc. Anton. de Amatis. decis. 44. num 24. uers. quando legatum est factum piæ causæ. Cardin. Tuscus. tom. 6. littera P. conclus. 335. num. 20. 21. 22. et 23. Baldaxar. Thomas. tract. 10. tit. 2. cap. 201. num. 302.

33 Rationi consentaneum æstimatur, vt interpretetur quisquam, & extendat Testatoris mentem ad ea, quæ ab eius voluntate, & sensu extranea esse dignoscuntur. secundum Angel. cons. 329. num. 2. quem sequitur Caroc. decis. 99. nu. 8. et 9. Neq; æquitatis ipsa ratio patietur, vt contra propositum Testatotis, in pios quoq; vsus bona eius expendantur. arg. l. si pignore. 16. ff. de furt. Tusc. d. littera P. conclus. 335. n. 22. et 23.

Quem-

Quemadmodum nequè libertas aduersus de-
functi voluntatem collata, substinetur. *ex tex.
in l. si cui purè. 31. in fin. ff. ad Senat. cons. Trebbell.
l. contra voluntatem. 7. C. de testamentar. manumiß.
Cardin. Mantic. de coniectur. d. lib. 6. titul. 3. num.
36. vers. ita debet. Tuscus. d. conclus. 335. à num.
19.*

Correspondebit ne nunc rectè rationis Iu-
35 dicio, vt præter Testatoris mentem, & sen-
sum (pietatis iura violantes. *vt loquitur tex. in
d. l. contra voluntatem. in fin.*) Destinatam in
pios vsus pecuniam, in profanos, impia mente
conuertamus. *secundum tex. in d. l. nulli. 28. C. de
Episcop. & cleric. Cephal. consil. 64. numer. 15.
lib. 5.*

36 Cùm alioqui Testatoris voluntas seruanda
sit, & si planè, à verborum proprietate dissi-
dendum esset. *ad tex. in l. 3. §. conditio: ibi: Sed me-
,, lius est sensum magis, quàm verba amplecti. ff. de
,, adimendis legat. d. l. cùm de Lanionis. 18. §. asinam.
de fundo Instr. um. l. non aliter. 67. in princ. vbi scri-
bent. de legat. 3. Perez de Lara. de Cappellan. lib. 2.
cap. 1. num. 23. & 24. & d. cap. 3. num. 49. Sanctarell.
d. q. 66. num. 22. 23. 24. & seq. & q. 67. per to-
tum.*

37 At receptum est apud omnes, interpreta-
tionem illam in concursu semper præferri, quæ
eò tendit, vt valeat actus, atque subsistat testa-
toris dispositio, non pereat, neque deturbe-
tur. *l. quoties in actionibus. 13. ff. de rebus dub. cap.
Abbate Sancti Siluani. 25. §. hic autem sensus. de
verbor. signif. Cephal. cons. 235. num. 4. vol. 2. &
cons. 539. num. 41. vol. 4. & cons. 684. num. 14. &
15. vol. 5. Surd. cons. 450. num. 18. vol. 3. Cauaec-
can. decis. 19. par. 3. num. 81. & 82. Mascard. de
probat. tom. 2. conclus. 1176. num. 18. Gratian. Fo-
rens. par. 5. cap. 958. num. 31. Sanctarell. d. q. 76. nu.
1. 2. 3. & 4. & seq. per tot.*

38 Potissimùm, quòd nullius rectè sentientis in
mentem cadere possit, eam elegisse viam Te-
statorem, qua supremum suum, de rebus suis,
subuerteretur iudicium. *ex tex. in l. 3. ff. de mili-
tar. Testam. Bar. cons. 152. Et ego Franciscus. circa.
fin. Card. Mantica. de coniectur. lib. 4. tit. 5. num. 23.
& lib. 6. tit. 3. num. 25. Rota apud Ludouis. decis.
358. num. 5.*

39 Quinimò (estò aliàs non censeatur Testator
duplici onere hæredem grauare voluisse. *ex
tex. in l. Titia. 35. §. quin imuita. ff. de legat. 2. l. vxo-
rem. 39. §. in testamento. ff. de legat. 3.*) Crauetta.
*cons. 32. num. 3. Cæsar. Bartius. decis. 81. num. 7. &
40 d. decis. 12. num. 35.* Elusorium nè tantùm,
reddatur legatum, sed substineatur magis,
quàm pereat Testatoris voluntas. *l. vel negare.
5. ff. quemadmodum testamenta aperiantur Marc.
Mant. cons. 87. num. 4. Sanctarellus plenè d. q. 67.
Bartius d. decis. 12. num. 29. & num. 33.* Præstat
potiùs, duplicem præstationem imposuisse
Testatorem Iudicare, quàm illius contraire
voluntati. *tex. est in l. qui concubinam. 29. §.
qui bottos. ff. de legat. 3. glos. in d. lege. vxorem.
§. in testamento. verbo. oneratum. Ruin. cons. 98.
num. 15. vol. 2. Illustrissimus Mantica de conie-
ctur. lib. 3. titulo. 2. num. 13.*

41 Deceatque magis extrà proprium significa-
tum Testatoris verba interpretari, quàm ne
in vtile legatum fiat. *vt Modestinus Respondet.
in l. Titia cùm testamento. 35. §. Lutius Titius. ff.
de legat. 2. Bellon. cons. 7. num. 13. Sanctarellus d. q.
67. num. 8. & seq.*

42 Nequè admittitur interpretatio; quòd mi-
nimè censeatur Testator duplici onere hære-
dem grauare voluisse, vbi illa contra defuncti
sensum esset; in præiudicium Animæ suæ, cui
magis fauere voluisse censendus est, quàm hæ-
43 redi. Quòd ordinata charitas à se ipso primo
incipiat. *ad tex. in l. præses. 6. vbi glos. & Doctor.
C. de seruitutib. & aqua. glos. in cap. licet. 3. verbo.
videamur. de supplend. neglig. prælat. Abb. cap. 2.
num. 5. in 4. notab. in fin. de coniug. Lepros. Felin. in
cap. qualiter. & quando. 17. col. 3. num. 5 in 3. no-
tab. de Accusat. Illustrissimus Mantica de coniect.
lib. 6. tit. 3. num. 23. & 24. Perez de Lara. de anni-
uersar. lib. 1. d. cap. 3. num. 38. & 39. & seq. Seba-
stian. Medic. opusc. 4. in fin. num. 32. vol. 1. operum
Barbosa assiomat. 42. num. 1. & 3. Nald. in sum. ver-
bo. Charitas. num. 6.*

44 Præsertim verò in facto hoc nostro, si dictio
illa aduertatur (*Et non aliter*) dictioni, (*vt supra,
& non altrimente*) per Testatorem adiecta, quæ
orationem restringit, & arciat, cui adnectitur,
vt non patiatur illam, interpretationem aliam
recipere, quàm, quæ verbis ipsis, & intentioni
concinit dicentis; nec separatum ab illis sen-
sum admittat. *ex Bald. ad glos. in l. si quidem. 9.
num. 3. C. de except. Soccin. sen. cons. 251. fol. 5. vers.
postremò concludenter. vol. 2 Paris. cons. 19. num.
15. & seq. vol. 2. Viuius. decis. 23. num. 2. Petr. Ce-
ned. sing. 65. num. 3. Decian. cons. 72. num. 35. lib. 2.
Cæsar Bartius. decis. 25. num. 69.*

45 Quinimò formam dispositioni inurit, omni-
nò, atque præcisè seruandam. *ad tex. in l. de
his. vbi Bartolo. num. 3. ff. de transaction. Ruinus.
cons. 93. num. 25. lib. 3. Magon. decis. Florentina. 49.
num. 7. & 8. Barbos. de dictionibus. dict. 220. &
clausul. 81. num. 2. Cæned. d. sing. 65. num. 1. & seq.
Rota in Perusina fideicommissi. 14. Iunij. 1599. co-
ram Litta decis. 16. num. 2. par. 2. tom. 1. in recent.
Bartius. d. decis. 25. num. 69. & decis. 79. num. 45.
46 & d. decis. 97. num. 3.* Atque ostendit volunta-
tem abesse defuncti, si aliter fiat, quàm ipse di-
sposuit. *optimè Decianus. cons. 1. num. 32. lib. 3.
Rota in Forolinien. census. 13. Nouemb. 1589. co-
ram Orano. decis. 43. num. 2. in fin. post secundum
vol. cons. Farinac. Doctor Marta de clausulis. 1.
par. claus. 76. num. 9. 10. & 11. Bartius. d. decis. 25.
num. 69. & d. decis. 79. num. 45.*

47 Non itaque patientur dictiones huiusce-
modi in casu hoc nostro, verba Testatoris,
quibus annexa fuere, alienum admittere sen-
sum ab his, quæ ipsemet voluit, atque in su-
perioribus verbis exprexit; ac veluti for-
mam, præcisè seruandam, tradidit. *ad tex. in
d. l. in conditionibus. 19. vbi glos. verbo. regit. de con-
dition. & demonstration. pluribusque docet mens
Maranta. cons. 42. num. 4. et 5. et seq. ac cons. 4. nu.*

6.in fin. Bartins. d. decis.25. num.69. et deci.79.
num.45.
48 Apertum eſt enim, Negatiuas, atq; prohi-
49 bitiuas dictiones formam indicere. Veluti for-
mam imprimere perſpicuum eſt, ordinem di-
ſpoſitionis ipſius, quem ſeruauit Teſtator.
Euerard.d.loco.ab ordine num.6. & num.10. Rota.
in recent.par.2.tom.1.dec ſ.167.num.5. & 9. Bar-
boſa in locis argument.loco.8, ſi præſertim cum
intentione concinat *Rota apud Seraphin. decif.*
24.num.2.
50 Quemadmodum dictio (non aliter, nec alio
modo) formam ita indit, cui adijcitur, diſpoſi-
tioni, *post alios, quos ſequitur* Rota.*par 1.diuerſ.*
deciſ 4+6. num.5. & in recent. par.1. tom.2. deciſ.
51 619.*num.2. Barboſ.d.clauſ.81. num.8.* Vt actus
aliter factus, quàm, quòd per formam deſcrip-
tus fuerat, nullus euadat. Cenedus. *vbi ſupra.*
num.4. Marta.*d.clauſ 76.num.8 Barboſ. d.clauſ.*
81.*num.9.& num.11. Bartius. d.d.ciſ. 26.numer.*
69.

Quorſum enim (dicant quæſò mihi aduer-
ſarij) ſi voluiſſet Teſtator, valere legata eo ca-
ſu dumtaxat, ſi ei eſſent Hæredes filiæ in capil-
lo, neq; viris adhuc nuptæ, ob mortem Fran-
ciſci filij ſine filijs, verba illa adiecisſet (*come di*
ſopra, & non altrimente) ſi ſenſum ſuum com-
pletè ſinè illis rectè aperiebat? Quo argumen-
ti genere vtitur quoque *Grattan.* Forenſ. *par.4.*
52 *cap. 633. num. 33.* Profectò, quòd verbum,
quodlibet in teſtamento, quantumuis mini-
mum; exaudiri debet, ne fruſtrà prolatum vi-
deatur. *gloſ in d.cap.ſolitæ 6.verbo.tamquàm. de*
maioritat.& obedient.Caſſador.deciſ.vnica.num.1.
de Cleric.non reſident.Signorol.conſ 21. ſtatuto Ci-
uitatis.num.7.verſ.7.probatur. Rota in recent.par.
2.tom.2 deciſ.718.num.4. Bartius.*d.deciſ.12.nu-*
mero 29.
53 Quinimo dictiones illas, & ſyllabbas intel-
ligere nos oportcat, ne vacent à miniſterio, ad
quod aſſumptæ fuere. *Bald. poſt gloſ.in l.1.ff.de*
eo, quod metus cauſa. Roland.*conſ.39.num 24.25.*
& 26.vol.4.Peregrin.de fideicomiſ.art.7. num.17.
& ſeq.
54 Eò ergò adiecta illa, atque aſcripta fuiſſe à
Teſtatore concedendum erit, vt ne otioſa fo-
rent, ſed operarentur aliquid. *iuxtà tex. in l.ſi*
quando. 112. ff.de legat.1. Aymon conſ. 20.num.9.
Calderin.conſ.5.in fin.qui filij ſint legitimi. Pariſ.
conſ 90. num.33. lib.2. Bellon. *d. conſ.7. num.12.*
Magon.deciſ Florent. 56.nu.5. Rota in recent. par.
2.tom.1. deciſ.84.num.3. in fin. Perez de Lara.de
anniuerſ. lib.1. d.cap.3. num. 27. Creſcent. deciſ 2.
num.3.de conſtit. Et quidem Teſtator ipſe, vt re-
ferret ſe breui ſermone omnibus, quæ in ſu-
perioribus expoſuerat, neque denuò longam
ſeriem prænarratæ diſpoſitionis retexeret,
præcedenteſq; ſubſtitutionum caſus, nec fru-
55 ſtrà, retexeret iterum. Neue incaſſùm multi-
plicaret entia ſine cauſa. *ſecundum Philoſophi*
doctrinam à gloſ.quoque penult. receptam in verbo.
ſanctorum. in clem.1. in fin. de ſum. Trinit. & fid.
Catholic.ad tex.in l.1. C.de dotis promiſ. Neque,
quæ paucioribus expendere poterat, per plura
incaſſùm faceret. *iuxtà Iuliani ſenſum. in l. cum*
fundus. 31. §. ſeruum tuum imprudens. ff.ſi cert.pe-
57 *tatur.* Iurè, nec ſanè iniuriâ dictione illa vſus
eſt (*come di ſopra, & non altrimente*) ac per bello
ſatis præceptionis compendio ſe expedijt ab
his omnibus, quæ ſupra contexuerat. *iuxtà tex.*
in d l. cùm virum.16. C.de fideicomiſ. Vt non ſit,
quòd ob id illi vitio dicendi Laconyſmus ver-
tatur. *ad tex.in d.l. quoties.13 ff.de rebus dub.*
59 Verum enim verò, quia verbum ambiguum,
& obſcurum in vna teſtamenti parte, inter-
pretationem recipit per alia, quæ eodemmet
in teſtamento, Teſtator edixit. *l.qui filiabus.17.*
vbi Bar.ff.de legat.1. Iaſ.conſ 142.num.6.lib.1. Pa-
riſ.d.conſ.90 num 32. lib.2. Clar. §. Teſtamentum.
q.76.num.5. Emanuel Suarez.in Theſaur. comun.
opin.littera.T num.73. fol.198 à terg. & fol.310.
tom.1.communium opin. Fabb. Anna.d.conſ.28.num.5.
lib.1. Rota in recent.par. 2.tom.1.deciſ 122.num.2.
& deciſ 336.num 7.in fin. & tom.2 deciſ.707.nu.
4.Bartius.d.deciſ 12 num.11.& 12.
60 Potiſſimùm verò vbi Teſtator in ipſa Te-
ſtamenti textura repetitiuis dictionibus (ſu-
praſcripta, vt ſupra, alijſq; ſimilibus) vſus fue-
rit. vt *Alciat.lib.9.conſ.162.num.2.aduertit, & ſe-*
quitur Illuſtriſſimus Mantica. de coniectur. lib.6.
tit.13. num.10.

Fac, eſſet nunc ambiguum, exaudiri nè de-
beret pars hæc Teſtamenti: *Laſcio nel ſudetto*
caſo, etc. vt Aduerſarij exiſtimant, an verò, vt
nos contendimus.
61 Eſſet profectò exponenda per ea, quæ ſupe-
riùs Teſtator exprexit, etiam extrà Teſtamen-
tum. *ſecundum Bar. in l.2.num 40 ff.de vulgar. et*
pupillar. ad tex.in l.ſi ſeruus plurium. 53. §. fin.de
legat.1. Cephal. conſ 626. num.18. vol.1. Aymon.
conſ 113.num.6.Menoch. de præſumpt. lib.1. q.28.
num.21. et 22. Sanctarellus d.q.66.num.37. 38. et
39.

At qui, in ſuperioribus Teſtator apertè præ-
fatus eſt, excipere ſe à ſucceſſione bonorum
filias vltimo loco ſubſtitutas, earumque filios
„ ab infraſcriptis alijs legatis: dùm dixit: *Præter,*
„ *et excepto l'infraſcritti altri legati, e fideicomiſſi,*
„ *quali voglio, che in detto caſo omninamente, & ad*
„ *vnguem s'oſſeruino, e compliſcano inuiolabilmente.*
Neque legata alia nominauit, quàm quæ im-
pugnant Aduerſarij ſolui debere, eorumque
ceſſiſſe ſolutionis diem. Exaudiendum vtique
erit: exceptionem prædictam à Teſtatore fa-
ctam, de his legatis accipiendam, à quibus ex-
cluſiſſe illos in dubium minimè vertitur. Ne-
que in controuerſiam iurè quiſquam interpre-
62 tationem hanc reuocabit. Exceptio nempè
excluſio eſt eius, quod inferebatur aliàs per
regulam, vel dictum. *l.2.in princ.ff.de except.tex.*
in l.nam quod liquidè 4. §.fin.ff.de penu. legat. Pe-
regrin. de fideicommiſſ. d. articul. 7. numero 13.
63 Vnde ab exceptione declarationem regula
recipit. *poſt Dec.regula 1.num.23. et 39. ff.de reg.*
Iur. ſequitur Rota apud Sanctiſſimum Ludouiſ.
Gregor. XV.deciſ.509.nu.3. Rota Florentina apud
Anton.

Anton. Monaeum. decis. s. num. 43.

64 Vt ex qualitate exceptionis, de quo genere regula loquatur, non obscurè inferatur, *post Beecium in d. l. 1. num. 20. ff. de reg. Iur. sequitur Rota apud Cocein. decis. 24. num. 3. in fin.*

65 Firmetq; exceptio regulam in casibus non exceptuatis, atq; quid sub regula comprehendatur, ad oculum, atq; digito veluti demonstret. *Felinus. plenè in cap. quoniam frequenter. 5. num. 1. cum seq. vt lite non conteslata. Surd. cons. 450. num. 7. vol. 3. Iacob. Thoming. decis. Lipsien. 16. num. 9. & 10. Rota apud Ludouis. decis. 257. num. 4. meus. Maranta in singularib. littera. E. §. exceptio firmat. fol. 36. Marta de successi. legali tom. 1. par. 1. q. 15. art. 2. num. 4. Ioann. Petrus. Fontanella de pactis nuptialibus. tom. 1. clausul. 4. Gloss. 21. par. 2. num. 36.*

66 Innuere itaque videtur Testator, exceptione prædicta, submouere se filias hæredes substitutas, earumq; filios à successione eorum, quæ pro legatis relinquebat; & si sanè, quo ad reliquam hæreditatem eos admitteret. *vt post alios, quos refert sequitur* D. *Francisc. del Castillo Siculus. decis. 4. num. 2. Rota. d. decis. 336. num. 5. in recent. par. 2.*

67 Nam exceptio intelligitur facta ab omnibus supra specificatis in regula, *vt inquit Alex. cons. 211. ponderatis verbis statuti. num. 3. lib. 6.*

68 Quinimo exceptionis vis, & efficacia in eo est, vt rem, vel casum exceptum eximat, siuè è corpore extrahat regulæ. *secundum Bald. in cap. 1. num. 13. de capitan. qui cur vendidit. in vsib feudor. sequitur Surd. cons. 416. num. 10. & cons. 449. num. 40. vol. 3. Afflict. decis. 298. num. 4. Vincent. de Franch. decis. 278. num. 5. Fontanella. d. Gloss. 21. num. 28. & num. 30.*

Seclusas ergo voluit esse Testator matrimonio locatas filias, earumq; filios, à successione eorum, quæ pro legatis impendenda erant, dùm eas, eosque ab infrascriptis legatis excepit.

Haud itaque subsistent, quæ firma sibi Aduersarij existimant; per illa verba dumtaxat ab ipsis expensa. *Lascio nel sudetto caso, &c.*

69 Ita enim fiet, vt pars vna Testamenti per aliam suppleatur. *secundum Vlpiani responsum. in l. si quis ex argentarijs. 6. §. si inuitum. vbi etiam Bald. ff. de edendo. l. si seruus plurium. 52. §. fin. de legat. 1. Des. cons. 15. num. 3. Ruin. cons. 128. num. 2. & cons. 130. num. 4. vol. 3. Rota d. decis. 336. num. 7. Bartius. d. decis. 12. num. 11. & 12.*

70 Præsertim cùm id Scripturæ, atque Testamenti contextui sedeat adamussim, optimèq; congruat. *iuxtà Papiniani responsum. in l. sùm pater. 79. §. cùm imperfecta. ff. de legat. 2.*

71 Quemadmodum generale Doctoris dictũ, nimisquè laxum, exauditur pariter, & interpretationẽ recipit secundum ea, quæ ipsemet alibi seriosiùs eddocuit. *ad tex. in l. hæredes palàm. 21. §. sed et si notam. ff. de testament. argumento tex. in regula generi per speciem. 32. de reg. Iur. in 6. Nanar. de spol. Clericor. §. 3. num. 3. ad quartum.*

72 Cæteroquin inutilis exceptio esset à Testatore superioribus adiecta verbis, nihilque operaretur omnino; quod asserendum haud est. *Marc. Mantua cons. 261. num. 7. et 8. Euerard. in loco. ab exceptione ad regulam. num. 3. Stephan. Bertrand. cons. 323. quidquid dixerit Ioann. Monach. sub. num. 11. lib. 1. Bartius. decis. 4. num. 5.*

73 Quinimo, cùm sit in dispositione exceptio, de eo, quod sub dispositione ipsa, non aliàs comprehendebatur, ad illud nihilominus extendetur; tantùm ne inutilis, & superuacanea reddatur. *Menoch. lib. 3. præsumpt. 115. num. 75. sequitur Oliuer. Beltramin. ad decis. Sanctissimi Gregor. X V. decis. 158. num. 8.*

74 Quam perpensionem, non ineptam ostendit, examinata dictio illa. (*L'infrascritti altri legati*) quæ planè relatiuam cùm sapiat qualitatem, id operabitur, vt legata omnia, sicuti in Inferioribus descripta fuere, in superioribus quoquè numerasse, expressisse, atque nominasse Testator videatur. *ad tex. in l. pluribus. 140. in princip. vbi Angel. ff. de verborum obligation. Bar. cons. 7. factum tale est Andreas. plenè Ruinus. cons. 101. num. 9. et num. 10. vers. quia ergo. vol. 2. sequitur Menoch. cons. 200. num. 31. lib. 2. Cancer. lib. 3. variar. resolut. cap. 21. num. 343. Card. Tuscus. tom. 2. littera D. conclus. 260. Barbosa de diction. dict. 162. Bartius. d. decis. 12. numer. 12.* Atque ab illorum proinde successione filias matrimonio coaptatas, earumque filios exclusisse, eosque omnes ad legatorum solutionem damnasse speciatim æstimabitur. Quòd apertè satis, lucèque meridiana clariùs ostendunt verba illa sequentia, antecedentibus
„ iam dictis annexa. *Quali voglio, che in detto caso* (successionis vtique, vita functo Francisco Antonio, nequeetiam extantibus filiabus non
„ adhuc Nuptis) *omninamente, & ad vnguem s'os-*
„ *seruino, e complischano inuiolabilmente.*

75 Quæ nimirum penetralem, atquè intestinum animi sui sensum, qualis fuerit, optimè aperiunt, ixinamque eius voluntatem, mentisque deliberatam deliberationem ostendũt; ne legata huiusmodi in omnem casum, suo defraudarentur effectu. *ad tex. in l. Balista. 32. eum ibi notat. ff. ad Trebbell. Felin. in cap. si quando. 5. num. 14. & 15. in fin. de rescript. & in cap. si cautio. 14. num. 39. de fide instrum. Socin. senior. cons. 251. col. 6. vers. non omitto, quod talia verba. vol. 2. & cons. 15. visis prædictis publicis. col. 11. vers. tertius verò. tractatus. vol. 1. Vincent. Anna. alleg. 127. nu. 8. Marta voto. 82. nu. 9. Cephal. cons. 744. num. 11. vol. 5. Caluacan decis. 5. num. 27. & 80. par. 3. Lanarius. cons. 21. num. 5.*

76 Verba autem prægnantia, atque ampla optimum satis coniecturis locum faciunt ad mentem discernendam disponentis. *secundum Rotam apud Coccin. d. decis. 24. num. 2.*

77 Sicuti verbum illud (*volo*) incitatam ostendit Testatoris mentem, vt legata omnia ab eo relicta soluerentur, facto casu mortis Francisci Antonij sine filijs. Summa est enim eius virtus, & efficacia. Profectò, quòd radix sit dispositionum omnium, *vt Bald. voluit. in auth. et*

H 2 *qui*

qui iurat.num.17.C.de bonis author. Iudic.possiden. Sitqu. voluntatis substantiuum. *vt idem inquit.* Vnde dispositiuè se habet; præsertim verò si ad sui esse ab alterius voluntate, vel executione minimè dependeat. *vt Labeo exprimit. in l. apud Aufidium.20.ff.de option.legat glos 1.in l.fideicommissa. 11. §.fideicommissum relictum. ff de legat.3.Soccin.Iunior.conf.179.num.7. vol.2.plenè Menoch.de arbitrar.lib.2.casu. 496. per tot. ac potissimum num.6.Caluaccan.decis.18 num.67.par.3. & decis.21.n.71. vbi*: deliberationem indicare dicit. *ead.par.Casanat.cons 33.nu.15. Rota in recent.par.1.tom. 1.decis.193.sub num.6. Card Tusc. tom.2.littera* D.*conclus.399.* Barbos.*d.436 nu.9. & 10.*

78 Accedente præsertim dictione illa *(omninamente)secundum* Menoch.*d.casu.496.num.13.Rota in recent.par.1.tom.1.decis.300.num.27.* Quę voluntatem volẽtem indicat, atq; dispositionem disponentem ostendit, *secundum Polidor.Ripam obseruat.321.num.5.& 6.*& præcisam, ad omnino ita faciendum, vt dispositum fuit. *Tuscus. tom.2. litt.*D. *conclus.322. & plenè etiam* Barbosa *dic.t.240.*

Cui nimirum perpẽsioni, si adijeceris dictionem sequentem *(omninamente, & ad vnguem)* perspicies non obscurè, voluisse Testatorem satis præcisè cogere has matrimonio locatas filias, earumq; filios ad legatorum solutionem, si ad eos hæreditas deferretur.

79 Habent enim dictiones hæ præcisam naturam, ac coarctatiuam (vt ita loquar) & executionem eorum, quæ his dictionibus imperata sunt, omnimodo faciendam denotant. Cùm voluntatis perpetuitatem ex sese præferant, atq; inuiolabilitatem, indicent voluntatis sine exceptione vlla contrarij, vel dispensatione. *ad tex in cap.2. de pactis, in 6.l si possessor.23.in princ ff.de petit. hæreditat.glos.in clem 1. vbi Cardin.in verbo.omnino.de vita, & honestate clericorum. glos.in l.grecè. 9.§.illud. ff.de fideiussoribus. Paris.cons.38.numer.78.lib 3.Ruin. cons.150.num. 17.lib.2.Menoch cons.2. num.28. lib.1.* Pater *Sanchez. lib.1. de matrimonio. disput.32. num.6. Losfred cons.48.numer.3.Gratus. dict.150. Illustrissimus* Card.*Tuscus. d. conclus. 322. Barbos. d. dict. 240. num.12.*

80 Veluti etiam refutationem feudi omnino factam, exauditam vult in omnem casum, & vt perpetuo seclusus videatur, qui ita renuntiauit. *Vincent.*Anna.*allegat.127.num.5. & 6.Tusc. d.conclus.322.num 11.*

81 Quod suadet etiam dictio illa (inuiolabiliter), *e complischano inuiolabilmente*), quæ incorruptibiliter explicatur, & inuiolabilitatem dispositionis importat. *secundum Alberic. in dictionario.verbo.inuiolabiliter & sequitur Roland. cons.61.num.34 lib.3.& cons.69.num 36.lib.4. ad tex.in cap.fin.§.nos bis.de pactis.lib.6 tex. in auth. Sacramenta puberum. in princ. C.si aduersus venditor.*Berous.*cons.7.num.16.& 17. vol 3.*

Absolutam itaque fuisse Testatoris huius nostri voluntatem, legata omnia (ac pia cum primis) impleri, etiam in casu, quo succederent sibi filiæ iam nuptæ, eorumque filij, nemo sanè (si rectum eius fuerit Iudicium) in controuersiam amplius reuocabit ex superioribus perpensionibus è verbis ipsis Testatoris elicitis.

82 Quibus non minorem addit lapidem verbum quoque illud *(quali voglio, che in detto caso)* quod restrictionem operatur ad casum prædictum successionis post mortem Francisci Antonij sine filijs. de quo tunc verba faciebat Testator. *secundum Ripam. in l filiusfam §.diui. num.111.ff.de legat.1.Cephal. d.cons.529. num.7. vol.4.* Cranetta. *cons 98. num.6. & 8. Menoch.d. cons.117.num.5.& 6.Marius Anton. variar.lib 3. resolut.39. num 9.* Et quem tunc repetere videbatur, *secundum Card. Tuscum. d.tom.2. conclus. 284.Bartius. decis 6. num.13. & d.decis. 2. numero.3.*

Neque porrò iustum est, vt de casu alio exaudiri verba prædicta possint, quàm de quo loquebatur tunc Testator, si scilicet mortuo Francisco Antonio sine filijs, nuptæ filiæ, eo-
83 rumque filij successionem obtinerent. Vt verborum Intelligentiam ex subiecta materia. & causis assumamus dicendi. *secundum tex.in cap. intelligentia verborum.6.cum ibi notatis.de verbor. signif. Rota apud Illustrissimum Manticam. decis. 59.num.4.apud Sanctissimum Ludouis.Gregor.XV. decis.66.num.8.apud* Coccin.*decis.140. num.11.& decis.144.num.14.Suid.decis 322.num 29.Gigans. cons.48. num 34.*

Addenda demum his omnibus quasi procoronide verba illa videntur Testatoris, quibus legatum rogans ducatorum quinque millium pro pauperibus puellis matrimonio locandis, voluntatem suam explicans dixit:

„ *Item in detto caso: acciò le figlie femine po-*
„ *uere, et honorate, nate di legitimo matrimonio, non*
„ *s'habbiano à disperare, ò andare raminghe, non ha-*
„ *uendo modo di maritarsi, ò monacharsi; ordino, e*
„ *faccio per* Amor *di* Dio *vn monte, che s'haurà da*
„ *chiamare dal mio nome, e cognome etc.*

Apertè enim his verbis Testator, qualis mẽs eius, fuerit, ostendit; velle omninò se, vt facto casu mortis Francisci Antonij sine filijs, ad quos affectionem, & propensam satis voluntatem habebat, vt bona sua in Infinitum transferrentur (vt in superioribus perpendimus) legata omnia, quæ relinquebat, ac cùm primis hæc pia, adimplerentur. Atq; ita prospiceret, ne dum suis, verùm etiam, & pauperibus exteris puellis, ne illæ vel desperationi se committerent, vel etiam honoris, honestatisq; aleam subirent: quòd nullus superesset eis modus, quo suæ ipsarum consulere necessitati valerẽt. Dùm rationem, qua ad legandum mouebatur
„ reddens: dixit: *Acciò le figlie femine pouere, et*
„ *honorate*, quæ sanè dictio, vt *(acciochè)* cum causam denotet; ab illa vtique dispositio regulabitur, atque dirigetur. *ad tex. in l. Senatus.35. ff.de donation.causa mortis.*Clement. *vt ij, qui.2. de ætat.et qualitat.ordin.vbi Card. Zabar.in princ.*

ad

ad tradita per Rotā apud SS. Ludouis. Gregor. XV. decis. 543. num. 5. Aymon. cons. 227. num. 7. & seq. Surd. decis. 329. num. 23. Cæsar. Barzius. decis. 71. nu. 18.

85 Denotat enim dictio (ita vt) hoc casu finalē causam, *vt post alios optimè adnotat. Cened. sing. 20. n. 1* Ac rationē, quare ita disposuit Testator *Barbosa. dicit. 439. nu. 1. & Bart. d. decis. 71. nu. 19.*

86 Ratio verò, tamquàm dispositionis Anima, illam regit, atq; moderatur: veluti Anima corpus. *ad tex. in l. cūm pater. 79. §. dulcissimis. ff. de le-*

87 *gat. 2.* Quare, verba quasi corpus, & superficies sunt. Ratio autem dispositionis anima dicitur. *ad tex. in can præcipimus. 12. q. 2. Surd. de aliment. tit. 1. q. 44. num. 15. Cæsar. Barzius. d. decis. 97. nu. 35. 36. & 37. & decis. 83. num. 3.*

88 Vbicunque igitur expressa reperitur ratio in aliqua dispositione, debet dispositio ipsa ad rationis terminos restringi, vel, etiam ampliari, ac dilatari, & si fortasse id verba aliquo modo minimè paterentur, *vt loquitur Abb. in cap. qui in Insulis. 6. num. 3 de regularib. Aymon. d. cōs. 227. num 4. & 5. et cons. 243. num. 3. in fin. vers. fortius extendi debet. Illustrissimus Mantica de coniectur. lib. 6. tit. 14. num. 21. Rota in recent. d. par. 1. tom. 1. decis. 193. num. 7.*

89 Alioquin frustra tot verba effudisse Testatorem concesserimus, eiusq; dispositionem superfluis, & inanibus, atq; futilibus scatere vndequaquè verbis permiserimus, quod sanè nō ita sacræ leges adm ittunt. *ad tex. in d. l. si quando.*

90 *109. de legat. 1.* Quæ impleri in omnibus eius supremam voluntatem mandant *l. 1. C. de Sacro sanct. Eccles. d. aut. de Nuptijs §. disponat. can. vltima voluntas. 13 q. 2. Rota alios referens in recent.*

91 *par. 2. tom. 2. decis. 718. num. 4.* Voluntq; (nec temerè) vt nullum verbum in suprema dispositionētis voluntate sit, quod suo defraudetur effectu, *ad tex. in l. penult. §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius uocatus est ui eximat. cap relatum. 4. § cùm igitur. de cleric non resident. Bald in rub. C. de contrahend empt. num 9 Barzius. d. decis. 12. num. 29.*

Admittendum ergo, inde tot repertis verbis suam declarasse voluntatem Testatorem, vt intelligerent omnes, firmiter statuisse se, legata solui omnia, quæ rogauit, sequuta morte Francisci Antonij sine filijs, siuè nō adhuc nuptæ, nequè monachatæ, sibi filiæ succederent; siuè nuptæ, earumquè filij.

92 Nulli itaquè licebit dispositiones pij Testa-
„ toris infingere, vel impia mēte violare, asserē-
„ do incertū esse legatū, vel fideicomissum *ut lo-*
„ *quitur tex. in d. l. nulli. 28. in prin. C. de Episc. et Cle.*

Parendum igitur eius erit voluntati. Vt ex his, Respondendum censui: Censoris virga nec excussa.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reuerēdæ Fabricæ Aduocatus, &c.

Quid in hac causa demùm factum fuerit, satis compertum non habeo; Cùm aliò abire me oportuerit, alijs euocatus officijs extra Ciuitatem. Quæ in ea tamen vigilijs, & laboribus parauerām, vt meo muneri satisfacerem, incassum abire passus non sum. Proficient fortasse aliās. Vicissitudini enim res omnes humanæ seruiunt. Et si quidem illa pluries coram integerrimo viro, D. Matthæo Patinno Reggio Consiliario, & primarum causarum Tribunalis Fabricæ Reggio Consultore, discussa fuerit, me referente; patrocinante pro Aduersarijs doctissimo, atq; eloquentissimo viro Patritio, & causarum Patrono Antonio Caracciolo, nune, sic eius exigentibus quàm plurimis meritis, Regiæ Cameræ Præsidente.

93 Regebat tamen tunc à secretis Tribunalis officium Abb. Ioannes Baptista Reuiglionus, postmodum Troianæ Ecclesiæ Episcopus.

94 Verùm vix exactis sex mensibus in Episcopali munere, ab humanis abreptus est. Hæ heu, quàm citissimè peruolāt res humanæ omnes, neq; diù in eodem statu permanēt. Iob. 14. 2. Præterit enim figura huius mundi, *ut Apostolus admonet Paulus. 1. ad Corinth. 7. 31 ubi Cornelius à Lapide. uers. 31.* præterit, id est decipit, & transuersùm agit, figura, & species mūdi. Nam

„ *Præterit ista dies, nescitur origo secundi,*
„ *An labor, an requies; sic transit gloria mundi.*

& vt doctissimus Iustus Lipsius suo sepulchro inscribi iussit, inquit:

„ *Vis altiore voce me tecum loqui?*
„ *Humana cuncta fumus, umbra vanitas,*
„ *Et scenæ imago, et, verbo vt absoluam, Nihil.*

Vnde, iuxtà S. Bernardi consilium. Noli amare præsentia, quæ possessa onerant, amata inquinant, amissa cruciant. Despiee igitur, quod certò relinquendum est; ni tū ipse despiciaris.

SVMMARIVM.

1 Rescriptum subreptitium dicit vbi id tacetur, quod lege mandante exprimi debet.
siue modum siue factum siue etiam causa, ex qua et propter quam factum est supprimatur. num. 2.
3 *Litis pendentiæ memoria fieri debet in impetratione rescripti.*
ita quoq; processus. nu. 4. ac sententiæ. nu. 5.
præsertim verò lite contestata. num 6.
etiā si dolosè litis ipsa pēdētia nō supprimatur. u. 7.
8 *Lite pendente nemo debet iure suo priuari.*
neq; etiam supplicare liceat lite pendente. nu. 9.
10 *Rescriptum lite pendente impetratum, non facta mentione litis, nil proficit impetranti.*
11 *Subreptio ipso iure vitiat litteras papæ.*
ad beneficia potissimum; & fauores. num. 12.
secus tamen in rescriptis Iustitiæ, nam exceptionis ope eliduntur. num. 13.
14 *Rescriptum subreptitium euadit, & si id taceatur, quod ignorabatur, modo illud tale sit, quod expressū mouere principem potuisset, ut cōcederet, multoq; magis, si dolosè id fiat. num. 15.*
16 *Mendax peccator carere debet penitus impetratis. quinimò, & puniri debet. num. 17.*
18 *Princeps non censetur de rogare velle alicuius iuribus, neq; in alterius damnum disponere.*
19 *Clausula (citra tertij præiudicium) semper exauditur in rescriptis.*

20 *Rescripta sunt stricti Iuris, & num. 36.*
& strictè, ac presse accipi debent. num. 21.
22 *Indulgentia, quæ Ius alterius lædit, non valet.*
23 *Dispensatio per ambitionẽ extorta, vitiosa euadit, etiam si modica taciturnitas fuit, si illa expressa, mouere Principem potuisset. num. 24.*
25 *Clausula (si ita est, & si preces veritate nitantur) semper intelligitur in rescriptis.*
etiam si rescriptum motu proprio concedatur. n. 26.
vnde in rescripto expressa nouam formam non inducit. num. 27.
28 *Gratia, & narratiua illius iustificãda est, alioquin non suffragatur.*
etiam si narratiua negatiua fuerit. num. 29.
30 *Ablatiui absoluti (veris existentibus) in vim conditionis resoluuntur.*
præsertim quoad exercitium Iurisdictionis. ibid.
31 *Conditione non impleta, nihil debetur ex dispositione conditione affecta.*
32 *Rescripta ad ea se dumtaxat protendunt, quæ expressa fuere.*
33 *Rescriptorum metas transgredi non oportet.*
34 *Verba gratiæ ad instantiam partis concessæ, ea cõprahendunt dumtaxat, quæ necessariò ex vi inferuntur verborum.*
35 *Verba ad vnum suppositum restricta, non possunt duo importare supposita.*
37 *Rescripta à supplicatis interpretationem admittũt.*
38 *Rescripta ad personas non expressas non extenduntur.*
39 *Rescripti verba, secundum, quæ loquuntur impleri oportet, neque dilatari, sicut etiam & mandati.*
40 *Rescripti verba vbi non competunt, neque rescriptum ipsum aptabitur.*
41 *Rescripta Gratiæ facilius subreptioni patent, quàm illa iustitiæ.*
42 *Clausula decreti irritantis õmnia inficit, ac nulla reddit.*
& formam indicit. num. 43.
quæ si prætereatur nulla sunt omnia. num. 44.
etiam ipso iure. num. 45.
potissimum si motu proprio apponatur. 46.
47 *Testamentum, quod firmum est, rescindi nõ oportet.*
48 *Legatum pro anima factum pium æstimatur.*
49 *Legatum in causam Studij factum, pium dicitur? Quia in publicam vertitur vtilitatem. num. 50.*
potissimum si in Sacram Theologiam, ac Sacrorum Canonum Studium conferatur. num. 51.
52 *Legatum pauperibus relictum, & in honorem Dei pium est.*
53 *Legatum in honorem Dei etiam diuiti relictum, ne dum pauperi, pium æstimatur.*
54 *Legatum pro anima diuiti factum pium æstimatur.*
quia rogatus censetur diues legatum in pauperes distribuere, vel vt oret pro anima legantis, & ad id cogi poterit. num. 55.
56 *Opinio, quæ pietatem fouet sequenda.*
57 *Iudex in dubio Iudicium ad pietatem propensum habere debet.*
58 *Testamento ad pias causas satis est si Iuris Gentium solemnitates intercedant.*
59 *Hæres sub conditione Institutus, si conditioni non pareat, Institutio euanescit.*
60 *Conditionis causa pendente, quod debetur, peti non potest.*
61 *Conditio impleri debet antequam ex ea commodum quæratur.*
62 *Institutus sub conditione, si deficiat conditio, Institutio perit, & pro non instituto habetur.*
63 *Filius in legitima grauari non potest, quinimo grauamen omne ab ea remouetur, declara. num. 65. & limita.*
64 *Legitimæ nisi in specie filius renunciauerit præiudicasse sibi non videtur ex eo dumtaxat, quòd patris Iudicium agnouerit.*
66 *Filius sola legitima contentus esse debet, nec quicquam aliud ex bonis patris petere poterit, si eius Iudicium sequi noluerit.*
67 *Filius in legitima computare debet fructus omnes, quos ex hæreditate percepit à die mortis patris, ex quo eius Iudicium sequi noluit.*
68 *Legatorum piorum priuilegium est, vt fructus, & vsuræ à die mortis testatoris currant.*
69 *Restituere quisque debet, quod mala fide ex bonis alterius detinet.*
70 *Restitutio male acceptorum est de necessitate salutis, nec dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.*
71 *Fructus medij temporis fauore piorum legatorum cedunt.*
72 *Substitutus statim admittitur, ac conditio defecit Instituti.*
73 *Substitutio incipit in defectum Institutionis.*
74 *Substitutio in fauorem ordinatur testatoris.*
75 *Institutus sub conditione, non potest adhire conditione non verificata.*
76 *Substitutus statim admittitur, quo Institutus adhire nequiuit. & num. 78.*
77 *In conditionibus tempus attenditur, quo conditio ad effectum producitur.*
79 *Posthumus nasciturus iure hæres nuncupari testamento potest.*
80 *Certa dicitur persona, quamuis ex post facto certificetur.*
81 *Monasterium construendum, vel Ecclesia, vel Collegium hæres institui, & nuncupari potest, quia certus semper Deus est, cuius intuitu hæc fiunt.*
82 *Caducis non fidendum rebus; vnde aliorum casus nobis pro doctore esse debet.*

ARGVMENTVM.

Subreptitium, vel obreptitium rescriptum, ex quibus fiat? Et num pium dicatur Legatum pro Studẽtium Collegio erigendo, rogatum? An autem legitimæ filijs debitæ onus adijci possit per Patrem? Possitq; nondum erectum Collegium Hæres nuncupari? Non inutiliter differitur.

RE-

RESPONSIO XIII.

FVerit ne validum rescriptum per Conseruatores, seù Oeconomos Conseruatorij S. Mariæ Visitapoueri nuncupati Ciuitatis Neap. à SS. D. N. Paulo Papa Quinto impetratum, ad commutationem voluntatis, atq; supremi Iudicij quondam Doctoris Detij Bernalli (qui Collegium erigendum destinauerat pro pauperibus studẽtibus) in pium opus prædictum S. Mariæ Visitapoueri, pauperum dispensarum Puellarum commutatum, secũdum ea, quæ Ioseph Filius in supremis suis tabulis disposuit. Vel verò subreptitium, vel obreptitium iudicari debeat? in controuersiam vocatur per Oeconomum Reuerendæ Fabricæ.

Et sanè vitiosum obreptione, ac subreptione euasisse rescriptum, & Breue prædictum SS. D. N. iurè me respondisse putaui.

1 Nempè, quòd surreptitium rescriptum euadit, vbi id tacetur, quod lege mandante exprimi debet. cap. dudum. 14. & cap. si motu proprio. 23. vbi glos. verbo. modicum. & ibid. Dominicus Fontan. in addit. de præbend. in 6. Rota decis. 32. nu. 5. de rescriptis. in nouis. Bellamera decis. 697. conclusio extra rotam. num. 4. in fin. Nauar. in man. cap. 22 sub nu. 86. vers. ex quib. colligitur. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. casu. 201. num. 26. Verall. decis. 310. num. 3. par. 1. Petrus Gregor. Tholos. lib. 1. de rescript. cap. 49. num. 1. & 2. & cap. 50.

2 Siuè factum, siuè modus, quo factum; siuè etiam causa, ex qua, & propter quam factum est, supprimatur secundum glos. in verbo. causam. per illum tex. in cap. dilectus filius. 26. vbi Abb. nu. 4. & Felin. num. 10. de rescript. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. casu. 202. num. 29. & 30. Flamin. Paris. de confident. benefic. q. 40. num. 2. & 3. & num. 28. vbi ampliat in his potissimum, quæ necessariò aperienda, atq; narranda fuerint.

3 Atquì, legis præcepto, memoria omninò fieri debet litis pendentiæ, in Impetratione rescripti à Principe. ad notata. in cap. cæterum. 3. & in cap. ad Audientiam nostram. 11. & plenè per Felin. in cap. super litteris. 20. in 6. regula. num. 12. de rescriptis. Rota apud Caualer. decis. 92. num. 2. Pe-
4 trus Gregor. d. cap. 49. num. 2. Sicuti etiam processus. tex. in cap. inter monasterium. 20. de sent. &
5 re iudic. Ac sententiæ. cap. inter dilectos. 6. vbi gl. verbo. mentio de fide Instrum. Felin. d. cap. super litteris. in 7. regula. num. 14. Bellam. decis. 46. exceptio de litis pendentia. Cassador. decis. 18. num. 6. de præbend. Lapus allegat. 69. num. 6. vbi Mandos. Afflict. decis. 220. num. 13. Rota apud SS. Gregor. XV. decis. 243. num. 2. Menoch. d. lib. 2. de Arbitrar. casu. 202. num. 4. & 5. cum seq. Marches. tom. 3. de commiss. relaxand. iuram. ad effectum agendi. par. 3. §. 3. num. 43. fol. mihi 238. Ricius. in praxi. par. 1. resolut. 64. num. 1. Petrus. Gregor. vbi supra d. cap. 49.
6 num. 2. Lite præsertim contestata. Afflict. decis. 220. num. 14. Menoch. d. casu 202. num. 7.

7 Cùm aliàs, ipsa sola litis pendentia, dolosè quamuis non supprimatur, priuilegij, siuè rescripti vires infringare, potis sit. tex. in cap. fin. vt lite pendente. cap. dudum. 31. de priuil. glos. in cap. 2. de decimis. in 6. in verbo. possidebant.
8 Portius Imol. lib. 3. regula. 22. in ampliat. Quòd lite pendente nemo debeat iure suo priuari.
9 cap. 1. & 2. vt lit. pend. extra, & in 6. Nec supplicare, causa pendente, liceat. l. 2. C. vt lite pendent. Ioan. Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 24. q. 9. in fin. vers. deinde lite pendente. Petrus Gregor. d. cap. 49. num. 2.

Memoriã igitur cùm nõ fecerint litis in Tribunali Fabricæ pendentis Conseruatores præ-
10 dicti Sanctæ Mariæ de VVisitapoueri; Subreptitium vtique rescriptum prædictum euasisse, nihilque illis attulisse comodi, consequenter concedendum erit. ad tex. in d. cap. super litteris. vbi scribentes omnes. Nauar. cons. 33. an peccauit. de præbend lib. 3. sequitur Gregor. Sayr. decis. 77. de præbend. lib. 3. Menoch. d. casu. 201. num. 27. Rota. in recent. par. 2. tom. 2. decis. 718. num. 6. & apud SS. Ludouis. Gregor. XV. decis. 2. num. 5. Mastrill. decis. 253. num. 4. par. 3. Ricius. d. resolut. 64.

11 Profectò, quòd subreptio ipso iure vitiat litteras Papæ. Gratian. Forens. par. 2. cap 283. n. 21.
12 Præsertim, vbi ad beneficia, & fauores concessæ illæ fuerint, & Impetratæ Felin. in cap. ad audientiam. 31. el 2. num. 22. de rescript. cap. cùm nostris. 6. de conceß. præbend. Crauetta cons. 68. nu. 2. Nauar. in cap. si quando prælud. 1. num. 1. de rescript. Menoch. d. casu. 201. num. 2. 3. & 4 Azor. d. lib. 5. cap. 24. q. 4. Monald. cons. 62. num. 19. vol. 1. Petrus Gregor. Tholos. de rescript. lib. 1. cap. 15. nu. 10. circa fin. & cap. 50. num. 1.

13 Et si quidem secus sit in rescriptis Iustitiæ, quæ ope dumtaxat exceptionis vitiosa euadũt, subreptione, vel obreptione. d. cap. ad audientiam. 31. vbi Gloß. fin. de rescript. Menoch. d. casu. 201. num. 3. & 4. Crescent decis. 4 nu 2. de rescriptis. Rota in recent. par 2. tom. 2. decis. 582. num. 2. Petrus Gregor. de rescript. lib 2. ad d. cap. ad audientiam. 31. num. 7. in Gloß. verbo. in irritum. & lib. 1. d. cap. 49. num. 4. disputat plenè Ioseph. Oldradus. de litteris, & mandatis Principum par 1. prælud. 9. vbi centum, & triginta differentias enumerat.

14 Quoniam verò in subreptionis vitium impellitur per impetrantem, si id quoquè reticeatur, quod ignoratur, si verisimiliter illud concedentis Principis mentem mouere potuisset, vt aliter disponeret, quàm supplicatum fuit. tex. in cap. constitutus. 19. vbi Abb. num. 1. de rescript. Dictiq; rationem reddit Abb. ibid. dicẽs:
„ Quia in consideranda validitate gratiæ non atten-
„ dimus ad culpam Imperantis, sed potius ad inten-
„ tionem concedentis. vt in cap. postulasti. infra. eod. hæc ille. Rocchus de Curte. de Iure Patronat. in verbo. honorificum. q. 22. num. 53. Rebuffus. in praxi benefic. de different. inter rescripta gratiæ, & Iustitiæ. num. 7. & 8. Menoch. d. casu. 201. num. 27. & d. casu. 22. num. 11. Crauetta d. cons. 68. num. 12. vbi ampliat, præsertim si de alterius præiudicio agatur. Petr. Gregor. d. c. 49. & c. 50. lib. 1. de rescr.

In

15 In illud vtiquè multò magis dabunt, qui do-
los è ſuppreſſerint, quod expoſitum, certiſſimò
Pontificem à concedendo retraxiſſet, vel diffi-
ciliorem ſaltim ad dandum feciſſet. *ex tex. in d.*
cap. postulaſti 27. vbi Abb. *de reſcrip. tex. in cap. ſi*
motu proprio. 23. de præb. in 6. Abb. *in d. cap. cæte-*
rum. 3. num. 3. & Felin. *d. cap. ſuper litteris. regula*
6. num. 12. verſ. amplia adhuc. de reſcript. Bellame-
ra. deciſ. 4. num. 2. Lapus. d. allegat. 89. num. 6. Sta-
phileus. de litteris gratiæ. & Iuſtit. *tit. de forma im-*
petrandi. cap. dignitas abſque fructu. num. 5. fol.
mihi. 99. in minori impreſſ. Romæ. Leobinus. Aure-
lian. de mandatis Apoſtolicis. *in refutament. 4. reſo-*
lut. num. 42. vol. 14. tract. fol. 15. col. 4. Put. deciſ.
232. num. 2. lib. 1. Crauett. d. conſ. 68. num. 11. 12. &
ſeq. Capic. deciſ. 32. num. 13. Aluar. Valaſc. conſult.
60. num. 5. Menoch *d. caſu* 201. *num. 24. Azor. d. c.*
24. q. 4. Rota. in Auximana bonorum. 1. Februarij.
1580. coram Illuſtriſſimo Seraphino. apud Marche-
ſan. tom. 1. de ſignatura gratiæ par. 1. cap. 2. deciſ.
21. num. 1. fol. mihi. 115. quæ eſt etiam in impreſſis.
dicti. Seraph. deciſ. 443. Maſcard. tom. 2. de probat.
concluſ. 1216. num. 12.

16 Quòd, profectò mendax præcator carere
debet pænitùs imperatis, in ſuæ peruerſitatis
pœnam; vt nullum ex illis litteris commodum
conſequatur, *vt loquitur tex. in d. cap. ſuper litte-*
17 *ris. & tex. in l. fin. C. de diuerſ. reſcript.* Quinimò
puniri debet, qui ſupprimit, quod tenetur re-
uelare. *vt gloſ. inquit. in cap. ad aures. 8. verbo. ſup-*
primit. de reſcript. l. 1. cum §. 1. ſequent. ff. de dolo.
Petrus Gregor. d. cap. 50. num. 2.

At quì verò, ſi narratum fuiſſet per Recto-
res Conſeruatorij prædicti, litem ſuper hac re
pendere in Tribunali Fabricæ; difficiliùs vtiq;,
imò potius nullo modo ſupplicatis annuiſſet
18 Pontifex. Cùm intentionis eius ſit, & mentis,
iuribus derogare nullius. *tex. in cap. ſuper eo. 15.*
vbi gloſ. verbo. intentionis. de offic. delegati. Gloſſ.
fin. in d. cap. dudum. 31. de priuileg. Neq; in alte-
rius damnum, & præiudicium diſponere Prin-
ceps intelligatur. *tex. in l. 2. §. ſi quis à Principe.*
ff. ne quid in loco Publico. Menoch. conſ. 129. nu. 14.
vol. 2. Afflict. *deciſ. 116. num. 4. Sanctarell. variar.*
19 *reſol. q. 43. num. 6.* Quam ob cauſam ſemper, &
vbique à Pontifice, ſiuè Principe impetratæ
litteræ exaudiuntur (citrà tertij, Iuriſq; alteri
iam quæſiti præiudicium.) *tex. in cap. quamuis.*
8. de reſcript. in 6. tex. cum gloſ. in cap. audita. 4.
verbo. non intelleximus. de reſtitut. ſpoliator. extrà.
Gloſſ. fin. in cap. olim. 16. vbi Abb. *num. 7. de verbo.*
ſignificat. Abb. *conſ. 29. in finalib. verb. lib. 1.* Card.
conſ. 30. num. 30. & 33. Meus Maranta. conſ. 35. nu.
6. Gratian. Forenſ. *par. 3. cap. 588. num. 6.* Rota *in re-*
cent. par. 2. tom. 1. deciſ. 226. num. 1. & apud Coccin.
deciſ. 327. num. 5. Barboſa. clauſ. 157. nu. 2. & 3.

20 Reſcripta enim ſtricti Iuris ſunt. *c. ſignifican-*
te. 34. ubi gloſ. magna. in fin. & cap. Rodulphus. *35.*
de reſcriptis. Rota in recent par. 2. tom. 2. deciſ. 546.
21 *num. 2. in fin.* Vnde ſtrictè, ac preſsè accipi de-
bent, & exaudiri; præſertim verò, quatenus
alium lædant. *d. cap. ſuper eo. 15. ubi Abb. num. 2.*
de offic. delegat. Gratian. d. cap. 283. num. 18. par. 2.

22 Quòd non valeat Indulgentia, quæ abſorbet
Ius alterius. *Vt loquitur gloſ. in d. cap. dudum. 13.*
uerbo. tempore illo. de priuileg. per tex. in l. 2. & in
l. reſcripta. 7. C. de precibus Imper. offerendis.

23 Concedendum vltrò erit, atquè fatendum
omnino, vitioſum reſcriptum ipſum propte-
rea euaſiſſe, atquè diſpenſationem per ambi-
tionem extortam magis, quàm impetratam;
proindequè coarctandam. *ad tex in cap. 1. & 2.*
de filijs presbyterorum. in 6 gloſ. in c. non poteſt. 21.
uerbo. modicum. de prabend. in 6. Menoch. *d. caſu.*
201. *num. 6.*

24 Cùm, quòd taciturnitas, quantumuis modi-
ca, diſpenſationem vitiat, atq; inficit. *tex. in d.*
cap. non poteſt. 21. ubi gloſ. præſertim verò ſi res
ipſa, & ſi modica, mouere Principem potuiſ-
ſet ad denegandam, vel difficilius diſpenſatio-
nem concedendam. N*auar. d. cap 22. in man. nu.*
86. Abb. d. cap. ſuper litteris num. 5. in fin.

25 Tùm, quòd in reſcriptis, ſubintelligitur ſem-
per clauſula (ſi ita eſt, vel ſi preces veritate ni-
tantur) *tex. in cap. ex parte il primo, quod eſt. 2. &*
ex parte il 2. quod eſt. 12. in ordine. de reſcript. glo.
in cap. cùm adeò. 17. eod. tit. tex. in l. fin. in princ. C.
de diuerſ. reſcript. Abb. d. cap. ſuper litteris. num. 3.
uerſ. nota in uerbo. de reſcript. Cardin. conſ. 92. nu. 7.
Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 9. in annot. num 229. Franci-
ſcus. Monald conſ. 15. num. 3. & conſ 33. num. 3.
vol. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 1216. num. 3. to-
mo 2. Illuſtriſſ. Tuſc. tom. 6. litter. R. reſcriptum ex
falſa cauſa. concluſ 217. num. 24. & ſeq. ad fin. Pe-
trus. Gregor. d. cap. 50. num. 2. Ioſeph. Oldrad de lit-
teris. & mandatis Princip. par. 1. prælud. 6. num. 79.
26 *cum ſeq.* Etiam ſi reſcriptum motu proprio
concedatur. *ſecundum Card. conſ. 96 num. 1. verſ.*
& ſi dicatur illud procedere. Vnde adiecta re-
ſcripto huiuſcemodi clauſula, noua in formam
non induit. *Bellamer. d. deciſ. 4. num. 1. Melchior*
Phœb. deciſ. Luſitan. 41. num. 2. & 3.

28 Quò fit, vt gratia, & narratiua illius iuſtifi-
canda ſit, alioquin non iuſtificata, tamquã ob-
reptitia, nulla redditur, ac nullius ponderis, &
momenti. *cap. 2. vbi* Ripa. *num. 29. et cap. ſi propo-*
nente. 42. de reſcript. cap. ſi motu proprio. 23. de præ-
bend. in 6. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 58. alias 12. de pro-
bat. num. 1. Rota apud Card. Mantica. *deciſ. 358. nu.*
4. Gonzal. d. gloſ. 9. num. 230. & 231. Maſcard. d.
concluſ. 1216 num. 5. Rota apud Caual. deciſ. 266.
num. 4. Oldrad. d. prælud. 6. num. 68. & prælud. 13.
num. 21. cum ſeq.

29 Etiam ſi negatiua eſſet. Iuſtificanda namq;
adhuc erit. Et imputet ſibi, qui narrando ad id
ſe adegit. Rota *apud SS. Ludouiſ. Gregor.* XV. *de-*
ciſ. 13. num. 8. & ſeq. & deciſ 210. num. 2. & deciſ.
212. per tot. ac deciſ. 314. Maſcard. de probat. tom. 1.
concluſ 729. num. 3. Maceraten. variarum reſolut.
lib. 1. reſolut. 3. num. 15. & 16. Rota *apud Caualer.*
d. deciſ. 266. num. 4. & deciſ. 597. num. 6. Oldrad. d.
prælud. 13. d. num 25. & num. 26. & prælud. 14.

30 Nimirum, quòd ablatiui huiuſmodi ab-
ſoluti (veris exiſtentibus: Et ſi preces verita-
te nitantur, & ſimilia) in vim conditionis reſo-
luuntur, *ad tex. in l. à* Teſtatore. *108. ff. de condit.*
& de-

& demonstrat. Afflict. decis. 188. num. 5. & decis. 355. num. 3. Maranta. cons. 31. nu. 3. Nicolaus Everard. *cons. 5. num. 18. Cephal. cons. 196. num. 4. lib. 2. Alnar. Valasc. d. consultat. 60. num. 6. Rota decis. 189. num. 4. par. 4. diners. Rota apud Ludouis. decis. 492. num. 7. & 8. Vincent. de Franch. decis. 23. nu. 1. Thæb. d. decis. 41. num. 3. Barbosa clausul. 154. nu. 3. et nu 6.* Quòad exercitium præsertim. *Oldrad. d. prælud. 6. num. 83. et 84.*

31 Conditione autem non impleta, nihil omnino debetur ex dispositione conditione affecta. Cùm nihil interim concedatur, sed omnia in suspenso maneant, donec compleatur conditio. *l. cedere diem. 213. §. vbi sub conditione. ff. de verb. signif. cap. fin. in fin. de translat. Episcopi. cap. vnico. §. fiu. in fin. de sponsalib. lib. 6. Monald. cons. 16. num. 10. et seq. lib. 2. Ferrett. cons. 289 num. 2. Abb. d. cap. super litteris. num. 3. Cæsar. Bartius. decis. 90. num. 6. et 7.*

Verùm enim verò (estò validum esset rescriptum, ac breue prædictum per Conseruatores prædictos impetratum; neq; subreptionis, obreptionisq; vitio vllo notaretur, quò quidem ad commutationem legati per Detium Patrē pro Collegio erigendo rogati, in opus prædictum dispersarum puellarum; quod sanè pijssimum, summisque laudibus concelebrandum facinus æstimatur, secundum quòd Ioseph Filius iudicauit, & Sanctissimo D.N. supplicatū fuit.) Quid vtiquè Tribunali nocebit Reuerendæ Fabricæ, eiusq; Oeconomo, quin secundum sua priuilegia, ac facultates vindicare possit interesse omne decursum à die mortis Testatoris Detij, ex bonis Iosephi Filij, eorū. quæ ad Cōseruatorium prædictum deuenere; Cùm voluntati paritèm minimè fuerit Testatoris, de quibus nihil omnino expressum in supplicatione fuit?

32 Ast ad ea dumtaxat se protendunt rescripta, quæ expressa fuere, & de quibus cogitatum fuit. *l. tres fratres. 36 ff. de pactis. glos. iu d. cap. super eo. 15. verbo. intentionis. et cap. P. et G 40. de offic. delega. et cap. significante. 34. de rescript. ad tex. iu cap. qualiter, et quando. 2. quod est 24. in fin. de accusat. tex. in cap. licet Heli. 31. de simon. Cle. Sæpè. 2. §. verùm. de verb. signif. meus Maranta. in specul. 4 par in 9. dist. Iudiciorum num. 6. Caualcan. decis 14. num. 45. par. 1. Rota apud Gregor. 15. decis. 34. num. 2.*

33 Non licebit itaque rescriptorum metas transgredi; verùm illas, secūdùm eorum tenorem, & continentiam seruari oportebit. *ex tex. cum glos. fin. in cap. porrò quòniam. 7. iu fin. de priuileg. notat Nauar. cons. 22. concessit Sanctissimus. num. 3. de priuileg. lib 5. sequitur Sayrus. decis. 24. de priuileg. lib. 5. Card. Seraphin. decis. 357. nu. 6. Gratian. Forens. par. 3. cap. 467. num. 57. Monald. cons. 62. num. 18. vol. 1. Petrus Gregor. Tholos. de rescript. lib. 1. cap. 55. num. 8.*

34 Quia profectò gratiæ verba ad instantiam partis concessæ, ea dumtaxat comprehendūt, quæ necessariò ex vi verborum inferuntur. *d. c. non potest. 21. de præbend. in 6. Card. d. cons. 30. nu. 14. & 16. Staphileus. de litteris gratiæ. de modo, & forma impetrandi. num. 11. fol. mihi 97. in minori Impress. Romæ. Nauarr. d. cons. 22 num 3.*

35 „ Verba enim restricta ad vnum suppositū „ solum, simul, & semel duo supposita importa- „ re non possunt, saltim vniuocè, & in eadem „ oratione, *vt probatur in cap. Abbate. §. penult. de* „ *re Iudicat. in 6 loquitur Bellamera. decis. 121. n. 2.*

Cùm igitur gratia prædicta, & rescriptum, de commutatione tantummodo loquantur dispositionis Detij Patris pro Collegio erigēdo pauperum studentium, in opus puellarum dispersarum à Iosepho Filio demandatum: protendi non vtiquè poterit ad interesse, multò antè gratiæ tempus, Tribunali Fabricæ Sancti Petri acquisitum.

Firma ergò quò ad illud iura Fabricæ permanebunt (sic in reliquis esset gratia exequenda.

Deducitur; apertiùs, ex quo SS. D.N. preces oblatæ fuere pro summa dumtaxat ducatorum. 13746. ac pro illis tantùm gratia con- „ cessa, cum clausula (*& dummodo cōditiones, &c.* „ *aliàs præsens gratia nulla sit, & Ecclesia, & con-* „ *seruatorium prædictum à prædicta summa. 13746. cadat eo ipso*) vnde vltra concessa prorogari minimè gentium poterit.

36 Quoniam sunt rescripta stricti Iuris, vt diximus, vt vltrà comprehensa in eis minimè distendantur *d. cap. Rodulphus. 35. & in cap. fin. de rescript. Bero. cons. 22. num. 30. lib. 3. Francisc. Mo-*

37 *nald. cons 20. num. 27. lib. 1.* Quin ìmò à supplicatis interpretationem omnem expectant, atque secundum ea diriguntur. *l. 1. vbi Ias. C. de diuers. rescript. cap. inter dilectos. 6. §. cæterum. vers. quamuis ex forma petitionis. vbi glos. & Bald. de fide Instrumentor. Maranta d cons 35. num. 3. Surd. decis. 268. num. 15. & cons. 281. num. 28. lib. 2. Farinac. cons. 185. num. 68. vol. 2. Rota apud Caualer. decis. 117. num. 4. & 5.*

38 Et sicuti ad personas non expressas non extenduntur ita neque ad res. *d cap significante. 34. vbi glos. in verbo. non de Remensi & d. cap. Rodulphus. 35. de rescript d. cap. P. & G. de offic. de legat. l. 1. in fin. ff. de constitut. Princip. Gratian. decis. 44. num. 2. Rota apud SS. Ludouis. d. decis. 34. num. 2.*

39 Nimirum, quòd rescripti, & mandati verba, secundum ea, quæ loquuntur, impleri oportet, neq; ad casus alios, quàm expressos, extendi. *vt loquitur tex. in cap. cui de non Sacerdotali. 27. de præbend. in 6. Cardin. d. cons. 30. num. 15.* Vt nè latum quidem vnguem à verbis, in re-

40 scripto expressis, discedere liceat. Et verba vbi non competunt rescripti, neq; rescriptum ipsum aptari debeat, *secundum Bald. in d. cap. si-*

41 *gnificante. de rescript. Surd. decis. 175. num 2.* Multoque facilius vitio subijciantur subreptionis, obreptionisq; rescripta gratiæ, quàm Iustitiæ; vt puta, quòd maioris præiudicij sint, quàm ista Iustitiæ. *Abb d. cap super litteris. num. 4. & 5. Menoch. d. casu. 201. nu. 7. & seq. Farinac. cons. 47. num. 11. in fin. lib. 1. Vrsill. ad Afflict. d. decis. 116. num. 1. Petrus Gregor. d. cap. 55. num. 9. de rescriptis. Sanctarell. variar. resol. q. 60. nu. 1. & 238.*

Quod

42 Quòd præsertim locum sibi facit, si clausula illa aduertatur paulò antè narrata, decreti irritantis *(aliàs præsens gratia nulla sit, & Ecclesia, & Conseruatorium prædictum à prædicta summa cadat eo ipso)* quæ profectò inficit omnia in gratia, & rescripto contenta, eaquè ad nullitatem redigit, atq; in pessum trudit. *Gabriel lib.5.tit.de clausulis.conclus.3. in 11. effectu. num. 57.Monald.cons.73.num.3.vol.2.Rota par.2. diuers.decis.24.num 5. Gratian. Forens. par.3.cap. 517.num.19.Barbosa clausul.40.num.2.*

43 Quin imò formam inducit. *glos. & tex. in clem.2.verbo.nullo modo.de ætate, & qualitat.Vestin.in cap.ex parte. 12.num.7. de Constit. Gabriel. d.conclus.3.in 12.effectu. num.73. Monald.d.cons. 73.num.2.Rota apud Ludouis.decis.384. num 9. & apud Card. Mantic. decis.286. num.2. Barbosa. d. claus.40.num.32.*

44 Vt nisi fiat sicuti per eam statuitur, in nihilum redigantur omnia. *tex.in l.non dubium.5. & l.fin. C.de legib. cap. cùm dilecta. 22. de rescript. Rota. par. 1.diuersor.decis.226.num.1.& 2.& decis.149. num.2.par.2.& d.decis.184.num. 10. par.4. diuers.*
45 *Card. Mant. decis.300. num.2. & 4.* Etiam ipso iure, nulloque opponente. *secundum tex.in cap. penult.de præbend. in 6. Gabriel. d.conclus.3. num. 58.Barbos.d.clausul.40.num.3.*

46 Potissimùm, quòd clausula hæc (decreti irritantis) in rescripto prædicto à Conseruatoribus obtento, motu proprio Pontificis adiecta videatur, (cùm contra supplicantes sit, non verò ad eorum petitionem) vt multò magis eos afficiat; *Put.decis.213 lib.2.Rota in recent.par.1. tom.1.decis.228.num.4.*

Nec contra nos est, quod obijciunt Aduersarij; Nullum decreto Magnæ Curiæ Vicariæ, Detij prædicti Iudicium supremum declaratam fuisse, vt elidantur proinde Oeconomi Fabricæ prætensiones.

47 Præter quàm quòd enim firmum testamentum persistit, & ex voluntatis destinatione Testatoris; ac sollemnitatum omnium, Iure ciuili requisitarum, interuentu; vt rescindi illud haud oporteat. *secundum tex.in l.si testamentum.10. C.de testament.*

Nihil tamen omninò legato officit Collegij erigendi, quod pium esse, pietatemque respi-
48 cere, ac fouere nemo est, qui negauerit. Cùm, quòd pro Anima rogatum. *Alber. de Rosata. in l.nulli licere. 18. num.24.vers. & notandum, quòd relictum.C.de Episcop. & Cleric. §.si vnum de prædictis.vers. occasionem autem in fin. cap.3.in auth. Vt cùm de appellat.cognoscitur.collat.8. Abb. in c. relatum. 11.num.7.de testam. Tabien. in sum.verbo. legatum. 2.num 1.in fin.Siluest. legatum. 4. num.1. in fin. Armill. eod. num. 44. Euerard. in loco à libertate ad piam causam. in fin. num.37. Tiraq. in præfat.vers.item relictum pro Anima. fol. mihi.6. Guid.Papa. decis.576. num.3. vers. sed an causa. Menoch. lib.4. præsumpt. 115. Aufrer. ad Cappell. Tholos.q.215.num.2.& 3.Card. Tuscus. tom.5. littera L.conclus.106.num.1. & seq. & num. 20.& tom.6.littera P.conclus.332. num.5.& 10.Marta de successione legali.tom.2.par.4.q.18.art.4.nu.42. Intrigliol.singul.98.num.141. lib.3. Moneta de cõmutat.vltim vol. cap.4.q.2.num.37.Pater Ioan.Valer.de different.inter vtrumque forum. verbo legatum.different.3.num.1. Michael Crass. §.Testamentum.q.17. num.1. Cenallos. communium contra commun.par.3.q.814.num.12.Sanctarell. variar.resol. q.68.num.9.Baltaxar.Thomas.tract.10.tit.1.de pia causa cap.6.num.138.Molfes.in summ. tom.2.trac. 13.cap.5. num.152.& num.153.*

49 Tùm, quòd in causam studij factum, vnde inter pias computabitur causas. *tex. in id apertus.in l.quæ pater.51. ff.familiæ herciscundæ. arg. tex. in l. Stichus. 12.ff.de legat 3. meus Maranta. in singularib.verbo.stipulatio.seù legatum. in 5.fallent.fol.mihi.99.Sebastian.Medices.opusc.4.nu.20. post num.67.vol.2. Sanctarellus variar. resol.q.16. num.10.Cæsar Bartini decis.25.num.19. Marta.d. q.18.art.4.num.43.* Nempè, quòd in publicam vtilitatem vertatur. *Cancer.lib.3.variar.resolut. cap.20. num.123. Barbos. de Iure Ecclesiastico. lib.3.cap.27.num.19.Moneta. d.q.2.num.45.* Potissimùm si in Sacræ Theologiæ, ac sacrorum canonum studium, conferatur, ac etiam sacrarum legum. *Tiraq.in d.præfat.vers.item relictum causa Studij.fol.14.& 15.& fol.19. vers.quicquid ad publicam vtilitatem in minori impressione Gratian. Forens.par.2. cap.255.num. 46. Intrigliol.d. singul.98. num.148. lib.3. Thomas. d.tit.1. cap.22. num.191.Surd.de aliment.tit.7.q.19.num.8. Molfes.d.cap.5.num. 161.& num.173.Marta vbi supra. d.art.4.num.44.45.& seq.vsque ad 50. Moneta ad num.45.*

52 Tùm propterea, quod pauperibus relictũ, & in honorem Dei omnipotentis. *l.id quod pauperibus.23.C.de Episcop.& cleric.& in auth.de Ecclesiastic. titul. collat.9. §.si quis in nomine magni Dei.cap.6. Abb. d. cap.relatum. num.7. Armilla. d. verbo.legatum.num.40.Tiraq. in d.præfat. vers.itẽ relicta pauperib.Sebast.Medic. d.opusc. 4.num.26. post.67. Tuscus. d.conclus.106. num.17. & d.conclus.332.num.28. & num.32. & 38. & 39. Intrigliol.d.sing.98.num. 139.Menoch.d.lib.4.præsumpt. 115.num.20.& 24.Michael Crass. d.§.testamẽtum. q.17.num.1. Pater Valerus. verbo. legatum. different.3.num.1. Molfes. d.cap.5. num.158. Thomas. dict.tit.1.cap.5. num.115. cum seq. Marta. d.art.4. num.12.Moneta d.q.2.num.30.* Vnde propter hãc vnam causam, quicquid pauperi, vel etiam diuiti in honorem Dei super omnia Benedicti donatur, in pias causas datum videtur. Vt ijsdem propterea gaudeat priuilegijs, quibus legata pia alia perfrui, certum est. *Vt decisum in senatu subaudiæ refert Anton.Faber.lib.1.tit.2. C.de sacrosanct.Eccles.diffin.7. fol.3. & Genuens. Episcopus Iserniens.in practicabilib.Ecclesiast.q.446.*

54 Vbi tuetur, quòd legatum pro Anima, diuiti factum, pium quoque æstimatur. *Tuscus.d. conclus.106.num.20. & 22. & num.25. & d.conclus.332.num.40.* simulatione præsertim cessante. Nam rogatus censetur diues, vel, vt ad Deum orationes fundat pro legantis Anima; Vel quoquè, vt legatum ipsum inter pauperes disper-

dispertiatur, vt ipsi Deum exorent Pientissimũ
adsubleuandam relinquentis animam è pœnis
Purgatorijs.
55 Poterit proinde hac de causa Episcopus,
multòq; magis Tribunal Fabricæ, diuitem co-
gere, vt legatum prædictum in pauperes di-
stribuat.
56 Quam sanè doctrinam, vti piam, satisque
æquam, & religionem fouentem, amplectendã
esse censeo. *ad tex. in l. sunt personæ. 43. ff. de reli-
gios. et sumpt. funer. sequitur Euerard. d. cons. 5. nu.*
57 *22.* quicquid alij dixerint. Cùm in dubio, ad
pietatem inclinationem; atq; propensum iu-
dicium habere Iudex debeat. *post Bald. cons.
216. in fin. lib. 1. Tuscus. d. tom. 6. littera P. conclus.
337. num. 1. et seq. sequitur Sanctarellus variar. re-
sol. q. 69. num. 8. in fin. et num 9. Sebast. Medices. d.
opusc. 4. num. 32. Thomas. d. cap. 5. num. 119. 120. et
seq. et 126.*
58 Satis igitur fuerit; Iuris Gentium solemni-
tates intercessisse in testamento prædicto De-
tij, vt firma esse valeant in eo rogata pia lega-
ta. *tex. in c. cùm esses. 10. et cap. relatum. 11. vbi Co-
uar. num. 9. & in cap. cùm tibi. 13 num. 12. de testa-
ment. Tiraq. in princ. tract de pia causa. post præfat.
fol. 21. Clar. §. Testamentum. q. 6. num 1. & 2.
Crass. d. §. testamentum. q. 18. Phæb. decis. Lusitan.
76. num. 10. & 11. Boer. decis. 93. num. 1. & 5. &
seq. Illustrissimus Mantica. de coniectur. lib. 5. tit. 3.
num. 4. & seq. Sanctarell. q. 70. num. 1. 2. & seq Ro-
ta in Mediolanen. bonorum. 1600. coram Iusto de-
cis 131. num. 2 post primum vol. consil. Farinac.
Molfes. d. cap. . num. 175.*
Neque nobis officit decretum prædictum
Magnæ Curiæ Vicariæ, quin imò satis pro no-
bis est. Cùm firma, & illibata legata pia per
Detium relicta dimiserit: dicens: *Verùm Præ-*
„ *dictus Ioseph teneatur ad solutionem omnium lega*
„ *torum in dicto Testamento contentorum, & citra*
„ *præiudicium Montis in eisdem actis deducti, & eri-*
„ *gendi in casibus in dicto testamento contentis, cui*
„ *nulla futuro tempore præsens decretũ officiat, &c.*
„ *hæc decretum.* Vt in dubium proinde reuocari
minimè debeat; testamenti nullitatem obie-
ctam, contrà nos, non esse, & si pro fuerit Iose-
pho, quòad hæredis Institutionem.
Verùm, quia Detius prædictus Testator, sub
conditione hæredem nuncupauit Vniuersalem
Iosephum filium, si scilicet legitimam, & bo-
na quoque materna fideicommissi vinculo, eri-
gendi Montis, supponeret: dicens:
Dico, che si non vorrà fare (Ioseph scilicet hæ-
„ res institutus) *ò non vorranno fare* (alij videlicet
„ filij, fratres Iosephi, si & illi superessent) *questò*
„ *per instrumento publico, di sottomettere la loro le-*
„ *gitima, e dote materna al mio vinculo, e fideicomis-*
„ *so, in tali casu voglio, che detto Gioseffo, ò più fra-*
„ *telli restino solamente heredi in la loro legitima,*
„ *e doti materne tantùm, e tutta la restante mia here-*
„ *dità, e beni li lascia al Collegio, ch'Io voglio si fac-*
„ *cia per allenare studenti, etc.*
59 Cùm non paruerit conditioni prædictæ Io-
seph; excidisse vtique illum ab hæreditate præ-
dicta, & commodo vniuersalis Institutionis;
affirmandum consequenter erit. *ex tex. in l. si
quis sepulchrum. 12. §. Prætor ait. ff. de religios. et*
„ *sumptib funer. Nisi aliquod pro hoc emolumentum*
„ *ei relictum est. Tunc enim si non paruerit voluntati*
„ *defuncti, ab hoc reppellitur. Vulpian. ibi inquit. et
est tex. in l. penult. in fin. C de legatis. Paris cons. 8.
num. 27. lib. 3. sequitur Rota apud Sanctissimum
Ludouis. Gregor. XV. decis. 187 num. 10.*
60 Quoniam pendente causa conditionis, etiã,
quod aliàs debetur, peti minimè potest. *tex. in*
61 *l. pecuniam. 36 ff. si cert. petatur.* Profectò, quòd
impleri priùs conditionem oporteat, quàm ex
ea comodum alicui quæratur. *l. qui hæredi. 44.
§. fin. ff. de condit. et demonstrat. l. Thais. 41. §. Sti-
chus. ff. de fideicomiss. libertat.* Rota. apud Illustris.
Mantic. *decis 257. num. 2. Cæsar Bartius. d decis. 90.*
62 *num. 4. 5. 6 7. et 8.* Vnde sub conditione Institu-
tus, si deficiat conditio, pro non instituto ha-
betur. *Paris. d. cons. 8. num. 25. Aymon. cons. 170.
num. 8.*
63 Et licet quidem filius grauari per Patrem
haud possit in legitima; quin immò appositum
omne ab ea grauamen reijciatur. *l. quoniam in
priorib. 32. C. de Inoffic testam. Gabriel lib. 6. de le-
gitima. conclus. 1. Carocius decis. 70 Afflict. decis.
306. num. 1. Michael Crassus. §. legitima. q. 38. nu. 2.
et q. 39. Cabedo. par. 1. decis. 108. num. 2. et num. 6.
et seq. Vincent. de Franch. dec s. 127. num. 5. Card.
Mantic. de coniectur. lib. 7. tit. 10. num. 18. Cæsar
Bartius decis. 103. num. 1. et seq. Didacus Spino in
speculo testam. Gloss. 28 num. 50. 51. et seq. Gra-
tian Forens. par. 3 cap. 594. num. 2. et seq. et nu. 12.
Viscont. in communibus. conclus. verbo legitima. fol.
161. Rota apud Caualer. decis. 326. sub. num. 6. et
decis. 388. num. 3. Balthaxar Thomas. tract. 4. tit. 7.
per tot. vbi ampliat. et limitationes refert. Rota Ma-
ceraten. apud Marc. Anton. Thomati. decis. 4 num.
10. et seq.*
64 Neque filius Patris Iudicium agnoscendo,
præiudicasse sibi videatur in legitima portio-
ne, vel eius supplemento; nisi expressè legiti-
mæ nuncium miserit. *tex. in l. si quando. 35. §. &
generaliter. C. de Inoffic. testam. Afflict. d. decis.
306. num 2. & seq. Grammat. d. decis. 57. num. 26.
meus Maranta disput. 10. num. 19. Bartius. d. decis.
103. num. 5. 6. & seq. Rota in recentior. par. 1. tom.
1. decis. 200 num. 5. & decis. 206. num. 5. & 6. &
decis. 479. num. 8. et decis. 653. num. 9. ead par tom.
2. et apud Ludouis. Gregor. XV. decis. 489. num. 21.
et 22. et decis. 539. num. 10. et 11. vbi Beltramin.
Gratian. Forens. par. 2. cap. 247. num. 28. 29. et seq.
et par. 4. cap. 751. num. 18. et seq. Rota. apud Caua-
ler. decis. 326. num. 7. Thomas. d. tract. 4. tit 17. cap.
16. num. 38. cum seq. Thomati. d. decis. 4 et 8. et de-
cis. 50. num. 324.*
65 Poterit tamen, hac adiecta cautela, etiam in
legitima grauari. Vt, scilicet, si à legitima gra-
uamen repellere maluerit (fideicomissi fortas-
se) à tota decidat residua hæreditate, sola le-
gitima contentus: *vt post alios, quos refert, sequi-
tur Vincent.* de Franch. *decis. 293. num. 11. Rota in
recent. d. decis. 200. num. 6. et d. decis. 206. num. 4. et*
479. nu.

*479.num.8. et 653.num.13. plenè quoquè. Beltra-
min. ad d.decis. Ludouis. 489. num.27. quàm sanè
sententiam post Angel. in §. probibemus. in auth.de
triente, et semiss. sequuti fuere Gabriel.lib.6.tit.de
legitima.conclus.1.in 23.limit.num.58.Surd.de ali-
ment tit.2.q.15.à num.179. ad vsque num.188. et
consf.215 num.56.lib.2.Peregrin.de fideicomiss.art.
49.num.42.Ioseph Ludouic. decis. Lucens.28.num.
109. et longè post hæc visus Mercurial. Merlin.
tract. de legitima. lib.3.tit.2. q.7.et 8.* Quia hoc
est fauor filij.*Crass.d.q 38.num.14.et 15. Viscont.
d.verbo.legitima.col.1.Marc'Anton.Thomati.dict.
decis.4.num 1. et 2.* Contentus porrò cogitur
esse filius legitima portione, nec quidquam
præterea ex patris hæreditate consequi pote-
rit.*tex.in §.cæterum. cap.5. in auth.vt cùm de ap-
pellat.cognoscit. coll.8.* Sibique imputet filius,
qui,cùm Testatoris Iudicium in legitima sequi
non cogatur, legis Iudicium sequi maluit.*se-
cundum Anton.Fabrum.lib.3. tit.19. C.de inoffic.
testam.difinit.9.et difinit.29.num 9.plenè Thomas.
d.tit.7.num.331. et nu.343. Rota Maceraten.apud
Thomati.d.decis.50.num.326. per tot.*

Iurè igitur reijcitur nunc Conseruatorium
prædictum puellarum, ne fructum consequa-
tur ex rescripto prædicto, ita vitiosè obtento.
Neq; iniuriâ, agit Fabricæ Oeconomus, vt ex
67 bonis Iosephi, fructus omnes restituat, atq; in
legitimã cõputet, quos iniustè ille ex residuo
hæreditatis paternæ sibi vsurpauit à die mor-
tis Testatoris. *secundum tex.in auth.de Ecclesia-
stic.tit.cap.9.§ si autem hæres. coll.9. Gloss.in §.1.
in vers.imminere in fin.in auth.de incest.nupt. col-
lat.2. Petrus.Surdus.decis.25.num.21.sequitur Pe-
regrin.d.art.49.num.42.Ioseph.Ludouic.d.decis.28.
num.105. cum seq. Rota par.4 diuers. collecta per
Farinac.decis.514 num.7.de Thomas.d.tit.7.nu.36.*
68 Præsertim verò, quòd legatorum, quæ ad
pias causas destinata sunt, singulare Ius est, vt
fructuum, & vsurarum incrementum à die
mortis Testatoris pergat. *Tiraq. de piæ causa.
priuileg.141.Anton.Faber.lib.6. tit.25. C. de vsu-
ris.& fructib.legat.defin.3. Gaspar. Ant.Thesaur.
Forens lib.4.q.25.num.1. et 5. Marius Giurba. de-
cis.97.num.17. et 19. Et declarauit Sacra Congre-
gatio negotijs Fabricæ deputata.in declaration.§.6.
quas refert Quarant. verbo Fabrica Sancti Petri.
fol.mihi.249.*
69 Regulare quippe est, vt qui mala fide quic-
quam ex bonis accepit alterius, restituere co-
gatur. *ad tex.in cap.grauis. 11.de restit.spoliator.*
Alioquin dannationis æternæ periculum subit.
70 Cùm sit malè acceptorum restitutio de ne-
cessitate salutis. Quòd non dimittatur pecca-
tum,nisi restituatur ablatum.*regula peccatum.4.
de reg.Iur.in 6.can.1.14.q.6.cap.cum tu.5.de vsur.
S.Thom.2.2.q.62. art.2. in respons.Pater Molina.
de Iustit.et Iure.tom.3.tract.2. disput. 716. num.2.
Petr.Binsfeld.in enchyrid.Theolog.pastoral.par.3.
cap.15.§.1.col.4.fol.mihi. 360.*

Nec suffragabitur Iosepho biennium à Te-
statore executioni Collegij erigendi adiectum,
per illa verba:

,, *In tal caso, lenata prima la legitima, e doti
,, materne della restante mia facultà se ne facci subi-
,, to infra due anni al più, ò vn anno, si sarà possibile,
,, se ne facci l'opera del Colleggio delli studenti di
,, sopra descritto.*

Collegij fauore nẽpè dies ipsa adiecta fuit,
nõ verò Iosephi filij, quẽ à residuo hæreditatis
(semota legitima, & dotibus Maternis) apertè
71 exclusum voluit Testator. Quamobrem, tem-
poris medij fructus, Collegij erigendi lucro
cedent. *est tex.in l. ita relictum. 44.§. Pegasius.
vbi Bar.ff.de legat.2.l.cum. qui.15.§ quod si tem-
pus. ff.de annuis legat. Abb. in cap. nos quidem. 3.
num.7.de Testament. Armilla. verbo. legatum. nu.
53.Hieronym.de Monte.q.24.num.5. Mantic. de
coniectur.lib.7.tit.10.num.10.& num.34.Gratian.
Forens.par.2.cap.358.num.15. & seq. & num.19.
cum seq.& cap.400.num 35.par.3. Cancer. variar.
resolut.lib.3. cap.20. num.17. & seq. & nu.29. et
30.Genuens.in practicabil. Eccles. q.247. Thomati
d. decis.4.num.24.25. et 26. Frater Petrus Bell'oc-
chio de casib. reseruat. par 2. q.1. num.304. Thoro
priuil.101.col.5.in fin.& priuil.163.*

Præterquàm, quòd etiam, Collegium ipsum
purè hæres Institutum fuit in ipsa tota hære-
ditate (legitima, & dotibus maternis exceptis)
facto casu, quo dictus Ioseph, siuè alij filij, vin-
culo fideicommissi legitimam, & dotes mater-
nas supponere renuissent. Vt in epilogo testa-
menti totius ipsemet Testator subiecit dicẽs.

,, *Dico, che è mia volontà, che tutta la mia rob-
,, ba, e facultà vadi, e sia del mio benedetro figlio
,, Gioseppe, seù delli più miei figli e delli figli di det-
,, ti miei figli, e loro figli in infinitum. & in perpe-
,, tuum. Ma con legge però, che detto mio figlio, seù
,, miei figli debbano sottomettere la loro legitima, e
,, doti materne allo mio vinculo, e fideicomisso vni-
,, uersale, vt supra descritto.*

,, *Ma se per sorte (il che non credo) mio figlio seù più
,, miei figli, che restassero, non volessero sottomettere
,, la loro legitima, e doti materne al sopradetto mio
,, vinculo vniuersale, e fideicommisso ante adbitionẽ
,, hæreditatis, in tali caso (leuato prima la legitima, e
,, doti materne) della restante mia facultà se ne facci
,, subito infra due anni, ò vno, si sarà possibile, se ne
,, facci l'opera pia del Collegio delli studenti, vt supra
,, descritto.*

Et alibi quoquè causam subnectens suæ vo-
,, luntatis, dixit: *Perche non si vorranno sottomettere
,, la loro legitima, e doti materne al detto vinculo, e
,, fideicommisso, ex nunc, pro tunc, in casu prædicto,
,, io non solo li priuo di tutta la restante heredità, &
,, instituisco, vt supra herede lo Collegio, seù loco
,, per me di sopra descritto. &c.*

Statim itaque, quòd mortuo Testatore vo-
luntati eius non paruit Ioseph Filius, sub con-
ditione institutus (si legitimam, & dotes mater-
nas fideicommisso, & vinculo supponeret Col-
72 legij erigendi.) Conditio extitit Collegij ip-
sius, & in eum hæreditas collata fuit, *secundum
tex.apertum.in l.cùm proponas.3. C.de hæredib. In-
73 stituend.* Substitutio enim incipit in defectum
Institutionis. *l.quandiu.3.ff.de hæredib.Instituend.*

Cardin.

47 *Cardin.Mant.de coniectur.lib.4.tit.1.nu.14.* Quæ sanè substitutio in fauorem ordinatur Testatoris, intendentis habere scriptum hæredem; *secundum Gratian.Forens.par.2.cap.288.num.8.*

75 Neque enim hæreditatem adire potuit Ioseph filius, conditione non purificata, sub qua vocatus ad eam fuerat. *secundum tex. in l. cùm testamento. 37.ff.de hæred.b.Instituend.facit tex.in l.3.ff.de acquirend. hæredit. Rota. in recent par.2. tom.1.decis.122. num.3.*

76 Eo ipso igitur momento purificata conditio fuit pro Collegio erigendo, quo Ioseph, contempto defuncti Patris Iudicio, adire hæreditatem adire nequiuit. *l.cedere diem.213. ff. de verbor. signific.l.hæc venditio.7.ff.de contrahend. emption.*

77 Nimirùm, quòd in conditionibus tempus arrenditur, quo conditio ad effectum producitur *Bertrand. cons.198. num.4. & seq. lib.2.cum alijs relatis per Gaspar. Anton. Thesaur.Forens.par.1.q. 34.num.22.& 23.& 9.82.num.5. lib 2.*

78 Eo ipso momento itaque, quo ab hæreditate defecit Detij Patris Ioseph, admissum ad eã fuit erigendum Collegium præfatum. *ad tex.in l.cùm prætor.12.in princ.ff.de Iudic.l.maritus. 21. C.de procurat.Caluaccan. decis.16. num.15.lib.4.*

Nec est contrarium, in incertum hæredis institutionem collatam videri, erigendo Collegio, non dum autem erecto, factam, vt Aduersarij contendunt.

79 Cùm nascituro quoque posthumo conferri hæreditas possit. Et comodissimè nascriturus posthumus hæres instituatur. *l. commodissimè. 80 10.ff. de liber. & posthum.* Sufficit autem si ex post facto instituta certificari persona valeat. *l.quidam relegatus.6.ff.de rebus dub. Doctor. in l. 3.§.incertam. ff.de acquir. possess.*

81 Iurè proinde, nec temere Monasterium, vel construendum Collegium, Ecclesia, vel Cappella, hæredes nuncupantur. Cùm certus semper Deus, & vbiquè præsens sit, cuius intuitu hæc ipsa mandantur. *tex in cap.nos quidem.3.vbi Abb.num.2. & 7. & Couar. num. 12. de testam.ad tex. cum glos.in verbo. & apertè in fin. in can.quoties cordis. 8.1. q.7. cap. ad audientiam 5.in fin.de Eccles. ædificand. l.seruos ad custodiam. 17.ff.de aliment.& cibar.legat. Bertrand. cons.256.num.2. lib.1.Tiraq.de pia causa.priuil. 115.Card. Tuscus. tom.5.littera L.conclus.46.num.2. & seq. Gonzal. ad reg.8.Cancellar. glos.5. §.7. num.101. & 102. Caluaccan.d.decis.16. num.15. par.4. Gratian.Forens.par.2.d.cap.288.num.34.35.& 36. & seq.& cap.358.Borrell.in sum.decis.tom.3.tit.22.de legat. num.69.Rota in sutrina. Monasterij coram Orano. 29.Aprilis.1598.decis.126.num.5.post 1.volum. cons.Farinac. Genuens.in practicab.q.246. & 247. Barbos. d.cap. 27. num.20.. Thoro. priuileg. 146. Molfesius.d.tract.13. cap.5.num. 165. Baldaxar Thomas.tract.10.tit.2.cap.14.num.20.*

Facit ergo haud iniuriâ Fabricæ Oeconomus ad nullitatẽ rescripti dicens. Et ita ex his Respondi emũctioris naris expectato iudicio.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reueren. dæ Fabricæ Aduocatus, &c.

Transactione lis dirempta fuit per Sacram Congregationem; quòd pio loco potissimum, (vt opus est cogẽdi dispersas puellas in præfato conseruatorio Sanctæ Mariæ de Visita poueri) legatum conferebatur. Ast sententiæ aduersus Conseruatorium iam instabant. Quare, ne tantum Ecclesiæ Oeconomi haurirent detrimentum, salubri Consilio ad transactionem egere. Et consueta Sacræ Congregationis miseratione admissi ad eam fuere, solutis tantùm ter mille ducatis in comodum Fabricæ Sancti Petri. Interim tamen, donec transactione litigium secaretur, pluries causa discussa fuit coram Regio Consiliario Ferdinando Brancia viro Parritio, & tunc iustis ex causis, Regio Consultore in hac causa; nunc verò Regente pro Regno apud Sacram Regiam Catholicam Maiestatem. Patrocinabatur pro Conseruatorio Vincentius Corcionus tunc causarum Patronus, postmodum Regiæ Cameræ Præsidens; & ad Regiam Cancellariam Regendam ascitus fuisset, ni immatura satis morte præuentus

82 fuisset. Non fidẽdum itaque rebus caducis, sed pro doctore sit nobis casus huius, *vt Diuus Ioannes Chrysostomus homil. 43. in cap.20. Actorum Apostolorum* de Euthycio puero loquitur, qui, vt Paulum audiret prædicãtẽ, somno captus, è tertio cenaculo lapsus, mortuus sublatus fuit; sed vitæ illum Paulus restituit. *Et ita pro doctore casus fuit*, inquiẽs. Nam *vt Martialis loquitur.*

„ *Non est (crede mihi) sapientis dicere viuam.*

„ *Sera nimis vita est crastina: Viue hodie.*

Attende igitur (Christiane Lector) his, quæ gẽtilis poeta protulit, lumine nũquã adhuc illustratus fidei, vt perspicias, quàm cautè Christiano viuẽdũ sit: cũ semper instet vltima dies. Et Saluatoris voce dicatur. *Matth.24 42. Vigilate ergò, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit.* Et subsequitur *Ideo & vos estote parati, quia qua nescitis hora, filius hominis venturus est.* His itaq; intende. Hisq; te immorari non minimùm cupio. Proficient nãq; satis, vt è sõno euigiles, quo tenebaris fortasse, mundi illecebrarum captus pellicidio.

SVMMARIVM.

1 *INteresse in legatis pijs, à die mortis currit testatoris, licet in profanis, à die currat mora.*
& declaratum fuit à Sacra Congregatione Fabricæ num.7.
& ita seruatur ex stylo in Tribunali Fabricæ, nu.20.
2 *Mora ipso Iure contrahitur fauore minoris.*
& etiam fauore Ecclesiæ, & piæ causæ, num. 3.
3 *Ecclesia minoris iure vtitur.*
4 *Dominium rei legatæ ipso iure transit testatore defuncto in Ecclesiam, & piam causam.*
hæreditate quoque non adita. num. 5.
atque etiam in Dotis legato. nu. 6.
8 *Declarationes Sacræ Congregationes Fabricæ legem faciunt, quòad illam, & nu. 17.*
9 *Declarationes quoq; Sacri Trid. Concilij interpretum, legem faciunt, ita vt in foro conscientiæ obligent si authenticæ illæ fuerint. num. 10. quamuis alij, doctrinales declarationes has esse contenderint. nu. 11.*
12 *Decisiones Sacri Neap. Cons. legem faciunt in toto Regno.*
13 *Iudexq; inferior cogitur ita iudicare, sicut idem S.C. iudicauit.*
14 *Decisiones Sacræ Rot. Rom. communem faciunt opinionem.*
15 *Stylum iudicandi Romanæ Curiæ, alias inferiores Curias seruare operere, decet.*
16 *Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum mater est, & magistra,*

I De

18 *Decisiones aliarum Rotarum veluti communes opiniones sequendæ potissimum si ex frequentia Iudicandi stylus inoleuisset in aliqua Curia. nu. 19*

21 *Sententiæ duæ conformes in Tribunali Fabricæ in Iudicatum transeunt, & executionem paratam habent.*

22 *Stylus Curiæ rationabiliter introductus vim legis habet, si potissimùm firmus, ac stabilis fuerit, non varius. num. 23.*

etiam contra Iuris communis dispositionem. nu. 24.

25 *Hæredes fructus percipientes ex re legata in piam causam sunt in mala fide, & ad restitutionem tenentur.*

26 *Hæredes tardè legata pia soluentes minus soluere videntur.*

27. *Soluitqui tardè, minus soluit.*

28 *Hæredes tardè legata implentes pia, non debent commodum percipere ex re legata, quòd in fraudem hoc facere videntur.*

29 *Hæredes legata pia non soluentes infideles æstimantur.*

vnde & peccant, & excommunicari proinde possunt. num. 30.

31 *Fructus rei legatæ, quæ in ipsa re sunt, piæ causæ fauore sicuti debentur, ita quoque, & interesse.*

præsertim si pecuniæ inemptionem inuestiri potuerint. num. 32.

33 *Interesse, fructus nomine comprehenditur.*

34 *Pecunia secundum se, & esse suum principale nullos parit fructus.*

secus tamen est, vt subest industriæ, quia habet potentiam ad fructificandum, & fructuosa dicitur. num. 35. et num. 46.

36 *Pecuniæ vsusfructus datur, atque proinde legari potest, quatenus scilicet subest industriæ.*

37 *Ratio vbi vna viget, idem quoque Ius vigere debet: saltim comprehensiuè, si non extensiuè. num. 38.*

39 *Legis ratio idem, quod lex ipsa operatur.*

40 *Lex est omne id, quod ratione constat.*

41 *Lex non se extendit amplius, quàm ratio ipsa, qua rogata est, patiatur.*

42 *Idem est habere determinationem ex authoritate legis, quàm ex eius ratione.*

43 *Legis anima, ratio est, attendi igitur debet magis ratio, quàm legis materia, & verba.*

44 *Ratio legis comunis lex dicitur ad omnes casus.*

45 *Dictio (aut alias) expenditur.*

47 *Fructus alij naturales, ciuiles, alij, alij vero Industriales.*

48 *Text. in l. qui negotiationem. 59. §. ex duobus. ff. de administr. tutor. perpenditur.*

49 *Vsuræ de Iure diuino, Canonico, ac etiam naturali probibitæ sunt.*

vide rationem num. 56.

vt neque Summus Pontifex super vsurarum perceptione dispensare valeat. num. 50.

51 *Vsura est quicquid accedit sorti ratione mutui.*

52 *Interesse ex mora rectè exigitur, neque vsura dicitur.*

53 *Mora actionem tribuit ad petendos fructus, vel interesse, potissimùm in legatis, & fideicommissis.*

54 *Hæredes, vt commodum percipiant ex dilatione soluendi pia legata, est contra Ius, & Iustitiam.*

55 *Lucrum quis percipere ex re aliena inuito domino nemo potest.*

56 *Mutuatarius efficitur dominus pecuniæ mutuatæ. vnde ex hoc capite vsurarum iniustitia oritur, & iniquitas.*

57 *Legatum taxatiuè factū, rē perempta non debetur.*

58 *Perfectum dicitur, quod ex omnibus suis partibus constat.*

59 *Legatum vnum, atque indiuiduum est, quamuis solutio diuersis temporibus facienda sit, si in opus certum impendenda pecunia erit.*

60 *Legatum demonstratiuè factum censetur, si res, ex qua pecunia accipienda sit, designetur.*

ARGVMENTVM.

Ex quo nàm tempore interesse currat in legatis pijs? Et nùm sanè ex pecunia non soluta interesse aliquod debeatur ratione moræ? Et quid quoad Tribunal Reuerendæ Fabricæ? Vbi declaratio eiusdem expenditur, quoad interesse legatorum, etiam respectu pecuniæ non solutę. Nō abijcienda Responsio.

RESPONSIO XIV.

Deberi interesse pro legato ducatorum 30. mil. in Cappellam construendam rogato, à die mortis Testatoris, stante mora hæredis in soluendo, Iuris esse Responsi.

1 Cùm, quòd peculiare est in legatis pijs, vt interesse à die mortis currat Testatoris; & si quidem regulare sit alijs in legatis profanis, à die moræ interesse deberi; eodem pœnæ modo, ac si vsuræ, & fructus legato ipsi inessent. *tex. est apertus. in auth. de ecclesiast. titul. coll. 9. cap. 9. §. si autem hæres. Tiraq. de pia causa. priuileg. 141. Anton. Faber. lib. 6. tit. 5. C. de vsur. & fructibus legat. defin. 3. Gaspar Anton. Thesaur. Forens. q. 25. num. 1. & 5. lib. 4. Marius Giurba Sicul. decis. 97. num. 17. & seq. Ioan. Griuell. decis. Senatus. Dolani. 149. num. 17. Gratian. Forens. par. 4. cap. 688. num. 19. & par. 3. cap. 579 num. 9. & num. 24. Regens Rouitus. pragmat. 1. de legat. pijs. num. 12. Genuens. in practicabilibus Eccles. q. 129. Sebastianus Medices. opusc. 4. num. 40. tom. 2. operum Ioan. Baptista Thoro in sum. priuilegio piarum causarum priuilegio 101. col. 3. vers. quibus sic stantibus, ad finem vsque, & priuilegio 148. & dixit aliquid priuilegio 47. in fin. ex Broguin. decis. Friuizanen. 26. num. 25. lib 3. & decis. 27. num. 34. ead. par. 3. Pater Sanchez consil. moral. lib. 4. cap. 2. dub. 16. idem Thoro priuil. 264.*

Sicuti

2 Sicuti enim fauore minoris, mora irregularis contrahitur ipso iure, vt interesse debeatur, & vsuræ à die mortis Testatoris. *tex. in l. minorum persona. 3. C. in quibus. causis in integr. restitut non est necess. l. Titia seio. 89. §. vsuras. ff. de legat. 2. Vincent. de Franch. decis. 16. per tot. & decis. 575. et 583. num. 3. Gaill. practicar. obseruat. lib. 2. obseruat. 120. num. 14. Gratian. d. cap. 579. nu. 11 par. 3. Genuens. d. q. 129. num. 1.*

3 Ita quoque fauore Ecclesiæ, quæ minoris Iure vtitur, vt à pari procedant minor, & Ecclesia. *tex. in cap. 1. vbi glos. et in cap. auditis. 3. cum sua glos. de in Integr. restitut. Surd. decis. 25. nu. 17. Gaill. lib 1. obseruat. 30. num. 16. Tiraq. d. priuil. 141. Barbosa in locis communibus argumentor loco. 72. Intrigliol. singul. 98. num. 117. lib. 3. Gratian. par. 2. cap 240. num. 12. et d. cap. 579. num. 9. 11. et 24. Thoro. d priuileg. 101. col. 4. et d. priuil. 264.*

4 Tùm, quòd rei legatæ Dominium in legatarium (Ecclesiam præsertim, & piam causam) ipso Iure transit, Testatore defuncto. *tex. in l. à Titio. 66. ff. de furt. l. 1. §. vtrum autem. ff. si quid in fraud. patron. l. Titio, et Seio. 34 ff. ad leg. Aquil. l. si tibi homo. 88. §. cum seruus. ff. de legat. 1. l. fin. C. de Sacrosanct. Eccles. Mascard. de probat. conclus. 538. num. 7. Pater Molina de Iustit. et iur. de contract. tom. 2. disput. 369. num. 12. Tiraq. priuileg. 107. Giurba. d. decis. 97. num. 20. cum alijs ab eo relatis. Hieron. à Ceuallos. par. 1. q. 79. Ioan. Baptista Thoro in sum priuil. piarum causarum. priuil. 108. col. fin. fol. 46. et d. priuil. 264. Intrigliol. d. sing. 98. nu. 99. Baldaxar Thomas. tract. 10. de pia causa tit. 2. cap. 145. nu. 220 Rota apud Card. Seraphin. decis. 1394. num. 6. Marta de success. legali, tom 2. par. 4. q. 18. art. 4. num. 85. et seq. ad fin. Ioan. de la Cruz. in directior. conscient. par. 1. circa 7. precept. art. 5. circa testamentum. dub. 16. conclus. 5. sub num. 8. Sanchez d. lib. 4. consil. cap. 2. dub. 16. num. 1. et 2. et seq. Nouar. de incert. et malè ablat. priuilegio. 26.*

5 Hæreditate quoque non adhita. *Tiraq priuileg. 33. et tractat. le mort. le viff. par. 7. declarat. 5. num. 7. Cappell. Tholos. q. 89. Couarr. in cap. Raynaldus. §. 3. num. 12. de testament. Surd. d. decis. 25. num. 17. et 18. et de aliment. tit. 8. priuileg. 12. num. 3. cum seq. Grass. §. legatum. q. 69. num. 1. et seq. Pater Molin. de Iustit. et Iur. tom. 1. disput. 195. vers. legata de Iure communi. Ceuallos. d. q. 79. num. 1. et seq. Giurba. d. decis. 97. num. 17. Pater Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum. verbo. legatum. differentia. 8. Cancer. lib. 3. variar. cap. 20. de legat. num. 17. 18. 19. et 20. Cabedo. decis. 109. nu. 3. par. 1. Maisfcott. lib. 2. variarum resolutionum cap.*

6 *96. num. 5.* Vbi ampliat etiam in legato dotis. *Griuell. d. decis. 149. in fin. num. 21. Anton. Gamma decis. Lusit. 248. num. 3.* Licet contrariam ipse sequatur, hâc tamẽ approbat contrà *Gamm. Flores de Mena addens ad decis. prædictam. Thomas. d. tract. 10. tit. 2. cap. 17. num. 24. et cap. 144. num. 216 [illegible] Nouar. d. priuil. 26. num. 3.*

7 Tùm [illegible] aperte id quoque definitum est per decla[illegible]ones Sacræ Congregationis Illustrissimorum Dominorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotijs Tribunalis Fabricæ per S. D. N. præpositorum; *vt est videre apud Quarant. verbo Fabrica Sancti Petri. §. 6. fol.*
„ *249. ibi. Idcircò declaramus, dictos hæredes, seù*
„ *alios grauatos, teneri, et obligatos existere ad fru-*
„ *ctus huiusmodi legatorum persoluendos à die mor-*
„ *tis, quos realiter ex re legata, seù aliàs relicta per-*
„ *ceperunt, aut percipere potuerunt; Si res huiusmo-*
„ *di sui natura, aut alias fructifera sit: hæc ibi.*

8 At certum est, Declarationes huiusmodi, cùm authoritate Summi, & Vniuersalis Ecclesiæ Sanctæ Pontificis, à personis ab ipso Sanctissimo Domino deputatis emanarint, vim legis habere, legemquè in hac re facere, cùm publicatæ sint, & vt seruẽtur datæ. Quẽadmodum legẽ faciunt declarationes eorundem Illustrissimorum DD. Sacri Tridentini Concilij Interpretum, eò quod authoritate Summi Romanæ Ecclesiæ Præsulis fiant. *Zerola. in Praxi Episc. par. 2. verbo. absolutio. §. 1. vers. ad hoc respondendum. Sanchez de matrimonio lib. 8. disput. 2. num. 10. circa fin. Rodriq. quæst. regular. tom. 1. q. 11. art. 2. vbi.* In foro quoque conscientiæ obligare asserit, si authenticæ illæ fuerint. *Garsi. de benefic. in præfat. et par. 1. cap. 5. num. 138. Ioan. à Cochier de permutat. benefic. par. 2. cap 30. col. fin. Homobonus in examin. Ecclesiast. tom. 1. tract. 1. cap. 4. q. 29. in fin. Bonacina dispu. 1. q. 1. punct. 8. num. 4. tom. 2. Pater Diana resolut. moral. par. 1. tract. 10. de legib. resol. 29. in prima sententia, & par. 2. tract. 12. de horis canon. resol. 6. vers. ad re-*

11 *sponsionem. fol. 5.* Et si planè doctrinales resolutiones, hasce declarationes esse alij contenderint. *apud eund. etiam. par. 1. tract. 6. de paupertate religiosa. resol. 32. in fin. vers. restat modo. fol. 141. optimè Fernard. à Castro Palao Theolog. moral. par. 1. tract. 3. disp. 5. punct. 3. §. 1. num. 3. & seq. vbi rem totam enucleat optimè post alios, idem Diana d. resol. 29. vers at his.*

12 Veluti, eò quòd Regiæ Maiestatis nomine ferantur Neapolitani Consilij decisiones, legem illas facere in vniuerso Regno, receptum
„ est. Quòd nihil maius, nihil sanctius Imperiali,
„ siuè Regali sit Maiestate, nec quis tantæ super-
„ biæ fastigio tumidus, vt regalem sensum con-
„ temnat. *vt Imperator loquitur, in l. fin. C. de legibus. sequitur Proauus meus Robertus Maranta in speculo. 6. par. de appellat. num. 252. Afflict. decis. 169. num. 9. in fin. & decis. 190. num. 7. in fin. & decis. 383. num. 8. de Franchis. decis. 81. num. 2. & decis. 90. num. 5. Amendol. ad eund. decis. 454. num. 4.*

13 *vbi.* Cogi (inquit) Iudicem Inferiorem, ita iu-
„ dicare, sicuti idem Sacrum Consilium iudica-
„ uit, eo quòd eius sententia legem faciat. *ita quoque Minadous. decis. 39. num. 8. Caranita. in ritu. 190. num. 6. notabiliter Anton. Gamma decis. Senatus Lusit. 228. quem sequitur Perez de Lara de cappellan. lib. 1. cap. 10. num. 43. Scaccia de sent. & re Iudic. Gloss. 14. q. 24. num. 58.*

14 Præter quàm, quòd item Sacræ Romanæ Rotæ decisiones comunem opinionem faciat; propter eorum, qui in ea iudicant, Auditorum peritiam, & eminentem scientiam, atque cau-

15 ſarum experientiam. Quare ſtylum iudicandi
Romanæ Curiæ, alias inferiores Eccleſias, &
Curias ſequi atque ſeruare oportere, decet,
quòd illa omnium Eccleſiarum Mater ſit, &
16 Magiſtra. ſecundum tex. in cap. fin. de foro compe-
tent. refert Gomeſ ad regul. Cancellar. in prohem. q. 2.
col. 9. & 10. verſ. quare pro iſta parte. mihi. fol. 11.
à tergo. & fol. 12. ſequitur Zerola. in prax. Epiſc.
par. 1. verbo. Rotæ Tribunalia vrbis. & Gratian.
deciſ. 1. Rotæ Marchiæ. num. 25. & Ioſeph Ludouic.
deciſ. Lucenſ. 3. num. 50. Perez de Lara de cappel-
lan. lib. 1. cap. 10. num. 43. & 44. idem Gratian. Fo-
renſ. par. 4 cap. 604. num. 14 & ſeq. Scaccia d. Gloſ.
17 14. q. 24. num. 3. & ſeq. At maiorem vim obti-
nent declarationes hæ in tribunali Reuerẽn-
dæ Fabricæ, apud quem legem facere, & rece-
ptum, & abſolutum eſt, cùm pro lege illæ pu-
blicatæ fuerint, & in illo ſeruẽtur. vt optimè poſt
alios à Caſtro Palao. d. punct. 3. §. 1. à nu. 4. 5. & 6.
18 Quemadmodum etiam aliarum Rotarum
deciſiones, veluti comunes opiniones ſequen-
das, quòd earum maior ſit authoritas in praxi.
ex Imol. in cap. olim. de litis conteſtat. nu. ſequi-
tur Franciſc. Zanett. conſ. 32. num. 3. idem Ludouic.
d. deciſ. 3. num. 50.
19 Præſertim verò, cùm ex iudicandi frequen-
tia, ſtylus inoleuiſſet iam in aliquo Tribunali,
quò ad aliquam cauſam. Sicuti in hac re no-
20 ſtra eſt, in qua in Tribunali Fabricæ ſtylus in-
oleuit, fundatus præſertim in declaratione
prædicta, vt à die mortis fructus debeantur, &
vſuræ; & in facto de quo controuertimur per
duas conformes in Tribunali prædicto iudica-
21 tum fuit. Quæ ſanè, ex Bulla Pij Quinti incip.
Et ſi omnium litium. quam refert quoquè Qua-
ranta dicto. verbo. Fabrica. in fin. fol. 250. rem iu-
dicatam faciunt, & executionem paratam ha-
bent.
Sacrilegij igitur vice æſtimabitur, aduerſus
ſtylũ Tribunalis prædicti, ita ratione fundatũ,
22 quidquã attentare. Cùm alioqui ſtylus Curiæ
rationabiliter inductus, vim legis obtineat. ad
notat. in c. ex litteris. 11. vbi poſt alios Barboſ. n. 3.
& 4. de Conſtitut. & c. fin. de conſuet. tex. in c. pe-
nult. de confirmat. vtili, vel inutili. tex. in cap. quàm
graue. 6. de crimin. falſi. vbi etiam Barboſ. num. 3.
Afflict. deciſ 79. num 4. & deciſ. 253. num. 4. & 5.
Gomeſ. vbi ſupra. in prohem. q 5. in princ. fol. 20. col.
2. & fol. 21. Nauar. conſ. 11. N. familiaris. num. 2.
lib. 1. de temporib. ordinand. Sanchez. de Matrim.
tom. 1. lib. 3. diſputat. 29. num. 17. in fin. Zerola. d.
verbo. Rotæ Tribunalia. Card. conſ. 30. num. 24.
Caſſador. deciſ. 4. num. 5. circa med. de Iure Patro-
nat. Ioan. Azor. Inſtitut. moral. par. 2. lib. 8. cap. 7.
q. 6. verſ. ſi item Roges in fin. Rota par. 1. tom. 1. in
23 recent. deciſ. 393. num. 4. Potiſſimùm, vbi ſtylus
ipſe firmus, ac ſtabilis; non ſanè varius, eſſet.
idem Caſſador. deciſ. 9. num. 16. in fin. & num. 17.
24 de cauſa poſſeſ. & propriet. Etiam contra Iuris
communis diſpoſitionem. vt pluries deciſum
fuiſſe refert. Gratian Forenſ. par. 1. cap. 191. num. 2.
& num. 15. & 16. Rota apud SS. Ludouiſ. Gregor.
XV. deciſ. 126. num. 2. Gamma. deciſ. 16. num. 7.
Caluaccan. par. 2. deciſ. 16. num. 29.
Et eſt præterea admodum rationi conſen-
taneus ſtylus hic in Tribunali Fabricæ indu-
25 ctus, præter ſuprà allatas declarationes. Quo-
niam donec interim demandatum per Teſta-
torem pium opus perficiatur (ſiuè Cappellæ
ſit conſtructio, ſiuè Hoſpitalis, ſiuè Eccleſiæ
ſiuè etiam Monaſterij) ſunt in mala fide hære-
des, fructus ex ipſa re legata percipientes.
Vnde ad reſtitutionem tenentur, & eorũ, quos
perceperunt, vel quos percipere potuerunt.
ad tex. in cap. grauis. 11. cum ibi notat. de reſtit.
ſpoliat. facit optimè tex. in d. l. à Titio. 66. ff. de fur-
26 tis. Tùm etiam, quòd minus ſoluere hæredes
videntur, quàm legatum ſit; vt ex hoc vno, ad
vſuras, & intereſſe ſoluendum adigi poſſint ex
27 mora. Quòd minus vtique ſoluere videatur,
qui tardè ſoluit. ſecundum Pauli ſenſum, in l. ſoli
dum. 85. ff. de ſolution. Et verba Vulpian. in l. ſi, cui
ex empto. 12. §. fin. ff. de verbor. ſignific. Grauell. d.
deciſ. 149. num. 18. Perez. de Lara. de anniuerſ par.
1. cap. 18. num. 7. Frater Petrus Bell'occhio de caſi-
bus reſeruat par. 2. q. 1. num 394.
28 Nequè deceat ex ſua fraude, & dolo, vt co-
modum referant Hæredes; dum legatorum
ſolutionem differentes, ex legata re interim ſi-
uè etiam pecunia, fructus percipere ſtudent,
contrà quod æquitas, ac naturalis ipſa ſuadet
ratio. ad tex. in cap. officii. 14. §. fin. de teſtament. l.
ne ex dolo. 13. cum l. ſeq. ff. de dolo malo. faciunt no-
tata per Gratian. Forenſ. par. 4. cap. 688. num. 10. &
22. Barboſ. aſſiom. 76 num. 5.
29 Quamobrem, iurè, nec temerè, Infideles re-
putantur, ſacrilegioque notantur, quaſi egen-
tium necatores; nec credentes iudicium Dei;
„ Quia & fideles de corpore recedentes voto-
„ rum plenitudine, & pauperes conſolatu ali-
„ moniæ, & neceſſaria ſuſtentatione fraudantur,
vt Patres loquuntur in Concilio Varenſi coacti.
30 can qui oblationes. 10. 13. q. 2. Vnde mortali ma-
cula inquinati. (arg. tex. in can. nemo. 11. q. 3.) Ec-
cleſiaſticæ non immeritò ſubijciuntur acri-
moniæ per excommunicationem. can. qui obla-
tiones. 9. 13. q. 2 vbi Turrecremat. Ioan. Baptiſta
Corrad. reſponſ. caſ. conſc. par. 2. caſ. 278. & plenius
Lelius Zecchius de caſib. Epiſcopo reſer. caſu. 6.
verſ 2. aduertendum. fol. mihi. 155. Porretta in ad-
dit. ad Beatum Albertum Magnum in cõpend. Theo-
logicæ veritat. lib. 7. cap 4. Bellocchio. d. q. 1. num.
395. & 396. & alibi nos etiam. Ioan. Baptiſta Tho-
ro d. priuil. 148.
31 Quæ ſanè ratio æquè in fructibus viget, qui
in ipſa re legata ſunt, atque in vſuris, & inte-
reſſe pecuniarum, quæ extrinſeca ſunt eiſdem.
32 Potiſſimùm, cùm pecunia in annuorum cen-
ſuum emptionem inueſtiri potuerit, ſecundum
doctrinam Caſtrenſ. in l. diuortio. 8. nu. 6. in fin. verſ.
ſed ſi peteret. ff. ſolut. matrim. quem ſequitur Ro-
land. conſ. 35. num. 5. & num. 15. & Surd. deciſ. 262.
nu. 1. Maſcard. concluſ. 934. num 24 tom... Gratian.
d. cap 688. num. 22. Marius Giurba ...72. nu. 16.
19. & 20. atque optimè ad rem perp... longè poſt
hæc ſcripta viſus. D. Franciſcus del Caſtillo par. 1.
deciſ.

decis.29.num.4. et 5. et decis.61. num.23. Seaccia de commerciis §. 1. quast. 7. par. 1. num. 69. Et omnimodo interesse, fructus quoque nomine comprehendatur. *secundum glos. in l. loci corpus.4.§.in Confessoria. verbo, non prohiberi. ff. si seruitus vindicetur. optimè Vincent. de Franch. decis.642.num.7.& seq.ad fin.Card.Tusc. tom.4.littera.l.conclus.296 num 10.& 12. Barbosa de appellat.verbor.signific.appellat.120.num.12.Thoro. d.priuil.101.col.5.*

34 Licet enim pecunia ex se ipsa, & secundum esse suum principale, nullos pariat fructus; quòd inuenta porrò sit ad commutationes faciendas *secundum S.Thom.2.2.q.88. art.1. in resp. ad fin.eam eiiciens Dominus. 10. ‡. dicit aliquis. 88.dist.vbi Archid.Molin.de contract. disput. 336. num.3.Rota in recent.par.2.tom.1.decis.72.num.5.*

35 *in fin.l.1.ff.de contrahenda empt.* Vt subest tamen industriæ, atque potentiam ad fructificandum, habet, fœcunda dicitur, atq; fructuosa est. *secundum Caietan.2.2.q.78.art.2.in respons. ad primum circa secundam regulam. & vers. initium autem inuestigandæ. & art.1. in respons. ad sextum quem sequitur Frater Ludouic.à Beia in respons. cas.conscient.par.3 cas.29. in princ vers.notandum secundo fol mihi.356.& 357.& est etiam doctrina Petri Nauar.lib.3.de restitut.cap.2 num.452.& 453.quem sequitur Lessius. de iust. & iur. lib.2.c. 25.dub.2.num.14.in fin.& antè eos docuit. Abb.in*
,, *cap per vestras. 7. per illum tex. in fin. ibi:* Vt de
,, *parte honesti lucri de donat.inter vir.& vxor.n.6.* vbi hoc modo acceptam perpendens pecu-
,, niam; notandum dicit, quòd per ministerium
,, alterius potest perueniri ad honestum lucrum pecuniæ. Quod probare etiam videtur optimè,ac perbellè. *tex.in l.qui negotiationem. 59.§. 1.ff.de administrat. tutor.* vbi sequentibus Sce-
,, uola loquitur verbis: *Quod si pecunia mansisset*
,, *in rationibus pupilli, præstandum, quod bona fide*
,, *percepisset, aut percipere potuisset, si fœnori dare, cùm potuisset, neglexisset, hæc ibi.* Et faciunt non ineptè. *tex.in l.2. & tex. in l.hoc senatus consulto. 5.cum.§ seq.ff.de vsufruct. earum rerum, quæ vsu consumuntur.*

36 Quatenus disponunt, pecuniæ vsumfructum dari, atquè legari iurè posse, *l.2. ff.de vsufruct. eorum rerum, quæ vsu consumuntur. Et aduertit etiam Petr.Nauar.d.num.453 Scaccia.d.Gloss.14. de sent.& re iudic.q.23.nu.53.meus Maranta consil. 60. nu.10.* Patet igitur, quatenus industriæ subest pecunia, fœcundam illam esse, & potentiam ad fructificandum habere. Ex hoc itaque, interesse saltim, vertetur legatarij, apud quem legatæ rei dominium, morte secuta Testatoris translatum fuit, *(vt diximus).* Et potuit ei pecunia fructum parere, industriæ illam subijciendo, vel annuos census emendo. Quam sententiam tuetur longè post hæc scripta visus *idem Doctissimus Scaccia de Commercijs.§.1.q.7. par.1.num.69. & d.q.23. Gloss.14. de sent. & re Iudic. nu. 50.* vnde lætatus sum hanc nostram sententiam à tanto etiā probati viro perspiciens.

37 Quò circa, cùm eadem hic vigeat ratio in pecunia; quæ in alijs rebus fructiferis vigere potest, idem quoquè Ius in vtrisque vigere debebit. *ad tex.cum ibi notat.in l.illud. 32. vbi glos.*

38 *verbo.æstimari. ff. ad leg. Aquil.* Et si fortassis non extensiuè; at saltim comprehensiuè. *ad*
,, *tex.in l.his solis.7.§.cæterum.ibi:de cæteris autem,*
,, *quæ portentosæ vtilitatis, abiectæque pudicitiæ*
,, *sunt satis etiam tacitè cautum putamus. C.de reuo-*
,, *cand.donat Gonzal.ad regul.8. Cancell. §.7. prohem.num.105. Surd. decis.276. num.8 plenè Illustrissimus Card.Tusc.tom.6. littera R. conclus.31. & conclus.32.à num.8.& seq. Barbosa axiom.197. num.3.4.et 5. et 7.*

39 Idem quippè legis ratio operatur, quòd lex
40 ipsa. Cùm lex sit omne id, quod ratione constat, *can. consuetudo. dist.1.* legemque ratio commendat; ipsaque sola est, quæ dominatur, & præualet. *vt Andræas loquitur in prælud. feudor.*
41 *num.25. et ibid. q.6. num. 48.* Nequè in plus se extendere lex possit, quàm ratio se protendat, quam legis Conditor ad eam probandam, attulit. *vt inquit Pater Aegidius de ConinK. de Sacrament. et cens. tom.2. disput.13. dub. 13. conclus.9. num.127.*

42 Idemque sit, habere determinationem ex authoritate legis, vel ex eius ratione. *ad tex.*
,, *in cap.tua nos. 11.in fin. ibi: Quod cùm posterius*
,, *iuramentum, ratione, et Lateranen. Concily autho-*
,, *ritate, iuuetur. de iure Iurand. Genuens.in practi-*
43 *cabil.Eccles.q 658. num.2.* Nempè, quòd Anima legis est ratio. *tex. in l. cùm ratio. 7. ff.de bonis damnatorum.* Ratioque ipsa attendi magis debeat, quàm dispositionis materia, & verba. *Crauetta. consil.243.numer.3. Marius Anton. variarum lib.3.resolutione 18. numer.3. in fine.*

44 Ac ratio ipsa legis, dicatur communis lex ad omnes casus. *vt inquit Aymon. consil. 190. num.2.*

Et fouere videntur perpensionem hanc, nec ineptè, verba declarationis prædictæ Sa-
,, cræ Congregationis. ibi: *Si res huiusmodi sui na-*
,, *tura. aut alias fructifera sit.*

45 Dictio enim illa *(aut alias)* quæ (Per alium modum) exponitur *per glos.in l.1.§. proinde, neque amplioris. in verbo. neque aliàs. ff. de acqua quotidiana. et æstiu. et l. qui testamento. 20. §. Mulier. ff. de testament. text. vbi glosa. verbo. vel aliàs. in capitulo. 2. de renunciatione. libro. 6. Rota apud Put. decisione. 170. in finalibus verbis. lib. 3. et par.1. diuersorum decisione.254. numer.2. et decis.791. numer. 6. apud Illustrissimum Manticam decis.316. num.2. Gonzal.ad regula. 8. glos. 18.numer. 51. Barbosa. dict.16. num.8.* Nedum sanè rem ex se, suaque natura fructiferam comprehendet; verùm & illam, quæ alias, alioque modo, quàm naturaliter, fructus parere
46 potest. Huiusmodi autem est pecunia; quæ, & si non naturaliter; accidentaliter tamen, & vt subest industriæ, fœcunda est, atque ad fructus pariendos potentiam habet, vt paulò superiùs ex Caiet. & alijs diximus. Et probat non inconcinnè Distinctio illa Gloss.

in l.et ex diuerso.36.vbi Bar.et alÿ ff.de rè iudicat.
quam sequuntur Canonistæ in d.cap. grauis. 11.vbi
Abb.num.3. de restitut. spoliator. Couar. lib.1.va-
47 riar.resolut.cap.3.num.6. Nempè, quòd fructus,
alij Naturales, alij Ciuiles, alij verò industria-
les sint: vt sufficiat, si vno ex his modis res fru-
ctus pariat, vel parere possit, vt fructifera dici
valeat. Quod suadetur etiam ex tex. in §.si au-
tem hæres.in auth de Eccles. tit. Dum vtrumque
ibi perpendit, & fructus scilicet, & vsuras.
,, Si autem distulerint, inquiens, qui in hoc onerati
,, sunt, huiusmodi præbere legatum, et fructus, et vsu-
,, ræ, et omne legitimum exigatur augumentum, à tē-
,, pore mortis eius, qui hoc reliquit. hæc tex.

Nam fructus ad res alias referri; vsuras ve-
rò ad pecunias; post Petrum de Bella pertic.in l.
2.C.de vsur.et fructib legat.per illummet tex.in fin.
ibi. Et vsuras, et fructus. sequitur Vincent.de Frāch.
48 d decis.583.num.4.et facit tex in l.qui negotiatio-
nem.59.§.ex duobus.ff.de administrat. Tutor.dum
sequentibus Sceuola verbis loquitur: Respondi: Si
,, eam pecuniam in se vertisset, omnium pecuniarum
,, vsuras præstandas. et tex. in d.can. eijciens Domi
nus.§.dicit aliquis.dum pecuniam ad emendum
tantùm dispositam, dicit; explicando deindè,
de qua pecunia dictū exaudiatur. sequitur. Ex
pecunia reposita (inquiens) nullum fructum capis.
Vt secus propterea esse debeat in pecunia in-
dustriæ supposita (vt diximus). Nam ita, po-
tentiam saltim habet ad fructificandum. Quæ
sanè perpensio abijcienda haud minimè in hac
re mihi videtur. et facit glos.in l.1.verbo.actione.
C.de condit.indebit. dùm vsuram, fructum acci-
dentalem appellat, ad distinctionem fructuum
naturalium.

49 Neq; ad rem pertinet, si obtunderis, id Iure
Ciuili admitti, quo permissæ videntur vsuræ; at
secus iure Diuino, & Canonico, ac etiam na-
turali.cap.super eo.4.et cap.consuluit 10. de vsur.
can.plerique 14.q.3.S.Thom. 1.2. q.99.art.5.plenè
Couarr.lib.3.variar.resolut.cap.1.nu.5. et seq.Less.
de Iustit.lib.2.cap.20.dub.4. num.24. & seq.

50 Vt neque per Summum Pontificem super
vsurarum perceptione, dispensari possit. Ias.in
l.cunctos populos. num. 32. vers.2. quæro numquid
Papa.C.de Summa Trinit. & fide Catholic. Couar.
d.cap.1.num.8.Rota par.4. diuers. collecta per Fa-
rinae.decis.307. in Romana Societatis coram Cotta
num.3. Quòd illa etiam naturali Iurè aduerse-
tur. vt optimè idem Scaccia de Commercijs. d.§.1.
q.1.num.401.& 403.& 404.& seq. Responde-
tur enim esse id quidem absolutum. Verùm
quando vltra sortem aliquid exigitur ex pecu-
51 nia, ratione mutui. Vsura nempè est quodcun-
que accedit sorti ratione mutui.d.can.plerique.
& can.vsura.14.q.3.Clar.§.vsura.n.1.vbi.Baiard.
Couar. d.cap.1. num.1.et 2. lib.3. variar. resolut.
Ambrosin.decis.4 num.6.par.1.Tolet.lib.5.cap.28.
num.1.Nauar.in comment.de vsur super can. si fœ-
neraueris.14.q.3.num.6.in 5.notab. et in man.c.17.
num 206.Lessius d.cap.20.dub.3. num.18. Rota in
recent. par.2. d. decis.72 sub num.1. Illustrissimus
Tusc tom.8.vsura est.conclus.337.Petrus.Binsfeld.
in Enchyrid.Theolog. Pastoralis.par.3.cap.21.§.3.
fol.mihi.395.Scaccia post alios d.§.1. q.1. nu.399.

52 At secus, si ratione interesse ex mora, exigatur.
ad tex.in cap.conquestus.8. de vsur. et in l.curabit.
5.C.de action.empti.Bar.in d.l.cunctos populos.nu.
8.C.de Summa Triuit.et Fide.Catholic.Couar.d.cap.
1.num.2.vers.hinc Iustissime. Roland.d.cons.35.nu.
1. et seq. Maranta. cons. 60. num.10. Illustrissimus
Card.Tusc. tom. 4. verbo. fructuum appellatione.
conclus.484.in fin.num.48 Giurba. d.decis.72.num.
16.& seq.ac præsertim. num.20. Loquens de in-
teresse recompensatiuo, ratione damni emer-
gentis, vel lucri cessantis ex mora. Tusc.d.con-
clus.337.num.76.Petrus.Binsfeld d.§.3.super ver-
bo definitionis.vi, aut causa mutui.fol.397. Ex mo-
ra enim oritur actio ad petendos fructos, vel
interesse rei; præsertim in legatis, & fideicom-
missis.secundum gloss.magnam.in 2.casu.in l.mora.
32.ff.de vsuris.sequitur Surd.cons. 101.num.15.&
16. vol.1.plenè Scaccia de commerc. d.§.1.q.7.
par.2. ampliat. 8.num.1. & seq.

54 Ast iuri, iustitiæque aduersatur, vt ex dila-
tione solutionis commodum percipiant hære-
des ex pecunia, quam apud se retinent. Præser-
tim, quòd, vt in superioribus diximus, rei lega-
tæ Dominium statim, morte secuta Testatoris,
in legatarium (Ecclesiam potissimùm, vel piam
55 causam) transfertur. Et inuito Domino, lucrū
quis percipere ex re aliena haud potest. Quam
rationem perpendit optimè Couar. d.cap.1.nu.
5.lib.3.variar.

56 Dum indè præsertim vsuras prohibitas esse
dicit ex mutuò, quòd mutuatæ pecuniæ Do-
minium in mutuatarium transfertur ipso iu-
re; vt contrà naturæ Ius sit, si ex re non sua cō-
modum percipiat mutuans. Illustrissimus Tusc.
tom.8.d.conclus.337 num.15.& num.69. Binsfeld.
d.cap.21.§.2.fol.394.Scaccia.d.§.1.q.1.num.403.

Nequè ad rem pro Aduersarijs facere vide-
batur, quod ipsi obijciebant: Reliquisse Testa-
torem intra quinquiennium Cappellam con-
struendam; & ex pecunijs ex monte erigendo
percipiendis; vt monte non adhuc erecto, ne-
dùm interesse petitum debeatur, quòd mora
nulla intercesserit; Verùm & in dubium quoq;
57 reuocetur, nec temerè, an legatum ipsum pe-
ti possit, cùm taxatiuè, & determinatè ex mō-
tis prædicti fructibus esset pecunia extrahen-
da.ad tex.cum ibi notat.in l.cùm certus numerus.5.
cum glos.ff.de tritico, vino, vel oleo legato. glos.in
l hactenus. 8.in verbo. ab eo.in fine. ff.de vsufruct.
& faciunt latè perpensa per Gratian. Forens.par.2.
cap.400.

Præter quàm quòd enim Testator intra
quinquennium Cappellam ipsam perfici man-
58 dauit. Vt perfectum exaudiatur, quod omni-
bus suis partibus constat. l.1. & 2.ff.de origin.
Iuris. Neque enim perfectum dici potest, in
quo aliquid adhuc desiderandum, superest. l.pe-
nult.C.de his quib.vt indign.Gonzal.ad 8.reg.Can-
cellar.gloss.63.num.31.Rota par.2.tom.2. in recent.
decis.725. num.7. in fin. sequitur Barbos. axiomat.
12.num.11. Vt nihil proinde concessum videa-
tur

tur hæredi per Testatorem ad excusandam legati solutionem, cùm intra quinquennium ipsum, perfecta debuerit esse Cappellæ constructio. *Marta. votq. 29. num 3. & 4.*

Nihilominus, non plura, sed vnum rogauit legatum ducatorum 30. mil. in Cappellã construendam; & si impendi, ac solui mandauerit intra quinquennium integram summam; sex mille in annos singulos impendendo in opus constructionis Cappellæ; vt comodiùs id esset hæredibus, opusque aptiùs construeretur, non vero, quòd omnino aliàs, non fieret opus destinatum.

59 Quò fit, vt indiuiduum, atq; vnum legatum ipsum sit; quemadmodum vnum, atq; indiuiduum est opus constructionis Cappellæ demandatum. *ex tex. in l. eadem 4. §. cato. ff. de verbor. obligat.* Profectò, quòd omnium annorum vnum est legatum. Voluit tamen prospectum hæredibus esse Testator, ne vrgerentur ad solutionem. *secundum Vulpiani sensum in l. nec semel. 12. §. sed & si quot annis. & in l. si eum præfinitione. 20. §. si verò non pro alimentis. & l. firmio Heliodoro. 26. §. Pater annua. ff. quando dies legati cedat. Sempronius Ascia. de terminat. 110. num. 4. Ioan. Griuell. Senatus Dolani. decis. 55. num. 20. Iacob. Cancer. variar. lib. 3. cap. 20 de legat. num. 36. Cæsar. Bartius. decis. Bononien. 79. num. 13. & decis. 80. num. 13.*

60 Neque mons, ex quo pecuniæ extrahendæ erant, taxatiuè, siuè conditionaliter designatus „ fuit; sed demonstratiuè. Cùm omnino Cappel„ lam construendam mandauerit Testator; & si „ demonstrare voluerit, vnde hæredibus 30. mil. „ finè incomodo rei familiaris contrahenda fo„ rent; magis, quàm conditionem inijcere. *secun„ dum Iuliani verba, in l. quidam testamento, 99 ff. de legat. 1. & Pauli, in l. Paulo Callinico. 27. §. fin. in fin. ff. de legat. 3. & in l Lutius Titius. 12. & l. mela. 14. in princ. ff. de aliment. & cibar. legat. Rota. decis. 2. num. 1. & 8. cum seq. de testament. in antiquis. Feliu. cap. super litteris. 20. num. 4. de rescriptis. & Abb. ibid. num. 6. Paris. cons. 4. num. 36. vol. 4. Rota par. 1. diuersor. decis. 442. num. 3. & decis. 684. nu. 4. & apud Illustrissimum Card. Mantic. decis. 273. nu. 3. Gigans dè pensionib. q. 62. num. 19. & ibid. Alexand. de neuo. in consil. suo. plenè Ioan. Garsias de expens. & meliorat. cap. 4. num 34. & seq. Camill. de Curte in diuers. Iur. feud. par. 1. fol. 26. num. 39. 40. & 41. Gratian Forens. par. 2. cap. 288. num. 37. & par. 4. cap. 657. num. 31. & 32 Griuellius. d. decis. 55. num. 21. & 22. Vincent. de Franchis. decis. 721. num. 2 Regens Rouitus. Dominus meus. decis. 67. ac præsertim num. 22. & dictum fuit in Romana computorum. 10. Aprilis. 1630. coram Merlino. vt etiam refert. Barbos. nouissimè de Iure Ecclesiast. lib. 3. cap. 27. num 83.* Nihil igitur pro hæredibus, huiusce modi proficiet exceptio; quin in mora legati prædicti soluendi, dici valeant; atque ad interesse proinde teneantur à die mortis testatoris, iuxta Fabricæ Sancti Petri facultates, & priuileggia. Neque vrgent, quæ *ex Gratian. d. cap. 400.* retricant.

Quia nimirum ad casum hunc nostrum non adaptantur: hic enim de legato agitur cappellæ construendæ, ibi verò de simplici pecuniæ legato. Vt non rectæ ab vno ad aliud fiat illatio. *ad tex. in l. Papinianus exuli. 21. ff. de minorib.*

Et ita ex his respondendum censui sub censura, &c.

Ego CAROLVS MARANTA V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus, &c.

Pro Fabrica sententiæ fuere, tàm in prima, quàm in secunda instantia. Et si postmodum iterum in disceptationem negotium deductũ fuerit; & denique, transactione diremptum, vt infra responsione nostra 20. latiùs adnotauimus. Exantlatos interim labores silentio præterire nolui. Proficient enim, si æqui, bonique consulantur.

SVMMARIVM.

1 *Legatum ad vitam factum, cùm contemplata in eo legatarij persona videatur, in comodum, & vtilitatem legatarij magis, quàm oneris ininncti causa rogatum censetur.*

2 *Legati causa, tunc finalis æstimatur, cùm cessante causa, & titulus deficit legati.*

3 *vel cùm causa legandi ipsi coheret legato. num. 3.*

4 *Causa coherere legato dicitur, cuius ea cessante, legatum quoque cessat.*

5 *Causa finalis dicitur, quæ primariò testatore mouit.*

6 *Causa dicitur aliquod præteritum, vel instans, quo impellimur ad aliquod faciendum.*

7 *Causæ de ratione est effectus, siue efficacia.*

8 *Causa in actu dici haud potest, nisi aliquod efficiat.*

9 *Causa non nisi effectum causat. à qua ille dependet.*

10 *Causa sublata, effectus quoque submouetur, à qua dependet.*

11 *præsertim vbi causa finalis fuerit. num. 11.*

12 *Legatum non deficit, si causa deficiat, vbi illa finalis non fuerit.*

13 *Causa principalis, quæ dicatur.*

14 *Legatum in dubio, legatarij fauore rogatum præsumitur.*

15 *Legatarij persona dumtaxat in legato contemplata præsumitur, nisi legati causam aliam testator expresserit.*

16 *Legatum est donatio quædam testamento relicta ab hærede præstanda.*

17 *Donari videtur quod nullo iure cogente cõceditur*

18 *Legatum ob liberalitatem legantis factum censetur, alioquin non erit donatio.*

19 *Legatum ob liberalitatem censetur factum, si præcisè legatarij persona per Testatorem contemplata apparet.*

20 *Coniecturæ locus nullus superest in eo, quod tempore, aut facto finitum est.*

21 *Voluntatis quæstio non admittitur, vbi nulla in verbis est ambiguitas.*

22 *Legatum ex persona legatarij recipit argumentum, vt, quòd sit testatoris confessarius.*

23 *Legatum cuius contemplatione scriptum fuerit, non leue præbet argumentum. legantis affectio.*

24 *Legatum consanguineo factum sanguinis attractu magis,*

magis, quàm alia ex causa rogatum censetur.
sicuti, quod Amico strictioris amicitiæ vinculo astricto. num. 25.
26 *Amicitia sanguinis coniunctioni æquatur.*
27 *Legatum eius fauore scriptum videtur, cuius est præcisè contemplata persona.*
28 *Contemplatione cuius, quod factum est, eius in personam directè collatum videtur.*
29 *Illud dicitur in fauorem ordinari alicuius, quod in eius fauorem principaliter fit, non secundariò.*
30 *Quod principaliter intenditur est attendendum.*
31 *Causa cuius detur, inspiciendum, non videtur.*
32 *Legatum Monacho factum sub nomine monasterij, monasterio quæritur, quamuis interim decedat monachus.*
33 *Legatum filio factum sub patris commemoratione, & patria potestatis, patri quæritur, non filio.*
34 *Cibaria serui Titii relicta, Domini, non serui eorum legatum est.*
35 *Sacerdoti legatum prò Missis celebràdis relictum, Sacerdoti quæritur, non Ecclesiæ quia omnino in Ecclesia Sacerdotem operari oportet, nec ex eo portio pro Episcopo detrahitur.*
36 *Legatum confessario factum pium æstimatur, adeo, vt aliis etiam piis legatis anteferatur, atque creditoribus chyrographariis.*
37 *Legatum ad vitam legatarii, etiam cum onere factum missarum, magis personæ contemplatione, quàm iniuncti oneris causa relictum censetur.*
38 *Pronomen (suus sua suum) personalitatem denotat. Dominiumque, erga personam, atque peculiarem affectionem signat, possessionemque in eam denotat. num. 39.*
Dispositumque comprimit in eam personam, atque stringit tantùm, vt de alia exaudiri non possit. num. 40.
41 *Qualitas nominis determinans verbum, dispositionem quoque ad qualitatem illam astringit.*
42 *Dictio, (pro quibus) modum non conditionem importat.*
43 *Legatum sub modo factum censetur, non sub conditione si priùs emolumentum capiatur, quàm oneri satisfiat.*
44 *Modo non impleto legato adiecto, potissimùm si casu id eueniat, non ob id legatum deficit.*
siue per casum contingentem in personam legatarij id eueniat, siue in alterius personam. num 45.
potissimùm si modus impulsiuam, non sanè finalem ad relinquendum causam præstiterit. nu. 46.
47 *Non imputatur si per implere debentem non stet, quin defuncti pareatur voluntati.*
vel si legatum legatarii fauore scriptum apparet. num. 50.
48 *Conditioni defectum non videtur; si pareri conditioni non posit.*
49 *Voluntas testatoris impleri quidem debet, si potest.*

ARGVMENTVM.

Legatum annuum ad vitam factum Sacerdotis pro Sacris faciendis, si interim lumine captus sit Sacerdos, vt sacris operari non possit, an debeatur? Cùm in culpa non sit, quin iniuncto satisfaciat oneri?

RESPONSIO XV.

Quod in hæc verba Isabella Barilis supremis suis tabulis R. D. Gaspari Thelesio legatum reliquit.
„ *Item essa Testatrice lascia, che durante la vita del detto R. D. Gaspa-*
„ *ro suo Confessore li siano pagati annui ducati cin-*
„ *que per li quali sia obligato celebrare vna Messa la*
„ *settimana, & si voglia ricordare di pregare Dio*
„ *per l'Anima d'essa Testatrice.*

Haud obsistente, quòd ipse lumine cassus oculorum sacris operari non possit; Deberi nihilominus, & si sanè reluctantibus Isabellæ hæredibus, Iuris esse respondi.

1 Profectò, quòd legatum hoc in vtilitatem, & commodum rogatum fuisse videtur legatarij magis, quàm oneris iniuncti ergò. Præcisè enim legatarij persona contemplata fuit, eiusque vita perpensa. Cùm ad vitam ipsius dumtaxat legatum soluendum, scriptum fuerit, non vltrà. Vt hæc legandi causa, ne dum impulsiua,
2 verùm & finalis dignoscatur. Tunc porrò legati causa finalis æstimatur, cùm cessante causa, & titulus etiam deficit legati. *Bald. in l. 1. nu. 12. vers quarto quando cognoscitur. C. de falsa causa adiecta legato. Decius in cap. cùm cessante. 46. num. 14. de appellat. Tiraq. tractat. cessante causa. limit. 1. num. 34. Illustrissimus Card. Mant. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 6 tit. 14. num. 14. Cæsar. Bartius. decis. Bononien. 79. num. 4. & 5. & nu. 42. Marta de success. legali tom. 2. par. 4. q. 11. art. 2. num. 17. & seq.*
3 Vel etiam cùm causa legandi ipsi cohæret legato. *est tex. in l. cùm tale. 71. §. falsam causam. ff. de condit. & demonstrat. Bar. in l. demonstratio. 17. §. quòd autem ff. eod. Ioan. Cephal. cons. 633. nu. 17. vol. 5. idem Mantica. d. tit. 14. num. 15. & de tacit. & ambiguis. tom. 1. lib. 3. tit. 12. num 27. Iacob. Thoming. decis. Lipsiens 20. num. 48. Card. Tuscus. tom. 1. littera. C. conclus 141. num. 7. & 9. Bartius. d. decis. 79. num. 36. & num. 47. Marta de success. legali tom. 2. par. 4. q. 4. art. 1. num. 47. & d. q. 11. art. 2. nu. 17. & 19. in fin. & q. 18. art. 11. num. 61. & 62.*
4 Coherere verò dicitur legato causa, cùm ea cessante, legatum quoquè cessat, & extinguitur. *glos. in d. §. falsam causam. verbo. non coheret. d. l. cùm tale. Cephal. d. cons. 633. num. 18. Bar. in l. 1. nu. 4.*

1.num.4.C.de falsa causa adiecta legato. Tuscus.d.
conclus. 141. num.9. Bartius. d. decis.79. num.36.
Marta.d. par.4. q.18. art.11. num.57. & num.61.
& 62.

Quia verò ad vitam dumtaxat D.Gasparis
perdurare legati solutionem, nec vltrà illam
5 progredi, mandauit Testatrix. Vitam vtiquè
illius, causam legato dedisse, existimãdum erit;
eamque finalem, non Impulsiuam fuisse; quòd
primariò Testatricem mouit, non relicturam
aliàs *tex.in l.si pater tuus. 4.C.de Hæredib.Insti-*
tuend.Barbos.in l. 1.par.1.num.85.ff solut. Matrim.
Mantic. d.tit. 14. num.17. Pater Sanchez in opere
morali lib.4.cap.2.num. 38.& 42. Bartius. d.decis.
79. num.42.
6 Causa nempè, *secundum quod Bar.loquitur in*
d.l.demonstratio. 17.§.quod autem.num.2.vers.cau-
„ *sa est.* dicitur; aliquod præteritum, vel instans,
quo impellimur ad aliquid disponendum. *se-*
quitur Franciscus.Monald cons.18.num.2.lib.1. &
cons.109.num.7.lib 2.Mantic.de tacit. d.l.b 3.tit.
12.num.3.Card.Tuscus.d.tom.1. littera C. conclus.
134.num.1.& 12. cum seq. & dicta conclus.141.
num.7.& seq.post meum Marant.in speculo. par.2.
à num.17.cum seq. post Cardin. in clement. dudum.
§.ab olim.col.2. de sepultur.
7 At qui de ratione causæ est effectus, siuè ef-
8 ficacia. Nisi enim aliquid efficiat, causa in actu
dici minimè potest. *vt loquitur Caiet.in 1.S.Tho.*
q.2.art.3.in corpor.vers.ad hoc breuiter.& est tex.
in l.hæc stipulatio.14. §.diuus.ff.vt legatorum no-
9 *mine caueatur.* Quid enim causaret causa, nisi
effectum suum, à qua ille dependet? *arg.tex.in l.*
10 *non cogendum.45.§.fin.ff.de procurator.* Hinc est,
quòd sublata causa, effectus quoquè submotus
videtur, à qua pendet, *vt dicitur in lib.de causis.*
& est tex.in cap.& si Christus. 26. circa fin. vbi
glos.verbo.cessante.& verbo.cessat. de Iure iurand.
d.cap.cùm cessante.60 de appellat.cap. magnæ. 7 de
voto.l.generaliter.41.C.de Episcop.& cleric.l.Tu-
tores.40.§.curatores adolescentis.ff.de administrat.
tutor.S.Thom.d.q.2.art.3.in corpor. in secunda via.
Tiraq.late.d.tract.cessante causa.
11 Præsertim verò vbi causa finalis fuerit. *glos.*
d.cap.& si Christus.verbo.cessat. Euerard.in loco à
cessante ratione.nu.4. Pater Sanchez in opere mo-
rali.tom.1.lib.4.cap.2.num.4. Card. Tuscus d.tom.
1. littera C. conclus.137.num.14. Barbosa axiom.
40.num.4.& 5. Bartius plurib. d.decis.79. num.4.
cum seq. ac per tot.

Cùm igitur, defecta vita D.Gasparis legata-
rij, desinat legatum. Vitam vtique ipsius, quæ
primariò contemplata fuit per Testatricem,
legandi causam dedisse, necessaria consecutio-
ne, qui sapit omnis, vltrò concedet. Alioquin
non deficeret legatum, si aliud quidpiam eidē
causam præbuisset. *ad tex in l.1.§.origo verò.vbi*
glos.verbo.causam.ff.de postulando. glos.d.cap.&
si Christus.verbo.cessat.Barbosa. d.axiomat.40.nu.
6.Tuscus.d.tom.1.conclus.137.num.28. & nu.41.
13 Nam causa principalis ea dicitur, qua cessan-
te effectus cessat, & quæ ad faciendum dispo-
nentis determinat animum, non facturi aliàs.

Afflict.decis.127. num 2. Alex. cons 46. visis ac-
curatè.num.7.vol.1.Cephal.cons.429.num.17.lib.3.
Nauar *man.cap 23.num.101. vers tùm quia.Gra-*
*tian.*Forens.*par.1.cap.96 num.41. & 42. Sanchez*
d.cap.4.num.38.& 42.& lib. 3. de matrimonio di-
sput.39.num.14.& lib.8.disput 21.num.8. Manti-
ca de tacitis.d.tit.12.num.20 & seq. lib.3 Bartius.
*d.decis 79.num.42.*Marta.*de success.legali.d.q.11.*
art.2.num.18.
14 Et quidem, si dubio in facto legatarij fauo-
re legatum rogatū præsumitur, *ex Bart.& alijs.*
in l.1.C.de legat.Bald.in l.vltima per illum tex. nu.
6.C.quib.ad libertat.proclamare non licet. Mantica
lib.8.de coniectur.tit.16.num.2.Menoch. cons.146.
num.9.& num.24.lib.2.Surd.de aliment.tit.5. q.6.
15 *num.1.* Eiusque dumtaxat contemplata perso-
na, vbi legati causa alia expressa non fuit. *post*
Bar.*in l.Pater filium.36. §.Tusculanus. in fin.ff.de*
legat.3. Card. Mantic. *d.lib.6.tit.14. num.18.& d.*
lib.8.tit.6. num.23. Rota apud Illustrissimum Sera-
phin decis.1149.num.10.Surd.d.tit.5.q.6.num.7.in
1.limitat. de aliment. Gratian. Forens. *par.4.cap.*
614.num.11.
16 Nec abs re quidem. Quòd legatum, ex Mo-
destini sententia; *in l.legatum. 37. de legat.2.* sit
donatio quædam testamento relicta, ab hære-
„ de præstanda. *vt Imperator addit.*Instit.*de legat.*
„ 1.*& Florentini responso.in l.legatum est.119.de le-*
„ *gat.1.* legatū describatur. Delibatio, siuè deli-
„ bratio hæreditatis, qua Testator, ex eo, quòd
„ vniuersum hæredis, foret, alicui quid collatum
„ velit. *Pater Iacob.de Graffijs.in praxi. quinque ca-*
suum reseruat.lib.2.cap.26.num.7.
17 Donari verò videtur, quòd nullo Iure co-
„ gente, conceditur, *vt Papinian.loquitur in l.do-*
„ *nari.29.ff.de donat.* Et propter nullam aliam
„ causam facit donans, quàm, vt liberalitatem,
& munificentiam exerceat. *secundum Iulian.in*
18 *l.1.ff.eodem.* Cæteroquin si aliam ob cau-
sam legatum æstimaretur factū, quàm ob libe-
ralitatem legantis erga legatarium, non planè
donatio, sed aliud quidpiā iudicaretur esse. *vt*
argumētatur satis ad rem nostram notabiliter Cor-
neus.cons.292.num.8.lib.1.quem sequitur Menoch.
lib.4.præsumpt.110.nu.11.& sequitur Rota *apud*
Ludouis.decis.236.num.3. & 5. Marta *d par.4.q.*
18. art.11. num.62.
19 Multò magis vtiquè asserendum id erit in
casu nostro, in quo apertè, atque præcisè le-
gatarij ipsius persona per Testatricem contē-
plata fuit. *arg.tex.in l.penultima ff.de reb. dub. se-*
„ *cundum Iaboleni sensum: ibi: Placuit primò eum le-*
„ *gatum esse, quem Testator legare sensisset. Et paulò*
„ *post in fin Eum deberi, qui nominatus esset. & facit*
quoquè tex.in l post legatum.5.§.amittere.ff.de ijs,
quæ vt indign.auferuntur, & est glos notab. ct fin.
in cap.fin.in fin. de testament. in 6. quo etiam argu-
menti genere vsus est Ancharan. cons.185. quæstio
videtur.num.1. et num.3.
20 Quia in eo, quod tempore, aut pacto fini-
tum est, nullus est coniecturæ locus. *vt tex.lo-*
quitur in l.continuus. 137. § cum ita.in fin.ff.de
verbor. obligat. sequitur glos.in cap. ad audientiam.

12.ver-

21 „ 12. *verbo. in dubijs. extrà de homicidijs.* Nec vo-
luntatis quæstio admittatur, vbi nulla in ver-
bis est ambiguitas. *secundum Paulum in l. ille aut
ille. 25. de legat. 3.*

22 Accedit præterea ad sententiam hanc no-
stram confirmandam. Quòd esset D. Gaspar de
Testatrice optimè, beneq; commeritus (vt
puta eius Confessarius) vt non vulgariter erga
illum ex hoc vno excita videatur Testatrix, vt
ei legatum hoc daret; quòd sua ei Sacramen-
tali confessione peccata aperiret, & vicissim
pœnitens, prætiosissimo Christi Domini, quasi
agni immaculati sanguine. 1. *Petri. cap.* 1. supra
niuem dealbaretur, *Psal.* 50. à peccatis abso-
luta.

23 Nec enim leue, sed satis aptum, donantis si-
uè legantis affectio, præbet argumentum ad
dignoscendum contemplatione cuius legatũ
scriptum fuerit. *l. donationes in concubinam. 32. §.
species. ff. de donation. arg. tex. in l. si verò non re-
muncrandi. 12. §. Papinianus. in fin ff. mandati. Dec.
cons. 601. num. 4. in fin.* Lopez *in rubrica de dona-
tionib. inter vir. & vxor. §. 45. num. 3. Menoch. d.
cons. 146. num. 10. & de præsumpt. lib. 1. præsumpt.
28. num. 12. & seq. & lib. 3. præsumpt. 26. num. 16.
& lib. 4 præsumpt. 106. num. 26. & præsumpt. 110.
num. 12. Mantic. d lib. 8. tit. 6. num. 18. & 19. & lib.
6. tit. 10 num. 13. & tit. 11. num. 23. & seq. Surd. d.
q. 6. num. 8. & 9. de aliment. Grammatic. decis. 73.
num. 14 Euerard. cons. 115. num. 7. & 8. Bartius. d.
decis. 79 num. 37.*

24 Quemadmodum, quod consanguineo relin-
quitur, sanguinis attractu magis datum vide-
tur, quàm alia ex causa, & ratione. *glos. notab.
et fin. in d. cap. fin. de testam. in 6. Couar. in cap requi-
sisti. 15 num. 1. vers. primum hinc constat. de testa-
ment. Grammat. d. decis. 73. nu. 15. Surd. de aliment.
d tit. 5. q. 6. num. 8. Caroc. decis. 120. num. 10. 11. et
12. Surd. decis. 322. num. 15. et 16. Menoch. d. lib. 4.
præsumpt. 16 num. 1. cum seq. et num 9. et præsumpt.
115. num. 9. Mastrill. decis. 206. num. 3. et seq. par. 3.
Mantic. de coniectur. d. lib. 6. tit. 3. nu. 23. et lib. 12.
tit. vltimo. num. 30. Marta voto. 39 num. 7. Alciat.
de præsumpt. regula 1. præsumpt. 28. et in l. 1. §. San
ctissima. num. 8. C. de Sacr. sanct. Eccles. Rota apud
Card. Caualer. decis 212. num. 6. et decis. 377. nu. 6.
Bartius. dict. decis. 79. num 37. et 38. Pater Iacob. de
Graffijs in praxi. quinque casuum. lib. 2. cap. 26. nu.
35. Ioan. Baptista Thoro in sum. priuil. piarum cau-
sarum. priuil. 160.*

25 Et quod relinquitur Amicitiæ vinculo stri-
ctioris addicto. *ad tex. in l. latæ culpæ. 223. §.
Amicos. vbi glos. ff. de verbor. signif.* Amicitiæ
ipsius intuitu magis legatum videtur, quàm
26 alia ex causa. Quòd Amicitia sanguinis con-
iunctioni æquetur in omnibus. *tex. in l. nemo
„ dubitat. 58. ibi: Qui non est frater, si fraterna chari-
„ tate diligitur. ff. de hæredib. Instituend. vbi glos. fi-
nal. Alciat. d. præsumpt. 28. num. 5. Couar. d. cap. re-
quisisti. num. 7. Surd. d. q. 6. tit. 5. num. 10. et 11. Ca-
rolus de Graffis. de effectib. Amicitiæ. effectu. 32.
num. 124. et seq. Illustrissimus* Mant. *de coniectur.
lib. 8. tit. 6. nu. 18.* Cened. *canonicar. quæstion. q. 17.
num. 5. Ioan. Arnon. in topica. cap. 55. Card. Tuscus.
tom. 1. littera A. conclus. 326. num. 1. et 2. Barbos.
assiom. 26. num. 1.*

27 Quò fit, vt eius fauore legatum scriptum
censeatur, cuius est præcisè contemplata per-
sona. *secundum tex. in d. cap. requisisti. 15. §. illud
autem. vbi* Doctores, *ac præsertim Couar. num. 1. de
testam. Alciat. d. regula 1. præsumpt. 28. Lopez d.
rubrica de donat. §. 44. et 45.* Thoro *d. priuil. 160.
col. 1. Mantica de coniectur. d. lib. 6. tit. 3. num. 24.*

28 Quod enim contemplatione fit alicuius, eius
in personam directè collatum videtur, *vt Bal.
inquit, in l. filio familias. 42. in fin. ff. de condit. et
demonstrat. Regens de Ponte cons. 16. nu. 72. vol. 2.*

29 Illud quippè in fauorem ordinari alicuius di-
citur, quod fit in eius fauorem principaliter,
non secundariò, *vt idem Bald. inquit in l. 1. C. de
legat. num. 5. arg. tex. in l. rogasti me. 11. ff. si cer-
tum petatur. Dec. d. cons. 601. num 4. facit tex. in l. si.
quis, nec causam. 4. vbi plenè Ias. per 16. fundamen-
ta ff. eod. si cert. petat. sequitur* Nauar. *cons. 4 nu. 3.
lib. 3. de iniur. et damno dato.* probans, quod id,
30 quod principaliter intenditur, est attenden-
31 dum. Non enim inspicimus cui detur, sed cu-
ius causa, & contemplatione datur. *vt ex l ser-
uo legato. 72. §. si Testator ff. de legat. 1. sequitur
Sarmiento. de redditib. Ecclesiast cap. 1. num. 16.* Vt
„ omissa interpositi, capientis persona spectetur
*vt Modestinus loquitur in l. cùm dotem. 57. ff. ad
leg. Falcid.* Ibi enim, ne locum sibi faciat lex fal-
cidia, non sanè legatarij, in quem verba diri-
guntur, sed vxoris fideicommissariæ, cui vlti-
matò legatum quæritur, persona attenditur,
*et sequitur Bar et Alex. ibid. l. si Pater. §. quid vos.
vbi Bald. ff. de adoption. Surd. decis. 176. num. 6.
Aymon cons. 91. num. 6. Rota in recent. par. 1. tom. 1.
decis. 391. sub. num. 2. in Romana census. 20. mil-
lium. 24. Februarij. 1612. coram Illustrissimo Bono-
nien. postmodum Sanctissimo D. N. Gregor XV. Lu-
douisio. in impressis apud ipsum decis. 544. num. 4.
Cæsar Bartius decis. 110. num. 17. Rota apud Card.
Caualer. decis. 27. num. 2.*

32 Qua de causa Monacho factum legatum
sub Monasterij memoria, & commemoratio-
ne, Monasterio ipsi quæritur, quoniam eius fa-
uore factum videtur; fac interim satis conces-
serit Monachus. *ex l. filiofamilias. 42. vbi Bald.
et Soccin. num. 4. ff. de condit. et demonstrat. idem de
Ponte d cons. 16. num. 72. et 73. lib. 2.*

33 Et legatum filio factum sub Patris comme-
moratione, Patriæque Potestatis; Patri magis
factum videri, Africanus ait, ac propterea Pa-
34 trem suo nomine legatum petere. Sicuti Ci-
baria Seruis Titij si legentur, Domini esse, non
seruorum legatum *d. l. filio familias. 42. et sequi-
tur Menoch. lib. 3. præsumpt. 28. num. 3. Mantic. d.
lib. 8 tit. 16. num. 5. Ponte d. cons. 16. num. 73. Syl-
uest. verbo. legatum. 2. q. 8.*

35 Nostrisque in terminis, legatum Sacerdoti
relictum pro missis celebrandis, personæ po-
tiùs contemplatione Sacerdotis, quàm Eccle-
siæ scriptum iudicatur, vt nulla ob id ex ipso
portio Episcopo competat; quòd omnino in
Ecclesia

Ecclesia Sacra facere Sacerdotem oporteat. Sacrisque operari, Sacerdoti competat, ratione ordinis, non verò Ecclesiæ. *Petrus de Vbald. de cnnon. Episcop. cap. 7. num. 57. vol. 15. tract. fol. mihi. 265. col. 3. sequitur Rota. apud Illustrissimum Seraphin. d. decis. 1149. num. 10 Gratian. Forens par. 4 cap. 614. num. 11. 12 & 13 Reuerendissimus Ricius Episcopus Vici Equen. decis 210. num. 2. & seq. par. 4. quem etiam sequitur Thoro priuil. 176. & singul. 47. col. 3. circa med.*

Præcisè ergo contemplatione cùm scriptum legatum hoc sit Personæ legatarij: Dum
,, loquitur Testatrix: *Lascio che durante la vita di*
,, *detto Reuerendo D. Gasparo suo Confessore li sia-*
,, *no pagati annui ducati cinque.*

Et vtique quæreretur, estò oneri facere satis non possit; quòd sit lumine captus oculorum.

36 Et sanè, legatum Confessario relictum; ita pium æstimatur, vt ne dum legatis alijs profanis in testamento rogatis præferatur, verùm etiam, & ipsis legatis pijs, in solutione anteponatur, atque creditoribus chyrographarijs.
,, Cùm in honorem Dei, & satisfactionem aliquam pro peccatis factum censeatur. Neque enim minimi facienda hæc causa est, qua ad legandum Confessario mota fuit Testatrix; quòd periclitanti Animæ opem tulerit. Nam
,, merces laboris eximij æstimanda est, quòd
,, contemplatione salutis, certo modo æstimari
,, non placuit. *vt Paulus loquitur in l. si pater. 35. §. fin. ff. de donationib. & tex similis. eod. tit. in l.*
,, *Attilius Regulus. 27 vbi Papinianus, Posse defen-*
,, *di Respondit (magistro donationem factam) non me-*
,, *ram donationem esse; verùm officium magistri quæ-*
,, *dam mercede remuneratum Regulum; Ideoque non*
,, *videri donationem sequentis temporis irritam esse. hæc Papinianus. Et in Senatu Sabaudiæ per doctissimos Iudices perpensum, atquè decisum fuisse, refert doctissimus Anton. Faber lib. 1. tit. 2. C. de Sacrosanct. Eccles. definit. 38. & sequitur nouissimè Ioan. Baptista Thoro in sum. priuileg. piarum caus. priuil. 56. inf. & singul. 2.*

Legatum hoc itaque contemplatione magis factum videtur, quòd esset d. D. Gaspar, Testatricis Confessarius, quàm oneris adiuncti ergò.

37 Cùm, quòd vbi ad vitam legatur legatarij; contemplatione eius magis, quàm oneris adiecti causa legatum scriptum æstimatur. *glos. fin. in l. 1. vbi Bar. & Bald. num. 3. C. de legat. Dec. d. cons. 601. num. 6. & num. 8. Menoch. d. cons. 146. num. 12. & lib. 4. præsumpt. 123. num. 11. Surd. d. q. 6. tit. 5. num. 12. Bartius plenè d. decis. 79.*

38 Tùm, quòd pronomen illud, (suus) *suo Confessore)* personalitatem denotat, & quasi ad oculum personam demonstrat. *secundum Soccin. Iunior. cons. 163. num. 10. & 11. lib. 2. Rota apud Illustrissimum Seraphin. decis. 1337. num. 4. Barbosa. de dictionib. dict. 397. num. 3. Tuscus. tom. 2. littera D. conclus. 260. num. 4.*

39 Atque dominium erga personam illā ostendit, peculiaremque proinde affectionem. *secundum Menoch. lib. 4. præsumpt. 162. num. 29.* Quòd, scilicet possessionem in eam denotet. *ad tex. in l. 2. in §. 1. ff. de religios. & sumptib. funer. Card. Tusc. tom. 5. littera. N. conclus 59. num. 1 Rota in recent par. 2. tom. 1. decis. 90. num. 2. & apud Ludouis. Gregor. XV. decis. 115. num. 6. Anton. Angel. Gratus. de dictionib. dict. 264. Surd. decis. 283. num. 13. Barbosa d. dict. 397. num. 1. & 2.*

40 Eamque ita comprimat, & arctet per dispositionem, vt dispositum ipsum in eam tantùm quadrare faciat, ac sedere, & propter ipsam dumtaxat factum ostendat, neque in aliud quidpiā diuagari permittat. *Bar. in l. si ita esset. 7. nu. 8. & 9. ff. de auro, & argento legato. Gratian. Forens. par. 1. cap. 104. num. 18. & 19. Ceuallos. practicar. quæst. tom. 2. q. 727. num. 2. Barbosa d. dict. 397. num 4.*

41 Qualitas porrò nominis, determinans verbum, limitat quoquè dispositionem ad illam qualitatem, *secundum Bar. in l. ex facto. 49. col. 2. num. 1 ff. de vulgar. sequitur Surd. d. decis. 176. nu. 7. & d. decis. 283. num. 3.*

Cæterùm, adiuuant perpensionem hanc nostram verba illa Testatricis: *(Per li quali sia*
,, *obligato celebrare vna Messa la settimana)* quæ non planè conditionem legato indicunt; sed modum dumtaxat demonstrant, quo se pro legato prædicto gerere deberet legatarius.

42 Quòd profectò dictio illa (pro quibus) *per li quali)* modum; non sanè conditionem indicet, atque inferat. *l. si quis pro redemptione. 36. C. de donationib. l. pro oneribus. 20. C. de Iure dot. Bar. in d. l. quibus diebus. §. Termilius. num. 10. ff. de condit. & demonstrat. Menoch. d. cons. 146. num. 7. & num. 21. Cephal. cons. 429. num. 103. lib. 3. Card. Tuscus tom. 2. litter. D. conclus. 342. num. 5. & nu. 20. Barbos. dict. 287. num. 10. Rota apud Caputaquen. decis. 275. num. 1. par. 2.*

43 Quod inde potissimū deducitur, quòd emolumentum prius quæritur, quàm oneri satisfiat. (Ait nempè Testatrix.) *Lascio, che li siano*
,, *pagati ducati cinque, &c. per li quali sia obligato*
,, *celebrare vna Messa la settimana*, vt ita non sub conditione, sed sub modo scriptum onus videatur. *tex. in l. cùm tale. 71. §. 1. vbi Bart ff. de condit. & demonstrat. idem Bar. d. §. Termilius. nu. 5. cum seq. tex. ex Modestini responso, satis ad rem apertus, in l. Meuia decedens. 44. ff. de manumissis. Testam. Aymon. cons. 59. num. 1. Surd. decis. 156. num. 6. & de aliment. d. tit. 5. q. 3. num. 19. Gomes. variar. resolut. tom. 1. tit. 12. num. 73. Crass. §. legatum. q. 49. circa fin. Rota par. 1. diuers decis. 39. nu. 1. & apud SS. Gregor. XV. Ludouis. decis. 428. num. 10. Cancer. lib. 3. variar. cap. 22. num. 140. Illustrissimus Mantic. de coniectur. lib. 10. tit. 5. num. 15. & 16. Gratian. par. 1. Forens. cap. 136. num. 16. & 17. Phœbus decis. Lusit. 11. num. 14. Gaspar. Anton. Thesaur. quæst. Forens. lib. 3. q. 9. num. 1. & 2. Bartius. d. decis. 79. num. 20.*

44 At qui verò, modo non impleto, legato adiecto; quia casu præsertim, atque fortunā factum est, nè illum implere posset legatarius; non ob id tamen deficit legatum. *l. si fundum per fideicommissum. 94. §. 1. aliàs l. si Titio. 95. vbi*

Bar.

Bar.ff de legat. 1. *d.l.* 1. C.*de legat.* Bar.*in d.l.quibus diebus.§.Termilius . num.*17. *vbi etiam Soccin. num.*12.*&* 13. *Craß.d.§.legatum. q.*58.*Gom.f.d. cap.*12 *tom.*1.*num.*70.*Menoch.d.cons.*146.*num* 22. *Cephal. d.cons*429. *num.*104. *Fab. Anna cons.* 21. *num.* 12. *lib.*1. *Surd. de aliment. tit.*8 *priuileg.*24. *num.*9 *Rota apud Crescent. decis.*16.*num.*2.*de rescript.* vbi extendit id ipsum in conditione. *Aymon.cons.*59 *num.*4.*Gallett.in* Margarita.*verbo.legatum sub modo.sequitur* Nald. *in sum. verbo. legatum.§.*3.*Bartius.d.decis* 79.*num.*26.27. *& seq.*

45 Siuè per casum contingentem in personam legatarij id eueniat; siuè etiam in alterius personam, *vt loquitur* Cyn. *in l.* 1. *num.*6. C.*de Instit. & substit. sequitur* Menoch. *lib.*4. *præsumpt.* 184. *num.* 1.

46 Potissimùm verò, si modus impulsiuam disponenti causam ad legandum dedit, non finalem; relicturus nihilominus, etiam absq; modi adiectione. *Cephal.cons.*633.*num.* 19. *&* 20.*lib.*5. *Aymon.d.cons* 59.*num.*4 *&* 6.*Bartius.vbi supra d. decis* 79.*num* 28.*& seq.& num* 32.

47 ,, Non enim cuiquam imputari debet, si per
,, eum non stetit parere defuncti voluntati. *vt loquitur.tex.in l.pater filium.*36.*§.Tusculanus . ff.de legat.*3. Atque modum implere, quem Testatrix iniunxit. *Imol.in d.l.si fundum.§.Titio. ff.de condit.& demonstrat.ex regula tex.in cap.imputari.*41.*de reg.Iur.in* 6.*vbi* Dyn *tex. cum glos in d.l.* 1.*C.de* Instit.*& subst:t.tex in l.* 1.C.*de his, quæ sub*
48 *modo.Cephal.d.cons.*429 *num* 90. Quòd non vi-
,, detur defectus conditione, si parere conditio-
49 ,, ni non possit. Implenda est enim voluntas, si potest. *secundum verba tex.in l.quę sub conditione.*8.*§.quotiens hęres.ff.de condit.et demonstrat.*

50 Præsertim verò vbi legatarij fauore legatum scriptum apparet. *tex.in l.*Lucius *Titius.*90. *§.quisquis. el primo. ff.de legat.* 2. *Dec. cons.*238. *num.*6.*Ferret.cons.*289.*num.*7. *vbi in legato conditionali loquitur.* Menoch. *lib.*4. *præsumpt.*123. *nu.* 22.*Gomes.d.cap.*12.*num.*73.*Surd. de aliment.d.tit.* 8. *priuileg.*24 *num.*9. *Vasquius illust. controuers. tom.*1. *cap.*93. *nu* 25. *Acacius* Ripollen *in l.Titio centum.*71. *§.Titio centum .* 1.*ff.de condit. & demonstrat.nu.*47.*cum seq.& nu.*51.52.53. *&* 58.

Casu igitur, atque fortuna cùm præpediatur nunc D. Gaspar hic noster, modum implere legato iniunctum; quòd lumine cassus oculorum, Missarum solemnia perficere minimè possit. Non vtique ei imputabitur, quin legatum consequatur, quod eius fauore rogatum fuit; vt ostendimus. Valeatque orationibus, atque patientia (quòd lumen Cœli non videat, oculis captus) Testatricis satisfaccre menti;
,, quæ in votis id habuisse dignoscitur, dum inquit: *E si voglia ricordare pregare* Dio *per l'Anima d'essa* Testatrice.

Et ita ex his Respondendũ censui saluo, &c.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Aduocatus, &c.

Deberi D. Gaspari legatum prædictum iudicatum fuit. Et ita executum per plures annos, quibus visu orbatus oculorum, in paupertate, ac patientia vixit. Verùm postmodum repentina noctu morte obijt nonagenarius, vt mihi eadem die, qua vitalem clausit auram, retulerat. Non indignum itaque æstimaui, quin quæ collegeram fragmenta, alijs proponerem prælibanda. Proficient enim in legali, ac morali hac palestra versantibus, si similis aliàs casus euenerit. Nec respuenda, & stomacho habenda, quòd pauperi superfuerint, hilari si recipiantur animo. Et panis absconditus suauior quandoque æstimatur. *Prouerbiorum.*9. 17.

SVMMARIVM.

1 *SEpulchra, & Cappellæ, consuetudine receptum est, vt prætio distrahi possint.*

*nõ quidem ratione Iuris funerãdi, vel terræ cimiteriatæ, & benedictæ, sed loci dignioris tantùm. & situs. num.*4.*&* 5.

2 *Sepulturæ causa, quod aliquid recipiatur ex laudabili consuetudine permissum, recedente præsertim scandalo. num.*3.

4 *Sepultura ratione Iuris funerandi, & terræ cimiteriatæ, vel benedictæ spiritualitati annexa sunt, vnde vendi non possunt. & num.*13.

*vendi tamen possunt ratione situs, & loci dignioris, quæ ad sepulturam non pertinent. nu.*5. *& nu.*12.

6 *Præeminentia loci dignioris, quoad situm sepulchri, prætio pendi potest. quæ quidem remotum quid est à sepultura. num* 9

7 *Calix quamuis consecratus, quoad materialitatem tamen vendi potest, modò non pluris, quòd consecratus sit, vendatur. & num.*11. *et num.*24.

8 *Sepultura gratis præstanda est, et vendi non potest.*

10 *Creditoribus non potest esse Ius in sepulchra, et cappellas debitoris. limita num.*12. *et amplia. nu.* 13. *et num.*26.*et num.*48.*et* 49.50.

11 *Locus purus ad sepulchrum extruendum vendi potest; sicuti vendi potest terra ad Ecclesiam ædificandam.*

14 *Sacræ res ab hominum sunt semotæ commercio, et ideo vendi non possunt, neque creditoribus obligari.*

15 *Sepulchrum, quòad proprietatem, sacrum iam effectum, nullus habere potest, etiam Episcopi accedente consensu.*

*Vsus tamen eius habere potest, et Ius sepeliendi mortuos suos, et prohibendi, nè alieni inferantur in eo. num.*16.*et num* 54. *et* 55.

17 *Cappellarum, et sepulchrorum concessio emptionis, et venditionis nomine non comprehendi possunt; absque enim simoniæ labe vendi non possunt, fiet autem concessio ad vsum destinatum tantummodo. num.*18.

19 *Sepulchri, et Cappellæ dominium transferri non potest, sed vsus tantùm eorum concedi.*

*quę tamen concessio seruatis solennitatibus de rebus Ecclesię alienandis, fieri poterit. num.*20.

21 *Sacræ rei dominium nullius in potestatem cadit.*

22 *Sepulchrorum, et Cappellarum concessio gratis fieri debet, sponte autem patroni aliquid in Ecclesiam conferre debent, tanquam eleemosynam, non vti pretium eorum.*

23 *Sepul-*

23 *Sepulchrorum materialitas, vt marmores sunt, columnæ, statuæ, & alia huiusmodi licitè venduntur, modò non pluris vendantur, quòd in Ecclesia sint, & quasi sacra effecta*

25 *Sepulchra, & Cappellæ spiritualitati saltim annexa sunt.*

& ideo neque vendi, neque obligari possunt, neque in illis ius esse creditoribus. num. 26. & 27. & num. 56 & 57.

neque in generali bonorum obligatione comprehendentur. num. 28.

29 *Iuspatronatus in generali bonorum obligatione non comprehenditur.*

30 *Ius sepulchrorum confiscatum non censetur bonis fisco applicatis, sed firmum illud familiæ perseuerat, & hæredibus.*

31 *Ius patronatus in confiscatione bonorum non comprehenditur, & contraria sententia refellitur, & declaratur.*

32 *Ius patronatus est spiritualitati annexum, & ideo ab hominum commercio alienum.*

34 *Sepulchra, & Cappellæ construentium honoris gratia construuntur ad familiarum; splendorem proinde neque vendi, neq; etiam hypothecari possunt, vt nullum Ius sit in eis creditoribus, & num. 35.*

amplia etiam in statuis sepulchris superpositis. num. 38.

36 *Sepulchra alia familiaria, hæreditaria alia.*

38 *Statuæ, sepulchris super positæ, vel alibi honoris ergò erectæ hypothecari creditoribus non possunt.*

39 *Iudicis officium manet ad memoriam conseruandam defunctorum, qui præclara gessere facinora, aduersus insolentes.*

40 *Arma, & insignia sepulchris super posita non possunt per hæredes remoueri, vt sua ibi affigantur, nè defunctorum memoria euanescat.*

41 *Familiarum vetustas, & splendor per sepulchra, & arma illis infixa conseruatur, & ideo amoueri non possunt.*

42 *Antiquorum memoriam deleri lugubre, & deplorandum æstimatur, sed conseruanda illa erit. num. 52.*

43 *Exemplis antecessorum, maximè excitantur succedentes. & num. 52.*

44 *Virtutum præmia tribui merentibus, conuenit.*

45 *Præcedentium deuotione, & affectu erga res sacras, excitantur subsequentes, magisque incenduntur.*

46 *Monumenta construi Religionis interest propter publicam vtilitatem, ne insepulta cadauera iaceant.*

47 *Quarta non debetur ex legato pro extruendo sepulchro.*

49 *Sepulchra, & Cappellæ neque legati Iure in alium trahici possunt, nisi quòad Ius sepeliendi dumtaxat.*

51 *Familiarum dignitatem saluam esse Reipublicæ non minimi interest.*

53 Decisio Melchioris Phœbi *declaratur. & nu. sequent.*

54 *Sepulchri vsus in humatione consistit cadaueris hominis Christiani; vndè si vendatur, simoniæ labes admittitur.*

55 *Sepulchra ad id dumtaxat destinata sunt, vt in illis defunctorum corpora condantur.*

56 *Sepulchrum Religiosum per illationem exanimati corporis fit.*

57 *Sepulchra ex duobus constant.*

58 *Res composita ex spirituale, & temporale, vendi non potest ex ea parte, qua spiritualis est. quantumcunque spiritualis modica sit.*

60 *Consuetudo localis non extenditur vltra consuetudinis loci districtum, &c.*

ARGVMENTVM.

Argumentum ab ipso principio petitur.

RESPONSIO XVI.

FVit in Tribunali Fabricæ agitata quæstio: Num posset Creditor instrumenti, vel etiam Chyrographi vi, generali bonorum omnium hypotheca suffulti, assistendi iure in Sacellum, siuè Cappellam, vel sepulchrum debitoris experiri, quòd nihil vltrà bonorum superesset, ex quibus Creditoribus, pijsq; legatis, fieret satis? Et sanè Ego negatiuam sequendo, dicebam.

1 Quòd licet quidem, ex Consuetudine saltim, receptum sit, Sepulchra, siuè Cappellas pretio distrahi posse, vt seruanda sit huiusce-

2 modi Consuetudo. Quemadmodum, quod aliquid pro sepultura ipsa percipiatur, seruanda laudabilis Consuetudo est. *post tex. cum glos. fin. ibid. in cap. ad* Apostolicam. *42. de simon.* Abb. *in cap. abolendæ. 13. num. 7. de sepultur. per tex. in l. priuilegia. 12.* C. de Sacrosanctis *Ecclesijs ibi. Salaria etiam, quæ Sacrosanctis Ecclesijs in diuersis speciebus de Publico hactenus ministrata sunt, iubemus nunc quoque inconcussa, et à nullo prorsus imminuta, præstari. Hæc ibi: Felin. d. cap. ad Apostolicam. numero. 2. S. Antoninus in sum. par. 2. titul. 1. cap. 5. §. 22.* Abulens. *in capit. 23.* Genes. *col. 3. infra etiam allegatum. Syluest. verbo. sepultura. num. 2. Card. Tuscus. tom. 7. verbo sepultura*

3 *conclus.192.num.7. in fin. & num.9.* Recedente præsertim scandalo. *Sotus.de Instit. & Iure.lib. 9.q.7.art.1. ad tertium col.2.in fin. vers. at verò si quis honorationem, Eman. Rodriq. quæst. regulari. tom.3. quæst.58. articul.2. Angel. de Gambellion. de testament. gloss.8. num. 2.vol.7. tract. fol. mihi 16.Vgolin de Simon.tabula prima. cap.44.§.2.numer.7. & in fin & num.10. circa finem. vers. non itidem Gratian.decis.26.num.14. & 15.& Forens. par.1 cap.110.num 6. cum seq. & cap. 210. par.2. num.11. Oliuer. Beltraminus ad decis. Sanctissimi Ludouis. Gregor.XV. decis.145.num.10. Nald. in sum. verbo. sepultura. num 8. Garsias. de benefic. par.5.cap.9.num.133.& 134. & 135. & seq.Bonacina tom.1. operum de simonia. disput.1. q.14.§. 6. num.1.*

4 Non sanè ratione iuris funerandi, vel terræ cemiteriatæ, & benedictæ, quæ spiritualitati saltim annexa sunt. *arg. tex. in cap. quanto.3.de Indic.S.Thom.2.2.q.100.artic.4 ad tertium.§.Antonin.d.capit.5.§.32.Rodoan.de simonia.par.1.cap.*

5 *30. num.6.& seq.* Sed ratione situs dumtaxat, & loci dignioris, quæ ad sepulturam ipsam necessaria minima sunt, neque spectant ad eam. *Ioan. Silua. de benefic. par.1. q.7. num.69.in fin. volum.15 tractat. fol.28. col.3. Sotus de Iustit.d. q.7.artic.1.ad tertium Rodriq. d.art.2.q 58. vers. at cùm sæpius.& in sum. cap.60. num.2. par.2. Zerola.in Praxi Episcopali. verbo sepultura. notab.2. par.1. Vgolin.d.§.2.num.12.in 2.q.Perez de Lara. de Cappellan.l.b.1.cap 25.num.17.Ricius in praxi. par.1.resolut.39.num.6.*

6 Vt iurè possit præheminentia huiusmodi, & dignitas pretio pendi, & æstimari;materialiter

7 saltim, vt res quædam sunt. Sicuti venditur Calix materialiter, ratione materiæ aureæ, vel argenteæ; modò non pluris,ex quo consecratus est,vendatur. *Sylnest.verbo.sepultura.4.q. 2.& verbo.simonia. q.12. Armilla eod. §.34. Sot. d.q.7 art.1. ad tertium Sebastianus Medices.de sepultur.q.15.toto.num.17.& 18.Rodoan. d cap 30. num 10.& 11.Vgolin d.§.2.num.12. Nald. d. verbo. sepultura. num. 8. Lanor. variarum lucubrat. tit.2.cap.10.num.3. in fin. & nouissimè Pater Anton. Diana tract. 15. miscellaneo. resolut.57. fol. 96. Ioann. de la Cruz in directori. conscientiæ par. 1.in 7 præcept. q 4. de simonia. dub.9. num 9. conclus.2.sequitur post alios nouissimè Barbos.in tract. de Iure Ecclesiastico lib 2.cap.10. num 16. & 18. & dixerat eadem prius in tract. de offic. Parochi cap.26.num. 16.& seq.*

8 Nec enim sepultura, quæ gratis præstanda est, venditur *can. quæsta est. cum can.seq.13.q.2. d.cap. abolendæ. 13.de sepulturis. cap.cùm in Ecclesia.9.cap.audiuimus. 41. & d cap. ad Apostoli.*

9 *cam.42.de simon.* Sed quod remotum,& extraneum, atque omninò extrinsecum est eidem. *Sot.d q.2.artic.1.ad tertium. Rodriq. d.q.58. art.2. Didac. Spino de test.ment. in glos 2. princ. de electión sepulturæ. num 43. Petrus Binsfeld. ad d.tex. in cap. audiuimus 41. de simonia q. 1. conclus. 3. Gratian.d.cap.110. num.6.& d.cap. 210. num. 10. & 11. vbi decisum refert in vna Terasonen. sepulturæ.anno.1572. coram Lancellotto.& aliàs quoque coram Manzanedo in Calaguritana Sepulturæ.1617.Oliuer. Beltramin. ad d.decis.145.Ludouis.num.10. et decisum quoquè in Curia Archiepiscopali Neapolitana refert Riccius, collectan. 649.in fin.par.3.et d.resolut.39.num.5. par.1. Garsias. d. cap.9. num.137. Diana d. resolutione 57. et sequitur nouissimè eruditus Iulius Lanor. variarum lucubrat. tit.2. d.cap.10. num.15. et 17. Bonacina d.§.6. num.4. declarans sententiam Suar. num.22. cap.14.infra allegandi. et nouissimè etiam sequitur in tract. de Iure Ecclesiastico Barbos. d. lib.2. cap. 10. num.15. ad vsque 19. et d.tract. de offic. Parochi d.cap.26.d num 16.*

10 Nihilominus, haud ius esse posse creditoribus in sepulchra,& Cappellas debitorum, hypotecaria experiundi, magis è veritate esse, addebam.

11 Cùm quòd, in superioribus tradita exaudiuntur, vt vendi quidem possit putus locus, & terra ad sepulcrum extruendum; veluti vendi potest terra ad Ecclesiam ædificandam, (materialiter) quemadmodum materia ad calicem(vt supra dicebamus)siuè ex parte ante, *vt loquitur Spino.d.glos.2. num.43. arg. tex. in l.si momento.3. C. quæ res pignor. obligar. poss. à contrario sensu accepti.* Quòd profectò tamquàm profanæ res habeatur, quæ sub commercium cadùt hominum. Quemadmodum enim Abraham ab Ephron speluncam duplicem in sepulturam.*Genesis.23.S.Thom.d q.100.artic.4.ad tertium,et Abulens.in eund. cap.23. Genes. col.3. Gratian.d cap.210 num.9.Rodoan. de simonia mentali. cap.16.num.14.et 15.vol.15.tract par.2.fol.mihi. 94.col.3. Suar. tom.1. de religione lib.4.capit. 14. num.17. et seq. Paulus. Layman. in sum. Theolog. moral.lib.4. tract.10. cap. vltimo §. 4. de simonia. num.37.tom.2. Bonacin. d.§.6. Ioan. de la Cruz.d. dub.9 conclus. 2.*

12 Vt possit interim super loco hoc empto, quasi profano, antequàm sacer effectus fuerit, ius esse creditoribus. *ad tex. in l.2. §.prius antem loens. ff. de religios. & sumpt. funer. & l. vel quæ. 6. in fin ff.eod. Phanuc. de Inuent. par.6. num.68.vol.8.tract.par.2.fol.299. col.3. Medices d.q.15.num.18.Rodoan. vbi supra. num.15. Lanor. d.cap.10. num 2. et 3.*

13 Secus verò re sacra effecta, Episcopi destinatione. *ad tex. in capitulo ad hæc.4. de Religios. domibus. glos. in can. Ecclesiastico. 14. verbo. si Terram. et glos. fin. in can. Clerici.11.§.item quæ-*

14 *ritur.13. q.2.* Atquè ab hominum semota commercio. vt nullo tunc modo, vel distrahi pretio, vel obligari Creditoribus, iurè possit. *tex. est in l.si sepulchrum.4. et l locum quidem. 9. C.de religiosis, & sumptibus funer. text. in l. si monumento.3. C.quæ res pignori. Turrecremat. in can. postquam.13. q.2. S.Thom. d art. 4. Abulens. in d. capitul. 23. Genes. Sylnest. d. verbo. sepultura q. 2. & verbo. simonia. q.12. Armilla. verbo. sepultura. §. 1. Angel. de Gambellion. de testamento, d.glos.*

d. gloss. 8. num. 2. Ioan. *de Silua. de benefic. par. 1. q. 6. num. 7. in 8 argum. fol. 23. vol. 15. tract. Phanu. d. par. 6. num. 68.* Medices. *d. num. 18.* Rodoan. *d. cap. 15 numero 15. et seq. Petrus Sotus. in Instruct. Sacerdot. de Sacramento ordin. lect. 7. col. 7. vers. secundum de reliquiis. in fin. Vgolin in d. §. 2. nu. 12.* Rodoan. *d. cap. 30. num. 10. et seq. Pater Molina. d. disput. 214 d. vers. eo tamen ipso. Gonzal. d. glos. 5. num. 36. Zerola d. verbo. sepultura. nu. 2. Rodriq in sum. d cap. 60. num. 2.* Binsfeld. *d. cap. audiuimus. conclus 3. in princ. Garsias. de expens. & meliorat. cap. 8. num. 51. vers. hodie tamen. Ludouic. Molin. de* Hispan. *primogen lib 1. cap 24. num. 40.* Riccius *d. resolut. 39 num 1. & seq. Suar d. cap. 14 num. 18.* Ioan. *de la* Cruz. *d. dub. 9.*

15 Tùm, quòd nullus quo ad proprietatem sepulchrum, sacrum iam effectum, habere potest, nec etiam Episcopi accedente consensu, *ad text. in l. tantum. 6. §. sacræ. ff. de rerum diuis. tex. in d. capitulo. ad hæc. 4 cum glos de religios. domib. & in cap. causam quæ. 7. vbi glos. fin. de præscript.*

16 Et si planè vsum eius dumtaxat de consensu Episcopi acquirere valeat, & Ius sepeliendi mortuos suos, & prohibendi ne alieni inferantur in eo. Rota *par. 1. diuers. decis 787. num 4.* Nauar. *cons. 1. de sepultur. num. 1. lib. 3. Illustrissimus* Card *Tusc. d. verbo. sepultura conclus. 192. num. 4. Rota apud Ludouis Gregor. XV. d. decis. 145. num. 1. vbi pluries item decisum refert Beltram. num. 5. & dictum fuit in Calaguritana sepulturæ. 17* Maij *1606. coram Coccino decis. 291. nu. 1. & 2.* Ricius *in praxi. par. 1. resolut. 585. in maiori* Impress. *num. 1. ex Henriquez cons. 70. & d. resolut. 39. num. 6. Garsias. de expens d. cap 8. num. 51. vers. Vnde laycus. Gabriel Pereiera. longè post hæc scripta visus. decis. 24. num. 1. et 5. et 6.* Claudius *Tutius. q 18. de iure Patronat. num 3. Suar. d. cap. 14. num. 22 sequitur* Barbos. *d lib 2. de iure Ecclesi. cap 10 num. 18. et d. cap. 26. num. 1. et 18. de offic. parochi.*

17 Absit igitur, vt Cappellarum. & Sepulchrorum concessio, emptio appelletur, & venditio; cùm illa vendi, absquè simoniæ labe, permissum minimè sit. *d. cap. abolendæ*. præsertim ex parte post, *vt loquitur Spino d. glos. 2. num. 43. et sequitur Gratian. d. cap. 110. num. 7. et 210. numero 7.* siuè secundum formalitatem suam, post, scilicet, consecrationem. *secundum S. Thom. d.*
18 *art. 4. Abulen d. cap 23. et alios supra relatos.* Verùm ad vsum destinatum solummodò concessio nuncupabitur, *vt Quaranta inquit. in sum. bullar. verbo. alienatio rerum Ecclesiast. num. 29.*

19 Nec enim Dominium transfertur, sed vsus tantùm illorum. *Ancharan. cons 113. iura quæ loquuntur. num 4. Rodriq d. cap. 60. nu. 2.* Riccius. *d. resol. 39 num. 5. et 5.*

20 Quare non nisi seruatis canonibus de rebus Ecclesiæ alienandis, huiusmodi concessio fieri poterit. Nauar *d. consil. 1. de sepultur. numer. 1.*

21 Quòd sacræ rei Dominium nullius vnquam in potestatem cadat. *l. inter stipulantem. 83. §. sacram. ff. de verbor. obligat. d. l. in tantum. 6. §. sacræ. ff. de rerum diuis. Sayr. decis. 2. de sepultur. lib. 3.* Ricius *d. resolut 39. per totum sequitur* Bonacina. *tom. 1. de alienat. bonorum Eccles. disp. 2. q. vnica. punct. 2. num. 120.*

22 Gratis itaque concessio ipsa facienda erit, vt suspitio omnis auaritiæ longè, latèque amandetur; vt spontè etiam Patroni in Ecclesiam aliquid conferant, quasi Eleemosynam largientes, non pretium statuentes. *Armilla d. verbo simonia. §. 2. et §. 36. Rodriquez d q. 58. articulo 2. Ludouic.* Molin. *de* Hispan. *primogen. d. capitulo 24 num. 40.* Et ita in praxi à peritis seruari Notarijs *Reuerendissimus refert Genuens. in prax. capit. 41. de potestate magistrorum. num. 28. et 29. in annotation. apud me impressione* Romana *anni 1609.* Ioan. *de la* Cruz. *d. dub. 9. conclus. 1. Barbos. d. cap. 10. num. 16.*

23 Non improbabitur tamen, quin vendi possit ipsa materialitas Sepulcri; marmores scilicet, columnæ, & alia his similia: modò non pluris vendantur eò quod in Ecclesia sint, vel
24 Ecclesiastica, ac sacra quasi iam effecta. Sicuti nec improbatur, quin vendi possit Calix (fae etiam consecratus) aliæque sacræ vestes; modò tamen non pluris vendantur consecrationis ergò. *Syluester. d verbo. sepultura q. 2. & verbo. Simonia q. 12. Armilla eod. num. 34.* Medices. *vbi supra. d. num* 18 Rodoan. *d. cap. 30. num. 10. et seq. et d. cap. 16. num. 17 et 18. Vgolin d. §. 22. num. 8. et 12. et seq.* Binsfeld. *in cap. ad* Apostolicam. *42. quæst. 1. conclusion 3. colum. 4. vers. secundum quando in aliqua re. Sotus lib. 9. quæst. 6 artic. 1. col. 7. et alij supra relati. Caietan. sum. verbo. simonia. in prima regula. Suar. d cap. 14. num. 17. et seq. Layman. d. num. 37. Bonacin. d. tom 1. de simonia. disput. 1. q. 4. num. 8. 11. 12. et 13. et d. §. 6. per totum.*

25 In hominum ergò commercio sepulcra huiusmodi, & Cappellæ cùm non sint, ex quo spiritualitati saltim connexa. *Syluest. verbo. simonia. q. 12.* Armilla *eod. §. 34.* Lauor. *d. cap. 10.*
26 *numer. 27.* Nullum Ius in illis creditoribus, quò ea pignoris, vel hypotecæ iure auocent, esse poterit. *tex. in d. l. inter stipulantem. 83. §. sacram. de verbor. obligat. text. in d. l. locum. 9.* C. *de religio. & sumpti. funer. locum quidem religiosum* (inquiens) *distrahi non posse, manifestum est. tex. in l. si monumento. 3.* C. *quæ res pignori obligari possunt. Si monumento* (dicens) *corpus filiæ tuæ intulisti, religiosum id fecisti, quo facto obligari à quoquam, prohibente Iuris religione, non posse, dubium non venit. hæc ibi.* Franciscus Ripa. *resp. 1. num. 11. et 12. tit. de interdictis. par. 2. responsor. fol. mihi. 66.*

27 Obligari ergò si non possunt. Neque pignoris, hypotecæuè iure auocari, vel distrahi poterunt. Ioan. *Faber Institut. de rerum diuision. §. religiosum autem. num. 4. sequitur* Rodoan. *d. cap. 16. num. 19. in fin. et num. 20. Molina. d. lib 1. cap. 24. num. 40. Garsias. de expensis, et meliorat d. capitulo. 8. num. 51. vers. hodie tamen. et vers. vnde laycus. Illustrissimus* Cardinalis Mantica. *de tacit. et ambiguis. tom. 51. libro 11. titulo. 5. numero 2.*

Antonini Ricciullus Episcopus Vmbriaticen vir ingeny perspicacitate præditus in satis docto tract. de Iure personarum extra grem. Eccles. lib 3 cap. 7. num 13. Vt neque in generali bonorum obli-
29 gatione comprehendi valeant. Quemadmodum neque Ius Patronatus includitur, *post Rocchum, & Lambertin. quos ipse refert. sequitur Doctor Marta. voto. 29. num. 14. 15. & 16. Phanu. de inuent. par. 6. num. 66. Lauor d. cap. 10. num. 14. Thomas Sanchez in opusculis moralib consil. lib. 2. cap. 3 dub 80. num. 13. post Abb. Panor. in cap. quærimoniam de Iure patron. & Lambert. lib. 1. par. 2. q. 5. art. 7.*

30 Quo circa bonis confiscatis, confiscatum haud censebitur Ius sepulchrorum. Sed firmum illud familiæ, & hæredibus perseuerabit. *tex in l. si quis fuerit. 33. ff. de religios. & sumpt. funer. Molina de Hispan. primogen. d. cap 24 nu. 15. Pater Molina. disput. 188. vers. & si hæres. in fin. & d disput. 214. vers. ius sepulchri, siuè familiare. in fin. Gratian. d. decis 26. num 2 & num. 7.*

31 Quemadmodum neque in confiscatione
32 bonorum Ius Patronatus includitur. Quòd sit illud spiritualitati annexum, atq; alienum proinde ab hominum commercio, & à laycali consequenter iurisdictione. *Gigans. cons 146. num. 3. & seq. & de crimine lesæ Maiest. q. 4. nu. 2 Couar. variar. res. lut lib. 2. cap 18. num 7. vbi de communi testatur. Francisc. Leon. in Thesauro fori Eccles. par. 2 cap. num. 32. 33. & seq. sque ad fin. plenè Farinac. q. 25. num. 151. limit. 11. & nu. 153. Molina. de Hispan. primogen. d. cap. 24. num. 26 et 27 Ioan. Azor. Instit. moral. par. 1. lib 8. cap. 12 q. 9. Sanchez in opere morali. tom. 1. lib. 2. cap. 19. Farinac q. 25 num. 151. et seq. et de hæresi q. 190. num 24. et seq. Garsias. de benefic. par. 5. d cap. 9 nu. 25. et num. 31. Rota in Lucana Iuris patronatus 26. Aprilis. 1605. coram Domino Coccino Decano. et 4 Iunij. 1606. coram eodem. et 8. Iunii 1607. coram eodem apud Farinac. post 2. vol. cons. decis. 221. et 241. et apud Viuian. decis. 105. 106. et 107. et in Agaten. Iuris Patronatus, coram Illustrissimo Pamphilio. 4. Maii. 1602. par. 1. in recent. dec. 53. num 5. Pater Sanctarell. de hæresi. cap. 19. numer. 2. 3. et 4. Barbos. de offic. et potestate. Episc. par. 3. alleg. 71. num. 45. et ad tex in cap. ex litteris. 7. numer. 10. de Iure Patronatus, et in cap. vergentis. 10. num 21. in 7. limit. de Hæretic. Peregrin. de Iure Fisci lib. 5. tit. 1. num. 71. Dominus Ricciullus de Iure personarum lib. 5. cap. 32. num. 1. & seq. Viuianus de Iure patronatus lib 15. cap. 2. a num. 17. ad fin. vsque capit. Pater Ferdinand. à Castro Palato. in opere morali tract. 4 disput. 5. punct. 5. per totum. & nouissimè Angel. Garonus. ad statutum Mediolani lib. 4 tit. 7. de Iure fisci. art. 36. à num. 36. ad vsque. numer. 42. Sanchez in opusculis moralibus. consil. lib. 2. cap. 3. dub. 87 par. 1.*

33 Neque vis facienda est in contraria sententia, ac præsertim, quòd decisum referat in Regia Camera Summariæ. *Anna. sing 291.* Ius Patronatus confiscatum fuisse etiam per se. Est enim decisio Laycorum Iudicum. Refert enim quid factum fuerit, non tamen stringit ita de iure fieri debere. Et prior sententia magis receptior est, cùm Ius nullum sit Laycis in rebus spiritualibus, (*vt præcitati docent Doctores*) etiam ij, qui pro affirmatiua sunt, cum aliquo tamen temperamento exaudiendi, siue spiritualitati annexis, quod alibi etiam, Deo fauente, dicemus latius.

34 Accedit præterea, quòd sepulchra huiusmodi, & Cappellæ, cùm construentium illa honoris gratia fiant, vt familiarum splendor, & antiquitas, atque apud posteros memoria, & ex his etiam nobilitas perduret, & ostenda-
35 tur. *Anchara n. d. cons. 113. numer. 4.* Vt proinde, nec iniuria, distinctio orta sit inter familiaria, & Hæreditaria sepulchra. *iuxta tex. in l. familiaria. 5 ff de religios. & sumptibus funer Ludouic. Molin. d. cap. 24. num. 41. Garsias. d. cap. 8. num. 4. Medic. d. q. 15. num 2. & 3. Pater Molin. d. disput. 188. & 214. Pereira. d. decis. 24. num. 2.*

37 Nullum vtiquè Ius in illa erit creditoribus. Cùm nullo modo distrahi possint. *text. apertus. in l. Aufid. us refert. 13. vbi Bartol. & Angel. ff. de priuileg. creditorum Angel. de Gambellion. d. tract. de testam glos. 9. num. 4. d. vol. 7. tract. fol. mihi. 16. col. 4. Marta d. voto. 29. numer. 17.*

38 Quemadmodum neque in statuas sepulchris superpositas, vel alibi quoque, honoris ergo erectas. *d. l. Aufidius. & l. statuas. 7. C. de relig. & sumpt. funer. Meus Maranta. consilio. 70. numero. 7.*

39 Vt maneat propterea Iudicis officium ad authoritatem, memoriamque conseruandam defunctorum, eorumque præsertim, qui præclara gessere facinora, ad insolentium audaciam reprimendam. *tex. est in l. Quintus Mutius. 7 §. Pomponius in testamentis. ff. de annuis legatis. Marta d. voto 29. num. 17. Lauor. d. cap. 10. num. 18. Anchar d. consl. 113. num. 4. 5. & 6. & 7.*

40 Ideoque neque hæredibus ipsis ius, fasque erit; fundatorum armis, insignibusque detractis. sua inibi affigere. Ne præcendentium defunctorum memoria è posterorum mentibus
41 euanescat. Atque familiarum vetustas, & splendor, qui rebus hisce conseruari, & perdurare conspiciuntur, succedentium audacia, ac temeritate (ne dicam vanitate) deleri, atque aboleri contingat. Quod legibus, rationem vndequaque sectantibus, inimicum admodum esse, probat *tex. in l. 1. §. public. enim interest. ibi:*
„ *Vt ordinum dignitas familiarumque salua sit. ff. de*
„ *ventre inspiciend. tex. etiam satis ad rem nostram aptus, & apertus. in l in fundo. 39. ff. de rei vindi-*
„ *cat. vbi sequentibus Celsus loquitur verbis: Finge*
„ *Pauperem, qui si reddere id cogatur, laribus, sepul-*
„ *chris auitis carendum habeat; sufficiet tibi permitti*
„ *tollere ex his rebus, quæ possis, dùm ita ne deterior*
„ *sit fundus quàm si initio non foret ædificatum. hæc ibi.* Satiùs enim indicat ibi Celsus tollere ex meliorationibus (*secundum glos. ibid.*) bonæ fidei possessorem, quæ absque deterioratione fundi habere poterit, quàm si reddere dominus eius cogatur, laribus, auitisque sepulchris carendum sit ei.

Satis

42 „ Satis enim superque lugubre est,& deplo-
„ randum, antiquorum memorias,sic repente
„ succedentium temeritate deperire. Et maio-
„ rum imagines,aut non videre fixas, aut revul-
„ sas videre.*vt loquitur tex. in l.lex,quæ Tutorem. 22. §.nec verò domum. C.de administrat. Tutorum*. Quin imò Iuris sanctione (*vt loquitur Valens iureconsult.l.legata municipio. 5. in fin. ff.de admi-*
„ *nistrat.rerum ad Ciuit.pertinent.*) Eorum munifi-
„ centia, qui hæc fecerunt, inscriptione notari
„ oporteat, quàm quod deleri.

43 Profectò,quod subsequentes præcedentium suorum exemplis, quàm maximè excitentur *ad tex.in cap magnæ.7. §. quod autem agitur.vbi glos. verbo.agitur.de voto.tex. in can. præcipuè. 11.q.3. & can.cùm grauia.13.q.2. tex.in l apud Iulianum.*
„ *9. §.fin. in fin.ibi. Exemplum hoc sequendum. vbi*
„ *etiam glos. fin. in fin. ff. ad Senat. Consul.Trebell. plura congerit notabiliter ad rem. Ioan.*Nenizan.*in sylua nupt. lib. 3. num.5 & 6. vol.6.tract. fol.36.*

44 Et virtutum præmia tribui merentibus conuenit. *vt loquitur tex. in l.fin.C.de statut.& ima-*

45 *gin.* Vt subsequentes ex deuotione, affectuque erga Diuinum cultum,& res sacras, ex Maiorum recordatione, excitentur magis, magisq; incendantur,& afficiantur ad ea; quod sequitur. *Genuens in praxi. cap. 109. varia dubia circa Cappellas. num.2.3. & 4. & nouissimus Iulius Laurius. variarum lucrubationum. de prisco, & recenti funerandi more tit.2. cap.18. num.18. & 19. & Regens de Ponte decis.11. num.15. vers.his sic firmatis.*

46 Religionis quippè interest monumenta eo-
„ strui, & exornari. *vt Vlpian. inquit in l.1. §.interdum. ff.de mortuo inferendo. & Papinian. d.l.*
„ *sunt personæ 43. ibi: Nam propter publicam vtili-*
„ *tatem, ne insepulta cadauera iacerent. de religios. et sumptib. funer. sequitur Perez. de Lara. d. lib.1.*

47 *cap.25. num.6.* Vnde ex legato,pro extruendo sepulchro rogato, quarta Episcopo solui minimè debet.*Syluest.*(inquit)*verbo.canonica portio q 4.in 2 fallent. sequitur Lauorius. d.tit.2.cap. 17.num.99.*

48 Qua de causa, vel sepulchra, & Cappellas huiusmodi, quòad materialitatem ipsam considerauerimus, ad hominum cadauera, Episcopi destinatione, condenda in Ecclesijs, vel cemeterijs. *ad tex.in d.cap.ad hæc.de religios. domib.*Et ius nullum in illis creditoribus esse posse concesserimus. Quòd spiritualitati connexa, ac Deo sacra, atque ab hominum remota commercio sint; vt in superioribus diximus.

49 Vt neque proinde legati iure, in alium trahijci valeant. *tex.in l.monumenta.14.C.de legat. Pater Molin. de Iustit. d.disput.214. vers. Ius sepulchri,siuè familiare. Alter Molina.d.cap.24 num.16. et seq.* Nec nisi quòad Ius sepeliendi dumtaxat, Episcopi accedente consensu. *secundum Medices d.q.15. num.42 et supra quoque perpendimus Ioan. de la Cruz.d.dub.9. conclus.1. Barbos.d. cap.10.num.18. et d. cap. 26. num.18. de offic. Parochi.*

50 Vel verò quo ad formalitatem, siuè honorem, qui ex loci dignioris situ, armorumque appensione, & insignium, atque statuarum affixione consurgit, in memoriam eorum, qui illa construxere, & gloriosa gessere facinora, perpenderimus; & nullum etiam ex hac parte ius esse posse creditoribus, affirmauerimus.

Quòd nullo modo distrahi, sed in honorem eorum,qui ea posuere,permanere debeant. *ex tex.in d.l. Aufidius. Ancharan. d.conf. 113. num 4. et 5.*

51 Porrò, quòd Reipublicæ non minimè interfit, familiarum dignitatem saluam esse. *ad tex. in d l. 1.§.penult.ff. de ventre. inspic.sequitur Illustrissimus Card.Mantic. de coniectur. lib.7. tit.1 num. 45. Fab. Anna. conf.52.num. 27. lib.1. Rota apud Sanctissimum Ludouis. Gregor. XV. decis.63.num. 14.Ursasc.decis.100. num.5.*

52 Conseruanda igitur antiquorum memoria est. Vt succedentes, præcedentium benè,glorioséque, ac cum virtute gestorum memoria, ad eos æmulandos, excitentur magis, magisque incendantur. Non abolenda itaque per creditores. Quòd fieret vtique, si hypothecæ iure in illis experiundi ius ipsis superesset. *et perpendit Anchar.d.conf.113.num.5. et seq.*

53 Verùm,quia post hæc scripta ad manus peruenere nostras decisiones Lusitanæ Melchioris Phœbi, qui *decis.*8. Doctissimos iudices supremi illius Senatus iudicasse refert, potuisse fieri executionem super vsu tantum sepulchri, & Cappellæ; quòd vsus eorum vendi possit absque simoniæ labe. Ne ex hoc,his,quæ in superioribus diximus præiudicium aliquod fiat, Respondendum his, quæ Phœbus habet putamus, vt firma nostra sententia persistat. Namque, & si planè concesserimus materialitatem tantum rerum vendi posse, quibus sepulchra, & Cappellæ constructæ sunt, sicuti materiam ipsam Calicis, etiam consecrati, vendere possumus. Denegauimus tamen,

54 vsum sepulchri,qui in humatione consistit cadaueris hominis Christiani, pretio pendi posse. Nempè, quòd spiritualitati annexa res sit. Simoniæ igitur labes contrahetur, si sepulchri vsus, & effectus (humatio scilicet ipsa, atque contumulatio hominis Christiani) vendatur. *glos.fin.in d.can. Clerici. 11. §. item quæritur. 13. q.2.Syluest.d.verbo.sepultura. q.2. et simonia. d.q. 12.vers.tertium S.Tho. Armilla.ver.sepultura.nu. 10.S.Antonin.d.§.12.cap.5.par.2. tit.1. Rodoan.d. cap.30.num.6.Vgolin.d.§.2.num.7.et num.8. Binsfeld.d.cap.audiuimus.41.q.1.conclus.1.et conclus. 3.Suar.d.cap.14.num.19.et 22.Layman. d.num.36. et 37.Bonacin.d.§.6.vbi plenè. Ioan. de la Cruz. d. dub.9.conclus.1.Barbosa d.lib.2.cap.10.num.18.de Iure Eccles.*

Tùm,quoque, quòd quæ honoris ergò alterius posita sunt,in alienos distrahi,ne defunctorum memoria depereat, sit per sacras leges vetitum, vt diximus *ex tex.in d.l.Aufidius.*

55 Tùm præterea, quòd destinata sunt ad id dumtaxat sepulchra, vt in eis defunctorum corpora condantur, vt apertis loquitur verbis

„ *tex.in allata l.si monumento.3.C.quæ res pign.obligar.possunt. Si monumento*(inquiens) *corpus Filiæ intulisti, religiosum id fecisti, quo facto, obligari à quoquam, prohibente Iuris religione, non posse, in dubium non venit: hæc tex.*

56 Inde enim fit, vt obligari non possit, quia religiosus factus locus est per illationem exanimati corporis, atque ex hominum semotus commercio. *§.religiosum. Instit. de rerum diuis. l. quanquam. 4. in princ. ff. de aqua pluuia arcend.* Ast, hic vsus est sepulchri. Non ergò distractioni suppositus. Quippè cùm spiritualitati annexus sit. *Vgolin. d.§.2.num.11.*

57 Licet enim sepulchrum ex corporale, siuè materiale constet; & ex spirituale, quò ad formalitatem, & vsum eius. Est hoc tamen (spirituale, siuè etiam spiritualitati annexum) principale illius: vnde distrahi, pretioue pendi minimè potest, absquè simoniæ labe. vt est optima Caietan. doctrina. *in sum. verbo. simonia. in*
58 „ *d.1.regula. vbi sic loquitur: Secundò, quod res composita ex corporali, & spirituali, non potest emi, aut vendi ex ea parte, qua spiritualis est, quantumcunquè spiritualitas illius minima sit: hæc ibi: Idem habet Armilla eod. verbo. §.2. in 2. regula. Binsfeld.d.cap.audiuimus q.1.conclus.1. et 3. et est tex.in can. si quis obiecerit.7.1.q.3.quē etiam perpendit Bonacina de Simon. q.6. punct. 3. num. 1.* & aliud omnino est, quòd ex consuetudine liceat Episcopo, vel alij superiori Ecclesiastico cappellas vendere, siuè concedere; aliud, quòd illas vendant layci, qui illas non possident, nec possidere valent; & creditores in illas ius hypotecæ exerceant; *quod perpendit. Garsias. de beneficijs. d.par.5.cap.9.num.138.et 139.* & huic nostræ adhærentem sententiæ inueni nouissimè *doctissimum Dominum, Dominum meum Regentem Scipionem Rouitum cons.75. vol.2.*

Ius igitur haud esse poterit creditoribus in
59 sepulchra, & cappellas debitorum. Neque negotium propterea nobis facessit dicta Senatus Lusitani decisio. Quia præsertim, (*vt Phœb. refert ibid. num.10.*) in consuetudine loci fundamentum primarium habere videtur. Non extendenda proindè vltrà consuetudinis loci districtum *ad tex. in cap.2. in fin. de constitut. in 6.*

60 Et ita ex his sub censura, respondendum in hac re censui.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus, &c.

Lis sententia dirempta minimè fuit. Verùm in hanc partem inclinatum Iudicium. Abstinuere tamen partes ab incepto, neque vltrà progredi voluere. Non abstinendum quoque mihi, quin in medium omnia proferrem, æstimaui. Ex vsu enim quandoque erunt, & si sanè ab inerudito, & inculto prolata scriptore. Ast nouit diligens inuestigator ex luto aurum elicere. Et sat, viam demonstrasse, fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio ad pias causas coram duobus testibus rogata firma est, atque persistit; & sufficit si vnus ex duobus testibus sit proprius disponentis Parochus. num.2.*
vel etiam vterque laycus, quamuis Parochialis presbyter non intercesserit. num.3.
4 *Differentia inter tex. in cap. cùm esses. 10. & cap. relatum. 11. de testam. & eorum intellectus.*
5 *Testamentum etiam ad profana rogatum coram duobus idoneis testibus valet, & substinetur ex æquitate Canonica, modò constet de voluntate defuncti.*
neq. presbyteri Parochialis interuentum necessarium esse. num.6.
etiam si Institutio in laycam conferatur personam, & legata dumtaxat ad pia. num.7.
quamuis contrarium sequatur Crassus. num.8.
verùm per Authorem prior sententia probatur. nu.9.
10 *Solennitates Iuris Ciuilis omnes silent in dispositis ad pia.*
& ita seruari in Tribunali Fabricæ refert auctor. num.11. vbi etiam Scipio Rouitus Regens, et Cōsultor secundarum causarum Fabricæ laudatur.
12 *Hæredi voluntatem se nosse legitimam defuncti sufficere debet, vt ad legata teneatur.*
etiam si in conscientia eidem de voluntate constet. num.13.
14 *Testamentum coram duobus testibus valet ad pias causas, siue testes rogati fuerint, siue non rogati.*
secus tamen est in testamentis ad non pias causas, etiam de Iure Canon. num.15.
16 *Hæres voluntati reluctans testatoris, peccat, et indignum se reddit hæreditate relicta. num.77.*
17 *Hæres quasi contrahit cum defuncto de eius voluntate implenda, et ex quasi contractu obligatus legatarijs adeundo censetur.*
18 *Pactis non stare, in re potissimum graui, mortale est.*
19 *Hæres voluntatem defuncti non implens, potest excomunicari in contumaciam non implementi, et infidelitatis.*
et tam per Ecclesiasticum, quàm et laycum Iudicem compelli poterit. num.20.
21 *Testamentum inter liberos, quomodocunque de voluntate constet defuncti patris, validum æstimatur.*
eodem modo Testamentum ad pias causas. num.22.
23 *Pia causa maioribus fulcitur priuilegijs, quam filij, extra tamen portionem legitimam eis debitam.*
24 *Dispositio ad pias causas substinetur, et sine scriptura, modò de voluntate cōstet defuncti per duos testes, vel alio modo.*
25 *Hæredes iustis Testatorum dispositionibus parere, leges imperant.*
quin imo cogunt eos. num.26.
27 *Confessarij statur assertioni, qua defunctum pia reliquisse, attestatur.*
potissimùm adminiculis suffultæ. et num.51.
præsertim si hæres dispositionem non deneget, sed probationem inficiet tantùm. num 54.
28 *Confessarii dicto asserentis, quem per pœnitentiam emendatum, statur.*

29 Con-

29 *Confessarius vicem Dei gerit, quare statur dicto ipsius propter qualitatem facti, in secreto manifestati.*
etiam si de alterius agatur praeiudicio.num.31.
quia,quae in conscientia abdita sunt,alio modo sciri non possunt. num.30.
animae fauore praesertim. num. 32.
ac piae causae.num.34.
& ad disponentis voluntatem supremam firmandam. num.33.
35 *Animae de salute vbi agitur, abundantiùs est agendum.*
36 *Malè ablata necessariò restituenda sunt.*
37 *Confessario credendum est in ijs, quae ad suum spectant officium,praesertim Parocho. num.38.*
39 *Parochus Iudex est animarum, de quo Ius Canonicum plurimùm confidit.*
40 *Parochus est persona publica,& Sacerdos indignitate constitutus,vnde credendum est ei in his,quae ad suum spectant officium.*
41 *Parochus per Episcopum approbatur, & quò ad aetatem, & scientiam, & quo ad mores, vnde ei credendum,*
fideique professionem emittere tenetur. num.42.
43 *Fidei professio solemne est Iuramentum.*
44 *Officialis dicto statur in his, quae ad suum spectant officium propter Iuramentum,quod praestat.*
45 *Sacerdotibus,& confessarijs si non staretur in his, quae ad proprium spectant officium, maximum animarum saluti detrimentum inferretur.*
46 *Confessario asserenti pecuniam secreto alicui relictam pro malè ablatis, creditur.*
47 *Sacerdos publicum officium gerit in actu confessionis.*
48 *Nuntijs creditur in iis, quae ad suum spectant officium.*
49 *Iudicis arbitrio remittitur,si stari debeat dicto officialis in suo officio deponenti.*
50 *Confessarius pro se Iuris habet praesumptionem, quod rectè fungatur officio suo.*
probata potissimùm bona vita, & qualitate. nu.52.
53 *Parochi bona vita, & fama probata, operatur, vt stetur eius dicto de dispositione poenitentis ad pia,etiam absque testibus.*
55 *Bonae vitae, & famae probatio in specie minuit probationes ex aduerso, praesertim ad effectum excludendi falsitatis suspitionem.*
& huic in concursu standū probationi magis, quàm contrariae.num.56.
etiam si de bona fama deponentes testes numero inferiores essent. num.57.
multòque magis,si de bona vita,& fama deponentes testes plures fuerint. num.58.
59 *Bonus quilibet Iuris praesumptione praesumitur, & bonae vitae, & famae donec contrarium probetur.*
amplia etiam in carnifice, & quolibet alio in suo exercitio. num.60.
61 *Bona fama est innata homini ex origine naturae, mala autem est accidentalis.*
62 *Promotus ad aliquod beneficium praesumitur bonae famae,& vitae, cùm ante promotionem fiat inquisitio de eius vita, bonitate, & sufficientia.*
63 *Testes examinati super articulis, siue interrogatoriis per partem datis, plenè probant, quia approbati per eam videntur, etiam si fuisset vnicus tantùm testis. num.64.*
65 *Bona fama in specie probata, vincit malam tantùm in genere deductam.*
66 *Scripturae alicuius multò magis statur post eius mortem.*
67 *Mors defectus omnes supplet, & vicem obtinet Iuramenti.*
68 *Testes familiares, ac famuli producentis, non probant, praesertim verò ad offensam alterius,et aduersus piam causam. num.70.*
69 *Famuli consueuere obedire dominis suis per fas, & nefas.*
71 *Testes à producente instructi nihil pro eo probant.*
72 *Voluntas defuncti ambulatoria dicitur ad supremum vsque vitae halitum.*
73 *Testamentum in mortuis confirmatur.*
74 *Fides non facit fidem in rè praesertim graui.*
75 *Testibus,non testimoniis Iudicandum.*
76 *Rationi per testem allatae standum est in eius dicto,quae vna testis dictum,vel confirmat, vel infirmat.*

ARGVMENTVM.

Legatum pium,vt probetur, atquè exigi valeat,sufficit duorum testimonio esse ratum; Et si nequè Parochialis Presbyter, nequè etiam scriptura intercesserit: Et nùm Confessarij stetur dicto, Defunctum ad pias causas reliquisse asserentis? Quiduè si is Parochialis Presbyter fuerit?Et cuinam testium dicto magis standum sit, de bona alicuius fama asserentium, an verò contrà de mala?

RESPONSIO XVII.

Deberi legata per quondam Marcellum de Tufo ad pias causas relicta, atque in probatis esse Reuerendae Fabricae Oeconomum aduersus D. Antoniū de Tufo Fratrem, & haeredem, iurèue illum ad ea soluendum cogi,compellique posse; Respondi.

Quia profectò de dispositione ipsa plenè cōstat per scripturam Reuerendi Ioannis Iacchettae Primicerij, atque Parochialis Presbyteri Terrae Montis fortis Auellinen. Dioecesis, qui Testatoris ipsius in extremis laborantis peccata Sacramentali cōfessione excepit. Quę dispositio duobus testibus roborata fuit.

1 Manifesti autem Iuris est, dispositionem ad pias causas coram duobus testibus rogatam, firmam

firmam esse.tex. *in cap.relatum.11.vbi scribent.de testam.Couar.ibid.num.8. Alex.cons.41.num.5.vol.1.Tiraq de pia causa.in præfat.& priuil.1.Alciat. in l.1.verbo.liber.num.12. C.de Sacrosanct. Eccles. Boer decis 93.num.1.& seq.& num.5.Clar.§.testamentum.q 6.num.2.Craß eod.q.18.num.2. Tabiens. verbo.Testamentum.§.6.Sylueſt. testamentum. 1.q.5.vers.tertium de testamento, & verbo. legatum.4.q.8.& 9.Armilla eod §.7.Paris. cons.32.num.53.vol.2.Emanuel sà verbo legatum.num.23.* Didacus *Spino. in speculo testam. glos.31. princip. num.40. Mascard.de probat. tom.2. conclus.1176. num.13.* Rota in Romana *legati 16.Iunii. 1608.*corā Card. *Caualer.decis 27.num.1.Laurent.* Kirchouius. *tom.2.comun. conclus. litt.T. conclus. 80. fol. mihi. 66.* Matthæus *Brunus.cons 87. num.45.* Card. *Tuscus. tom.6.littera P.conclus.333.num 20.& tom.8. littera* I.*conclus.116.num.5.& num.16.& seq.* Ioan. de la Cruz. *in director. conscient. par.1.circa 7. præcept.art.5.circa Testamentum cōclus.1.* Gizza*rell.plenè decis.46.& decis.47.Illustrissimus Card.* Mantic.*de coniectur.lib.6.tit.3.num.4. & seq.Molina de Iustit.& iur.tom.1.disput.134.col.2.vers.in dispositionib.Gregor.Cabed.decis.Lusit.129. nu.12. par.1.*Aluar.*Valasc.tom.1. consult. 67.nu.2.* Pater *Paul.Comitolus. respons. moral. lib.7. q.6. num.7. Marta de successione legali tom.2. par.4 q.8. art.3. num.2.*Pauli *Layman.Theolog.moral.tom.1. lib.3. sect.5.tract.5.cap.2.num.3. coroll 2. Pater Sanctarellus variar.resolut.q.70. num 1.& seq.* D.Iacob. *Anton.de Mauro. & D.Marcellus de Mauro infrà allegandi.* Ioannes *Baptista Thoro in sum.priuileg. piar.caus.priuil.166.*Intrigliol.*sing.98. num.2. lib.3. Bonacina tom.2. de contractib. disput.3. q.17. punct.8.§.2.propos.3.num.4. & punct.5. ead. q.17. num.4.*Molses*.tom.2.sum. tract.13. cap.5.nu.174. Balthaxar.Thomas.tract.10.tit.2. cap.62. nu.118. & cap.66. num.126. nouissimè Pater Alfons. de Leone tract.de offic.cappellan. q.5.sect.5. nu.57.& seq.*

2 Sufficit verò si vnus ex duobus testibus sit proprius disponentis Presbyter.*secundùm glos.*
3 *d.cap.relatum.verbo.relictis.in fin.*vel etiam,si testis vterque sit laycus,estò Parochialis Presbyter non intercesserit. Roman.*in auth similiter.C. ad l.Falcid num.94. in 34.speciali. Paris. cons.24. num.6.& 8.lib.3.Craß.d.§.testamentum. q.56.Viuius,qui de communi testatur decis.5.num.17. Syluest.d.verbo.testamentum.1.q.5. vers. tertium de testamento.*Layman.*d.cap.2.nu.5. in 2. & 3.dicto.*

4 Diuersimodè enim Summus Pontifex statuit *in cap.cùm esses.10.eod.tit. atque in d.cap. relatum.*Dicto enim *cap.cùm esses.*de omnibus generatim dispositionibus, etiam ad profana,decretalem decernens,cum duobus testibus, Parochialis quoque Presbyteri præsentiam desiderat. *in dicto verò cap. relatum.* de relictis ad pias causas verba faciens, duos tantum testes; nulla Parochialis Presbyteri facta memoria, exigit. *quod aduertit* Roman. *d.auth.similiter de speciali.34. num.95. in fine. Tabien.d. verbo testamentum.§.6.Syluest. eod. d.q.5. vers. tertium de testamento. & verbo. legatum. 4.q.9.Corn.cons.137.*

*Placet mihi.nu.1.vol.2. Tiraq.in princ.de pia causa post præfat.*Didac.*Spino d.glos.31.num.39. Genuens.in practicab.Eccles.q.660.* Marta. *de succession.legali.tom.2.par.4.q.1 art.8.nu.28. & nu.31.*

Quinimò docet *Butr d.cap. cùm esses. num.3.*
5 *vers.non obstat. quod dicitur.* Etiam ad profana factum testamentum coram duobus idoneis testibus, saltim de æquitate canonica substineri, si tamen constet de voluntate defuncti; re-
6 quisitionemque Presbyteri Parochialis ex abundanti esse, vt scilicet si,coram duobus testibus validum sit,rogatum testamentum;multò magis vtique valeat, si cum illis Parochialis Presbyter accedat.*& sequitur Pater Comitul.d. q.6.num.5.Layman.d.cap.2. num.4. & 5.*

7 Fac etiam,hæredis Institutio in Laycā conferatur personam, & legata dumtaxat ad pia rogentur,vt(quidquid de hæredis Institutione sit)firma tamen permaneant legata pia.*Alciat. d.l.1.verbo.liber. num.12. C. de Sacr.sanct. Eccles. Tiraq.priuil.2.vers.contrarium tamen.& priuileg. 80.in fin Couar.d.cap.relatum. num.3.* Didac. *Spino.d.glos.31.num.43.Surd.decis 292. num.2. Tusc. d.conclus 116.num.36.*Pater Vasquez. *in opusculis moralib.de testament.cap.3.dub.1.num.12.Gamma. decis.Lusitan. 380.in princ.* Comitul. *d.q.6.num.7.*
8 Et si contrariam sequatur sententiam. *Craß.d. q.18. num.6.* eamq; magis receptam appellet.
9 Verùm à priori non recedendum esse censeo; quòd in relictis ad pias causas non requiratur necessariò hæredis nuncupatio, cùm iuris Ci-
10 uilis solemnitas sit, quas omnes in relictis ad pias causas cessare,receptum est; & sufficiat si per duos testes de voluntate constet disponētis,ipsaque eius voluntas in sui substantia perfecta sit, & in ea naturalis iuris, atq; gentium solemnitas intercesserit;quòd lege,etiam diuina,in ore duorum,vel trium testium stet omne verbum.*d.cap.relatum. & cap.cùm esses.de testament.Tabien.verbo legatum.§.8.Syluest.d.verbo.testamentum 1.d.q.5.vers.tertium de testamento.& §. legatum.4.q.10. Pater Valerius. de different. inter vtrumque forum.verbo. legatum. different.9. Vasquez.d.cap.3.dub.1.num. 2.Iacob. Thoming. decis. Lipsiens.4.num.4.5.& seq.ac num.7.Cabed.d.decis. 129 num.12.par.1.Comisol. d.q.6. num.5. 6. & 7. & q.14.num.4.*Molin.*d.disput.134. col.2. Couarr. d.cap relatum num.9.et cap.cùm tibi.13.num.12.de testam.Craß.d.q.18.num.1.& seq.* Bonacin. *d. §.2. propos.3.num.4.Layman.d.cap.2.num.2.& 3.Tusc. d.conclus.116.num.39.et num.45.et 46. et num.64. Ioan.de la Cruz.vbi supra num.1. Mant. d.tit.3. lib.6.num.4.et seq.Surd.d.decis.292 num.15 et 16.optimè nouissimè D.Iacob.Anton.de Mauro allegat.81. num.1. et seq.et* D. *Marcellus de Mauro filius. allegat.36.num.13.& sequitur* Ioan. Baptista Thoro. *in compend.decision. par.2. verbo Testamentum factum ad pias causas fol.mihi 695. et nouissimè etiam in singularib.piarum causarum. sing.50. et d.priuil. 167.Balthaxar.Thomas. d.cap.66. num.126. Molfes.d.cap.5.num.174.et 175.Marta de success.legal. d.q.8.art.3.num. 2. et seq. et nouissimè prædictus Pater Alfons.de Leone d.q.5.sect.5. nu.56. & 57.*

Quam

11 Quam sententiam passim quoque in Tribunali Fabricæ per doctissimos eius Iudices, ac Regios Consultores; potissimùm verò Doctissimum, omnibusque numeris absolutissimum virum, Regium Consiliarium Scipionem Rouitum, nunc verò meritissimum Regiæ Cancellariæ, & Collateralis Consilij Regentem, secũdarum causarum Tribunalis Regium Consultorem, seruari vidi.

12 Sufficere nempè debet hæredi, se voluntatem nosse defuncti, atque de ea sibi per duos idoneos testes in Iudicio constare. Quinimò sat ei esse debet, si in conscientia de voluntate defuncti sit certus. *Glos.in cap.fin. per illum tex. in priue.verbo. Monasterio. de successionib. abintestato. Armilla verbo.legatum. §.51.in fin. Nauar. man.cap.17.num.117.vers.24. qui non soluit. Corneus d cons 137.num.2. Anton. Gamma decis. Lusitan. 81.num.4.& d. decis.380. Couar. d. cap.relatum in 1.num.3. Syluest. d.verbo. testamentum. 1. q.5.vers quartum secundum Archid.& verbo.legatum.4.q.7.8 & 9.ac 10. Tabien.eod. 2.§.8.Comitol.d.q.6.num.5. Anton Gomez. in l.3. Tauri.nu. 120. Matthæus Brunus. d.cons 87.num 28.& 30. & num.39.Crass.§.Testamentum. q.19. Pater Vasquez in opuscul.de testam.cap.2.dub.3.in fin.nu.17. & d.cap.3.dub.1.nu.12. Gizzarell. d. decis 47.Tiraquel.priuileg.2.Melchior.Phœbus.decis.Lusitan. 75.num.10.& 11.Emanuel Rodriquez in sum.par. 2.cap.73.conclus.10.num.11.in fin.Molina d.disp. 134. col.3. vers. quin eum eodem. Cabed.d. decis. 129.num.12.Sanctarell.d.q.70.num.2. & q.69.nu. 5.in fin.& num.11.nouissimè Thorus. in sum. priuileg piarum causarum priuileg. 10. Bonacin. d. §.2. propos.3.num 4.& punct 5.ead q.17. num.5.secundum priorem sententiam. Layman. d cap.2.num. 5. Pater Alfons. de Leone. d.q.5. sect.5.num.54.55. & seq.*

14 Rogati fuerint, nec ne testes; cùm sit hæc quoque Iuris Ciuilis solemnitas. *Abb in cap.relatum. 1 num.3.& Couar.num.4. Crass. d.q.18.nu. 5.Gizzarell. d.decis.45.nu.6.& decis seq.Corneus cons.307.videtur prima facie. num.6. & 7. vol.3. Mascard.lib.3.conclus.1360.nu.3. Tiraq. priuileg. 3.Tuscus.d.tom.8.conclus.116.num.2.& 3.& 4.& num.29. & 63 Ioan.de la Cruz vbi supra. d.nu.1. Gratian.Forens.par.1.cap.93.nu.8. Iacob de Mauro.d.allegat.81.num.5.& plenius allegat.42. nu.1. & seq.& dictus Marcell.de Mauro. d.allegat.36. num.3. & num 10. Thorus loco vbi supra verbo. Testamentum, & d.priuil.167.Intrigliol.d.sing.98. num.5.Bonacin.d.propos.3.num.4. Molfes.vbi supra d.num.174. et 175. Thomas. d.cap. 66. num. 126. Marta d.q.8. art.3.num.6. 7.8. et seq.* Quicquid aliud sit in testamentis ad non pias causas, etiã de iure canonum. *vt secundum communem dicit Gratian ibid.num.1. et seq.*

16 Alioquin peccato se inficiet hæres, voluntati reluctans Testatoris, quæ omnimodis seruanda est. *can.vltima voluntas. 13.q.2. tex.in §.si verò expressim. cap.2. in fin. in auth. de hæredib. et falcid. collat. 1. Butr. d.cap. cùm esses. 10.num.3. vers.nam hoc caput non procedit. et num.4. et 5.de testam.Roman.d.auth.similiter. num.94. in fin.Cephal.cons.429.num.48.49. et 50.Ioseph.Ludouic.in conclus.tit.de hæred.in 78 illat. Tabien. d.verbo legatum. 2.§.8. Frater Bernardinus de Bustis. tom 2. ser.1.par.2.§.quando autem. Molin.d.disp.134.col. 3.in fin.Corneus d. cons.137. num.2. et 3. vol. 2. sequitur Tiraq. priuileg 2. vers. hoc autem intellige. 1.circa fin.Comitol.d.q.14.num.5. Surd decis.346. num. 25. Layman. d. cap.2. num. 5. Ioan. Baptista Thoro.priuil. 101.col.3.in fin.vers.quibus sic stantibus.*

17 Tacitum porrò pactum intercedere videtur inter hæredem, & defunctum, de relictis suo vltimo Iudicio legatis soluendis. Vnde ex quasi contractu obligatus censetur legatarijs. *secundum tex. in l.ex maleficijs. 4. §. hæres quoque vbi glos.verbo, intelligitur. ff. de action. et obligat. tex.in §.hæres quoque Instit.de obligat.quæ ex quasi contractu nascuntur Alex. Raudens. variar. resolut.cap.62.num.13.Didac. Spino. gl. s.28.nu.68. Bonacina d q.17.punct.7.proposit.2.num.4.Gratianus.Forens par.4. cap 630. num.32. quem sequitur Hodierna ad Surd. decis.149.* Pactis autem non stare, & ab ipsis deficere, mortale est; in re potissimùm graui *ad tex.cum ibi notat.cap.1.de pac. Abb.in cap. licet.6. num. 15. de voto. Pater Comitulus.d q.14.num.7.vers.præterea si legatum. Card. Tuscus.d.tom.6.littera P. conclus.3.num.2. et num.*
19 *11.et conclus.4.* Qua de causa iurè Ecclesiasticam sentient acrimoniam per censuras, ob eorũ infidelitatem erga defunctum, qui eis animam suã cõmittit. *can.qui oblationes.9. et 10.vbi Turrecrem.13.q.2. Nauar. man.d.cap.17.num.68. et num.117.et cap.25 num.65. et cons.9. num.6.de empt.et vendit.lib.3. Pater Iacob.de Graffiis lib.1. decis aurear. cap.26. num.13 et in praxi quinque casuum. lib.2. cap 26. num.17. et seq. Lælius Zecchius. de casib. Episcopo reseruat. casu. 6.de legatis soluendis, num 6.vers. secundo aduertendum in fin. Petr. Binsfeld. receptar. Theologicar sent. sect. 5. membro.3.conclus.12.in fin. fol. 1085. Beatus Albertus Magnus.et ibid.Porretta addens.in compend. Theologicæ veritatis lib. 7. cap. 4. Ioan. Baptista*
20 *Corrad. par.2. casu.277.* Hac de causa itaque omni remedio Pontificali, & Principali compelluntur hæredes ad obsequium supremæ defunctorum voluntatis. *l.hæreditas. 53.§.defuncto.ff de petit. hæreditatis l.nulli. 28.C.de Episcop. et Cleric auth. hoc amplius. C. de fideicomis. §. si quis ædificationem. cap.7. et §. si quis autem pro redemptione. cap.8. in auth.de Ecclesiast.tit.coll.9. cap.tua nobis. 17. et cap. Ioannes. 19.de testament. Tuscus.d.tom.6.littera P. conclus.334. num.3.Molin.d disput.134.col.2.in fin.vers. obseruat Panormit.Thoro. priuil.148.*

21 Quemadmodum verò inter liberos conditum testamentum, quibuscunque verbis, vel indicijs, siuè scripturis confectum inueniatur (de voluntate modò constet Patris disponentis) validum, atque firmum, ac stabile est. *l.hac consultissima.21.§.ex imperfecto. C.de testament.l. fin.C.famil hercisciund Corn.d.cons.308.lib.3. Clarus.§.Testamentum. q.8. Crass. eod. q.11.Menoch. lib.4.*

Menoch. lib.4. præsumpt.7. num. 1. Molina de Iustit disput.128. Layman d.cap.2.num.2. & 5.& 9.

22 Ita quoque, & ad pias causas, rogatum elogium; cùm non minus priuilegijs suffulta dispositio hæc sit, quàm quæ inter liberos rogatur. *secundum Abb.conf.11 col.1.num 2. circa med.par. 1.Corn.d.conf.308 num.6. & seq.vol.3. Butr.cap. fin.num.26. vers. ex hoc habes notabile verbum. de success. ab intestat. Couar.d.cap. relatum.primo.nu. 12.de testament. Facchin. Illustr. controuers. par.1. lib.4.cap.3.ad tertium dub.fol mihi.475.Gizzarell. d.decis.46.num.13.& 14.Boer. decis 93. num 3.& 4.& num.8. & seq. Thoming. d. decis.4. in prima opin. Aluar Valasc.tom.1. d.consult.67. num.7. & seq.Sanctarellus. d. q.69. num.2. & seq. Card. Tuscus.d tom.6.littera P. d.conclus.334. & d.conclus. 116.num.2.tom.8.& num.31.& 64. & seq. Marta de success. legali d.q.8. art.1. num.3.& d. art.3.& art.5.Layman.d.cap.2.num.11.12. & 13.*

23 Quinimo maioribus fulciatur priuilegijs pia causa, quàm liberi ipsi, (extra tñ portionem legitimam iure naturæ eis debitam). Cùm fauorabilior esse debeat in hoc Deus ipse super omnia Benedictus, cuius intuitu legata pia rogantur; & anima ipsa disponentis, quàm filij. *arg. tex.in l.postliminium.19.§.filius quoque.ff.de captiuis.& postlim.reuers.sequitur Couar d.cap. relatum.num.10. Illustrissimus Card. Mantic de coniect.lib.5.tit 15.num 36. Gallett.in margarit verbo legatum.§.legatum factum alicui.Tuscus.d conclus 334. num.1. Thoro. in sum. priuil. pior. priuil. 122. Marta d.q.8. art.5. num.2.& seq. Layman.d. cap.2.num.12.in fin. & num.13.*

24 Neque scriptura necessari requiraturò, vt firma sit ad pias causas rogata dispositio, cùm sufficiat si de illa per duos testes; vel alio etiā modo constet. *Vt plenè Corn.d.conf 308. num.6.7. et seq.Boer.d. decis.93. nu 4.Couar. d.cap.relatum. num.11. Illustrissimus Card. Seraphin decis 581. num.6. Genuens. in practicabilib Eccles. d. q. 660. Mynsinger.cent.5 obser.23. num.5 Iacob.Thoming. d.decis 4 num.4.& seq.Gamma.d.decis.380.num.1. vers.nec obstabit. Pater Comitul d lib.7 q. 6. per tot.Sanctarell.d.q.70. Maurus pater, & filius. d. allegat.42.et 81 et d. allegat.36.Thoro.priuil.226. Intrigliol.d sing.98.num.6. et 15. et num.52. Ioannes de la Cruz vbi supra d art.5.circa testamentum. conclus.1.Layman.d.cap.2.corollar.1. num.3. et nu. 5.Alfons de Leone d.sect.5.num.56. et 57.*

25 ,, Legesque Iustis dispositionibus Testato-
,, rum omnimodò hæredes obedire compellant,
,, *et Iustinus loquitur Imperator in l. quæstionem ex*
,, *facto 32. alias fin. in fin. C.de fideicommiss.* Cùm
,, hanc vnam semper habeant intentionem; Di-
,, spositiones morientium esse firmas; nisi relu-
,, ctent legi. *vt tex.inquit. in auth.de iure iurand.à morient præstit.in princ.*

Hic verò in facto hoc nostro, ne dum sanè per scripturam manu Parochi scriptam, & per testes recognitam, de pia constat Marcelli dispositione, supremum agentis spiritum; verùm etiam, & per plures testes. Vt inficias iri haud possit per hæredem, quin legata soluere tenea-

26 ,, tur defuncti Fratris; Ac cogi modis omni-
,, bus, pro voluntate Testatoris, piæ rei procu-
,, re negotio; & pro sua conscientia votum im-
,, plere testatoris. *vt tex. inquit in l.nulli. 78.C.de Episc.& cleric.*

27 At confessarij statur assertioni. Defunctum, qui sibi sua confessus est peccata, pia reliquisse legata, asserentis; potissimum si ipsa confessarij assertio adminiculis suffulta fuerit. *ad tex. in l Theopompus. 15. ff.de dote prælegat. tex. in l. quem hæredi.26. vbi Bar ff.de reb. dub. Angel.in l. tale pactum.num.2 ff de pact Lopez.in rubr. de donat.inter vir.& vxor.§.65. num.14.& 15.optimè ad rem Nauar conf.16.¹ leticus quidam. de testament lib.3.Peregrin. de fideicommis art.33. nu.58. sequitur Iacob.Cancer.lib.3.variar. resolut. cap.20. de legat.num 86.vsque ad num.90 Lapus.allegat. 92.num 2.vers.in contrarium & num.3.& seq.Trisan.lib.1.decis.3.num.2. & 4. vbi ita decisum refert. Viuius in comun. opin.litt.C.verbo.Confessio. seu ea quæ fuerunt dicta.lib.1.comun.opin.fol.194. optimè Layman.d cap.2. num. 5. Ioannes Baptista Thor de priuil.piarum causarum. priuil.101.col.3. versi cò quia sumus.*

28 Sicuti statur Confessarij dicto, per pœnitentiam emendatum aliquem asserentis. *glos.sin.in cap.testimonium.54. de testib glos. in can.ipsi Apostoli. 37. vbi Archid. num 2.2.q.7 item Archid. can in capite ieiunij.58.num.4. dist.50. Hostiens.in sum de pœnitent.& remiss.§.a quo iur Sacerdos.nu. 53. Abb.d.cap. testimonium. num.14. & Felin ibid. num.35.& 36.& in cap.1. de exc pt. num.3. vers. per Sacerdotem Abb conf.52. paulò post init lib.1. meus Maranta.conf.53.num.26. & conf.14. nu.2. Triuis d.decis.3.num.1.Barbos.de offic.et potestate. Episcop par.2.alleg.43.num.22.et seq.1 pater Sigismūdus à Bonon.Capuccin.de elect.præ ator.dub 87. num.7. post Nauar. in man. cap.27. num.204.idem Barbos.d.cap testimonium. num.3.*

29 Profectò, quòd gerit Confessarius vicem Dei; vnde statur dicto ipsius, propter quā tatem facti; cùm in secreto fiat confessio, vt Abb. *inquit d.cap testimonium num 14. tex.in cap.si Sacerdos. 2.in fin de offic. ordinar.*

30 Neque ea, quæ in abstruso conscientiæ receptaculo abdita sunt aliter, quàm per Sacerdotis dictum sciri possint; vt stetur propterea

31 assertioni eius, etiam si de alterius agatur præiudicio. *secundum notabilem doctrinam Calderin. conf.2.de testib.num.1. vers.item præsuppono. in fin. et faciunt notata per Lapum.d. allegat.94 num.3.et 4 et notata per Federic.de Senis.conf.119. nulli dubium num.1. vers. circa quod aduertendum.*

32 Quod sanè multò magis procedet fauore Animæ disponentis ipsius. *ad tex.in l sunt personæ.43. ff.de religios.et sumpt. funer.arg. tex.in cap. consilium.2.de obseruat.ieiun. glos.notab.et final.in cap.vnic.circa fin. de scrutin. facit glos in cap. tua nos.26.vers.qualiter tibi constiterit.de sponsalibus, et matrimon.faciunt notata per Rip.de remed.ad curand pestem.num 107. 108.et seq. et per Thomam. Triuis.d decis.3.Couar.d.cap.relatum.1. num.12. in fin. Mascard. tom.2. d. conclus.1176. num 2. et* San-

Sanctarell. d.q.69. num. 1. & seq. Card. Tuscus. d. tom.6.littera P.conclus.337.

33 Ac præsertim ad firmandam disponentis supremam voluntatem, cùm in dubio ad validitatem testamenti pronunciandum sit. *est tex. in l.si pars iudicantium. 10. ff. de in officios. testa-*

34 *ment.* Potissimùm verò piæ causæ fauore. *Roman.d.auth similiter.in 17.speciali. in fin. num.67. Mascard.lib.3.conclus.1359. num. 1. Sanctarell.d. q.69. num.8. & 9. ac 10. Tuscus. d. conclus. 337. Thorus.priuil.4. & priuil.187.*

Neque tempus aliud Marcello supererat de rebus suis, ad salutem potissimum animæ suæ, disponendi. Quippè qui pluribus in via ab inimicis adorsus, peritus læthalibus vulneribus, animam iam agebat.

35 At vbi de animæ agitur salute abundantiùs est agendum. *est tex. in cap.fin.de presbyt.non baptizat. cap.iuuenis. 3. vbi glos.de sponsalib. Anchara. cons.179. prima facie num.6. & 7. Tiraquell. priuil.164.in fin. Barbosa axiomat.26.num.3. & 4.*

Inter alia verò, quæ Marcellus disposuit, quingenta fuere pro malè ablatis restituendis.

36 Quæ planè restitutio facienda omnino fuerat; ni se certo damnationis periculo exponere voluisset; cùm non remittatur peccatum, nisi restituatur ablatum. *tex.in can. 1.14.q.6.regula peccatum.4. de regul. Iur.in 6. S.Thom. 2.2.q.62. art.2.in respons.Petrus. Binsfeld.Theolog. pastoral. par.3.cap.15.§.3.col.4.fol.360.*

37 Credendum ergò Sacerdoti Confessario est, de his testanti, quæ ad suum spectant officium.

38 Parocho præsertim. *ad tex. in cap.fin. de sepul-*

39 „ *tur.extra.* Qui Iudex est animarum, & de

„ quo Ius canonicum in hoc plurimum confi-

„ dit. *vt loquitur Corneus d.cons.137.num.1. paulò post princ.d.vol.2.glos.in cap.2.verb. Parochiæ.de vsur.lib. 6.vbi Geminian.nu 9. quo ad glos.2.vers. in ead.glos.ibi.Sacerdote.Abb.in cap. dudum.20 nu. 10.de conuers. coniugator. & ibid. Barbos. num.3. Conar.in cap.cùm tibi.num.23. de testam. Nauar.d. cons.16.Clericus quidam.lib.3. de testam. Genuens. d.q.660.num.3.ex Vasquez.de success. creat. lib.1. §.24.num.19.Grammatic.cons.Ciuili.29.sub nu. 10. Molina.de Iustit.& Iur.tom.2.disput.264. num.13. Sanchez de matrim.lib.1.disput.7.num. 10.Layman. d.cap.2.num.5.*

40 Est enim Parochus persona Publica, & Sacerdos in dignitate Ecclesiastica constitutus; Vt credendum sit ei, in his, quæ ad munus suū spectant. *secundum Gloss. in cap.pastoralis.28. in princ. in verbo, exonerare. de offic. delegati. Mascard.de probat.tom.1. conclus.673. num.18.19.& 20.& conclus.1161.num.30. Sfort. Oddo.de restitut.in integr.par.1.q.37.art.4.num.43.et 44. Francisc.de Ponte.cons.63.num.18.et 19.lib.1. Monald. cons.154.lib.2.num.10. et num.11. vbi ita Venetijs receptum fuisse testatur, quod antea dixerat quoque Ioan.Andr.in addit.ad speculator.lib.2.par.2.tit.de Instrument.edit.§ nunc dicendum restat. in additione magna. circa fin.vers. vnde Venetijs statur.Rota apud Illustrissimum Seraphin. decis.1128. num.1. plures alios refert. Cevallos de cognit. per violent. par.2.q 4.num.85. Ioan.Lopez d.rubr. de donat.inter vir.et vxor.§.65.num.15 et 16 Rota par. 1.diuers decis.598. num 4. et par 2. decis. 340.num.2. Gratianus Forens par.2.cap 298.num.94 et par.3. cap.468. num. 39. et 40. Rota in Senogallien. prædy 3.Iunij 1581 coram Bubalo decis o sub.num.1. in fin.et in Toletana Primitiarum. 17.Maij. 1595. coram Corduba. decis.106.num.3. in fin.post primum vol cons Farinac. Thorus d.priuil. 101. vers. eò quia in fin et priuil.218 num 4.in fin.et in compend. decis. par. 1. verbo filiatio. col. 2. vers.tertio adducitur,et col.4.vers.ac demum.*

41 Ad parochiale verò Officium promotus, ab Episcopo approbatur, nedum quoàd ætatem, & doctrinæ sufficientiam, verùm etiam & quo ad mores, vitæquè integritatem. *iuxtà formam Sacri Trid.Synod.sess 24. cap.18. de reformatione.*

42 Fideique professionem emittere tenetur ad præscriptum. *d. Sacri Trid. Concilij. et Pii Papæ Quarti constitutionem.* Quòd aduertit satis aptè ad rem nostram *Calder. d.cons.2. num. 2. de testibus. et Mascard. adnotat. d. conclus.673. num.18.*

43 Quæ quidem professio solemne est iuramentum, *vt sequitur Reuerendissimus Riccius Dominus meus,de Iure personarum.extra Eccles.lib.1.cap.13.*

44 *num.23.* At Sacramenti causa, statur officialis dicto in his, quæ ad suum spectant officium. *iuxtà tex in cap ad audientiam. 13. circa fin. vbi glos. verbo.iuratus.cum ibi etiam notat.de præscrip. et ibid. Barbos. num.4. Menoch. lib.2. præsumpt.79. num.1.et seq. Pyrrs.de resignat. lib.9. q.22. num.8. 9.10.et 11.*

45 Alioquin si in his casibus fides Sacerdotibus (probis præsertim) detraheretur, cùm illi veri Dei vice in hoc fungantur. *ad tex.in d.cap. si Sacerdos.2.in fin.de offic.ordinar. et can. accusatio.14.in finalib.verbis.2.q 7.* multorum contingeret animas decipi, atque debito defraudari consilio; cùm alias suis consulere conscientijs, vel non auderent, vel etiam non possent, vt in terminis hisce nostris aduertit *Petrus Pecchius de testament.coniug.lib.1.cap.21.num 3. dum resol-*

46 *uit.* Credendum esse Sacerdoti dicenti, pecuniam secreto alicui restituendam, sibi à defuncto relictam fuisse. *et antè eum plenè Bertus q.12. per tot præsertim in finalib. verbis. Nauar. d.cons. 16.in fin Layman.d.cap.2.num.5.*

47 „ Sacerdos nempè *(vt Abb.loquitur d. cap.fin. in glos.fin. num. 5. vers. ex quo habes,de sepultur.)*

„ gerit officium Publicum in actu confessionis,

„ ita vt in cautione, seù promissione per eum re-

„ cepta, possint omnes agere, quorum interest,

„ sicuti, si promissio fuisset recepta per ordina-

„ rium loci, seù Notarium, *hæc Abb.idem Abb.in cap.dudum.num 3. & num 10.de conuers. coniugat. & ante eum ibid. Innocent. idem Abb. cons.63.col. fin.num. 9.par.2. sequitur Gramat. cons.29. Ciuil. num.10.Mascard.d.conclus.1161.num.30.Gabriel. lib.3.tit de verbor.obligat. conclus.vnica num 80. Thorus d.priuil. 101. vers.eò quia sumus. in fin.*

48 Et quidem si statur nuntijs, alioqui vilibus, in his, quæ ad suum spectant officium, eisque creditur, *vt Federic. de Senis loquitur d.cons.119. in fin.*

in fin.num.3. est glos.in cap. cùm parati.19. verbo. suus nuncius. in fin. de appellat. vbi plenè Barbos. sequitur Rota apud Ludouis. decis. 426. num.6. Zerol.in praxi.par.1.verbo.nuntij. §.2. Gabriel lib.2. de citat.conclus.4.Ceuallos.q.381.Gratian.Forens. par.1.cap.60.num.3.5. & 7. & cap. 502. num.16. par.3.Farinac. q. 56. de testib. num. 380. Bolognin. cons 52. per tot. Non credetur Sacerdoti de eo

49 attestati, quod ad suum spectat officium? In quo sanè plurimum Iudicis versatur arbitriũ. *secundum Iason.in l.admonendi. in repetit.nu.121. in fin.ff. de Iure iurand. Gratian. Forens.par.4. cap.*

50 *749. num.3.* Et pro Confessario stat præsumptio Iuris, quæ pro liquidissima probatione habetur. *vt inquit Paramus de origine Sanctæ inquisit.lib.3.q.10.num.154.*

51 Potissimùm, quòd supremam hanc Marcelli dispositionem ipsemet Parochus Sacerdos eodemmet tempore statim, vt ipsemet Marcellus proferebat, coram testibus aperuit. *vt post Laurent. de Rodulf. adnotat Geminian. d.cap 2. num.9.vers in ead. glos.de vsur. lib.6. & facit glos. in verbo vnus testis.cum tex.in d. cap.fin.de successionibus ab intestat. Brun. d.consil. 87. num.33. & num.53. in fin. & plenè notata per Mauros dictis eorum allegationibus, qui in facto magis dubio loquuntur, & sequitur Layman. d. peculiariter aduertens.d.cap.2. num 5. dicto 2.*

52 Quibus accedit, quòd optimè constat per examinatos plures testes de bona vita, & fama Parochi ipsius; & quòd quotidie sacra facere consueuisset; solerq; esset, ac diligens in munere suo obeundo, curandaquè animarum salute; suisque scripturis fides adhiberetur.

53 Vt ex his qualitatibus, & si nulli adessent alij Testes, qui de dispositione prædicti Marcelli deponerent, standum nihilominus esset huius Sacerdotis dicto *Berous, d.q.12.num.6.& 7.optimè Nauar.d.cons.16.in fin.Couar. d. cap. cum tibi etiam in fin.Caputaquens.decis.271.par.3. Mantic. decis.6.num. 10.& 11.Gratian.Forens.par.4. d.cap. 749.num.1.2.& 3. Rota apud Sanctissimum Gregor.XV.Ludouis.decis 351.num.10. Cæsar Bartius. decis.19. num. 30. & 31. optimè ad rem dictus Genuens.in practicabilib. d.q.660. num. 3. Lapus.d.allegat.94. num. 4. vers. quid igitur mirandum. vbi*

54 *Mandos.litt.V.Layman. d.cap.2.num.5.* Potissimùm, quòd Hæres, non quidem dispositionē, sed probationem denegat, & abnuit, atque impugnat, vt optimè post Corneum, aduertit doctissimus *Tiraquel. d.priuileg. 2.d.§.hoc autem intellige.in fin.Rodriq.quæst regular. par.2.q.36. art.1. in fin.*

55 Quæ profectò probatio (quidquid alias ex aduerso probare nixus fuerit D.Antonius Hæres Marcelli, vnde defecit scrutando scrutationes *Psal.63. num.7.*) minuit, ac proruit in contrarium facientes probationes, & indicia. *meus Maranta.cons.85. num. 3.& 4.& cons.93.nu. 6.in fin.Farinac.cons.10.num.37. & num.52. lib.1.* Ad hunc præsertim effectum obiectæ falsitatis excludendæ. *Beccius. cons.78. num. 26. Almontes Ciazius disceptat.Crimin.ad reorum defensum. discept. 19. num.32.*

56 Vt huic standum probationi magis in concursu sit, quàm contrariæ de mala fama. *Put. decis.2. num.2. lib.2. Rota apud Sanctiss. Ludouis. Gregor.XV.decis.455.num.4. Rot. in recent.par 2.*

57 *tom. 1. decis.444. num.6. in fin.* etiam si de bona fama deponentes testes numero maiores essent. *idem Ludouis. d.decis.455.d.num 4. & decis. 498.num.16. Ciazius d.discept. 19. per tot.*

58 At in facto hoc nostro, multò magis id procedit; cùm de bona vita, & fama deponentes testes numerum contrarium deponentium vincant, ac superent. Præterquàm quod item Iuris præsumptione fulciuntur, qua quilibet bo-

59 nus præsumitur, ac bonæ famæ, & vitæ, donec contrarium plenè probatum fuerit. *ex tex.in d. cap. vnico. vbi glos. & concordant. de seruitiu. Farinac.de indic.& tortur.q.47.num.277. & 283. Rota apud eund.Gregor.XV.d.decis.498.num.16. Merolla Theolog.moral.tom.1.disput.3.cap.3.nu.260. vers. & confirmatur in fin. Ioseph Ludouic. decis.*

60 „ *Luccens.13.n.3.et 4.vbi inquit, quòd:* Vnusquisque (etiam carnifex) & omnis alia persona de
„ mundo in suo exercitio (in dubio) præsumitur
„ bonus, *arg.l.meritò.51.ff.pro socio.* rationemq;

61 „ dicti reddit *ex Bald.cons.402.lib.5.* Quoniam
„ bona fama est innata, & est continuata ex ori-
„ gine, & habitudine Naturæ; sed mala non est
„ continuata, sed accidentalis. *hæc ille.plenè quoque Mascard.de probat.tom.1. conclus.222.num.1. & seq.vbi num.11.* id præsertim procedere (in-

62 quit) in promoto iam ad aliquod Beneficium, ex quo antè promotionem inquirendum sit de vitæ integritate, & bonitate, atque sufficientia. *vt ex Sacro sancta Trid.Synod.d.cap 18 sess.24. de reformat.diximus paulo ante. num.32.plenè etiā Menoch.de præsumpt.lib.5.præsump. 1 per tot.*

63 Et suffragatur his, quæ dicimus, quòd testes, cùm sint à parte aduersa producti, & examinati super articulis per ipsam datis, plenè in omnibus probant aduersus eam. Nimirùm, quòd ab ea approbati videntur. *Roman.consil. 104.Pater Reuerende.in fin.num.6. Maranta.cons. 47.num.5. & cons.48. num.4. & cons.19 num.24. vers. non obstat. Rota apud Cauaier. decis. 322. nu. 6.& decis.327.sub.num. 1. & decis.349. num.2. &*

64 *seq.* Etiam si fuisset vnus tantum testis. *Vin.decis 172.num.9.& decis.400 num.21. Ioseph Ludouic.decis.Perus.28.num.6.Sebastianus. Medic.decis. 27.num.5.Gratian.decis.81.num.3. & dec 591.nu. 18.Marius Antonin.variar.lib.3. resolut 5. num. 1. Farinac.de testib.q.62.num.126.cum seq. Francisc. Merlin decis.Luccens.12.num.12 Ciazius. d.discep. 19. num.20.*

65 Præterea, qui de bona fama testificantur testes, in specie, ac peculiariter de illa loquuntur; qui verò contrà de mala, in genere tantùm, & de auditu, nec concludenter, vt non immeritò, (estò mala aliqua fama exorta ex hoc fortasse fuisset aduersus hunc nostrum Sacerdotem) tollatur illa tamen per bonam in specie probatam. *Farinac. & per eum relati.d. q.47.num 184. & num.185. Rota apud Sanctissimum Ludouis. Gregor. XV. decis.472. num.7. & in Casalen. irregularitatis.*

*tatis. 29. Nouembris. 1610. coram Sacrato. deciſ.
297. num. 4. in fin. poſt vol. 2. Conſil. Farinac. & in
Calaguritana integræ portionis. 1590. coram Comi-
tulo. deciſ. 77. num. 4. apud eund. Farinac. poſt 1. vol.
conſil. Ciazius. d. diſcept. 19. per tot.*

66 Accedit his quoque, quòd Sacerdos hic, iam
vita exceſſit; vt multò magis eius ſcripto ſtan-
67 dum ſit. Mors nempè defectus omnes ſupplet,
ac vicem obtinet Iuramenti. *poſt Bar. in d. l.
admonendi. num. 27. & Iaſ ibid. in repetit. num. 124.
de Iure iurand. Crauett. de antiquit. tempor. par. 1.
§. vidimus, & abunde, & vtiliter. num. 35. & 36.
fol. mihi. 109. in minor. impreſſ. Venetijs. Maſcard.
de probat. tom. 1. concluſ. 670. num. 15. Menoch. lib.
2. præſumpt. 51. num. 10. in fin. Ceuallos. d. q. 4. num.
84. par. 2. Farinac. de teſtib. q. 72. num. 129. & deciſ.
123. poſt primum vol. conſ. eiuſdem. Rota apud Ca-
ualer. d. deciſ. 322. num. 7. & d. deciſ. 327. ſub nu-
mero 2.*

Nequè vis facienda eſt vlla, ad iura infrin-
genda legatariorum, atque Oeconomi Fabri-
cæ, in teſtibus nouiſſimè per D. Antonium
conuentum, productis, & examinatis.

68 Cùm, quòd illi familiares ſint, ac famuli
producentis; vt nihil proinde præbent. *tex. eſt
in can. ſi teſtes. 2. §. idonei non videntur 4. q. 2. & 3.
& tex. in cap. in litteris. 24. vbi ſcribent. de teſtib.*
69 „ *l. penult. ff. eod.* Conſueuere nempè famuli
„ obedire Domino ſuo per fas, & nefas. *vt Bal.
inquit d. cap. in litteris. num. 1. verſ. præterea fami-
liares plenè Gabriel. lib. 1. tit. de teſtib concluſ. 10.
Maſcard. tom. 2. concluſ. 757. et concluſ. 758.
num. 1. Farinac. alios more ſuo cumulans. q. 55 de
teſtib. num. 122. Rota deciſ. 294. poſt 2. vol. conſil.
Farinac. & apud Canaler. deciſ. 492. num. 5. &
deciſ. 520. nu. 4. & 5. & poſt 1. volum. conſil. Fa-
rinac. deciſ. 125. n. 4. Ciazius. diſcept. 166. et 180.*

70 Præſertim verò vbi ad offenſam fuerint
producti. *Triniſ deciſ. 53. num. 8. lib. 2.* Vt ex hoc
ipſo (Iudicis officio, etiam ſi nihil pars oppo-
ſuerit,) repelli teſtes poſſint, quòd ſe familia-
res aſſerant producentis. *Viuius. deciſ. 235. nu-
mer. 15.* Atque ad piam diſponentis volunta-
tem prornendam accedant, quod adnota-
uit *Marcellus. de Mauro. d. allegat. 36. n. 11. et 14.*

71 Tùm, quòd à producente inſtructi fuere, vt
ex ſcriptura inſtructionis manu dicti D. Anto-
nij in actis producta, euidenter patet; vt nihil
proinde pro eo probent. *Maſcard. concluſ 1364.
num. 3. lib. 3. Farinac. de teſtib. q. 67. §. 8. num 283.
et 285. Rota apud Sanctiſſ. Gregor. XV. deciſ. 570.
num. 1. Ciazius. diſcept. 182.*

Nequè item vis facienda contrà nos eſt, vl-
la, ex fidibus ab ipſo D. Antonio productis,
quibus aſſeritur Marcellum prædictum hære-
dem nuncupaſſe D. Antonium eius Fratrem.
(con che haueſſe penſiero dell'Anima ſua.) nulla
prorſus facta memoria de legatis pijs. Licet
enim Marcellus nuncupaſſet principiò hære-
dem dictum D. Antonium Fratrem. Accerſitò
tamen poſtmodùm iterum dicto Confeſſario,
legata pia rogauit, ſicuti teſtes deponunt;
vt nihil proinde id afficiat, quin firma ſint re-
72 licta legata. Ambulatoria eſt enim defuncti
voluntas ad ſupremum vſque vitæ ſpiritum,
vt loquitur Vlpian. in l. 4. ff. de adimend. legat.

73 Teſtamentum verò in mortuis confirma-
tur, *vt Apoſtolus inquit ad Hebreos. 9. eſt tex. in
cap. cùm Marthæ. 6. §. cæterùm ſicut ſuperius. de
celebrat. Miſſar.*

74 Nequè fides prædictæ, fidem vllam faciunt.
*Rota apud Illuſtriſſimum Card. Seraphin. deciſ. 105.
num. 3. apud Sanctiſſimum Ludouiſ. Gregor. XV.
deciſ. 214. num. 2. et deciſ. 359. num. 4 Rota par. 2.
tom. 1. in recent. deciſ. 318. num. 4.* In re præſertim
graui. *Rota par. 1. tomo 1. in recent. deciſ. 441. nu-
mer. 6.*

75 Nimirum, quòd teſtibus iudicandum ſit,
non teſtimonijs. *cap. tua nos. 8. de cohabit. cleri-
cor. et mulier. l. 3. §. idem Diuus Adrian. ff. de te-
ſtibus.*

Iuratorum igitur teſtium depoſitioni ſtan-
dum in hac re erit, qui omnes optimè ratio-
nem dicti reddunt; quam ob cauſam confe-
cta fide, legatorum per Marcellum relictorum
non meminere. Non porrò, quòd illa Teſta-
tor non reliquiſſet; ſed quia D. Antonius præ-
dictus de Hæredis nuncupatione dumtaxat,
76 fidem ab ipſis fieri popoſcerat. Standum er-
go erit rationi huic, quæ rectè, probèque con-
uincit. Cùm ea vna ſit, quæ teſtis, vel infirmat,
vel confirmat dictum. *ſecundum Bald. in l. con-
uenticulam. 15. num. 5. in fin. C. de Epiſcop. & Cle-
ricor. Grammat. conſ. 12. num. 12. Farinac. de teſtib.
q. 70. in 6. ampliat. num. 12. Giazius. diſcept. 53. nu.
2. & diſcept. 189. num. 2. & diſcept. 192. num. 70.
71. & 72.*

Haud iniuria itaque, nec temerè cogitur
dictus D. Antonius voluntati parere defun-
cti Fratris; quòd firma illa ſit, & ſtabilis
77 Cæteroquin, & peccato ſe inficiet, (vt dixi-
mus) indignumque ſe hæreditate ipſa reddet,
*ad tex. in l. fin. quæ eſt. 32. in fin. C. de fideicom-
miſſ. d. cap. licet 6. in fin. vbi gloſ. fin. de voto. §. ſi
quis autem non implens. cap. 1. & §. hæc quidem. in
auth. de hæredib. & Falcid. collat. 1.*

Et ita ex his reſpondendum cenſui: ſub cen-
ſura, &c.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduo-
catus Reuerendæ Fabricæ.

In prima Inſtantia pro Tribunali contra
hæredem Iudicatum fuit. Neque adhuc, vt au-
dio, in ſecunda inſtantia Iudicium completum
eſt. Quòd ego, alijs extra Ciuitatem detentus
Officijs, Aduocationis muneri pro Tribunali
in Ciuitate incumbere minimè tunc potue-
rim. Verùm per Sacram Illuſtriſſimorum Do-
minorum Cardinalium Congregationem ſe-
quentes litteræ ad Dominum V. I. D. Melchio-
rem Reuiglionum à ſecretis, datæ fuere ſub
annum 1624. antequam in Negotio probatio-
nes deducerentur, vt in reſpõſione. Quas qui-
dem hæc referre operepretium me facturum
duxi.

I. *Molto*

Molto Eccellente Signore. Sentirno questi miei Illustrissimi Signori Cardinali la dispositione di Marcello del Tufo con la diligenza fatta da V. S. e pare strano, che questa causa per mancamento di proue vadi male, massime essendo stato dichiarata la voluntà del detto Marcello al Primicerio, e Curato, che in pia causa fanno fedi sufficienti. Però vegga di fare meggior diligenza; se non, mandi il processo, che si studiarà. & à V.S. mi racomando. di Roma le 8. Giugno. 1624.

Al piacer di V.S.

Il Cardinal del Monte.

Agustino Brasca Lomacui.

Economo, & pro Segretario.

Negotium denique transactione per hæredem cum Fabricæ Oeconomo inita, finem accepit, vt mihi retulit Eques Ioannes Franciscus Reuiglionus à Secretis dicti Tribunalis.

SVMMARIVM.

1 Clerici in sortem sunt addicti Altissimi Dei, ipseque pars eorum est.
nihil proinde extra Deum habere eos decet, quem elegere nihilque extra ipsum curare. num. 2.
3 Clericos ab omni temporalium rerum strepitu cessare conuenit, atque orationi deditos esse.
4 Clerici inde Christi aluntur patrimonio, vt diuinis vacent obsequiis.
5 Beneficia propter officium, & sedulitatem ministerii Instituta sunt.
quod etiam apud Gentiles constitutum erat. numer. 6.
7 Ecclesiarum ministri habere debent vnde vitam honestè transigant, atque impendentes humanas subleuent necessitates.
8 Feudorum beneficia pro temporali seruitio constituta fuere.
9 Salarium laborum si conuentum fuerit, ex pacto peti potest, sin minus extra ordinario Iudicio.
10 Operarius dignus est mercede sua.
11 Militare nemo cogitur suis stipendiis.
12 Beneficiorum distributio inde imposita, ne ministri Ecclesiæ mendicare cogerentur. & num. 13.
14 Beneficium vnum si ad victum sufficiens non fuerit, potest aliud simplex obtineri.
15 Beneficia plura insufficientia vniuntur, vt faciant vnum sufficiens.
Beneficium insufficiens imperfectè beneficium dicitur.
16 Beneficia propter ministros sunt, non è contra.
17 Altario qui seruiunt de Altario viuere debent.
18 Os boui triturantis alligari non decet.
19 Beneficium sufficient, quod nam dicatur.
20 Victus nomine, quid comprehendatur.
21 Medicinæ, & valetudinis impendia, victus nomine comprehenduntur.
22 Equus ad vehendum si necessarius fuerit etiam victus nomine includitur.
23 Victu in taxando habenda ratio erit qualitatis, ac dignitatis personæ, ac temporum qualitatis.
24 Beneficium tenue dicitur, quod, & si victui sufficit beneficiarii, necessariæq; familiæ, non tamen ad onera alia soluenda satis est.
25 Beneficium minus ducentorum florenorum de auro insufficiens nuncupatur.
26 Florenus auri pro ducato de camera accipitur.
27 Pauper dicitur Clericus, qui beneficium ad sui sufficientem victum non efficax, obtinet.
28 Pauper an quis dicatur, vel sufficiens habeat beneficium, Iudicis arbitrio remittitur.
29 Beneficii fructibus in taxandis onerum ratio habenda erit.
30 Fructus nomine, detractis omnibus expensis, & oneribus, exaudiuntur.
31 Testis de fructibus deponens exaudiri debet de fructibus, expensis omnibus detractis.
32 Beneficii valor computatur detractis omnibus oneribus, etiam Missarum, & anniuersariorum.
& ministrorum, qui necessarii sunt ad diuina celebranda mysteria. num. 33.
34 Cappellanus quasi locare videtur operas suas promissis faciendis, vti famulus.
35 Gloss. sententia in cap. significatum. 11. de præbend. à Maynardi calumnia vindicatur.
36 Clericus Sacerdos, quod acquirit sibi pro diuinis faciendis cùm illud pro mercede debeatur, potest de eo ad libitum disponere, vti de aliis patrimonialibus, atque testari.
37 Expensæ pro litibus, & salaria pro Aduocatis, & procuratoribus, qui iura tuentur beneficii, ex corpore extrahenda sunt beneficii, eiusque fructus minuunt.
& veluti es alienum computantur. num. 38.
39 Expensa in Aduocatis erogatæ quæ inuentarium dictauere, ex hæreditate retrahuntur.
40 Expensa, quæ in conseruandis erogantur fructibus, æquè habentur, ac quæ in colligendis iis, factæ fuere.
41 Mersedes pro famulis, & ancillis veluti æs alienum ex patrimonio extrahuntur defuncti, legitimamque filiis debitam minuunt.
42 Merces etiam Iure Diuino operantibus debetur.
43 Expensæ in reparanda domo beneficiali erogatæ, fructus minuunt.
44 Beneficiarij laborum in colendis, tuendis, augendisque Beneficii bonis, in fructuum beneficii computatione, ratio habenda erit.

45 Ce-

45 *Colonus laboris proprij æstimationem incolendis agris, fructibusque colligendis ex fructibus percipit.*

46 *Labor in procurandis, percipiendisque, fructibus pars æstimatur fructuum.*

47 *Beneficiario pars debetur fructuum tanquam vitæ necessaria substentandæ, & tanquam laborum merces, & stipendium.*

48 *Beneficiarius, quod ex patrimonialibus in bonis bonis beneficij impendit, potest sibi ex beneficiorum fructibus retinere, atque consanguineis iurè dare.*

49 *Beneficiorum fructus ij dicuntur proprie, qui detractis omnibus oneribus in absentia percipiuntur, non verò qui residendo, cùm illi quasi pro labore merces debeantur. num.50.*

51 *Distributiones quotidianæ, & onera Missarum, & anniuersariorum inter beneficij fructus non computantur, ita, vt neque Beneficij corpus augeant, & præbendæ, cùm propter personalem residentiam debeantur.*

52 *Tertia pars fructuum, quæ pro distributionibus extrahitur ex decreto Concilii, in beneficii corpore non computatur.*

53 *Beneficiarius, qui in pensionem omnium fructuum consensit, potest pensionarium cogere ad soluendā mercedem pro beneficii seruitio.*

54 *Impensæ ex fructibus primò extrahendæ sunt.*

55 *Dotanda est Ecclesia Patronata, vt habeat Beneficiarius vnde honestè se alat, & Iura soluat Episcopalia.*

56 *Negatiua probatur ex reuolutione actorum, atque librorum.*

57 *Scriptum, quod non reperitur in actis, non gestum præsumitur.*

58 *Fructus exuberantes qui dicit, ipse probare tenetur. etiam probando deductis omnibus oneribus illos excrescentes esse.*

59 *Valorem probare debet, qui se fundat in illo.*

60 *Valoris probatio est admodum difficilis.*

61 *Testes super valore deponentes beneficii, etiam non interrogati causam scientiæ dare debent.*

62 *Valor non cadit in sensum corporis.*

probarique debet per testes benè informatos: num. 63.

64 *Imputet sibi, qui in probando defecit.*

65 *Probationes sunt veluti vehiculum quodam ad sententiam.*

66 *Probationibus neglectis nihil Iudicari, quàm perperam potest.*

67 *Actore non probante reus absoluitur.*

68 *Testator præsumitur se conformare Iuris dispositioni.*

69 *Humanum est plus sperare de facultatibus suis, quàm in his sit.*

70 *Testatoris Iudicium Iudicem sequi oportet, & ordinem per eum designatum.*

ARGVMENTVM.

Quod nam sufficiens dicatur Beneficium ad honestam vitæ substentationem? latè, nec ineptè differitur.

RESPONSIO XVIII.

NObilis quædam Mulier, cùm fatis sibi concedendum esset, rogato elogio, Beneficium quodam Ecclesiasticum erigendum sanxit; suis bonis omnibus eidem addictis; onere adiecto celebrationis Missarum in singulos dies per Beneficiarium Rectorem, quem ipsa nuncupauit; cauitque, vt excrescentibus fructibus Beneficij, Matrimonio quoquè locarentur in singulos annos Pauperes Puellæ loci, in quo Beneficium erectum est. Testatrice vita functa; erectoque Beneficio, captaque possessione per Beneficiarium, post multos annos in Iudicium appellatur apud Tribunal Fabricæ per homines loci prædicti, quòd pauperes puellas nuptui non dederit, neque det, iuxta Testatricis sensum, atque supremam dispositionem. Haud abnuit dispositionem Beneficiarius; sed fructus non superesse beneficio, vt nuptui puellas tradere valeat, replicat. Vnde disceptari contigit: quod nam sufficiens diceretur beneficium, vt ex super excrescentibus fructibus voluntati pareretur defunctæ Testatricis?

Mihi verò pro Beneficiario respondendum esse, visum fuit.

1 Quoniam sunt Clerici in sortem altissimi Dei addicti; & ipse Dominus pars est eorum, & sors, *can. cleros. 21. dist. can. Clericus. & can. duo sunt genera. 12. q. 1. Sacro sancta Trid. Synod. cap. 1.*
2 *de reformat. sess. 22.* Vt nihil propterea extrà Deum habere eos deceat, quem elegere. *d. can. Clericus. 12. q. 1.* nihilque curare oporteat, præter ipsum, quem sortem sibi, partemque fecere. Nè, cui ascripti sunt, Religionis cultui, decerpatur, quod ad alia confertur officia. *can.*
3 *cui portio. 12. q. 1.* Quare ab omni temporalium rerum strepitu cessare eos conuenit, quos Diuino mancipatos obsequio, orationique, ac contemplarioni deditos esse decet. *d. can. duo sunt genera. 12. q. 1.* talesque se exhibere, vt ipsi possideant Dominum, & ipsi possideantur à Domino. *vt S. Hieronymus ad Nepotian. d. can. clericos, inquit.*

4 Meritò igitur, nec iniuria factum est; vt
Christi Domini IESV Patrimonio alantur
Clerici, cuius obsequio deputantur; atque
Ecclesiæ stipendijs substentetur, in qua, &
per quam Diuinis ascribuntur obsequijs.
*capitulo. cùm secundum Apostolum. 16. de præ-
bend. extrà*. Altarique seruientes, altaris obla-
tione substententur. *vt loquitur Diuus Hiero-
nym. d. can. clericus. in fin. tex. in cap. extirpandæ.*
,, *30. de præbend.* Cùm propter hoc ipsum bene-
ficium eis indulgeamus (*Imperator*, inquit, *Iu-
stinianus in l. generaliter. 41. in fin. C. de Episcop.*
,, *& Cleric.*) vt alijs omnibus derelictis, omni-
5 potentis ministerio inhæreant. Propter offi-
cium enim, & sedulitatem ministerij institu-
ta sunt beneficia. *can. censeo. 12. q. 2. cap. fin. de
rescript. in 6. facit tex. in cap. pastoralis. 53. §. fin.*
,, *in fin. ibi: Et illi prouentus Ecclesiastici meritò sub-*
,, *trahuntur, cui Ecclesiæ comunio denegatur. de ap-
pellat. extrà. Ioan. Selua. de Benefic. par. 4. q. 2. nu.
3. vol. 15. tract. fol. mihi. 99. Petrus Gregor. Tbolo-
san. de benefic. cap. 5. num. 6. & cap. 6. num. 11. to-*
6 *mo. 2.* Quod etiam apud Gentiles constitutum
erat, *vt refert Lælius Zecchius. de Benefic. cap. 1,*
7 *num. 4.* Vt habeant Ecclesiarum Ministri, vn-
de vitam honestè transigant, impendentesquè
humanas subleuent temporales necessitates.
*can. Ecclesiasticis. 12. q. 2. d. cap. cùm secundum
Apostolum. 16. de præbend. S. Thom. 2. 2. quæst.
185. artic. 7. in respons. circa med. Innocent. in cap.
fin. de Cleric. non resident. Silua de benefic. d. par.
4. quæst. 2. artic. 3. Petrus Rebuff. in praxi. benefic.
tit. dispensatio de non residendo num. 2. Petrus Gre-
gor. d. cap. 5. num. 6. de benefic. & num. 7.*
8 Sicuti pro temporali seruitio constituta
fuere Feudorum beneficia in profanis. *capitul.
vnico. de forma fidelitatis. in vsibus feudorum.*
9 Et salarium laborum, ex pactione peti po-
test, si conuentione constitutum est; sin mi-
nus, extra ordinario iudicio honestè exigi
quoque poterit. *l. 1. ff. de variar. & extra ordi-
nar. cognit. Petrus Gregor. de Benefic. d. capit. 5. nu-
mer. 6. in fin. Rota in Turritana mercedis. 20. Maij.
1569. coram Illustrissimo Card. Seraphino. decis.
74. num. 1. & 2. Gratian. Forens. par 2. cap. 257.
num. 4. & seq. Rota. par. 4. diuers. collecta per Fa-
rinac. decis. 123. 124. 125. 126. 127. & 129. plura
Tiraq. de nobilit. cap. 29.* de salario Aduocatis
debito loquens, *num. 21. & seq. ac præsertim. nu.
27. 28. & seq.*
10 Dignus siquidem censetur operarius mer-
cede sua, iuxtà Domini verba, *Matth. 10. & Lu-
cæ. 10.* Operarijs nempè mercedis exhibitio
debetur. *vt Bonifac. VIII. loquitur. in extraua-
gan. super cathedram. §. verùm ne Parochialis. in-
ter extrauagant. commun. de sepulturis.*
11 Nec quisquam est vnquam, qui suis stipen-
dijs militare cogatur, *vt Apostol. inquit 1. ad
Corinth. 9. tex. in cap. cùm officij. 16. in fin. de præ-
script. & cap. Episcopus. 4. de præbend.* Cùm de-
nario fraudari non debeant in vinea Domini
operantes. *vt loquitur Honorius Papa. in capit.
super specula. fin. in fin. de Magistris.*

12 Nè qua igitur ex parte diuinus ob id mi-
nueretur cultus, quòd stipem sibi quærere ar-
ctetur sacris addictus. *vt Trid. Synod. loquitur.
sess. 21. cap. 3. de reformatione.* Congruè omni-
nò, iureque factum est, in beneficiorum Ec-
13 clesiasticorum distributione, vt tantùm quis-
que ex Christi Domini Patrimonio accipiat,
quantùm ad vitam honestè transigendam ne-
cesse sibi fuerit. *d. cap. Episcopus. 4. vbi glos. de
præbend.* sufficiensque ex hoc possideat bene-
ficium. *vt Sacro sancta Synod. loquitur cap. 17.
sess. 24. de reformat.*
14 Quò fit, vt si vnum beneficium sufficiens
non fuerit pro substentatione prouisi; iurè
possit in eadem Ecclesia aliud simplex obti-
nere beneficium. *glos. in cap. dudum. 54. el 2. ver-
bo. intitulatam. circa med. & vsque ad fin. de elect.
cui adstipulatur Sacr. Trid. Conc. decretum. d. cap.*
,, *17. sess. 24 ibi: Quod quidem si ad vitam eius, cui*
,, *confertur honestè substentandam non sufficiat, li-*
,, *ceat nihilominus aliud simplex sufficiens; dum-*
,, *modo vtrumque personalem residentiam non re-
quirat, eidem conferre. hæc ibi. sequitur Rota in Ce-
senaten. Canonicatus. 19. Februarij 1590. coram
Siptio. decis. 119. num. 9. par. 4. diuers. per Farinac.
collecta.*
15 Plura enim beneficiola in sufficientia coag-
,, mentantur, donec vnum sufficiens efficiant.
,, Beneficium siquidem adeò tenue, quòd non
,, sufficiat ad substentandum ministrum, non est
,, beneficium, nisi imperfectè; quoniam non po-
,, test sana ratione institui, vt vnum sit in vnius
,, stipendium, & propterea de his minimis fit, vt
,, melius fieri potest, quousque ministee habeat
,, sufficiens, vndè viuat; quoniam propter Mini-
16 ,, stros sunt beneficia, & non è contra. *verba*
,, *sunt Illustrissimi Caietan. in sum. verbo. beneficio-
rum multiplicatio. §. mortale autem. vers. nec ob-
stat. quem sequitur Lessius. de iustitia, & iure lib.
2 cap. 34. dub. 31. num. 169. vers quarta quia. San-
chez in consil. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 66. sub.
num. 2. in 2. sententia. & dub. 70.*
Quòd sanè rationi, quàm maximè consen-
taneum æstimatur, *secundum Apostol. ad Co-*
17 *rinth. 1. cap. 9.* Vt qui in sacrario operantur,
quæ de sacrario sunt, edant; & qui altario ser-
uiunt, de altario quoquè participent. *can. Sa-
cerdos, & can. seq. 1. q. 2. d. cap. cùm secundum*
18 *Apostolum. 16. de præbend.* Neque deceat os
boui trituranti alligari. *Deuteronom. 23. & d.
cap. 9. 1. ad Corinth. vbi optimè post Abulen. in di-
ctum Deuteron. 23. Cornel. à lapide vers. 7 9. &
13. tex. d. cap. extirpandæ. 30. de præbend. Petrus
Gregor. d. cap. 5. num. 6. Menoch. de arbitrar. lib. 2.
centur. 6. casu 520. num. 2. Lælius Zecchius. d. cap.
1. de benefic. num. 6 Petrus. Biasfeld. in enchyrid.
Theolog. pastoral. par. 4. de Iustitia, & iniustitia
quoad Benefic. capit. 13. conclus. 1. in fin. & con-
clus. 2.*
19 Cæterùm sufficiens illud vocatur Benefi-
cium, ex quo Beneficiarius, tùm se, suamque
familiam substentare valet; tùm etiam iura
Episcopalia soluere; & sibi, suæque familiæ
victum.

victum parare, atque hospites suscipere aduentantes. textus in capitul. de Monachis. 12. tex. cum glos. in d capitul extirpandæ. 30. verbo. sufficiens. de præbend. extrà. notatur. in capitul. is, cui. 19. vbi glos. verbo sufficiens. eod. lib. 6. Geminian. in cap. 1. de præbend. in 6. glos. in cap. conquerente. 6. verbo sufficientia. in fin. de Cleric. non resident. & in cap. cùm adeò. 17. verbo. sufficientem. de rescript. Gloss. in cap. 1. verbo. necessitatem. 21. q. 1. glos 1. in cap. sicut. 8. de consecrat. Eccles. Belleucin. de Charitatiuo. subsid. q. 19 num. 2. vol. 15. tract. fol. 291. col. 3. Caputoquen. decis. 55. num. 2 por. 1. Nauar. de redditib. Ecclesiastic. q. 2. mon. 18. & de orat. & boris canonic. miscellon. 62. Hoieda. de incompatib benefic. por. 1. cap. 19. num. 38. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu. 216. num 12. & 13. Gonzalez od 8. regul. cancell. Gloss. 15. in princ. num. 39. Nichol Garsias. de benefic. por. 11. cap. 5. num. 320. Petrus. Binsfeld. in enchyrid. Theolog. pastoral. par. 4. de Iustit. & iniustit. cleric. in ordin. ad benefic. cap. 13. conclus. 7 Pater Molina de Iustit. et iur. tract. 2. disput. 145 col. 5. vers. tertium est. Ioan. Azor. Iustit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 10. q. 9. et cap. 12. q. 4. Barboso. de offic. Episcopi par. 3. allegat. 62. num 11. Massobrius. de concursu ad Parochiol. requisit. 7. dub. 14. vbi optimè. idem Barbos. tract. nouissimo de Iure Ecclesiast. lib. 3. cap. 17. num. 300. Iacobus Gordon. Theolog. morol. tom. 2. lib. 8. q. 5. cap. 2. num. 14. vers denique metiri oportet. Sonchez. in consil. morol. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 67. num. 4.

20 Victus autem nomine id complectitur omne, quo Beneficiarius ad se, suamque familiam honestè substentandam, eget; cuiusmodi sunt cibus, vestitus, habitatio, lectus, aliaque etiam, quæ ad morbos depellendos, curandosuè necessaria fuerint, ac famuli. *l. verbo victus. 43. vbi*
,, *glos. et Scribent. ff de verborum significatione. Ver-*
,, *bo victus, (inquit Vlpian. ibi.) continetur quæ esui,*
,, *potui, cultuique corporis, quæque ad viuendum bo-*
,, *mini necessaria sunt. Vestem quoque victus babere*
,, *vicem Labeo oit Bart. in l. si cùm dotem. §. sin au-*
,, *tem. num. 19 in fin. ff. soluto matrimonio. tex. in l. si-*
,, *cut impendia. 51. ff. de vsufruct. Sicut impendia*
,, *(scribit ibi Caius) cibariorum in seruum, cuius vsus-*
21 ,, *fructus ad aliquem pertinet; ita et valetudinis*
,, *impendia ad eum respicere, natura manifestum est.*
Bar. in l. legotis. num. 2. ff. de aliment. et cibar. legat. Fabbian *de Monte de empt. et venditione. q. 5. sub. num. 30. vol. 5. tract. fol. 480. col. 4. §. circa quintum. Menoch de arbitrar casu. 170. num. 28. & centur. 6 casu. 520. num. 11. & 12. & lib. 4. præsumpt. 157. num. 15. & 16. cum seq. Camill.* Borrell. *cons. 2. num. 19. & cons. 71. per totum. Ioan. Azor. d. lib 6. cap. 10. q. 10. vers. si quæras. Gratian. Forens. par. 4. cap. 610. num. 2. & num 10. 11. & seq. Garsias. de expens. & meliorat. cap. 3. num. 37. & seq. Gammo. decis.* Lusitan. *308. sub num. 13. plenè Surd. de aliment. tit. 4. q. 1. & 2. & q. 7.* Martin. *Coler. de aliment. lib. 1. cap. 15. num. 53. cum seq. Nauar. plenè de orat. et bor. canonic. cap. 22. Miscell. 17. num. 70. et seq. Paris. de resignat. benefic. lib. 5. q. 6. à num. 131. cum seq. vsquè ad num. 155. Card. Paleottus de nothis, et spur. cap. 47. num. 7. Reuerendissimus Campan. in diuers. rub. 8 cap. 2. num. 4. Pater Anton. Sanctarellus. variarum resolutionum. q 37. Barbos. de appellatiua verborum significatione appellatione. 271. num. 1. 3. 4. et 5. Massobor. d. requisit. 7. dub. 14. num. 9.*

22 Tùm etiam equus ad vehendum, si necessarius sibi fuerit, ob loci præsertim distantiam, vel personæ qualitatem. *Bald. in cap. cùm adeò. 17. col fin. numer. 25. vers. quæro aliquis. de rescript. quem sequitur.* Nauarr. *d. miscell. 17. num. 70. Surd. de aliment. d tit. 4. q. 8. numer. 2. et seq. Menoch. d. præsumpt. 157. num. 28. et 29. Borrell. d. cons. 71. num. 22.* Azor. *d. q. 10. vers familiæ appellatione. Paris d. lib. 5. quæst. 6. numer. 147. Paleottus. d. cap. 47. num 7.*

23 In his verò omnibus ratio habenda erit qualitatis personæ, eiusque dignitatis, vt differentia constituatur inter vnam, & aliam personam *glos. d. cap. extirpandæ 30. verbo. sufficiens. et in d. cap. de multa. 28. verbo. litteras. in fin. de præbend. concordat tex in l. fin. in fin. ibi;* (Respondi
,, *ex personis, causisque) vbi glos. ff. de action. & obligat. tex. in l. pleuum. 12. §. equitij. ff. de vsu, et habitat. glos. in d. cap. conquerente. 6. verbo sufficientia de Cleric non resident. glos. d. cap. cùm adeò. 17. verbo. sufficientem. vbi* Bald. *numer. 25. de rescript. S. Thom. 2. 2. q. 32. art. 10 ad tertium. glos. in d. cap. Episcopus. 4. verbo. necessaria. de præbend. glos. in cap. cùm haberet. 5. verbo. secundum facultates. de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adulter.* Nauar. *d. miscell. 17. num. 70. & seq. Zerola verbo. beneficia. par. 1. §. 7. in 8. conclus. Menoch. d. casu. 216. num. 11. cum seq. & d. casu. 520. num. 10. & seq. & d. præsumpt. 157. num. 18. Hoieda. d. cap. 19. num. 23. et seq. Surd. d. quæst. 8. num. 3. 4. & 5. & seq. Molin. d. disput. 145. col. 4. & seq.* Gonzal. *ad regul. 8. d. glos. 55. num. 39. Ricius. in praxi. par. 3. resolut. 473. num. 1. & 2. Gars. de benefic. par. 11. cap. 5. num. 320. remissiuè. Piasecius in praxi. par. 2. cap. 5. art. 3. num 84. & seq. Grotian. Forens. par. 1. cap. 512. num. 1. & seq. & par. 3. cap. 586. num. 29. et par. 4. cap. 613. numer. 7. Borbos. d. alleg. 62. numer. 11. Massobr. d. dub. 14. Gordon. d. capitul. 2. num. 14. in fin.* temporum quoque ratio habenda erit. *vt post alios deducit optimè Sanchez. d. dub. 67 num. 4. & 5.*

24 Ideoque tenue appellabitur beneficium illud, vt neque Papales ex eo decimæ extrahantur, quod illos dumtaxat paris fructus, qui beneficiarij victui, suæque necessariæ familiæ alendæ dumtaxat sufficiunt; non verò suppetunt, vt ex eis Episcopalia iura, aliaque, quæ ei incumbunt, onera subleuentur. *tex. in cap. sicut.*
,, *2. de supplend. negligent prælat. cap. 1. de præbend.*
,, *in 6. ibi: Vnde iura Episcopalia possint soluere, &*
,, *congruam substentationem bobere. glos. in d. cap. cùm adeò. 17. verbo. sufficientem. de rescript. d. cap. de Monachis. 12. de præbend. Geminian. cons. 81. in nomine Indiuiduæ Trinitatis. super primo dubio. num. 25.* Bellencin. *de Charitatin. subsid. quæst. 30. num. 3. Ioan.* Maria Bellett. *nunc meritissimus Episcopus Hieracens. disquisit. Clerical. tit. de Clerico debitore. §. 12. num. 21. fol. 460.*

25 Vt intulerit propterea, nec ab re Nicholaus Gimontæus. *tract. de Grat. expectatiuis cap. 5. num. 26 impresso post tract. Staphil de Litteris Gratiæ fol. mihi. 415. in minori impressione Romæ.* Minus sufficiens dici Beneficium illud, quod ducêtorum Florenorũ auri summam nõ implet.
26 Florenum verò auri, pro ducato de camera accipi dicit. *& sequitur hanc eandem doctrinam Zerola. in Praxi. par. 1. d. verbo. Beneficium. §. 7. conclus. 8. Menoch. d. casu 216. num. 11.*

27 Pauperemque illum appellari Clericum, qui ex redditibus Beneficij, vltrà quàm sibi ad decentem victum sufficiat, non vtique percipit. *post Gellencin. d. q. 30. num. 3. & 4. sequitur Quaranta in sum verbo Concilium Prouinciale. num 8.*
28 *in 19. quæsito.* Quod tamen totum iudicis arbitrio remittitur, *vt post Nauar. de redditib. Ecclesiast. q. 2. monito. 18. aliosque supra relatos Authores. sequitur Paris d. lib. 5. q. 6. num. 136. & seq. Card. Tusc. tom. 6. littera P. conclus. 160. num. 2. & 4. Binsfeld. d cap. 13. §. 1. conclus. 7 Piasec. d cap. 5. art. 3. num. 84. et 85. et seq. Menoch. d casu. 520. num. 10 et casu 65. num. 7. Gonzal. ad 8. regul. Gloss. 2. num. 43 Barbos. de appellatiua verb signific appellat. 192. num. 4 et d. allegat. 62. num. 11. Mastrobrius. d. requisit 7 dub. 14 num. 2.*

29 In taxandis igitur Beneficij cuiusque fructibus, atque redditibus, onera omnia à prin-
30 cipio sequestranda fuerint. Profectò, quò la fructus nomine, ij exaudiuntur, qui detractis oneribus omnibus, & expensis (perpetuis præsertim) reliquantur. *l. 1. C. de fructib et litis expens. l. mulier. 73. ff. de iure dot. l. fructus. 7. ff. solut. Matrim. vbi plenè Barbosa. num. 6. et seq. l. in fundo. 39. ff. de rei vindicat Rota in Rauennat. census. 10. Maij 1600. coram Manzanedo decis. 88 num. 7. et decis. 89. num. 6. in impress per Cencium. de censibus. par. 1 Glos. in cap. quoniam 9. verbo. et expensis. de vita, et honestate Clericorum. cap. præsenti. fin §. fin. de offic. ordin. in 6 clement. statuimus 7. vbi glos. verbo. expensæ. de elect tex. in clement. 1. §. sanè. de iure Patronat. vbi glos. verbo. obseruentur. Gigans. de Pensionib. q. 62. num. 14. et 19. Cephal. cons. 290. num. 16. lib. 2. Tiraq. de retractu lignagier. §. 15. glos. 1. num. 12. et seq. Nauar. man cap. 17 num. 25. et cap. 25. num. 104. in fin. Capmaquen. decis. 38. num. 2. par. 3. Afflict.* (de fructibus Feudi loquens.) *decis. 252. sub num. 6. Cacheran. decis. 83. num. 7. Gabriel. cons 80. num. 6 et 7. lib. 2. Lanar. cons. 12. num. 5 et 7. Dunguna. regula 38. Ioan. Silua de Benefic par 3 q. 12 num. 32. vers. sed circa istum articulum, vol 15. tract fol. 71. col. 4. Paris. de consid. Benefic. q 35 num. 31. et seq. Garsias de expensis. et meliorat. cap. 1 num. 12. et 23 et cap. 23. nu. 1. cum seq. Rota apud Illustrissimum Seraphin. decis. 643. num. 1. et 2. et in recent. par. 2. tom. 1. decis. 424. num. 4. Gonzal ad regul 8. §. 7. proemiali. num. 163. Illustrissimus Tusc. tom. 4. verbo. fructuum appellatione conclus 484. num 25 et conclus. 501. num. 1. et seq et sequitur Ioan. Koppen. decis. 44. num. 33. Cæsar Barzius. decis. Bononien. 53. num. 37. Barbosa de appellat. verbor. iuris significa. appellat. 103. num. 22. Mar. Scott. variarum resolut. lib. 2. cap. 76. num. 29. et 30. et cap. 108. num. 2. et 12. Melchior Lotterius. de re benefic. par. 1 q. 43. num. 14. Barbos. tract de Iure Ecclesiast. lib. 3. d. cap. 17. num. 20.*

31 Qua de causa testis de fructibus deponens, exaudiri vtique debet de fructibus reliquatis, expensis omnibus detractis. Cùm (vt diximus) fructus dicantur, expensis sequestratis. *Rota apud Sanctissimum Gregor. XV. Ludouis. in Neritonen. pensionis. 3. Iulij. et 24. Nouembris. 1606. decis. 273. num 3. et decis. 277. num. 7.* quam tamen exaudi iuxtà interpretationem *Rotæ. in Hispalen pensionum. 22. Martij. 1613. coram Pirouano d. par. 2 in recent. d. decis 434. nu. 5. Crescent. decis. 2. de probat. Lotterius. d. q. 43. num. 14. et 15.*

32 Computabitur itaquè Beneficij valor, deductis oneribus, cùm Missarum, tùm anniuersariorum. *tex. in d. cap. præsenti. 9. §. porrò. vbi etiã glos. verbo. oneribus. de offic. ordinar. in 6. Felin. in cap. ad aures 8. num. 13. vers. 12. conclus. de rescript. Rota decis 60. de concess. præbend. in antiquis.*

33 Tum etiam ministrorum, qui necessarij fuerint pro missis, ac Diuinis faciendis officijs. *ex tex. notab in cap. vt quisque. 3. de vita, et honestate clericorum. Felin. d. cap ad aures. num. 13. Cassador. decis. 19. de præbend. vbi etiam num. 2. decisum refert in vna Regien. in anno 1521. coram Mario. de Spinosa Ricius in Praxi. par. 1. resolut 163. num. 1. et 3 Periz de Lara. de cappell. lib. 2 cap. 1. num. 35. et 36. Rota. in Lucana Magiscolatus. 9 Iunii. 1589. coram Comitulo. apud Marchesan. tom. 1. fol. 613. sub num. 30. Card. Tusc. tom. 2. littera D. conclus. 511 num. 2. et 3. Barbosa de appellat. verbor signif. appellat. 75 Lotterius. lib. 1. q. 31. num. 2. Sanchez. in consil. moral. d. cap. 2 lib 2. dub. 68. num. 20. in 2. sententia.*

34 In his enim, quasi locare videtur operas suas Cappellanus electus, veluti Famulus, pro mercede. *vt loquitur glos. in cap significatum. 11. de præbend. verbo. ita quod circa med. quam sequitur Genuens. in praxi. cap. 56 num. 2* Horat. *Viseõt.*
35 *in conclus. iuris. verbo. Sacerdos fol. 252.* Et si quidem glossam carpat *Maynard. decis. 1. Senatus Tholosan. lib. 1.* quasi simoniam fouere illa videatur. Verùm illam ab hac calumnia, ad bonum sensum tractam, vindicauimus supra *respons. nostra 5 num. 29. 30 & 31.*

36 Quò fit, vt merces hæc pro sacris faciendis, vel Diuinis officijs celebrandis, in proprium ipsius Sacerdotis Patrimonium computetur, & cedat; atque de illa, veluti de alijs patrimonialibus bonis, ad libitum disponere, testariq; valeat. *tex. in cap. vnico. §. qui verò. & § seq. vbi Geminian num. 4. Anchar. num. 3. & Franch. num. 4. de Cleric. non resident. in 6. & ibid Barbosa. num. 22.* Porrò quia operarum ratione acquiruntur, & laboris. *S. Thom. 2. 2. q. 185. art. 7. in respons. Couar. cap. cùm in officiis. num 4. de Testament. & lib 3. variar. resolut. cap 13. num. 1 Gigans cons 144. nu. 5. & num. 29. & 10. in fin. & 21. & num. 31. & 32. Carolus Pappia in auth. ingressi. in fin. verbo ideoque nec de his. num. 50. C. de Sacrosanct. Eccles. Pater Molin. de Iust. & Iur. disput. 142. col. 2. vers. alia sunt quæ. Gonz. ad regul. 8. cancell. §. 7. proemiali.*

miali.num.163.164.& 165.Rodoan. de spol.q.10.
num.28 Rot. apud Seraphin decis.594 num 6.Ioan.
Azor.instit.moral.par.2.lib.8.cap.3.q.9.& 10.Pa-
ter Ioan.Valer.Carthus.de differen. inter vtrumq;
forum.verbo.munera.different.1.num.14.Gallett.in
Margarita casuum. verbo.fructus.§.distributiones
quotidianas.Nald.sum.verbo.distributiones.§.4.&
verbo.fructus.§.7. Gratian. Forens par.2.cap.381.
num.11.Bonacina tom.2.tract.de contract.disput.3.
q.17.punct.2.proposit vnica sub nu.4.vers.2. quæ-
ritur.Moneta de distribut.quotidian. par.3.q.1.num.
18.& q 4.num.12.Barbos.tract. de Iure Eccles. lib.
3.cap.17.num.31.& 32.& cap.18.num.34.& 35.
Gordon d.q.5.cap.2 num.13.& 14.
37 Atquè etiam ex fructibus Beneficij extra-
hendæ expensæ illæ erunt, quæ Aduocatis con-
feruntur, & Procuratoribus pro rebus tuendis
Beneficij. Quod enim Aduocatis soluitur Sa-
larium, atque Procuratoribus merces, pro
tuendis rebus Beneficij, cùm ex fructibus ipsis
deducendũ sint, redditus, vtique ac fructus,
qui pro Beneficiarij, suæque honestæ Familiæ
substentatione necessarij fuerint, minuent.
38 Veluti igitur æs alienum computabuntur *tex.*
in cap.vobis enim 23.§.ex quatamen, vbi etiam glo.
verbo.quid ad causas. 12.q.2.Gemin. d.cons.85.nu.
,, *11.12.& 13.concordat tex.in l subsignatum. 39.§.*
,, *bona.ff.de verbor.signific.*Bona scribit *(ibi Paulus)*
,, *intelliguntur cuiusque, quæ, deducto ære alieno, su-*
persunt.& ib d. Alciat. sequitur Cassalor. d.decis.
19 num.2. de præbend. Gratian, Forens. *par.1. cap.*
94 num 33 & 34. Angel.in l.fin. §.in computatio-
39 *ne ff.de Iure deliberand.num.1. Dum ait*: Quod
expensæ factæ in Aduocatis dictantibus In-
uentarium, vti necessariæ ex hæreditate retra-
huntur, *per illum eund.tex. faciunt notat.per Gar-*
siam. de expens. d.cap. 1. num. 12. Vbi habetur;
40 Quòd expensæ, quæ fiunt in conseruandis fru-
gibus, ita deducuntur, sicuti, quæ in collegen-
dis factæ fuere. *Tuscus.tom 4.littera F. d.conclus.*
41 *501.num.35.& seq.* Et Merces, quæ famulis, &
Ancillis, siuè etiam alijs similibus personis de-
betur, veluti æs alienum ex patrimonio dedu-
citur Defuncti; legitimamque filijs debitam
minuit. *Caguol.in l.Papinian.§.Quarta.num.11.cir-*
ca fin.ff de in officios.testam.tom.1.fol. mihi. 230.
42 Vt quæ iure etiam Diuino non sit operanti-
,, bus deneganda. *Matth. 20.* Voca operarios,
(inquit ibi Dominus) & redde illis mercedem
suam. *clem dudum. 2.§.verùm ne Parochiales. de*
43 *sepultur.meus* Maranta.*cons.34 num.1.* Et fructuũ
quantitatem minuunt expensæ factæ in repara-
tione domus beneficij. *Rota in Paduana Iuris Pa-*
tronat.vltimo Maii. 1591.coram Illustrissimo Se-
raphino.decis.530.num.3.par.4. diuers. collecta per
Farinac. & in impressis apud eund. Seraphin. decis.
952.num.5.
44 Eodemque modo habenda ratio erit labo-
rum Beneficiarij in colendis, tuendis, augen-
45 disque rebus ipsis Beneficij. Quemadmodum
percipit Colonus laboris proprij æstimatio-
nem, quem in colendis agris, percipiendisque
fructibus impendit. Quòd nimirum ex labore
ipso fructus percipiantur, & veluti pars fru-
46 ctuum labor ipse æstimetur, *l.diuortio.8. §.im-*
pendia ff.sol.ut.matrim. Abb.in cap.ad nostram.11.
,, *num.8 in fin de reb.Eccles.non alienand dicens*: Et
,, *nota. quòd habetur respectus ad laborem proprium*,
,, *puta quia erat rusticus, & personaliter extirpauit*
terras: hæc ille.sequitur Garsias. de expens. cap.1.
num.14.& 16.Couar.lib.1.variar.cap.3.sub.num.3.
Cæsar Bartius.d decis.53.num.37.
Improbus nempè, neque perfunctorius la-
bor fuit Beneficiarij huius nostri in augendis,
recuperandisque bonis Beneficio relictis, vn-
de neque expensis pepercit. Computandus
itaque; atque in expensis ei ferendus erit, nec
gratis profundendus.
47 Beneficiario verò, ne dumtaxat fructuum
debetur pars, tamquam vitæ necessaria sub-
stentandæ; verùm etiam & tamquàm laborum
merces, & stipendium. Dignus cùm sit Opera-
rius mercede sua, vt supra diximus:
48 Vt proinde possit ex beneficiorum fructi-
bus sibi retinere, quod ex Patrimonialibus bo-
nis in his impendit, atque etiam consanguineis
dare. *S. Thom.receptus 2.2. q.185.art.7.ad secun-*
dum Couar.d.cap.cum in officiis. num.2. vers.3. ex
eadem ratione.& d.lib.1.variar.resolut. cap.3. nu.
3 facit tex. in d.cap. ad nostram. 11.ibi: Cùm sibi
,, *fructus percepti sufficere debent pro labore. vbi*
,, *glos.fin.de reb.Eccles alienand. plenè Hoieda.d.cap.*
9.lib.1.de in compatibil.benefic. num.42.& seq. ad
fin.Ioan.Azor. d.par.2. lib 8. cap.3. q 1.Molin.di-
sput.143.col.3.§.pono deinde. & d.disp.145. col.2.
§.vt verò.Menoch.d.centur.6.casu.520.num.7.et 8.
Petrus.Binsfeld. d.cap.13. §.1.conclus.1. Petrus.
Gregor.cap.5.num.6.de Benefic.Rota par.2.tom.1.
in recent.decis.241.num.3.et 4.aliique quos refert.
Barbos.d.tract.de Iure Eccles d.cap.17.num.26.27.
et 28.
49 Quamobrem beneficiorum fructus ij pro-
priè, ac verè dicentur, qui importatis oneri-
bus omnibus, liberè, & in absentia percipiun-
50 tur. Non igitur fructuum nomine complecten-
tur, qui residendo, atque inseruiendo lucri
fiunt. Quòd hi, quasi pro labore merces, atque
seruitio, debeantur.
51 Sicuti neque distributiones quotidianæ, atq;
anniuersaria, & onera similia, inter Beneficij
fructus connumerabuntur, neque corpus ipsũ
Beneficij, & præbendæ augere æstimabuntur;
quòd propter personalem residentiam dentur
plenè Oldrad. quem omnes sequuntur cons.118. ex
virtute gratiæ. Felin.in d.cap.ad aures. 8.num. 14 de
rescript. Staphileus.de litteris gratiæ in noua forma
expectatiuarum.num.44.et 45 fol.mihi.53 in mino-
ri impress.Romæ.Ioan.Silua de Benefic. d.par.3. q.
12.num.33.et 34.Gigans.d.cons.144 num.10.et 11.
Rota in antiquis. decis.fin. de præbend. et in nouiss.
decis.8 alias.134. eod. tit. Puteus. decis.464. lib 2.
Mohedan.decis.16.num 1. de præbend. Verall. de-
cis.65.num.2.par.1.Achill de Grass.decis.401.alias
1. super regula. de valore. Cæsar. de Grassis. decis.
116.alias.5.de præbend Rota decis.230.num.1.par.
2.diuers. Rota apud Sanctiss. Gregor. XV. decis.
540.nu.

540.num.2.et 4 Couar.d.lib.3.variar cap.13.nu.1. ..zor.d.lib.8.cap.3.q.9 Gonzal. d.§.7. proemiali. num 164.& 165.Ioan.à Chochier. in reg 61. Cancell.num 26. Card. Tusc. tom.2. littera D. conclus. 511.& 513.Binsfeld.d.par.4 cap.13.conclus 2.& 3.Nald.d.verbo.fructus.§.9. Pater Anton.Sanctarell.variar.resolut.q.6.num.2 & num.14.15.& 16. Barbos.de offic. et potestat. Episcopi par.2. allegat. 19 num.24 atque de appellatiua verbor. significat. d appellat.103.num.12.Gordon. d q.5.cap.2.num. 13.et 14.

52 Quod potissimùm procedet, si distributiones ipsæ in beneficij ipso corpore minimè cōprehendantur, sicuti tertia pars est fructuum, quæ de corpore beneficij extrahitur, *iuxtà dispositionem Sacri Trid. Conc. cap.3. sess.21. de reformat.* vt Diuinis Officijs interessentibus dispertiatur. *Cæsar de Grass.decis.118. alias.7. num. 17.& decis 120.aliàs. 9. num.1. & 3. de præbend. Rota apud S.memor. Gregor. XV. Ludouis d.decis. 540 n.4. Nauar. in man. cap.25.n.104. vbi docet.*

53 Posse Beneficiarium, qui in pensione omnium fructuum consensit, solo titulo contentus, seruire beneficio, atquè ad mercedem sui seruitij cogere pensionarium, cui omnes fructus reseruati fuere. Quia fructus, illi solùm intelliguntur, qui reliqui sunt, deductis omnibus
54 oneribus. *vt supra diximus.num.27.* Et ex fructibus, impensis primò satisfaciendum est, *vt Papinian scribit. d.l.diuortio. 8. §.impendia. in fin.ff. solut matrim.faciunt notata per Gigant.d.cons.144. num. 18.*

Retrahenda ergo primitus erit, (vt ad rem nostram tandem vela contrahamus decidendi) congruens portio, sequestratis oneribus omnibus, pro honesta Beneficiarij huius, suæq; familiæ substentatione; vt si residuum, quid fuerit, postmodum ex fructibus, id totum in maritagio impendatur puellæ in singulos annos, vt Testatrix sanxit.

55 Planè, quia dotanda ita Ecclesia est patronata, vt habeat Beneficiarius, vnde decenter se, suamque alat familiam necessariam, iuraque soluat Episcopalia. *cap. t. vbi Geminian. de præbend.in 6.glos.in cau.quicunque fidelium.27.in glo. 1.in fin.16.q.7.can nemo Ecclesiam.8.de consecrat. dist.1.cap. cùm sicut. 8. vbi plenè glos.1. de consecrat.Eccles. tex.in clem.1. in princ. de iure Patronat.Caßador d.decis.19. de præbend. Menoch.d.casu.216.num.14 de arbitrar. Ricius. in praxi par.1. d.resolut. 163. Surd.de aliment. tit.1.q.84.num.7. Lotterius .d.q.3 . num.4.*

Neqnè obstabunt ab Aduersarijs deducta, de fructuum exuberantia.

Cùm, quòd cōtrarium ex scripturis in actis productis manifestè deducitur, tùm ex statu Beneficij ipsius, in actis quoque relato, ex quo fructus beneficij vix centum, & sexdecim ducatorum monetæ huius Regni. inclusis oneribus, summam implere conspiciuntur.

56 Negatiua autem probatur ex inspectione, & reuolutione actorum; vt sat esse debeat Aduersarijs, si ex actis ipsis ab eis compilatis Beneficij fructus exuberantes minimè dignoscātur, *ad apertam Gloß. doctrinam. in l.iustum. 6 in glos 1.C.de edendo, dum probat*: per libri inspectionem, vel negatiuam, vel rei alicuius affirmatiuam probari, vt qui non reperitur in libro descriptus, in eo adesse negetur, *sequitur Bar.in l.fin.in 1. notab C.de reb. credit. Cephal. cons.144. num.1.lib.1.Imol. cons.110.in causa, quæ vertitur. num.1. Vantius de nullit.tit. de nullit. ex defectu mandati. num. 62. fol. mihi. 148 sequitur Rota in Zamoren pecuniaria 1.Decembr.1608.coram Canalerio. Apud Marchesan de commiß. nullitatum senatoria.par.3 §.3.num.11.fol.88.num.1. in fin.quæ est in impressis nouissimè apud eum. decis.35.num.3. & decis.110 num 2 & decis.535.num.4. & 5. & apud Sanctissi.Ludouis.Gregor.XV. decis.13. num. 10.& decis 416.num.5. & in recent.par.2.tom.1. decis.445.num.4. Paris.de resignat. lib. 10. q.5.nu. 13 et lib.11 q 14. num 55.et num.67. vbi inquit:*

57 „ Quòd omne id, quod in actis scriptum non
„ reperitur, præsumitur non actum. *ex l.vltima C.de Ius.et fact.ignorant.*

58 At fuerat nihilominus id probandum per Aduersarios, atque cōcludenter; ne dum profectò fructus exuberantes, & excrescentes esse, verùm ipsos, ita exuberare, detractis oneribus omnibus. *tex.in d cap.peruenit. 9.§.porrò de offic.ordin.lib.6. Felin. d.cap. ad aures. num.13.in 1.conclus.de rescript. Rota in antiquis.decis.60.de præbend.et in nouis. decis.16 de præbend. practicabilia Rotæ.num.129 quæ sunt ad calcem tom 2. diuers.Rota. decis.189. num.2. et 298 par. 1.diuers. Puteus.d.decis.464.lib.2.Crescent. d.decis.2. aliàs. 29.de probat.Rota in recent.d par.2. decis.444.nu. 4. apud Caualer. decis.383. num.2. Lutterius de rè benefic.lib.1.q.28 nu.81.et seq.vbi ita, tentum refert in vna Calagurritana beneficij de Trespuontes.28.Nouembris.1605.coram Eminentissimo Domino Card.Pamphilio ipso tunc patrocinante.*

59 Probare verò valorem debet, qui se fundat in illo. *Crescent.decis.4 aliàs.38. de probat.Paris.de resignat.lib.10.q.2.num 46. et seq. et q.3. num.39. et 40.Garsias.de benefic.tom.1. par.5. cap.3. num. 187.et 188.cum seq.et num.218. Ioan. à Cochier.d. reg.61.num.26.idem Lutter.d.lib.1. cap.43.num.1. et seq.*

70 Quòd nimirum valoris probatio difficilis admodum sit. *Rota apud Ludouis. d decis.277. nu. 5.et decis.245. num. 4. et 5. et decis.357. num.4. et*
61 *decis.379.num.3.vbi etiam*: Quòd testes deponentes super valore Beneficij, etiam non interrogati, debent causam scientiæ reddere; quia
62 valor non cadit in sensum corporis. *Rota in re-*
63 *cent. d decis.444 num.4.* & debet probari per testes benè Informatos. *per Rotam apud Caualer.d.decis 383 num.3.*

64 Imputent itaque sibi Aduersarij, si in probatione defecerunt. *ad tex.in l. qui accusare. 4.*
„ *C.de edendo.cap inter Monasterium. 20. §.non ob-*
„ *stante sententia: ibi:* Alioquin eam obijcientibus im-
„ *putetur extra de sent.et re Iudicat.tex.in clem.vni-*
„ *ca.§.cæterum: ibi: imputent quidem sibi: de conceß. præbend.tex.in cap.fin.§.fin.de iure Iurand.*

65 Pro-

65 Probationes autem, (quoniam veluti vehi-
culum quodam sunt ad sententiam; atque in
his consistat pondus totius litis) sequitur vt
66 neglectis probationibus, nihil possit iudicari,
nisi perperam, *vt Bald. inquit in cap. quia propter.*
num. 23. circa fin. vers. si Deus *non reliquisset. de*
elect. quem sequitur Rota *apud Illustrissimũ* Car-
67 *dinal. Manticam. decis. 68. num. 9.* Vt absoluen-
dus proinde conuentus sit, Actore non pro-
bante, qui conuenit. *cap. cùm Ecclesia Sutrina. 3.*
in fin de causa possess. & propriet. cap. fin. §. fin. de
Iure iurand. l. Actor. 23. C. de probat. Barbosa. assio-
mat. 10. num. 2. 3. 4. & 5.
Nequè contraria sunt, quæ diximus, his, quę
Testatrix suo in Elogio disposuit; quæ amplè,
oppiparèq; honestæsè Rectoris, suæquè neces-
sariæ familiæ substentationi, consuluisse puta-
uerat, cùm bona sua omnia in Ecclesiam con-
68 tulit, hæredemque illam dixit. Vt ita se, suam-
què dispositionem Iuris quoquè dispositioni
conformem redderet, atque concordem, quod
vndiquè semper in testamentis præsumendum
est. *tex. in l. hæredes mei. 57. §. cum ita. vbi Bar. nu.*
4. ff. ad Trebell. Clar. §. Testamentum. q. 76. nu. 11.
69 Humanum quippè quid illi accidit, vt plus
sperarit in facultatibus suis, quàm in his esset.
§. in fraudem. Instit. quib. ex causis. manumitt non
licet.
70 Nihil ergò est, quin secundum ea, quæ Te-
statrix disposuit, iudicauerimus, vt primò Re-
ctoris substentationi consulamus, quem Mis-
sarum, & Diuinorum Officiorum, aliaque one-
ra exantlare oportet: deinde verò puellarum
pauperum locationi indulgeamus. *ad tex. no-*
tab. in l. quoties duobus. 40. in princ. ff. de vsufruct.
„ vbi sequentibus loquitur verbis Iulianus Iu-
„ reconsultus: *Siquidem Ita legatum fuerit Titio, &*
„ *Meuio: potest diei prius Titio, deinde Mænio lega-*
„ *tum datum. hæc ille. & sequitur Perez de Lara. de*
Cappellan. lib. 2. cap. 3. num. 47. cum seq.
Et ita ex his sub censura dictis responden-
dum censui.
CAROLVS MARANTA V. I. D. Reue-
rendæ Fabricæ Aduocatus, &c.
Sententia nihilominus pro puellis matri-
monio locandis fuit, quòd sufficientes benefi-
ciarium percipere fructus ex beneficio, vt etiã
puellas matrimonio locare valeret, Iudicantis
fuit arbitrium. Quæ tamen, meam proferendo
sententiam, in vnum congesseram, sudario ob-
uoluere haud æstimaui. Proficiet nempè, acce-
ptum talentum nummularijs ad vsuras dedis-
se. Neque sterile permanebit. Sat enim erit sa-
pienti occasionem dedisse, vt sapientior ipse
euadat. *Prouerb. 1. 5.* Et acris quisquis ingenij
fuerit, dispendet omnia, omniaque librabit;
atque æqui, bonique consulet. Pro præterito
verò transactione se ab Oeconomi Fabricæ
molestijs Beneficiarius exemit.

SVMMARIVM.

1 V*Erum vnum est.*
2 *Hæreditate non adita, Ius omne testamenti solutur.*
limita pia causa instituta, vel ad pia legatis relictis, & num. 12.
3 *Piæ causa fauore* Iuris Ciuilis *solemnitates facessunt.*
& sufficit de voluntate constare disponentis per duos testes num. 5. & num. 6.
& quod mors secuta fuerit testatoris. num. 7.
8 F*acchinæi sententia, & aliorum eum sequentium retunditur, & conciliatur. nu. 13.*
testamentum morte confirmatur testatoris. eod. nu. 8.
9 *Iuris* Ciuilis *solemnitates in testamentis ad pias causas ne exquirantur sub anathematis interminatione mandatur per Summos* Pontifices.
10 *Piæ causæ* Iure *Pontificio diiudicandæ sunt.*
11 *Leges* Ciuiles *irritum facere haud possunt, quin in pijs causis* Ius *canonum seruetur.*
13 *Voluntatis defectu, etiam ad pias causas relicta, corruunt, non quòd adhita non fuerit hæreditas; etiam nullo hærede instituto.*
14 *Voluntas testatoris firma adhuc manet (hæredem* E*cclesiam aliquam nuncupatam, si eius non pareat volutati, hæreditate priuans) si ipse ad vlteriora non percessit aliter disponendo.*
15 *Testator tantum voluisse dicitur, quantum illius verbis concipitur.*
16 H*æreditate repudiata per* E*cclesiam* I*nstitutam* I*us ad illam haud acquiritur filio in legitima tantum hærede nuncupato, neque ius aliquod in illum transfunditur, repudiatione.*
17 P*ersona deficiente, cui piè relictum est, non tamen deficit legatum. Eodem modo si locus deficiat. nu. 22. ratio. num. 23. & 24.*
18 L*egatum impersonale fauore piæ causæ substinetur.*
19 L*egatum incertum pro puellis maritandis, non deficit. sed substinetur.*
20 P*ersonæ incertitudo ad pias causas non vitiat legatum.*
21 F*inis vltimatus ad pia disponentis* D*eus est* B*enedictus, eiusque honor, animæque salus. & nu. 22.*
23 *Deus non mutatur.*
24 *Persona, vel Ecclesia deficiente, quibus piè relictũ fuerat, legatum non deficit, quia* D*eus nunquam deficit, cuius intuitu legatum fuit, & proinde capit Ecclesia vniuersalis.*
25 *Monasterio hærede* I*nstituto, si antequam adheat, destruatur monasterium, non perit ex hoc tamen hæredis institutio.*
26 *Dictio, & Pronomen (ipse) personalitatem indicat, vt personam nominatam minimè transgrediatur.*
27 *Pœnæ adiectio in casu non implementi, voluntatem enixam testatoris fuisse, ostendit.*
atque firmitatem dispositionis indicat, ne deficiat. num. 28. & num. 35.
29 *Verba Geminata enixam indicant disponentis voluntatem actumque confirmant, cui adijciuntur.*
30 *Actus Geminatus iurato æquiperatur.*
31 *Conuitium iterato alicui dicens, ex iracundia fecisse*

cisse non videtur, sed deliberato dixisse.

32 *Metus quamuis inconstantem virum cadens non efficit inuoluntarium simpliciter, & voluntarium secundum quid, sed contrà, voluntarium simpliciter, inuoluntarium secundum quid.*

33 Hæreditatem adiens metu coactus hæres efficitur.

34 *Actus subsequens quid in præcedentibus agens intenderit, manifestat.*

35 *Animus ex extrinsecis patescit, & declaratur.*

36 *Verba animum ostendunt proferentis.*

37 *Animus, veluti in speculo facies, ita in verbis contemplatur.*

38 *Animus ex qualitate sermonis indicatur.*

39 *Quilibet rerum suarum est moderator, & abriter.*

40 *Testatoris voluntas modis omnibus implenda est, præsertim ad pias causas, num. 41.*

41 Fabrica *Sancti Petri succedit in omnibus incertis ad pia relictis.*

42 C*lausulæ codicillaris effectus.*

43 *Executores Testamento dati, hæredũ vicem subeunt.*

ARGVMENTVM.

Legata ad pias rogata causas, nùm necne debeatur hæreditate non adita? Et quid si Ecclesia hæres instituta hæreditati nuncium miserit, an illam pro ea, Fabrica Sancti Petri, vi facultatum, & priuilegiorum suorum, capere valeat; vel acquiratur filio in legitima hærede instituto?

RESPONSIO XIX.

1 DOctor Thomas Curialis rogato elogio, Heredem sibi vniuersalẽ dicit Ecclesiam Matris Dei Patrũ Carmelitarum discalciatorum, legitima dumtaxat Institutionis titulo Francisco vnico Filio relicta; alijs quoque, tùm pijs, tùm etiam profanis nuncupatis legatis. Cauitque, si Pattes, eius in omnibus non parerent voluntati, esset eorum Ecclesia Hæreditate priuata, dicens:

„ *Ordino espressamente, che li Padri di detto Conuen-*
„ *to debbano osseruare puntualmente quanto nel pre-*
„ *sente testamento stà disposto; altrimente sia la detta*
„ *loro Chiesa ipso iure, ipsoquè fatto priuata di det-*
„ *ta mia hæredità.*

Testatore è medio sublato, Hæreditatem neque adiuere Patres, imo apertè illi nuncium misere. Patris successionem vniuersam ad se proinde delatam contendit Franciscus Filius. Ast contrà Fabricæ Sancti Petri Oeconomus, sibi in vniuersam Hæreditatem Ius quæsitum retorquet. Concertationi itaquè sit locus. Quis nam horum præualere debeat? Mihi verò pro munere meo pro Fabrica Respondendum, visum est. Quoniam *Aristotele, ac Cicerone* testi-

1 bus: Plus vno, verum esse non potest.

2 Nam & si sanè Iuris sit certa regula. Quòd si nemo adheat Hæreditatem, omne Ius testamenti soluitur. *l. si nemo. 142. ff. de regul. Iur. l. si nemo hæreditatem. 9. ff. de testament. tutel. l. eam quam. 14. C. de fideicomiss. Anton. Gomes. alios plenè referens. tom. 1. variar. resolut. cap. 12. num. 11. Viuius in Thesauro. communium. opin. tom. 1. verbo. Hærede non adheunte. fol. mihi. 318. Guido Papa decis. 304. Osaschus. decis. 100. num. 6. Facchineus. Illustrium controuer. lib. 6. cap. 82. Iacob. cancer. variar resolut par. 3. cap. 2. de inuentario. num. 130. Gratian. Forens. par. 1. cap. 62. num. 24. plenè Marta de success. legali tom. 2. par. 4. q. 8. art. 4. nu. 3.* hanc sententiam sequens, etiam aduersus pia legata. *Genuens. in practicabil. Eccles. q. 553. num. 4.*

3 Nihilominus temperatur regula, ne procedat, Pia causa instituta, vel ad Pias causas legatis relictis. Firmum namque persistit, quicquid ad Pias causas dispositum reperitur, adheatur

4 nec ne Hæreditas. Quòd Iuris sit Ciuilis solemnitas, quæ facessit Piæ causæ fauore. Cùm sufficiat certam disponentis voluntatem morte firmari eiusdem, perque duos, vel tres testes de illa apparere. *secundum tex. in cap. cùm esses. 10. & cap. relatum. 11. de testament. glos. in d. l. eam quam. 14. verbo traditur in 10. limit. C. de fideicomiss. Bar. in repet. l. 1. in 5. par. q. 4. num. 65. & 66. vers. 4. quæro. C. de sacro sanct. Eccles. Speculat. lib. 2. par. 2. tit. de Instrumentor. edit. §. de vltimarum voluntat. executoribus. incip. nunc verò aliqua. num. 60. vers. sed pone. lapus allegat. 91. vbi latè Mandos. Roman. in terminis nostris. cons. 493. in casu consultationis proposita. Decius. in d. l. si nemo. 142. in 4 fallent. num. 3. de reg. Iur. Rip. in l. 1. sub. num. 66. & in l. 3. num 28. ff. de legat. 1. Abb. d. cap. relatũ. n. 6. in fin.* vbi in specie determinat quæstionẽ à nobis propositã. *latè Tiraq. priuileg. 33. & 34. Boerius. decis. 93. num. 9. & 10. & seq. Guido Papa. decis. 200. num. 6. in fin. & decis. 304. vbi latè Ferretius. addens. Cappella Tholos. vbi Aufrer. decis. 89. Couarr. in cap. Raynald. §. 3. num. 11. de testament. Viuius. d. verbo. Hærede non adheunte. num. 5. in Thesauro comm. opin. d. fol. 318. ac mordicus. decis. 412. num. 13. cum seq. lib. 3. Michael Crass. verbo. legatum. q. 68. num. 4. & in fin.* vbi ab hac sentẽtia nõ recedendũ asserit. *Lopez in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 65. nu. 19. Matthæus Brunus. cons. 87. num. 34. Sebastian. Medices opusc. 4. num. 26. tom. 2. oper. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 12. Emanuel. Sà in aphorismi. verbo legatum. num. 23. Facchineus d. cap. 82. in princ.* & si sanè ipse contrariæ adhæreat sententiæ, quamuis tamen sub dubio. *Vincent. Caroc. decis. 85. num. 1. quem transcripsit Ricius in Praxi. par. 2. resolut. 380. Armilla. verbo. legatum. §. 40. Ioan. Azor. Instit. moral. par 2. lib 9. cap. 10. q 1. in 2. priuileg. vers. si obijcias. Pater Molin. de Iustit. & Iure. tom. 1. tract. 2. disput. 134. col. 2. & disput. 195. col. 2. §. legata de iure communi. vbi Bar. sententiam communi* calculo

calculo approbatam dicit. *Communem quoque contra communem sequitur Cenallos. q.107.num.2.lib.1. Pater Vasquez in opuscul.tit.de testam. cap.8.§.1. dub.2. num.3. Vincent. Fusar.de fideicommissis.q. q.566.num.22.& 23.Marius Giurba.decis.97.nu. 13.* Horas.*Vescont.in conclusion.* Iuris. *verbo.legatum licet alieni factum. col.3.fol.158. Gennens in practicab.Ecclesiastic.d.q.553.num.3 Pater Paul.* Comitul.*respons.moral.lib.7.q.6.num.6.& 7.* Gra*tian.d.cap.62.nu.23.* vbi veriorē hanc opinionē appellat.*Intrigliol. singul.98. nu. 2. & seq. lib.3. & num.34.Balthaxar Thomas.tract.10.de pia causa tit.2.cap.17. num.24. Marta de success. legali d. q.8.art.4.num.1.& 2.* quamuis ipse pro contraria sit sententia, vt supra diximus, sed non rectè.*Thor.d.priuil.145.*

6 Quid enim (amabo tè) ad rem ipsam piam, Iuris hanc Ciuilis subtilitatem, Hæreditatis adhitionis, scrupulosiùs perscrutari; cùm ad ipsam firmandam disponentis supremam voluntatem, sufficiat, si de ea per duos testes constet? *secundum tex.d.cap.relatum.11.vbi. Abb.nu. 6.de Testament.*Couarr.*d.cap. Raynaldus. §.3.nu. 11.in 8.casu. in fin.* Rota. *par.1. diuers. decis.553. num.3.Gamma.decis.Lusit.81. num.3. & 4.Tiraq. priuil.2. & priuileg.3.6. sed Corneus*. Melchior. *Phœb. decis. Lusitan.75. num.10. & seq.* Gizarell. *decis.47.Cabed.decis.129.num.12.par.1.* Vasquez *de testament.d.cap.2.dub.3.in fin. num.27. & cap. 3.dub.1.num. 12.*Comitol.*d.q.6.num.6. & 7.& q. 14 num.4. & 5.* Molin. *d.disput.134.* Paulus Lay*man.Theolog.moral.tom.1.lib.3.sect.5. tract.5.cap. 2.num.2.& num.9. corollar.5. Marta de succession. legali.d.q.8.art.3.num.1.& seq. alijque paulò antè*

7 *relati*. Atque mors sequuta fuerit Testatoris, *vt Bar.ad notat. in d.repet.l.1. num.66. C.de Sacro sanct.Eccles.ex illo Apostoli Pauli. ad* Hæbreos. *9.*
„ *num.16.* vbi enim testamentum est, mors ne-
„ cesse est intercedat Testatoris. Testamentum
„ enim in mortuis confirmatur. *Nota (inquiens)*
„ *quod dicit mortem, non adijcit adhitionem hæredi-*
„ *tatis*. Quæ profectò verba ad rem nostram notanda admodum sunt.*sequitur Thoro.d.priuileg.145.*

8 Nequè satisfacere videtur ratio, quam validissimam pro aduersa sua sententia existimat *Facchin.d.cap.82.in fin.* Quòd vtique, & si multa decreuerint Summi Romani Pontifices piarum causarum fauore, nullus tamen apparet Canon, quo decretum sit, Hæreditate non adhita legata deberi. Vt standum proinde sit regulæ in superioribus allatæ. Quòd si nemo ex testamento adhiuerit hæreditatem, nihil valet, quod in eo scriptum est.

9 *Profectò*, quód vniuersalis quoquè Sacrorum canonum regula *in d.cap.relatum*, sit, sufficere si de relictis ad pias causas per duorum, vel trium dictum testium constet. Quinimo sub anathematis interminatione prohibet Alexander III.*d.cap.cùm esses, & d.cap.relatum*. ne Iuris Ciuilis solemnitates exquirantur in testamentis; in relictis præsertim Ecclesijs, vel ad pias causas. Verùm sufficiat si ea secundum decretorum statuta canonum tractentur. Quam sententiam sequitur Abb. *d.cap. relatum. num.3.& 4.& ibid.*Couar.*num.13.causas pias (in-*

10 *quiens) iure Pontificio diiudicari debere. sequitur* Comit. *d.q.14. num.5. & plenè Tiraquel. d priuileg.2. Pater Vasquez. d.cap.3. dub. 1.num.12. di-*

11 „ *cens: Non posse leges Ciuiles irritum facere,*
„ *quod pro piis causis Pontifex statuit, cùm pia ope-*
„ *ra, & legata sint Tribunalis illius. hæc ille, & faciunt notat.per* Iacob.*Thoming.decis. Lipsiens.4.nu. 1.2.& 3.& num.7.*Molin. *d.disput.134.* Layman. *d.cap.2.num.3.& 4. aliique à Marta relati. d.art. 4 num.2. in priori sententia*; est enim ipse nimis rigidus in fauoribus piorum legatorum. verùm, sibi iam viderit, quàm benè.

12 Afficere haud igitur potest, quin debeantur legata pia, si adhita non fuerit hæreditas, vel scriptus hæres hæreditatem repudiet; cùm sint hæ Iuris Ciuilis solemnitates. *vt notabiliter Abb.d.cap.relatum.num.6.in fin.respondit: dicens:*
„ *Et per prædicta possunt decidi infinitæ quæstiones,*
„ *& maximè illa quotidiana; nunquid legata ad*
„ *pias causas, non adhita hæreditate debeantur, &*
„ *maximè si hæres repudiet, vel renuntiet hæreditati.*
„ *Et dicendum quod sic, quia hæc legata non subiacent*
„ *solemnitati* Iuris *Ciuilis. vt dixi. hæc Abb plu-*
„ *res refert* Intrigliol.*d.sing.98.nu.34. Couar in cap. Raynald.§.3.num.23.& seq.Tiraq. priuil.33. contra* Facchin.*d.cap.2. num.9.*

13 Aduersa itaque Doctorum sententia tunc sanè locum sibi faciet, quando ex alia causa, vt putà voluntatis defectu, ipsa testantis dispositio corrueret; secus verò si ex eo dumtaxat, quòd adhita non fuerit hæreditas. *vt aduertit Boer.d.decis.93.in fin.num.11. Phœbus.d.decis.75. num.10.* etiam nullo Instituto hærede, *vt sequitur Intrigliol.d.sing.98.num.18. & num.9. Molina.d.disput.134.in fin.vers.vtrum verò. Layman.d. cap.2. num.12. & hanc etiam sententiam sequitur.* Pater Alfonsus de Leone *meus olim condiscipulus, & auditor* Francisci *Antonii Bonaiuti, tract. de offic.cappellani.q.5.sect.25 præsertim.num.347. longè post hæc scripta prælo pressus.*

Qua de causa, cùm nullo laboret vitio Testatoris huius dispositio, etiam secundum Iuris Ciuilis solemnitates, quæ omnes quoquè interfuere: non vtique ex eo solùm corruet, quòd instituta Hæres Ecclesia Matris Dei, imò potiùs Patres conuentus eiusdem, Hæreditati vale dixere, neque voluntati paruere defuncti. Nequè item apertum Ius erit Francisco filio in vniuersam Hæreditatem. Nec enim Testator à voluntate recessit; quin in pias causas tota eius Hæreditas (extracta primitùs Frācisci filij legitima portione) impenderetur.

14 Nam & si quidem Ecclesiam prædictam hæreditate priuauit, vbicunque Patres, eius parere voluntati renuissent; non vlteriùs tamen processit disponendo, vel in Francisci, vel alterius cuiuslibet commodum. *est tex.in l.liberto suo.21.§.Lutius Titius. ff.de ann. legat. tex. in l. quidam prædia.17.ff.de vsufructu legat. Bar.in l. legatum.*Ciuitati*.16.num.4.ff.eod.*

15 Tan-

15 Tantùm enim voluisse Testator dicitur, quantùm illius verbis concipitur. ad tex. in l. Gallus. 29. §. quidam rectè. ff. de liber. & posthum. Bal in l. cùm virum. 16. num. 19. C. de fideicommiss.

16 Nihil igitur Iuris in Franciscum transfusum fuit quoad repudiatam Hæreditatem, ad piam causam excludendam, ex quo carere Patres, siuè Ecclesiam Matris Dei voluit Testator, si eius voluntati non paruisset. tex. in d. l. legatum Ciuitati. 16. vbi Bar. num. 4. & addent. ad ipsum & in l. pater filium. 36. §. Tusculanus. ff. de legat. 3. Abb. cons. 27. videtur primo, quòd possit. num. 1. par. 1. Peregrin. de fideicommiss. art. 11. num. 64.

Quamobrem, & si incerta remanere, Hæredis nuncupatio videatur per renunciationem à Patribus Conuentus Matris Dei factam; minimè ex hoc tamen vitiata Testatoris volun-
17 tas fuit. Neque enim deficit relictum; & si Persona deficiat, cui relictum est, cùm pro pia causa disponitur. Quia nimirum manet reli-
18 ctum impersonale, quod vti certum sustinetur piæ causæ fauore. tex. in cap. nos quidem. 3. & in cap. cùm tibi. 13. vbi Scribent. de testam. l. id quod Pauperibus. 24. & l. nulli licere. 28 in princ. C. de Episcop. & cleric. Bar. d. l. Pater filium. 36. §. Tusculanus. Petr. Ancharan. in clementin. quia contingit. 2. n. 3. de religios. domib. Tiraquel. de pia causa. in præfat. fol. 5. §. & hoc adeò procedit. in fin. vers. nec tamen defuit. Decius in l. cùm tempus. 17. num. 3. ff de regul. Iur. Couar. in cap. tua nobis. nu. 5. de testament. & cap. Raynaldus. §. 3. num. 23. & seq. Gabriel lib. 6. tit. de pia causa. conclus. 3. facit tex. cum ibi notat. per Bar. in l. quidam testamento. 30. de legat. 2. Angel. in l. Hæreditas. 53. §. si defuncto. num. 3. in glos. quæ incipit. in fin. ff de petit. hæredit.
„ Nec enim vitiatur (inquiens) illud relictum. tam-
„ quàm incertum fauore piæ causæ. infrà de legat. 2.
19 „ quidam testamento Sicut nec relictum incertum
„ pro Virginibus maritandis. vt l. filia Pater. infrà.
„ de legat. 3 & de iure dotium. l. cùm post. §. gener. hæc Angelus. faciũt notat. per Ludac. Spino in speculo testamentor. glos. 5. princ. num. 68. vsquè ad fin. per Tiraquel. priuileg. 56. & priuileg 64. Cancer. lib. 3. variar. resolut. cap. 20 de legat. num. 103. & seq. plenè Perez de Lara de anniuers. & Cappell. lib 1. cap. 10. num. 73 & seq. & num. 84. & seq. Barbos nouissimè in tract. de Iure Ecclesiastic. lib. 3. cap. 27 num. 82. & sequitur Pater Alfonsus. de Leone d. tract. de offic. cappellani, d. q. 5. sect. 2. numer. 20.

20 Neque personæ incertitudo piam causam
21 deturbare potis est. Vltimatus porrò finis ad pias causas disponentis, non alius esse debet, quàm Deus Omnipotens, Optimus Maximus, super omnia Benedictus, eiusque honor, & gloria. Animæquè propriæ salus. est tex. in cap. iniustum. 4. de rerum permut. tex. in cap. requisisti.
„ 15. 9. nec est contrarium ibi: Quia hoc ille, qui do-
„ nat in redemptionem Animæ suæ, non pro commodo
„ Sacerdotis, probatur offerre. extra de testament. id ipsum habetur in can. Pontifices. 12. q. 3. argumento tex. in can. Animæ Defunctorum. 22. 13. q. 2. tex. in can. quam ob rem. 68. de Pœnit. dist. 1. Franc. Ripa. in l. Generaliter num. 170. & 171. & seq. C. de reuocand. donat. Afflict. decis. 244. num. 3. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib 8. titul. 5. sub num. 20. Genuens. in practicabilib. q. 307. num. 1. & seq. Mascard. tom. 2. de probat. conclus. 1176. num. 2. & seq. & diximus latè respons. nostra. 9. Pater Comitol. d. lib. 7. q. 5. num. 2. vers. denique quia magis. Molina d. disput. 134. in princip. Layman. d. cap. 2. num. 1.

22 Quam ob causam, & si locus, vel persona deficiat: vel quia non scripta, vel quia repudiet hæreditatem; Deus tamen, qui animarum est salus, & omne bonum nostrum, Exod. 33. num. 19. Cuius intuitu legata, & testamenta ad
23 „ pia rogantur, nunquam mutatur. Ego Do-
„ minus (inquit. n. ipse Malach. 3. 6.) & non mu-
„ tor. Vnde firma semper, atquè stabilis disposi-
24 tionis causa perseuerat. Quò fit, vt eadem stabilitate firma quoque maneat dispositio. Vt bona profectò, delatamquè Hæreditatem, & si hæc, vel illa non accipiat determinata Ecclesia, vel pius locus, determinatique Pauperes; accipiat tamen Dei nomine, Ecclesia vniuersalis. est tex. apertus, & notabilis. in §. si quis autem vnum sanctorum. cap. 6. in auth. de Eccles. tit. collat. 9. tex. in d. l. id quod pauperib. & d. l. illud. C. de Sacro sanct. Eccles. Bar in d. l. Pater Filium 36. §. Tusculanus. de legat. 3. Iacob. de Arena. in l. Deo nobis. num. 6. C. de Episcop. & Cleric. tex. notab. in cap. exyt. 3. §. ad hæc, cùm Fratres. de verb signif. lib. 6. Petr. de Vbald. de canon. Episcop cap. 4. q. 15. princ. num. 5. in fin. vol. 15. tract. fol. 259. Troyl. Maluitius de oblat. Sanctor. par. 3. num. 3. d. vol. 15. tract. fol. 316. Paris. cons. 38. num. 27. lib. 3. Card. Tusc. tom. 4. littera F. conclus. 467. num. 13. dum sustinet, valere institutionem sine Hærede ad piam causam. & ibid. num. 20. in fin. & num. 56. & num. 80. Pater Comitulus. d. q. 14. num. 4. Medices. d. opusc. 4. num. 4. vers. caduca. Mascard. de probat. tom. 1. conclus. 347. num. 93. & tom. 2. conclus. 1176. num. 65. Tiraq. priuil. 38. Bald. in l. Hæreditas. 34. in fin.
25 vers. vltimo quæro. ff. de Hæredib. Instit. Vbi in quæstione: vtrùm si instituto Monasterio Hærede, & antequã adheatur Hæreditas, destruatur Monasterium; nùm deficiat institutio? Ne-
„ gatiuè respondet: Quia id quod relinquitur Mo-
„ nasterio, relinquitur Deo Immortali, vnde licet de-
„ struerentur Monasterium, saltem caperet Ecclesia
„ Romana, quæ repræsentat Deum vbique: hæc Bald. & sequitur Felin. in cap. cùm dilecta. 22. col. fin. nu. 22. de Rescript. Cotta in memorabilib. verbo. absenti. in fin. Angel. in sum. verbo votum. 3. num. 26. Medices. d. opusc. 4. sub. num. 34. vers. loco pio relictum. Peregrin. de fideicommiss. d. art. 11. num 64. Gratian. Forens. par. 1. cap. 131. num. 15. 16. & num. 22. & par. 2. cap. 255. num. 47. & par. 4. cap. 605. num. 32. Nauar. cons. 86. lib. 3. de regularib. Rodriquez. quæst. regular. tom. 2. q. 78. art. 5. Tuscus. tom. vltimo littera S. conclus. 125. num. 39.

Quod planè ad rem nostram satis apertè verba innuere vidētur Testatoris; quibus, casu, quo instituta Hæres Ecclesia Matris Dei, suæ parere renueret voluntati, eam Hæreditate priuans, dixit. Altrimente sia la detta loro

Chie-

„ *Chiesa ipso facto, ipsoque Iure priuata di detta mia*
„ *heredità.* Non equidem piam dispositionem deficere, Cùm Ecclesiam prædictam successione priuanit, sed firmam, stabilemque perdurare, verùm Ecclesiam prædictam, Patresquè, eius à successione, commodoque hæreditatis extorres dumtaxat esse voluit.

26 Dictio porrò illa (ipsorum, siuè eorum Ecclesia) *la loro Chiesa*) personalitatem indicat; vt nominatam proinde Ecclesiam minimè transgrediatur. *l. ipse dispice. 1. C. de edendo. Melior tex. in l. restituta. 37. §. Pupillus autem ipse. ff. ad Trebbell.* Nullusque alius à dispositione prædicta seclusus videatur, quàm præter Ecclesia prædicta Matris Dei, eiusque Patres. *Ripa post Ias. in l. filiusfamilias. §. diui. num. 111. ff. de legat. 1. Feliu. in cap. fin. col. 1. num. 2. vers. is autem. de offic. delegat. Castell. Cotta in memorab. verbo. Hæredis appellatione vers. limita. et verbo. ipse, pronomen. Menoch consf. 82. num. 158. vol. 1. Rolan. à Valle cons. 57. num. 27. lib. 5. et melius. consf. 97. num. 22. lib. 4. Menoch. lib. 6. præsumpt. 38 num. 31. plura refert Surd. decis. 175. num. 1. Melchior Phœbus, decis. Lusitan. 4. num. 7. Rota apud Illustrissimum Seraphin. decis. 152. num. 1. et decis. 1149. num. 3. et num. 13. Rota in recent. par. 1. tom. 2. decis. 619. num. 3. Gratian. Forens. par. 1. cap. 104. num. 13. 14. et 15. et cap. 145. num. 5. optimè Barbos. de dictiou. dict. 177. num. 3. 4. 5. et seq.*

27 Et quidem pœnæ prædictæ adiectio, casu, quo ab implenda in omnibus Testatoris voluntate deficeret Ecclesia instituta, vt Hæreditate esset ipso iure, ipsoque facto priuata, multò magis enixam indicat fuisse disponentis ipsius voluntatem ad pias causas de rebus suis

28 disponendi. Quodque pœnæ præfatæ adiectione illam omnimodis firmare, atque munire, & quasi vallare, ac firmiorem, stabilioremque reddere voluerit. Quòd apertè probatur *ex tex. in clem. 1. de iure Patronat.* quatenus apparet ibi, per pœnæ adiectionem enixam fuisse Pontificis Summi voluntatem, vt inuiolabiliter seruarentur ea, de quibus in dicta constitutione disponebat. *faciunt notata per Rotam decis. 10. factum tale est. num. 1. in fin. et nu. 2. de testament. in antiquis. et per Surd. et Doctores ab eo relatos. d. decis. 175. num. 2. et 3. et num. 7.*

29 *Gratian. d. cap. 104. num. 15. et 16.* Faciuntque, nec incongruè, quæ de verbis geminatis dicūt Doctores, ad confirmandum actum, cui adijciuntur, vt deturbari nullo modo possit; cùm deliberatam, omnimodisque modis volentem disponentis voluntatem ostendant. *ad tex. in l. Ballista. 32. cum ibi notatis. ff. ad Trebbell. l. cùm scimus. 21. C. de Agricol. et censit. lib. 11. plenè Barbosa asiom. 105. per tot. & asiom. 222. num. 49. Rota apud Card. Seraphin. decis. 1350. nu. 10. idem Barbos. asiom. 79. num. 2.* Ita vt geminatus actus iurato æquetur. *secundum Feliu. plurib. in cap. si cautio. 14. col. 10. vers. fallit. vltimo. num. 39. & seq. de fide Instrumentor. idem Felin. in cap. si quando. 5. n. 14. col. 9. vers. geminatio rescripti. de rescrip. glos. notab. in can. si quis iratus. 5. verbo. iterare. 2.*

31 *q. 3.* Dùm docet, quòd si quis iteratò conuitium alicui dixerit; deliberatò; non ex Iracundia, dixisse videtur. *allegat. tex. notab. in l si mulier. 22. C. ad Velleian. meus Maranta. consf. 65. nu. 14. & consf. 103. num. 7. in fin. Cotta in memorab. verbo. Geminatio verborum. in fin. Aymon. consf. 105. num. 4. Lanar consf. 21. num. 5. Caeheran. d. decis. 90. num. 4. et 5. Petra ad Capic. decis. 19. verbo. confessio geminata. in fin. Frater Ludouic. à Beia. respons. casuum conscient. par. 4. casu. 7. colum. 3. vers. respondemus, quod. fol. mihi. 529. Rota in Romana de Zambeccarijs. coram Comitulo. decision. 68. num. 3. post primum tomum. Consil. Farinac. vbi plura refert. Fammian. Centolin. addens. Barbosa d. asiomat. 79. numer. 1. Cæsar Bartius. decision. 97. numer. 5. & ante eum Gabriel consf. 99. num. 2. vol. 2.*

32 Quemadmodum de metu dicitur, quantuncunque graui, & in constantem virum cadente; illum non efficere inuoluntarium simpliciter, & voluntarium secundum quid; sed voluntarium quidem simpliciter, inuoluntarium verò secundum quid. Crescente nempè metu, multò magis augescit voluntarium simpliciter, ad exequendum id, quod per metum imponebatur, vt excludatur impendens malum per metum comminatum. *est tex. in can. merito. 15. q. 1. vbi glos. & tex. in cap. maiores. 3. §. item quæritur. vbi glos. verbo. conditionaliter. de Baptismo. et tex. in l. si Mulier. 21. §. si metu coactus. ff. de eo, quod metus causa. Si metu coactus*

33 „ *(inquit ibi Paul.) adij Hæreditatem, puto me,*
„ *Hæredem effici, quia, quamuis, si liberum esset, no-*
„ *luissem; tamen coactus volui. hæc Paulus. Sanctus Thom. 1. 2. q. 6. art. 4. et in 4. dist. 29. q. 1. art. 1. et 3. par. quodlibet. 5. q. 5. art. 10. ex Arist. 3. ethic. cap. 1. Nauar. in man. prælud. 6. num. 4. Couar. de sponsalib. par. 1. cap. 4. §. 1. num. 12. Ioan. Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 1. cap. 9. q. 4. et 5. et cap. 10. q. 18. et vltimo Thom. Sanchez. de matrim. tom. 1. lib. 4. disput. 1. num. 2. 3. & num. 5. Molinus. de ritu nuptiar. lib. 3. q. 98. num. 5. & 6. Layman. sum. Theolog. moral. tom. 1. tract. 2. cap. 6. num. 7. in 2. assert. Ioan. Vincent. Auna. allegat. 77. num. 13. par. 2. Rota apud Seraph. d. decis. 1350. num. 9. Card. Tusc. tom. 8. littera V. conclus. 280. et 281. præsertim num. 9. Barbosa asiomat. a 30. num. 8. Merolla disputat. in vniuers. Theolog. tomo. 1. disput. 1. cap. 3. dub. 1. num. 2. et seq. Fernand. à Castro Palao oper. moral. tom. 1. tract. 2. dispnt. 1. punct. 6. num. num. 4. et seq.*

35 Pari quoque modo nunc, de dispositione hac, pœnæ adiectione rogata, dicendum erit. Ne dùm profectò pœnæ ipsius adiectionem, voluntatem ad pia disponendi, minorem effecisse in casu deficentiæ; verùm & auxisse, multòque magis illam confirmasse; ostenderèque modis omnibus voluisse Testatorem suam voluntatem, ac dispositionem impleri; indequè ad excludendum præuisum fortasse non implementum, metu pœnæ, veluti calcaribus adigere, atquè impellere Hæredem, tetasse, clauoque, assque veluti firmare voluisse.

M Cete-

Cereroquin Hæreditate carendum sibi esset.
34 Subsequens nempè actus, quem in præcedentibus Animum disponens habuerit, non vulgari demonstrat inditio. *§. Panonum. cum ibi notat. Instit. de serum. diuis. l. sed Iulianus. 9. §. psoinde. ff. ad Maced. l. si sesnus plurium. 53. §. fin. ff. de legat.*
,, *1 tex. in l. quoniam desideria. 4. post princ. ibi* : Ma-
,, *nifeslauit, notumque fecit sine dubio, professione*
,, *certissima. C. de naturalib. liber.* ex quo tex. aper-
35 tè deducitur animum ex extrinsecis, & factis declarasi. *Aymon. cons. 10 s. nu. 11. & cons. 319. num. 11. Mandos. cons. 76. num. 7. & 8.* Cacheran. *d. decis. 90. num. 19. Viu. decis. 76. num 4. & 5.* Rota *apud Sanctiss. Gregor. XV. Ludouis. decis. 169. nu. 7. & decis. 401. num. 11. & decis. 476. Gratian. forens. par. 1. cap. 58. num. 25. & 26.* Barbos. *assiomat. 12. num. 3.*

36 Et verba, qualis internus disponentis animi sensus fuerit, ostendunt; cùm notæ sint earum, quæ sunt in animo, passionum. *secundùm Arist. 1. peribermen. 1. & est text. in l. Labeo. 7. §. id Tubero. ff. de suppellectil. legat. cap. secundò requiris. 41. de appellat. can. humanæ aures. 11. 22. quæst. 5. l. argumento. 27. §. margasita. in fin. ff. de aur. & argen. legat. Basbos. assiomat. 22. num. 2. & 3.*

37 Et veluti in speculo facies, ità in verbis animus contempletur. *secundùm Crauett. consil. 35. num. 6. Mascard. de probat. tom. 1. conclus. 41. num. 12. 13. & 14. & conclus. 95. num. 5. vbi ex Bald. in l. sed & reprobare. in princip. de excusat. tutos.*

38 Ex qualitate sermonis, animum hominis indicasi, dicit.

Voluit igitur pœnæ adiectione Testator indicase, animi sui sensum fuisse, se, excepta legitima, naturæ impulsu, legeuè Francisco filio debita, ad pias causas de rebus omnibus disponere voluisse. Vt nullus eidem propterea
39 contraire debeat. Cùm cuilibet ses suas moderandi, arbitrandiq; libera facultas maneat.
40 *l. in se mandata. C. mandati.* Atquè modis omnibus sesuari debeat Testatoris voluntas, quæ legitima est. *can. vltima voluntas. 13. quæst. 2. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. §. disponat. in auth. de nupt.*
41 Præsertim vesò, cùm nullum posthac, tempus de rebus suis disponendi pro Animæ suæ salute superesset Testatori; iuxtà Sancti Patris Au-
,, gustini consilium. *Dona tibi de tuo, dum tuum est.* (inquientis) & refert aptè ad sem hanc nostram. Pates *Comitulus d. lib. 7. q. 6. num. 2. in 4. assumentatione. & d. q. 14. nu. 5.*

42 Dispositio ergò cùm non deficiat Testatoris, quòd hæres nuncupata Ecclesia Matris Dei hæreditatem adhire renuit, quin imò stabilis, firmaquè maneat, vt diximus. Succedet deniquè in illa Vniuersalis Ecclesia Romana, atquè pro ea (priuilegiorum, & facultatum, suarum vi) Sancti Petri Fabrica, Hæreditatem subibit.

Quod apestè quoquè decretum fuisse apparet per Eminentissimos, Amplissimosq; Patres Sacræ Congregationi Fabricæ Sancti Petri negotijs persectos. *in declarationibus. §. 4. apud Quarant. verbo. Fabrica. fol. 248.* vbi sic lo-
,, quuntur Patres. *Declaramus huiusmodi, quæ à*
,, *principio Pessonis capacibus facta sunt, siuè ex*
,, *post facto incapaces sunt redditæ; non ad Hæsedes*
,, *granatos, siuè alids obligatos spectare; seù, vti ca-*
,, *duca ab eis vindicari posse; sed ad* Fabricam *ipsam,*
,, *ne dum in vim institutionis, sed etiam substitutio-*
,, *nis, & fideicommissi, tamquàm incerta effecta spa-*
,, *ctauisse, & spectare, & sub priuilegijs ipsius Fa-*
,, *bricæ compræbendi. Pro vt etiam, quæ fortè ex qua-*
,, *cunque causa à legatarijs ipsis, etiam capacibus re-*
,, *cusata, & non acceptata fuere, ac recusantur, &*
,, *non acceptantur.* Hæc declaratio.

42 Quibus omnibus pro coronide, & quasi angulari lapide vtrumque parietem connectente, Codicilaris clausula testamento adiecta, accedit; quæ sanè ad voluntatem tendit Testatoris conseruandam; & vt id, quod non valet iure directo, iure saltim valeat obliquo. *vt Bal. loquitur in l. fin. num. 13. col. 3. vers. nunc verò aliqua. C. de fideicommiss. et sequuta fuit* Rota *in Romana Hæreditatis. de Bonellis. coram SS. D. N. Gsegor. XV. Ludouis. decis. 271. num. 10. Illustsissimus Card. Tusc. tom. 1. littera C. clausula Codicillasis. conclus. 292. num. 43. et 49. Fabbius Tursett. tract. de effect. claus. Codic. q. 31. effectu. 18. num. 10. et 11. optimè Gabriel lib. 6. tit. de clausulis. conclus. 8. num. 12. et 13. Barbosa. clausul. 21. num. 2. et seq. Intrigliol. singul. 98. num. 88. lib. 3.*

Qua de re, & si Hæreditatem adire non potuerit Ecclesia Matris Dei, Hæres scripta;
43 adhibunt saltim illam Executores Testamento relicti, qui Hæredis vicem subeunt, *iuxtà doctrinam Innocent. approbatam. in cap cùm tibi. de testament. et sequuta fuit* Rota *in Leodien. Domus. 1574. cosam* Robusterio. *par. 1. diuers. decis. 553. num. 3. et Cappell. Tholosan. q. 89. et est doctrina Bald. in l. psecibus. 8. num. 46. vers. preterea quando. C. de Impuber. et alijs substit. l. si quis ad declinandam. 38. C. de* Episcop *et cleric. Signosol. cons. 35. in nomine* Domini *casus talis est. num 4. Aluar. Valasc. consult. 67. num. 4. et 6. et nos etiam diximus. respons. nostra 4. circa fin.*

Et ita ex his Respondendum censui salua, &c.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus, &c.

Tsansactione cùm Oeconomo Fabricæ inita, res ad concordiam redijt, & liti finis datus fuit.

SVMMMRIVM.

1 T*Estatoris voluntas pro lege seruanda. declara. num. 79.*
2 *Voluntas Defunctorum dispositiones, vt* Domina, *et Regina regit, atque vt Princeps in illis dominatur.*
3 *Asgumentum currit de lege ad Testatorem.*
4 *Voluntas legis, et Testatosis æquiperantur.*
6 *Mosientium suprema Iudicia nè sint cassa, solicitudinem leges gerunt.*

6 Vo-

6 *Voluntas Testatoris loco praecepti est omnino seruanda.*

7 Mentem contrà Testatoris attentandum nihil est.

8 Pias fidelium voluntates in eorum constitutione violare aequum non est.

9 Testator iacturam facere videtur si vel in minimo eius voluntas non seruetur.

10 Mortuis deberi amplius non potest, quàm, quòd ne cassa eorum Iudicia sint.

11 Testatores quam volunt legem suis possunt dicere rebus, & pacta quaecunque; atque conditiones adijcere.

12 Voluntas eius, qui mandauit quotidie offerri pro defunctis sustinetur.

vel quotidie de Beata Maria. num. 13.

poterit tamen Sacerdos electus, vel deuotione exigente, vel honestate, vel die festo, de Sancto, vel de feria celebrare. num. 14.

ne alioquin retrahantur homines ab Ecclesijs aedificandis, dotandisq; n. 15.

16 Testatoris prohibitio, ne Episcopus se ingerat in hospitalium visitatione, aliorumq; piorum locorum sustinetur, modò in fundatione adiecta sit.

17 Prohibitio quoque sustinetur Testatoris, ne Episcopus se ingerat in legatis piis per eum relictis, neue Episcopus ea exequatur, si Executores ipse dederit.

18 Fabricae Sancti Petri facultates locum non habent contra testatoris voluntatem.

declara n. 19. & n. 56.

19 Executores piorum legatorum possunt cogi, si negligentes fuerint, quamuis id vetuerit testator, & quamuis sint exempti. n. 78.

20 Voluntas testatoris irrationabilis sequenda nō est, & num. 80.

21 Leges, ne locum habeant in suo testamento, nemo efficere potest. & n. 58.

22 Episcopi sunt Patres pauperum, miserabiliumque personarum.

23 Defuncti in purgatorio purgantes inter miserabiles personas computari possunt, & quomodo. nu. 28. 29 & 30.

24 Miserabiles inter personas computantur infirmi morbo laborantes, & qui impedimento ita detinentur, vt cuilibet rei agendae impares sint, & num. 29.

25 Miserabiles, quae dicantur personae, Iudicis remittitur arbitrio.

26 Animae defunctorum in Purgatorio purgantes, quamuis certae de eorum salute sint, necque in via, sed in termino, nec mereri interim, neq; demereri possunt. & n. 86.

27 Animae in Purgatorio purgantes suffragiis indigēt virorum.

31 Pater ne filios egentes subleuet, prohibere nemo potest, quòd contra Charitatem sit.

32 Peccatum est omne, quod est contra Charitatem.

33 Misericordiam qui negat necessitatem patientibus, Christum, qui misericordia, & veritas est, negare videtur.

34 Proximus in necessitate fouendus, quia proximus, multoque magis filius. num. 35.

36 Duo vincula magis ligant.

37 Pater, qui egenti filio, vel circa temporalia, vel spiritualia succurrere negligit, peccat.

38 Episcopus curam habere debet suorum spiritualium filiorum.

39 Miserabiles personae sub protectione manent Ecclesiae, Ecclesiasticique Iudicis.

40 Iudex ex officio procedere potest in miserabilium personarum causis.

41 Episcopus Iudex est propriè miserabilium personarum.

42 Animae defunctorum in purgatorio purgantes in extrema sunt necessitate. Est ergo eis succurrendum.

43 Haeredes, & executores pias morientium dispositiones implere negligentes, vti infideles peccato se maculant, & excommunicari merentur.

cogique possunt voluntatem implere defunctorum, furesque, & latrones dicuntur. num. 44.

Impiique iurè nuncupantur. n. 46.

45 Pietatis iura violantur, cùm contra defunctorum agitur voluntatem.

47 Pium est opus, voluntatem implere defuncti Testatoris.

48 Episcopus potest, imò debet se in genere, vt peccatum auertat patrandum, & vbi de materia agitur peccati.

49 Episcoporum est curare, vt rationabiles Christi oues à contagio reuocentur peccatorum.

Episcopi super intendentes dicuntur. ibid.

50 Ouium sanguinem Christus è pastorum manibus exquiret.

51 Haeredum, & executorum graue peccatum est, cùm suffragia differunt defunctorum.

52 Peccatum tantò grauius est, quantò notabilius est damnum, quod per eum proximo infertur.

potissimum quoad Animam. n. 53.

54 Animam charitatis ordine plus, quàm corpora nostra diligere tenemur.

55 Animam, quae ledunt plùs grauant, quàm quae corpus, quia Anima praefertur cunctis rebus.

57 Fabrica executrix destinata est piorum relictorum omnium.

vnde potest poenam exigere à negligentibus haeredibus. & n. 59. & n. 75.

59 Haereditas post, quàm adhita fuit, patrimonium fit haeredis.

60 Fabrica contra defuncti voluntatem facere haud dicitur.

cùm pia legata impleri curat.

61 Dei omnipotentis viae, & cogitationes non sunt sicut nostrae.

62 Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem bracchium suum.

63 Male agunt testatores prohibentes Fabricam, ne se ingerat in legatis pijs, ab eis relictis.

64 Verba exaudiri debent cum effectu. & implicitè executionem continent dispositorum.

65 Testator, quod respondisset, si interrogatus fuisset, atque de eo cogitasset, lex dicitur.

66 Lex supplet id, quod si cogitasset Testator dixisset, & hoc habet locum in qualibet materia. n. 67.

68 Verisimile non est testatorem prohibuisse Fabricam in elusionem suae voluntatis.

69 *Desideria morientium ex arbitrio colligimus viuentium.*

70 *A voluntate testatoris quandoque receditur, materialiter saltim ex causa.*

71 *Constitutio, quæ tendit ad noxam, iurè non seruatur.*

72 *Voluntatem testatoris non seruari inconueniens æstimatur.*

73 *Disparitatem, qui dicit, ipse de ea docere debet.*

74 *Papa dicitur Episcopus Episcopòrum, & ordinarius ordinariorum, totumque mundum pro diœcesi agnoscit.*

75 *Executionem piarum dispositionum Fabricæ ministris demandauit Sum. Roman. Pontifex post annum.*

& Episcoporum vicem subest Fabrica in hac parte. num. 76.

77 *Dispositio Sacri Trid. Concilij de exequendis pijs dispositionibus, comprahendit Abbates quoque, aliosque quasi Episcopalem Iurisdictionem habentes.*

78 *Inquisitores hæreticæ prauitatis exempti non sunt pro causis piorum legatorum, quin à Fabricæ Tribunali cognosci, & cogi possint.*

Refertur decisio in causa Domini Ducis Balneatiæ aduersus sub Collectorem spoliorum.

Voluntas testatoris minus legitima seruari non debet.

81 *Animæ defunctorum non ob id in purgatorio detinentur, quòd hæredes negligant restitutionem facere, quam ipsi suis tabulis decreuere.*

& rationes num. 82. & seq.

82 *Culpa vnius alterius pœna esse non debet.*

83 *Pœna tenere debet suos authores.*

84 *Pœna æterna numquam punitur vnus pro alio.*

85 *Anima grata Deo grata hæredis vitio ab eius visione non retardatur.*

86 *Restitutio facienda est ab eo, qui potest.*

87 *Suffragia pro defunctis dùm differuntur eorum quoque celeris retardatur liberatio à pœnis purgatorijs.*

88 *Purgatorii pœnæ miro modo acerbæ sunt.*

89 *Fabricæ ministri vtile negotium pro defunctis gerunt, cùm eorum pias dispositiones exequi curant.*

90 *Defunctorum animæ ratum habere æstimantur, quod Fabrica agit, negligentes compellendo hæredes.*

91 *Ratum habere cogi, quis potest quod sibi, et suis vtile est.*

92 *Fabrica negotiorum gestorum actione agere potest aduersus negligentes hæredes, quòd defunctorum voluntates implendas curauit.*

93 *Voluntates defunctorum suo non defraudari effectu ad Iudicis spectat officium.*

94 *Intellectus ad tex. in cap. nos quidem. de testamentis.*

95 *Publica est vtilitas, defunctorum impleri voluntates.*

96 *Hæredes voluntatem non implentes defunctorum dignis plectuntur pœnis à sacris legibus.*

97 *Voluntatem, qui non exequitur defuncti, impugnare eam videntur, nullum ergo ex ea commodum percipere debet.*

98 *Vsuræ permitti nullo modo possunt, neque Testatoris voluntate, neque per sententiam, neque Summi Pontificis permissu.*

99 *Vsuræ iure diuino, ac naturali prohibitæ sunt.*

100 *Voluntas testatoris, ex personis, ad quas verba directa fuere, interpretationem admittit.*

101 *Legatum dirigendum est ex eo, ad cuius commodum, et vtilitatem scriptum fuit.*

102 *Fabrica à negligentibus hæredibus pœnam exigit, vel quintæ, vel medietatis, siue interesse, vel fructus perceptos.*

103 *Vsura tunc committitur, cùm ex mutuo, vel formali, vel virtuali saltim, vltra sortem principalem, quid exigitur.*

104 *Regula an contractus, sit vsurarius dignoscitur, an formaliter, vel materialiter mutuum intercedat.*

quæ regula nullam admittit limitationem. numer. 105.

106 *Fabrica non ex dilatione percipit interesse ex hæredibus negligentibus, quasi ex mutuo, sed ratione negligentiæ quasi pœnam.*

107 *Hæres negligens legata pia soluere cùm interim exigit ex re legata fructus, in mala fide est, vnde restituere eos tenetur.*

108 *Vsura est, si dum differtur legati solutio, quid interim interusurij nomine exigatur, etiam ex testatoris voluntate.*

declarasi in legatarij potestate est illud exigere, et negligit ob interesse, quod percipit. num. 109.

secus si in potestate hæredis est quando illud soluere veluti, vt interim, cùm ex sua voluntate differt, interesse soluat. num. 110.

vel quando post interpellationem negligit hæres soluere. num. 111.

vel si fructus ex re perceperit heres. num. 128.

112 *Interesse ex mora iurè exigi potest.*

113 *Pecunia res est ex se non fructifera, quare nullos fructus parturit.*

114 *Artificiata fructus non parturiunt natura sua, inter quæ pecunia computatur.*

115 *Pecunia, vt subest industriæ, et quatenus potentiam ad fructificandum habet, fœcunda dicitur.*

116 *Declaratio Sacræ Congregationis Fabricæ expenditur. et num. 125.*

117 *Fructus, alii naturales, alii industriales, alii verò Ciuiles sunt.*

118 *Res fructifera dicitur, si vel industriales, vel Ciuiles fructus parere potest, per locationem saltim.*

119 *Fructuum nomine etiam interesse venit.*

120 *Cupressus, et si natura sua infructiferæ arbores sunt, fructiferæ tamen dicuntur, si voluptatis causa positæ fuerint, et locari possunt.*

121 *Fructuum nomen genericum est, et comprehendit omnes fructus etiam Ciuiles.*

122 *Dictio (aut aliàs) expenditur. & num. 124. & 126.*

123 *Frustra legis latorem loquutum fuisse, asserendum non est.*

127 *Mora sua cuilibet est nociua.*
129 *Legato conditionaliter facto, conditione non impleta in mora heres non dicitur soluendi.*
130. *Verba legato adiecta, si admonitionem importent circa modum faciendi, conditionem non inferunt.*
131 *Conditio futurus dicitur euentus, in quem dispositio suspenditur.*
132 *Conditio sui natura in futurum prospicit.*
133 *Testator, quos non honorat testamento, neque grauare potest.*
134 *Legatum in cassùm per testatorem testamento scriptum fuisse, admitti haud debet.*
135 *Qui successor emolumentorum est, ille onerum successor esse debet.*
sicuti contrà. num. 136.
qui commoditatem ex re percipit, eius subire onera debet.

ARGVMENTVM.

Testatoris prohibitio, quâ vetuit, ne Fabrica, seù Episcopus se ingerat in legatis, & dispositionibus ad pia per eum relictis, an subsistat, data Hæredum, seù Executorũ negligentia? Et nùm ex legato pecuniæ relicto exigi possint vsuræ, data Hęredum mora? Quiduè stantibus Fabricæ Priuilegijs? Et nùm vsura dicatur, si relinquat Testator certam pecuniæ quãtitatem ad opus aliquod pium, grauetq; Hæredem, interim donec legato satisfaciat, certum quid singulis annis (interesse nomine) pecunię soluat?

RESPONSIO XX.

IN Venusina legatorum Principis, D. Caroli Gesualdi, Dño præcipuè sunt, quæ aduersus Fabricæ Sancti Petri Oeconomũ per Ministros Eccellentissimæ Dominæ Principissæ Venusij Hæredis, satis fortiter obtunduntur.

Primum. Quòd stante eiusdem Principis prohibitione, ne Fabrica se intromittat, non potuit illa, eiusq; Ministri se ingerere in executione supremæ illius voluntatis.

Alterum verò: Quòd legatum 30. mil. pro Cappella in Ecclesia Domus Professæ Societatis Iesù Ciuitatis Neapolis, cùm fuerit in pecunia destinatum, nihil pro ea intersurij nomine exigere potuerit Fabrica; Quin vsuram redoleat.

1 Et sanè, quò ad Primum; Difficultatem non minimam facit Testatoris voluntas, quæ pro lege seruanda est. *§. disponat in auth. de Nuptijs. collat. 4. l. 1. C. de Sacr. sanct. Eccles. l. 1. ff. ad leg. Falcid. §. 1. Instit. eod. can. vltima voluntas. vbi*
2 *glos. 13. q. 2.* Cùm illa veluti Domina, ac Regina, dispositiones Defunctorum, regat; & dominetur in illis, vt Princeps. *l. in conditionibus primum locum. 19. ff. de condition. & demonstrat. l. ex facto. 35. §. cùm hæc ita sint. vers. & facit. ff. de hæredib. instit. Rot. in recent. par. 2. tom. 1. decis. 336 num. 2. plenè Sanfelicell. variar resolut. q. 66. num. 1. & seq. & num. 7. & per tot.*
3 Vt currat proindè iurè argumentum de lege ad Testatorem. *ad tex. in l. si ita fuerit seruis duobus. 13. in fin. princ. vbi Bartol. ff. de manumiss. testam. plenè Euerard. in loco. à lege ad Testatorem. Dinus in regula, quod semel. 21. num. 21. de regul. iur. in 6. Arnonus. in topica cap. 35. sequitur Rota apud Sanctissimum Gregor. XV. Ludouis. decis. 219. num. 2. Barbosa in locis argument. commu-*
4 *nibus. loco. 60. num. 2.* Quia voluntas legis, & Testatoris æquiparantur. *Euerard. vbi supra. num. 1. Didac. Spino. in speculo Testamentor. glos. 30. princ. num. 5.*
5 Vnde, nè cassa sint iudicia morientium de ijs, quæ in supremis suis voluntatibus disposuere, solicitudinem non minimam gerunt leges, sacrique canones. *d. l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. tex. in §. si quis autem pro redempt. in princ.*
" *ibi: Et hoc modis omnibus secundum Testatoris*
" *voluntatem. cap. 8. in auth. de Eccles. tit. collat. 9. §. exhæredatus. in auth. de Hæred. & Falcid. coll. 1. d. canon. vltima voluntas. 13. q. 2. Cephal. cons. 497. num. 55. lib 4. Gaspar Anton. Thesaur. Forens. par. 1. quæst. 34. numer. 5. Viuius. decision. 265.*
6 Nimitùm, quòd Testatoris voluntas loco præcepti sit, omnimodò seruandi. *ad tex. in l. cùm proponebatur. 66. in fin. ff. de legat. 2. Surd. decis. 232. num. 5. Melchior. Phœbus. decis. Lusit. 100. num. 6. & 7.*
7 Nihilque contrà Testatoris mentem sit attentandum. *secundum Bald. in l. verbis ciuilib. notab. 6. ff. de vulgar. & pupillar. Borell. cons. 98.*
8 *num. 10.* Piasque fidelium voluntates in eorum constitutione violare æquum non sit. *vt sacrosancta Trid. Synod. loquitur. c. 9 in princ. sess. 25. de*
9 *reformat.* Iacturã itaq; facere Testator dicitur, cùm, vel in minimo, voluntas eius nõ seruatur. *secundum Bal. in cap. cùm accessissent. de constit. quem refert, et sequitur Phœb. d. decis. 100. num. 7.*
10 Neque enim ampliùs deberi potest mortuis, quàm, ne in cassùm abeant, quæ extremùm agentes, disposuere. *d. l. 1. C. de Sacrosanctis. Eccles. glos. verbo. voluntatem. in cap. tua nobis. 17 de testament.*

11 Quam volunt itaque legem ſuis bonis di-
cere poſſunt Teſtatores, & pacta quæcunque,
atque conditiones adijcere. glos. d. can. vltima
voluntas. 13. q. 2. can. Eleuterius. 30. 18. q. 2. cap. ve-
rum. 4. de condit. apposit. Gonzal. ad reg. 8. cancell.
Gloß. 29. num. 3. Rota apud Card. Seraphin. decis.
611. num. 2. & 3. & par. 3. lib. 3. diuers. decis. 442.
& par. 4. diuers. collecta per Farinac. decis. 582. et
apud Cæsarem de Grassis. decis. 165. alias. 2. num. 2.
et 3. de sepultur. Perez de Lara de Cappellan. lib. 2.
cap. 1. num. 12. 13. et 14 Surd. cons. 195 num. 3. vol.
2. Sanctarell. d. q. 66. num. 36. et num 48. Ioan Bap-
tista Thoro in sum. priuil. piarum causarum. priuil.
239. cum alijs ab eo relatis.

12 Quam ob rem ſubſtinetur voluntas eius, qui
mandauit quotidie offerri pro defunctis per
Cappellanum electum. vt Didac. Spino tuetur
13 glos. 3. princ. num. 54. in fin. et num. 55. Et eius
qui quotidie ſacra fieri iuſſit de Beata Maria.
14 Et ſi planè poſſit Sacerdos electus, deuotio-
ne id exigente, vel etiam honeſtate, de curren-
ti feria, vel de ſancto, Miſſam facere. ad tex. in
cap. significatum. 11. de præbend. Nauarr. man. cap.
25. num. 134 in fin. Pater Fraxinella. de obligat.
Sacerdot. sect. 4. conclus. 4. §. 4. fol. mihi. 64. Ioan.
Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 10 cap. 32. q. 4. & 5.
faciunt notat. per Perez de Lara d. cap. 1. lib. 2. nu.
12. et 13. et 14. et 15. Barbos. de offic. et potestate
Episcopi. par. 2. allegat. 24. num 32. et d. cap. signifi-
catum. num. 1 Pater Fagundez. de quinque præcept.
Eccles. præcep. 1 lib. 4. cap. 9. num. 6. et 7.

15 Nè alioquin ſi contrarium fiat, retrahantur
fideles à pijs rogandis legatis; Eccleſijſque fun-
dandis, conſtruendiſque, vel dotandis. secundum
glos. penult. et receptam in cap. cùm dilectus. 28. de
Iure Patronat. et sequuta fuit pluries Rota par. 3.
lib. 3. diuers. decis. 442 num. 5. et par. 4. etiam diuers.
collecta per Farinac. decis. 582. et in vulgata Ro-
mana Iuris Patronatus. coram sacrato. 31. Maij.
1513. quæ est impressa apud Molfes. ad consuetud.
Neapolitanas. par. 2. cons. 31. num. 21. et decisum
refert Riccius. in Curia Archiep. Neap. decis. 29.
par. 2. et in praxi. variar. resolut. par. 2. resolut. 302.
Gonzal ad reg. 8. glos. 29 num. 2. et 3. Perez de La-
ra. d. cap. 1. num. 14. 15 et seq. lib. 2.

16 Subſtinetur propterea Teſtatoris prohibi-
tio, nè Epiſcopus ſe ingerat in viſitatione Ho-
ſpitalium, aliorumque piorum locorum, ſi ta-
lis conditio in fundatione adiecta fuerit. ad tex.
in d. can. Eleutherius. 18. q. 2. et d. cap. verùm. de
condit. apposit. et declaraße Sacram Congregatio-
nem Eminentissimorũ patrum Sacri Trident Concilij
interpetrum ad tex. in cap. 8. seß. 22. de reformat.
refert Gratian. Forens. par. 3. cap. 481. num. 23. et
faciunt quæ notantur per Rotam apud Sanctissi-
mum Gregor XV. Ludouis. decis. 4. num. 2. et decis.
219. nu 2. et plenè per Aluar. Valasc consult. 105.
per tot ac præsertim. num 56. et 57. Surd. decis. 149.
num. 23. Card Tuscus tom. 3. littera. E. conclus. 293.
num. 35. 36. et 37. & reſcriptum fuiſſe ad Archie-
piſcopum Meſſanen per Sacram Congregatio-
nem refert. Carolus de Graſſis de effectib. cleri-
cat. effect. 1. num. 610. fol. mihi. 194.

17 Ac pari quoquè modo, prohibere Teſtator
poterit, nè Epiſcopus ſe ingerat in legatis per
eum ſuis tabulis ſupremis deſcriptis (pijs præ-
ſertim:) neuè Epiſcopus ea exequatur, potiſſi-
mùm ſi executores ipſe teſtamento dederit.
ad tex. in d. cap tua nobis. vbi Abb. num. 6. Anchar.
num. 4. Couar. num. 5. Bertachin. de Episcop. par. 6.
de authorit. et potest. Episcopi. circa vltimas volun-
tates. q. 6. num. 12. vol. 2. tract. fol. 189. col. 3 optimè
Signorol. cons. 204 in quæstione vertente. num. 3. et
4. et seq. Aufrer. ad decis. Cappell. Tholos decis.
112. num. 2. Rota in Salamantina. Cappellaniæ. 23.
Martij. 1583. coram Illustrissimo Seraphino. decis.
611. Perez de Lara. d. cap. 1. num 14. 16. et 19. et
seq. Marius Muta. decis. 58. nu. 29 plenè Ioan. Petr.
Moneta de commut. vltim. volunt. cap 10. in 7. con-
clus. num. 475. et 476. Bonacin. tom. 2. de contract.
disput. 3. q. 17. punct. 8. §. 10. num. 2. nouissimè.
Ioan. Baptista Thoro. in sum priuileg. piar. causar.
priuil. 127. et 239. Sanchez in consil. moralib. par. 2.
lib. 4. cap. 1. dub. 55. per tot. et tom. 1. lib. 2. cap. 2.
dub. 32. num. 2. & in ſpecie, quòd facultates Fa-
bricæ locum non habeant contra Teſtatorum
voluntatem, nequè illæ actionem eidem tri-
buant. dictum fuit in Romana Fabricæ. 26. Aprilis
1602. coram Corduba.

19 Verùm, enim verò, id ità exaudiendum eſt,
ſi dati executores, ſcriptiue tabulis hæredes
voluntati pareant Defuncti. Alioquin admitti
haud minimè poteſt, quin Epiſcopus, vel qui-
uis alius ſuperior, ad quẽ ſpectat, iurè execu-
tores, Hæredeſquè cogat, compellatiuè vo-
luntati obtemperare defuncti. Cùm ſit hic ca-
20 ſus obmiſſus à Teſtatore. Cæteroquin eſſet
hæc irrationabilis voluntas, propptereaque nõ
21 ſequenda. Cùm nemo efficere demùm poſſit,
quin leges in ſuo Teſtamento locum obti-
neant. tex. in §. si quis autem pro redemptione. in
auth. de Eccles. tit. collat. 9. tex. in l. Nulli licere.
28. iuncta authentica licet Testator. et l. si quis ad
declinandam. 38. C. de Episc. et cleric. l. nemo potest.
58. ff. de legat. 1. glos. in cap. si diligenti. 12. in glos.
1. paulò post princ. de foro compet. tex. in cap. tua
nobis. 17. vbi Abb. Butr. Anchar. Couar. et alij.
de testament. Syluest. verbo. Testamentum. 2. q. 8.
vers. 4. si Testator. Rota decis. 10. factum tale est.
per tot. de testam. in antiquis. Abb. cons. 59. col. 2. nu.
3. ad tertiam dubit. par. 1. Signorol. d. cons. 204. num.
1. et 2. et seq. per tot. Lambertin. de Iure Patronatus
lib. 1. par. 1. q. 9. art. 1. num. 46. Bertachin. de Epi-
scopis. d. par. 6. q. 6. num. 12. Sarmiento. lib. 1. sele-
ctar. cap. 11. num. 10. 11. 12. et 13. Surd. de aliment.
lib. 8. priuil. 9. num. 4. Caluaccan. decis. 40. num. 6. et
num. 10. par. 5. Gonzal. glos. 5. num. 43. Gratian. d.
cap. 481. num. 24. et 25. et par. 4. cap. 650. num. 31.
Francisc de Ponte. cons. 37. num. 7. et 8. lib. 2. Aluar.
Vallasc. d. consult. 105. num. 57. et 58. Ioan. Azor.
Institut. moral par. 2. lib. 3. cap. 53. q. 4. vers. potest
Episcopus. et vers. potest item Episcopus. Perez de
Lara. d. cap. 1 num. 4 et 14. 19. 20. 21. et 22. Fran-
cisc. Leo. in Thesauro. fori Eccles. par. 4. cap. 2. num.
46. et 47. Muta. d. decis. 58. num. 29. Moneta d. cap.
10. num. 475. Marta de Iurisd. par. 4. casu. 88. num.
14. et

14 & 15. *Tusc. tom. 3. littera. E. conclus. 293. num. 35. 36. & 37. Barbos. de offic. Episcopi. par. 3. allegat. 82. num. 27. & num. 28. Rota apud Illustrissimum Seraphin. decis. 61 1. num. 6. Thoro. d. priuil. 127. & 239. & priuil. 18. & 102. Bonacin loco supra cit. §. 10. num. 2. Baldaxar. Thomas. tract. 10. tit. 2. cap. 64. num. 222. Sanchez d. lib. 2. cap. 2. dub. 32. nouissimus. Ioan. Dominic. Tasson. in pragmat. de antefato. vers. 3. obser. 3. Tribunali. 38. num. 395. in fin.*

22 Quod & ratio ipsa suadet. Nimirùm, quòd sunt Episcopi pauperum miserabiliùque personarum Patres, & protectores, *secundum Bald. in l. precibus. 8. num. 46. vers. praeterea quando C. de Impub. & alijs substit. can. Episcopus. 82. dist. & can. licet. 87. dist. vbi glos. tex. in cap. super quibusdam. 26. in fin. vbi etiam Gloss. fin. de verborum significat idem Bald. in l. si quis ad declinandam. in princ. num. 6. C. de Episcop. & Cleric. sequitur Menoch. de adipiscenda possess. remed. 4. num. 276. Bertacchin. de Episcop. par. 4. lib. 4. num. 50. q. 15. vol. 2. tract. fol. 174. Laurent. de Rodulf. de vsur. quaest. 113. num. 19. vol. 16. tract. fol. 136. Tusc. tom. 3. conclus. 293. num. 1. & 2. Sylnest. restitutio. 8. q. 5. in princ. Bald. Nouellus. de dote. par. 5. num. 14. vol. 6. tract. fol. 158. faciunt notata per Abb. cons. 54. num. 2. col. 2. vers. quia hoc casu competit Episcopo. par. 2. Couar. cap. 3. de testament. num. 8. in fin. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 13. num 7. Bonacin. d. §. 10. num. 1. Genuens. in praxi. cap. 96. num. 8. impress. Romana anni 1609.*

23 Inter miserabiles verò personas, iurè sanè, nec iniuria defuncti compu tari possunt; qui in Purgatorijs poenis degunt, pro residuis peccatorum suorum purgantes, donec omni macula, & ruga expurgata, nitidae, ac purae diuinis praesententur obtutibus, aeternum beandae. *Laelius Zecch. de casibus Episc. reseruat. casu. 6. nu. 6. paulò post princ. Barbos. de offic. Episcopi par. 3. d. allegat. 82. sub num. 15. Genuens. d. cap. 96. num. 8.*

24 *aliqque paulò post citandi.* Qui enim morbo, alioue impedimento ita laborant, ac detinentur, vt cuilibet rei agendae impares sint, inter miserabiles numerantur Personas. *ad tex. in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautionibus. l. morbus. 113. vbi Alciat praesertim. num. 5. ff. de verb. signif. 1. in princ. C. quando, Imperator inter pupillos. Auctor. de Iure singulari de priuileg. miserabil. personar. num. 1. vol. 1. tract. fol. 124. sequitur plenè Menoch. lib. 2. de Arbitrar cent. 1. casu. 66. num. 1. &*

25 *seq.* Vbi Iudicis Arbitrio remissum esse dicit, quae miserabiles dicantur personae. *plenè quoq; Pascalis. de viribus Patriae potestat. par. 2. cap. 2. à num. 91. cum seq. ad finem. vsque cap. Conar. practicar. quaest. cap. 6. per tot. p. aesertim. num. 3. Felin. in cap. significantibus. 38. num. 6. & seq. de offic. delegat. plenè Marta de Iurisd. par. 2. cap. 21. num. 7. Tiraq. tract. le mort saisit le vif. par. 7. declat. 5. num. 10. Barbosa de appellatiua verborum significat. appellat. 152.*

26 Ast Animae in Purgatorijs Poenis degentes, & si profectò certae sint de sua salute; in via tamen non sunt ampliùs; vnde neque mereri, neque demereri possunt. Cùm nihil operari valeant in statu termini constitutae. *Turrecremat. in can. qualis hinc quisquè. num. 4. in 3. conclus. 25. dist. Sotus in 4. dist. 19. q. 3. art. 3. in 2. conclus. Illustrissimus Cardin. Bellarmin. controuers. tom. 2. lib. 2. de Purgator. cap. 2. et 3. Petr. Binsfeld. receptar. Theologicar. sentent. sect. 5. membr. 2. conclus. 10. et 11. fol. 1035. et seq. Pater Aegidius de ConinK. disput. 11. de Purg. dub. 6. conclus. 2. num 46. et seq. Porretta. in addit. ad Beat. Albertum Magnum. in compend. Theolog. veritatis. lib. 7. cap. 2. Pater Bartholomaeus à Sancto Fausto de indulgent. lib. 5. q. 11. 12. et 13.*

27 Suffragijs igitur indigent viuorum *ad tex. in can. non aestimemus. 19. et can. Animae defunctorum 22. vbi Turrecremat. 13. q. 2. Concil. Florent. in litteris vnionis. §. item definimus. tom 3. Conciliorum fol. mihi 476. col. 2. Sacrum quoquè Tridentin. Concil. sess. 25. in decreto de Purgatorio.* vt dicere iurè possint, quae Iob Patientissimus, *19. num. 21.* Et vsurpat ea Sancta Mater Ecclesia in Officio pro Defunctis: *Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. quae explicat ad rem nostram Frater Bernardin. de Bust. tom. 2. sermon. 2. par. 3. §. fin. in fin. Albert. Magnus. d. lib. 7. cap. 4.*

28 Miserabiles ergò dicentur Personae defunctorum Animae in Purgatorio degentes, quò ad hoc scilicet, quòd nihil operari eum possint, vt se à poenis illis expediant, auxilio indigene aliorum, *secundum Afflict. decis. 257. num. 1. vbi Vrsill. num. 2. Idem Afflict. in constitut. Instrumentorum robur. tom. 1. de fide Instrumentor. num. 24. fol. mihi. 255. Guido Papa decis. 566. facit tex. in d. l. 1. § fin. ibi: Alijque fortunae iniuria miserabiles. C. quando Imperator inter pupill. & viduas. Menoch. d. casu. 66. num. 3. Giurba decis. 32. num. 3. Genuens. in praxi. cap 85. de causis delegatis. num 45. & cap. 96. num. 8. Sylua. Nuptialis. lib. 6. nu. 27. 28. & seq. vol. 6. tract. fol. 68. vbi num. 29. ex Al-*

29 *berico in dictionar. verbo. miserabiles:* Miserabiles diei personas (inquit) omnes, quibus Natura mouetur ad miserandum, propter fortunae iniuriam, etiam si diuites sunt. *Tusc. tom. 5. litt. M. conclus. 273. Barbos. d. appellat. 152. num. 1.* Quae sanè verba adamussim his, de quibus loquimur. Purgatorij animabus quadrant, ac sedent. Cùm auxilio destitutae proprio, causam ipsae suam agere haud possint. *vt Layman. in Theolog. morali. tom. 1. lib. 3. sect. 5. tract. 5. cap. 11. num. 13. in 2. dist.* optimè ad rem nostram loquitur, *& sequitur Bonacina tract. de restitut. disput. 1. q. 3. puncto. 4. in 2. proposit. num. 5. in fin. tom. 2.*

30 *oper. fol. mihi. 554. impressione noua Lugdun.* Vbi inter pauperes, Defunctorum animas numerari dicit, quae suffragijs indigent sacrificiorum in Purgatorijs poenis degentes. *Barbos. d. alleg. 82. num. 15. Layman. locis paulò ante relatis.*

31 Nemo verò prohibere potest, nè Pater filios, in necessitate potissimùm constitutos, auxilio foueat, & recreet. Nimirùm, quòd contrà

32 Charitatem id sit. Quod autem est contra

33 Charitatem, peccatum est. Qui autem negat mise-

misericordiam, necessitatem patientibus, ipsum Christum negat, qui est misericordia, & veritas, *vt Pelagius Papa. loquitur in can. omnis qui gemebat.36.§.qui autem negat.7.q.1. argumento tex.in l.fin.C.de bonis, quæ liber. & l.1. C.de bonis.mater.Bertacchin.de Episc.lib.4.par.4. q.15. & sequitur Thoro.priuil.104.in fin.*

34 Et sanè, si iuuandus est proximus, quia proximus (potissimùm, in necessitate) quoniam mandauit Deus vnicuique de proximo suo. *Ecclesiast.17.num.12.Ioannes. Azor.Instit. moral. par.2.lib.12.cap.5.q.2.& 3. S.Thom. in primam ad Thimot.5. in illud: si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet fidem negauit, & est infideli deterior. lect.5. & in 2.2.q.31.art.3.& q.32.art 9.& Cornel. à Lapide in eũdem locum Pauli.Paulus Layman.tom.1.lib.2.tract.3. cap.3. num.1.& seq. & num.6. & diximus nos supra respons. nostra.3.num.42. 43. & seq.*

35 Multò magis vtiquè auxilio fouendus est filius, in extrema præsertim necessitate constitutus.

36 Quòd duo vincula magis ligant. *tex.in auth. itaque. C.communia de successsion. §. quia igitur vers.vult autem. in auth.de consanguineis, & vterin.Fratrib.collat.6.§.sed hodie. Instit. de adoptionib.Barbos.assiomat. 79.num.1.*

37 Vnde peccat Pater, qui egenti filio in necessitate, siuè quò ad spiritualia, siuè etiam temporalia, succurrere negligit. *can.si quis reliquerit.14.30.dist.can.duo.ista.31.23. q.4. Sanctus Th. 2.2.q.26.art.9.Nauar.man. cap.14.num.17.Henriquez in sum.lib.11.de matrim. cap.19. §.2. & §.4. Layman. d.cap.3.num.6.corollar.6.*

38 Ad Episcopum autem spiritualium Filiorum suorum cura pertinet. *Bertacchin. de Epi-*
39 *scop.d.par.4.q.15. num.50.* Et miserabiles Personæ sub protectione manent Ecclesiæ, atque Ecclesiastici Iudicis. *tex.d.can. licet.1. vbi glos. 87.dist. d.cap. super quibusdam. in fin. de verborum significat.Bal.in d.l.si quis ad declinandam. num.6. C.de Episc.& cleric.Menoch.d.remed.4. num.259. 260.& 76.Felin.d.cap.significantibus.num.6.vers. vltrà modernos.noto.de officio delegati. Ioan.Nevizanus.in silua nupt.d.lib.6.num.41.Tusc. d.c.13. num.7.lib.2.Barbos.d.cap.super quibusdam. num.8. Thor.d.priuil.104.*

40 Quare potest Iudex ex officio in causis miserabilium procedere personarum. vt ad rem nostram, alijs relatis, refert *Rodriq.regular.quæst.*
41 *tom.2.q.126.art.4.vers.3 probatur in fin.* Et Episcopus propriè Iudex est miserabilium. *vt Tuscus inquit tom.5.litt.M.conclus.274.num.10.Thoro.d.priuil 239.Thomas.d.tit.2.tract.10.num.222. cap.64.*

42 In extrema verò necessitate sunt Animæ defunctorum in Purgatorijs Pœnis degentes. Succurrendum igitur est eis. *Lælius Zecchius.d. casu.6.num.6. fol.mihi. 155. Barbos.d.allegat 82. num.15. Layman. vbi supra lib.3. tract.5. cap. 11. num.13.*

43 Tùm prætereà, quòd hæredes, & executores negligentes, ac differentes legata implere pia à Testatoribus piè relicta, & infideliter se gerunt erga illos, de quibus benè commeriti sunt, quique ipsis fidere; & læthali quoque macula turpiter se inficiunt; vnde excomunicationis vinculo necti iurè, sanctèque possunt, ac debent. *can.oblationes.9.& 10.vbi Turrecremat.13.q.2.Syluest.Testamentum 2.q 9.in fin.vers. patet 3.Nauar.man.cap.17.num.68 in fin. & num. 117.& cons.9.de emption. & vendit.num.6. lib.3. & cons.32.num.6. in fin. lib.5. de pænit. & remission.Lælius Zecchius.d.casu.6.num.6. Pater Iacob. de Graffijs lib.1. decis. aurear. cap.26. num.13.& 14.Binsfeld.dict.sect.5.membr.3 conclus.12.in fin. fol.mihi.1085.Porretta. ad dictum Albertum Magnum.d.lib.7. cap.4. Lopez in rubr. de donat. inter vir. & vxor.§.65. num.19. & 28. dixi supra respons.7.num.8.& 9. Didacus Spino glos.28. num 7. & 8.& 63.& seq. Molfes.tom.2 sum. tract.13.cap. 11.num.31.& 39.Barbos. d.allegat.82 num.15. in fin.& num.16.Bonac.d.tom.2. de contract disput.3. q.18.punct.4.num.1. Layman. d.lib.3. cap.11.num. 12.& 13.Sanchez.in consil.moralib. d.cap.1. dub. 53.num.6.*

44 Atque etiam cogi mentem, voluntatemquè implere piorum Testatorum, quòd sacrilegi, atquè Fures, & Latrones dicantur. *can.clerici. 11.13.q.2.Frater Bernardin de Busto.tom.2.ser.1. par.2.§.fin.in fin.vers ò perditi Hæredes. de Ponte d.cons.37.num.7.& 8.Cenedus q.31.num.3. & nu. 7.circa fin. Porretta.d.cap.4.Sanchez. d.cap.1.dub. 53.& 54.per tot.atque dub.55.alios referens.*

45 Violantur enim Iura Pietatis, cùm contrà defunctorum agitur voluntatem; per eos præsertim, qui ex bonis eorum comodum percepere. *tex.in l.contrà voluntatem.7.C.de testam.manumiss. Cephal. d.cons. 497. num. 48. & 49. lib.4.*

46 Impijque dicuntur Hæredes, qui voluntatem, & si imperfectam, suorum negligũt Testatorũ. *secundum tex. in l. quidam cùm.5. §. illo videlicet. vbi Angel.num.3.C.de necessar. seruis. Hæredibus.*

47 *Instit.*Pium contrà, cùm sit opus voluntatem, mentemque exequi testatoris. *l.1.C.ad leg.Falcid.Facchineus Illustr.controuers par.2.lib 13.cap. 63.in fin. vers. non obstat tex. Barbos. de Iure Eccles.lib.3.cap 27.num.24.Thorus. vbi supra. priuil. 18.& 102. 104 & 259.*

48 At potest Episcopus, nec iniuriâ, se impedire, quinimò debet, vbi de materia agitur peccati (siuè patrati, siuè etiam patrandi) vt illud arceat. *text.vbi Innocent. receptus. num. 3. in cap. nouit.13.de Iudici.glos.in cap.ex litteris.10.verbo. compellas. vbi Abb. num.10. de sponsalib. glos.fin. circa fin.in cap.cùm sit generale. 8.de foro competenti.* Meus Maranta. *in speculo. par.4. in 11.dist. num.12. & num.27. Petrus Matthæi. in addit. ad Guidon.Papa. decis.562. circa fin. vers. causæ verò omnes. Hieronymus.de Monte. q.21.num.3. & 4. Surd.de aliment.d.tit.8.priuil.9.sub. num 6.Barbosa.de officio Episcopi.par.3.allegat.82.num.17.& num.26.in fin. & num.27. Cappell. Tholos. decis. 379. Genuens. in praxi. cap.1. num. 7.vers sed h.c quæritur.Ioann.Maria Bellett.disquisit. Clericalis tit.de fauore Clericor.reali. §.2.num.19. fol.285.*

Pater

Pater Aegidi.de ConinK.disput.22. dub.2. num.9. Card.Seraphin.d.decif.61 1.num 6. Gratian. par.1. cap.154.num.25 Barbos.d cap.nouit. num.5. de Iudic.Capic.decis 175.num.2. & 3.Thomas.d.cap.64. num.222. cum relatis per eum.

49 Episcoporum porrò est, qui super intendentes dicuntur, quòd curam eorum gerere debent, qui sibi commissi sunt. *iuxtà tex. August. in can.qui Episcopatum. 10 8.q.1.* curare, vt sibi commissi greges rationabilium Christi ouium, à contagione reuocentur pestifera mortalis piaculi; nè si ouium aliqua perierit, quòd ipsi eam non requisierint, neglexerintuè; Vnde

50 lupi voraci absorbeatur ore; sanguinem eius ab eorum manibus exquirat Iustissimus, Oculatissimusque Iudex. *Ezechiel. 30. est tex. in cap. irrefragabili.13.in princ. vbi glos. 1. de offic.ord et in cap.ne religiosi.24 aliâ. fin.in princ. de regular.*

51 Neque enim leue peccatum æstimatur, quod Hæredes perpetrant, datique testamento executores, suffragia differendo pro defunctis destinata; cùm interim illi grauissimis crucientur pœnis in igne Purgatorij. *secundum S. Thom 3.par.in supplem.q.71.art.6.ad quartum, & quodlibet.6.q 8 art.13.& 14 Syluest suffragia.q. 1.vers. & si ordinata sunt. Sotus in 4 dist.45. q.2. art.4.Graffijs d.cap 26.lib.1 num.14. & in praxi. quinque casuum. refer. lib.2. cap.26. num. 17. 18. 19.& seq.Conrad. respons casuum conscient. tom.2. casu.277.Armilla.verbo suffragia. § 2.Lælius Zeechius.d casu.6. num.6. vis manifestandum est.fol. 156.Barbos d.allegat.82.num.15.in fin.& num.16. Molina de Iust & Iur.tom.1. tract.2. disput. 251. col.5.§ dubium item est fol. mihi. 1007. Porretta. d.lib.7.cap 4.Bonacin.d q.18.punct.4.num.1. Pater Petrus Bell'occhio de casib.reseruat. par.2. q.1. num.394.Ioan.Baptista Thoro priuil.148.Sanchez d.lib.4 cap.2 d.dub.53.num.6.*

52 Tantò verò grauius peccatum est, quantò notabilius est damnum, quod proximo infertur. *arg.tex.in §.atrox iniuria. Instit. de Iniur. refert notabiliter ad rem nostram. Frater Bernardin. de Bustis.d ser.2.par.3. vers.secunda vtilitas.faciunt quæ habet Nauar.de circumstantiis agrauantibus loquens man.cap.6.num.7. & num.9 Petrus à Soto lection.9. de integritate confessionis col.5. vers. itaque quod(vt ita dicamus) malitiæ mortales. fol. mihi.200.& fol. 214. in minori impressione Venetijs. Tolet.sum lib.3.num.5. vers. quintus casus. vbi Victorell.addens.*

53 Potissimùm verò, cùm quoad animam damnum ipsum infertur, quam plus, quàm corpo-

54 ra nostra diligere tenemur, vt debitus seruetur Charitatis, ac diligendi modus. *secundum S.Thom.2.2.q.26.art.2. 3. & 4. Nauar. man. cap. 14.num.23.vers.quadragesimo peccat. S.Antonin. par.4.sum.tit.6.cap.3.in princ.& §.8. ad secundum Azor.d.lib.12.par.2. cap.4.q.1. & cap.5. quæst.4.*

55 Plùs enim grauant, quæ lædunt animã, quàm quæ lædunt corpus; quia anima præfertur cũctis rebus. *vt C.de Sacrosanct. Eccles. l.sancimus. in fin.vt inquit Andreas de Isern. de Capitan. qui curiam.vendit.vers.similiter potest.nu.29.circa fin. in vsibus feudorum. Sebastian. Medices opus 4. nu. 1.& seq.Barbosa assignat 26. Nouar. de Incert.& malè ablat priuil.3.num.5 & priuil.41.num.5.post Ricium præceptorem in praxi par.2.resol.416.*

56 Licet ergò admiserimus potuisse Principẽ D.Carolum suprema sua voluntate Ius dicere rebus suis, quod voluit; ac prohibere, nè Fabrica de legatis ab eo piè relictis se impediret, datis suo elogio Executoribus. Haud tamen prohibere potuit, quin, data Hæredum,

57 atque executorum notabili negligentia, Fabrica executrix destinata per Summos Romanos Pontifices piarum dispositionum omniũ; pro suo munere curare potuerit, debueritue, relicta per eum pia legata debitæ executioni demandari; atquè iuxta sua priuilegia, & facultates ab ipsis negligentibus Hæredibus pœ-

58 nam exigere. Cùm nemo possit in Testamento suo cauere, nè leges in eo locum habeant. *vt Pomponius inquit d.l.nemo potest. 58 de legat. 1. vt suprà diximus. & Rota in Salamantina Cappellaniæ.coram Seraphino.d.decis.61 1.num.6.& est tex. apertus in clem. quia contingit. 2. §.in quo de religios.domib.In quo(inquit tex.)si fortè committi*

„ *ferint negligentiam, (executores videlicet) vel*

„ *defectum, Ordinariis locorum iniungimus, vt etiam*

„ *si loca ipsa exemptionis priuilegio munita existant,*

„ *per se ipsos, vel alios, impleant omnia præmissa, &*

„ *singula.hæc ibi Marta de success.legal.tom.2. par. 4.q.15 art.2.num.4. Bonacin.d.§.10. per tot. Layman.dict.lib 3. cap. 11. tract.5. num. 13. Thorus.d. priuil.239.& priuil. 102. in fin.& diximus. infrà respons nostra 22.nu 51.Sanchez. d.cap.1.dub.55 vbi plenè de hac re. & tom. 1.d.lib.2.cap.2.dub.32. num.3. cum seq.*

59 Neque pœnam hanc ex defuncti bonis exigit Fabrica, sed ex bonis negligentis Hæredis, cuius patrimonium facta fuit Hæreditas postquàm illam adhiit. *l.per Procuratorem. 89 ff.de acquir.hæredit. l.sed si plures. 10. §.filio impuberi. ff.de vulgar.& pupill.tex.in l.fin.in fin. C.de inoff. l.§.veteres.verbo.per vnum.circa med.ff de acquir.possess.Rota par.2.diuers.decis. 47.num.4. Gratian. Forens. par.4. cap.685.num. 1. Illustrissimus Cardin. Mantica. de tacitis, & ambig.tom.2. lib.23. tit.25. num.23. Meus Maranta. consi.92.num.4. in fin. Rota apud Gregor. XV. Ludouis.decis 219.num.6.*

60 Nihil itaquè aduersùs defuncti voluntatem per Fabricam fit, dùm illam omnimodis exequendam satagit vijs. Quaproptèr.& si repulit ipse Fabricam, eiusque ministros, nè se in sua ingererent dispositione suprema, ac pia.

Voluit tamen Deus Omnipotens, Optimus, Maximus, palàm Mundo facere, quàm id malè

61 vetuerit. Et quòd non sunt vitæ eius, viæ nostræ, neque cogitationes eius, cogitationes no-

62 stræ. *vt Isaiæ. 55.num.8.*habetur. Atque, quòd verè Maledictus Homo, qui confidit in homine, & ponit Carnem brachium suum, & à Deo recedit cor eius. *Hier. 17 num.5.* Quàmque vani filij hominum sint, & mendaces in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate inidipsum. *Psal. 61.nu.*

61. num. 10. id est, se inuicem fallant in rebus vanis temporalibus, & caducis, *vt Dionys. Carthusian. loquitur. ibid.* vt in hominibus proinde spes ponenda non sit, nam vani sunt, & mendaces, & spem in se confidentium frustrant. sæpissimè. *vt ex aliquorum semētia adnotat Agellius. ibid. vers. 9.* permisit igitur Deus Omnipo-
63 potēs, ac Illustrissimus Iudex palàm fieri omnibus, quòd obliuioni datus fuerit, tamquàm mortuus, à corde; vt nè quidem ipsi eius filij, & Hæredes, datique testamento executores, quibus adeò fidit, eius meminerint ampliùs. Vt nil cogitarint minùs, nihilque cogitenr, neque in corda eorum ascendat, & ascenderit, quàm de implenda suprema eius voluntate. Vt actum sanè pœnitùs de eâ esset, ac fuisset, ni Fabrica, eiusquè ministri, implendam eam curassent, curarentue. Appendatur ergò in statera voluntas ipsa Principis D. Caroli iam defuncti, subtilique scrutinio trutinetur. Quid magis ipse vellet: voluntatem nè eius impleri, & Fabricam eam implendam curare; vel verò despectui eam haberi, nulloquè vnquam tempore executioni demandandam iri, & Fabricā de ea implenda, nec cogitare quidem?

Respondebit vtiquè, velle se supremam suam volunratem impleri magis ex diligentia, quam adhibet Fabrica; quàm neglectui omni eam tempore habitam iri. Indè enim dispositionem rogaui (diceret) vt impleretur; & executores testamento dedi, vt exequerentur. *ad tex. in l. 2. vbi Gloss. & Scribent. C. de condit. insert.*
64 *Paris. consil. 8. num. 26. lib. 3.* Porrò quia ex Iuris regulis, exaudiri verba debent cum effectu. *l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisque Iuris. traslata in can. hæc autem verba. 17. de Pænit. dist. 1. Barbos. assiom. 222. num. 10.* Et impliciè saltim volui omne id, per quod peruenitur ad illud vnum, quod disposui, scriptis rabulis Testamenti. *ad tex. cum ibi notat. in cap. ex parte. 4. de sponsal. Abb. in cap. à nobis. 28. in glos. fin. num. 13. de sent. excommunic. Barbosa assiomat. 89. num. 8. & seq.*
65 Pro lege itaquè seruandum est, quod respondisset Testator, si interrogatus fuisset, deque eo cogitasset, *tex. cum glos. & ibi notatis. in l. tale pactum. 41. §. fin. ff. de pactis. l. Mulier. 22. §. decreuisse. ff. ad Trebb. tex. in l. Titius testamento. 25. §. Lutius Titius. vbi Bar. ff. de liber. & posthum. l. 1. §. si enim Testator. C. communia de legat. Marc. Mantua. consil. 177. num. 8. & 9. Soccin. consil. 26. nu. 7. lib. 3. Decius consil. 218. sub num. 8. Cephal. consil. 530. num. 11. vol. 4. & consil. 701. num. 9. vol. 5. Bolognin. consil. 22. num. 1. & 2. Ancharan. consil. 84. num. 3. in fin. Nicolaus Eucrard. consil. 21. num. 12. & consil. 115. num. 9. Torniola consil. 108. num. 5. & 8. Surd. consil. 125. num. 15. vol. 1. Gaspar Anton. Thesaur. par. 3. q. 84. num. 4. Mantic. de coniectur. lib. 3. tit. 19. num. 4. Didac. Spino. glos. 30. num. 5. Perez de Lara de anniuers. lib. 1. cap. 18. num. 10. & 11. & cap. 21. sub. num. 90. circa fin. Rota. par. 4. diuers. decis. 506. num. 4. vers. quibus accedit. & decis. 662. num. 3. Anton. Faber. C. de Sacrosanct. Eccles. definit. 42. num. 13. Genuens. in pract. Eccles. q. 179. num. 3. Rota in recent. par. 1. tom. 1. decis. 10. num. 8.*
66 At supplet lex id, quod, si cogitasset Testator, dixisset vtique, atque disposuisset. *secundum Castrens. in auth. nisi rogati. num. 3. C. ad Trebell. Ancharan. d. consil. 84. num. 7. sequitur Rota apud Sanctiss. Gregor. XV. Ludouis. decis. 301. num. 9. Cacheran. decis. 126. num. 7 glos. fin. in fin. in d. l. tale*
67 *pactum. 41. §. fin. ff. de pactis.* Quam, in qualibet materia locum habere, dicit *Cacheran. decis. 64. in fin. num. 7. & seq.* ac præsertim in vltimis voluntatibus. *Perez de Lara de Cappell. d. lib. 1. cap.*
68 *18. num. 10. et 11.* Nequè enim verisimile est, Testatorem prohibuisse Fabricam, in elusionem supremæ suæ voluntatis. *secundum Sylust. verbo. testamentum. 2. q. 8. vers. quintum si Testator.*
69 Desideria verò morientium ex arbitrio viuentium, non sine certa ratione colligimus. *secundum verba tex. in l. quoniam. 4. C. de Natura. lib. liber. Signorol. consil. 175. num. 6. Illustrissimus Mantica de coniectur. lib. 6. tit. 14 num. 5. Rota par.*
70 *2. diuers. decis. 173. num. 4.* Nequè nouum est, vt à voluntate Testatoris, materialiter saltim, ex causa recedatur, *arg. tex. in l. 1. ff. vbi Pupillus educari debeat. & l. penult. de confirmat. Tutorum. sequitur Iacob. Thoming. decis. Lipsien. 51. num.*
71 *5. in fin.* Veluti, ex causa superuenienti receditur à constitutione, quæ tendit ad noxam, *vt*
72 *Ancharan. inquit. d. consil. 84. num. 4.* Quòd satis inconueniens æstimetur, Testatoris voluntatem, nequè materialiter, nequè formaliter seruari. *secundum Paris. consil. 90. num. 33. lib. 2. quem sequitur Ambrosin. decis. 7. num. 20. par. 1. Sanchez plenè d. lib. 2. cap. 2. d. dub. 32. num. 3. & seq. per totum.*

Nec ad rem facit excogitatum per Aduersarios effugium: Posse quidem compelli Exequutores, & Hæredes, cùm negligentes fuerint, voluntatem implere defuncti, sed per Episcopum, non verò per Fabricam, quæ ex ipsa disponentis voluntate reiecta est. Nulla est enim ratio, cur id de Episcopo concedatur,
73 negetur autem de Fabrica. Quarè disparitatem ipsi reddant. *ad tex. in l. in exceptionibus. 19. ff. de probat. l. 2. C. quib. ex caus. minor.*

Ni differentiam facere velint, quò ad hoc inter Episcopum, & Summum Romanum Pontificem, qui Episcopus est Episcoporum,
74 & Ordinarius Ordinariorum, totumq; Mundum pro Diœcesi recognoscit. *secundum Rotam apud Puteum. decis. 48. num. 6. & 7. lib. 3. et apud Sanctissimum Ludouis. decis. 221. num. 9 Abb. in cap. dilecti filij. 17. num. 9. vers. et breuiter tradit. de foro compet.*
75 Ast vices has, pias disponentium voluntates exequendi, post annum præsertim. *ad tex. in c. nos quidem. 3. cap. si Hæredes. 6. cap. tua nobis. 17. et cap. Ioannes. 19. de testam. et cap. 8. sess. 22. de reform. Sacr. Conc. Trid.* Fabricæ Ministris deman-
76 dauit. Idem itaquè Ius quòad Fabricam esse debebit, vt negligentes cogat Executores, & Hæredes; quòd sanè, quòad Episcopos, ipsimet Aduersarij non abnuunt; ad tradita notabiliter

per

per *Sylvestr. verbo. Testamentum. 2. q. 3. in 3. dicto.*

37 Et dispositio Sacri Trid. Concilij, atque etiam Iuris communis, qua facultas fit Episcopis pias disponentium voluntates exequendi, compræhendit quoquè Abbates, aliosque quasi Episcopalem Iurisdictionem habentes; vt nè dùm iure ordinario, verùm etiam Delegato Sedis Apostolicæ, procedere possint. *Sanchez. de matrimonio par. 2. lib. 8. disput. 2. num. 10 sequitur Barbosa. d. allegat. 82. num. 30. 31. Bonacin. d. q. 18. punct. 2. num. 1. et d. q. 17. punct. 8. §. 10 per tot. Sanchez dict. lib. 4. cap 1. dub. 54. num. 18. in 6. concl. et d. lib. 2. cap. 2. dub. 32. à num. 3.* Vt nequè

78 proindè Hæreticæ prauitatis Inquisitores exempti dicantur, quin contrà eos possint, vel Ordinarij, vel Fabricæ ministri procedere ad piorum legatorum implementum, ve declarasse Sacram Congregationem, refert *Barbos. in d. cap. nos quidem. 3. num. 8. de Testamen. et de offic. Episcopi d. allegat. 82 num. 13. et 14. et ante eum dixerat Reuerendissimus Francisc. Leon. in Thesauro. fori Eccles. par. 2. cap. 2. num. 82. in impress. Romæ.* faciunt quæ in simili notat *Spino* (quòd possit Episcopus procedere aduersus testamētorum executores, pro pijs legatis præsertim, etiam exemptos, compellendo) *in speculo testam. Gloss. 28. num. 20. et seq.* Vnde in anno 1630. in causa Illustrissimi Ducis Balneariæ contra R. D. Flauium Serrubum (qui vti sub collector spoliorum R. Cameræ Apostolicæ, ad idem Tribunal Cameræ coram Illustrissimo Nuntio causam remitti instabat, coram Domino Scipione Rouito, Regente nunc Regiam Cancellariam) obtinui; qui causam remisit Iudici primarum causarum, qui prouideret super remissione petita. & per Regium Consiliarium D. Christophorum Morales tunc primarum causarum Tribunalis Consultorem Regium; fuit prouisum: non obstante remissione petita, procedatur in Tribunali Fabricæ. manu Andreæ Trabucchi actuarij, & ita executum.

Nec officit, quòd seruanda sit Testatoris voluntas, quæ lex est in bonis, de quibus disposuit, vt supra diximus.

79 Porrò, quòd ita id quidem admittitur si legitima, & rationabilis fuerit, secus verò si à recta discesset ratione. Disponat enim (*inquit*
„ *tex. in d. §. disponat. in auth. de nupt.*) vnusquisquè
„ in suis, vt dignum est, & sit lex eius voluntas.
In omnibus nempè Testatoris voluntatem,
„ quæ legitima est, dominati censemus. *Impera-*
„ *tor loquitur in l. cùm quæstio. 25. §. fin. in finalib. verbis. C. de legat. est tex. satis apertus in l. testandi causa. 13. C. de Testament. vbi sic loquitur gloss. li-*
„ *cet pecunia tua sit, in qua Testari vis, non ob hoc,*
„ *quocunque modo volueris, testandi habes faculta-*
„ *tem, sed secundum formam Iuris seruatam, quam*
80 *mutare non potes, nec Iuri publico derogare.* Hæc
„ illa. Quoniam minus legitima defuncti volun-
„ tas defendi non debet. *vt gloss. loquitur in cap. fraternitatem. 3. vers. præiudicat. de sepultur.* Et Testatoris voluntas pendens esse debet. *vt Viuius inquit decis. 265. num. 10. & seq. & num. 14. Couar. d. cap. tua nobis. num. 6. Fortunius. Garsias de vltimo fin. vtriusque iur. num. 198. vol. 1 tract. fol. 135. col. 4. Frederic. à Senis. q. 131. Casus talis est. Quidam Testator. num. 5. Crass. verbo. Testamentum. q. 62 num. 1. Card. Mant. de coniectur. lib. 4. tit. 5. num. 21. & d. lib. 6. tit. 6 num. 8. & 19. Caualcan. d. decis. 40 num. 11. pars 5. Sanchez. d. dub. 55.*

Verùm, nè dùm dignum, sed indignissimum omninò, ac deplorandum æstimatur, vt à proprijs filijs, & ijs, quibus ipse admodùm fidit, quibusuè sua reliquit bona, negligatur Testatoris voluntas, atque despectui habeatur, obliuionique detur, in detrimentum præsertim Animæ ipsius disponentis.

81 Nam, & si quidem, cùm restitutio facienda est malè acceptorum, Animæ in Purgatorio non ob id destineantur, quòd negligentes sint Hæredes restituere, quibus, supremis suis tabulis Testatores restitutionem fieri demandauere. *vt communis est Theologorum sententia. post S. Thom. quolibet. 6. q. 8. art. 13. Scotus. in 4. d. dist. 45. art. 3. col. 1. vers. in introitu statim quæstionis. & lib. 4. de Iust. & Iur. q. 6. art. 1. col. fin. vers. 7. præterea. Nauar. man. d. cap. 17 num. 68. vbi Victorell. addent. fol. mihi. 88. idem Nauar. d. consi. 32. per tot. præsertim num. 5 lib. 5. de pœnitent. & remission. Illustrissimus Belarminus. d. lib. 2. de purgator. c. 16. vers. verùm hic solum. Syluest. Testamentum. 2. q. 9. Didac. Spino. d. glos. 28. num. 7. & 8. Angles in floribus Theologicarum quæst. par. 2. de suffragijs. fol. mihi. 288. Petr. Nauar. de restit. lib. 1. cap. 2. nu. 23. & lib. 4. cap. 4. in 12. dubit. num. 75. Iacob. de Graffijs par. 1. decis. aurear. lib. 1. cap. 26 num. 15. Pater Henriq. lib. 1. de Pœnit. cap. 6. §. 1. in comentar. litt. A. in finalib. verbis. & pleniè Cened. quæst. Canonic. d. q. 31. per tot. præsertim. num. 6. & 7. & num. 9. idem Canedus ad decretales. collect. 40. in cap. in litteris. 5. de Raptorib. num. 6. Molina. de Iust tract. 2. tom. 1. disput. 251. col. 5. §. dubium item est. fol. mihi 1007. Hemobonus. in exam. Eccles. tom. 1. trac. 3. q. 63. Barbos. in reg. peccatum. 4. num. 7. & 8. de reg. Iur. in 6. & in d. cap. in litteris. 5. num. 4. extrà. de Raptorib. Lauorius de Iubileo siue de Indulgent. par. 2. cap. 30. num. 159. à Sancto Fausto de Indulg. lib. 1 q. 38. & 39. Sanchez in consil. moralib. par. 2, lib. 4. cap. 1. d. dub. 53. num. 2. in 1. conclus.*

82 Cùm, quòd non possit vnius culpa, & negli-
83 gentia, alterius esse pœna, quæ suos tenere debet authores. *regula non debet quis. 22. de reg. Iur. in 6. vbi S. Antonin. in sum. par. 1. tit. 20. cap.*

84 *vnico* dicens: Quòd pœna æterna nunquam punitur vnus pro alio. Et de hac intelligitur illud *Ezechiel. 18.* Filius non portabit iniquitatem Patris, & Pater non portabit iniquitatem Filij. *Barbosa axiom. 159. num. 2. & axiomat. 181. num. 4. & 5. Sanchez. d. dub. 53.*

85 Tùm, quòd fieri minimè potest, vt Anima, gratia gratum faciente Deo grata, & Amica, Hæredis vitio ab illius retardetur visione, & fruitione; & plùs prosit Animæ hæredis factum extrinsecum; contritione, & dolore peccatorum atquè feruenti erga Deum Amore.

86 Tùm præterea, quòd restitutio facienda est

ab eo

ab eo,qui poteſt.S.*Thom.2.2.q.62.art.fin.vt ple-*
nè ante citati authores de hac re. Animæ verò in
Purgatorio degentes nil omnino per ſe poſ-
ſunt,iu termino,non in via exiſtentes, vt ſupra
diximus.

87 Dum tamen ſuffragia pro defunctis differun-
tur, differri quoque eorum auxilium, atquè
pœnarum ſolutionem, certum eſt. *ſecundum S.*
Thom. d. quodlibet.6. q.8. art.13. Turrecremat. d.
can.qui oblationes.13.q 2. Syluest. d.verbo. teſta-
mentum.2.q.9.in fin. Armilla. verbo. ſuffragia. §.2.
Angles in florib. de ſuffragijs. d. fol.288. in princ.
Nauar.man. d.cap.17. num.68. & d.conſ.32.de
*pœnit. & remiſſ.*Binsfeldius*.d.ſect.5.membr.3. con-*
*cluſ.12.*Gallettus*.in margharita verbo. legatum.§.*
legata pia non impleta.ſequitur Nald. verbo. lega-
*tum.§.18.*Graffiis*.d.cap.26.num.16. & ſeq. Cæ-*
ned.d.q.31.num.7. verſ. ego tamen pro vera intel-
ligentia. Pater Roas *de ſtatu Animarum Purga-*
torij.cap.18.col.2.fol.mihi.119. & cap.23.fol.174.
& 175. Beatus Albert. Magnus. d.lib.7. cap.4. in
fin vbi etiam Porretta. *in addit.* Bonacina *tom 2.de*
contractib. diſput.3. q.17. punct.8. §.6. propoſit.1.
num.4. Lauorius.de Iubilæo*.par.2 d.cap.30.nu.150.*
à Sancto Fauſto *d. lib.1. de* Indulgent*. q.40. San-*
chez.d.dub.53.num.3. in 2.concluſ. & ſeq.

88 Cùm autem miro modo acerbæ ſint pœnæ
Purgatorij *ex S. Auguſtino relato can. qui in*
aliud.25.diſt & can.fin.§.fin.de pænit. diſt.7. Bel-
larmin.d.lib.2. cap.14. Binsfeld*. d.ſect.5. membr.2.*
*concluſ.8.*ConinK *d.diſput.10.dub.3.concluſ.3. nu.*
24.plenè Frater Bernardin*. de* Buſto*. tom.2. par.3.*
ſer.2.§.fin.iſte autem ignis. & eod.tom.2.ſer.1.par.
2.§.fin.tertio quæritur. Beatus Albert.d.lib.7. cap.
3.d.à Santo Fauſto de indulgent.lib.5.q.3. & 4.

89 Vtile ſatis vtique negotium pro defunctis
getit Fabrica, cùm negligentes, atque ſocor-
des excitat hæredes, & executores, vt pia di-
ſponentium exequantur legata, nequè diutius
relicta differautur ſuffragia, pœnæq; illæ acer-
biſſimæ dilatentur, ſed per miſericordiam Dei,
vi præſertim expiatorij Sacrificij, minuantur,
atquè diluantur.

90 Quod ſanè ratum eos habituros, qui ſapit
91 omnis vltrò concedet. Cæteroquin cogi quis
poterit ratum habere, quod ſibi, ac ſuis, vel
ijs, à quibus beneficia accepit, prodeſt, vel pro-
fuit. *ſecundum Bar.in l.quamuis mulier. 21. num.9.*
ff.ſoluto matrim. Sanctus Anton. par.2.ſum.tit.2.c.
5.§.1.col.2.circa med.verſ. & ex quo vtiliter ge-
ſtum eſt negotium.

92 Negotiorum ergò geſtorum actione ſaltim
aget Fabrica aduersùs defunctorum bona,
quòd eorum implendas curarit neglectas, at-
què deſpectas ſupremas voluntates. *ad tex. in*
l.3. & tex.in l.ſed an vltrò.11.§.is autem. & l.cùm
„ *pecuniam.45.ff.de negot. geſt. notabilis tex. in l.*
„ *Hæreditas.53.§.ſi defuncto.ibi: Aut actione nego-*
„ *tiorum geſtorum retenturum.ff.de petit. hæredit.fa-*
ciunt notata ad rem,per Illuſtriſſimum Tuſc. tom.5.
verbo. negotiorum geſtorum. concluſ.40. num. 15.
16. & ſeq. Tantùm abeſt, vt arceri, remoueri-
què debeat, nè ſe in id ingerat Fabrica.

93 Et quidem ad Iudicis ſpectat Officium (Ec-
cleſiaſtici præſertim) Defunctorum voluntates
(pias potiſſimùm) ſuo non defraudati effectu.
tex.cum gloſ.can. Sylueſter. 11.q.1. d.can. oblatio-
nes.vbi Archid*. & Turrecrem.13. q.2. cap.tua no-*
bis.17. vbi gloſ.1.cap.nos quidem. 3. vbi Innocent*.*
94 *verbo.per te. & Barboſ. d.allegat.82. num.26.* qui,
præceptum Epiſcopis per Summum Pontifi-
cem dari: per verba ibi: *per te ædificentur*, & ibi:
(*aſſignentur*) nec temerè, contendit, *& ſequitur*
d.tract.de Iure *Eccleſ. lib.3. d.cap.27. num.40. &*
num.22. & 23.cum ſeq. & tex. in cap.ſi hæredes.6.
*cap.*Ioannes*.19.de teſtam.clem. quia contingit.2.de*
religioſ.domib. gloſ.in cap. relatum. 11. verbo. de-
cretorum.vbi Couar*. num.13. de teſtam. tex.in d.l.*
hæreditas. 53. §.ſi defuncto. in fin. vbi gloſ. verſ.
principali.ff.de petit.hæreditat.d.l.nulli.§.quod ſi in
vico.C.de Epiſc. & Cleric*.tex. in cap ſi quis autem*
pro redemptione. cap.8. in d. auth. de Eccleſiaſt. ti-
tul. Gloſ. fin. in l. in teſtamento quidam. 27. ff.de
condit. & demonſtrat. Angel. d. l. quidam. cùm te-
ſtamentum.5. §. illo videlicet. num.4. C. de neceſſ.
ſeru.hæred.Inſt.meus Maranta.in ſpeculo. 4.par. in
11.diſt.Iudiciorum.num.6. Guido *Papa. deciſ.576.*
Cappell*.*Tholoſ*.deciſ.51. & 76 atquè 112.Maria.*
de Iuriſd*.par.4.caſu.88 num.13. & de ſucceſſ.lega-*
li d.q.15.art.2.num.1. & ſeq.tex.Sacri Trid.Conc.
ſeſſ.22.cap.8.de reformat.Ioſeph Ludouic.concluſ.
16.in 80.illatione.Fortunius Garſias de vltimo fine
vtriuſque Iuris*.num.198 vol.1.tract fol.135.col.*
4.Barboſ. d.allegat.82. num. 1.et 2.et num.26.et
ſeq.Bonacin.d.q.18.punct.2. Thomas.d.tract.10.tit.
2.cap.64.num.222.Sanchez. d.dub.53.54. et 55.

95 Publica nempè vtilitas eſt, Teſtatorum vo-
luntates impleri, nec negligi. *Neuizan.in ſylua.*
d.lib.6.num.19. vol.7. tract. fol.77. col.4. Cephal.
conſ.429. num.53. lib.3. Ludouic. d.concluſ.16.in
81.illatione.Vtuius d deciſ.265. num.2. Barboſ.de
offic.et poteſt.Epiſc.par.2 allegat.29. num.3.

Non eſt ergò, quòd conqueratur Excellen-
tiſſima Principiſſa Venuſij, ſi ingerat ſe Fabri-
ca in exequendis pijs legatis per Principem
D.Carolum eius Auum relictis; quamuis ſæpè
ille, ne Fabrica ſe ingereret, vetuerit. Cùm ita
ipſa re ſupina ſe gerat, & geſſerit; datiquè teſta-
mento executores, in implenda Teſtatoris
voluntate, de quo ita bene commeriti fuere;
& pręter labi ipſi ſiue erint iam ſextũ annum,
vt nihil in corda eorum aſcenderit, quòd in
atrociſſimis Purgatorij Sancti pœnis fortaſſe
demoretur adhuc Princeps Teſtator, vt nul-
lum ſuffragiorũ ex relictis bonis ſenſerit emo-
96 lumentum, nullumque leuamen. Vt meritò in
pœnas dederint, per ſacras leges aduerſus eos,
qui ita infideliter ſe geſſere, ſtatutas. *iuxtà tex.*
in §.ſi autem, qui hoc facere. cap.8. in auth.de Ec-
cleſiaſt.tit. §.ſi quis autem non implens. in auth. de
hæred.et Falcid.cap.1.d.can.Sylueſter.11.q.1.Syl-
ueſt.verbo.teſtamentum.2.q.10.Armilla.verbo,le-
gatum. §.58. Pater Ioan*. Valer. de different. inter*
vtrumque forum.verbo.legatum.different.1.num.3.
latè proſequitur, memorabilia referens exem-
pla, memoriæque mandanda, quinimo & per

time-

pertimescenda. de Bullis. dict. serm. 1. par. 2. §. fin. & Lopez in rubrica. de donat. inter vir. & vxor. §. 69. numero. 19. & 20. et Pater Roas de statu Animarum Purgatorij. Potissimùm. cap. 23. Sanches. dict. dub. 53. num. 5. et 6. in 3. et 4 conclus et dub. 56.

97 Qui enim Testatoris non implet voluntatem, impugnare vtiquè eam censetur, Vnde nullum ex ea commodum percipere, vel sperare dignus est. regula. ex eo non debet. 38. de regul. iur. in 6. cap. si hæredes. 6. de testament. Cephal. dicto. consil. 497. num. 50. volum. 4.

98 Quòad secundum verò. Difficultatem facit; quòd vsuræ, neque Testatoris voluntate, neque per sententiam, neque Pontificis Summi dispensatione permitti vllo mo-
99 do possunt. Cùm illæ iurè diuino, ac Naturali prohibitæ sint. cap quia in omnibus. 3. cap. super eo. 4. de vsuris. vbi Binsfeld. quæst. 3. cap. consuluit 10. de vsur. can. plerique. 14. quæst. 3. Ancharan. consil. 93. Sanctus Thom. prima secundæ quæst. 99. artic. 5. Couarr. lib. 3. variarum resolutio. cap. 1. numero. 8. et 9. Bald. in l. 1. numero. 29. et sequentib. C. de Summa Trinit. et fid. Cath. Iason. in l. cunctos Populos. numero. 32. versic. secundo quæro. C. eodem. Aym. consil. 89. Rota apud Put. decisio. 101. part. prima. in nouis. Rota decis. 307. part. 4. diuers. Lopez in repetit. cap. per vestras. de donatio. inter vir. et vxor. notab. 6. numero. 8. in fin. et versic. et faciunt ista. et numero. 9. et sequent. fol. 335. Barbos. ad cap. 2. de vsur. numero. 2. Michael Grass. §. Testamentum. quæst. 62. numero. 3. Caualcan. decis. 2. num. 40. et decis. 13. numero. 51. part. 2. Auendan. de exequend. mandat. regis part. 2. cap. 29 numero. 9. Griuell. Senatus Dolani. decis. 149. numero. 1. et sequent. Ioseph Ludouic. decis. Lucens. 23. num. 10. Roland. à Valle. consil. 55. à numero. 21. cum sequent. ad fin. vsquè. volum 2. plenè Ambrosin. decis. 4 part. 1. Gratian. forens. part 5. cap. 848. per totum. Illustrissimus Cardin. Tusc. volum. 8. et vltimo. verbo. vsura. conclus. 337. numero. 1. et sequent. et numero. 6. et num. 11. et sequent. et numero. 54. Gaillus pract. obseru. libr. 2. obseruat. 5. num. 5. Bonacina. tom. 2. de contract. disputat. 3. quæst. 3. punct. 2. propo-sit. 3. num. 12.

Verùm perpendendum hoc in facto erit, legatum 30. mil. per Principem Don Carolum in Cappellam construendam rogatum, non planè fauore Patrum Societatis Iesu scriptum fuisse; sed Testatoris ipsius, suæquè familiæ. Neque legatum Patribus ipsis factum; neque pecuniam eisdem legatam, vt illam in Fabricam impenderent Cappellæ, sed verba in Hæredem directa fuisse, eique mandatum, vt intra quinquennium Cappellam perficiendam, quinimò perfectam, curaret; in singulos annos sex mille ducatorum impendendo.

100 Quò circa interpretanda voluntas fuerit Testatoris ex personis, ad quas verba directa fuere. ad text. in l. plenum. 12. §. æquitij. ff. de vsu. & habit. l. si vno anno. 17. ff. locati. cap. requisisti 15. de testament. gloss. in cap. solitæ. 6. §. verùm si persona. de maiorit. & obedient. Euerard. consil. 5. numero. 111. Natta. consil. 379. numero. 6. volum. 2. Cephal. consil. 636. num. 43. volum. 5. Surd. de aliment. titul. 2. quæst. 1. numero. 38. Rota apud Sanctissimum Gregor. XV. decis. 66. numero. 8. Rot. in recent. part. 2. tom. 1. decis. 62. numero. 3. Griuell. decis. 149. numero. 13. Mantica de coniectur. lib. 6. titul. 11. numero. 1. & seq.

101 Non enim commodum, & vtilitatem respicit legatum prædictum 30. mil. in Cappellam construendam, Patrum Societatis; sed honorem, & commodum Testatoris, eiusque Familiæ, atquè splendorem. Secundum hoc ergò dirigendum. ad text. in l. Titio centum. 70. in princip. ff. de condit. & demonstrat. Mantic. de coniectur. dict. lib. 6. tit. 14. num. 14.

102 At qui verò negligens scriptus Hæres, valdèq; resupinus fuit in implenda Testatoris voluntate pro Cappella construenda; vt Fabrica in contumacia illum constituerit; vt pro negligentia, atquè socordia iurè nunc pœnam, iuxtà sua priuilegia, & facultates, exigat. Verùm quia si quintam, vel medietatem ex capitali 30. mil. legato, exigeret; minueretur vtiq; opus ipsum Cappellæ construendæ; exigit proinde, nec temerè interesse, siuè fructus, si qui sunt, capitalis ipsius, vt apud declarationes Eminentissimorum Patrum. §. 6. insuper quia. pœnes. Quarantam. verbo. fabrica. fol. 248. legitur.

Nullam igitur vsuram committit Fabrica, cùm pœnæ nomine interesse exigit legatæ pecuniæ in Cappellam construendam. Quia nullum hic intercedit mutuum, neque formaliter, neque virtualiter. Tunc nempè vsura committitur, cùm ex mutuò, vel formali, vel saltim virtuali, vltrà sortem principalem
104 quid exigitur. Ad dignoscendum porrò vnoquoque in contractu an vsuraria ille inficiatur labe, nec nè; attendum erit, an mutuum in eo formaliter, vel virtualiter saltim intercedat; vt si interueniat, lucrumquè ex illo intendatur, in promptu vsura sit; sin mi-
105 nùs, non æquè. Quæ sanè regula firma est, ac certa, nullamquè exceptionem admittit, vt docet Pater Molina. de Iust. & iur. tom. 2. de contract. disput. 303. num. 8. Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 7. num. 3. versic. secunda ratio Binsfild. in enchyrid. Theolog. pastoral. part. 3. cap. 21. §. 3. fol. mihi. 395. Tusc. d. conclus. 337. num. 26. Maranta. consil. 113. num. 3. Ioseph Ludouic. dict. decis. 23. num. 10. Ioseph Sesse. decis. Aragon. 68. numero. 33. 34. & sequent. Gail. dict. lib. 2. obseruat. 7. numero. 6. & d. obseruat. 5. Francisc. Molinus de ritu nuptiarum. libr. 3. quæst. 39. num. 52. & num. 64. Griuellius dicta. decis. 149. num. 10. ad text. in cap. consuluit. 19.

in fin. de vsur. Rota. in Mediolanen∫. Cambiorum. 19. Iunij. 1581 *corā Aldonbrandino. apud Farinac.* *post* 2.*vol.conſ dec.* 16.*ſub num.*4 *in fin.& num.*8. *& in* Romana *conditionis indebiti.* 19. *Ianuarij.* 1583 *coram Sardinali Seraphin.decis*24.*nu* 3 *post* 1.*vol.conſ.Farin.*

106 Neque .n. dilationē vllam concedit Fabrica hæredi ad legato satisfaciendum; vt interim ex dilatione ipsa lucrum aliquod captet; quod mutuum virtuale esset, atque proinde iniusta exactio, & vsuraria; vt puta ex mutuo prouenien; atque tempus vendere iniustè Fabrica censeretur. *Tusc.d.conclus.*437.*n.*16.*Binsfeld. d.cap.ſuper.& quæſt* 3.*conclus.*5.*de vſur.*

Sed interesse exigit Fabrica ex hæredis negli-
107 gentia in implenda defuncti volunrate; cùm hæres interim re ipsa perfruitus fuerit, ex illa fructus percipiendo, vel qui ex ea orti fuere, vel oriri saltim potuere. Vnde in mala fuit fide exigendi; vt restituere proinde cogi possit. *ad tex. in cap. grauis.* 11. *de restitut. ſpol. Marta.voto.*213.*num.*4. *&* 5. *Layman.lib.*3.*tract.* 5.*d cap.*11.*num.*13.

108 Quam ob causam, quòd nihil pro legato, intersurij nomine, exigi valeat interim, dùm eius differtur solutio (sic id defunctus suis tabulis mandasset) nimirum, quòd vsuram sapiat, virtualeque saltim mutuum intercedere videatur.

109 Ex auditur id profectò, cùm in potestate est legatarij legatum consequi; at resupinus persistit, conniuetque lubens, vt ex commoditate, atque dilatione in soluendo, quam hæredi præstat, lucro, intersurioque aliquo interim præfruatur; quod planè mutuum est palliatum, siuè virtuale, atque vsura; quo in casu supra relati Doctores *Ancharan. Crauett. Roland. Gaill. obseruat.* 7. *nu-*
110 *mero.* 14. & alij loquuntur. At secùs erit, vbi nulla fit legatario facultas legatum exigendi, sed in potestate reponitur hæredis, an soluere illud statim, necnè; vt si differre maluerit, soluat interim interesse, vel fructus ex re legata. *Socin. in l.*2. *numero.* 7. *ad* 10. *ff. de his quæ pœnæ.nomin. Crauett. dicto. conſil.* 89. *Alciat. libr. primo. respon∫. conſil.* 8. *numero.* 5. *& ſequent. Couarr. dict. cap.* 1. *num.* 9. *Binsfeld. dict. capit. ſuper eo. quæſt.* 3. *conclus.* 4. *&* 6. *Ambroſin. plurib. dict. decis.* 4. *numero.* 18. *Ioseph Ludouic. dict. decis. Lucenſ.* 23. *numero.* 10. *Griuell. dict. decis.* 149. *numero.* 10. *&* 11. *Rota in Romana Saluiani interdicti.* 20. *Nouembris.* 1591. *coram Orano. impreſſa per Farinac. tom.* 1. *conſil. decis.* 85. *& per Statilium Pacific. de Saluiano interdict. decis.* 139. *eadem Rota in Romana fructuum.* 18. *Decembris.* 1615. *coram Buratto decis.* 773. *numero.* 6. *part.* 2. *tom.*2. *in recent. Rota apud Coccin. decis.* 67. *numero.* 19. *&* 20. *Molinus. dict. lib.* 3. *quæſt.* 39. *numero.*53. 54. *& ſequent. Canalcan. dict. decis.*16. *numero.* 16. *&* 17. *part.* 4. *Gratian. forenſ par.* 1. *cap.* 34. *numero.*35. *& ſequent. & part.* 5. *cap.* 848. *numero.* 6. 7. *& ſequent.*

Nimirùm, quòd nullū hoc casu intercedit mutuum, neque formale, neque etiam virtuale; vt nulla quoq; intercedere possit vsuraria labes; quòd nulla cōcedatur interea tēporis dilatio.

111 Quemadmodū, neque locū habebit aduersariorum facta obiectio; accedente legatarij interpellatione. Et quòd, neque per ipsum stet, quin legatum percipiat; sed hæres negligens est, & resupinus. Exigi namq; potest hoc
112 casu interesse, quod ex mora debetur, vel ipso iurè, ex lapsu diei; vel per interpellationem. *Crauett.d.conſ.*89.*n.* 4. *Rota d. Romana Saluiani. Griuell.d. decis.*149. *n.* 12. 13. *& ſeq. Marta. vbi ſupra d.voto.*213.*num.*4.*&* 5.

Neq; contra Fabricā facit, quod aduersus eā
113 acriter obijciunt Aduersarij. Pecuniā rē, ex se, fructiferā non esse, atque proinde, pecuniā, cùm designata fuerit, ex qua legatū solueretur 30.mil.in opus construendæ Cappellæ, nulli ex illa fructus deberi poterūt, ex quò illos nō par-
114 turit. Neq; .n. artificiata fructus parturiunt, natura sua. *ſecundum Ariſt.*1. *Politicor.* Pecunia verò ex artificio constat. *ad tex.in l.* 1. *ff.de contrahend.empt.Roland.d.conſ.*55.*num* 33.*volum.*2. Quicquid igitur ex ea exigitur vsura est. *Alciat.d. conſ.*8.*num.* 1. *Gratian.d.cap.*848.*num.*2.

115 Nàm, & si quidē pecunia ex se ipsa, & secūdū esse suū, & vt sic, fructifera non sit: At verò vt subest industriæ, & quatenus potentiam ad fructificandū habet, fœcunda dicitur, atq; fructifera est. *ſecundum notabilem doctrinam Caietan.* 2. 2.*quæſt.*78.*art.*2.*in reſponſ.ad primum, circa ſecundam regulam.& art.*1. *in reſponſ.ad* 6. quam sequitur *Frater Ludouic. à Beia in reſponſ. caſuum conſc. part.* 3. *caſu.* 29. *in princip. verſic notandum ſecundo.fol.mihi.*356.*&* 357. *& eſt doct. Abb.in cap per veſtras.*7 *num.*6.*per illum tex.*ibi:
„ *Vt de parte honeſti lucri. de donat. inter vir. & vxor Petri quoq; Nauarr.de reſtit.cap.*2. *nu.*454. *&* 453.*quem ſequitur Leſſ.de iuſtit.& iur.lib.*2. *cap.*25.*dub* 2 *nu.*14.*in fin.Molin.de iuſtit. tom.*2. *de contract.diſput.*304.*ad* 3.*Abb quoq; in cap.nouit.*5.*nu.*1 1.*de reb. Eccleſ. non alienand.* quatenus habet; pecuniam rerē tam nil operari. At secùs vbi industriæ supponitur. *& allegat.tex.in l.cùm plures.in fin. ff. de adminiſtrat. Tutor. Sigiſmund. Scaccia de commerc.§.*1.*quæſt.*7.*part.* 1.*nu.*69. *& de ſent.& re iudic.Gloſſ.*14.*q.*23.*num* 50.*& diximus reſponſ.noſtra* 14.*in hac ead. cauſa, à num.* 34. *cum ſeq.*

116 Hac acceptione itaq; cōsideratā pecuniam, nō excludūnt verba declarationis Sacræ Con-
„ gregationis.*d.§.*6. ibi: *Si res huiuſmodi ſua natu-*
„ *ra, aut alias fructifera ſit.* Dum .n. distinctio adhibetur inter rē natura sua, & rē aliàs, quàm per suā naturā fructiferā; cōprehendit quoquè pecuniā. Quæ & si, natura sua, fructifera nō sit, est tamē aliàs, quàm per naturam suā (vt subest scilicet industriæ) fructifera, ac fructuosa.

117 Quòd profectò ostendere non ineptè videtur distinctio illa, quàm facit. *gloſſ. in l. ex diuerſo.* 36. quam sequitur *Bart. ibidem. ff. de rei vendicat. & Butr. & Abb. alijquè. in cap.*

cap. prædicto. grauis. 11. numerò. 8. de restitutio. spoliat. sequitur *Rota in recent. par. 1. tom. 1. decis. 240. numero. 2.* fructus , alios scilicet , naturales , alios industriales , alios deniquè ciuiles esse.

118 • Quo fit , vt secundum hanc distinctionem fructifera dicatur res , & si natura sua talis non sit ; si , vel industriales , vel Ciuiles fructus parere possit. per locationem saltim . *secundum Bart. in l. final. §. fin. versic. quandoquè ex re. ff. de Iure Fisci.* sequitur *Vincent. de Franch. decis. 572. numero. 6. 7. & sequent.*

119 Et interesse, fructuum nomine comprehendatur. *secundum glos. notab. in l. loci corpus. 4. §. in confessoria. versic. non prohiberi. ff. si seruitus vendicetur.* vbi dicit: *Nota interesse pro fructu computari.* quam sequitur *Vincent. de Franchis. decis. 642. numero. 7. & sequent. Cardinal. Tusc. tom. 4. littera I. conclus. 296. numero. 10. & 12. Barbosa de appellatiua verborum significat. appellat. 120. num. 2.*

120 • Vnde Cupressus infructuosus natura sua arbores , fructiferas nihilominus appellat. • *Paul. in l. competit. 16. ff. quod vi aut clam.* si illæ amenitatis causa , vnde voluptas percipiatur , positæ fuerint ; profectò . quòd locari poterunt , atquè proindè Ciuiles producere fructus . quod sequitur *Ioann. Azor. Institution. moral. part. 3. libr. 10. cap. 6. de censibus. quæst. 4.*

121 Fructuum autem nomen , cùm genericum quid sit , Ciuiles etiam fructus , siuè etiam industriales comprehendet . *ex text. in l. diuortio. 8. §. non solum. in fin. ff. de solut. matrimonio. de Franchis. dicta decis. 572.* faciunt notata per *Surd. decis. 293. numero. 15.*

Sufficere igitur debebit , vt verba declarationis prædictæ , in pecunia etiam locum sibi facere possint ; si illa aliàs , quàm natura sua , atquè alio modo , quàm naturaliter expresso , fructifera sit , vel esse possit . *secundum Surd. consil. 162. numero. 18. volum. 2. & dicta decis. 283. numero. 13.* Sicu-
122 ti dictio illa (*aut alias*) ostendit, quæ (alio modo) exponitur . *secundum text. in l. qui testamento. 20. §. mulier. ff. de testament. glos. in cap. 2. verbo. vel aliàs. de renuntiat. libr. 6. Bart. in l. 1. numero. 22. ff. de condition. & demonstrat. Puteus. decis. 170. in finalib. verbis. lib. 3. Rota part. 1. diuers. decis. 354. numero. 2. & decis. 791. numero. 6. & apud Cardinal. Mantica decis. 316. numero. 6. Gonzal. ad regul. 8. glos. 8 num. 51. & gloss. 49. num. 2. & 3 Barbosa. dict. 16. num. 2. & sequentib.* & sequitur *Bonacin. de censuris. in Bulla Cænæ. tom. 3. disput. 1. q. 17. punct. 1. num 23.*

123 Alioquin frustrà loquutos fuisse in declaratione prædicta amplissimos illos Patres , non iurè admiserimus ; quod concedendum haud est. *ad text. in cap. si Papa. 10. cum ibi notat. de priuilegijs. in 6. Rota apud Cassador. decis. vnica. de Cleric. non resident. numero. 1. in fine. Rota decis. 33. sub num. 13. de præbend. in antiq. Mandos consil. 8. numero. 12. Aym. consil. 105. numero. 7. & cons 135. numero. 14. Gigans cons. 135. num. 10.*

Vt quid enim (amabo te) distinxissent Patres prædicti (alioqui doctissimi) inter rem natura sua , & rem aliàs , quàm natura sua fructiferam ; ni pecuniam , quæ accidentaliter (vt subest scilicet industriæ) fructifera est , atquè industrialiter , vnà comprehendere voluissent.

124 Ast dictio *aliàs* copulæ adiuncta (*aut, vel &)* semper nouos modos addit , & auget, vltrà expressos . *vt Rota sequitur apud Cæsar. de Grassis decis. 12. aliàs. 1. de election. num. 4. & apud Illustrissimum Cardinal. Tusc. tom. 2. litt. D. conclus. 241.*

125 Quod profectò ipsamet res , de qua in *dicto. §. 6. declarationis* agitur, suadere satis apertè videtur. De impendenda enim pecunia in opus construendum , ibi tractatur , siuè Monasterium id sit, siuè Hospitale , siuè etiam Cappella ; Vt si negligentes Hæredes fuerint in implenda Testatoris voluntate ; nè , si quintam , vel medietatem exigeret Fabrica , Opus ipsum in totum neglectui dari contingeret , quòd pecunia pro ea destinata non sufficeret ampliùs ; æquumquè haud sit, nec iustum , incassum proinde defunctorum dispositiones abire , quòd in illis implendis negligentes , ac resupini Hæredes fuerint ; non planè quintam , aut medietatem deduci per Fabricam declarauere ; sed fructus , qui per negligentes Hæredes percepti interim fuere , vel percipi potuere , si res huiusmodi , natura sua , aut aliàs , fructifera esset. Non itaquè excludunt pecuniam , quatenus illa sub industria cadit , atquè fructifera est , sed inclusere eam per dictio-
126 nem (*aut aliàs)* quæ comprehendit omnem modum , quo res fructifera est , vel esse potest . *secundum Rotam dict. decis. 791. num. 6.* Non est egò . quòd ex hoc effugium captent Aduersarij , infructuosam natura sua rem esse , pecuniam asserentes ; cùm negligentes , atquè omninò secordes ipsi , in implenda Testatoris suprema voluntate
127 fuerint. Mora autem sua cuilibet est nociua. *regula. 25. de reg. iur. in 6.*

Et nihilominus ducati 30. mil. in Cappellam impendendi , ex fructibus Montis percipiendi fuerant per Testatorem relicti du-
128 catorum 200. mil. At fructus ipsos percepere interim Hæredes . Facessat itaquè obiecta difficultas lucri ex pecunia , atquè propterea vsurariæ labis . *ad tradita per Gratian. forens part. 4. cap. 688. num. 22. & per Castillum. part. 1. decis. 29. num 4. & 5. & decis. 61. numero. 23.*

Desinant igitur calumniari Fabricæ Oeconomos .

Nec tutum quoquè effugium alterum eorumdem videtur, legatum prædictum 30.

mil. in opus Cappellæ, conditionale apparere ex verbis Testatoris, dùm inquit: *Dovranno prima li Patri Gesuiti spedire cautele conuenienti, e sufficienti, che per nessun tempo possa essere leuata, ne che vi si possano sepelire altri, se non quelli, che saranno disposti da me Testatore.*

126 Vt conditione interim non impleta per Patres, in mora fuisse haud dici possint hæredes, *per regulam non est in mora. 60. de reg. iur. in 6.*

Nequè enim verba prædicta ad Patres Societatis directa fuere, vt conditionem importare possent, cùm nil illis Princeps D. Carolus relinqueret; sed ad hæredes ipsos; vt admonitionem quandam, atquè gerendorum consilium importare magis videantur, non sanè conditionem. *ad text. in dicta. l. Titio centum. 70. ff. condit. & demonstr. text. in l. fideicommissa. 11. §. hac verba. de legat. 3. & l. 3. ff. de legat. 1. Bart. consil. 4. factum tale est. quidam Dominicus. numero. 3. libr. 1. Aym. consil. 59. numer. 1. & consil. 273. numero 9. Sanchez de matrimonio. libr. primo. disputat. 33. numero. 28. & libr. 3. disputat. 33. numero. 3. & faciunt notata per Garz. de benefic. tom. 3. part. 11. cap. 5. num. 335. Cæsar. Bartini. decis. Bonon. 79. nu. 8. 9. 10. & 11.*

131 Conditio nempè, *secundum Bart. in l. 1. numero. 1. de condition. et demonstrat.* quem sequitur *Iason. consil. 162. numero. 15. libr. 2.* & est communi calculo recepta finitio. *vt testatur Mantica de coniectur. libr. 10. titul. 5. numero. 2.* Futurus quidam dicitur euentus, in quem dispositio suspenditur.

132 Hinc est, quòd conditio, sui natura, in futurum prospicit. *ad text. in l. cùm ad præsens. 37. ff. si certum petat. Ludouic. Casanat. consil. 35 num. 9.*

At in nullum futurum euentum dispositio hic differebatur per Testatorem; cùm omninò quinquennio Cappellam perficiendam destinasset. Non igitur conditionaliter, sed per modum admonitionis magis, & consilij, Hæredibus ipsis, prolata verba prædicta videri debent.

Nam quo pacto (Bonè Deus) conditione afficere poterat testator Patres prædictos Societatis Iesù, vt conditione non impleta, legatum eis minimè solueretur; si nihil il-

133 lis omninò relinquebat? Quos autem non honorabat, nequè etiam grauare poterat. *ad text. in l. ab eo. 9. C. de fideicommiss. Iason. consil. 228. numero. 10. volum. 2.* quem sequitur *Caphal. consil. 17. numero. 15. volum 1. et consil. 429. numero. 99. volum. 3. Ripa in l. ex facto. in princip. col. fin. numero. 8. versic. nota quod in. ff. ad Trebell.* dicens: Quòd nemo grauari ampliùs eo possit, quàm sit honoratus. *& in l. cùm filiusfamilias. numero. 13. & sequent. de legat. primo. Gomes. variarum resolut. tom. 1. capit. 12. titul. de legat. numero. 54. Sard. decis 272. numero. 9. in fin. Gratian. forens. par. 1. cap. 130. numer. 4. & 5. & sequentib. & par. 4. cap. 666. numero. 18. Griuell. decisio. Senatus Dolani. 64. numero. 13. & 14. Rota dicta decisio. 336. numero. 4. in recent. par. 2. et apud Caualer. decis. 454. num. 2. Barbos. axiomat. 108. num. 1.*

134 Ni fortassis incasum. Legatum prædictum rogatum fuisse asseuerauerimus: Quòd nunquam Patres, non requisiti, cautelas emitterent, quòd nihil illis acquireretur commodi, & Hæredes nunquam & ipsi Cappellam construendam curarent, nè pecuniarum in illam impendarum commodo se interim priuatos redderent. Elideretur igitur, atquè subuerteretur defuncti voluntas.

135 Qui ergò successor emolumentorum est, ille quoquè onerum successor esse debet. *l. 1. §. pro secundo. ibi: sed omnes personas, quibus lucrum per hunc ordinem defertur, eas etiam grauamen, quod ab initio fuerat complexum, omnimodo sentire. C. de caduc. tollend. vbi Bald. sequitur Borell. consil. 33 num 63.*

136 Veluti contrà, qui commoditatem ex re non percipit, eius subire onera, haud quaquam debet. *ad text. in l. quamdiù. 5. C. qui admitti. Ioseph Ludouic. decis. Perusin. 35. num. 4. in fin.*

Commoditatem igitur eùm tantam percipiat ex re defuncti Principis D. Caroli, Excellentissima Principissa; eius quoquè lubens subeat onera. Aliquin patiatur Fabricam iustas negligentiæ suæ pœnas exigere. Vt ita quoquè graui se piaculo emundet, quòd votis non satis fecerit extincti Patris, atquè Aui. Et ita ex his respondendum censui sub censura, &c.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus, &c.

Lis fuit deniquè per Sacram Eminentissimorum Dominorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotijs Fabricæ Sancti Petri Præfectorum Congregationem, ad Sanctissimum D. N. Vrbanum Papam VIII. re delata, transactione dirempta; solutis per Excellentissimam Principissam triginta millium ducatorum in ipsius Fabricæ beneficium, & commodum. Decretum verò in hac causa latum per dictos Eminentissimos Patres sequens fuit; quod hic subnectere operæ pretium me facturum putaui.

In Venusina legatorum Piorum Principis D. Fabritij, & D. Caroli.

Illustrissimi Domini Cardinales, etiam de Mandato Sanctissimi viuæ vocis oraculo eis facto, declarauerunt eidem Fabricæ in & super dictis legatis, & pijs dispositionibus, iuxtà suas Apostolicas facultates, Ius cōpetijsse, & competere, ad illamq; spectasse, & pertinere;

&

& pro illorum executione non solùm iuridicè contrà dictam Excellentissimam D. Principissam, quo supra nomine, licuisse procedere; sed super illis ad hanc infrascriptam transactionē, & compositionem R. Fabricam legitimè potuisse, & posse deuenire, reiecta (tanquam defectu potestatis inualida) prohibitione per D. Principem D. Carolū in eius testamēto adiecta, ne R. Fabrica super pijs legatis Principis sui Patris, alijsquè per eum relictis, ibi per eū expressis, illius hæredes ob non illorum adimplementum, retardatamq; executionem, posset molestare.

Carolus Ghetti Oeconomus.

SVMMARIVM.

1 *Gratia vel rescriptum subreptitium vitiosum euadit subreptitione.*

2 *Princeps nō consueuit concedere, quod alteri præiudicium infert, & damnum.*
etiam in iure ad rem; vt exprimendum proinde in supplicatione sit. num. 3.
quamuis de modico agatur præiudicio. num 4.

5 *Verba in concessione principis improprianda magis sunt, quàm, quòd per eam præiudicium tertio fiat.*
quia per obliuionē concessio tunc facta præsumitur, non ex voluntate alteri nocendi. num. 6.

7 *Litis motæ, & pendentis ni mentio fiat in supplicatione, gratia, & concessio subreptitia censetur.*
lite præsertim contestata, num. 8.
multoq; magis causa, & lite instructa, num. 9.

10 *Lite pendente supplicare non licet, nisi mentio fiat de processu & statu causæ.*

11 *Lite pendente nemo iure suo priuari debet.*
potissimum lata sētentia pro aduersario, si eius supplicans non meminerit num. 12.
multòq; magis si duo conformes, vel res iudicata supprimatur. num. 13.

14 *Duo vincula magis ligant.*

15 *Ius pinguius parti acquiritur, per duas conformes sententias.*

16 *Sententiæ duę conformes in Tribunali Fabricæ executionem habent.*

17 *Papa non facilè, præsumitur, præiudicare velle iuribus Fabricæ Sancti Petri.*

18 *Princeps non præsumitur præiudicare voluisse iuribus Cameræ, sicuti neq; iuri alteri quæsito, nisi de eo fiat expressa memoria. num. 19.*
etiam accedente clausula motus proprij. num. 20.

21 *Gratia nulla, nullum producit effectum.*

22 *Nihil ex nihilo, operatione humana sequi potest*

23 *Nullum quod est, nullum ius tribuit, ac perinde habetur, ac si factum non fecisset.*

24 *Factum infectum fieri non potest, neque etiam per diuinam potentiam. num. 36. declara. num. 36. & 37.*

25 *Beneficij erectio à gratia procedens vitiosa, nulla, & inanis euadit. & num. 38.*

26 *Principio quæ sunt inchoata malo, vix bono peraguntur exitu.*

27 *Principium cuiusq; rei potissima pars est.*

28 *Consequentia nulla, legitimè ducitur ex illegitimo principio.*

29 *Primitiua, qui inficit, deriuatiua vituperat.*

30 *Principium in sequentia influit.*

31 *Principium, vbi rei alicuius habemus, ibi etiam finem perpendere debemus.*

32 *Origo est attendenda negotij, & initium inspiciendum, non finis tantùm.*
potissimùm, quando ex initio res suum trahit effectum. & finem. num. 33.

34 *Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit.*

35 *Factum legitimè retractari non debet.*

36 *Factum, quod est, vt factum non sit, neque per diuinam potētiam fieri potest, cùm implicet in obiecto.*

37 *Diui Hieronymi locus expenditur, & declaratur. Cùm omnia possit Deus, suscitare Virginem non potest post ruinam. in can. cum Paulus. 1 1. 5. cùm omnia. 32. q. 5.*

39 *Causa impediens, et resistens conualescentiæ actus vbi perseuerat actus, quamuis factus, nullus euadit.*

40 *Actum ab initio non valuisse sufficit.*

41 *Clausula (vocatis vocandis) non merum, sed mistum facit executorem.*
& quod si non vocatis vocandis nullum omninò est, & inualidum, ac contra formam datam à Principe. num. 42.
& ostendit restrictionem voluntatis principis, noluisse alteri præiudicare. num. 59.
& operatur, vt omninò citari debeant, qui fuerant euocandi, & interesse habent. num. 61.

43 *Forma permissiua si non seruatur, immediatè sueceda forma destructiua.*

44 *Clausula (non obstantibus priuilegijs quibuscumq;) non extenditur ad priuilegia miserationis gratia concessa, nisi fiat expressa de illis mentio.*
neq; tollit priuilegia fauore piæ causæ concessa. num. 45.
multòq; minus tollet priuilegia Fabricæ Sancti Petri. num. 46.
neque etiam priuilegia specialiter concessa. nu. 48.
neque ad ea, quibus verisimiliter concedens non derogasset. num 49.
neque tollit ius alterius, siuè ad rem sit, siuè in re. num. 52. & num. 59.
neque priuilegia publicæ vtilitatis gratia concessa. num. 53.
neque extendetur ad priuilegia Vniuersitati, siuè Collegio concessa, si de personis loquatur. n. 54.
neque extenditur gratia vltrà ea, quæ expressa in illa sunt. num. 60.
neque tollit vitium subreptitionis. num. 63. & 65.

47 *Regula reuocatoria non comprehendit gratias factas Fabricæ Sancti Petri.*

50 *Generali in concessione non comprehenduntur ea, quæ non fuisset quis verisimiliter in specie concessurus.*

51 *Fabrica Sancti Petri Priuilegijs Pontificem derogare*

gare velle, vt priuatæ personæ grati;icetur veri-simile non est.

55 *Personæ nomine, & appellatione non comprehenduntur Vniuersitas, Collegium, vel locus inanimatus*

56 *Capitulum sub personæ appellatione non comprehenditur, præsertim in materia stricta, & odiosa. num. 57.*

58 *Generalis dispositio piam causam non comprehendit.*

59 *Gratia cum clausula (vocatis vocandis) ostendit Principem noluisse per eam iuri tertij derogare.*

62 *Gratia non motu proprio, sed ad petitionem concessa subiacet vitio subreptitionis, & extorta præsumitur magis, quàm voluntariè concessa.*

63 *Gratia subreptitia non saluatur per clausulam, (non obstantibus.)*

64 *Mendax precator carere iurè debet impetratis.*

ARGVMENTVM.

Vitiosa quomodo gratia reddatur, si ea omissa fuerint, quæ expressa, verisimiliter à concedendo Principem retraxissent, vel difficiliorem saltim fecissent. Et quid si narrata non fuerit litis pendentia super re de qua supplicatum fuit, vel etiam latę sententię memoria omissa? Multaque de gratia cum clausula (vocatis vocandis) quiduè operetur clausula (non obstantibus Priuilegijs quibuscunque) & an comprehendat Priuilegia Fabricę Sancti Petri?

RESPONSIO XXI.

VItio haud vacare gratiam per Gregorium ab Sãctissimo D.N. Papa Vrbano Octauo extortã magis, quàm obtentam, super erectione Simplicis Beneficij Ecclesiastici, de legato ducatorum septingẽtum Patribus Sãctæ Mariæ de Carmelo, Discalciatis nuncupatis, Ciuitatis Neapol. per quondam Isabellam Brissegnam relicto; illo iam in beneficium Fabricæ Sancti Petri ob renunciationem Patrum prædictorum caducato, iuris esse respondi.

1 Quippè gratia omnis, siuè rescriptum Principis, quod per subreptionem obtinetur, ex quo Principi apertum non est, quod eum à concedendo retraxisset, vel difficiliorem saltim fecisset, vitiosum euadit, nequè pro impetrante effectum producit, quem suo mendacio extorsisse putarat. *tex. in cap. super litteris. 20. vbi glos. vers. communi forma. & ibi Abb. nu. 4. 5. & nu. 7. in fin. in glos. verbo. litteras. vers. ex quo potes & Felin. col. 5. vers exprimenda. num. 8. tex. in cap. postulasti. 27. de rescript. extrà. glos. fin. in cap. dudum. 31. de priuileg. l. 1. ff. de Natalib. restituend.* Card. *cons. 96. Lapus allegat 89. nu. 2. col. 3. circa med. vbi Mandos. litt. C. & num. 6. col. 6. Bellamera decis. 4. de rescript. n. 1. & 2.* Cassador. *dec. 3. num. 3. vt lite pendent. & decis. 12. num. 14. de præbend.* Ludouic. Roman. *cons. 326. in præsenti consultatione. num. 11. Mandos. regul. 32. Cancellar. q. 9. num. 8. in fin. & nu. 9.* Petr. Gregor. *Tholosan. enarration. ad decretal. tom. 2. tit. de rescript. lib. 1. c. 50. num. 3. Afflict. decis. 116. num. 3. in fin. & num. 4. Vrsill. ibid. nu. 1.* Capyc. *decis. 32. nu. 13. vbi Petra.* Lanarius *cons. 15. num. 24. & cons. 76. num. 7. & 8.* Rota *par. 1. tom. 1. in recent. decis. 418. num. 1. & par. 2. tom. 1. decis. 105. num. 1. & decis. 739. nu. 1. par. ead. 2. tom. 2. Card. Mantic. decis. 214. num. 2. Tusc. tom. 6. lit.* R. *Rescriptum ex falsa causa. cõcl. 217. num. 14. 16. 18. & 29.* Aluar. *Valasc. consult. 60. num. 5. Peregrin. decis. 98. nu. 6.*

At qui, si expressum Pontifici fuisset, legatũ predictum septingentum ducatorum, caducatum iam fuisse in fauorem Fabricæ Sancti Petri, vi suorum priuilegiorum, & facultatum, atquè etiam sententiarum pro eo latarum, nõ vtiquè concessisset; vel difficilior saltim ad cõcedendum euasisset.

Cùm, quòd in damnum, & præiudicium esset alterius, ac præsertim Fabricæ prædictæ. Nec consueuerit Princeps id concedere, quod alteri præiudicium infert, & damnum. *cap. super eo. 15. vbi glos. vers. intentionis. de offic. delegat. cap. quid per nouale. 21. in fin. de ver. signif. extrà l. 2. §. meritò. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. Zabar. d. cons. 96. num. 3. Decius d. cap. su-*
3 *per eo. num. 12.* vbi ampliat etiam in iure ad rem; cui nequè censetur velle Pontifex derogare: vt eius proinde memoria facienda sit; &
4 si de modico agatur præiudicio. *ibid. num. 14. Rota decis. 17. & decis. 21. num. 5. de præbend. in nouis. & decis. 33. num. 5. & num. 11. eod. tit. in antiquis. Lupus d. allegat. 89. num. 7 in fin. & num. 8. Rota in recent par. 1. tom. 1. decis. 234. nu 8. & par. 2. tom. 2. decis. 664. Lanar. cons. 72. num. 10. Tusc. d. conclus. 217. num. 27. plenè Gonzal. ad* reg. 8. *Cãcellar. glos. 28. num. 1. & seq. ad vsquè num. 11. Peregrin. d. decis. 98 num. 6. & 7.*

5 Vt Tertij propterea præiudicium effugiatur, Principis verba in concessione per eum facta, impropriãda magis erunt, quàm quòd alteri damnum inferant.

6 Cùm obliuio potius præsumatur in illo, quàm deliberata voluntas concedendi, ac consequenter alteri nocendi. *tex. in cap. cùm olim. 12. in fin. princip. de senten. et re iudicat.* Felin. *in cap. causam quæ. 18. num. 19. vers. non obstante. de rescript. Rota d. decis. 33. num. 16. in finalib. verbis.*

verbis. vers. sed quia de præbend. in antiquit. Gon-
zal d glos.28. num.6. versic. & potius præsumitur
Gratian.forens.par.4.cap.730.num.31.& 32.
7 Tùm. quòd litis motæ, ac pendentis in Tri-
bunali; atquè processus in eo fabricati taci-
turnitas, causa fuit, vt facilius, Papa gratiam
concesserit; vnde euidens subreptio commissa
fuit. notatur in cap. æternum.3. & cap. ad audien-
tiam nostram.11.de rescript. tex.apertus.in cap.fin.
vbi glos. vt lite pendente.glos.in cap.2.verbo. possi-
debant. de decimis.in 6. tex.in cap. inter Monaste-
rium.20 vbi glos.de sent. & re iudicata Felin. d.c.
super litteris.in 6.reg.num.12. Rota decis.20. de
rescrip. in antiq. Lapus d. allegat. 89. num.6. vbi
Mandos. Abb.con.98.Iesu Christi præsidio, &c. In
causa, & quæstione, num.1. & seq.par.1.Caßador.
d.decis.3.num.2.& 3. vt lite pendent.Guido. Papa.
cons.134.num.8.vers.non obstat si Papa. Rota apud
Card.Seraphin.decis.1403.nu.3. & in recentiorib.
par.1.tom.1.decis.228.num.2.& par.2.tom.1.decis.
29.nu.2.Portius Imola lib.3.reg.22.in 10.ampliat,
8 Afflict.decis.220. num.13. & 14. Vbi ampliat
9 lite præsertim contestata. Multòq; magis lite,
& causa instructa.secundum Rotam apud Sanctis-
simum Gregor.XV.decis.243.num.2.& 3.
10 Quoniam lite pendente supplicare non li-
cet.l.2.C.vt lit.pendent. nisi fiat mentio de pro-
cessu, & statu causæ. vt Salicet.inquit d.l.2.nu.2.
vers.in contrarium.quem sequitur Guido Papa.d.
cons.134.num.8.versic. & idem dicendum est.La-
pus d.allegat.89.num.6.
11 Quippe cùm, nemo interim, dùm lis pẽdet,
iure suo priuari debeat.cap.1. & 2. vt lite pen-
dent.Ioan.Azor.instit.moral.par.1.lib.5. cap.24.
q.9.vers.deinde lite pendente.
12 Multòquè fortiùs id procedet, si senten-
tiæ pro Aduersario iam latæ memoria in
supplicatione subtracta fuerit; vt ex ta-
citurnitate, ad concedendum Princeps exei
tus videatur.tex.in cap. inter dilectos. 6. vbi glos.
vers.mentio.de fide instrumen. Felin d.cap.super lit-
teris in 7.reg.num.14.Guido Papa cons. 139.nu.1.
Lapus alleg.69.num.6.vbi Mandos. Afflict.d.decis.
220.num.13.Rota apud.S. memor. Gregor.XV. d.
decis.243. num.2. & diximus not respons. nostra
13.num.5. par.1.
13 Quod multò vtiq; magis locum habebit,
si duarum conformium, & rei iudicatæ taci-
turnitas, obtinendi gratiam, causam dedisset.
secundum Felin.d.cap.super litteris num.14. reg.7.
vbi Guido Papa d.cons.134.num.8. in fin. vers.tùm
quia tacuit, & cons.139. Rota apud Illustr. Sera-
phin.decis.493.num.3.
14 Duo enim vincula magis ligant, quàm vnũ.
cap.1. de tregua. & pace.l.penult.§ si verò Pater
Naturalis.C.de adoption.auth.itaquè. C.communia
de success.l.discretis.10.C.qui testam.fac.poß.Surd.
decis.154.num.9.
15 Et pinguius ius parti acquiritur per duas
16 conformes. Potissimum, cùm illæ in Tribu-
nali Fabricæ paratam habeans exequutionem,
vt est definitum per Bullam Pij Quinti. Et si
omnium litium, cuius meminit quoquè Qua-
ranta in sum. Bullar. verbo. Fabrica S.Petri.in fin.
versic.item ad fauorem.fol.250.
Subreptitia ergo, inanis, & vacua effectu
omni, ob prædictorum taciturnitatem, quæ
expressa, vel retraxissent, vel difficiliorem sal-
tim ad concedendum Pontificem fecissent,
Gratia Gregorio concessa, facta est.
17 Haud enim præsumi facilè potest, & æsti-
mari; Principem, Romanæ Ecclesiæ Pontificẽ,
absquè consensu, illoq; expresso, Fabricæ San-
18 cti Petri iuribus præiudicare voluisse. Veluti
de Camera; quòd nõ præsumatur ei Princeps
præiudicium inferre voluisse. post Castrens. cõs.
84.num.4.lib.2.sequitur Rota in recent.part.2.tom.
2.decis. 555. num. 10. Nequè etiam iuri alteri
quæsito præiudicare voluisse Princeps cense-
tur, nisi de eo aperta memoria in rescripto fiat.
Abb.d.cap.super eo.num.2. de offic. delegat. Rota
apud Gregor.XV.Ludouis.decis.150.num.5.Lanar.
20 d. cons.75. num. 10. Franc. de Clapperys. par.1.
caus.8.quæst.2.num.11. Etiam si clausula ad fue-
rit (motus proprij) Rota par. 1. diuers. decis.
672.in fin.plenè Barbos.claus.79. num.19.
21 Nulla igitur cùm fuerit Gratia prædicta;
effectum parere haud potuit, quem sua taci-
turnitate extorquere Gregorius affectauit. ad
tex.in l.4.§. condemnatum. ff. de re indicat.l.quòd
dictum.33.ff.de pactis.regul. non præstat.52.de re-
gul.iur.in 6.Aym.cons.216.num.12. Cotta in me-
morab.verbo.actus nullus.Surd.decis 40.nu.8. Rota
in recent.part.2.tom.2.decis.739.num.3.
22 Quid est enim, quod sequi possit ex nihilo,
ex quo nihil omninò fieri potest operatione
humana? secundum Philos.lib.1.de generat.sequi-
tur Bald.in l.ea quidem.5.nu.1.vers.secundo nota,
C.si mancipium ita fuerit alien. Farinac.cons.60.
num.90.lib.1.Barbos.assiom.161.
23 Nequè ius aliquod tribuere potest, quod
nullum est.secundum Rot. in recent.par.1. tom.2.
decis.572 num.9. Cùm perinde habeatur, ac si
factum minimè fuisset. Barbos assiom.164. nu.3.
Nec obstabit Gregorij effugium. Per Vi-
carium Neapolitanum Delegatum, & Execu-
torem Apostolicum, pronunciatum iam fuisse
ad erectionem Beneficij ex legato prædicto
700. illudquè erectum, Gregorio collatum
24 fuisse; vt factum proinde, infectum fieri haud
minimè possit.ad tex.in l. in bello.12.§. factæ.ff.
de captiu.& postlim.reuers.l.verùm 32. vbi glos.
& Dec. num.1. & seq. ff. de reg.iur.glos.in can. si
Paulus Apostolus 11.verbo. suscitare. 32.quæst.5.
Rot. apud Cardin.Seraphin.decis.365.nu.7.Barbos.
assiom.93.num.44.
25 Cùm enim erectio prædicta à principio
procedat vitioso (à gratia videlicet vitio obre-
ptionis infecta,) nequè illa (vt ostendimus) ali-
cuius sit momenti; ipsa quoq; erectio, vt man-
ca sit, & nulla, ac vitiosa, iurè sequitur. Vix
26 enim bono peraguntur exitu, quæ malo in-
choata principio sunt, vt tex. inquit can. mira-
27 mur.61.distinct.& can.principatus. 25. 1.q.1. Et
iure quidem meritò; quòd cuiusq; rei potissi-
ma pars principium est. vt Caius loquitur in l.1.
§.1.

28 *§. 1. ff. de origin. iur.* Nulla igitur consequentia legitima esse poterit ex illegitimo principio, & ex radice corrupta. *Bart. q. 6. Lapus. num. 2. vers. sexto idem probatur.* quem sequitur *Cardin. Tusc. tom. 6. littera P. conclus. 705. nu. 5.* Quinimò qui primitiua inficit, deriuatiua vituperat. *vt Bald.* inquit *in l. fin. nu. 4. circa fin. C. de verb. sign.* & sequitur *Molina de Hispan. primogen. lib. 1. c. 2. num. 8. & 9.*

30 Principium nempè influit in sequentia. *argu. mento tex. in l. si quis ex argentarys. 6. §. si initium.*
,, *ff. de edendo. tex. in l. 3. §. scio etiam in fin. ibi Pu-*
,, *tanimus tamen restituendum in integrum, initio in-*
,, *specto. ff. de minorib. Surd. decis. 64 num. 6. & 7.*

31 Vbi itaq; rei principium habemus, ibi eiusdem finem, vt perpendamus condecens est. *secundum Bald. in cap. 1. num. 44. de Constitution.*

32 Quia origo est attendenda negotij, & initium inspiciendum, non finis tantùm; præser-
33 tim verò, quando res ex initio trahit secum effectum suum, & finem. *secundum eund. Bald. in d. l. 3. §. Scio autem. ff. de minoribus* sequitur *Surd. decis. 212. num. 15. & decis. 297. num. 12. Tusc. tom. 6. littera. P. conclus. 703. num. 14. Gratian. forens. par. 2. cap. 202. num. 15. Barbos. assiom. 187. nu. 2.*

34 Non igitur temporis tractu firmatur, quod de iure ab initio non subsistit. *reg. 18. de reg. iur.*
35 *in 6.* Factum verò legitimè, retractari non debet. *reg. 73. eod. Rota decis. 62. num. 1. in fin. & n. 3. de appellat. in nouis.* Secus verò quod illegitimè factum est. *regula. quæ contrà ius. 64. de reg. iur. in 6. l. Iubemus. 14. §. prædia autem. in fin. C. de Sacrosanct. Eccles. Barbos. assiom. 93. nu. 19.*

Non sequitur itaquè; factum pro infecto haberi non potest, ergo subsistere debet facta Beneficij erectio per Vicarium Neapolitanũ Delegatum Apostolicum, atquè collatio inde Gregorio sequuta, firma habenda.

36 Nam & si planè neque per diuinam potentiam fieri possit, vt quod iam factum est, non factum sit, iuxtà illud Horat. ode 29. de Ioue loquentis.

,, *Non tamen irritum*
,, *Quodcumque retrò est, efficiet, neq;*
,, *Diffinget, infectumq; reddet,*
,, *Quod fugiens semel hora vexit.*

Quòd repugnantiam implicet in obiectio; & mendacium esset asserere, vt quod factum est, factum non sit; quod sanè esset defectum in Deo ponere; non vtiquè potentiam illi cõ-
37 cedere. Qua de causa illud Diui Hieronymi ad Eustochium. *tom. 1. epist. 22. col. 4. in minori impress. Romæ fol. mihi 192. relatum in can. si Paulus Apostolus. 11. §. cùm omnia. 32. quæst. 5.*
,, *Cùm omnia possit Deus* (inquientis) *suscitare Vir-*
,, *ginem non potest, post ruinam. & tex. in l. 1. seù*
,, *vnica. in princ. ibi Cùm Virginitas, vel Castitas*
,, *corrupta restitui non possit. vbi glos. verbo. restitui.* C. de raptu virgin. & *Ouidianũ illud epist. 5. Oenonis ad Paridem.*
,, *Nulla reparabilis arte*
,, *Læsa pudicitia est, deperit illa semel.*

& Glos. in verbo. dispensare. circa fin. in cap. super eo. 2. de bigam. & dixit etiam D. *Basilius lib. de vera virginitate, per Lessium relatus infrà citandũ. & fuit dictum Aristot. lib. 2. moral. cap. 2.* Exauditur vtique, vt facere haud possit Deus, quòd quæ à viro, virgo cognita est, & corrupta; cognita non fuerit, atq; hoc sanè modo, virginẽ post ruinam reparare Deus minime posse dicitur; quia implicat in obiecto, atq; in ratione entis; essetquè in Deo mendacium ponere, nõ potẽtiam stabilire. Et si quidem possit Deus Virginis iam corruptæ, mentem reintegrare per gratiam, & corpus consolidare per miraculum. *vt inquit S. Thom. in 1. par. quæst. 25. art. 4. & 3 par. quodlibet 5. q. 2. art. 3.* quem sequitur *Cardin. Sancti Xisti. à Turrecremata. d. can. Paulus num. 4. versic. in oppositum. Archid. num. 2. Card. Florent. in cap. 1. in princ. nu. 22. in 3. opposit. de sum. Triuit. et fide Cathol. et in clem. 1. nu. 6. in 1. opposit. de immunit Eccles. Cagnol. d. l. verùm. 31. n. 2. et 3. de reg. iur. doctissimus Tiraquell. de iure constit. par. 3. limit. 7. à num. 6. ad num 11. Less. de iust. et iur. lib. 4. cap. 2. dub. 15. num. 116. et 117. Farinac. in praxi crim. q. 20. in 4. ampliat. num. 12. Decian. tract. crim. par 2. lib. 6. cap. 2. num. 6. et cap. 5. num. 2.* quem sequitur idem *Farinac. vbi supra Menoch. de arbitrar. cas. 475. num. 6. 7. et 8. cent. 3. Claud. Bertazol. in addit. ad Consil. patris. cons. 553. vol. 2.*

38 Non hinc tamen sequitur (ex quo fieri non potest, neque per diuinam potentiam, vt factũ per prædictum D. Vicarium Neapol. phisicè, factum non sit) quin formaliter in validum fuerit, quod illegitimè per eum factum fuit.

39 Cùm duret semper causa impediens, & resistens conualescentiæ actus. vt loquitur *Bald. in cap. 1. col. fin. nu. 20. in fin. de probibit. feud. alienat. per Feder. in vsib. feudorum.* sequitur *Mantua. d. regula. non firmatur. num. 1. de reg. iur. in 6.* Et
40 sat fuerit, actum ab initio nõ valuisse. *ad notat. per Rot. apud Illustr. Seraphin. d. decis. 365. num. 7. et per Peregrin. d. decis. 98. num. 6. et seq.*

Quod profectò euidentius probatur ex eo, q
41 gratia prædicta Gregorio cõcessa habet Clausulam (*vocatis vocãdis,*) quæ id operatur, vt datus Iudex nõ merus executor, sed mistus euadat; atquè Iudicium proinde non exequutiuũ, sed ordinarium desideretur, parte ex aduerso citata, atquè cum causæ cognitione. *tex. in cap. exhibita nobis. 19. vbi glos. verbo. euocandi. et Abb. in vltimo notab. num. 6. de iudic. Felin. in cap. de cetero. 5. num. 10. col. 3. vers. quid de clausula. de sent. et re iudic. Card. cons. 92. fauendo pupillis. n. 2. Rota in nouis decis. 30. de rescripti et decis. 12. de offic. delegat. in addit. Papazoni. Caputaquen. decis. 286. num. 4. par. 2. Rota in recent. par. 1. tom. 2. dec. 624. num. 4. et 5. meus Marauta. cons. 75. num. 6. Gonzal. ad regul. 8. glos. 2 §. 1. in annotation. num. 226. Thesaur. fori Ecclesiast. par. 2. cap. 20 1. n 140. Maceratens. variar. lib. 1. resolut. 58. nu. 1. Tusi us. tom. 1. litt. C. clausula vocatis. conclus. 217. num. 1. Marta. de clausul. par. 1. claus. 195. num. 1. et 2. Mariscott. variar. lib. 2. cap. 1. n. 80. Gratian forens. par. 2.*

par. 3. cap. 596. nu. 30. Reuerendissimus Campanil. in diuers. rub. 11. cap. 13. num. 208. vsque ad num. 213. Rota apud Illustriss. Canaler decis. 2. num. 9. et decis. 211. num. 2. et decis. 274. num. 1. et seq. plenè Barbos. clausul. 85. num. 5. de clausul. et num. 6.

42 Omissum itaquè cùm hoc fuerit per D. Vicarium Neap. Delegatum Apostolicum; lata vtiquè sententia, & erectio inde secuta, atq; beneficij collatio nulla omninò fuere, & inualida Nõ seruata nimirũ forma à Sanctissimo D.N. eidem tradita, atquè proinde sine Iurisdictione, quæ conditionaliter ei concessa fuerat (vocatis scilicet vocandis) *vt est glos. notab. in clem. vnica verbo. reperierint. de offic. delegat. cap. cùm dilecta. 22. §. cùm enim. de rescript. Paris. cons. 41. num. 14. 15. & num. 22. lib. 4.* sequitur *Rota per Verall. decis. 150. par. 1. & in recent par. 1. tom. 2. decis. 624. num. 1. 2. & 4. & decis. 701. num. 5. & apud Card. Seraphin. decis. 357 n 6. Cacheran. decis. 142. n 28. Marta d. claus. 196. n. 4. & 6. Barbos. d. claus. 185. n. 6. 7. 8. & 9.*

43 Nõ seruata verò forma permissiua, immediatè succedit forma destructiua, & actus factus ipso iure nullus euadit. *vt loquitur Bal. in l. prætor ait. 20. §. sinè autẽ. ff. de operis noui nuntiat.* quẽ sequitur *Rota apud Card. Mantic. decis. 286. nu. 4.*

Nequè item obstabit causula in Gratia prædicta adiecta (*Non obstantibus priuilegijs quibuscumquè super caducitate legatorum quibusuis personis.*)

44 Tùm, quòd clausula prædicta, non tollit, nequè extenditur ad priuilegia miserationis gratia concessa, nisi de ipsis fiat expressa mentio. *ita Cyn. in l. 1. num. 3. in vltimo. quæsito. C. quando Imperator inter pupill. & vid. quem sequitur Martin. Laudes. de priuileg. q. 40. vol. 2. tract. fol. mihi 287. Felin. in cap. nonnulli 28. num. 19. vers. restant enumeranda. de rescript. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 40. num. 6. in fin. Moneta. de commut. vltimar. volunt. cap 8. conclus. 5. num. 541. fol. 816. Barbos. claus. 83. num. 19.*

45 Tùm, quod clausula prædicta, nec tollere videtur priuilegia fauore piæ causæ concessa, nisi specialis de ijs memoria fiat. *videtur tex. apertus in c. si propter tua. 10. secundũ vnũ intellectum. de rescript. in 6. quem perpendit Ludouic. Roman. in l. Si uero. 65. §. de viro. in 24. fallent nu. 46. circa fin ff. solut matrim. Felin. d. cap. nulli. nu. 19. de rescript. Menoch. d lib 6. præsumpt. 40 num. 6. et de Arbitrar. lib 2. casu. 201 num. 39. Molinus de ritu nuptiar. lib. . q. 28. num. 6. Gregor. à Cabedo, decis. Lusitan. 94. num. 1. par. 2. Monet. de commut. cap. 7. num. 183. Aym cons. 68. num. 6. & seq. ad fin. Barbos. d. claus. 83. num. 18 & nu. 25.*

46 Multòquè minus tollet priuilegia Fabricæ Sancti Petri, quæ si reuocare voluisset, expressisset vtiq; Sãctissimus D.N. Cũ Intentionis suæ minime eisdem detrahere fuerit per clausulã prædictam generalem. *ad tex. in d. cap. si propter tua. 10. §. intentionis nostra. & dictum fuit per Rotam apud Caputaquens. in regul. reuocatoria Adriani sexti. decis. 42. par. 3.*

47 Quod .f. regula reuocatoria non comprehendat gratias factas Fabricæ Sancti Patri, *sequitur Barbos. de appellatiua verborum Iuris significat. app Uat. 198 num. 8* Neque, Generali hac clausula (*non obstantibus*) ablata videntur priuilegia specialiter concessa. *vt post . . . rec. cons. 10. sequitur Anton. de Pratis. de Iurisd. Episc. cap. 8. num. 4. vol 2. tract. fol. 204.*

49 Tùm deinde, quòd clausula prædicta nequè extenditur ad ea, quibus verisimiliter concedẽs nõ detraxisset in specie. *secũdũ Roman in d. l. si verò. §. si verò. num. 46. in 24. fallent. in fin. ex regul. 71. de regul. iur. in 6.*

50 Quòd in Generali concessione ea minimè veniant, quæ quis non fuisset verisimiliter in specie concessurus. *idem Roman. cons. 498. in casu quo quæritur. num. 18 Felin d. cap. nulli. num. 26. in 12. conclus. Aym. d. cons. 68 num. 6. Cabedo. d. decis. 94. num. 1. Gonzal. ad regul. 8. glos. 36. nu. 37. & 40. Barbos. claus. 62. num. 14.*

51 Verisimile autem haud est; Summum Romanum Pontificem, vt gratiam priuatæ faceret personæ (vt Gregorius prædictus est) præiudicare voluisse, Priuilegijs Fabricæ Sancti Petri, quæ totius Orbis caput, & Princeps est. *ad notat per Roman. d. cons. 498. n. 18. & 436. quod indultum Petri nu. 9.*

52 Tùm præterea, quod clausula prædicta (*non obstantibus, siuè etiam ex certa scientia*) non tollit Ius alterius, siuè illud ad rem sit; siuè, multòq; magis in re. *Menoch. d. lib. 6. præs n mpt. 40. n. 5 & 9. Marchesan. de commiss. appellation. in Romana. Cur. par. 1 cap. 5. num. 296. fol. 224. Marta. de clausul. par. 1 claus. 79. n. 9 & n. 23.*

Præsertim verò si graue sit præiudiciũ, quod per eam infertur. Cùm non præsumatur tàm graue damnum tertio inferre Pontifex voluisse; Fabricæ præsertim Sancti Petri. *Menoch. d. præsumpt. 40. num. 4. in fin. Barbos. d. claus. 83. num. 21.*

53 Quibus quoq; accedit, quod clausulæ hæ (*non obstantibus*) & quæuis etiam aliæ derogatoriæ, minimè porriguntur, vt tollant priuilegia publicæ vtilitatis ergò concessa, vt sunt Priuilegia omnia per Summos Romanos Pontifices Sãcti Petri Fabricæ collata. *est tex apertus, singularis reputatus; secundum intellectum glos. 1. in l. Decurionibus. 3. ibi non præiudicatura quæcunq; generalitate Pragmatica. C. de Silentiar. lib. 12. vt aduertit notabiliter Roman. d. cons. 498. num. 15. & d. cons. 436. num 21. in fin. sequitur Felin. d. cap. nulli. num. 26. in 12. conclus. Cabedo. d. decis. 94. num. 1. Monet. d. cap. 7. nu. 184. Barbos. d. claus. 83. num. 20.*

54 Cæterũ, cùm clausula prædicta in facto hoc nostro de priuilegijs loquatur quibuscunquè Personis concessis, non extendetur vtiquè ad priuilegia Vniuersitati, siuè Collegio, vel inanimato loco donata, sicuti Fabrica est Sancti
55 Petri. Quoniam hæc, Personæ nomine, & appellatione minime comprehendũtur. Distincta enim fit appellatio personæ, à Populo, Collegio, Curia, vel Corpore. *per Vlpian. in l. metus. 9. §. animaduertendum. ff. de eo quod metus causa sequitur.*

quitur Rota *per Verall. d. decis.42. par.3. plenè. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. glos.37 num. 1. cum seq. & num.19.*Rota *apud S. mem. Ludouis. Gre-*
56 *gor. XV. decis.376. num.6.* Loquens de Capitulo, quod Personæ appellatione non comprehendatur. *& Beltramin. ibid. litt.* E. *est etiam decis.* Rotæ *apud Aebill. 15. de Procuratoribus* .

57 Quod potissimùm exaudiri debet in materia stricta, & odiosa, non sanè fauorabili. *secundum Roman. d. cons 436 num. 2. cum seq.* & sequitur *Sarnen. in reg. de idiomate, q.2 fol. mihi. 117. in impressione minori Lugdunen. Canonizatus à Rota d. decis 42. plenè Tusc. vol.6. litt. P. personæ appellatione conclus 318 per tot.* Gonzal *d. glos.37. num. 36. & 38. Viuianus de iure patronat. par. 2. lib. 8. cap.4 num. 11.* Barbosa *de appellat. verborum iuris significat. d. appellat. 198. nu. 1. & seq. & n.7. & 8.*

58 Nequè Generalis dispositio piam causam cõprehendere valet. *vt post Crauetta cons 3. nu.10.* sequitur *Tusc. tom. 5. litt. M. conclus. 274. num.4.*

59 Accedit his quoquè, quòd gratia prædicta Gregorio elargita, facta vtiq; fuit cum clausula Iustitiæ (*vocatis vocandis*) per quam euidenter ostenditur, voluntatis Pontificis fuisse, per clausulam in fine postmodum adiectam (*non obstantibus priuilegijs*) se iuri alteri quæsito derogare minimè intendisse.

60 Qua de re per clausulam sæpè dictam (*non obstantibus*) non extendetur gratia vltrà ea, quæ expressa in illa fuere. *tex. est in clement 1. de præbend.* sequitur Roman. *d. cons.498. num. 18. versic.*
61 *quinta ratio.* Vt omninò vocari debuerit Fabrica, quæ principaliter, ac primariò fundatum interesse in re prædicta habebat; qui sanè effectus est clausulæ *vocatis vocandis. Marchesan. alios referens par.1. de commiss. appellat. ab execut. breuis. cap.1 num.90. fol. mihi 323. Barbos. d. claus.185 num.11.12. & 13.*

62 Potissimùm verò, quòd non motu proprio, sed Gregorio instante, gratia concessa fuit; vt propterea per importunitatem potiùs extorta, quàm voluntariè concessa videatur. *ad text. in l. 1. C. de petit. bonor. sublat. lib.* 10. notat *Roman. d cons 436. nu. 17. Cabed. d. decis.94. num.2. Aym. cons.68. num.7.*

63 Deniquè, quòd subreptitiè obtenta cùm fuerit gratia prædicta per Gregorium, atquè propterea vitiosa euaserit (vt ab initio ostendimus,) non saluabitur à vitio prædicto per clausulam (*non obstantibus,*) quinimò, & ipsa eodem morbo infecta erit; vt sicuti nihil operari poterit, quod Gregorio proficiat gratia impetrata; quòd mendax peccator carere iurè debeat impetratis. *d. cap. super litteris. 20. de rescript.* pari quoquè modo, & clausula præfata, (non obstantibus). *ad tex in d. element. 1. de præbend. Dec. cons. 142. in fin num 9.* sequitur *Cacheran. decis. 142. num. 17. Put. decis. 213. lib. 2.* faciunt notata per *Gabriel. lib.6. tit. de clausul. conclus. 3 in fin. num.85.* plenè per *Marchesan. d. par.1. cap.5. de commiss. appellat. in Roman. Cur. num. 290. fol. mihi, 223. Marta de clausul par.2.*
65 *claus. 16.* Nequè clausula prædicta vitium dimouet. *ad tex. in cap. si motu proprio. 23. circa fin. vbi glos. verbo. taceatur. de præbend in 6. Aym. d. cons.68. num.6. & num.8. & 13.* sequitur *Marta. par.1. claus.74. num. 10. & claus.79. num.26.*

Et ita ex his, censoris virga haud excussa, respondendum censui.

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus. &c.

Litis huius palma in Tribunali Fabricæ per Dominos eius Consultores Oeconomo concessa fuit. Verùm in Romana Curia per Gregorium introducta causa, pro beneficio iudicatum fuit apud R. P. Burattum causæ Ponentem de voto Rotæ. Decisionem verò hic subnectere operæ pretium me duxi facturum.

SVMMARIVM.

1 S *Pontifex derogare potest voluntati testatoris.*
2 *Facultates Fabricæ, & Illustrissimæ Congregationis circa declarationes priuilegiorum eiusdẽ, in dubium non reuocantur.*
non tamen trahuntur ad ea, in quibus Papa manus apposuit. num.3.
4 *Lis inter alios pendens tertio non afficit, & non est facienda mentio de lite inter alios, in gratia obtenta.*
neque de sententia inter alios num.6.
neque de sententia nulla num.7 & iniusta nu. 10.
5 *Lis per renunciationem extinguitur.*
7 *Sententia ex defectu citationis est nulla.*
8 *Citatio ad sententiam est præcisè necessaria.*
9 *Repudiatio legati omninò requiritur, vt ius quæratur ad illud Fabricæ.*
11 *Repudiatio debet esse simplex, non qualificata, vt ius quæratur Fabricæ, antequã simpliciter fiat.*
12 *Subreptio euitatur, si id narratur, de quo saltim in genere Summus Pontifex cogitare potuit.*
13 *Derogatio non requiritur in actu de sui natura præiudiciali.*
14 *Clausula sine alicuius præiudicio) intelligitur præter expressa.*
15 *Clausulis ex generalibus non censetur derogatum priuilegijs Fabricæ.*
limita si aliàs constet de voluntate Pontificis. numero. 16.
17 *Nihil transeat facit constare de oppositione.*
18 *Datarius est organum Papæ, & quod facit, de ordine Summi Pontificis fecisse censetur.*

Neapo-

Neapolitana Beneficij. Ven. 27. Iunij 1625. coram R. P. D. Buratto.

Isabella legauit Fratribus Discalceatis Carmelitanis ducatos 700.cum onere celebrandi perpetuo pro anima sua Missā qualibet die ad Altare priuilegiatum;defuncta Testatrice, & repudiato legato per Fratres, emanauit ad fauorem Fabricę S.Petri decretum applicationis d. legati tamquam repudiati *eius sum n.3.4 & 6.*

Sed priusquā fieret incorporatio,Gregorius obtinuit à Sanctissimo D.N. mādatum de illud extinguendo, & de erigendo in simplex beneficium cum commutatione voluntatis Testatricis in onus vnius Missæ celebrandæ singulis hebdomadis loco vnius Missæ quotidianæ, cū effectuatione, collatione,& possessione subsequentibus *sum.ipsius num.3. & 4.*quod fieri po-
1 terat per Sanctissimum, de cuius potestate nō dubitatur *Clem.quia contingit de relig dom. Innoc. Imol.n.3.& Abb.nu.6.in cap.noı quidem. per illum text.de testam.Socin.de oblat.lib.9.q. pen.cum alijs congestis per Moder.tract.cōmut.vlt.volunt.c.5. in 1.& 2.concl.n.144.& seqq.& Moder.Rom.discep. 458.n.4.tom.3.*

Habito autem recursu in Signatura,& commissa mihi causa subreptionis dictarū litterarū, & executionis dicti legati vti Prælato Fabricæ de voto Rotæ ; dubitaui An legatum deberetur Fabricæ ; & negatiuè fuit resolutum.

2 Nam, & si non reuocētur in dubium facultates Fabricæ, & Illustrissimæ Congregationis circa declarationes priuilegiorum ei à Summis Pontificibus concessorum, nihilominus
3 stante dicti legati extinctione, & erectione beneficij simplicis de mādato Sanctissimi D.N.factis, & effectuatis,non vidētur trahendæ ad ea, in quibus Papa manus apposuit.

Non obstat prætensa subreptio gratiæ Apostolicæ, ex quo in ea non fuit facta mentio litis, quæ erat in Ciuitate Neapolis cum Fabrica, nec non decretorum pro eadem Fabrica obtentorum.

Quia vltra quòd Gregorius fecit mentionem legati,& repudiationis,in quibus cōsistebat ius principale huius negotij *vt in sum. n. 3.*
4 lis erat inter Fabricam, & hæredes Isabellę, & dictum Monasterium, de qua Gregorius non tenebatur facere mentionē,cùm tertiū nō afficeret. *Ruin.cons.61.num.19.lib.5. Menoch. de arbitr.cas.202.n.22. Gabr.in tit.de Indic.concl.4.n. 3.*
5 & erat extincta per renunciationem factam à Fratribus *l.postquam liti. C.de pact.*
6 Nec de sententia erat facienda mentio, quia præter quàm, quòd uiget eadem ratio ; quòd
7 emanauit inter alios;sentētia erat nulla ob defectum citationis hæredum, & Monasterij ad sententiā, vt apparet ex inspectione processus. *l.fin. vbi Bald.num.5. de verb. cred. Vant. de nullit. tit. à quo. & quib.mod.num.12.Rot.decis.167 nu. 42.par.1.recent.*
8 Quæ tamē citatio specifica, est præcisè necessaria.*Clem. sæpe.de verb signif. & ibi glos. in verb. ad id.* Et iniustitia eiusdem sentētiæ resultat, ex
9 quo non iustificatur ex actis, in quibus nō erat producta repudiatio facta à Priore Monasterij, quæ datur *in sum.nu.2.*nisi post sententiā, & ideo
10 cum sentētia esset nulla, & iniusta non erat de ea facienda mentio *Felin.in cap. super litt.nu.15. & ibi Dec.num. 36. de rescript. cum alijs in Mindoniens.Canonicatus 26. Nouembris 1616.coram me.*
11 Eòq; magis patet iniustitia, quia repudiatio Fratrum non fuit simplex, sed ad certum effectū; ibi: *E perciò lo renunciamo, affinche l'heredi possino adempire la volontà della Testatrice con altro luogo pio.* Ideò non poterat declarari legatum esse deuolutum tamquam simpliciter repudiatum, sed potiùs erant interpellādi Fratras ad faciendam simplicem, & puram repudiationem.
12 Nec obstat quòd non sit facta mentio Iuris Fabricæ, nec fuerit ei in specie derogatū. Quia narrata repudiatione legati, potuit Summus Pontifex omnium Iurium peritissimus, & in specie ipsius Fabricæ,cùm esset in minoribus vnus ex Illustriss. Cardinalibus Congregationis Præfectus, saltē in genere cogitare. Quod sufficit ad euitandum subreptionem, *Cranett. cons.79 num.8.Rot.decis.38.num.3.192. in fin. & Rot.decis.210. n.5.par.1 recent.et in Ferrariens.de Tassonis 18.Iunij 1621.coram R.P.D.meo Vbaldo, & coram Reuerendissimo D.meo Decano decis.413. num.7.& in alijs.*
13 Nec videbatur necessaria talis derogatio, ex quo sumus in actu sui natura prȩiudiciali, vt est erectio. *Seraphin.decis.762. num.4. 1445. num.3. & 6.* non obstante clausula *sine alicuius*
14 *præiudicio*, Quia intelligitur præter expressa. *Seraph. d. decis.1445.num.3.*
15 Et quicquid sit an ex clasulis generalibus,& prægnantissimis sit sufficienter derogatum, etiam priuilegijs Fabricæ, de qua requiritur specialis mentio. *vt per decis.Capnt.42. par.3.*
16 Difficultas cessat,ex quo pro parte Fabricę habita notitia gratiæ Gregorij fuit oppositum relaxationi supplicationis in Dataria, vt con-
17 stat, ex (*nihil transeat*) de quo in *Sum. Gregorij num.5.* & tamen dicta oppositione non obstāte, supplicatio fuit relaxata, & expeditæ litteræ,& executæ(vt supra dictum est)quod vide-
18 tur de ordine Pōtificis factum. Cùm Datarius sit illius organum. *Put. decis.340.lib.3. Verall. decis.32.lib.1. in manuscript.* Ex quibus non fuit dubitatum de voluntate Papæ, non obstante præiudicio Fabricæ.

Et ita vtraquè parte informante. &c.

SVM.

SVMMMRIVM.

1 Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum.
2 Restitutio omninò necessaria est, cùm quis per acceptionem iniquam proximum læsit. quod peccatum est contra Iustitiam.
3 Dei oculi mundi sunt, & respicere ad iniquitatem non possunt.
4 Præfatione mens dignoscitur, & illustratur disponentis.
5 Præcedentia ex consequentibus declarantur. sicuti ex præmissis sequentia declarationem admittunt. num. 6.
7 Principij ex ordine finem interpretamur.
8 Præcedentia in sequentibus influunt, eaque declarant.
9 Talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant.
10 Præfationibus finalis dispositionis decerpitur ratio.
11 Dictio ideò est causalis, & significat ob causam.
12 Causa est quid præteritum, vel instans, quo impellimur ad faciendum.
13 Deus Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis.
14 Legatum pro exoneratione conscientiæ atq; pro malè ablatis pium est, imò multò magis quàm pia alia legata simplicia, cum hæc vt fiant necessitas sit. num. 15.
& vim confessati debiti sortiuntur legata hæc pro exoneratione conscientiæ facta, etiam parte absente. num. 16.
& irreuocabilia perseuerant. 17.
18 Deus non longè est ab vnoquoq; nostrum, in quo viuimimus, mouemur, & sumus.
& omnia implet. num. 19.
& vbiq; est per essentiam, præsentiam, et potentiam. num. 20.
21 Legata per exoneratione conscientiæ & pro malè ablatis legi imum filijs debitam diminuunt.
nec reuocantur per superueaientiam liberorum. num. 22.
nam sunt legata necessaria, non voluntaria. num. 23.
neq; cassa fiunt testamento reuocato; vt possint cogi hæredes ea soluere. num. 24.
neq; probationem aliam desiderent. num. 25.
26 Deus scrutatur renes, & corda.
25 Quæ in conscientia abdita sunt, testium probationibus subijcere velle, durum æstimatur, & inhumanum.
27 Salutis suæ immemor nemo præsumitur, vt in supremo vitæ spiritu mentiri velle æstimetur.
28 Hæredes ius non habent, testatoris confessionem pro exoneratione conscientiæ factam, impugnare.
29 Testatoris voluntas lex est
30 Testamentum morte confirmatur testatoris.
31 Confessio in vltima voluntate facta in his quæ à potestate dependent confitentis, plenè probat. & num. 34.
limita. num. 32. & 33.
amplia, præsertim de æquitate Canonica. num. 34.
vel si sacramento firmata fuerit, vel in præsentia partis facta. num. 35.
36 Legata pro exoneratione conscientiæ, æs alienum in bonis testatoris æstimantur, & alijs.
legatis præferuntur. num. 79.
Et neque corruunt, rupto testamento posthumi præteritione. num. 37.
38 Incertorum restitutio Christo Domino facienda est dispertiendo ea pauperibus.
39 Iesus Christus est hæres vniuersalis omnium incertorum & num. 67.
40 Incerta restituere debens episcopum requirere non tenetur. ratio affertur. num. 41. & cautela.
41 Limita, si testator in testamento pro exoneratione conscientiæ reliquisset, quia potest Episcopus ea exequenda curare. num. 42.
etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatus. num. 43.
44 Episcopi pauperum patres sunt, atq; orphanorum defensores & procuratores.
45 Restitutionem fieri malè acceptorum interest obligati, cùm absq; peccato retineri illa minimè possint.
ita quoq; è re est episcoporum, vt pauperibus consulatur, restitutionem fieri incertorum. numero. 46.
47 Episcopi distributores sunt bonorum spiritalium Ecclesiæ.
48 Relicta pro malè ablatis, & exoneratione conscientiæ spiritualium bonorum naturam sortiuntur.
eorum distributio ad episcopos pertinet. num. 49.
50 Episcopi executores sunt piarum defunctorum dispositionum, quamuis vetuisset id testator in sua dispositione. num. 51.
& eorum est curare, vt malè ablata in pauperes distribuantur. num. 56.
nam si eis animæ hominum concreditæ sunt, multò magis bonorum temporalium eis cura demandata est. num. 57.
52 Legatorum piorum cognitio ad Ecclesiasticos pertinet Iudices.
etiam ad non pia, quia pium est, defunctorum voluntates implere. num. 53.
quod multò magis in relictis pro malè ablatis procedit, cùm sint ea de Christi Domini patrimonio. num. 54.
55 Pauperes coniunctionem quandam cùm Episcopis habent. & ad eorum protectionem pertinent.
58 Restitutio malè acceptorum de necessitate salutis fieri debet.
non quidem necessitate medij, sed necessitate præcepti. num. 59.
60 Restitutio debet fieri ei, à quo contra iustitiam acceptum quid est.
Domino vero non apparente, post diligentem indaginem, nec eius hæredibus pauperibus restitutio facienda erit. num. 61.
62 Incertorum restitutio pauperibus fieri debet, non sanè iure diuino, vel naturali, sed tantùm positiuo; neque ius vllum in illa est pauperibus. sed sufficit

ſufficit ſi Chriſto Domino fiat, vel alijs pijs operibus.
multòq; magis ſi Summi Pontificis authoritate reſtitutio fiat. num. 64.
65 *Summus Pontifex vti Chriſti Vicarius poteſt bona omnia incerta vti melius ſibi videbitur, diſtribuere.*
potiſſimùm malè ablata incerta. nu. 66. in quibus liberam habet poteſtatem, ſicut Chriſtus Dominus. nu. 81.
vnde poteſt illorũ diſtributionẽ ab alijs ſecularibus principibus ſubtrahere, ſtatuendo illa in pios vſus. num. 67.
& compoſitiones ſuper his admittere. num. 68.
69 *Epiſcopus poteſt malè ablata incerta in Eccleſiarum reparationem applicare, modò illa Sũmus Pontifex non applicuerit.*
70 *Pauperibus expedit Eccleſias ædificari, in quibus eleemoſynas recipiunt.*
71 *Legata pia pauperibus relicta non poteſt Epiſcopus in alios vſus conuertere.*
72 *Nomina ad id inuenta, vt demonſtrent voluntatem dicentis.*
73 *Diſpoſitio quibuſcumq; verbis fiat ſufficit, modò de voluntatis intentione liqueat.*
74 *Lis vt pẽdere dicatur à citatione incipere debet, legitimè emanata, atq; exequta.*
neq; officit tertio non citato. num. 75.
76 *Res inter alios acta alijs non præiudicat.*
77 *Iudex laicus incompetens eſt, vt de ſpiritualibus, vel ſpiritualitati annexis iudicet.*
78 *Litis pendentia coram incompetente iudice non poteſt induci.*
79 *Malè acceptorum reſtitutio vt fiat, neceſſitas eſt, non libera voluntas reſtituentis.*
80 *Dare nihil dicitur, qui neceſſitate vrgente dat.*
81 *Incerta omnia, & prò malè ablatis in Fabricã S. Petri deſtinata ſunt Pij V. Conſtitutione.*
83 *Iure ſuo qui vtitur, nulli iniuriam facit.*
84 *Eccleſia S. Petri eſt prima omniũ Eccleſiarũ orbis; ſicuti primus, & caput omnium Apoſtolorum eſt S. Petrus.*
85 *Nefas eſt de Pontificis Sũmi poteſtate dubium refricare.*
86 *Papa omnia poteſt, vt Deus, excepto peccato.*
87 *Entium multiplicatio ſine cauſa fruſtra eſt.*

ARGVMENTVM.

De Legato pro Exoneratione Conſciẽtiæ, ac pro malè ablatis relicto. Atq; de malè acceptorum reſtitutione. In certa verò quibus reſtituẽda ſint: Quouè iure pauperibus debeantur; & num pauperibus ius aliquod ſit in huiuſmodi incertis. Quiduè quoad ea poſſit Epiſcopus? Et num potuerit iurè Summus Pontifex ea Fabricæ addicere Sancti Petri: Quoduè in ea ius ſit Fabricæ prædictæ? late diſcutitur.

RESPONSIO XXII.

AD diſcutiendam piam quondam N. ſupremam diſpoſitionem, quæ ſequentibus verbis ſcripta legitur.
„ *E perche eſſo teſtatore è ſtato tanti anni al Mondo, & è paſſato per diuerſi intrichi, e non ſtà ſicuro d'alcune reſtitutioni, che forſi voleſſe fare: per queſto graua detta ſua herede à depoſitare in banco ducati 50. mil. per erigerſene vn Monte per l'Anime del Purgatorio, e per maritaggio di pouere.*

Supponendum, atquè prælibandũ puto, manifeſtè his verbis inferri legatũ hoc pro exoneratione rogatum videri, & eſſe conſcientiæ Teſtatoris. Oratione enim huiuſmodi veluti ſillogiſmo quodã vſus videtur Teſtator ad reſtitutionẽ inferente pro exoneratione cõſciẽtiæ: Dũ maiori, minori, & conſequẽtia, reſtitutionẽ ipsã perbellè cõcludit, & infert. Et maior quidem hypotheca, eſſe videtur.
E perche eſſo teſtatore è ſtato tant'anni al Mondo, & è paſſato per diuerſi intrichi. Minor verò.
E non ſtà ſicuro d'alcune reſtitutioni che forſi voleſſe fare.

Ac denidue conſequentia.

Per queſto graua detta ſua herede à depoſitare in bancho ducati. 50. mil. per erigerſene vn Monte.

1 Quia enim certa, & indubia eſt conſcientiæ, ac iuris regula, ex *S. Patre Auguſtino in epiſtol. 54 ad Macedonianum. relato à Gratiano. can. 1. 14. quaſt. 6.* Nõ remitti peccatum niſi reſtituatur ablatum. *reg. peccatum. 4. de reg. iur. in 6. cap. cùm tu. 5. extrà de vſur. cap. ſicut dignum. 6. §. eos. vbi gloſ. verbo. reſtituere. de homicid. extrà. S. Thom. 2. 2. q. 62. ar. 2. S. Anton. in ſum. par. 1. tit. 20. de reg. iur. d. reg. peccatum. Binsfeld. in enchirid. theolog. paſtoralis. 3. par. de decem præceptis. c. 15. de reſtitutione. §. 1. fol. 360. verſ. deinde reſtituere. Bonac. tom. 2. oper. de reſtit. diſput. 1. q. 1. punct. 2. num. 3. Paulus Layman. Theolog. moral. tom. 1. lib. 3. tract. 2. c. 2. nu. 1. Card. Tuſc. tom. 1. littera A. concluſ. 31. n. 3. & to. 5. lit. M. concluſ. 23. n. 1. & tom. 7. lit. R. concluſ. 303. num. 1.*

Cùm præmiſiſſet Teſtator, toto ſe vitæ ſuæ tempore diuerſis inuolutum negotijs, ambagibuſq; atq; rerum, & bonorum inuolucris diſtentum; vnde ambiguus, ancepſq; ſatis ſuperquè redebatur, an in omnibus iuſta fuiſſet ſtatera; noſſetquè mendaces eſſe filios hominũ in ſtateris, vt decipiant ipſi de vanitate inidipſum. *pſalm. 61.* Nequè tempus aliud ſupereſſe ſibi conſpiceret, mox mox iam animam acturus, quo æternitati cõſuleret. Atq; quòad reſtitutionem eorum, quæ iniuſtè acceperat, teſti-

moniũ reddẽte ſibi cõſciẽtia ſua. *ſecũdũ Apoſt. ad Roman. 2. nu. 15. & c. 9. n. 1. & 2. ad Corinth. 1. n. 12.* & obmurmurãte, atq; oblatrãre ſynderesi, ſcrupulum de ijs ſibi fieret. Iurè, rectèq; nec iniuria ad reſtitutionẽ eorũ intulit. Quare incertus de perſonis, certus de rè reſtituenda legatũ rogauit. 50. mil. Pro Mõte; & pro pauperibus puellis nuptui tradẽdis, & pro ſacris offerendis, ad animas expiandas in Purgatorio detentas; vt ita reſtitutione facta, ſuorum peccatũ miſeretur omnipotẽs, ac Piẽtiſſimus Deus

2 Eſt nẽpè omninò neceſſaria reſtitutio, cũ quis per acceptionẽ iniquã proximũ læſit. *Exod. 22. Tobiæ 2. 21. Matth. 18.* Redde, quod debes. *ad Roman 13. n. 7.* reddite omnibus debita. Vnde cõtrà iuſtitiam fit, quod ſanè peccatũ eſt. *S. Thom. 2. 2. d q. 62. ar. 2. S. Antoniu. 2. par. ſum. tit. 2. cap. 1. in prin. Couar d. reg. peccatũ. in 2. par. relection. n. 2. Biusfel. loco cit. Bonac. d. pun. n. 3. & 5. Laym. d. c. 2. n. 2. Nouar. de incertis, et malè ablat. prælu. vn. n. 4.*

Nullo igitur pacto in dubiũ reuocare nos oportet: inde teſtatorẽ, Montẽ hũc 50. mil. rogaſſe, vt cõſciẽtiã, reſtitutione aliqua grauatã, exoneraret. Seq; omni deſpoſito põdere, liberũ atq; peccatis abſolutũ, Diuinis præſentaret

3 obtutibus iudicandum. Quòd ſciret, ſcriptũ de
,, eo eſſe *Habacub. 1. nu. 13. Mundi sunt oculi tui nè*
,, *videas malũ, & reſpicere ad iniquitatẽ non poteris.*
Quia nimirũ, cum ſibi omnis iniquitas diſpliceat; videre, ideſt probare, quæ mala ſunt non poteſt, atq; iniuſta. *vt Pater Ribera ibid. explicat.*

4 Et profectò ex præfatione Mens depræhenditur diſponẽtis, quæ ex præfatione, quãuis obſcura, illuſtratur. *l. fin. ff. de hæred. inſt. Maranta. conſ. 46. n. 6 Cæphal conſ. 664 nu. 12. lib. 5. Oſac. dec. 23. nu. 31. & dec. 59. nu. 5. & 100. nu. 9. Menoch. lib. 6. præſump. 2. n. 12. Rota par. 1. tom. 1. in recent. dec. 221. nu. 3. Gratian. forenſ. par. 5. c. 924. nu. 22. 23. & 24. Perez de Lara de anniuerſ. & Cappell. lib. 1. c. 10. n. 51. Barboſ. aſſiom. 192. num. 2. & 3.*

5 Sicuti verò ex conſequentibus præcedentia declarãtur. *l. ſi ſeruus plurium. 53. §. fin. ff. de legat. 1. facit tex. in l. fin. §. cui dulcia. ff de tritico. vino. & oleo legato. l. cũ quis à muliere. 10. §. cùm enim affectio. C. de naturalib. liber. Roman. conſ 5. viſo. puncto. num. 2. Marcus Mantua conſ. 261. num. 18. Crauett. conſ. 159. num. 4. Put. deciſ. 177. num. 2. in fin. lib. 1. Gigans conſ. 135. num. 9.*

6 Itã planè ex præcedentibus, & præmiſſis ſequentia, atquè conſecutiua pateſcunt. *d. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. in fin. l. Fulcinius. 7. §. quid ſit autem latitare. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur. Socin. conſ. 15. num. 17. volum. 1. Afflict. deciſ. 119.*
7 *num. 5.* Et ex ordine Principij, finem interpretamur. *ſecundum Bald. in l. quamuis. 15. num. 1. C. de fideicomm.* ſequitur *Crauett conſ 9 num. 32.*

8 Quia præcedentia influunt in ſequentibus. *ſecundum Bart. in l. quiſquis. 93 num. 1. ff. de legat. 3.* quem ſequitur *Socin. conſ. 83. num. 16. vol. 2.* Eaquè declarant. *ſecundum Surd. deciſ. 212. n. 16 & deciſ. 288. num. 3. Oſaſc. deciſ. 147. num. 16. & deciſ 167 num. 8.*

Quoniam autem præmiſit teſtator: Ex pluribus negotijs peregrinationis ſuæ tempore, in infelici hoc præſentis vitæ curriculo geſtis, nõ leue ſibi ad reſtitutionem malè acceptorũ, ſcrupulum ingenerari; vt verba illa in minori
,, ſyllogiſmi propoſiti oſtendunt: *E non ſtà ſicu-*
,, *ro d'alcune reſtitutioni, che forſi voleſſe fare.* Indequè ad mõtem intulerit ducatorum 50. mil. pro ſuffragijs Animarum in Purgatorio retententarum, atquè pro nuptijs pauperum puella-
,, rum. *Per queſto graua detta ſua hærede* (Interès.)

Quæ vtiquè reliquit, cùm Montem erigendũ mandeuit, ad exonerationem profectò ſuæ cõſcientiæ, reſtitutione aliqua grauatæ, conſecutione neceſſaria, reliquiſſe, infertur. Vt quid enim (quæſo tè) exordio vſus fuiſſet teſtator
,, prædicto. *E perche eſſo teſtatore è ſtato tanti an-*
,, *ni al mondo, & è paſſato per diuerſi intrichi, e non*
,, *ſtà ſicuro d'alcune reſtitutioni, che forſe voleſſe fare?* Niſi, vt ſe ſcrupulis angi, quòad reſtitutionem malè acceptorum, oſtenderet.

9 Talia nempè ſubiecta præſumuntur, qualia prædicata demonſtrant. *l. 3. vbi Bart. ff. de fundo, instructo. inſtrum. leg. d l. fin. §. cui dulcia. ff. de tritico, vino, & oleo legato. l. ſi vno anno. 17. ff. locati. l. ſi maritus. 12. quæ eſt 2. C. de Donat. inter vir. & vxor Andræas de Iſern. in cap. 1. num. 7. vbi Liparulus. qui ſucceſſores teneantur. Bellamera deciſ. 543. num. 6. Aym. conſ. 9. num 32. & conſ. 25. num. 30. & conſ 35. num. 16. Surd. conſ. 430. nu. 15. & conſ. 450. num. 15. lib. 3. et deciſ. 149. num. 18. Tuſcus tom. 7 littera S. concluſ. 716. num. 1. et ſeq. Barboſ. aſſiom. 212.*

,, Aſt prædicatum erigendi Montis, fuit: *Perche*
,, *è ſtato tanti anni al Mondo, et è paſſato per diuerſi*
,, *intrichi, et non ſtà ſicuro d'alcune reſtitutioni, che*
,, *forſe voleſſe fare.* Subiectum ergò demandati Montis erigendi, in executionem fuit reſtitutionum, quæ facere fortè certis quibuſdam perſonis intendebat, de quibus certus adhuc, atquè ſecurus non erat; quæ ſanè de erigendo monte prædicabat.

In exonerationem igitur conſcientiæ Teſtatoris facta montis erectio huius, certa vtiq; atquè ad hominem quaſi demonſtratio, & ex premiſſis conſecutiua illatio oſtendit. Vt verendum non ſit; legatum hoc 50. mil. pro malè ablatis reſtituendis, de quibus non leuis teſtatori ſcrupulus fiebat, & ingenerabatur, rogatum ab eo fuiſſe.

10 Ex præfationibus namq; finalis diſpoſitionis ratio decerpitur. *d. l. fin. vbi Bart. num. 3. de hæredib. inſtituend. Roman. conſ. 16. num. 4. & 6. Mandoſ. ad reg. 29. Cancellar. q. 2. num. 4. Cæphal. conſ 664. num. 12 lib. 5. Caſſador. deciſ. 10. num. 5. de præbend. Menoch. d. lib. 6. præſumpt. 2. num. 13. Oſaſc. deciſ. 52 num. 10. et deciſ. 59. num. 5. Gratian. deciſ 6 num. 29. Mantic de tacit. et ambig. d. lib. 3. tit. 12. nu. 30. Cardin. Tuſcus. tom. 6. littera P. concl. 892. Barboſ. d. aſſiom. 192. n. 1. Cæſar. Bartius deciſ. Bononienſ. 25. num. 23. et deciſ. 29. n 18. et deciſ. 94. num. 17. et deciſ. 96. num. 2. Ioan. Petrus Moneta de comm. vltim. volunt. cap. 4, q. 2. num. 22.*

Quòd aperto ſatis iudicio patefacit cauſalis

ipſa

,, ipsa legati Mõtis erigẽdi (Ideò:) *Per questo gra-*
,, *ua detta sua herede à depositare in bancho ducati* 50.*mil.per erigersene vn Monte*, vt ex causa scili-
,, cet præcedentium & præmissarũ. *Perche è stato*
,, *tanti anni al Mondo, & è passato per diuersi intri-*
,, *chi, e non stà sicuro d'alcuna restitutioni, che forsi*
,, *volesse fare:* Conclusionem intulerit ad Montẽ erigendũ. *ad tex. in l. demonstratio. 17. §. quòd aut. vbi Bar. n. 9. ff. de condit. & demonstrat. l. Mulieris. 13. §. res abesse. ff. de verb. sign. s. l. & ideo. 2. ff. de legat. præst. and. Tusc. tom. 2. litt. D. cõclus. 289. Rota in recent. par. 2. tom. 1. dec. 29 n. 1. & apud Gregor. XV. dec. 2. nu. 3. Barbos. de dictionib. dict. 144. nu. 2.*
12 Causa nempè. *vt Bar.* inquit *in d. l. demonstra tio. §. quòd autem. n 2.* est quid præsentiũ, vel instans, quo impellimur, vt aliquid disponamus. *ad tex. in l. 1. §. sexũ. vbi glos. verb. causam. ff. de postul. Mãtic. de tacitis, & ambiguis. d. tit. 12. num. 3.*

Inde ergò ad disponendum, atq; Montẽ hũc
,, 50.mil. rogandum, impulsus testator fuit: *Perche è stato tanti anni al Mondo, & è passato per diuersi intrichi, e non stà sicuro d'alcune restitutioni, che forsi volesse fare.* vt restitutione mandata, oneratam in hac re scrupulis conscientiam deponeret. Deumq; sibi conciliaret, suorũquè
13 peccatorum misereretur Pater misericordiarũ. & Deus totius consolationis. 2. *ad Corinth. 1. & S. Anton. d. par. 2. sum. tit. 2. cap. 1. §. 25. circa fio. vers. septem namq; restituuntur homini.*

His ita præmissis.

14 DIco Primo, legatum pro exoneratione cõscientiæ, atq; pro malè ablatis incertis; cùm quid, scilicet pauperibus in eam causam distribuendum relinquitur; & ad pias factum dici, atquè piarũ causarum fauoribus, sicuti cætera pia legata gaudere, ac frui. Quini-
15 mò multò magis, quàm illa, quę simpliciter ad pias causas relicta fuere. Cùm absoluta necessitas sit, vt hæc debita restituantur. Alioquin nõ relictis huiusmodi malè ablatis, æternũ incurrunt damnationis periculum, ea retinens; quòd in mortali decedat. *Bart. in l. 1. in repetitione num. 36. C. de Sacrosanct. Eccles. Speculat. lib. 2. partic. 2. de Instrumentorum. edit. §. de vltimarum voluntat. execut. incipit. nunc verò aliqua. num. 62. vers. sciat quod inter. in finalibus verbis. vbi Alex. addens. Iason. cons. 110 Ego in præsenti. num. 7. vol. 1. Ruinus cons. cons. 21. num. 9. volum. 2. Tiraquell. de pia causa. in præfat. fol. 19. vers. item relictum pro incertis, & malè ablatis. Loffred. cons. 45. num. 39. Iacob. Cancer. variar. resolut. lib. 3. cap. 20. num. 103. Syluest. legatum. 4. q. 2. Tabien. eod. 2. num. 2. Armill. eod. §. 45. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 115. num. 28. Gratian. forens. par. 2. cap 329. num. 13. Marta de successiõn. legali. tom. 2. par. 4. q. 18. art. 4. num. 39. & seq. Gabriel Vasquez. in opus. tit. de testam. cap. 8. §. 5. dub. 1. num 97. vers. quinto quod relinquitur Paul. Comitul. respons. moral. lib. 7. de testam. q. 4. num. 3. Pater Ioan. Valerus de differentijs inter vtrumq; forum. verbo. legatum. differẽt. 3. in fin. Moneta. de com. vlt. volunt. d. c. 4. quæst. 2. num. 52. Molfes. in sum. Theolog. moral. tract. 13. c. 5. tit. de legat. num. 172. Bonacin. tom. 2. de contract. disput. 3. q. 17. punct. 8. §. 2. in 1. propos. vers. idem censeo. Intrigliol. sing. 98. num. 154. lib. 3. Ioan. Baptista Thoro. in sum. priuil. piar caus. priu. 112. col. fin. et priuil. 250. nouissimè etiam Ioan. Maria Nouar. in tract. de incertis. & malè ablat. priuil. 1. n. 11. et 12. Baldassar. Thomas. tract. 10. tit. 1. c. 11. num. 158 159. & 100.*
16 Tantæquè esse potentiæ legatum hoc, pro malè ablatis, & exoneratione conscientiæ factum, vt vim sortiatur confessati debiti, parte etiam absente; ac si illa præsẽte factum fuisset;
17 Indeq; irreuocabile perseuerare; cùm præsẽs sit Deus omnipotẽs, qui nusquã abesse potest.
18 Nec .n. ipse longè est ab vno quoq; nostrũ, in quo viuimus, mouemur, & sumus, *vt Apostol.*
19 *Doctor gẽtiũ Paulus loqtur actor. 17. n. 28.* Quiuè omnia implet. Cœlũ, & terrã, ego impleo dicit
20 *Dñs. Hieremiæ. 23.* Quiq; vbiq; est; per essẽtiã, psentiã, & potentiã. *S. Th. 1. p. q. 8. per tot. optimè Dionys. Carthus. in eũdẽ locũ Pauli in actis Apost. Angel. in l. cũ quis decedens. 35. §. codicillis. in suis reportat. ibid. ff. de legat. 3. Bal. in l. illud. 17. nu. 2. C. de Sacros. Eccles. meus Marãsa in speculo. 6. par. in 5 actu tit. de cõfess. n. 16. in 4. lim. Gabriel lib. 4. de cõfessis. cõcl. 1. in 18 lim. num. 68. Cyn. latè in l. generaliter. 13. C. de non numerat. pecun. Afflict. decis. 154. num 5. Franc. Marc. decis. 46. par. 1. Cotta in memoralib. verb. apices iuris. circa med. f. mihi 28. & verbo. Absenti potest acquiri. fol. 5. & verbo. Confessio potest reuocari. in fin. vers. imò plus in vltimis voluntatib. fol. mihi. 130. Arnon. comment. 74. fol. mihi. 260. in impressione Veneta anni. 1571. Tiraquell priuileg. 117. Carosius. decis. 7. in 8. priu. & decis 9 num 4. Decianus. tract. crimin tom. 1. lib. 2. cap. 17. num. 3. Viuius decis 412. num. 24. lib. 3. Mascard. de probat. tom. 1. concl. 359 num. 13. & num. 25. & 26. & num. 36. & tom. 2. concl. 1177. num. 68. Cagnol. in l Papinianus. §. quarta. num. 11. ff. de moff. test. tom. 1. fol. mihi. 230 Anton. Faber. in suo C. lib. 4. tit. 24 de vsur. et mor. diffinit. 36. præsertim. n. 10.* vbi in pulchro facto decisũ à Senatu refert; reuocare haud potuisse defunctã, vsurarũ restitutionẽ, pro exoneratione cõsciẽtiæ factã *Genuẽs. in practicab. Ecclesiast. q. 169. Io: Steph. Durãti. q. 26. Senat. Tholos. Sebast. Medices opusc. 4. anima cũctis rebus. etc. n. 15. notab. 10. in fin. fol mihi. 246. in minori impress. Thor. d. priui. 250. Mãcin. de iuram. p. 4. effect. 211. n. 3. et 4. et tract. de cõfess. c. 8. n. 32. 33. et seq. Nouar. priuil 47. n. 5. & seq.*
21 Itã vt legitimã filijs debitã diminuãt. *Cagnol. d. §. quarta. n. 11. Tusc. to. 5. lit. L. cõcl. 144. et lit. M. concl. 23. n. 6. Medices opusc 4 nu. 67. Caroc. d. dec. 7. nu. 4. & 5. Peregrin. decis. Patauin. 85. num. 7. Tuscus. tom. 5 lit. L. concl. 144. nu. 3. Thor. d. priuil. 112. col. fin. Cotta in memorial. verbo. Anima. Tiraquell. in l. si vnquam. verbo. Donatione largitus. nu. 88. C. de reuocand. donat. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. q. 10. num. 14. Baldassar. Thomas. tract. 4. tit. 13. num. 15. & d. tit. 1. cap. 11. num. 160 tract. 10. Nouar. eodem. tractat. de incertis, & malè ablat. priuileg. 5. num. 5. & sequent. & priuileg 6. num. 8. & 9.*

Nequè per superuenientiam liberorum reuo-
centur, ad limitationem. auth. ex causa. C. de li-
23 ber. præterit. Quòd sint legata necessariò facta,
non sanè voluntaria Guilelm. de Benedict. in cap.
Raynutius. in 2. par. verbo si absquè liberis. 1. num.
27. versic. præterea facit. & num 28. & 29. Ma-
scard. tom. 3. conclus. 1286. num. 155. Caroc. dict.
decis. 7. priuil. 2. & priuil. 3. Ioseph Ludouic. cõclus.
24 17. illat. 71. Nouar. d. priuil. 2. n. 1. Neq; etiã re-
uocato testamẽto cassa huiusmodi reddantur
legata; vt possit proinde Episcopus, multòquè
magis Tribunal Fabricæ, cogere hæredes ad
huiusmodi soluenda relicta, & confessata debi-
ta Ecclesiastica. vt optimè dicit Arnonus. d. cõ-
ment. 74. in fin. vers. ex prædictis ego. fol. 269. Ca-
roc. d. priuil. 8. decis. 7. num. 12. Francisc. Marcus
decis. Senatus Delphinal. 460. nu. 2. par. 1. Genuens.
in practicabilib. Eccles. quæst. 484. Intrigl. d. sing.
98. num 66. Tiraquell. priuileg. 68. in fin. Medic. d.
opus. 4. num. 66. nouissimè Nouar. priuil. 56. num. 9.
& seq. Thomas. d. cap. 11. tract. 50. tit. 1. num. 159.
25 Nequè probationẽ aliam desiderẽt, qua ad-
struatur verè testatorẽ restitutioni huiusmodi
obnoxiũ fuisse. Quòd satis durũ videatur, & in
humanũ; ea, quæ in cõsciẽtia hominũ sunt ab-
26 dita, quæuè nemo alius scire potest, nisi solus
Deus, qui scrutatur renes, & corda. Apocalips.
2. n. 23. & in occulto fiũt; testiũ probationibus
subijcere velle; quòd aduertit, nec ab rè Caroc.
d. decis. 7 num. 13. & d. decis. 90. nu. 4. & seq. quic-
quid aliàs post Merlin. & alios per eum relatos. d.
q. 10. n. 15. sequitur Thomas. d. tit. 13. n. 17. Ni for-
tassis fraus detegeretur cõfitẽtis. & seqtur hãc
eãdẽ sñtẽtiã nouissimè lõgẽ satis post hæc no-
stra scripta ꝑlo ꝑs Noua. priu. 24. n. 1. et 3. et seq.
27 Alioquin impiũ satis superq; esset, vt neq; in
animũ sedere cuiusquam possit, ꝙ ita suæ quis
immemor salutis esse velit, vt in extremis agẽs
supremũq; trahens spiritũ, in diminutionẽ sui
patrimonij, animæq; suæ æternũ interitũ, men-
tiri velle, præsumatur. Cùm satiùs illi esset, si
nihil omninò redderet, vt perpẽdit Surd. de alim.
tit. 8. priuil. 30. n. 7. Doctor Marta. de iurisdict. par.
4. casu 88. nu. 18. cum seq. Mascard. d. conclus. 359.
num. 28. & 29.
28 Neq; ius sit vllũ hæredibus ad oppugnandã
disponẽtis volũtatẽ, qui viuẽs adhuc, & sciẽs,
ac prudens, quod sibi in cõscientia scrupulum
ingenerabat, ne damnationi obnoxius fieret
æternæ, aperire maluit, quàm reticere. Vnde
malè acceptorũ restitutionẽ imperauit, de re-
bus suis pro suo libito voluntatis disponendo.
29 vbi lex voluntas æstimatur, & pro lege eã re-
uereri tenentur hæredes. §. disponat. in auth. de
nupt. collat. 9. cau. vltima voluntas. vbi glos. 13. q. 2.
facit glos in l. 1. verbo. errore. vers. & alia ratione.
C. de fals. causa adiecta legato, quã comendat, &
sequitur Caroc. d. decis. 90. num. 7. Rota apud Cæ-
sarem de Graß. dec. 2. de sepultur. nu. 2. & aduertit
Petr. Pecchius. de testament. coniugum. lib. 1. cap. 23.
n. 4 & faciunt notata per Genuẽs. in practicabilib.
Eccles q. 168. Tusc. tom. 2. litt. C. confessio in testa-
mento. concl. 639. n. 22. & n. 30. 37. 38. & 39. Ma-
scard. tom. 1. d. conclus. 359. n. 13. et n. 24. Mancin. de
confess. c. 4. n. 26. & seq. & d. c. 8. num. 39.
30 Confirmato potissimũ testamento morte se-
cuta testatoris. iuxtà tex. Apost. ad Hebræos. 9.
n. 16. & in c. cũ Marthæ. 6. de celebrat. Missar. l. 1.
de testam. & adnotat Frederic. de Senis. q. 150. ex
tastamento. S. Thom. 2. 2. q. 185. art. 8. ad 3. in fin.
Rota par. 1. diuers. decis. 47. num. 6. in fin.
31 Cõfessio verò in suprema facta volũtate, ho-
minis de rebus suis disponẽtis, quãdo nullum
aliud superesse tẽpus potest; in his, præsertim
quæ à potestate pẽdent profitẽtis (in sua nãq;
adhuc potestate est, vel cõfiteri, vel nõ cõfiteri
se debitorẽ) plenè probat. Quò fit, vt, q a con-
fessus est, iurè id fecisse censendus sit. secundùm
Bar. d. l. cùm quis decedens. 35. §. codicillis. nu. 6. de
legat. 3. Maranta. d. actu. 5. de cõfeß. limit. 5. nu. 17.
Boer. cons. 25. n. 6. Gabriel. d. cõclus. 1. de cõfeß. in 6.
limit. n. 52. & limit. 20. n. 70. Mascard. tom. 1. cõcl.
359. n. 2. sequitur Surd. tit. 8. d. priuil. 30. nu. 11. de
aliment. Caroc. d. dec. 90. n. 10. Manciu. de iuram.
d. par. 4. effect. 211. & de confeß. d. c. 8. per tot.
32 Vt aduersa sẽtentia Doctorũ, tũc sanè admit-
tatur, cùm in materia fuerimus statuti ꝓhibẽ-
tis disponere, & præsũptio vrgeat, testatorem,
vt statuto fraudẽ faceret, dispositionis seriem
(exonerationis cõsciẽtiæ sub imagine, & inuo
lucro) tegere voluisse, vt idẽ aduertit Pecch. eod.
tract. lib. 4. c. 17. n. 2. Thomas. d. tit. 13. n. 16. Tuscus.
tom. 5. littera L. d. conclus. 144. nu. 3. & 4. & lit. M.
conclus. 23. num. 8. & 9.
33 Vel etiã, cùm morte non subsecuta, priorem
volũtatẽ secũdis cõfectis tabulis, cãcellauerit
testator. secundũ Mariũ Mutã; & relatos per eum.
decis. 58. n. 4. Genuens. in practic. ecclesiast. q. 484.
n. 2. latè Mancin. d. c. 8. de confeß.
34 Et si mutari minimè posse tueatur. Arnonus. d.
commen. 74. in fin. de æquitate præsertim cano-
nica, quæ sequenda in hoc est. ad tex. in c. nouit.
13. vbi Innoc. de iudic. Maranta. d. tit. de conf. in 7.
limit. n. 19. Afflict. d. dec. 164 n. 5. Gabriel. d. concl.
1. de conf. n. 46. & 47. in 4. limit. Mancin. d. c. 8. nu.
33. & nos paulo antè num. 24.
35 Quòd difficultate omni semota, etiã aduersæ
partis Asseclæ concedũt, si sacramenti religio-
ne firmata cõfessio fuerit, vel partis in pręsẽtia
prolata. tex. in d. l. cùm quis decedẽs. 35. §. in codi-
cillis. Cotta d. verbo. apices iuris. vers. & hæc indu-
bitanter procedunt. fol. 29. Surd. d. priuil. 30. nu. 11.
Muta. d. decis. 58. n. 3. & 4. Ioannes Stephan. Du-
ranti. q. 26. Senatus Tholosani. Auendanus. de exe-
quend. mandant. regis. par. 2. c. 29. n. 12. Caroc. d. de-
cis. 90. nu. 12. Gabriel. d. conclus. 1. in 3. limit. num.
41. Mascard. d. conclus 359. num. 8. & seq. Mancin.
de iurament. d. par. 4. effect. 211. num. 2. & seq. &
d. cap. 8. de confeß. num. 37.
36 Nimirùm, quòd sit hoc legatũ, debitũ, & æs
alienũ in bonis testatoris; vt nullam propterea
diminutionem admittat; quamuis Patrimonij
vires pro alijs relictis legatis minimè suppete-
rẽt. Frederic. de Senis cons. 250. n. 2. Petr. de Vbald.
de canon. Episcop. cap. 7. §. nunc descendamus. n. 12.
& 13. vol. 15. tract. fol. 262. col. 4. sequitur Surd.
d. tit.

d.tit.8.de alimen.priuil.30.n.2.& seq. & n.4.et 5.
Guglielm.de Bened ... *d.c.Rayuntius.verb. si absq; liberis. 1.nu.29.Marius Anton.variar lib.1.resolut.*
vlti.casu 58.vers.sed quidquid sit de iurè communi.
Tusc. d.litt.L.concl.144.n.4.& lit.M.cōcl.23.n.3.
& num.6.& seq.Nouar.priuil.2.num.1.& seq.

37 Vnde, neq; etiã posthumi præteritione,& si
ignorãter facta,corruere poterũt legata huius-
modi pro exoneratione cõsciẽtiæ rogata;quia
ex causa omninò necessaria fiũt, vt post alios
sequitur *Gaill.practicar.obseru.lib.2.obseru.* 113.
n.5.Caroc.d dec.7.n.3.priuil.2.Tiraq.priuil.68. &
69 Medices.d.opisc.4.n.66. & 67.Mascard concl.
1178 *num.6.Menoch.lib.4.præs.32.n.23. & 24.*

38 Dico secundo incertorũ restitutionem, post
diligentẽ,nec leuẽ,ac perfunctoriã indaginem,
vtrùm nè verus restituendæ rei Dominus inue-
niatur;si nusquã ille appareat;Iesù Christo Do-
39 mino Deo nostro,qui hæres vniuersalis incer-
torum omniũ est,secundũ quod *Paul. Apost.ad*
„ *Hebræos 1.2.*inquit:*Quẽ cõstituit hæredẽ vniuerso*
„ *rũ,vbi optimè Corn.à Lapide. vers.2. & notatur in*
*can. quo iurè. dist.8.*faciendã esse, dispertiendo
ea, vel pauperibus , vel in pios vsus alios,pro
anima eius,cui restitutio debebatur. *est tex. in*
c.sicut dignũ.6.§.eos.vbi glos.de homicid.c.cùm tu.
5.de vsur.cap.cùm sit.16. de Iudeis.Abb.Butr. &
cæteri in d.capitulis.S.Tho 2.2.q 62.ar.5.ad 3.&
in 4.dist.15.q.1.ar.5.ad 4.q.Syluest.verbo.restitu-
tio.8.q.2.Tabien.eod.q.18.n.19.Angel.eod.2.n.11.
Armilla eod. §.20. Nauar.man.cap.17.num.29.
vers.quarto quando est.& nu.92. & in c.nouit.de
iudic.notab.3.nu.8.Geminian.cons.20. Frater Ber-
nardinus de Bustlo. in rosario sermonum. lib.1.ser-
mon. 29.in 4. par.serm. §.secundo quæritur in 3.q.
Couar.regul.peccatum.par.3.§.1.nu.2. Petrus Na-
uar.lib.4.de restit.cap.2.num.40. & 74. Tolet.lib.
5.cap.23.num.4 Rodriq.sum.par.2.cap.40. num.8.
conclus.8.Sot. de iust lib.4.q.7.art.1.ad 3. Gregor.
Sayr. claui regia. lib.10.tract.5.cap.2.num.1. &
seq. Azor. Instit.moral.par.3.lib.4. cap.26.quæst.
1.Lessius. de iustit.lib.2.cap.14.dub.6. num.31.32.
& 33.Pater Vasquez in opisc.de restit. cap.5. §.4.
dub.1 num.6. Petr. Binsfeld.d.cap.cùm tu. de vsur.
q.6. conclus.3. & in enchyrid. Theol pastor.par.3.
cap.18.§.1. Anton. Fernandez in examin.Theolog.
moral. par.1.cap.12.§.4. num. 1. Bonacin.tom.2.
tract.de restit.disput.1.q.2.punct.2.proposit.2. nu.
13.& plenius.q.3.punct.4. num. 3. & seq.Layman
d.tract.2.cap.9.num.2.& seq.

40 Haud verò oportet, vt restituere debens,
Episcopum requirat , quoad erogationem ip-
sam pauperibus, vel pijs alijs locis faciendam;
sed poterit illam per se ipsum facere,modo id
optimè,atquè pauperibus , non sanè consan-
guineis fiat, vel amicis , qui pauperes non vti-
què fuerint. *vt post Archid. in cap. 2. verbo.li-*
berè. de testament. in 6. & Gemin. ibidem. §.sanè.
num. 8. & Boich. d.cap. cùm sit. de Iudæis. nu.8.
cum communi contra Hostiens. & Abb. Calderin.
cons.5. an valeat statutum. de constitut. & consil.
13. Testator reliquit. de testament. nisi tamen
quatuor concurrentibus, secundum *Syluest.*
restitutio.8.q.5.Tabien d. quæst.18. Petr.de Vbald.
d cap.7.§.2.incidenter.num 16.17.& 18. Nauar.
d cap.17.num.92.& cons. 18. circa bullas. num.7.
de pænit.& remiss. lib.5.de Bustlo d.serm.29.in 3.
quæst.per tot. Petr. Nauarr. d cap.2.num.81. &
Rodriquez d.cap.40 part.2 num.8. Sayr. d. cap.2.
dub.4.num 17. Azor. d.cap.26. quæst.2. versic. si
roges an aliquando. Tolet.d cap 23 num.4. Molin.
de iustit. tom.3. tract.2.disput.747. num.3. versic.
quòd verò attinet. vbi de communi testatur Anton.
Fernand.dict. cap.12.§.4. num 2. Genuens.in man.
pastor.cap.71.num.3 Reginald. in praxi fori pænit.
lib.10. cap.14.sect.1.num. 199. & 200. Binsfeld.
d.conclus.3.in fin.et conclus.4. Bonacin. d. punct.4.
num.4.

41 Quòd nullus sit textus , nullaquè vrgens
ratio, quæ malè ablatorum restitutionem, vbi
Dominus non apparuerit, per Episcopum, vel
eo perquisito,fieri debere,conuincat. Et si sa-
nè vbi illa magni momenti fuerit, operæ pre-
rium,nec ab re facturum, restituere debẽtem,
si Episcopum,vel peritum alium confessarium
consuluerit.

Nequè id de necessitate requiri salutis:Cùm
sufficiat prudenter restitutionem fieri.*Syluest.*
restitutio.8.q.5.Sotus d.q.7.art.1.ad 3. vers ex quo
sequitur Lælius Zecchius. de casib. Episcopo reser.
casu.7.num.1.et seq..Lessius d.cap.14.dub.6.in fin.
num.47.Molin.d.disput.797.num.3.Binsfeld.d.con-
clus 4.et 5.Gordon.Theolog.moral.tom.1.lib.5.q.5.
cap.9.num.23.

42 At non ita erit, rogato per testatorem
elogio, quo pro conscientiæ exoneratione ,
atquè incertorum restitutione , pauperibus,
vel in pios vsus alios dispertienda quædam
mandauerit. Nam procedet hoc casu Episco-
pus;& iuris communis dispositione,tùm ciui-
lis,tùm sacrorum canonum.*l.hæreditas.53.§.si*
defuncto.in fin. ff. de petit. hæredit.§.si quis autem
pro redemptione.c.8.et §.si quis ædificationem.c.7.
in auth de Ecclesiast.titul.coll.9.tex. in l.ossa.8. de
religios.et sumpt.funer tex.in cap.nos quidem.3.c.si
hæredes.6.c.tua nobis.17 vbi glos.1.et cap.Ioannes.
*19.extra de testament. clem.1. de testam.*Et iurè
nouissimo Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi.
sess.22.cap.9. de reformatione. Etiam tanquam
43 Sedis Apostolicæ delegatus , vti piarum di-
spositionum omnium executor. *Cappella Tholo.*
q. 135. et Rota par.1. diuers. dec.736.n.5.et apud
Illust.Seraph.dec.611.n.7.Genuens.in manuali pa-
stor.d.c.71.n 6.Barbos de offic.Episcopi.par.3.alle-
gat.82.num.2. Bonacina.infrà citandus. idem Bar-
bos.tract.de iurè Ecclesiast. lib.3. cap.27. num.32.
et 33.

44 Quòd planè rationi admodũ cõsẽtaneũ æsti-
matur,vt q a pauperũ Patres sũt Episcopi,atq;
orphanorũ defensores, & procuratores , eorũ
vtiq; indigẽtiæ(vt puta filiorũ)subleuationẽ p
raliũ rerũ distributionẽ. curent;quisq; tamẽ in
suo pprio loco,& Diocesi.*can.Episc.1.82. dist.*
can.lices.can.defensionis ac can.licet 1. & can.di-
uinæ. 87.distinct.can. Episcopus.88.dist.Bald. in l.
precibus. num.46. C.de Impuber. & alijs substitut.

facit tex. in l. Iudicis. 10. in fin. ibi : Nec deerit
Antistitum Christianæ religiosis cura laudabilis.
C. de Episcop. audient. Ioan. Bertacchin. de Episcop.
par. 4. lib. 4 quæst. 15. num. 50. & quæst. 43. num. 83.
vol. 2 tract. fol 174. Syluest. ver. restitutio. 8. quæst.
5. in princip. Couarr. cap. 3. de testament. num 8. in
fin. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 13. num. 7. Menoch. de
adipiscend. possess. remed 4. num. 258 260. & seq.
Genuens. in man. pastor. cap. 52. per tot. Barbos. de
iure Ecclesiastic. lib. 1. cap. 11. §. 1. num. 86. Ioan.
Baptista Thoro. priuil. 104.
45 Et sicuti interest obligati, restitutionem fie-
ri malè per eum acceptorum, cùm retineri illa
absq; æterni interitus periculo minimè pos-
sint; quòd nõ dimittatur peccatũ, nisi restitua-
tur ablatum. *vt supra num. 2.* diximus.
46 Ità quoq; è re erit Episcoporũ, vt pauperi-
ribus consulatur, quibus restitutio fieri debet
incertorum. *Abb. d. cap. cùm sit. 16. nu. 5. de Iudeis.*
Fusc. d cap. 13. num. 7. Genuens. in praxi. cap. 85. de
causis delegat. num. 25. in annotationib. & in man.
pastor. d. cap. 52. cum seq pluib. & d. cap. 71.
47 Præterea, distributores cùm sint Episcopi
bonorum spiritualiũ, ac temporaliũ Ecclesiæ,
& quasi Oeconomi domus Dei, & Christi,
quæ est Ecclesia. Sic nos existimet homo
„ (*Apostol.* inquit *1. ad Corinth. 4.*) vt Ministros
Christi, & dispensatores ministeriorum Dei.
vbi ex Greco, dispensator, Oecocomus est, qui
domus curam habet, & in ea omnia regit, di-
stribuit, ordinat, quin & donat. *vt Cornel. à La-*
pide. ibid. aduertit. Atquè naturam quandam
spiritualium bonorum sortiantur relicta huius-
modi pro malè ablatis, & exoneratione con-
scientiæ; quod in vsus sint deputata pauperũ,
atq; de Patrimonio facta Christi. Ad illos vti-
què, vti pauperum Patres, & Defensores, eo-
rum distributio pertinebit. *Syluestr. d. verbo. re-*
stitutio. 8. quæst. 5. in fin. optimè *Sayr. d. cap. 2.*
tract. 5. dub. 4. num. 15. in fin. Afflict. in constitut.
instrument. robur. tom. 1. de fide instrum. nu. 23. &
24. Bonacin. d. disput. 3. q. 18. punct. 2. num. 1. de
contract.
50 Postremò, quòd si in omnibus pijs disposi-
tionibus est per locorum Episcopos procedẽ-
dum, vt secundum defuncti volũtatem vniuer-
sa procedant. *vt ait tex. d. cap. tua nobis. 17. de*
testament. d. §. si quis autem pro redemptione. in
auth. de Ecclesiast. sit. Tiraquell. priuileg. 149. &
150 vbi etiam nouissimi addentes *Riccius. &*
51 *Thorus. Inrigliol. sing. 98. num. 122. & seq.* Estò id
in supremis suis tabulis vetuisset Testator. *d. c.*
tua nobis. & d §. si quis aut. text. apertus in auth.
de Ecclesiast. tit. cap 8. §. si quis autem pro redempt.
„ *ibi: licet præcipuè à Testatoribus, aut donatoribus*
„ *interdictum sit eis, habere in hoc aliquod participiũ.*
Couarr. d. cap. tua nobis. num. 6. cum seq. Francis. de
Ponte cons. 37. n. 6 & 7. lib. 2. Marta. de successione.
legali tom. 2. part. 4 quæst. 15. art. 2. nu. 4. & dixi-
mus nos pluib. respons. nostra. 20. d num. 15. Bonac.
de contract. d. disput. 3. q. 17. punct. 8. §. 10. num. 1.
vers hinc sequitur. Barbos. de iure Eccles. lib. 3. d. c.
27. num. 42. Thorus. plenè cùm relatis ab eo. priuil.
239. & priuileg. 102. col. 2. in fin.
52 Ac piorum legatorum omnium, & ad pias
causas cognitio sit Iudici Ecclesiastico demã-
data. *d. l. hæreditas. 35. §. si defuncto. in fin. d. §. si*
quis autem pro redemptione. & §. si quis ædifica-
tionem. cap. ad nostram. 2. alids. 20. de iure iurand.
cap. cùm in Diœcesi. 15. de vsur. text. Sacri Trid.
Concil. sess. 22. cap 8. de reformat. vbi; vt etiam
tanquam Sedis Apostolicæ delegati in hoc
procedant, demandatur eisdem. *Gemin. d. cons.*
20. num. 1. & seq. Guidu Papa. decis 576. num. 3.
Couarr. cap. relatum. in 1. num. 13. de testament.
Pecch. de testament. coniugum. lib. 1. cap. 22. num. 2.
Cœnedus quæstion. canonic. quæst. 14. num. 1. & 2.
Marta. de iurisdit part. 2. cap. 10 num. 12. & seq. &
par. 4. cap. 88. num. 13. & 14. & de success. legali.
d. q. 15. art. 2. num. 1. & seq. Cappella Tholos. decis.
51. & decis. 78. & decis. 112. vbi extendit, etiam
53 ad non pia legata. Quòd piorum sit defunctorũ
voluntates executioni debitæ demandari; ex
officio tamen, non ad partis instantiam. *vt notat*
ibidem Aufrer. & plenè Francis. de Põte d. cons. 37.
num. 7. 8. & 9. et seq. vbi ... meus Maranta. in
speculo. 4. par. in 11. distinct. iudic. nu 6. Bald. nouell.
de dot. par. 5. nu. 14. volum 5 tract. fol. 157. Cœned.
vbi supra d. num. 2. et nu. 8. Bonacin. d. §. 10. per tot.
et d. q 18. punct. 2. Barbos. de iure Eccles. d. cap. 27.
num. 22. et seq. et num. 24. Baldaxar. Thomas. tract.
10. tit. 2. cap. 64. num. 221. et diximus nos. d. respons.
nostra 20. à num. 19 cum seq. et num. 22.
54 Multò magis vtiq; id Episcopis licebit, atq;
ad eos spectabit in ijs, quæ pro malè ablatis, &
conscientiæ exoneratione relicta sunt. Quòd
hæc æs alienum siue in bonis defuncti (vt su-
pra diximus) Pauperibusq; debita, vt puta de
Christi Domini Patrimonio effecta. *can. aurum.*
67. 12. q. 2 d. can. Episcopus. 82. dist. & d. can. licet
55 *87. distinct.* Quòdq; pauperes habent quandam
coniunctionem, cùm Episcopis, & ad eorum
pertinent protectionem. *vt loquitur Petr. de*
Vbald. de. can. Episcop. cap. 5. §. præterea Imperato-
res. num. 11. vol. 15 tract fol. mihi. 261. et cap. 7. §.
item quæ. num. 34. fol 264. Thomas. d. cap. 64. num.
122. Genuens in man. pastor. cap. 18. præsertim
num. 3.
56 Eorum igitur erit, curare, vt hæc ipsa pau-
peribus, quibus debentur, fideliter, verèquè
dispertiãtur *Frederic. de Senis. cons. 33. quem se-*
quitur Surd de aliment. tit. 1. q. 93. num. 21. et 22.
Couarr. cap. 3. num. 8. de testament. Bonac. vbi supra.
d. §. 10. et d. disput. 1. q. 3 punct. 4 num. 4. et nu 22.
57 Si enim Animæ hominum prætiosiores, illis
„ concreditæ sunt; multò magis oportet eos,
„ curam de pecunijs agere; ita vt (eorum pote-
„ state) indigentibus omnia dispensentur, & cũ
„ timore, & omni solicitudine ministrentur, vt
ex canonibus Apostolorum habetur *can. præ-*
cipimus. 12. q. 1. apud Gratian. in decreto.
58 Dico tertio restitutionem fieri malè acce-
ptorum de necessitate esse salutis æternæ. Quia
conseruare iustitiam est de necessitate salutis.
Sed secundùm æqualitatem iustitiæ commu-
tatiuæ est, quòd reddatur cuiquè, quòd suum
est.

est,& per iteratam exhibitionem eius rei, quæ
ablata est, æqualitas reparetur, per iniusti-
tiam deturbata. Restituere ergò id, quòd abla-
tum est, de necessitate erit salutis æternæ. *S. Th.*
d. q. 62. art. 2. S. Antonin. 2. par. tit. 2. cap. 6. in princ.
Frater Bernardinus de Busto d. serm. 29. in 4. par.
ser. §. circa quam distinctionem Ioan. de la Cruz in
derector. conscient. par. 1. in 7. præcept. q. 7. art. 2.
59 *num. 1. conclus. 1.* Quod tamen exaudiendum
est, non quidem de necessitate medij, sed de
necessitate præcepti; vt in voto quidem sem-
per necessaria sit restitutio; in re verò non nisi,
„ quatenus fieri possit. *secundum S. Augustin. in d.*
epist. 54. ad Maced. d. can. 1. 14. q. 6. si rei aliena
„ (inquiente) *propter quā peccatum est, reddi possit,*
„ *et non redditur, pænitētia non agitur, sed simulatur;*
„ *si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum,*
„ *nisi restituatur ablatum; si (vt dixi) restitui possit.*
„ hæc Augustin. *et tex. d. cap. sicut d. gnum. 6. §. eos*
„ *qui ibi: si habent in facultatibus de homicid. sequi-*
tur S. Thom. d. ar. 2. ad primum, et ar. 8. ad secundum
plenè Pater Turrianus. tom. ? de instit. disput. 9.
dub. 2. num. 11. 12. et 13. Binsfeld. d. cap. 15. par. 3.
in enchirid. Theologiæ pastoral. d. par. 3. cap. 15. §. 1.
Bonacin. de restitut. disput. 1. q. 1. punct. 2. num. 3.
Layman. d. tract. 2. cap. 2 per tot. Nouar. d. prælud.
de incert. et malè ablat. num. 4. Pater Iacob. Gordon.
Theol. moral. tom. 1. d. lib. 5. de restit. q. 1. cap. 1 nu. 3.
et 4.

60 Verùm restitutio hæc fieri debet ei, à quo
acceptum est, si inueniri vtiquè possit; quia
adæquatio iustitiæ, per inæqualitatem acce-
ptorū violata, ei fieri debet, qui minus habet,
quàm quod suum est. *cap. ea te. 22. in princ. de iu-*
re iurand. d. cap. sicut dignum. 6. §. cos insuper. de
homicid. S. Thom. d. q. 62. ar. 5. S. Anton. d. reg. pecca-
tum. circa med. vers. est autem restituendum. par. 1.
et par. 2. d. tit. 2. cap. 1. §. 25. in 6. deceptione. Petr.
de Vbald. d. cap. 7. num. 13. Anton. Fernand. d. c. 12.
§. 4. num. 1. Binsfeld. Theolog. pastor. d. par. 3. §. 18.
§. 1. Bonacin. d. disput. 1. q. 4. punct. 1. num. 1. et seq.
Layman. d. tract. 2. de restitut. cap. 1. Gordon. d. lib. 5.
q. 5. cap. 1. num. 1. et 2.

61 Quòd si post diligentem indaginem ad in-
ueniendum Dominum rei malè acceptæ, nō is
appareat, neq; hæredes eius; erit tunc faciēda
restitutio omni meliori modo, in beneficium
animæ eius, cuius restituenda res est, per elee-
mosynas pauperibus elargiendas; vt illi orent
pro eo; vel in alia pia opera; vt si corporaliter
Domino prodesse non possunt, prosint saltem
spiritualiter. *S. Thom. vbi Caiet. d. ar. 5. ad tertium.*
S. Anton. d. reg. peccatum. Sayr. d. lib. 10. tit. 5. cap. 2.
num. 1. et 2. de Busto vbi supra in 3. q. Bisfeld. Fer-
nandez. Bonacina. locis paulò ante citatis Gordon.
d. lib. 5. q. 5. cap. 9. num. 22. et seq.

62 Non est tamen, neq; naturali, nequè diuino
iurè sancitum, vt pauperibus restitutio huius-
modi fiat. Nequè pauperibus ipsis ius aliquod
acquisitum videtur ad huiusmodi restitutionē
petendā; sed humano, ac positiuo tantum iurè
inductū, vt pauperibus illa fiat; quoniam vide-
tur hæc via salubris, atq; animæ proficua eius,
cui facienda esset restitutio, si sciretur, vt com-
munis est omnium sententia. *Sot. d. de iustit. lib. 4. q.*
7. ar. 1. ad 3. Couarr. reg. peccatum par. 2. relect. in
princ. num. 6 et 7. et par. 3. §. 1. num. 3. cum seq. Sayr.
d. lib. 10 tit. 5. cap. 2. dub. 3. num. 10. 11. et 12. Ioan.
Azor. d. par. 3. lib. 4. c. 26. q. 1. vers. verùm difficul-
tas. et q. 3. Tolet. lib. 5. cap. 23. nu. 4. vers. deficientib.
autem. Less. de iustit. lib. 2. c. 14. dub. 6. num. 37. 38.
et 39. Vasquez in opusc. de restit. d. dub. 1. §. 4. nu. 6.
et 7 cum seq. Bonac. de restit. d. disput. 1. q. 3. punct.
4. proposit. 4. num. 9. Layman. d. c. 9. tract. 2. nu. 1. 2.
et seq. Gordon. d. q. 5. c. 9. num. 23.

63 Sufficit nempè, vbi acceptæ rei Dominus
non inuenitur, si ea Domino Deo, ac Iesū
Christo Domino nostro, qui hæres est vniuer-
salis incertorum omnium (vt diximus) redda-
tur; vel in alijs operibus pijs, præter etiā pau-
peres, impendatur. *Nauarr. d. c. 17. nu. 92. et 93.*
Tolet. d. lib. 5. c. 23. n. 4. Lessius d. dub. 6. n. 36. et 37.
et n. 40. Azor. d. c. 26. q. 3. ver. quæres, an in hac ma
teria. Anton. Fernand. d. c. 12. §. 4. n. 1. Bonac. d. pūct.
4. propos. 2. n. 3. et 5. Gordon. vbi sup. d. c. 9. q. 5. n. 22.
23. et 24.

64 Quod potissimum firmiùs fiet, si in id Pōti-
„ ficis Summi authoritas accesserit. Nimirùm
„ quoniam Romanus Pontifex supremus est
„ Princeps in spiritualibus, & eius est de tem-
poralibus suorum subditorū disponere, prout
„ expedit ad bonum spirituale. *vt Less. loquitur d.*
65 *dub. 6. num. 40.* Quo circà vti Summus Christi
Domini Vicarius in terris, cui bona omnia in-
certorum acquiruntur, poterit ea, vt sibi me-
liùs videbitur distribuere. *secundum Nauarr. de*
spol. clericor. §. 3. nu. 8. et de indulg. notab. 29. Præ-
66 sertim verò malè ablata incerta. Quoniā libe-
ram in his multò magis administrationē obti-
net. *secundum Lapum allegat* 106. *num. 2.*

67 Quamobrem poterit horum bonorum di-
stributionem, alijs Principibus; etiam seculari-
subtrahere, sibiq; illam peculiari lege retinere
statuendo, vt in pios dispertiantur vsus *Lessius*
d. dub. 6. n. 40. Bonacin. alios referens. d. q. 3. punct. 4.
num. 22.

68 Compositionesquè super his, etiam per cō-
missarios ad id destinatos, admittere, residuūq;
ipsis debentibus relaxare. *Sot. d. q. 7. ar. 1. ad 3.*
Couar. d. reg. peccatum. par. 2. §. 1. n. 3. in fin. Nauar.
d. c. 17. nu. 93. in fin. et d. notab. 29. de Indulg. Azor.
d. c. 26. quæst. 3. Andreas Victorell. ad Tolet d. c. 23.
versic. super incertis. Sayr. d. cap. 2. dub. 3. num. 12.
et dub. 8. num. 23. Lapus d. allegat. 106. S. Anton.
d. par. 2. tit. 2. cap. 6. in fin. versic. quæritur etiam.
Bonacina d. q. 3. punct. 4 propos. 4. num. 21. et 22.
Genuens. in man. pastor. d. c. 71. n. 3. vers. sed an epi-
scopus. de episcopo loquens, vt multò magis
id in Summo Romanæ Ecclesiæ Pontifice ad-
mittendum omninò sit. *Gordon. d. cap. 9. q. 5.*
num. 23.

69 Dico quarto. Posse Episcopum huiusmodi
malè ablata incerta, vel pro exoneratione
conscientiæ relicta (modò ea Summus Ro-
manus Pontifex alicui pio operi nō applicue-
rit) pauperibus relictis, in Ecclesiæ, vel Mona-

sterij

ſterij reparationem ea impendere.

70 Expedit.n. pauperibus quoq; ipſis, Eccleſias reparari, in quibus oblationes recipiuntur; ad pauperum ipſorũ alimoniam. vt Petr. de Vbald. (inquit) d.cap.7.§.item quæ. num.34.Gemin.cap. 2.§.ſanè.num.9.de taſtemen. in 6.Butr. d. cap. cùm ſit.num.9 de Iudæis.Frederic.de Senis.d.conſ.33.et d.conſ.282.Syluestr. d. reſtitutio. 8. q 7. Et ſi ſanè contrarium ſequi videatur Petr.d. cap.7. num. 35.ex tex.in clem. quia contingit.de religioſ.domib.

71 Verùm id exauditur in legatis relictis pauperibus per Teſtatorem, vt meritò non poſſit ea Epiſcopus in alios, etiam pios vſus, irrequiſito Summo Romano Pontifice conuertere. At ſecùs erit in his relictis pro malè ablatis incertis, quæ æs alienum ſunt in bonis diſponentis. Quam ſententiam poſt Syluestr.d. q. 7. in fin. et alios, ſequitur Nauar.d.cap.17.nu.93.verſ. addimus etiam. Ioan.Iacob. à Canibus de executorib.vltimar.volunt.par.2.§.quæro tertio quid agere debet Epiſcopus.n.17.19.et 20.volu.7.tract.fol.91. col.4. Bonacin.d.punct.4.num.22.

His ita dictis, atq; ſuppoſitis; infero nunc, &.

Primò, quòd cùm ex ſupranarrata diſpoſi-
tione, ita in ſuperioribus noſtris ſuppoſitis de-
clarata, atq; intellecta; manifeſtè appareat, le-
gatum hoc 50.mil. pro exoneratione regatum
fuiſſe conſcientię Teſtatoris, atquè pro foris
72 factis reſtituendis. Quorsùm enim nomina
(Tubero, inquit apud Celſum in l.labeo ait.7.§. id
Tubero.ff.de ſuppell. legat.) niſi vt demonſtrent
73 voluntatem dicentis? Sufficit autem quibus-
cunq; verbis diſpoſitio fiat; modò per ea vo-
luntatis intentio liqueat. ſecũdum text.in l. quo-
niam indignum.15.§.nec enim intereſt.C.de teſtam.
Aymon.conſ.120.num.4. Vt inuertibile ob id, &
ſtabile, firmumquè perſiſtat quod geſtum eſt,
nullaquè alia probatione egeat, atquè ad pias
proinde cauſas factum, iudicetur; (vt noſtro
primo dicto probauimus.) Cùm ſat fuerit te-
ſtatorem diſpoſuiſſe pro ſuæ conſcientiæ exo-
neratione. Iudicis vtiquè Eccleſiaſtici iudicio,
atquè examini illud ſubijcietur, vt ſecundò di-
cto deduximus. Non itaquè iudicium effuge-
re poterint teſtatoris hæredes Tribunalis Fa-
bricæ, (quod Eccleſiaſticum eſſe, inficias nul-
lus iurè ibi) quin ea exequatur, quæ ſuprema
diſpoſitione teſtator edixit, cùm ſuum hoc ſit,
ſupremas ad pias cauſas, atq; pro exoneratio-
ne conſcientiæ, rogatas diſpoſitiones exequẽ-
das curare.

Qua de cauſa, nec obſtabunt, quæ obijciunt Aduerſarij de litis pendentia in Regio Neapolitano Conſilio.

74 Quoniam iudicium, & lis, vt pendeat, à citatione initium ducere debet legitimè emanata, atquè executa; alioquin pendere iudiciũ nuſquam dicetur. clem.2. vbi gloſ.et Card.requiſita omnia enumerans.num.5.vt lite pendente.Guido Papa decis.489.num.3.et 4. Afflict.deciſ.85.nu.4. Maranta.in ſpeculo.5 par.tit.iudicium, lis, Inſtantia.nu 64.et 65.Minſynger.ſingular. obſeruat. centur.4.obſeruat.26.nu.2.et ſeq.Rota apud Coccin.deciſ.89.num.12.Gregor.Cabed.deciſ.Luſit.121.nu.1. et num.14.et 16. par.1. Card.Tuſc.tom.5.litt.L litis pendentia, ex quibus inducatur.concluſ.380.num.3. et 5.Rota in recent.par.1.tom.2.deciſ.500.num.9. vbi etiam, quòd per minus validam citationẽ lis pendere minimè dicatur Rota in eiſd. recent. part.2.tom.2.deciſ.156.num.1.et deciſ.736.num.1. ead.par.tom.2.

75 Et (eſtò inter partes ipſas, quoad hæredi-
tatem capeſſendam aliqua penderet lis in di-
cto Sacro Conſilio) non tamen officere illa
poſſet Fabricæ Sancti Petri, quæ tertia eſt ab
76 illis. Res enim inter alios acta, alijs non pręiudicat. cap.inter dilectos.6. circa fin. §. Porrò ſi litigium eſſet. de fide inſtrumentor. cap. cùm ſuper. 17.in fin.et cap.penult.cum ibi notat.de ſent.et re iudic.Surd.deciſ.209.num.9.Muta d.deciſ.58.n.4. in fin.Cabedo.d.deciſ.120.nu.4. Barboſ.aſſiom.199. num.11.

Deindè, nequè cognitio hæc iudicis eſt ſæcularis. Nimirùm quòd legata huiuſmodi pro malè ablatis, & exoneratione cõſcientiæ, Deo debita ſunt, vnde ſpiritualium bonorum naturam ſortiuntur, vt ſecundo dicto probauimus.

77 Incompetens verò Laycus Iudex eſt, vt de ſpiritualibus, vel ſpiritualitati ſaltim annexis, cognoſcat. c.quanto.3. vbi gloſſ.de iudic. cap.cùm laycis.fin.in princ.de reb.eccleſ.alienand. vbi Abb. num.5.tex.in cap. tuam.3. de ordine cognit. faciunt notata per Abb.in cap.ſignificantibus.penult.nu.3. de noui oper.nuntiat.plenè Oſaſcus deciſ.32.num.2. et ſeq.ac num.6.Tuſc.tom.4 littera.I. Iudex ſæcularis non habet iuriſdictionem. concluſ.450. num.9. Ioan.Maria Bellet. diſquiſit. clerical.tit. de fauore clericor.reali.§.2.num.2.et ſeq. ac num.15. plenè Franciſ. Ripa. in cap. decernimus.num.8. in primo. notab. cum ſeq. de iudic. Vincent. de Franch.deciſ. 189.num.3. Maranta.in ſpeculo.4 par.in 11. diſtin. iudicior.nu.8. Cened.d.q.14. vbi plenè. Carolus. de Graſſis.de effect.clericat.effect.1.n.398.399 400. et ſeq.optimè Vantius de nullitat.tit 9 de nullit.ex defectu iuriſdict.num.54.per tot.mihi fol.80. col.2. in minori impreſſione Venetijs. Gaill. pract. lib.1. obſeruatio. 38. per tot. Farinac. q. 8.num. 18. 19. et 20.

78 Litis verò pendentia coram incompetente Iudice induci haud minimè poteſt. tex. d.clem. 2.vbi gloſ.et Card.vt lite pendente. Guido Papa. d. deciſ.488. num.2. Minſynger.d. obſeruat.26.num.2. Vt ceſſet proinde retricata obiectio aduerſus Oeconomum.

Infero ſecundo. Quòd, & ſi planè poſſit, & debeat, qui ad malè acceptorum reſtitutionẽ tenetur, poſtquam eorum Dominus neſcitur, ea in pauperes diſtribuere, vel in alios pios vſus; nec requiſito quidem Epiſcopo; quòd id nulla vrgẽti ratione, nulloquè iure ſolidè probetur, vt ſecundo noſtro dicto fundauimus. Nequè ius vllum certum, ac ſtabile in his, pauperibus, vel diuino, vel naturali iure quæſitum ſit, vt tertio dicto ſolidauimus.

79 Cùm tamen liberum non ſit in his incertis, & pro exoneratione conſcientiæ, diſponentis arbi-

arbitrium; sed necessitate excitum; cùm necessariò malè ablatorum restitutio fieri debeat, vt contractum per eorum acceptionem, vel iniustam retentionem, peccatum, remitti valeat; quod non condonatur aliàs, nisi restituatur ablatum, vel in voto, si restitutio fieri non possit; vel re, vbi fieri possit, vt superiori discursu diximus; quòd sint hæc alienum æs
80 in bonis Testatoris, nihilquè dare dicatur, qui necessitate vrgente donat. *l. rem legatum. 18. ff. de adimend. legat. Afflict. decis. 315. nu. 9. optimè Rota apud SS. Gregor. XV. Ludouis. decis. 326. num. 3. 4. & 5. ac 6. & decis. 240. num. 12. 13. & 14. Barbos. axiom. 138. num. 1. Nouar. d. priuileg. 2.*

Nihil vtiquè officiet, quin Pontificis Summi potestate, in alienos à defuncti arbitrio vsus, dispensari valeant. Cùm liberam, & omninò solutam in his omnibus, pro sua voluntate, potestatem obtineat, sicuti Christus Dominus noster, qui verus, ac vnus horum omnium Dominus est; cuius ille Vicarius est, vicesquè in terris gerit. *secundum tex. in cap. 1. de homicid. in 6. c. quanto. 3. & cap. licet. 4. de translat. Episcopi Nauar. de Indulgent notab. 29. num. 3. & num. 12. Lapus. d. allegat. 106. num. 2. Gordon. d. cap. 9. num. 23. quæst. 5. cum alijs supra per nos relatis. num. 68.*

82 Quamobrem, cùm Pontificis Summi determinatione, sint huiusmodi incerta omnia, ac pro malè ablatis, & exoneratione conscientiæ, in Sancti Petri Fabricam destinata, atquè addicta, vt post Pij Quinti Constitutionem, Sacra quoquè Congregatio declarauit. *in declaration. 9. 5. in fin. apud Quarant. Fabrica Sancti Petri.* sequentibus verbis
„ *Prout etiam eidem Fabricæ cõ-*
„ *petunt omnia alia pia legata incerta, & maximè*
„ *pro malè ablatis relicta, ità, vt etiam ab ordinarijs*
„ *locorum, si fortè ad eos peruenerint, vindicari va-*
„ *leant, iuxtà priuilegia prædicta.* Hæc ibi.

Nullus vtiquè inficias ire iurè poterit; posse, nec iniurià, Fabricæ prædictæ Oeconomum, ad vindicationem agere ducatorum 50. mil. pro Monte erigendo à Testatore hoc, in exonerationem suæ conscientiæ, demãdato. Quòd sua prosequatur Oeconomus, non sanè Testatoris. Iurequè suo vtatur, non alieno. vt nulli proinde iniuriam faciat. *ad tex. in l. 3. §. quod ait prætor. ff. de incend. ruin. naufrag. cum ibid. notat. Barbos. axiom 135 num. 8.*

83 Infero tertio. Quòd si potest Episcopus relicta huiusmodi incerta, & pro exoneratione conscientiæ, vbi illa Ecclesiæ, vel Monasterij reparationi vsui fuerint; pauperibus relictis, atquè defuncti voluntate minimè pensa, in reparationem prædictam conuertere, vt supra quarto nostro dicto probauimus.

Multò magis id vtiquè poterit Summus, ac supremus in Terris, ac vice Deus Romanus Pontifex, qui hæc ipsa in constructionem de-
84 mandauit Ecclesiæ Sancti Petri. Quæ Prima est Ecclesiarum omnium, nedum Vrbis, sed Orbis; Sicuti Primus, ac Princeps, & Caput ille est Senatus Apostolici, vnde Cephas à Domino nuncupari meruit, quod interpretatur Petrus. *Ioan. 1. num. 42. Nauar. de Indulgent. d. not. 29. & Dionysius Carthus. optimè in eund. locum Ioan. art. 6 col. 4. littera H. Michael Palatius in eund. locum Ioan. enarration. 53. Pater Sebastian. Barradius. commentar. in euangelic. histor. tom. 2. lib. 2. cap. 18. vers. & duxit eum ad Iesum.*

85 Nefas proinde, ac sacrilegij instar erit, de Pontificis Summi potestate dubium refricare; & aduersus ea, quę ipse statuit, obmussitare. *ad tex. in l. 2. C. de crimin. sacrileg. text. in l. sacrilegij. 5. C. de diuers. rescript. glos. 1. in cap. eam te. 4. de ætat. & qualit. Gaill. lib. 1. pract. observat. 14. nu 6. Perez de Lara de Cappell. libr. 2. cap. 4. num. 3.*
„ Quia Papa omnia potest, vt Deus, excepto
„ peccato. vt inquit *Guido Papa cons. 134. num. 4. vers. etiam breuiter Papa.* Et ex hoc multò magis diruit quod de litis pendentia in Neapolitano Consilio initio obijciebatur.

Quid enim (amabò te) de litis pendentia disputare; si certum, ac definitum est, vt difficultatem nullam proinde admittat, ex potestate, quæ suprema est in Summo Romano Pontifice, addicta legata huiusmodi esse, ac fuisse, in constructionem Fabricæ Sancti Petri, eaquè iurè vindicare posse Oeconomum Fabricæ à
87 quocunq; ad quem illa peruenere? Frustrà esse igitur entium multiplicatio sine causa. *secũdum Philosophũ. 1. Phisicorum. sequitur glos. in clemẽt. 1. in princ. verbo. vnigenitum. in fin. & §. fin verbo. litterarum. circa med. de sum. Trinit. & fide Cathol. l. 1. C. de dot. promiss.* Facessant ergo oppugnationes omnes, earumq; Authores. Ni Deum, ac Sanctum Petrum, Cœli clauigerum, vltorẽ sentire maluerint.

Et ita ex his, sub censura, respondendum duxi.

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus. &c.

SVMMARIVM.

1 *VErba sunt eorum, quæ sunt in anima passionum notæ.*
2 *Sermo propter hoc nobis est datus, vt propè forent mutuæ voluntatis indicia.*
3 *Verba mentis vsui seruitioq; data nobis à natura sunt.*
4 *Verba menti supposita sunt, non contrà mens verbis.*
& instituta sunt verba, vt per ea quisq; cogitationes suas in alterius notionem proferat. numero. 5.
6 *Anima sicuti præfertur corpori, ita mens, & sententia verbis.*
7 *Testatoris à mente aberrare nefas æstimatur, sed illa primariò inspici debet.*
8 *Mens est radix verborum, ac prima substantia.*
vnde sub iugo mentis verba constant tanquam sub proprio originali. num. 9.

potissi-

potissimum, ubi ex verbis mens non leuiter, sed fundatè elicitur. num.10.

11 In Coniecturanda disponentis mente sæpissimè fallimur.

12 Mente quid disponens prætendat facilè ex verbis eruitur.

13 Testimonium maius mentis nostræ non aliud est, quàm verborum inspecta qualitas.

14 Quicquid ob aliquam causam fit, à causa ipsa regitur, & firmatur, à qua pendet.

15 Legatum ob causam, determinatur secundum sibi annexam causam.

16 Causatum à causa, sicuti dictum à ratione moderatur, & perficitur.

& causatum sua causa naturam sequitur, num. 17.

18 Causa in causatum influit; & causatum à causa vires recipit, & influentiam.

neque in causato virtutis plus esse possit, quàm procedit ab influendi potentia causæ. num. 19.

20 Effectus à producente causa commensuratur.

effectus enim respondet causæ, à qua producitur num.21. & maior ea esse non debet. num.48.

22 Effectus sine causa esse non potest.

23 Effectus à præcedente, ac producente causa denominatur.

& à causa effectus cognoscitur. num. 50.

24 Dictio (Et quia, siuè & quoniam) causalis est & finalem indicat causam.

& rem procerto ponit. num.25.

potissimum secundum subiectam materiam, & ubi causa est necessaria. num.26.

27 Restitutio omninò fieri debet eorum, quæ malè accepta sunt, ut peccatum dimittatur.

28 Restitutio est de necessitate salutis, sicuti mandatorum decalogi obseruantia. & contrarium asserere hæreticum est.

alioquin in statu damnationis est non restituens. num. 29.

nec peccatum dimittitur, quod per ablationem admissum est. num. 82.

30 Furtum quid est.

31 Voluntas hominis, veluti in speculo facies, ita in verbis contemplatur.

32 Voces signa sunt affectuum animæ.

33 Sanæ quisq; mentis præsumit.

& qui contradicere voluerit, probare te nebitur. num.34.

quod procedit etiam in eo, qui antea mente laborauit, si verba, & suprema eius dispositio sanæ mentis homini conueniant. num.35.

36 Testator in supremo vitæ spiritu seriò loqui præsumitur, cùm de animæ salute agatur.

37 Locus Ecclesiast. in quocunq; loco ceciderit lignum, siuè ad austrum, siuè ad aquilonem, ibi erit, expenditur.

38 Testator quilibet prudens præsumitur, & veluti à prudente viro facta eius dispositio exaudiri debet.

39 Verba in testamentis internum disponentis animi sensum ostendunt.

unde superuacaneæ, ac frustratoriè prolata fuisse æstimanda haud minimè sunt. num.40.

41 Præfationes sicuti causam finalem dispositionis demonstrant.

ita quoq; internum disponentis animi sensum indicant. num.42.

43 Dispositionis una pars cum altera coniungitur.

44 Dictio (& propterea, siuè & ideò) est illatiua præcedentium, & dispositiones coniungit. Et causam finalem demonstrat. num. 46.

45 Dictio (& sic) est illatiua præcedentium.

47 Dispositio ad terminos restringitur causa, neque ultrà diuagatur.

49 Proportio causæ est proportio causati.

51 Causa dispositioni cohærens, finalis æstimatur, non impulsiua.

vel si per se infert ineffectum. num.52.

53 Causa autem cohærere dicitur, quando ex ipsa causa effectus pendet.

54 Legati causa à præfatione colligitur, non impulsiua, sed finalis.

55 Causæ generalitas totam dispositionem comprehendit. unde ex illa finalis causa dignoscitur.

siuè etiam si in fauorem piæ causæ rogetur, & in remissionem peccatorum. num.56.

57 Præfationes dant nomen contractui, quia eius finalem causam demonstrant.

ita etiam legato. num.58.

59 Causa finalis in dispositionem influit, eamq; regit, & moderatur, cuius est substantia, & actus, ac primum principium intentionis disponentis. num.60.

61 Dispositio eatenus ampliatur, & extenditur, quatenus ratio, & causa exigit, & exquirit.

62 Interpretatio desumitur ex causa dispositionis. & ad illam recursus habetur in dubio ad interpretandam testatoris mentem. num.63.

& ex finali dispositionis causa, & ratione qualis mens fuerit testatoris quoad totam dispositionem dignoscitur. num.64.

65 Talis quisq; in mẽte præsumitur, qualis per dispositionis causam, & rationem ostenditur.

66 Regula est generalis, ut qualibet dispositio, à sua causa, & ratione normam accipiat.

67 Ratio ubi expressa est in dispositione, non debemus aliam ab illa quærere.

68 Verba interpretationem ex subiecta materia, & ex causis dicendi, admittunt.

quod extende in quacunq; materia. num.69.

70 Restitutio facienda est ijs, à quibus acceptum est iniustè, & num.74.

71 Restitutio est actus commutatiuæ iustitiæ, quo cuiq; redditur, quod ab eo acceptum, vel ablatum est contra iustitiam; & in recompensatione consistit rei ad rem num.72.

73 Restituere est iteratò aliquem statuere in possessionem, vel dominium rei suæ.

75 Pars una testamenti per aliam declaratur, siuè præcedentem siuè subsequentem.

Quia connexio esse videtur inter præcedentia, & sequentia testamenti, ut se se mutuo declarent. num.76.

declara

declara potissimùm si expressa, atque determinata, non sanè obscura fuerint præcedentia, vel sequentia.num.77.
78 *Actus subsequens in executionem præmissorum factus præsumitur.*
79 *Confessio incerta nihil operatur.*
limita fauore animæ, & contra confitentem. num.80.
& quando confessio emanauit à potestate confitentis, qui nulla necessitate ad confitendum tenebatur.num.81.
confirmata potissimùm morte subsecuta confitẽtis. num.83.
& errore cessante num.84.
85 *Conscientiæ abstrusa nemo nouit, nisi spiritus hominis,qui est in homine.*
86 *Confessio in uitæ discrimine facta, vera præsumitur. Etiam sine causa facta num.91.*
multumq; operatur ad malam fidem confitentis ostendendam. num 87.
88 *Nemo præsumitur immemor salutis æternæ, potissimùm in mortis articulo.*
89 *Fraus non præsumitur regulariter in supremis morientium voluntibus.*
potissimùm si nulla in contrarium vigeat suspitio,neque de alterius agatur præiudicio. numero.90.
92 *Fabrica habet fundatum ius super omnibus legatis incertis,& pro malè ablatis.*
93 *Confessio in extremis facta condemnationem nõ oparatur.*
94 *Confessus non statim pro condemnato habetur, sed requiritur sententia.*
95 *Fiscus in bonis delinquentis ius nullum habet ante sententiam.*
96 *Restitutio incertorum etiam ab officialibus iustitiæ, pauperibus facienda est,non fisco.*
97 *Exaudi cũ incerti sunt, à quibus extorta fuere*
98 *Lis dubia potest transactione sopiri.*

Sequitur in materia præcedentis responsionis.

RESPONSIO. XXIII.

EX motiuis per Dominũ meum Antoniũ Mariam Coratium Aduocatũ Reuerendæ Fabricæ apud Sacram Congregationẽ in eo verti difficultatis vniuersæ cardo videtur,vt ad hyppotesin questio reducatur.

An per verba, scilicet Testatoris, verè ad incertorum, & pro,malè ablatis, & ad exonerationis cõsciẽtiæ restitutionẽ, inferatur? Potissimùm quòd obscura,& dubbia confessio ipsa videatur. Vnde præter ea, quæ superiori responsione in medium attulimus. in hoc vno totis ipsis neruis insistendum esse denuò videtur, vt restitutionem incertorum ex verbis Testatoris verè,certòquè inferri ostendamus. Quamobrem dico.

1 Verba esse earum, quæ sunt in anima passonum,notas. *secundum Arist. 1.periherm. 1. tex. in l.Labeo.7.§.ad Tubero. ff.de suppellect. legat.Socin.cons.144.num. 72.volum.3.*
2 Propter hoc nempè datus est nobis sermo (*Plato aiebat in Thimeo*) vt propè forẽt mutuæ voluntatis indicia. Verba namquè mẽtis vsui,
3 seruitioq; data sunt nobis à Natura. *secundum tex.in can. humanæ aures. 11. 22.q.5. cap.secundò requiris.41.de appellat. l argumento.27. §. marga-*
4 *rita.in fin.ff.de auro, & argento legat.* Vnde non mens verbis,sed contrà, verba menti supposita sunt ab authore rerum omnium Altissimo Deo.*cap.intelligentia dictorum.6.de verbor.significat. Abb.in cap.nam concupiscentiam.4.num.3. de constit. Guido Papa cons. 235. num. 2. Ioan. Lupus tract.de libert.Eccles.par.1.q.8.nu. 5.volum. tract. plenè Barbos.assiom.222.nu. 3.*
5 Instituta nimirum verba sunt, vt per ea quisq; in alterius notionem cogitationes suas proferat.
6 Quare sicuti animus præfertur corpori, ita sanè sententia, ac mens verbis. *secundum glos. verbo rei.d.c.intelligentia dictorũ. ex Sancto Patre August.in Enchyridon relato. can. is autem mentitur 4 22. q.2.*
» Non igitur statim debemus intelligere, vt
» verba prima facie sonare videntur, maximè
» vbi ambigua sunt; sed debemus recurrere ad
» mentem loquentis.*vt eadem glos.loquitur,verbo*
» *ex causis.d.cap.intelligentia dictorum.* Nefas ergò
7 æstimabitur à mente aberrare Testatoris;cùm illa primariò inspici debeat, & attendi.*l.in conditionibus primum locum. 19. ff. de condit. & demonstrat.mens Maranta.cons.46. num. 13. Roland. cons 34.num.27. lib 4.* Est enim mens radix verborum,& substantia prima.
9 Sub iugo igitur mentis verba constant, tãquam sub proprio originali. *vt Menoch.* inquit. *tom.2.de præsumpt.lib.6 præsumpt.35. num. 8. & num.10.Roland.cons.99.num.49.& 50.lib 4.*
10 Quod totum tunc præsertim locum sibi facit,cùm mens ipsa, & pœnitissimã testantis, disponentisq; intentio, ex verbis dispositionis elicitur,non futiliter, ac leuiter, sed fundatè.
11 Cùm sœpissimè aliàs accidat,vt in coniectanda testatoris mente fallamur. *secundum Viuium.*
12 *decis.284.per tot.* Faciliquè negotio, quid per
13 verba,mente prætendat disponens, eruitur. Nec enim maius aliud mentis est testimoniũ, quàm qualitas inspecta verborum. *vt ex Cassiodoro in liber. variarum.*inquit *Bald. in l.generaliter.13.num.1.C.de non numerat.pecun. & in l.ad recognoscendas. 10.C.de ingenuis manumis.* sequitur *Socin.iun.cons 73.num.10.volum.3.Viuius.decis.503.num. 10.lib.3.Menoch.d.lib.6.presumpt.35. num.6.Gigans cons. 135.num.17.Mantic. de coniectur.lib. 3.tit.5.num.3.*

Qua de causa cùm testator hic noster legatum ad Montem pro sacris faciẽdis, ad animas in Purgatorio detentas à reliquijs,& pœnis peccatorum expiandas; atquè pro pauperibus puellis matrimonio locandis, rogauerit

ex

ex quò non satis securus esset, de nonnullis, quæ restituere fortè debebat. Pro restitutione vtiquè malè acceptorum, atquè ad suam exonerandam conscientiam, obmurmurantemq; sedandam synderesim, legatum ipsum demandasse; vt aperta satis eius innuere verba vidētur, iudicandus erit. Ait nempè expressis verbis.

„ *E perche esso Testatore è stato tanti anni al*
„ *Mondo, & è passato per diversi intrichi, e non stà*
„ *sicuro d'alcune restitutioni, che forsi volesse fare:*
„ *per questo grava detta sua herede à pagare ducati*
„ 50 *mil. e quelli depositare in bancho per farsene*
„ *vn Monte per l'Anime del Purgatorio, e per mari-*
„ *taggio di povere: Che con questa opera haurà N.S.*
„ *misericordia delli peccati cōmessi per me Testatore.*

14 Quidquid autem ob aliquam causam fit, secundum causam ipsam determinatur, ac regitur, à qua pendet. *secundum tex. in l.Seio amico.*
15 „ 10 *vbi Bart. in sum. dicens: Quod legatum ob*
„ *causam determinatur, secundum causam sibi annexam ff de annuis legat idem dicit Bald. in l. 1. nu. 2. C. de legat. Benvenud. decis. vlt. num. 8. Mantica. lib. 6 tit. 14 num 13. Surd. cons. 150. num. 61. lib. 1. Casanate. cons. 44. num 37.*

16 Profectò, quòd causatum à causa, sicuti dictum à ratione, moderatur, ac perficitur. *text. in l. cùm Pater. 79. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. Rip. in l. ex facto. §. ex facto. num. 15. vers. quid tenendum. ff. ad Trebell. Socin. d. cons. 73. num. 30. vol. 1.*

17 Et causatum suæ causæ naturam sequitur. *can. principatus. 25. 1. q. 1. l. fin. C. de natural. liber. Menoch. lib. 1. præsumpt. 39. num. 12. Card. Tusc. tom. 1. lettera C. conclus. 138. num. 10.* Barbos. *assiom. 40. num. 27. & 28.*

„ Cùm itaquè fuerit legati causa: *Perche esso te-*
„ *statore è stato tāti anni al Mondo, & è passato per*
„ *diversi intrichi, e non stà sicuro d'alcune restitutio-*
„ *tutioni, che forsi volesse fare.* Ab hac vtiquè causa legatum ipsum 50. mil. moderabitur, ac dirigetur.

18 Nimirum quòd causa in causatum influit, & causatum à causa vires recipit, & influētiam. *arg. text. in cap. licet ex quadam. 47. §. statuimus.*
„ *ibi: Cùm satis videatur absurdum, illos admitti,*
19 *quorum authores repelluntur. extrà de testib.*
„ Nec in causato virtutis plùs esse possit, quàm
„ procedat ab influendi potentia causæ. *vt Bald.*
20 *loquitur in l. 1. num 3. ff. de senatorib.* Vt commēsurari proinde effectus debeat à causa producente. *secundum tex. in l. ita autem. 5. in princip. ff. de administrat. & peric. Tutorum. Marc. Mantua. cons. 152. num. 14. & cons. 281. nu. 4.* Barbos. *assiom. 80. num. 1.*

21 Quia effectus respondet causæ, à qua producitur. *secundum S. Thom. in 4. dist. 28. q. 1. ar. in*
22 *respons. vers. sed contrà.* Cùm effectus sine causa esse non possit. *ad tex. in l licet. 42. §. ea obligatio. de procuratorib. Mantua. d. cons. 281. num. 4. &*
23 *cons. 236. num. 4.* Quò fit etiam, vt effectus à causa præcedente, ac producente denominetur. *secundum Bald. in l. 1. num. 4. C. de testament. tutela. sequitur Iacob. Thoming. decis. Lipsiens. 20. num. 47.* Non vtiquè ambingendum pro restitutione malè acceptorum legatum hoc 50. m. relictum fuisse, sicuti sua indicat causa.

24 Causalis enim ipsa legati: *E perche esso Testatore &c.* (& quoniam, siuè & quia) quæ sui natura habet, vt finalem indicet causam. *cap. quia propter. 42. vbi Car. in 1. notab. de elect. glos. 1. in fin. in cap. verùm. 4. vbi idem Card. num. 1. de condit. apposit. Cardinal. Mantica. de tacit. & ambig. tom. 1. lib. 3. tit. 12. num. 33. Cardin. Tusc. tom. 2. lit. D. conclus. 352. Barbos. dict. 314. num. 1. & 2. & dict. 332.* Et rem pro certo ponat. *vt Bart.* inquit *in l. demonstratio. 17. §. quòd autem. num. 8.*
26 *ff. de condit. & demonstrat.* Potissimùm verò secundum subiectam materiam; cùm nimirùm causa est necessaria; sicuti in casu, de quo nunc agitur. *Tiraquell. in tract. cessante causa. limit. 1. num. 82. 83. & 84. Menoch. lib. 4. præsumpt. 24. n. 13. Cravett. cōs. 193. n. 21. Barbos. de diction. vbi supra.* Non sanè, aliud, quàm hoc vnum inserre videtur; restitutionem, scilicet malè acceptorum.

27 Quoniam omninò restitutio fieri debet eorū, quæ malè accepta fuere, vt peccatorum remissio obtineri valeat per detinētem ea. Alioquin non dimittitur peccatum, nisi restituatur
28 ablatum. *reg. peccatum. 4. de reg. iur. in 6.* Et sicuti
„ mandatorum Decalogi obseruatio est neces-
„ saria ad salutem; ita & restitutio malè detem-
„ ptorum; cuius contrarium asserere manifesta
„ est hæresis, *vt* inquit *Pater Molina. de iustit. & iur. tom. 3. tract. 2. de restit. disput. 716. num. 2.*
29 Quoniam interim donec restitutio fiat, in statu damnationis est, qui rem alterius iniustè detinet, aut diutiùs, quàm debet, contra Domini
30 voluntatem retardat. Quòd sanè furtum est. *l. 1. ff. de furt. l. si quis servo. 20. §. nobis itaquè. C. de furtis. S. Thom. 1. 2. quæst. 94. art. 5. ad 2. Binsfeld. in enchyrid. Theol. pastoral. par. 3. de decem. præcep. c. 15. de restit. §. 1. in fin. vers. deinde restituere. Bonacin. tom. 2. oper. de restit. disput. 1. q. 1. punct. 2. num. 3. & 5. Paulus Layman. Theolog. moral. tom. 1. lib. 3. tract. 2. cap. 2. Ioan. de la Cruz in director. cōscient. par. 1. 7. præcept. quæst. 7. art. 2. conclus. 1. n. 1. Pater Iacob. Gordon. Theolog. moral. tom. 1. lib. 1. q. 6. c. 1. num. 3. & 4.*

Nequè enim mentem suam aptiùs, concinniùsq; aperire potuisse videtur testator, quàm quòd fecit per verba prænarrata, quibus se; inde legatum 50. mil. pro Monte erigendo scripsisse professus est; Quia ex decursu per tot annos in hac præsenti vita, securus non redebatur de restitutionibus, quas facere volebat.

31 Et sanè hominis voluntas, veluti in speculo facies, ita in verbis contemplatur. *secundum Bald. cons. 102. omnis potestas. col. 3. circa med. nu. 6.*
32 *in fin. vol. 3. Cravetta. cons. 20. num. 2.* Quippè quòd voces signa sunt affectuum Animæ. *secū-*
„ *dum Arist. 1. periherm. 1.* dicentem: *Ea igitur, quæ*
„ *in voce versantur signa sunt affectuū, quæ in Anima sunt. Menoch. d. lib. 6. præsumpt. 35. nu. 16. & 18. Gigans. d. cons. 135. num. 17. Barbosa. alios cumulans d. assiom. 222. num. 2.*

Quarè,

Quare, vel à mente alienum Testatorem
hunc nostrum nuncupauerimus, quòd verbis à
rè satis alienis, & dissitis, rem seriam describe-
re maluerit, quàm simplici oratione de rebus
suis disponere, suamq; aperire sententiam;
33 Quod sanè, & naturali, atq; iuris præsūptio-
nibus aduersatur, quibus sanæ quisq; mentis
34 præsumitur magis, quàm illa captus; vt qui
contrà obniti voluerit, probandi onere præ-
matur. Cùm natura sanæ mentis homines
producat. *arg. tex. cum ibi notat. in cap. vnico. de*
scrutinio. cap. fin. vbi gloss. & Doctor. in clement. 1.
de homicid. text. in l. Codicillos. 5. vbi gloss. fin. &
Bald C. de codicill. Paris. cons. 88. nu. 18. lib. 3. Viu.
decis. 377. num. 11. & 12. lib. 2 Ioseph. Ludouic. de-
cis. Perus. 1. num 10. Sebastian. Medices decis. Rotæ
Marchiæ. 27. per tot. Gramat. decis. 73. num. 21. &
num. 23. & 24. Maranta. cons. 19 num. 8. in fine.
plenè Mantica. de coniectur. lib. 2. tit. 5. num. 2. &
sequentib. Menoch. lib. 6 præsumpt. 45. nu. 18. & 19.
Tuscus. to. 4. litt. F. furor, & dementia, conclus. 541.
Mascard. de probat. tom. 2. conclus. 1049. num. 14.
& num. 25. Rota coram Card Canaler. decis. 365.
num. 3. & coram Coccino *decis. 484. num. 4. & par.*
2. diuers decis. 107. nn. 3. & 4 Ioan. Baptista Thoro
in compend. decis. par. 1. verbo furiosus. fol. 247.

35 Quod in eo etiam potissimùm viget, qui an-
tea mente laborare visus fuerat, si verba, fa-
ctaquè dispositio sanæ mentis homini conue-
niant. *Gramat. d. decis. 73. num. 36. in fin. & num.*
37. & sequent. Mantic. d. tit. 5. num. 7. Ioseph Ludo-
uic. d. decis. 1. num. 11. Menoch. d præsumpt. 45. num.
20. Mascard. tom. 1. conclus. 39. num. 6. & seq. Mo-
lin. de Hispan. primogen. lib. 2 cap. 9. num. 30. Rota
apud. Canaler. d. decis. 366. & decis. 621.

Vel verò veritatis, ac sobrietatis verba lo-
quutū fuisse Testatorem (vt verbis vtar Apo-
36 stoli Pauli; *Actor. 26.*) concesserimus. Et omni-
nò firmum intētum nostrum apparebit; quòd
in re satis graui, ac seriò; cùm de salute agere-
tur Animæ propriæ, in supremo vitæ statu,
(quando nullum aliud supererat tempus, sed
iam iam præ foribus instabat æternum; vel
pœnarum, ac lamentationis, & luctus, & veh;
vel consolationis, & lætitiæ, vbi si ceciderit li-
37 ,, gnum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in
,, quocunquè loco ceciderit ibi erit; *vt Eccle-*
siast. 11. num. 3. loquitur. Quod sanè de casu ho-
minis per mortem exaudiri docet *gloss. ordin.*
eod. loco, vbicumquè ceciderit homo per mor-
tem, & exitum à præsenti vita, siuè ad calidam
partem Austri Charitatis Sancti Spiritus; siuè
ad frigidam Aquilonis, (à qua secundū *Ierem.*
1. omne malum pandetur; infidelitatis scilicet,
& perfidiæ) ibi erit, atquè immutabiliter per-
manebit. *vt Lyran. ibidem explicat, (& sequitur*
Sixtus Senen. in Bibliotec. Sanct. tom. 2. annotat.
214. ex Hieronymo, & Olimpiod. & eodem
modo Suar. tom. 4. in 3. par. Diui Thom disput. 45.
sect. 2. de purgat. nu. 38. ex D. Gregor. lib. 12. moral.
cap. 4. & lib. 8. cap. 8. in fin. super verbis illis Iob.
nec aspiciet me visus hominis. Card. Bellarmin. tom.
2. lib. 2. de purgat. cap. 2. in 3. loco. & tom. 4. lib. 6. de
amissione gratiæ. cap. 2. col. 6. in fin. littera D.) ver-
bis loquutus fuerit prædictis, quæ restitutionē
inferrent malè acceptorum, quæ omnimodis
per eū fieri debebat, ni ad Aquilonarem par-
tem frigore rigidam infidelitatis, & perfidiæ
(*vt gloss. interlinearis ibid. explicat*) cadere vo-
luisset. Vnde incertus de personis, de rebus ve-
rò certus, ad montem intulit pro suffragijs
animarum in Purgatorio purgantium,
atquè pro pauperibus puellis matrimonio lo-
candis, prudenti satis, ac laudabili vsus consi-
lio. Nec ab re; quòd prudens quisquè Testa-
38 tor præsumitur, vt veluti à prudente viro fa-
cta, eius dispositio exaudiri debeat. *secundum*
text. in id satis apertum. in l. Lucius Titius. 85. in fin.
,, *ibi: Nam prudens consilium Testatoris debet ani-*
maduerti. ff. de hæredib. instit. quem perpendit
Bald. in l. penult. num. 2. C. de Impub. & alijs sub-
stit. & sequitur *Mantic. de coniectur. d. lib. 6. tit.*
14. num. 14. Menoch d. præsumpt. 45. num. 21.

Vt quid enim (me herclè) si legatum non
pro malè acceptorū, atquè incertorum resti-
tutione rogabatur; verba præmittere legato
,, ipsi voluisset testator. *E perche è stato tātr'anni al*
,, *mondo, & è passato per diuersi intrichi, è non stà*
,, *sicuro d'alcune restitutioni, che forsi volesse fare:*
39 Nisi vt internum, atquè intestinum illis, animi
sui sensum aperiret; se pro malè acceptorum,
atquè incertorum restitutione legatum roga-
40 re præfatum. Neq; frustratoriè illa, superfluè
inaniter, aq; futiliter prolata viderentur, sed
operarētur id, ad quod assumpta fuere? *ad tex.*
in cap. si Papa. 10. cum ibi not. de priuil. in 6. l. si
quando. 12. ff. de legat. 1. Guido Papa cons. 140. nu.
7. Maranta. d. cons. 46. num 9. Paris. cons. 90. nu. 33.
lib. 2. Gigas d. cons. 135. num. 135. num. 10. Card.
Mantic. de coniectur. lib. 5. tit. 8. num. 5. Menoch. lib.
4. præsumpt. 173. num. 15. Card. Tusch. tom. 7. lit. S.
conclus. 195. num. 1. & seq. & num 7. & tom. 8. lit.
V. conclus. 85. num. 4. & num. 35. Barbosa alios
referens. d. axiom. 221. num. 11. 12. 13. & num. 19.
Cæsar. Bartius. decis. Bononien. 12. num. 29. & 30.

41 At præfationes quēadmodum finalē dispo-
sitionis causā indicant. *l. fin. vbi Bart. & Doctor.*
ff. de hæred. inst. Bald in l. nostrā. 30 n. 1. vers. iudic.
C. de testam. ordinand. Cæphal. cons. 644 n. 12. vol.
5. Io. de Amic. cons. 21. n. 3. et 5. Crauett cons. 292.
n. 21. Farinac. cons. 229. n. 2. lib. 3. Rota par. 1. diuers.
dec. 457. n. 1. et dec. 300. n. 4. per Farinac. post to. 2.
cons. Menoch. lib. 4. præsūp. 24. n. 5. Iacob Thoming.
dec. 26. n. 17. Card. Mantic. de tacit. et amb. to. 1. lib.
3. tit. 12. n. 30. Barbos. axiom. 192. nu. 1. et 2. Cæsar.
Bart. dec. 25. n. 23. et dec. 29. n. 18. et dec 94. n. 17.
et decis. 96. num. 2.

42 Ità æquè mētē demōstrāt; internūq; Animi
sensū disponētis aperiūt. *d. l. fin. vbi* Bar. alijquè
paulò antè relati Doctores. *Mascard. to. 2. concl.*
1047. *n. 1. Barbos. vbi supra.* Bartius. *d. decis. 94. nu.*
num. 17. et d. decis. 96. num. 2.

Propterea igitur hæredē grauauit ad legatū
exoluēdū ducatorū 50. mil. pro mōte erigēdo;
quia securus nō erat de restitutionib. quibusdā,
,, quas facere fortassis volebat. *E per questo*

,, *grana*(inquiens)*detta sua herede à depositare du-*
43 *cati 50 mil.* Vt ita dispositionis vna pars cum
altera coniungeretur. Sicuti dictio illa(& pro-
44 pterea) *& per questo* demonstrat: cùm illatiua sit præcedentium, coniungatq; dispositiones ita, vt altera ab altera pendere videatur. *l. 2. in fin. ff. de vsur. cap. quia propter. 42. de elect. Rota in Fauentina bonorum coram Illustrissimo Seraph. decis. 883. num. 7. & in Foro liuiene. fideicōmissi coram Aldobrandino postmodum Clement. 8. in par. 1. diuers. decis. 568. num. 4.* loquens in di-
45 ctione(& sic)quæ est illatiua ex præcedētibus. *Barbos. de dictionibus dict. 293. num 3. dict. 144.* Rota *apud Gregor. XV. decis. 2. num. 3. & par. 2. tom. 1. in recent. decis. 29. num. 1. Cæsar. Bart. decis. 128. num. 9. & 10.* fieretquè vna integra oratio, qua veluti syllogismo quodam (vt in præcedētibus scriptis diximus) animi sui sēsum, dispositionisquè causam aperiret: se vtiquè restitutioni obnoxium esse malè acceptorum incertorum; scribendiquè legati prædicti assertam causam, finalem fuisse, non impulsiuam, aperi-
46 ret; vt illatio ipsa ostendit, qua legatum intulit
50. mil. (& ideò, liuè, & propterea) *& per questo grana detta sua herede. secundum Aym. d. cons. 192. num. 21. vers. tertio arguitur,* quem sequitur *Rota in recentior. par. 1. tom. 1. decis. 453. num. 2.*
,, *tex. in cap. 1 in princip. vers. Et propterea nos, qui*
,, *voluntarios labores appetimus. de restit. spoliat. in 6. optimè Roland. cons. 15. num. 5. lib. 3. Anton. Angel. Gratian. de dictionibus. dict. 189. Barbos. d. dict. 144. nu. 3. Tuscus. tom. 2. littera* D. *conclus. 289. num. 3. Bartius d. decis. 128. num. 9. & 10.*

Dispositionis itaquè huiusce causa, prænarrata dubietas fuit, quinimò scrupulus, ac synderesis restitutionis, quæ Testatorem angebat, conscientiamquè morsibus lancinabat as-
47 siduis. Ad terminos igitur causæ ipsius restringi, ac cogi dispositio ipsa debebit, vt vlerà suæ causæ latitudinē diuagari minimè valeat; vt nè
48 effectus maior sit causa, à qua profluit; & pēdet, sed intrà eam concludatur, & maneat. *ad tex. in l. in agris. 16. cum ibi not. ff. de acquir. rerum. Dominio. Rota apud Card. Mantic. decis. 232. nu. 9. & decis. 267. num. 4. & par. 1. tom. 2. recent. decis. 690. n. 9. Barbos. d. axiom. 40. num. 29. Cæsar. Bartius d. decis. 25. num. 94.*
49 Proportio nāquæ causæ proportio est causati. *vt Bal. inquit in rub. ff. de rer. diuis. in fin. n. 33. Rot.*
50 *in recēt. p. 1. dec. 453. n. 2. in fin.* Et ex causa effectus cognoscitur. *secundū Bal. 1. l. nostrā. 30. n. 1. vers. tu die. C. de testam ordinand. ex tex. in l. cancellauerat. 2. ff. de his, quæ in testam. delēt. Io. de Amic. d. cons. 21. n. 2. Barbos. d. axim. 40. num. 26. & seq. & axiom. 80.*

Et planè, quòd finalis, non impulsiua dispositionis prædictæ causa dubietas fuerit, quam de restitutionibus (incertis quidē personis faciē-dis) testator habebat; inde præsertim dilu-
51 cidiùs elicitur, quòd causa ipsa dispositioni cohæret, atq; cōnectitur. *secūdū Bal. in d. l. demōstratio. 17. §. quòd autē n. 13. in solut. de cōdit. & demonst. Alex. cōs. 46. accuratè sub n. 7. lib. 1. Cæph. cons. 633 num. 17. vol. 5. Mantic. de coniectur. lib. 6. tit. 14. num. 15 & de tacit. & ambig. d. lib. 3. tit. 12. num 26. & 27. Rota in recent. par. 2. tom. 1. decis. 419 num. 2. Cæsar. Bart. d. decis. 25. num. 24. & nu. 75. & decis. 79. nu. 35. 36. & nu. 47. Marta de success. legal. tom. 2. par. 4. q. 18. art. 11. num. 61. & 62.*
52 Atquè per se infert in effectum. *vt Tiraquell.* inquit *in tract. cessante causa. in 1. limit. num. 28. Bartiu. d. decis. 79. num. 42.*
53 Cohærere autem ob id dicitur, quia ex ipsa causa effectus pendet: *secundū Thoming. d. decis. 20. num. 48. & 49. Tiraquell. d. limit. 1. num. 46.*
54 Tùm quia ex præfatione legati causa ipsa colligitur; non sanè impulsiua, sed finalis. *Tiraquell. d. limit. 1. nu. 64. Crauett. d. cons. 192. n. 21. Cæphal. cons. 664. num 12. lib. 5. Barbos. d. axiom. 192. sub. num. 1. Bart. supra per nos relatus. num. 41. & d. decis. 25. num. 89.*
55 Tùm, quòd generalitas ipsa causæ totā dispositionem, atq; legatum respicit, & ad illud generaliter insistit. *vt idem notat Crauett. d. cons. 192. num. 21. vers. quinto illa dicitur.*
56 Tùm postremò, quòd in fauorē sit piæ causæ, vt anima è fæcibus subleuaretur peccatorū, atquè per pœnitētiā, eius misereretur Pientissimus Dominus, vt ipsemet Testator in votis habuit,
,, atq; verbis expressit, dicens. (*Che cō questa ope-*
,, *ra hauerà N. S. misericordia delli peccati commes-*
,, *si per me Testatore*) *secundum Tiraquell. d. limit. 1. num. 41. & num. 58. Mascard. de probat. tom. 2. conclus. 1176. num. 57. Marta de success. legal. to. 2. par. 4. q. 15. art. 1. num. 20. Cancer. lib. 3. cap. 20. nu. 183. & 184. Tuscus. tom. 1. littera.* C. *conclus. 202. num. 41. Barbosa d. axiom. 40. num. 16.* Cæsar. *Bartius. d. dec. 25 num. 19. Baldaxar. Thomas. tract. 10. tit. 2. cap. 193. num. 294. Rota apud S. memor. Gregor. XV. decis 545. num. 6.*
57 Sicuti verò præfationes nomen dant cōtractui; vt inquit *Ioan. de Amic. d. cons. 21. num. 4. & cons. 142. num* 1. quia finalem eius causam indicant. *Barbos d. axiom. 192. per tot.*
58 Ita planè, & legato huic præmissa per Testatorem præfatio (*Che non stà sicuro d'alcune restitutioni che forsi volesse fare*) nomen quoquè dabit, vt pro restitutione sit malè acceptorū. *secundum Mantic. d. lib. 3. tit. 12. de tacit. & ambig. num. 30.*
59 At qui finalis causa in dispositionem ipsam influere dicitur. *Rota par. 1. diuers. decis.*
60 *486. num. 4.* illamquè regit, & moderatur; cùm sit substantia, & actus eiusdem, atquè primum principium intentionis disponentis. *secundum Menoch. dict. libr. 4. dict. præsumption. 24 numero. 3. & 4. Tiraquell. dict. limitat. 1. numero. 5. & 6. Cæphal. consil. 664 numero. 13. lib. 5. Aluar. Valasc. consult. 60.*
61 *numero. 8.* Vt propterea eatenus amplietur, extendatur, ac dilatetur dispositio, quatenus ratio, & causa eius exigere, atquè exquirere videtur. Crauetta. *consil. 243. numero. 3. in fin. & num. 4. Mastrill. decis. 266. num. 24. par. 3.*
62 Ex illa ergò congrua interpretatio ad men-

tem

tem dignoscendam Testatoris, quòad emissam dispositionem, iurè, nec iniuria, desumentur *ad tex. in d. l. fin. ff. de hæredib. institnend. Crauett. d. cons. 243. num. 4.*

63 Ad illam igitur recursus haberi debebit, vbi in dubium Testatoris voluntas, & quid ipse senserit, reuocabitur *ex Alex cons. 48.* **num. 10.** *lib. 6. alids cons. 46. visis accuratè. num. 7. lib. 1. sequitur Rota apud Illustriß. Mantic. decis. 59. nu. 6.*

64 Profectò, quòd ex finali disponētis ratione, &
causa, mens eius, qualis fuerit, quòad totā di-
dispositionem ipsam, facili deprehenditur ne-
65 gotio. Cùm talis vnusquisq; in mente præsu-
matur, qualis per dispositionis causam, & rationem ostenditur. *ad tex. satis apertum. in l. scire etiam oportet. 15. §. sed & si maximè. ff. de excusat.*
„ *Tutor. Sed & si maximè* (inquit ibi Modestinus)
„ *verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens legislatoris aliud vult.* hæc. ille. *sequitur* Bald. *cōs. 2. verba statuti. sub nu. 2. lib. 1. Card. Mant. de coniectur. lib. 6. tit. 14. num. 9. & de tacit. & ambig. d. lib. 3. tit. 12. num. 5. & 6. Card. Tusc. tom. 6. litt. R.*
66 *conclus. 31. Babos. assiom. 197. num. 8. &* 9. Quin-
imò generalis præscribitur regula, vt quæuis dispositio ex sua causa, & ratione normam accipiat, & ad limites rationis ipsius amplietur, & restringatur, *vt inquit notabiliter* Abb. *in cap. quia in insulis. 6. de regularibus. numero. 3.* quem sequitur *idem Mantica d. tit. 14. numer. 8. de coniectur. & de tacit. d. tit. 12. num. 6. Tuscus. d. littera* R. *conclus. 33. Barbos. d. assiom. 197. num. 13.*

67 „ Expressam itaquè à testatore cùm habea-
„ mus dispositionis huiusce causam; cur ad aliā
„ quærendam laboremus, consentaneum non est. *vt inqnit Rota in recent. par. 2. tom. 1. decis. 166. num. 7. in Albiganen. confidentiæ. coram Reuerendissimo Lugdunen.*

Inficias ergò ire nemo poterit; Testatorem legatum hoc, 50. mil. eò sanxisse, vt quæ malè acceperat, restitueret; incertus planè, cui nam hominum indiuidualiter ea deberet, vt qui nō rectè meminisset, à quo præcisè, indiuidualiterq; illa accepisset; *Eßendo paßato per diuersi intrichi*; certus verò de restitutionibus ipsis faciendis, in genere, & in vniuersum. Quòd satis erat, vt conscientiam de eis sibi faceret.

Hanc enim, & non aliam (meo quidem, licet exili iudicio) admittere interpretationem verba illa videntur Testatoris: *E non stà sicuro d'alcune restitutioni, che forsi voleße fare.* vt referantur non quidem ad restitutionem, quæ certò fieri debebat, vt peccatorū remissionē cōsequi potuisset; sed ad personas, quibus restituendum omninò erat, si verè eorum meminisset Testator.

68 Nequè planè nouum est, vt ex subiecta materia, atq; ex causis dicendi interpretationem verba admittant. *arg. tex. in l. si vno anno. 17. vbi Bart. ff. locati. l. item veniet. 22. §. aptanda ff. de petit. hæredit. Abb. in cap. nam concupiscentiam. 4. n. 3. de constit. Gozad. cons. 30. n. 16. Crauett. cōs. 9. n. 22. Arnonus. in Topica. c. 56. Card. Mant. d. dec. 59. n. 4. Surd. decis. 322. nu. 29. Card. Tuscus. tom. 8. littera V. conclus. 95. Barbos. dict. assiom. 222. num. 8.*

69 Quod locum habere inquit *Alber. in d. l. si vno anno. 2.* in quacunquè materia. & in quibuscūq; scripturis. siuè contractibus, atq; etiam in vltimis voluntatib. *& sequitur Gigans. cons. 48. numer. 24.*

70 At qui, si sciuisset Testator, à quibus præcisè bona illa accepisset, eis vtiq; iurè naturali, atq; diuino, siuè etiam humano restituere debuisset, non verò pauperibus, siuè operibus
71 pijs alijs. Cùm enim restitutio sit commutatiuæ iustitiæ actus, quo cuiq; redditur, quod ab eo acceptum, vel ablatum est cōtrà iustitiam. *ex S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 1. 2. & 3. Sot. de iustit. lib. 4. quæst 6. art 1. Nauar. man. cap. 17. num. 6. Couar. regula peccatum. par 2. relect. in init. num. 1. Anton. Fernand. in medulla casuum. par. 1. cap. 12. §. 1. n. 1. Tolet. lib. 5. cap 17. num. 1. & 2. Leß. de iustit. lib. 2. cap. 7 dub. 4. & 5. Petr. Binsfeld. in enchirid. Theolog. Pastoralis. par. 3. de decem præcept. de restitut. cap. 15. §. 1. Bonacin. dict. disput. 1. q. 1. proposit. 1. Layman. d. lib. 3. tract. 2. cap. 1. de restitut. Gordon. d. lib. 5. de restit. quæst. 6. cap 1. num. 1. & 2.*

72 Talisquè iustitiæ actus in compensatione
consistat rei ad rem; quia restituere est certò
73 aliquem statuere in possessionem, vel dominiū
rei suæ. *vt idem S. Thom. vbi supra* inquit, *alijquè relati.* nequè fieri possit huiusmodi recompensatio, nisi ei, qui minùs habet, quàm, quod
74 suum est. *S. Thom. d. quæst. 62. art. 5.* Ei vtiquè debet fieri restitutio, à quo acceptum est, & non alij; nisi causa aliqua id impediat. Alioquin non liberabitur, qui restituere debet, & si pauperibus dederit. *tex. est in cap. sicut dignum. 6. §. eo 1. de homicid. cap. cùm tu. 5. de vsur. S. Thom. d. art. 5. Nauar. d cap. 17. num. 28. & 29. Couarr. vbi supra. num. 6. Gemin. consil. 20. Leß. lib. 2. cap 14. dub. 6. num. 31. Molin. de iustitut. tom. 3. tractat. 2. disput. 741. num. 1. Sayr. in claui reg. lib. 10. tract. 5. cap. 2. dub. 5. num. 20. Vasquez in opusc. tract. de restitution. cap. 5. §. 40. dub. 1. n. 2. Binsfeld. d. 3. par. cap. 18. §. 1. Fernandez. d. cap. 12. §. 4. Bonacin. d. disput. 1. quæst. 4. punct. 1. num. 1. Layman. d. tract. 2. cap. 9. num. 3 Gordon. d. quæst. 6. cap. 1. numero. 1. & 2. & dict. libr. 5. quæst. 1. cap. 1. num. 2.*

„ Qua de rè, Cùm dicat Testator; (*E non*
„ *stà sicuro d'alcune restitutioni, che forsi voleße fare:*) verba ipsa ad personas referenda erunt, non vtiquè ad restitutionem ipsam, certò omninò, faciendam. Quòd planè verba præceden-
„ tia manifestè indicant. *E perche è stato tanti an-*
„ *ni al mondo, et è paßato per diuersi intrichi.* vnde
„ intulit deinde. *E non stà sicuro d'alcune restitutio-*
„ *ni, che forsi voleße fare; Per questo graua detta sua*
„ *herede à dipositare ducati. 50. mil.*

75 Nequè enim nouum est, vt pars vna dispositionis, & testamēti per aliā, siuè sequentē, siuè præcedentē, declaretur *secundū Vlpiani dicta. in l. si quis ex Argenterys. 6. §. si initium. vbi Bald. ff. de edendo. l. si seruus plurium. 52. §. fin. de leg. 1. Dec. consil. 15. num. 3. volum. 1. Ruin. cons. 128.*

num.2. & conſ.130.num.4.volum.3. Gozadin. d. conſ.30.num.18.Fabb.Anna conſ. 22. num.8. lib.1.

76 Conexio nimirum non modica eſſe videtur inter præcedẽtia,& ſequentia diſpoſitionis,vt ſe ſe mutuò declarẽt, ſpecificent, atq; adiuuẽt. *vt ex gloſ notab.in c. eã te.7 in verbo fidẽ Chriſti. de reſcript.* Influunt.n. præcedentia ad ſequẽtia *tex.in l.auia.75.ff de condit. & demonſtrat. l. talis ſcriptura.30 ff de legat. 1. Marant. dict. conſ.46. num.7.Roman. conſ 5.viſo puncto.n 2.& conſ.503. diligenter inſpectis.nu.3.Gozadin. d. conſ.30 o.19. & conſ.82.n.13.Cornazan.dec. 160.n.3 & 4 Rota. par. 1.diuerſ.decif.253.n.10.Puteus.dec. 177. nu.2.*

77 *lib.1.Surd.dec.288.nu.30.* Quod præſerrim locũ habet,cùm expreſſa,atq; determinata,neq; obſcura fuerint præcedentia. *vt per illum tex. poſt Cyn.dicit Bald.in l.legatorum petitio.34 § qui plures.in fin.ff.de legat.2 facit tex.quemipſe allegat. in l ſi eum fundum.126.vbi gloſ. verbo. inferiore. ff de verb ſignif.ſequitur Rota.par.2. diuerſ. decif. 125.num.38.Surd.d.decif.288.num 35.* Vtriuſquè

„ nempè iuris argumenta nos docent ea,quæ in

„ principio ad medium, & ad finẽ; illa verò quæ

„ in medio ad finẽ, atq; principiõ referri. *vt tex. loquitur in d.cap.2.requiris 45. de appellationibus.*

Inde enim prætatus eſt teſtator, ſe per varios caſus, per tot d ſcrimina rerum tranſiſſe, vnde dubius, anceps; reddebatur de reſtitutionibus quibuſdã,quas facere volebat; vt ad perfectæ deniquè orationis concluſionem deueniret,dubiumq; omne è ſua depelleret con

„ ſcientia concludens,atq; inferens:*E per queſto*

„ *grana detta ſua herede à pagare ducati 50. mil. e*

„ *quelli depoſitare in publico Banco.* Atq; ex concluſione hac finaliq; diſpoſitione præcedentẽ orationis prædictæ,atq; orationis firmaret diſcurſũ; Atq; propter quid præcedentẽ rationem illam (*E perche eſſo teſtatore è ſtato tant anni*

„ *al mondo,& è paſſato per diuerſi intrichi, e non ſtà*

„ *ſicuro d alcune reſtitutioni che forſi voleſſe fare*)

præmiſiſſet;ex ſubſequenti concluſione, atq;

78 diſpoſitione declararet. Subſequens nempè actus in executionem præſumitur factus antecedentium;atq; præmiſſorũ.*ſecundũ tex.io §.panonum.inſtit.de rer.diuis.& tex.in l.ſi qui. 34.C.de adult.l.2.C.de acquirend.poſſeſ.Alciat.de præſũp. reg.2 præſumpt.24 n.1.Menoch.lib.6.præſumpt.35. n.23.& de arbitr.caſu.161.n.19 Rota par.1.diuerſ. decif.230.nu.1.Crauetta conſ.106 nu.10. Maſcard. de probat.concluſ.519.nu 2.to.2.& concluſ.1239. n 8.tom.3.Surd.d.decif.288.nu.33.Grinell. Senatus Dolani. decif. 12. num.21. Gratian. foreſ.par.1. cap 58. num.25. & ſeq Rot. par. 2. tom.1 in recent decif 365 ſub num.1. io fin. Barb ſ.aſſiom.12. num.3.Rota apud Card Seraphin.decif.1089. num. 2.& apud Cardin.Caualer. decif.58.num.4 & decif.98 num 5.*

79 Non itaquè incerta argui poterit huiuſmodi confeſſio per teſtatorem verbis prænarratis facta; vt tanquam talis vti aduerſarij exiſtimant) operari nihil valeat.*l.certum.6. ff. de confeſ. c cap cùm ad ſi dem.15.de reſtit.ſpoliat.cap. in præſentia.8.de probat.Ancbar.conſ.157. prima. facie num.3.Crauett.conſ. 157. num.9.Rota par.1. diuerſ dec.121.n.18.et decif.685.nu.3.quæ eſt etiã in impreſ.per Seraphin. decif.587. Rota apud Farinac. poſt primum volum.conſil. decif.88 num.3. et par.4. diuerſ.decif. 701. num.4. apud Cardinal. Mantie.decif.205.nu.2.Mancin.de confeſſion.cap.1. num.11 et 12.*

Præterquàm quòd enim, incertitudo, non ſuper reſtituendum cadat, ſed ſuper perſonas, quib. reſtitutio ipſa fieri debuiſſet,(vt iam diximus)vt multò fortiùs,ex hoc vno,iura inſurgant Oeconomi Reuerendæ Fabricæ vi ſuorum priuilegiorum,& facultatum, quòad malè ablata incerta.

Nihilominus tamen, eſtò dubia huiuſmodi eſſet confeſſio; vt contrà claram illam, atquè apertam,per ſupradicta huc vſquè,oſtendimus, & ad incertorum reſtitutionem infe-

80 rentem: Contrà confitentem tamen interpretanda eſſet, fauore Animæ, *vt in terminis noſtris Anchar. oſtendit.conſil.179.num.6.dicens:*

„ Quia vbi de Animæ ſalute quæritur, abun-

„ dantiùs eſt agendum. *cap. fin. de præsbitero non Baptiz. miniſtrante.cap.iuuenis.4. de ſponſalibus. cùm ibi notat. Menoch. lib.5. præſumpt. 2. numero.41. et 46. optimè Caualcan. decif. 1. numero. 102. 103. 105. et numero. 110. et decif. 29. numero.16. par.2. Tiraquell.priuileg. 94. in fin. et priuileg.148. et 116. Mancin de confeſſion. cap. 2. numero. 23. Nouar.de incert. et malè ablat.priuileg.51.num.8.et 9.*

81 Verùm quia emanauit hæc confeſſio à poteſtate conhrentis, qui nulla, ad id aperiendum, & confitendum, neceſſitate alia adigebatur,niſi,vt animæ ſuæ ſaluti conſuleret, atq; vt, quod perperam acceperat, reſtituendo, remiſſionem conſequi potuiſſet peccatorum

82 ſuorum,quam,aliàs reſtitutione nõ facta,nullo modo obtinere valuiſſet.*per reg. S. Patris Aug. in can.ſi res aliena. 14. q.6et reg.peccatũ.4.de reg. iur.in 6.S.Tho.d.q.62.ar.2.Io.de la Cruz.vbi ſup.*

83 *et Gord.d.lib.5.q.1.c.1.n 3.* Aduerſus ipsũ vtiq; operabitur, cõfirmata potiſſimùm morte. Accedentes,præſertim,quòd in alterius cuiuſquã detrimentum minimè vergat. *ſecundũ Gugliel de Bened.in c.Rainutius. par.2.verb. ſi ſine liberis. 1.n.27.28. et 29. et in verbo. mortuo Teſtatore. 1. num 185.et 187.ad Gloſ.ſingul.in l.1.verbo.apud indices.ff.de interrogat. action.Maſcard.de probat. tom. 1.concluſ.350. ſurd.de aliment. tit 8. priuileg. 30.num.51. et decif.250. num.5. in fin. et num. 6. Caroc.decif.90. num. 9. et 10. Tuſc. tom.2. lit. C. concluſ.639.num. 10. 11.et 12 Anton. Faber lib.4. C.de probat.tit. 14.diffinit.45.num.4.Rota in recẽt. par.1.tom.1 diuerſ.168.nu.6 Franc. Marc. dec.461. par 1.Marta de ſucceſſ.legal tom.2.par.4.q.4.ar.2. num.17.Nouar.de incertis, et malè ablat.priuil.47. num.5.cum ſeq.ad fin.et priuil.38.num.3.*

84 Neq; error in hoc,pſũptione aliqua cõprehẽdi poteſt, data potiſſimùm certa, ſubſtantiali,

„ atq; rationabili cauſa: (*Perche è ſtato tanti anni*

„ *al mondo,& è paſſato per diuerſi intrichi.*) *ſecundũ Abb.in c.ſi cautio.14.nu.2. de fide inſtrumentor.*

Et

85 Et quis (amabo tè) scire potuisset, quæ in ipsa disponẽtis cõsciẽtia abdita, atq; abstrusa erãt, quàm ipsemet disponẽs? Quis .n. hominũ scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in homine? *vt Apostol. Paul. loquitur. 1.*
86 *ad Corinth. 2.* Ast confessio in vitæ discrimine emanata, vera, atq; sincera præsumitur; potissimùm ad exonerationẽ conscientię facta. *Cavocius. plene d. dec. 90. n. 4. & seq. & n. 7. Anton. Monach. dec. Lucens. 31. n. 58. Mãcin. de confess. c. 8. à n. 32. ad fin. vsq; capit. Balthaxar. Thomas. d. tract. 10. tit. 2. c. 19. n. 52. Nouar. d. priu. 47. n. 5. 6. 7. et 8. & d. priuil. 38. num. 3. Marta. d. art. 2. n. 17.*
87 Quinimò multũ, ac supra modũ operatur ad ostendendã malam fidẽ confitentis. *vt Rota loquitur in recent. par. 1. tom. 2. dec. 169. n. 6. Mascar. d. concl. 359. n. 8. & n. 24. Tusc. d. concl. 639. nu. 22. & n. 37. & seq. Menoch. d. lib. 5. præs. 2. n. 46. Sebast. Medices. opusc. 4. n. 15. notab. 10. in fin. f. mihi 246.*
88 Nullus est .n. qui tũc tẽporis salutis æternæ, diuiniq; timoris, atquè iudicij immemor adeò præsumatur, vt sine causa mentiri velle in animæ suæ æternũ interitũ, atq; Patrimonij, quod relinquebat diminutionem, iurè æstimetur. *ad tex. in l. vlt. ad fin. C. ad l. Iul. repetundar. canoniza-*
89 *tũ in can. sancimus. 25. 1. q. 7.* Nequè (ex regula generali) in vltimis voluntatibus fraus præsumatur. *ex tex. in l. ex hoc edicto. 9. §. alienare. ff. de alienat. iud. mutandi causa facta. Card. Mant. de coniectur. lib. 10. tit. 4. n. 1. Mascard. d. conclus. 359.*
90 *n. 4. & nu. 28. & 29.* Potissimùm verò in facto hoc nostro; cùm nulla in contrariũ vigeat pręsumptio, nullaq; probatio; quinimò pro illa multa faciant, ex his, quæ infacto supponuntur; neq; de alterius agatur præiudicio (vt iam diximus) *secundum Mautic. d. tit. 4. lib. 10. n. 3. & seq. Gugliel. de Benedict. vbi supra d. n. 28. & 29. & 186. & 187. Mancin. d. c. 8. nu. 38. & Caroc. d. decis. 90.*
91 Quinimò (his concurrentibus) & si nulla alia adiecta sit causa, & confessio ab eo fiat, qui in extremis laborans, supremũ trahit spiritum, firma nihilominus, atquè stabilis perseuerat. Quia præsumitur tunc dicere veritatem. *secũdum Bald. in c. litteras. n. 12. de præsumpt. Abb. d. c. si cautio. 14. n. 2. de fide instrum. Menoch. latè lib. 5. præsumpt. 5. per tot. præsertim nu. 15. & 17. Mancin. d. c. 8. n. 42. Nouar. d. priuil. 47. n. 3. & 4. Caroc. d. decis. 90. num. 12. 13. & 14.*

Vnde nec obstabit, quod pro Aduersarijs replicabatur (quatenus huiusmodi admitteretur confessio) partes esse debere Regij Fisci, cùm fuerit Testator Regis minister, & in officio delinquendo, foris facta huiusmodi admiserit.

Præter quàm quòd enim (vt in prioribus quoq; nostris scriptis plenè ostendimus) fuerit legatum hoc 50. mil. pro malè ablatis incertis; vt propterea res quædam spiritualis effecta
92 fuerit. Vt multò magis hinc partes insurgant Oeconomi Fabricæ, qui fundatum habẽt ius in relictis omnibus incertis, & pro malè ablatis, & exoneratione conscientiæ; quòd Christo Domino incertorum omnium hæredi debeatur, & pro eo pauperibus, vt prioribus nostris scriptis latè deduximus.

93 Neq; tamen confessio ad hunc effectũ emanuit, vt condemnationẽ operari posset. *Surd. dec. 250. n. 5. & 6.* Neq; etiã sit talis, vnde cõdẽnatio sequi valeat. Neq; .n. confessus, statim vt
94 cõdẽnatus habetur, sed sententia, & condẽnatio, vt sequatur necesse est, atq; desideratur. *vt optimè per Peregrin de iure fisci lib. 4. tit. 5. de criminib. quæ morte extinguntur. n. 14. & alij mox infrà citandi.*

95 Neq; ius sit fisco vllum fundatũ, antè cõdẽnationẽ, & sententiã in bonis delinquentis. *vt est tex. in c. 1. de homicid. in 6. c. si fœlicis. 5. de pœnis eod. lib. c. cùm secundũ. 19. de hæretic. in 6. cùm ibi notat. Bar. ad l. fin. n. 3. ff. de iniur. & in l. vnica. C. de pœnis fiscalib. lib. 10. l. vni. C. ad l. Iul. maiest. Nauar. cons. 27. n. 5. lib 5. de sent. excommun. & in man. c. 17. n. 30. & c. 23. n. 66. & c. 25. n. 118. & de orat. & horis canonic. c. 21. n. 47. & 49. & n. 54. & cons. 92. n. 3. de Simon. d. lib. 5. atq; latius cons. 4. de iniur. & damno dato. & in Gloss. 3. sum. de pœnit. dist. 5. n. 22. & 23. S. Thom. 2. 2. q. 62. ar. 3. Gloss. fin. & recepta in can. Fraternitas tua. 12. q. 2. Couar. in d. reg. peccatum. par. 2. relect. §. 2. n. 6. Molin. de iustit. & iur. tom. 1 disput. 88. Ioan. Salas. de legib. tract. 14. disput. 15. sect. 2. nu. 25. Grat. forens. par. 1. c. 132. n. 14. & par. 2. c. 440. Sanctarell. variar. resol. q. 4. n. 22. & 49. & q. 27. n. 9. Bonac. de contract. disput. 3. q. 8. punct. vlt. §. 1. n. 23. & §. 3. n. 1. & seq. Angel. Steph. Garon. ad Constitut. Mediol. lib. 4. tit. 7. ar. 36. n. 62. de iure. & priuil. fisc. Pater Diana in resolutionib. moralib. par. 2. tract. 10. de legib. resol. 23. Fernand. à Castro Palao. tom. 1. oper moral. de pœnis heretic. tract. 4. disput. 5. punct. 18. n. 2. & 4.*

96 Nihilominus, neq; restitutio ipsa fisco fieri deberet; sed pauperibus, qui in id vocãtur tãquam ad Christi Domini patrimoniũ suffecti.
,, *per tex. in c. cùm sit 16. de Iudæis ibi: Donec in vsus*
,, *pauperum Christianorum. secundum prouidentiam*
,, *Diæcisani Episcopi conuertantur.* hęc ibi. quod tũc
97 fanè exaudiatur, cùm certi non sunt ij, à quibus bona extorta fuere. *vt glos. explicat. fin. d. c. cùm sit.* Quia si certi essent, quibus dãnum illatũ est, eis vtiq; restitutio fieri deberet, nõ verò Christi pauperibus. *vt ex S. Tho. d. q. 62. ar. 5. & alys supra diximus.* Etiam in damnum fisci. *vt Mascard. inquit d. concl. 359. n. 14.* Qui sanè in bonis delinquentis succederet, non verò in bonis creditorum.

Succedet itaq; iurè, nec iniuriã Fabrica S. Petri in his incertis, vi applicationis eidem factæ per Summos Romanos Põtifice, vt etiam supra in alijs scriptis ostendimus.

98 Non diffiteor tamen, optimũ, iustissimumq; videri Domini mei Coratij consilium, posse causam hanc compositione sopiri. *ad tex. vbi doctor. in l. 2. C. de transact.*

Et ita ex his respondendum censui sub censura. &c.

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

P 3 SVM-

SVMMARIVM.

1 IVdicium, vbi ceptum ibi terminari sebet. limita in tertij præiudicium, & iurisdictionis alterius, num. 19.
2 Iudex in causa propria nemo esse debet. declara num. 26.
3 Piorum legatorum executio mixti fori est. magis tamē ad Ecclesiasticos, quā ad laicos Iudices eorum cognitio spectat. num. 4. exauditur tamen fauore piarum causarum, vt mixti sit fori eorum executio in odium exequi eas debentium. num. 15.
non verò in odium Tribunalis Fabricæ. num. 16. & 18.
8 Pia legata implere renuentes, vel differentes, veluti pauperum necatores, at infedeles Ecclesiasticis supponuntur censuris.
6 Episcopus competens est iudex pro dote pauperi puellæ relicta.
sicuti pro legatis pro malè acceptorum restitutione. num. 7.
8 Episcopi omnium piarum dispositionum sunt executores, etiam tanquàm Sedis Apostolicæ delegati ex decreto Sacri Trident.
an verò cumulatiuè, vel priuatiuè, quoàd laicos Iudices mens Sacri Tridentini Concilij sit, disceptitur. num. 9.
quoàd alios tamen Iudices Ecclesiasticos inferiores Episcopis cumulatiuè procedit. num. 10.
11 Decreta Sacri Tridentini Concilij omnes vbiq; afficiunt, quòd Concilium conditum fuit interuentu Principum omnium totius orbis.
& nouum proinde ius, quoàd omnes conficiunt. num. 12.
13 Tribunal Fabricæ Sancti Petri in locum successit Episcoporum quoad executionem piorū legatorum.
& fuit erectum cum Regis beneplacito.
17 Quod fauore inductum est, non debet in odium retorqueri.
20 Disparitatis ratio vbi non affertur, idem ius statuendum erit.
21 Tribunal Fabricæ non dicitur Iudex in propria causa.
alioquin in cassum esset erectum. & num. 28.
22 Petitio principij quid.
23 Potentia illa inanis est, quæ nunquam reducitur ad actum.
24 Inanis est actio, quàm inopia debitoris excludit.
25 Habitus denominatur ab actu, vt remoto actu, habitus quoq. remoueatur.
27 Causa propria ea dicitur, cuius emolumentum, & dammum ad aliquem suo nomine pertinet.
29 Iudices Cameræ Apostolicæ, vel Regiæ non in propria causa iudicare dicuntur.
30 Iudicis est cognoscere, an sua sit iurisdict. nec nē. præsertim vbi nullum ex hoc emolumentum, vel dammum Iudex consequitur. num. 31.
32 Dubia in Tribunali Fabricæ per Commissarios Fabricæ deciduntur, etiam ex Regis beneplacito.
33 Locus Apostoli nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, affertur.
Verum eiusdem loci germana explicatio redditur. num. 34. & num. 44.
35 Iustus in principio orationis accusator est sui.
36 Restitutio redditionem importat illius rei, quæ iniustè ablata est.
37 Facere sine Deo nihil possumus.
38 Stultus non decet, vt melioris sit conditionis, quàm peritus, & sapiens.
39 Scire nemo infallibiliter potest se in gratia Dei esse.
atque de numero prædestinatorum absq; diuina reuelatione; ratio afferetur. num. 41.
vt contrarium asserere hæreticum sit, hæresi luterana, num. 40.
per coniecturas tamen, & signa assequi id possumus. num. 42. & loca sacræ Scripturæ referuntur.
34 Locus Salomonis prouerbiorum. 20. quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum à peccato, explicatur secundum Bedam.
45 Legatum pro malè ablatis relictum, & exoneratione conscientiæ, nisi probetur malè ablatum, legatum remanet purum, & simplex; declaratur tamen dictum. num. 46.
47 Testator compelli an possit per confessionem testamento factam de male ablatis, si vita functus minimè fuerit.
facit tam talis confessio suspitionem. num. 49. siuè præsumptionem. num. 71. declaratur aliter esse; si nedum confessus testator fuerit, verùm, & disposuerit super malè ablatis, & eorum restitutione. num. 50.
accedente potissimùm acceptatione per notarium facta. num. 51.
conciliantur discordantes sententiæ. num. 53.
48 Voluntas hominis ambulatoria est ad supremū vsq; vitæ spiritum.
52 Contrahi quoq; potest in actu vltimæ voluntatis.
54 Conscientiæ, quæ sunt abdita, testium probationibus subijcere velle, satis durum est.
55 Dispositiones pij testatoris improba mente violare velle nefas æstimatur. & num. 60.
56 Fides habenda est testatori pro Animæ suæ salute relinquenti.
in articulo mortis, præsertim, & pugna pro peccatis, & aduersario nostro. num. 57.
& vbi testator nulla ad id necessitate adigebatur, nisi, vt animæ suæ saluti consuleret. num. 61.
58 Homo peccatorum suorum meliùs reminiscit. in mortis articulo.
neque præsumitur tunc mentiri. num. 59.
62 Confessio in extremis pro exoneratione conscientiæ firma remanet ad obtinendum peccatorum remissionem.
neque filij prætentione, etiam ignoranter facta reuocatur. num. 63.
64 Malè ablata non tàm dari, quàm reddi videntur.
65 Confessio inter viuos ad condemnationem proficit, & nulla ab ea maior est probatio.
multòq;

multòq; magis in ultima voluntate emissa, accedentibus potissimùm adminiculis.66.
multòq; fortius si habet dispositionem annexam. num.113.
Ad ostendendam, præsertim malam fidem confitentis.num.67.
ut ab hærede reuocari minimè possit. num. 68
& multò minùs per tertium.num.69.
nam confessio si defunctum afficit, multò magis hæredem afficere debet.num 70.

71 Mortui ad inquietem reuocandi non sunt, & quiescere sepulti sinendi sunt.

73 Iure qui suo utitur nem ni facit iniuriam.

74 Damnum infert, qui id facit, quod facere ius nõ habet.

75 Damnum quod quis sua culpa sentit, alteri non imputatur.
neque imputatur damnum quod alteri sequitur, dùm suo quis iure utitur.num.76.
neque vim facit, qui suo iure utitur.num.77.

78 Dictio (fortè) dubietatem denotat, factumque, cui adijcitur, dubium reddit.

79 Sermo diminutus non patefacit dicentis animũ, quare integer orationis periodus examinari debet.

80 Conscientia dubia, & erronea operans peccat, et certo se animæ periculo exponit, dubio præsertim existente practico, & non speculatiuo.

81 Præcedentia qualis in sequentibus mens fuerit disponentis, declarant.
atq; præparatoria sequentium præcedentia appellantur.
& forma, vel quasi sunt eorum, quæ sequuntur. num. 81.

82 Verbum nullum, nullaq; clausula sine effectu operandi debet esse in testamentis.
præsertim si verba exaudiuntur secundum naturam rei deductæ.num.83.

84 Verba pro lata ante omnia perpendenda sunt, nam magnum habent pondus ad intelligendũ quid disponatur.

85 loquela hominis, animum indicat eius.

86 Ratio est, quæ limitat, atque restringit dictum, siuè dispositum ad terminos rationis ipsius.

87 Ratio, quæ generalior est, quàm dictum, ipsummet dictum explicat.

88 Intellectus ad tex. in l.cum pater.79.§.dulcissimis.de legat.2.

89 Dictum, & dispositio eatenus extenditur, & dilatatur, quatenus eius ratio permittit.
præsertim, vbi ratio dispositiuè ponitur. num.90.

91 Ratio de per se stare non potest, cùm sui natura habeat, ut ante, vel post prolatum confirmet.

92 Dubitans probabiliter ne faciat aliquid, & facit nihilominus, in re præsertim graui, mortaliter peccat,
quia contra conscientiam dubiam facit nisi dubiã deponat conscientiam. num 97.

93 Effectus talis est, qualis est sua causa productiua.
neque potest effectus suæ productiuæ causæ terminos egredi, cum proportio causæ sit proportio causati.num.94.

95 Causa facti factum ipsum restringit, sicuti causa verbi restringit verbum.

96 Bona fide possidens potest rem retinere. declara, num.97.

98 Dubius de aliqua re restituenda, vel speculatiuè, vel practicè dubius est; & si practicè dubius, rem restituere tenetur.

99 Possidentis conditio melior est in pari causa. & quomodo exaudiatur.
& debet bona fides præcedere.num.100.

101 Malè fidei possessor non potest rem tuta conscientia retinere

102 Conclusio orationis præcedentia coarctat ad terminos consequentiæ, atquè vnam partem ab alia dependere ostendit.

103 Consequentia præcedentibus respondere debet, & idem in sequentibus conclusum videtur, quod in præcedentibus statutum fuerat.

104 Sequentia, quid per præmissa prætensum fuerat ostendunt.

105 Sequela iure ducitur à positione consequentis ad positionem sui antecedentis.

106 Verba mentem inducant disponentis.
facta tamen id efficaciùs operantur. num.107.

108 facta potentiora, atque efficaciora sunt, quàm verba.

109 Homines sæpè dicunt aliud, quàm velint, rarò autem faciunt id, quod non sentiunt.

110 Voluntas testatoris lex est in his, quæ legibus non aduersantur.
in dubio præsertim, & fauore animæ, & prò malè ablatorum restitutione.num.111.
multòq; magis id procedit, si factis voluntatem declarauit.num.112.

114 Papa omnimodam habet potestatem in his omnibus, quæ Christo Domino uti incerta debentur.

115 Non licet de factis Summi Romani Pontificis iudicare.
possumus tamen de voluntate differere eiusdem, voluerit, nec ne aliquid. num.116.

117 Subreptio, vel obreptio Breuis coram datis in illa executoribus cognosci debet.

118 Summi Pontificis Romani potestatem denegãs, vti hæreticus coarguitur.

119 Dubius in fide infidelis habetur.

120 Dubitandum nullo modo est de suprema Summi Pontificis potestate Christi Vicarij Orbisq; totius Monarchæ.

121 Luterus in hoc totus est, ut Pontificis Summi potestatem deneget.

122 Portæ inferi, neq; inferni mostra præualere poterunt aduersus Summi Romani Pontificis potestatem, & Ecclesiam Christi sponsam, quam ipse regit Vicarius eius, ac vice Deus in terris.

123 Recurrentes ad Cancellarias aduersus Breue Apostolicum in censuras in Bulla in cœna Domini dant.

Sex

Sequitur quoque præcedentis responsionis materia.

RESPONSIO. XXIV.

PLura satis sunt, quæ per Aduersarios contra Reuerendæ Fabricæ Sancti Petri Tribunal concrepantibus effunduntur buccis; vt non mirùm si lingua eorum transiuit in terram, quando in Cœlum os ponere veriti non fuere. Vnde & si planè ex alijs sctiptis pro dicto Tribunali, eiusq; Oeconomo, semèl, iterùmq; datis, omnia nunc iacta retundi iacula possint: Nè tamen surda ea præterijsse aure, & victori (vt vetus est adagium) herbam dedisse, videamur, sequentibus eorum disijcere visum est tela.

Principiò verò illud nobis obijciunt. Excedere iurisdictionis suæ limites Reueredum
1 Tribunal. Cùm, quòd piorum legatorum executio mixti fori sit, vt cepra lite pro esecutione Montis suffragiorum in Sacro Neapolitano Consilio, apud illud compleri quoquè debear. *ad vulgatam regulam text. in l. vbi ceptum. 30. ff. de iudic. cap. proposuisti. 19. extrà de for. cõpet.* Tùm, quòd si in Tribunali cognosceretur; sir nec nè pro malè ablatis incertis, & exone-
2 ratione conscientiæ legatum hoc 50. mil. rogatum; esset vtiquè Iudex in causa propria; quod fieri minimè decet *ex tex. in l. 1. C. ne quis in sua causa*. Verùm, neutrùm horum contrà nos est.

3 Non primum. Quoniam, & si planè mixti esse fori piorum legatorum executionem receptum sit, apud iuris interpretes. *ex tex. in l. hæreditas. 53. §. si defuncto. in fin. ff. de petit. hæredit.* vbi sequentibus, verbis loquitur Papinianus: *Quamuis enim strictò iure nulla teneantur actione hæredes ad monumentum faciendum; tamen Principali, vel Pontificali authoritate compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis.* Principali (*gloß. ob id inquit*) idest Principis, vel Papæ, siuè Episcopi authoritate, *& est text. in §. si quis ædificationem. cap. 3. in auth. de Eccles. tit. collat. 9. vbi Imperator. si quis ædificationem* (inquir) *venerabilis Oratorij, aut Xenodochij in nouissima voluntate fieri disposuerit, Oratorium quidem intrà quinquè annos compleri iubemus prouidentia locorum Episcopi, & Ciuilis iudicij.* hæc ibi. *tex. in cap. exijt. 3. §. ad quæ legata soluenda. de ver. signif. lib. 6. ibi: etiã Prælati, & sceculares. vbi glosella in annotationibus. Nota (ait) quòd Iudex secularis interponit se circà legata pia. tex. ad rem non ineptus. in l. oßa 8. in princ. ibi, seù permißum Pontificalem, seù iußionem Principis. ff. de religios. & sump. funer. Bald. d. §. si defuncto. num. 1. Angel. num. 3. cum alijs relatis per Tiraquell. priuil. 149. in fin. Armilla. verbo. legatũ. §. 57. Regens de Ponte cons. 37. n. 31. lib. 2. Georg. Cabed. decis. 78 num. 1. par. 1. Ioan. Bertacchin. de Episcop. lib. 4. par. 6. q. 8. num. 17. volum. 2. tract. fol. 189. col. 4. Petrus Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 9. num. 3. Card. Tusc. tom. 4. lit. F. conclus. 467. num. 59. in fin. Marta. de iurisd. par. 2. cap. 10. num. 14. & de succeßion. legali. tom. 2. par. 4. q. 15. art. 2. nu. 1. & seq. Barbos. tract. nouiß. de iure Eccles. lib. 3. cap. 27. num. 22. & seq.*

4 Nihilominus, cùm res sint huiusmodi, quæ ad Religionem spectant, ad Episcopos magis, quàm ad laicos pertinere Iudices, aduersa, nec iniuriâ, recipit sententia. *Gloß. optima in d. l. hæreditas. §. si defuncto. verbo. principali:* sequẽtibus loquẽs verbis: *Et sic nota, quòd ad Episcopum hoc spectat, sicuti & alia, quæ ad religionem spectãt. vt C. de Episcop. & Cleric. l. nulli. §. quòd si in vico.* hęc gloss. *Est. tex. satis apertus in §. si quis autem pro redemptione. cap. 8. d. auth. de Ecclesiast. tit.* dum sequentibus, & sanè aureis ad rem nostram Imperator loquitur verbis: *Præcipimus* (inquiens) *Sanctißimum Episcopum Ciuitatis, in qua testator habuit domicilium, præcipere easdem res, & eius Ciuitati pauperibus erogare.* Et paulò infra. *etiam sic iubemus, res ad hoc relictas locorum Episcopos, & eius Oeconomos accipere, & huiusmodi pium opus implere. In omnibus enim talibus pijs voluntatibus Sanctißimos locorum Episcopos volumus prouidere, vt secundum defuncti voluntatem vniuersa procedant; licet præcipuè à testatoribus, aut donatoribus interdictum sit eis habere ad hoc aliquod participium.* hæc ille. Quid dilucidiùs igitur, verbis hisce desiderari vnquam potest? *& probat quoq; text. in cap. tua nobis. 17. vbi gloß. 1. de testament. text. in cap. nos quidem. 3. in cap. si hæredes. 6. in cap. Ioannes. 19. eodem tit. Clemen. quia contingit. 2. de religios. domib. text. in can. qui oblationes. 13. q. 2. vbi Archid.*
5 *& Turrecremat.* Ibi enim. Pia legata implere renuentes, vel differentes, veluti pauperum necatores, & in fideles, Ecclesiasticis supponi censuris, & ab Ecclesia ipsa reijci Cartaginense, atq; Varense decreuere Concilia. *est etiam text. in canon. Syluest. vbi gloß. 11. q. 1. probat glos. in cap. relatum. 11. verbo. decretorum. de testament.* dicens: *Nota; causas vltimæ voluntatis defunctorum ad Ecclesiasticum Iudicem pertinere:* hæc ibi. *& Couar. ibid. num. 13. & Innocent. per tex. ibidem in verbo. per tè, in d. cap. nos quidem. 3. de testament.* vbi sic loquitur: *Defensio testamentorum ad Episcopum pertinet; maximè verò ad pias causas. est etiam gloß. fin. in l. in testamento quidam. 27. ff. de condit. & demonstrat. Angel. in l. quidam cùm testamentum. 5. §. illo videlicet. num. 4. C. de necess. seruis hæred. instit.* vbi sequẽtibus loqtur. *Executio autem voluntatis piæ non est dubium, quòd pertinet ad Episcopum, tàm de iurè canonico, quàm ciuili.* hęc ille *meus Maranta. in specul. 4. par. in 11. dist. iudic. num. 6. Bald. nouell. de dote. par.*
6 *5. num. 14. volum. 5. tract fol. 157.* Dum determinar, pro dote pauperi puellæ relicta, posse Episcopum, vt executorem piarum dispositionum omnium; iurè adiri *Ioan. Bertacch. de Episc. lib. 4. par. 6. num. 1. volum. 2. tract. fol. 189. Afflict.*

in

*in Constit. Regni instrument. robur. tom. 1. de fide in-
strumen. num. 23. & 24. Tiraquell. priuil. 149. Guido
Papa decis. 576. Cuppella Tholosanu. decis. 51. &
78 atq; 112. Menoch. de adipisc poss. remed 4. num.
256. 257. & seq. Card. Tusc tom 3. lit. E. conclus.
257. num. 1. 7. & 9. Iacob. Sbrozius. de offic. Vica-
rij. lib. 2. q. 49. & 50. ac seq. Surd. de aliment. tit. 8.
priuil 9. num. 3. & 4 Genuens. in praxi. in cap. 85.
de causis delegatis. num. 24. 25. & 26. in annotatio-
nibus. Marta. de iurisdit. d. par. 2. cap. 10. num. 12.*

7 Potissimùm in legatis pro restitutione illicitè
acceptorum. *num. 34. & par. 4. casu. 88. num. 13.
& 14. & de success. legali. d. q. 15. art. 2. per tot.
Franc. de Ponte d. cons. 37. num. 7. 8. & 9. Barbos de
offic. & potest. Episcopi par. 3. allegat. 82. n. 13. &
14 & d. cap. 27. nu. 22. & 23. ac seq. d. lib. 3. de iure
Ecclef. Sanchez. in cons mor. alib. par. 2. cap. 1. dub. 53.
nu 6. in 4. conclus. Scipio Rouitus, vir alioqui Do-
ctissimus, Regius Conciliarius, et Causarum Fabricæ
Regius Consultor in secundis institutis l. nunc verò
Regiæ Cancellariæ meritissimus Regens Pragmat. 1.
tit. de legatis pijs. n. 12 fol. 358.* vbi sic loquitur *Et
,, de iure communi omnia legata pia sunt exequenda
,, per Episcopum loci. vt in § si quis autem pro redẽ-
,, ptione. in auth de Ecclef. tit.* hæc ille. *est quoq; tex.
Sacr. Trid. Concil sess. 22 cap. 8. de reform. disponẽs:*

8 Episcopos etiam tanquàm Sedis Apostolicæ
delegatos omnium piarum dispositionum, tàm
in vltima voluntate, quàm inter viuos exequu-
tores esse. Vnde nedùm quidem iure ordina-
rio, verùm etiam & iure delegato Sedis Apo-
stolicæ, procedere poterit. *Barbos. d. allegat. 82.
num. 31. Ioannes Baptista Thoro in sum priuil. piar.
causar priuil. 259* & hanc sententiam absolutè
ad Episcopos spectare sequitur, ac tuetur *Di-
dacus Spino vir aliqui doctissimus. in speculo te-
stament. Gloss. 28. num. 44.* licet eum carpat *San-
chez. in cons. moralib. par. 2. lib 4. cap. 1. dub. 54. n. 5.*
licet ipse toto illo dubio sit etiam pro nobis.

9 Vt quatenus fortassè in dubium reuocaretur,
cumulatiuè nẽ, an priuatiuè quoad laicos iu-
dices mens fuerit sacro sanctæ Synodus dispo-
nendi in hac re; licet quoad alios Episcopis in-
feriores, ex consuetudine, vt de ijs cognoscant
facultatem habentes; cumulatiuè quidem, nõ
priuatiuè exaudiri Sacra declarauit Congre-
11 gatio Eminentissimorum Cardinalium Con-
cilij interpretum. Potissimùm, quòd Sacri hu-
ius Concilij decreta omnes vbiq; afficiãt; cùm
Concilium ipsum conditum fuerit totius Or-
bis Principum interuentu, & consensu, qui, vel
per se ipsos, vel per proprios Oratores inter-
12 fuere: Vnde nouum ius cõficiunt quoad om-
nes, vt ab omnibus seruari proinde inuiolabi-
liter debeant; vt notabilitor satis aduertit
*Riuerendissimus Episcopus Thelesin. in Thesauro
fori Ecclef. par. 1. cap. 9. num. 26. in impress Romana*
& sequitur hanc sententiam *Sanchez. d. dub. 54.
num. 18.*

13 Præter quàm quòd item Tribunal ipsum
Fabricæ Sancti Petri, quod in locum successit
Episcoporum, quòad exequutionem piarum
dispositionum omnium, siuè inter viuos, siuè in
siuè in vltima voluntate, iuxta sua priuilegia, &
facultates, per Summorum Romanorum Põ-
14 tificum constitutiones eidem concessa, cum
assensu erectum fuit Sacræ Regiæ Maiestatis
anno 1540. atquè præcisa expressione in Re-
gio beneplacito, vt commissiones causarum
non possint fieri in præiudicium Fabricæ, vbi
agitur de eius interesse, *vt deductum fuit in pro-
cessu. fol. 52. & meminit Dominus Regens Rouitus
d. pragm. 1. de legatis pijs. nu. 2. Ioan. Baptista Thoro
priuil. 102. in fin. vers. nihilominus tamen. & priuil.
159. etiam in fin. post Quarant. in sum. verbo Fabri-
ca Sancti Petri.* quem etiam sequitur *Reuerend.
Riccius Episcopus Vici Equen. in praxi. par. 2. reso-
lut. 374 cum alijs sequent. Sanchez. toto. d. dub. 54.
nouissimè etiam Ioann. Dominic. Tasson. in pragmat.
de Antefato. vers. 3. obseru. 3. Tribunali. 38. nu. 395.*

Nulla igitur subesse in hoc poterit difficul-
tas Aduersarijs ad Tribunalis diffugiendam
iurisditionem.

15 Verùm enim verò (sac mixti sit fori piorũ
legatorum; ac dispositionum executio, quòd
planè nos haud abnuimus) id quidem fauore
exaudietur piarum ipsarum dispositionum; in
odium exequi eas debentium, & negligẽtium;
vt piæ disponentium voluntates desiderato
minimè defraudentur effectu. Vterquè enim
Iudex temporalem in laicos iurisdictionem
obtinet. *vt Bald.* inquit *in d. l. hæreditus. § si de-
functo. num. 1. Tiraquell. d priuileg 149. Surd. de
16 aliment. tit. 8. d. priuileg. 9. num. 3. & 4.* Non verò
17 in odium Tribunalis. Ne quod fauore indu-
ctum est in odium retorqueatur, quòd nulla
ratio, aut æquitatis benignitas patitur. *vt Mo-
destinus loquitur in l. nullu iuris. 24. ff. de legib. l.
quod fauore. 6. C. eod. regula quod ob gratiam. 61. de
reg. iur. in 6. Surd. decis. 196. num. 5. Marta de iu-
risdict. par. 2. cap. 10. num. 7. Barbos. assiom. 96.
num. 1.*

18 Nequè ex generali illa fortassis dispositione
in *d. l. hæreditus. 53. § si defuncto.* Ius debet alte-
rius lædi, vt cum incomodo, & præiudicio fiat
Tribunalis. *ad tex in l. 2. § meritò ait, & § si quis
à Prencipe. ff. ne quid in loco publico. l si quis sepul-
,, crum. 12. ibi:* Ne *vicinus magnum patiatur detri-
,, mentum. ff. de religios. & sump. funer.* Cravett. *cons.
33. num. 8.*

19 Nec obstat assumptum. *ex l. vbi ceptum. 30.
ff. de iudic.* Illud enim exanditur respectu par-
tium, non autem vbi præiudicium inferretur
iurisdictioni alterius. *vt inquit Bald. in cap. ad hoc
de allodijs. col. 2 num. 5. vers. adde si consuetudo. in
vsib. feudor.* sequitur *Felin. in cap. ex tenore. 16. nu.
18. in 4. fallent. in fin. de rescript.* vbi etiam limi-
tat vndecim modis. *Bernardin. Diaz. reg. 382.
Gabriel lib. 2. tit. de iudic. conclus. 1. nu. 26. Philipp.
Port. lib. 3. reg. 22. in 8. limit. Intrigliol. decis. 49.
num. 24. Afflict. decis. 354. num. 3. & 4. Card. Tusc.
tom. 4. littera. I. conclus. 487. per tot. præsertim. nu.
14. & 26. Barbos. assiom. 132. num. 1. & num. 2. vbi
cum alijs, ac Tusc. conclusionem limitat vndecim
modis.*

Non obstat præterea secũdum aduersario-
rum

rum obiectum, de iurisdictionis excessu; quòd
si in Tribunali ageretur, esset illud Iudex in
causa propria.

Tùm, quòd in omnibus alijs legatis hoc idē
vigeret assumptum, cùm in ijs interesse quoq;
vertatur Tribunalis eiusdem. At nulla dispari-
20 tis est ratio, cur in hoc dumtaxat legato velint
Aduersarij Tribunal in propria causa iudica-
re, & non in alijs; vt si eadem in hoc, atquè in
alijs vigeat ratio, idem omninò ius in omni-
bus æquè statuatur. *ad tex. in l. 3. in princip. ibi.*
,, *Nec ratio diuersitatis reddi potest. ff. de iniusto ru-*
,, *pto testamento. l. à Titio 108. in fin. ibi. Cur non idē*
,, *in dote promissa respondeatur, ratio reddi non po-*
test. ff de verb. obligat. vbi gloss. l. illud. 32. ff ad le-
gem Aquil. plenè Barbosa alios more suo referens
21 *axiom. 197. num. 3. et 4.* Cæterò quin esset Tri-
bunal incassùm erectum; nūquam enim de le-
gatis cognoscere posset, quòd in illis de eius
commodo agatur, & Iudex esset in propria
22 causa. Ast hoc petitio est principij. *secundum*
Dialecticos. et sequitur Rota apud Card. Seraphin.
decis. 1438. num. 10. in fin.

23 Inanis autem; & frustra est illa potentia, quæ
nunquam in actum deducitur. *secundum Philos.*
et probat tex in l. 3 ff. quando dies legati cedat. l nō
oportet. 53. ff. de legat. 2. arg. tex. in cap. olim 16.
quod est. 2. vbi gloss. verbo. inanis. de restit. spoliat.
24 quatenus probat inanem esse actionem illam,
quam inopia perimit, & excludit debitoris.
Surd. cons. 37. nu. 2. lib. 3. Barbosa axiom. 184. nu. 1.
25 Habitus verò denominatur ab actu, vt remo-
to actu, remoueatur habitus, qui alias frustra-
neus esset. *secundum Bald. in proœm. digestorum*
num. 5. in 4. notab.

26 Tùm, quòd Iudices; Neq; (vt perperam
Aduersarij supponunt) sibi ipsis lucra refe-
runt, sed Fabricæ Sancti Petri; vnde non in
propria, sed omninò aliena causa ius dicunt; vt
omnis proinde longè ablegetur suspitio; quòd
sibi ipsis de iure respondeant. In re enim prio-
,, pria (*inquit tex. in d. l. 1. aliàs vnica. C. ne quis in*
,, *sua causa*) iniquum admodum est alicui licen-
,, tiam tribuere sententiæ.
27 Ast palàm est (*Vlpian. loquitur in l 1. §. in pro-*
,, *pria. ff. quando appelland. sit*) eam propriam esse
,, causam cuius emolumentum, & damnum ad
,, aliquē suo nomine pertinet. *et sequitur* Grām.
28 *decis. 73. num. 17.* Hic verò, nequè damnum,
nequè emolumentum suo nomine ad Iudices
pertinet Tribunalis. Vt nō in propria propte-
rea causa, sed omninò aliena iudicent. *vt in d. l.*
1. C. ne quis in sua causa. exaudit gloss. in l. si quis
ex aliena. 5. §. æstimare. ff. de iudic. vbi Bart.
29 Quemadmodum, nequè in propria causa
iudicant Iudices Regiæ Cameræ; atquè etiam
Cameræ Apostolicæ, quia non sibi ipsis, sed
Regi, ac Summo Pontifici, eiusq; Cameræ lu-
cra ferant. Vt de Auditore Cameræ Apostoli-
cæ inquit *gloss. in clem. 2. §. eo tamen. verbo. came-*
rarium. de elect. sequitur Marin. Freccia *de subfeud.*
lib. 1. tit. de officio Magni Camerarij n. 18. et seq fol.
mihi. 31. col. 2. est tex. in l. proximè. 3. §. sententia Im-
peratoris. ff. de his, quæ in testam. delent. quem al-
legat Bald. cons. 267. ad euidentiam præmitti sub nu.
12. vers. sed respondeo. lib. 1. sequitur Tusc. tom. 4.
littera. I. conclus. 403. num. 15.

30 Tùm prætereà, quòd iudicis est cognoscere,
,, an sua sit iurisdictio, nec nè. Prætoris enim est
,, æstimare. an sua sit iurisdictio (*Vlpian. inquit*)
in d. l si quis ex aliena. 5. de iudic. & in l. 2. §. sed si
,, *dubitetur ibi: Ipse Prætor debet causa cognita in-*
tueri. ff. eod Canonistæ. in cap. cæterum 5. de iudic
tex. in cap. super litteris. 20. vbi Scribent de rescrip.
cap. cùm personæ. 7. de priuil. in 6. Lapus allegat. 58.
Prælatus Ecclesiæ. num. 3. Rota decis. 24. aliàs. 153.
num. 2. de appellat. in nouis. Gaillus lib. 1. obseruat.
34. num. 1. & obseruat. 48. nu. 11. Marius Antonin.
variar lib. 1. resolut. 48. num. 5. & resolut. 137. n. 5.
Card. Tuscus. d. conclus. 403. num. 17. Præsertim
verò, vbi nullum ex hoc cōmodum, vel emo-
lumentum Iudex ipse consequitur. *vt gloss. in-*
quit. in l. de iure. 47. in verbo. Prouinciæ. ff. ad mu-
nicipal. quam singularem appellat *Bar. in d. l. si*
quis ex aliena. 5. num. 1. de iudic.
32 Tùm postremò. quòd est hoc plenè dilutum
in Tribunali Fabricæ per Regiæ Maiestatis
beneplacitum, quo decisum est, vt dubia per
Commissarios Fabricæ decidantur.

Neutrum igitur horum obiectorum per
Aduersarios contra nos pugnat.

Verùm ad alia diuertamus disijcienda ia-
cula. Obijciunt præterea nobis: Quòd lega-
tum 50. mil. pro Monte erigendo per Testato-
rem relictum, ad exonerationem rogatum vi-
deri conscientiæ, atquè ad incertorum, ac ma-
lè acceptorum restitutionem, asseruerimus; vt
ius esset Fabricæ Oeconomo ad illud vindi-
candum vi suorū priuilegiorum, & facultatū.
,, Probant autem id contra nos Primò. *Quòd*
,, *verba legati* (aientes) *quæ adducit Oeconomus ad*
,, *suam prætentionem probandam, talia sunt, quæ qui-*
,, *libet vir probus non modo potest, sed non aliàs dice-*
,, *re debet. Quis enim, etiam Sanctus, absquè diuina*
,, *reuelatione dicere potest; Ego sum securus, quòd nō*
,, 33 *teneor ad aliquam restitutionem; Vnde dicebat*
,, *Apostolus: Nihil mihi conscius sum, sed non in*
,, *hoc iustificatus sum; idest non sum securus.* Sic. n.
,, ipsi arguerè satis aduersum nos philosophātur.
Cùm autem ita perspicacis, & illustrati inge-
nij sint, vt nos in tenebris, & allucinatos pro-
clament, miror, quòd pro nobis firmissimum
iacientes lapidem, & in illum impingētes, neq;
sic quidem euigilarint, vt videre tandem po-
tuerint foueam, inquam fodientes incidere.
iuxtà illud *psalm. 7. 16. lacum aperuit, et effudit*
eum, incidit in foueam, quàm fodit.

Si enim, nec etiam Sanctus absquè diuina
reuelatione dicere potest: Ego sum securus,
quòd non teneor ad aliquam restitutionem.
Nequè Testator hic noster diuina instructus
fuit reuelatione, se ad restitutionem non tene-
ri. Certò certius vtiq; ad aliquam illum tene-
ri restitutionem inferendum erit; secundum
Aduersarios ipsos. Cæteròquin diuinam pro-
palare reuelationem debebit, se ad restitutio-
nem

nem non teneri. vt Aduersarij contendunt. *ad
tex.in l.2.ff.de probat.l.actor.23.C.eod. cap. vlt. §.
sanè. de iure iurand.*
At Testator, vt ostenderet se non ad aliquã,
sed ad multas teneri restitutiones, cũ conscius
sibi esset factorum suorum, quæ in vita gesse-
rat, obmurmurante sibi conscientia, atquè ex
synderesi dubius redderetur quòad personas,
quib. restituere dedebat; apertis verbis, quare
legatum rogaret 50.mil. pro Monte suffragio-
„ rum, testatari voluit, dicens: *E perche esso Te-*
„ *statore è stato tanti anni al Mondo, & è passato per*
„ *diuersi intrichi, e non stà sicuro d'alcune restitu-*
„ *tioni, che forsi volesse fare: Per questo graua detta*
„ *sua herede à depositare in Bancho ducati 50.mil.*
Prætet quàm quòd, si nemo, etiam Sanctus,
non potest dicere absquè diuina reuelatione:
Ego sum securus, quod non teneor ad aliquam
restitutionẽ, vt Aduersarij ipsi nouè, ac pbellè
satis, ac tiq; Iudicio docent: Nemo etiã poterit
se asserere, nõ fornicatũ fuisse, nõ homocidium
perpetrasse, non in alia dedisse crimina, in quæ
incidunt, qui ambulant post vias suas, & desi-
deria praua, quorum Deus venter est, & glo-
ria in confessionem ipsorum, qui terrena sa-
piunt. *vt Apostol.* inquit *ad Philippens. 3. nu.* 18.
Cùm nulla differentiæ ratio afferri possit, cur
de restitutione dumtaxat exauditi scita prædi-
cta Aduersariorum propositio debeat, & non
de alijs criminibus.
34 Et apertè mendacij conuinceretur Apo-
stolus in allata sententia per Aduersarios. Ni-
hil mihi conscius sum. Nam quo sanè pacto
nihil sibi cõscius esse poterat; si saltim (vt Ad-
uersarij nostri volunt) securus esse nõ poterat;
se ad aliquam restitutionem non teneri? Ni
fortassis, quòd ad tertium Cœlum raptus, diui-
na quoad hoc reuelatione certior factus fuis-
35 set. At iustus in principio orationis Accusa-
tor est sui. *vt Salomon* inquit *prouerb.* 18.*num.*17.
Et ipsemet Apostol. pro se ipso rationem red-
dens in Concilio apud Fœlicem Præsidem:
„ *In hoc, & ipse studio* (inquit) *sine offendiculo cõ-*
„ *scientiam habere apud Deum, & apud homines sẽ-*
„ *per. Actor.* 20. 16. & in Concilio, aliàs quoquè
assidente Principe Sacerdotum Anania. *actor.*
„ 32. *Viri* Fratres (inquit) Ego *omni conscientia*
„ *bona conuersatus sum ante* Deum, *vsquè in hodier-*
num diem. Debuerat enim se saltim de aliqua
restitutione accusare. Vnde de bona conscien-
„ tia non iurè se iactabat? Nam qui in vno of-
„ fendit, factus est omniũ reus. vt Iacob. ait Apo-
stolus in sua canon. *cap. 2. num.* 10. Quod sanè,
quàm à veritate alienum, & abberrans sit, Ad-
uersarij ipsi, sanæ mentis effecti, ex se vltrò fa-
tebuntur, ipsiq; Iudices sunto.
Ille igitur, qui nihil abstulit, nullum violen-
tus oppressit, testimonium sibi reddente con-
sciẽtia sua, nosse optimè potest, quòd restitue-
re nihil debeat.
36 Restitutio namquè redditionem importat
illius rei, quæ iniustè ablata *est*. *secundũ S. Tho.*
2.2.q.62.art.2. Vt si nihil ablatum sit; nihil vtiq;
restituendum supersit. *Nauar. in man. cap.17.*
num.69. in fin. vers. secundo, quòd restitutio.
Sicuti si fornicatus non fuerit, nequè homi-
cidium perpetrarit, vel quid simile aliud ege-
rit, gratias Deo agens, quòd eius gratia, & au-
37 xilio fretus, sine quo nihil facere possumus.
Ioan. 15. dicere vtiq; poterit, se fornicatum
non fuisse, nequè homicidium perpetrasse.
Alioquin in certo fluctuaremus semper: & pe-
ioris essent cõditionis sancti, & qui sine offen-
diculo, & in conscientia bona student placere
Deo, quàm sint iniqui, qui conscientiæ morsi-
bus lancinantur assiduis. Quod planè à veri-
38 tate alienum omninò est. Non enim decet, vt
stultus melioris, quàm peritus cõditionis exi-
stat, & sapiens, *vt loquitur tex. in cap. eum qui.* 18.
de præbend. in 6. vbi etiam Gloss. & l.3.§.1.ff. de
donat. inter virum, & vxor. Gloss. in cap. si verè.
34. verbo. reportare. de sentent. excom. Rota decis.
66. num. 4. in fin. post 1. volum. consil. Farinae.
39 Nam, & si profectò, nemo absquè diuina
reuelatione scire infallibiliter, ac certò possit;
se in gratia Dei esse, atquè de numero præde-
stinatorum, & vsquè in finem perseueraturum.
40 Vt contratium asserere hæreticum sit hæresi
Luterana, à Martino Luthero huius pestiferæ
hæresis authore inuenta, & inuecta, qui assere-
bat; Omnem hominem iustum, certitudine fi-
dei scire se esse in gratia, & iustificatum; vt eũ
suosquè sequaces insectatur, Doctissimus Pater
Alfonsus à Castro *de hæretic. verbo. certitudo. lib.*
4. fol. mihi. 198. *in minori impress. Parisijs. & la-*
tius lib. 7. verbo. gratia in 3. hæresi. fol. mihi. 411.
sequitur *Tiber.* Decian. *tom. 1. tract. crimin. lib. 5.*
c. 17. col. 25. in fin. vers. item qui credunt. fol. mihi.
357. Ioseph Angles. in floribus. tom. 2. par. 2. dist.
26. quæst. 4. conclus. 1. Illustrissimus Cardin. Bellar-
minus, hæreticorum omnium insectator acerrimus,
infrà allegandus.
41 Quoniam principium gratiæ, & obiectum
eius est ipsemet Deus, qui propter sui excel-
lentiã est nobis ignotus; nequè certitudo pos-
sit per nos haberi de aliquo, nisi cognosci pos-
sit per proprium principium. *secundum S. Tho-*
mam. 1.2.*q.* 112.*art.* 5.
42 Per coniecturas tamen, & signa id assequi
possumus, non autem certitudinaliter, iuxtà
„ illud *Ecclesiast. 9. in princip.* Sunt iusti, & sapiẽ-
„ tes, & opera eorum in manu Dei, & tamen
„ nescit homo, vtrum Amore, an odio dignus
„ sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. &
„ *Iob 9. num.* 20. Si iustificare me voluero, os
„ meum condemnabit me, si innocentem osten-
„ dero, prauum me comprobabit, & *ibid. nu.* 25.
„ Verebar omnia opera mea, sciens, quòd non
„ parceres delinquenti. *S. Thomas. d. art. 5. Nam si-*
„ *cuti nemo pius* (sacro sancta inquit Trident.
„ Synod. *sess. 6. cap. 9.*) *de Dei misericordia, de Christi*
„ *merito, de sacramentorum virtute, & efficacia du-*
„ *bitare debet; sic quilibet dùm se ipsum, suamq; pro-*
„ *priam infirmitatem, & indispositionem respicit, de*
„ *sua gratia formidare, ac timere potest; cùm nullus*
„ *scire valeat certitudine fidei, cui non potest subes-*
se

se falsum, se gratiam Dei esse consequutum. hæc il-
la. Et cap. 12. et 13. ibid. et can. 15. et 16. S. Au-
gustin. relatus. cau. corripiuntur. 19. in fin. 24. q. 3.
43 et secundum Salomonem prouerb. 20. num 9. Quis
potest dicere mundum est cor meum, purus sũ
à peccato? vbi notãter venerabilis Beda aduer-
tit: Salomonem non dixisse, neminem esse mũ-
dum corde, & purum à peccato, sed neminem
posse dicere; mundum est cor meum, purus
sum à peccato. Nisi enim possent homines
per Gratiam Dei mundum cor habere, non
diceret. David psalm. 50. Cor mundum crea in
me Deus. Quod prosequitur Illustr. Card. Bel-
larmin. tom. 4. controuers. de iustificat. lib. 3. cap. 4.
vbi toto libro de hac re controuertitur. Sotus
de natura, & gratia latè lib. 3. c. 10. & 11. Nauar.
in c. nouit de iud. notab. 2. n. 5. Petr. Binsfeld. recep-
tar sentent. Theologic. sect. 3. memb. 14 concl. 4. 6. &
7. et seq. fol. 653. et sequen. & sect 4. membr. 4 con-
clus 21. fol. 915. Pater Martinus Becanus in summ.
par. 2. tract 4 de iustificat. cap. 2. q. 11. Ioseph An-
gles in Flor. d. par. 2. dist 26. q. 4. per tot. Sixtus
Senens. in Bibliotheca Sancta tom. 3. annotat. 210.
in illud Ioan. 14. Et alium Paraclitum dabit vobis
fol. mihi. 366. & seq. Iacob. Menoch. cons 82. à nu.
58. cum seq. & num 69. & 70. vol. 1. quem sequi-
tur Barbos. in remission. ad dict. cap. 9. Sacri Concil.
et Cardinal. Bellarmin. ibid. cap. 22.
44 Allatus itaq; Apostoli locus. 1. ad Corinth. 4.
Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iusti-
ficatus sum, aliter (quàm nouè per Aduersa-
rios contra communem Patrum sensum) ex-
auditur.

Propositum quippè Apostoli erat deterre-
re Corintios à iudicijs temerarijs, quibus vnus
alium, aut iustum, aut peccatorem iudicabat,
sed iudicium de nostra iustitia Deo esse relin-
quendum: Vnde inquit: Mihi autem pro minimo
est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neq;
me ipsum iudico, nihil enim mihi conscius sum, sed
non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me
dominus est. Atquè infert dicens: Itaquè nolite
ante tempus iudicare, quòad vsquè veniat Dominus.
Nihil (inquit) mihi conscius sum) idest non ha-
beo alicuius peccati mortalis conscientiam
secundum illud Iob 28. Nequè reprehendit
me cor meum in omni vita mea. Sed non in
hoc iustificatus sum. hoc est: non sufficit hoc,
quod me iustum pronunciem; quia possunt
aliqua peccata in me latere, quæ ignoro. secun-
dum psalm. 18. Delicta quis intelligit. vt explicat
S. Thom. in dicta epistol. Paul. 1. ad Corint. 4. lect. 1.
et d. art. 5. q. 112. in corpor. in fin. Gloss. ordinaria
ibid. et Guilliaudius. num. 5. Sà in annotationib. ad
eund. locum. nu 4. Titelman. in elucidation. in eund.
locum. Theolophilact. ibid. Angles d. dist. 26. q. 4.
conclus. 4. & est communis Patrum sensus, vt
latè per Bellarm. d. lib 3. de iustificat. cap. 5. Becan.
d. cap. 2. q. 11. num. 7. dicens: Non ideò iustus sum,
quia bonam conscientiam habeo: fortassis Dominus
videt aliquid in mea conscientia, quod ego ibi non
video. hæc ille. et plenè Cornel. à Lapide in eund.
locum Pauli ver. 4. et 5.

Nihil itaquè contra nos Apostoli locus ab
Aduersarijs nouè expensus.

Probant secundo contra nos: Legatum hoc
hoc 50. mil. non esse pro malè ablatis incertis;
eo fundamento: Quod si Testator expressè le-
45 get pro malè ablatis, seù restitutione: nisi ali-
ter quàm ex confessione Testatoris probetur,
fuerit verè ablatum, vel debitum; non iudica-
tur de illo tanquam delegato pro malè abla-
tis, & restitutione, sed vti puro, & simplici le-
gato. allegant Bar. in l. qui vxori. ff. de auro, et ar-
gent. legat. Abb. in cap. cùm sit. de Iudeis. nu. 6. cum
alijs multis. tex. in l. Lutius Titius testamento. 90.
§. quisquis mihi ff. de legat. 2. Anton. Gamma decis.
Lusit. 293 Card. Tusc. tom. 2. littera. C. conclus. 639.
præsertim. num 5. et num. 13. Camill. Borrell. in sum.
omn. decis. tom. 2. tit. 3. num. 350. Hodier. ad Surd.
decis. 250 num. 4. et 5. Mancin. de confession. cap. 8.
num. 32.

Verùm, si rectè aduertantur, quæ per Do-
ctores, prædictis locis afferuntur, satis diuersa
apperebunt esse ab his, quæ in facto hoc no-
stro proponuntur.
46 Et sanè Doctores, vt in l. si quis decedens. 35.
§. codicillis. ff. de legat. 3. et Bald. in l. 1. in repetit.
C. de Sacr. Sanct. Eccles. in 9. q. num. 64. Cyn. in l.
Generaliter. 13. in 12. q. num. 15. C. de nonnume-
rat. pecunia. Abb. in cap. cùm dilectus. alias fin. de
successionib. ab intestato. num. 19. Butr. ibid. nu 31.
alijq; per eos relati, loquũtur in eo, qui in extre-
mis agens multa reliquit pro incertis, & malè
ablatis; conualescens verò, eaq; non reddens,
in Iudicium vocetur. Nùm quidem possit vi
confessionis prædictæ ad contestata soluendũ,
cogi? Et licet varia in hoc sit Doctorum de-
47 cisio. Negatiuè nonnullis dicetibus; haud pos-
se Testatorem compelli per confessionem
prædictam; Cùm illa probationem minimè
inducat, sed adminiculum dumtaxat faciat, se-
cundum Bald. in d. l. 1. per tex. in cap. cùm dilectus.
fin. ibi: Non tanquam sufficienter probantes, sed
tanquam vehementer adminiculantes probationem.
de success. ab intestato. Et consequenter reuoca-
ri posse confessionem huiusmodi, vt puta in vl-
48 tima voluntate emissam, quæ ad extremũ vsq;
vitæ spiritum, trãsitoria, siuè ambulatoria est.
vt loquitur tex. in l. 4. ff. de adimend. legat. Surd.
cons. 169. per tot. præsertim. num. 4. vol. 2. et decis.
127. num. 6. et 7. et seq et num. 14. Mascard. plenè
tom. 1. conclus. 359. de confess. facta in testamento.
Marius Muta decis. 58. nu. 4 Reuerendissimus Ge-
nuens. in practicab. Eccles. q. 169. num. 2. et q. 484.
plenè Tuscus d. conclus. 639. Nouar. de incertis, et
malè ablat. priuil. 56. à num. 1. Et si firma persistat
suspitio tali ex confessione ingesta. vt Bald. in-
quit d. l. 1. num. 64.

Satis autem diuersum est id, ab eo, quod in
facto hoc nostro, nunc accidit; In quo nedum
50 planè cõfessus Testator fuit, satis apertis ver-
bis, ad restitutionem se teneri, non nullorum
malè acceptorum pro suæ conscientiæ exone-
ratione, & leuamine; verùm & disposuit quoq;
suam grauando hæredem ad solutionẽ 50. mil.

pro

pro Monte erigendo suffragiorum, vt ita suorum misereretur peccatorum Benignissimus Deus. Quam distinctionem optimè comprobat *Henric. Boich cap. ex parte. 3. de confessis. per totum longa serie, præsertim verò numero. 17. et sequentib.* quæ est etiam de mente *Butr. d. cap. final. numero. 26. & 27. de success. ab intestat.* & eam amplectitur *Rota part. 1. diuers. dec. 681. nu. 11. Surd. dict. consil. 169. numero. 5. et decis. 250. numero. 1. et 2.* vbi optimè *Hodierna addens num. 6.*

51 Accedente potissimùm acceptatione confessionis ipsius per Notarium, qui testamentum stipulatus fuit. Sortitur enim hoc modo vim confessionis inter viuos, & irreuocabilis perseuerat. *vt post Bart. in d. l. cùm quis decedens. 37. §. in Codicillis. num. 5. de legat. 3. et in dicta. l. generaliter. 13. numero. 5 versic. quandoquè emanat super eo, quod pendet. C. de non numerat. pecun.* sequitur & probat *Abb. dict. cap. fin. numero. 19. qui etiam ia cap. cùm sit. 16. de Iudæis. numero. 6.* pro se ab *Alnetsatys relatus*, remittit se ad hæc dicta in hoc. *cap. final. et Butr. ibidem. numero. 31.* Vbi obiectioni superius allatæ; quòd sit ambulatoria defuncti voluntas, vt à superuiuente testatore reuocari possit; Respondet; vt hoc procedat, stantibus sanè terminis dispositionis, & vltimæ voluntatis; secùs verò si in vim transeat contractus inter viuos. Cùm in actu quoquè vltimæ voluntatis contrahi possit. *vt Cyn.* inquit *d l. generaliter. in 12. quæst. n. 13. Surd. d. decis. 127. numero. 14. 15. et 16. et decis. 250. numero. 4. Arnon. comment. 74. fol. 136. Mascard. dict. conclus. 359. num. 2. & sequent. Rota. in Romana locorum Montis Pietatis. coram Illustrissimo Seraphin. decis. 417. numero. 2. Gratian. forens. par. 1. cap. 116. numero. 46. 47. et sequent. & cap. 586. num. 7. par 3. Genuens. in practicabilib. Ecclesiastic. quæst. 169. Muta. dicta decis. 58. numero. 2. et 3. Tuscus. dict. conclus. 639. Viscontus in conclus. iur. confessio facta per Testatorem. fol. 38. Nouar. de incert. et malè ablat. priuileg. 28. et 29. et d. priuileg. 46. num. 9 et seq.*

53 Et nihilominus diuersum satis est. Cogi quem ex confessione in extremis quidem facta; at post quàm conualuit, & adhuc viuit, velleque eum, pro quo confessio facta fuit, ex eadem met confessione (vitalem dum adhuc trahit auram confitens, eamquè, perdurante adhuc libero arbitrio, reuocare potest, vel per errorem factam ostendere) ad soluendum adigere, vt primeuæ sententiæ Authores docent: Atquè agere legatarium, ex confessione in testamento facta, nec tacita causa, qua ad confitendum motus fuit, morte subsequuta confirmato iam testamento, atquè voluntaria dispositione, confessione vallata. *vt Cyn. aduertit. dict. l.*
„ *generaliter. quæst. 9. numero. 12.* vbi nihil est
„ ampliùs, quod hominibus debeatur, quàm
„ quod supremæ voluntatis, post quàm iam
„ aliud velle non possunt, liber sit stylus, & li-
„ citum. quod iterum non redit arbitrium.
„ vt verbis vtar Imperatoris. *in l. prima. C. de Sacr. Sanct. Eccles.* quod aduertit notabiliter *Surd. de aliment. libr. 8. priuileg. 30. numero. 11. Tusc. d conclus. 639. num. 31.*

54 Alioquin satis durum esset, quæ inconscientia sunt hominum abdita; & cuius est inscrutabile cor. *secundum Ierem. 17. num. 9.* quæuè in occultò, vt plurimùm fiunt; testium probationi subijcere velle. *vt ex Caroc. decis. 7. numero. 13.* in prioribus nostris scriptis diximus. & sequitur *Nouar. priuileg. 24. numero. 3. de incert. et malè ablat.* At nefas omninò est, dispositiones pij Testatoris improba mente violare. *vt tex.* inquit *in l. nulli liceat. 28. in princip. C. de Episcop. et Cleric.* Quòd fides præstanda sit Testatori, sic relinquenti pro salute Animæ suæ. *secundum Federic. de Senis cons. 250. ex testamento condito. numero. 3.* quem sequitur *Surd. dict. priuileg 30. numero. 10. Alciat de præsumptio. reg. 3. præsumpt. 1. numero. 13. et sequent. volum. 5. tract. fol. 137. col. 4. Menoch. libr. 5. præsumpt. 2. numero. 45. Genuens. in practicabilib. Ecclesiastic. dicta quæst. 168. numero. 3. in fin. Amon. Faber. libr. 4. titul. 24. C. de*
57 „ *vsur. et mora. definit 36.* In articulo præ-
„ sertim mortis, & in pugna cum peccatis,
„ & Aduersario nostro. *vt Bart.* inquit *dict. l.*
„ *prima. C. de Sacr. Sanct. Eccles. numero. 37.*
58 „ *versic. item tenetur quis procurare.* Vbi ho-
„ mo melius peccatorum suorum reminiscitur. *vt loquitur Cyn. in dict. l. Generaliter in 7. quæst. numero. 10. Maneiuus de confession. cap. 8. numero. 42. Caroc. decis. 90. per tot. præsertim numero. 7. Nouar. priuileg. 38 numero. 3.*

59 Nequè præsumitur tunc mentiri. *ad tex. in c. Parochiano. quod est. fin. de sepultur.* sequitur *Felin. in dict. cap. si cautio. 14. numero. 27. in 2. fallent vers. indubitanter admitto. de fide instrumentor.* quem sequutus est *Rota in Maceraten. affictui. 19. Decembris 1596. coram Litta.* vt refert *Gratian. dict. cap. 116. num. 52.*

60 Impiumq; sit deterbare piam disponentis voluntatem, qui legauit ob causam, ob quam remissionem consequutus est peccatorum, dum viueret. *vt loquitur Freder. dict. consil. 150. numero 1.* eumquè sequitur *Surd. d. priuileg. 30. nu. 4.* Cæteroquin euidens damnationis æternæ periculum incurreret; cùm non dimittatur peccatũ, nisi restituatur ablatum. *reg peccatum. 4. de reg. iur. in 6. vt aliàs diximus.*

61 Neq; necessitate alia adigebatur testator, ita confiteri, quàm vt animæ suæ saluti consuleret. Et in sua manebat potestate debitum confiteri, nec nè; nequè fraus vlla in ipsa innoluebatur confessione; nequè item de alterius agebatur præiudicio: sed id dumtaxat perquirebat disponens, vt prægrauatã malè acceptorum graui pondere Animã, quo in persum tacitè iuisset, restitutione eorũ

Q suble-

subleuaret. secundum S. Thom. 2.2.q. 62. art.fin.
in corp.Glos.in l.1.in verbo.apud Iudicci. ff.de in-
terrogat.action.Felin.optimè.d.cap.si cautio.14.n.9.
in 5. fallent. & in num.13. fallent. 8. de fide Instru-
ment. Tusc.d.conclus.639. num.10.11.20. & 21.
& 22.& 37. Marius Antonin. variar.lib.2. resol.
57.num 45.Caroc.d.decis.90.num.9.& 10. quod
facere vtiq; omninò debebat, vt infra etiam
perpendemus;.
62 Firma igitur,atq; stabilis confessio redditur
huiusmodi.post Bart.d.l.si quis decedens. §. codi-
cillis.num.6. Surd. d.priuileg.30. num. 11. Felin. d.
cap.si cautio.num.29. in 4.fallent.Genuens.d.quæst.
169.num.3.Carocius.d.decis.90.nu.4. & 7.& seq.
Aueodan.de exequend.mandatis Regis.par.2..c.29.
num.12 Ioan.Stephan.Durantis.q.26.Senatus. Tho-
losani.Mascard tom.2 conclus.1176.num.68.Man-
cin.de confessio.cap.8.num.34.& seq. Nouar. vbi
supra d.priuil.24.& 28.29.47. & 56.& d.priuil.
63 38.n.3. Vt neq; filij præteritione,etiã ignorã-
ter facta (quē scilicet suscepisse testator igno-
rabat) infirmetur,ad limitationem tex.in auth.
ex causa.C.de liber.præterit.Tiraq.de pia causa.pri-
64 uil.68. Quia malè ablata non tàm dari,quàm
reddi videntur. Genuens.in practicab. q.483.Ca-
roc.d.decis.7 num.3.priuileg.2.Cotta in memorabil.
verbo. Anima.in princ.Menoch.lib.4.præsump.32.
nu.23.& præsumpt.89.n.125. Gaill pract.absoruat.
lib.2.obseruat.113.nu.5.& diximus supra.respons.
nostra 1.num.14.hac ead.par.
65 Si enim inter viuos emissa confessio proficit
ad condemnationem,cum nulla maior proba-
tio inueniri possit,proprij oris confessione.d.l.
generaliter.123. C de non numerat pecunia. c.quo-
niam per confessionem.21.de priuileg.Io. de Amic.
cons.21.num.1.Marsil.singul.201.nu.2.Card.Tusc.
d.tom.2.lit.C.concolus.634.& conclus.645.Man-
cinus de confession.cap.1.num.2.et seq.Marius An-
tonin.variar.resolut.lib.1.resolut.36.nu.4.& resol.
66 57.num.44.lib.2.Barbos.assiom.49.num.1. Profi-
ciet vtiquè multò magis in vltima voluntate
emissa, tot præsertim vallata solemnitatibus.
secundum Cyn d.l.Generaliter.quæst.7.num.10. &
quæst.12.num.15. Afflict. decis.168. num. 2. &
sequent.Gramat.decis.34.num.37.Mancinus d. cap.
8.num.33. & num.38.
67 Potissimùm verò ad ostendendam confiten-
tis malam fidem in rebus,pro quibus fassus est
Tusc. d.conclus.639.nu.37.38. & 39. Rota. in re-
68 cent.par.1.tom.1.decis.169.num.6. Vnde in irri-
tum reuocari per Hæredem minimè poterit.
Farinac. quæst.81. in 7. ampliat.num.17. Man-
cinus.de confessionib.cap.4.nu.26.& d.cap.8.n.39.
69 Multòq; minùs per tertium,cui ius nullum
est Testatoris oppugnandi voluntatem.
70 Nimirùm,quòd, si defunctum Confessio af-
ficit, multò fortiùs hæredem efficere debebit.
Roland.cons.82.num.38.& 40.volum.2.Signorol.
cons.33. num. 4. in fin. Auendan. dict. cap. 29.
numero. 12. versic. nam,& si ex confessione. Tu-
scus.d.conclus.639.numero. 39.Surd.d.cons.169.
numero. 1. Pecchius.de testament.coniugum. lib. 4.
cap.17.num.2.

71 Verùm (admiserimus) nullo pacto plenè
probare huiusmodi confessionem, vt Aduersa-
rij volunt; cuius paulò antè contrarium iam
ostendimus. At præsumptionem saltim facere
inficias ire Aduersarij haud poterũt, iuxtà tra-
dita per Bald.& alios supra relatos,per tex. d.cap.
fin.de success.ab intestat. Admittendus proindè
Oeconomus erit ad ipsa foris facta, malèquè
ablata probandum, de quibus dubiam saltim
habuisse conscientiam testatorem,nec Aduer-
sarij ipsi negant. Ast oblatrant hinc ipsi ad-
uersus Oeconomum, & clamores vocesquè
ad sydera vsq; attollunt: Quòd alterius obla-
ceret famã; mortuorumq; ossa è dealbatis ef-
fodiat tumulis, ac quiescentia ad inquietem
72 corpora reuocet, & in iudicium iteratò ap-
pellet, ac lacesset,nec quiescere sepultos sinat,
vt tex.inquit in l.nemo.3.C.de Episcop.Aud. Vn-
de dira aduersus eum imprecantur, quin non
enecent, dilacerent, atquè in frustra discer-
pant.
73 At suo vtitur iurè Oeconomus; Neminiq;
ob id iniuriam facit ad tex. in l.iniuriarum.13. ff.
de iniurijs.Card.Tuscus. tom.4. litt.I. conclus. 162.
74 Barbos.assiom.135.num.8. Nemo verò damnum
infert,nisi,qui id fecerit, quod facere ius non
habet.l.nemo damnum.194.de reg.iur.vbi gloss. et
Cagnol.tex.in l.scientiam.46. §. qui cùm aliter.ff.
ad leg.Aquil.
75 Damnum autem,quod quis sua culpa sentit,
alteri non imputatur. notat gloss.in l.si rem. 29.
§. 1. versic. amissa fuerit.ff.de euict. Vincent.de
76 Franch. decis.112. num.6. Sicuti, nec imputa-
tur damnum, quod alteri sequitur, dùm suo
quis iurè vtitur est tex. in l.1.§. ydem.2. ff.de
77 Aqua pluu.arcenda. Nec videtur vim facere
qui iure vtitur suo. l. factum 198. §. non vide-
tur. l.nullus videtur. 56.ff. de reg. iur. cap. cùm
Ecclesia Vulterrana.41. de elect. Molin. de iustit.
& iure. tom.3. disput. 727. num.3. versic. potest
verò id.Cæpolla. de seruit, vrban. prædior. cap.
62. de fenestra. num.2. in 3. fallent. volum. 4.
tractat. fol. 172.& capit. 39.numero.3. Gaill.
practicarum. obseruation libr.2. obseruation. 39.
numero. 11.& 12. Mascard. tomo. 1. conclusione.
621. numero. 4. Surdus. consil. 300. numero. 21.
& 22. libr. 2. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 45. §.
3. numero. 18. Francisc. Marc. decis.478. num. 7.
par.1.

Probant præterea contrà nos Aduersa-
rij, non esse legatum hoc pro malè ablatis
incertis; & si longo discursu, at in eo fun-
damentum habente, quod ambiguis lo-
quutus fuerit verbis Tastator; perpendunt-
78 què dictionem illam (fortè) Che forsi volcs-
se fare; (quòd ambiguitatem denotat, fa-
ctumquè cui adijcitur dubium reddit. ad
textum. in l. prima.vbi gloss. ff. de rei venditat.
capit. ex parte. 5. vbi gloss. versic. nisi forte. de
celebrat. missar. cap. si forte. 11. de election.in
6. Felin. cap. accedens il primo. num.10. vt lite
non contest. Cencd.sing.36.num.1.Tuscus.d.tom.2.
littera D. conclus.281.Barbos. dict.127. num. 1.)
remq;

remq; nostram satis dubiam facere asserunt ;
cur asseramus, esse legatum hoc pro restitu-
tione malè ablatorum.
Verùm dimidiatè ipsi verba perpensi fuere
Testatoris, vt non mirùm, si dimidiatum quoq;
79 mentis eius obtinuere sensum. At tota oratio,
sermonisquè integer periodus examinari de-
bet, vt mens dignosci valeat dicentis, eiusquè
venari sensus. Cùm aliàs imperfecta oratio
sensum minimè reddat. Quadere ex sequenti-
bus, præcedentibus, & adiunctis supplenda
oratio erit, vt loquentis integer carpatur ani-
mi sensus. *tex. in l. cùm Pater filios. 79. §. cùm im-
perfecta. vbi Imol. & scribent. ff. de legat. 2. l. ver-
bum volo. 10. de fideicommiss. optimus tex. in l. Me-
uia. 44. ff. de manumiss. testam. Roman cons. 170.
num. 4. Capra cons. 67. n. 4. Surd. decis. 202. nu. 16.
plenè Mantic. de coniect. vlt. lib. 6. tit. 13. num. 1.
& seq.*
Vnica igitur, non sanè cathegorica, ac sim-
plici, sed hypotheca, siuè composita oratione,
vt aduertit Casanate, cons. 47. num. 88. internum
animi sui sensum aperiens Testator, ad restitu-
tionem se teneri incertorum, ac malè ablato-
rum spontè sua fassus est, non vi, aut alterius
astu; Atq; ex præmissis per eum, restitutionis
intulit consequentiam, vtq; id apud omnes
palàm fieret, voluntate certa voluit, atq; ex-
pressit.
Postquã .n. in ipso testamẽto, quæ particula-
rib. personis, à quibus se aliqua abstulisse me-
minerat, reddi iussisset (vt etiã cerdoni serica-
rũ veterũ caligarũ aureũ restitui mandarit) q̃a
tamẽ de restitutionib. faciendis adhuc sibi cõ-
sciẽtia grauiter obmurmurabat; neq; memo-
ria de perticularibus personis, quibus resti-
80 tuẽdũ esset, sibi succurreret; Et cũ erronea de
restitutionibus cõscientia, ac dubbia hinc de-
migrandũ sibi haud esset, ni se certò æterni in-
territus periculo exponere voluisset dubio
existente practico, & non speculatiuo. *vt plenè
Sanchez de matrimonio. disputat. 41. numero. 6. &
libr. 1. oper. moral. cap. 10. in 1. quæst numero. 2.
& sequent. et cap. 11. Merolla disputat. 3. cap. 2.
dub. 1. & dub. 3. alijq; infra referendi. num. 99. Fer-
nand. à Castro Palao. in opere moral. tom. 1. disp. 3.
pun. 1. n. 4. & 5. Iacob. Gordon. Theolog. moral. lib. 1.
q. 9. c. 3. à n. 22. & seq. et c. 4. per tot.*
Iurè, ac prudẽti satis cõsilio, incertorũ om-
niũ restitutionem, relicto erigẽdo suffragiorũ
Monte, conclusit, rem omnem manifestis ape-
„ riens verbis: dicens: *E perche esso Testatore
„ è stato tanti anni al Mondo, & è passato per diuersi
„ intrichi, è non stà sicuro d'alcune restitutioni, che
„ forsi volesse fare, per questo graua detta sua herede
„ à pagare ducati 50. mil. e quelli depositare in bãco,
„ per farsene vn Monte per l'Anime del Purgatorio,
„ e per maritagio di pouere, che con questa opera
„ haurà N. S. misericordia delli peccati commessi per
„ me Testatore.* Quibus planè verbis, non obscu-
rè, sed apertè satis ostendit, ad restitutionem
se teneri incertorum; dubiumq; reddi quoad
personas, quibus restituere debebat. Nequè
enim verba prædicta dubietatem vllam resti-
tutionis admittunt, sed personarum, quibus
illa facienda erat, & quarum memoria Te-
statori non suppetebat; *Essendo passato per
diuersi intrichi.* Illis enim, quorum memoriam
certam habuit restitutionis; certè quoquè re-
stitui mandauit. Verùm quia conscientiæ scru-
pulus de restitutionibus non adhuc quieuerat,
neq; steterat, quinimò acriter recrudescebar,
vnde intulit (vnam rem cum altera coniungẽs)
„ *Et perche esso Testatore è stato tanti anni al Mon-
„ do, & è passato per diuersi intrichi, e non stà sicuro
„ d'alcune restitutioni, che forsi vol esse fare*, inde re-
ctè, vt se ab omni scrupulo liberaret, omnium
incertorum restitutionem mandauit, inferens:
„ *Per questo graua detta sua herede à depositare du-
„ cati 50. mil.*
Præcedentia nempè, qualis in sequentibus
mens fuerit disponentis, declarant. *l. si seruus
plurium. 53. §. fin. de legat. 1.* & diximus in supe-
81 rioribus nostris scriptis. Et præparatoria se-
quentium, præcedentia appellantur, vt putà,
quia forma, vel quasi, sunt eorum, quæ sequun-
tur. *vt Bald.* inquit *in l. per retentionem. 4. num. 2.
vers. solue dicta in præcedentib. C. de vsur.* sequi-
tur *Marc. Mant. cons. 272 num. 10.* Si enim per-
sonarum meminisset Testator, illis vtiquè, &
non alijs, nequè pauperibus, vel Ecclesijs, resti-
tutio fieri debuisset (vt in superioribus scriptis
diximus.) Verùm quia de ijs dubius omninò
fuit, meritò, montem rogauit erigendum pro
suffragijs in Purgatorio degentium; atq; pau-
perum puellarum coniugio locandarum.
Alioquin, vt quid tot verba profundisset Te-
stator, vt legatũ hoc rogaret 50. m. Nõ vtiq; vt
inaniter ꝓlata forẽt. Operabũtur itaq; id, ad q̃
assũpta fuere. Profectò, quòd nè dũ clausulę (vt
82 „ *Bal. loquitur in rub. C. de cõtrahẽda empt. q. 9.
„ n. 9.*) sed ne minimũ sanè verbũ debet esse sine
„ virtute aliquid operãdi. Præsertim autẽ si ver-
83 ba intelligãtur sm̃ naturã rei deductæ. *sm̃ Ma-
rãt. cõs. 46. n. 9. Marc. Mãt. cõs. 38. n. 1. & cõs. 276. n.
84 12. Barbos. axiom. 222. n. 11.* Vnde aiebat *Bal. cõs.
„ 112. verba testameti. in fi. vol. 1.* Quòd verba pro-
„ lata, sũt. ante omnia consideranda; Nã magnũ
„ pondus habent ad intelligendũ quid dispona-
„ tur. Cùm nullũ sit maius mentis nostrę testimo
„ niũ, quàm qualitas inspecta verborũ. *secundũ
eundẽ Bal. in d. l. generaliter. post princ. C. de non nu-
merat. pecun.* & sequitur *Marian. Socin. cõs. 73. n 9.
& 10. vol. 3. idẽ Bal. in l. ad recognoscendas. C. de
85 ingenu. manumiss.* Loquela enim hominis animũ
indicat eius. *secundum eũdem Bald. in l. sed & re-
probari. ff. de excus. tutor.* sequitur *Surd. cons. 471.
n. 33. vol. 4.* Vt argumẽtati fuere milites ad pru
nas sedentes, Petrũq; tentantes, vtrũ ex disci-
pulis esset Iesù; verè tu (aientes) ex illis es; nam
& loquela tua manifestũ te facit *Matth. 26. n. 73.*
q̃a ex modo locutionis innotescebat illum es-
se Galilæum. *vt Dionys. Carthus. ibid. art. 42. col.
fin.* aduertit. & *Maldonat. ibid. vers. 73.*
Quasi enim rationẽ ex dictis omnibus verbis
conflauit tẽstator, dum legatũ rogauit 50. mil.

quo se pro restitutione relinquere malè accep-
torum ostenderet: dùm ex præmissa ratione:
,, *E perche esso Testatore è stato tanti anni al Mon-*
,, *do, & è passato per diversi intrichi, e non stà sicuro*
,, *d'alcune restitutioni, che forsi volesse fare.* ad di-
,, spositionem intulit montis erigendi. *Per que-*
,, *sto* (inquiens) *graua detta sua herede à pagare,*
,, *ducati 50.mil.*
86 Ratio rempè est, quæ limitat, atq; restringit
dictum, sinè dispositum ad terminos rationis
ipsius. *secundum Bar. receptum. in l. Pater filium.*
36. §. fundum. n.2. de legat. 3. est tex. in l. cancellaue-
rat. 2. ff. de his, quæ in testam. delentur. facit. optimè
,, *tex. in clem. 1. in fin. ibi:* Cùm in concessione gratiæ.
depræhen. Abb. in c. fi. n. 10. de rescript. Bertacchin.
in repertor. par. 5. verba cuiuscunq; dispositionis.
Aymon cons. 243. n. 3. & 4. Rota par. 1. diuers. dec.
698. n. 3. & in recentior. par. 1. to. 1. decis. 10. n. 2. &
decis. 193. n. 7. & apud Crescent. dec. 3. n. 2. de Pro-
curat. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 12. nu. 5.
& seq. Surd. cons. 67. num. 20. & seq. vol. 1. Barbos.
assiom. 197. num. 11.
Quoniam verò ratio propter quam legatū
,, rogauit Testator 50, mil. fuit: *Perche è stato tāti*
,, *anni al Mondo, & è passato per diversi intrichi, è*
,, *non stà sicuro d'alcune restitutioni, che forsi voles-*
,, *se fare.* Restringēda vtiqui erit dispositio ipsa:
,, *Per questo graua detta sua herede à pagare ducati*
50. mil. ad terminos rationis ipsius, vt pro malè
,, acceptorum restitutione facta videatur. *E non*
,, *stà securo d'alcune restitutioni, che forsi volesse*
fare.
87 Ratio porrò, quæ generalior est, quàm
dictum, ipsummet dictum explicat, & enu-
cleat. *vt est tex. in l. cùm* Pater *filios. 79. §. dul-*
88 *cissimis. ff. de legat. 2.* Ratio siquidem, qua dul-
cissimis fratribus suis bona materna adijcie-
bat ibi Testator, ea vna erat, non alia: Nè
quàm scilicet, cum eis, filius eius super bonis
controuersiam susciperet. Vnde dispositio
ipsamet, qua fratrum fauore disposuit ex ter-
minis rationis allatæ interpretationem reci-
pit, nè litem cum filio haberent. *vt* Bart. *docet*
in d. l. Pater filium. 36. §. fundum. num. 3. sequitur
Mantica. de coniectur. libr. 6. tit. 12. *num. 21. Ro-*
ta in recent. par. 1. tom. 1. decis. 300. *num. 16. &*
24. *Aymon cons.* 243. *num.* 4. *Surd. de aliment.*
tit. 2. quæst. 1. num. 27.
89 Eatenùs nempè dictum, & dispositio ex-
tenditur, ac dilatatur, quatenus eius ratio
permittit. *vt Bald.* inquit *in l. quod dictum. 33.*
per illum tex. in princ. ff. de pactis. sequitur *Casa-*
nate. cons. 54. num. 25. Gamma decis. Lusit. 370.
90 *num. 3. in fin.* Præsertim verò, vbi ratio disposi-
tiuè ponitur, (vt in facto hoc nostro) non
enunciatiuè tantùm. *secundum Rotam d. decis.*
91 300. *num.* 24. Nempè, quia ratio de per se stare
non potest, cùm sui natura habeat, vt antè,
vel pòst prolatum confirmet. *secundum Rotam*
ead. decis. 300. *num.* 20.
Quoniam igitur dispositionis huiusce no-
,, stræ ratio fuit: *Perche esso Testatore è stato tanti*
,, *anni al Mondo, &c. è non stà sicuro, &c.* Dispo-
,, sitio vtiquè illa: *Per questo graua detta sua here-*
de, &c. erit vt rationem confirmet; restituen-
da, scilicet ea esse, quæ malè acceperat, de qui-
bus dubiam satis conscientiam habebat. Alio-
quin grande peccatum non effugisset, si satis
agitatam habens conscientiam de restitutioni-
,, bus, eo quòd (*essendo passato per diversi intri-*
chi) dum viuens in hac miserabili vita, laqueis,
& tentationibus plena, diuersis se acquirendi
inuolucris inuoluerat, non facta restitutione,
hinc demigrare passus fuisset.
92 Qui enim probabiliter dubitat, ne faciat
aliquid, & facit nihilominus; in re præsertim
graui, mortaliter peccat. *ad tex. in cap. dubius in-*
fide. 1. de hæretic. extrà. quia contrà conscientiā
dubiam facit. *S. Thom. par. 3. quodlibet. 3. q. 6.*
art. 13. cap per tuas. 1. de simon. Caiet. in sum. con-
scientia licet erronea. fol. mihi. 74. S. Anton. *in sum.*
par. 1. tit. 3. cap. 10. §. 2. vers. tertius actus. Nauar.
cons. 2. num. 2. lib. 3. de reliq. & venerat. Sanctor. et
in can. si quis positus. de pœnit. dist. 7. num. 14. &
in cap. cùm contingat. remed. 2. num. 17. de rescript.
Couar. lib. 1. var. resolut. cap. 1. num. 1. Pater Paul.
Layman. in sum. Theolog. moralis. tom. 1. tract. 1.
cap. 5. §. 1. Sanchez in oper. morali. par. 1. lib. 1.
cap. 10. nu. 2. & 50. Bonacin. tom. 2. de peccatis. di-
sput. 2. q. 4. punct. 7. propos. vnica. num. 3. & seq. Me-
rolla disput. 3. de conscientia. cap. 1. dub. 3. à nu. 30.
cum seq. per tot. Fernand. à Castro Palao. disput. 3.
pun. 1. n. 4. et 5. Gord. d. lib. 1. q. 9. c. 3. nu. 12. & c. 4.
93 At qui, talis censetur effectus, qualis est sua
causa productiua, *vt Card.* inquit *in cap. cùm*
dilectus. 19. num. 6. versic. nota argumentum à cau-
sa. de accusat. sequitur Tiraquell. tract. cessante
causa. par. 1. num. 149. faciunt plenè notata per
Bald. cons. 344. supereò, quod quæritur, paulò
post *princ. libr s.* Productiua autem legati huius
causa fuit, quia securus non erat Testator,
,, *d'alcune restitutioni, che forse volesse fare:*) Effe-
ctus vtiq; eiusdem (dispositio legati 50. mil.
pro Monte suffragiorum) pro restitutione erit
eorum, de quibus dubiam habebat conscien-
94 tiam. Ne alioquin effectus suæ productiuæ
causæ terminos egredi videretur. Cùm aliàs
proportio causæ sit proportio causati. *vt Bal.*
loquitur in rub. ff. de rerum diuis. in fin. num. 33.
quem sequitur *Rota in recent. par. 1. decis. 453.*
num. 2. & Cæsar Bartius. *decis. 70. n. 16.* Omninò
autē malè acceptorū restitutio fieri debebat;
ni euidens dānationis suæ periculū facere te-
stator voluisset. Non igitur secundum causæ
proportionem procederet effectus (legatum
videlicet 50. mil. pro Monte suffragiorum ro-
gatum) si non pro malè acceptorum restitu-
tutione; sed liberaliter (vt Aduersarij nostri
cōtendunt) rogatū fuisset. Vt quid enim (cedo
mihi) si ita nō esset, causā, & rationem, quare
legatum hoc rogaret, præmisisset Testator?
,, *E perche esso Testatore è stato tanti anni al Mondo*
&c. Proportioni ergo causæ, vt corrispūdeat
effectus; admittendū omninò erit, inde legatum
sanxisse testatorem, vt quæ malè acceperat,
ignotis ijs, à quibus ea abstulerat, restitueret
tandem,

tandem, vel saltim in supremo vitæ suæ statu.
95 Vt ita causa facti, factum ipsum restringeret,
sicuti causa verbi restringit verbum. *vt Bald.*
loquitur in dict. l. cancellauerat. in fin. vers. nota,
quòd causa ff. de his, quæ in testament. delen-
tur.

Neque ad rem facit contrà Oeconomum,
quod Aduersarij suum prosequẽtes iudicium,
96 obijciunt. Negari saltim haud posse, & si
dubium de restitutionibus appellarit se Testa-
tor; illum tamen vti bona fide possidentem,
iurè retinere sibi ea potuisse. *ad notata per glos.*
fin. & receptam. in cap. fin. vbi Felin. nu. 9. alijq;
Scribentes. de præscriptionib. & infrà citandi Do-
ctores.

97 Exauditur id porrò, quandò dubiam con-
scientiam deposuisset Testator. *ad tex in cap.*
98 *per tuas litteras, 35. in fin. extra de simon.* Et
dubium ipsum speculatiuum, & in genere,
non verò practicum, & in particulari fuisset.
vt inquit *Conar. in reg. possessor. par. 2. in relect.*
§. 7 num. 4. vers. Anton. autem de Butr. & Na-
uar. man. prælud. 9. num. 9. Emanuel Rodriquez in
sum. par. 1. cap. 71. conclus. 3. num. 4. & cap. 212.
conclus. 4. num. 4. Pater Sanchez. de matrim. tom.
1. lib. 2. disput. 41. quæst. 2. num. 10. 12. & seq. &
lib. 1. oper. moral. cap. 10. q. 1. præsertim. num. 7. &
seq. q. 10. & 11. & cap. 11. num. 8. & seq. Pater
Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 13. cap. 9. sect. 1.
num. 81. Bonacin. d. q. 4. punct. 7. num. 1. & 2. ac
sequen. & de restitut. in gener. disput. 1. q. 2. punct. 2.
proposit. 2. num. 11. & seq. & §. incidens. per tot.
Pater Layman. *d. tract. 1. cap. 5. §. 2. num. 8. & n. 21.*
& 22. Merolla d. disput. 3. c. 1. dub. 2. num 22. &
23. & seq. & cap. 2. dub. 2. num. 12. & seq. Fer-
nandez à Castro Palao in oper. moral. to. 1. d. disput.
3. de conscient. dubia. punct. 1. num 6. et Pater *Iacob.*
99 *Gordon. d. lib. 1 q. 9. c. 4.* Tũc nempè in pari cau-
sa melior possidentis conditio esset. *ad reg. in*
100 *pari. 65. de reg iur. in 6.* Atq; etiam bona fides
præcessisset. *secũdũ glos 1. circa med. can. 1. 14. q. 6.*
sequitur Abb. d. c. fin. n. 3. et n. 19. & Felin n. 8. et 9.
per eundẽ tex. de præscrip. alijq; paulò antè re-
lati *Authores.* Fernand. *à Castro* Palao. *in oper.*
moral. to. 1. d. disput. 3. de conscient. dub. punct. 2.
num. 4.

101 Cæteròquin quo pacto malæ fidei Posses-
sor tuta potest conscientia retinere, quod ab
initio malo titulo obtinuit? *ad reg. possessor. 2. de*
reg. iur. in 6. et tex. in can. si virgo. 34. q. 1. vbi Aug.
„ *in lib. de fide, & operibus. Tandiù* (inquit) *quisq;*
„ *bonæ fidei possessor rectissimè dicitur, quandiù se*
„ *possidere ignorat alienum. Cùm verò sciuerit, nec*
„ *ab aliena possessione recesserit, tunc malæ fidei pos-*
„ *sessor perhibetur, tunc iustè iniustus possessor vo-*
cabitur. hæc apud Augustin.

Tantũ verò abest in facto hoc nostro, vt du-
biã de restitutionibus cõscientiã dimiserit te-
stator: vt illã multò magis confirmarit, dispo-
nendo, atq; mandando solutionem. 50. m.: *Per*
questo (inquiens) *graua detta sua herede à pagare.*
102 Illario .n. hæc, & cõclusio orationis, præce-
dentẽ sermonem cogit, atq; coarcta ad termi-
nos consequentiæ ipsius, atq; vnam partem:
„ *Per per questo graua detta sua herede à pagare:* ab
„ alia pendere ostendit (*Perche è stato tanti anni*
„ *al Mondo, et è passato per diuersi intrichi, e non stà*
„ *sicuro, d' alcune restitutioni, che forsi volesse fare.* (
Ruin. cons. 102. num. 11. & 12. volum. 2. sequitur
Rota par. 1. diuers. decis. 568. nu. 4. & apud Illustr.
Seraphin. decis. 883 num. 7.
103 Verità sequentia Præcedentibus correspon-
„ deant, & idem in sequentibus conclusum vi-
deatur, quod in præcedẽtibus statutum fuerat.
vt loquitur *Marc. Mantua. cons. 121. nu. 128.* Se-
104 quentia namquè, quid per præmissa præten-
sum fuerit, ostendunt. *ad tex. in l. sed Iulianus. 9.*
§. præterea. ff. ad Senat. Cons. *Maced.* Crauetta *cõs.*
105 *149. nu. 4.* Duciturq; iurè sequela à positio-
ne consequentis, ad positionem sui anteceden-
tis necessarij. *ad tex. in l. ad rem mobilẽ. 56. & l. ad*
legatũ. 62. ff. de procurat. Cæsar *Bartius. d. dec. 70.*
num. 19. Barbos. in locis. argumentandi. loco. 8.
& 23.
106 Quòd, si verba mẽtem indicant disponẽtis,
& qualis illa fuerit aperiũt. *l. Labeo. 7. §. id Tube-*
107 *ro. ff de suppell. legat. cùm concordant.* Efficaciùs
id multò magis facta operantur. *l. Paulus respõ-*
dit. 5. ff rem ratam haberi. Paris cons. 92. num. 26.
lib. 1.
108 Cùm potentiora validioraq; facta sint, quàm
verba. *cap. dilecti filij. 52. vbi glos. vers. facto pro-*
uocare. de Appellat. tex. in c. cùm inter. 13. §. fin. in
„ *fin. ibi: Veritate gestorum sermonibus præualente.*
vbi etiam Gloss. de sentent. & re iudic. l. 1. ac tot. tit.
C. plus valere, quod agitur. S. Thom 2 2. q. 93. art. 1.
in corpor. Anchar. cons. 302. materia de qua quæri-
tur. num. 1. & 2. Repertorium *Inquisitorum. verbo.*
facto. fol. mihi. 339. Farinac. de hæretic. quæst.
187. §. 1. num. 16. Mariscott. variar. resol. lib. 2.
cap. 33. num. 22. Rota apud Sanctissimum Ludonis.
decis. 163. num. 4. & 11. apud Coccin. decis. 437.
num. 7. Cornazanus. d decis. 160. num. 6. Iacob.
Thoming. decis 44. num. 17. Gratian. Forens par. 1.
cap. 181. num. 9. & 10. & par. 3. c. 594. num. 19.
& 20. Barbos. assiomat. 27. num. 1. & 3. Rota *in*
Pampilonen de Iauzi. 14. Decembris 1598. coram
Litta apud Tiber. Salustium in praxi. lib. 3. fol. mihi.
109 *342.* Sæpè enim dicunt homines aliud, quàm
velint; raò autem faciunt contrà id, quod sẽ-
tiunt. *Nenizan. in silua. lib. 6. num. 16. volum. 6.*
tract fol. 77. col. 3. Crotus in l. non solùm. §. morte.
num. 100. in fin. ff. de oper. noui nunciat. quem se-
quitur *Rota apud Ludonis. decis. 247. nume-*
ro. 18.

At, si verbis dumtaxat ad restitutionem
se teneri malè acceptorum declarasset Testa-
tor, eius vtiquè standum fuisset declarationi;
quòd lex sit eius voluntas, in his, quæ legibus
non aduersantur. *§. disponat auth. de nupt. coll. 9.*
can. vltima voluntat. 13. q. 2. Surd. decis. 193. nu. 5.
111 *& decis. 346. num. 25.* Præsertim verò in du-
bio, ac fauore Animæ, & pro malè ablatorum
restitutione. *ad tex. in l. sunt personæ. 43. ff. de*
religios. & sumpt. funer. Nouar. de incert. priuil.
51. num. 8.

152 Multò magis vtiq; eius nunc standum le-
gi erit, ac declarationi, quandò, nè dùm verbis,
verùm etiam factis animum propalauit suum;
legatum rogando 50.mil. Se ad restitutionem
teneri malè acceptorum indicans. Quàm
perpensionem optimè firmat. *Cynus d.l.gene-
raliter in 8.q. num. 11.* dum quærens an confes-
113 sio in vltima voluntate emissa obligationem
,, pariat? Distinguendo Respondet dicens: *Aut
,, confessio emissa habet dispositionem annexam, aut
,, non; si habet expresiè annexam dispositionem, ver-
,, bi gratia: Confiteor, quòd tali debeo decem, quæ
,, sibi reddi volo: In casu isto nemo dubitat, quin obli-
,, gationem induecat, vt ff.de legat.2.l.Lucius.§.quis-
quis.& ff.de liberat.legata. l. Aurelius. §. vltimo.*
hæc Cyn.

Nihil est ergò, quòd inficias ampliùs eant
Aduersarij, quin vltrò victi annuant; pro resti-
tutione rogatum fuisse legatum hoc Montis
suffragiorum, & exoneratione conscientiæ
Testatoris, vt ad Fabricam Sancti Petri, tàm
Pium, tàmq; religiosum, ac sanctum, laudi-
busquè concelebrandum opus, iurè spectare
concedant. Quod sanè faciliùs admittent, si
ad difficultates omnes amouendas, peculiare
Sanctissimi D. N. Vrbani Octaui diploma,
quòad legati huius applicationem, perpende-
114 rint. Omnimoda enim, & absoluta pote-
stas est Summi Romani Pontificis, in hæc om-
nia, quæ Christo Domino, vti incerta, de-
bentur. Ipse enim vniuersalis dispensator,
atq; administrator est bonorum Christi, cuius
est Vicarius, vicesq; gerit in terris. *text. in cap.
licet 2.de præbend.in 6 clement. 1. §.fin. vt lite pē-
dent.gloss.in cap.si gratiosæ.5.verbo.à Romano Pō-
tifice. de rescript.in 6.gloss.in can.serpens.47.vers.
quod Deo.de pœnit.dist.1.cap.vnic.§.porrò.cùm
donatio.vt Ecclesiast.benefic.sine dimin. conferan-
tur, cap. quantò. 3. paulò post princip. de translat.
episc.Durant.in proœmio.6. decret. num.2.sequitur
Felin.cap.1.num.6.circa fin.cum sequen. de constit.
Cardin. Turrecremat. in summ. de Ecclesia lib. 2.
cap.12.col.5 in 11 plenitudine potestatis.fol.mihi.
168.plenè Nauar.de spolijs. Clericor.§.3.num.1.
vers secundo facit. & num.3 ad 3.& §. 9. num.4.
Gordonus.d. lib.5.q.5. de restitut. cap.9. num. 23.
Barbos.de iure eccles. lib.1. cap.2.numero. 97.
& 98.*

115 Non licebit igitur nobis de factis Ponti-
tificis iudicare. *vt Bald.* inquit *in cap.dudùm il
secondo. alias.54 de elect nu.71. vers. dicit Inno-
cent.*& alij plures, quos refert.*Barbos.de iure Ec-
cles.d.cap.2.num.num 99.*

116 Et si planè permittatur de voluntate disse-
rere Pōtificis; voluerit, nec nè id, de quo quæ-
stio agitur, *vt Andreas* Gaill. *loquitur lib.1.ob-
seruat.14.num.6. Rota apud Illustrissimum Mant.
decis.292.num.6. & dictum fuit in Colonien. Mo-
nasterij* Canon. *Regular. B. Mariæ Nouarien.* 21.
Iunij. 1628.*coram Vbaldo.in manu.script. decis. 5.
in fin.*

Quamobrem, vel de voluntate disputare
Pontificis contendunt nunc Aduetsarij, & id
satis inane est, cùm de ea manifestè constet ex
diplomate, Piscatoris annulo signato, atq; effi-
cacissimis litteris ad Illustrissimum Dominum
Nuntium Apostolicum Neap. residentem da-
117 tis. Quòd si de subreptione, vel obreptione
breuis dicere voluerint, quod ipsis non vtiquè
denegatur. *ad tex.in cap. super litteris. 20.de re-
script.* Id coram executoribus Ecclesiasticis,
ab ipso Sanctissimo D. N. deputatis, factitan-
dum per eos erit. *Azor.instit.moral.par.1. lib.5.
cap.14.q.4.*sequitur *Pater Duard.in Bullam Cœnæ
lib.2.can.13.q.5.num.3.*

Vel verò de potestate addubitant Pōtificis,
vt putent iurè ipsis licuisse apud incōpetentes
iudices agere, ac voluntati contraire dicti Sū-
118 mi Pontificis. Ast aduertant, si in hoc stete-
rint, se hæresis non minimi coargui, quòd su-
premam Pontificis Summi denegent potesta-
tem, vel dubij saltim circà illam sint; quod qui-
dem in hæresim propēdet; cùm dubius in fide,
119 Infidelis habeatur, *tex.d.cap.1.de hæretic.* Ne-
120 què de potestate ambigendum sit Suptemi
Christi Vicarij, orbisq; totius Monarchæ.*clem.
1.& 2.de magistr.Lapus allegat.106.num.2. Rota
apud Illustrissimum Seraphin. decis. 1043. num.1.
Card. à Turrecremat.de authorit.Papæ q. 21. post
S.Thomam.contra error.Græcor.cap.73.*

121 Cùm impijssimo igitur Luthero sentire vi-
debuntur, qui in hoc totus est, vt Pontificis
huius supremi potestatem, authoritatemq; de-
ijciat, atq; prosternat; vt ita ablato Capite, atq;
Pastore, omnia postmodum pro voluntate sibi
libeant; quòd norit; ius ei summum esse in sce-
lera, ac sceleratissimos quosquè, deplotatosq;
ac profligatos homines prosequendos. Adeò
namq; Papæ odium imbibit Lutheru (*Alfon-
sus.*inquit *à Castro* aduersus hæreses pugnās *lib.
,, 12.in princip.verbo.Papa.fol.mihi.177.*) vt etiam
,, si incineres redactus fuierit, ad Papā insectan-
,, dum reuiuiscat.

122 Sed insana fuerit rabie. Nequè enim hære-
bi mostra, nec portæ inferi præualebūt aduer-
sus eum; Et Ecclesiam Christi Sponsam, quam
regit, cuiq; in terris Vice Deus præest, *Matth.
16 num.*19. quod apertè de hæreticis explicat
Hieronym.*& refert Sà eod.loco nu.52.& Diuus
Thom.in catena Euangel.eod. loco. & eodem modo
Beda;* Card.*Bellarmin tom.1.de Romano Pontifice
lib.1.cap.19.in 5.prærogatina.Illustrium cōtrouers.
& sequitur Pater Ioannes Maldonatus.in eod. lo-
co.num.18.verbo.non prænalebunt.& aptiùs Pater
Barradius tom 2.enarrationum in Euangelia. lib.10.
cap.23.vers. Aliter portæ inferi. fol. mihi.* 1175.
vbi apertè de Summo Romano Pontifice ex-
plicat, quod portæ inferi non præualebunt ad-
uersus Petram, scilicet aduersus Romanum
Pontificem. Semper enim Ecclesia summum
habuit, habebitq; Pontificem, à quo Christi
vice gubernetur. hæc ille.

123 Agnoscant igitur, se, præter alias censuras,
in illam dedisse, quæ est in Bulla Cœnæ Domi-
nj, quòd aduersus Romani Pontificis diploma
ad laicas cancellarias recursum habuere.

Resi-

Resipiscant ergò, & ad cor redeant, ac pœnitentiam agant, rogétq; Pientissimum Deum, si fortè remittatur eis hæc cogitatio cordis eorum; vt verbis vtar Principis Apostolorum *act.8.*

Et ita ex his, sub censura dictis, Aduersariorum oppositionibus respondendum censui. Quæ tamen iudicio Sanctæ Matris Ecclesiæ subijcio, ac correptioni.

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

Legatum hoc pro restitutione malè ablatorum fuisse, atq; prò exoneratione conscientiæ, nè dùm per Sacram Congregationem, verùm etiam, & per diploma Sanctissimi D. N. declaratum fuit. Ac tandem transactione, ita iubente eodem Sanctissimo, liti finis datus fuit. Paratis itaq; (quisquis hęc nostra legens) vtereserunt enim vsui quandoq;, Deo optimo, terq; maximo grates pro me, ac mecum age.

SVMMARIVM.

1 *POssidentis melior est conditio in pari causa.*
2 *Deus, cuius natura Bonitas, cuius voluntas Potentia cuius opus misericordia est,*
In se ipso fœlicissimus est, & nullius eget. numero. 3.
Secundum bonitatem suam, qua summum bonum est, ac sui metipsius communicatiuum ac diffusiuum, seque in tempore alijs communicare disposuit. num. 4.
5 *Deus in principio creauit Cœlum, & Terram, & sexto die de limo terræ hominem produxit, inspirauitq; in faciem eius spiraculum vitæ, ai smamquè ei indidit, ad similitudinem, & imaginem suam creauit eum.*
Omniaq; sub pedibus eius subijcit.
6 *Homo Diaboli inuidia diuinis mandatis inobediens factus est, ligni vetiti pomum gustando.*
Vnde se, suamq; posteritatem morti addixit, à summo fœlicitatis in abissum deiectus malorum.
7 *Communia omnia erant in initio.*
8 *Communio discordias generare solet.*
9 *Naturale vitium est, negligi quod commune est.*
10 *Diuisio rerum ex communi hominum condicto facta, vt magis proficuè status hominum conseruaretur.*
Nam quilibet quod suum est libens operatur.
11 *Natura per peccatum deprauata est.*
12 *Caro concupiscit aduersus spiritum.*
Cupiditas habendi, vnum in alterum insurgere stimulauit; & opes irritamenta malorum.
Vt alter alterius in mortem machinetur. num. 13.
13 *Meum, ac tuum frigidum verbum, quicquid malorum est in vitam inuehit, secundù Chrysostomum.*
14 *Beda, & seruitutes ex cupiditate habendi ortæ; ac mala omnia multiplicata sunt super terram.*
15 *Iustitiam contrà peccatur occupando, & accipi ndo, id quod alienum est.*
Suu n cuiq; quod reddatur, tùm naturalis, tùm humana, tùm etiam diuina lex suadet.
16 *Iustitia communis est virtus, qua suum cuiquè conseruatur.*
17 *Placere debet alteri in alterum, quod sibi fieri vult.*
18 *Iustitiæ ratio exquirit, vt per æqualitatem redditionis, acceptionis in æqualitas compensetur, & quod deerat resarciatur.*
19 *Restitutio est iteratò aliquem in dominium, & possessionem rei suæ ponere.*
20 *Restitutio malè acceptorum est de necessitate salutis, sicuti de necessitate salutis est obseruãtia præceptorum decalogi.*
21 *Restitutionem non esse de necessitate salutis asserere, hæreticum est.*
22 *Iustitiam conseruare est de necessitate salutis.*
sicuti de necessitate salutis est, vt nemini voluntariè noceamus, neq; ei iniuriam faciamus.
23 *Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum.*
24 *Mors peccatoris non est volũtatis Domini Dei; sed magis, vt conuertatur, & viuat.*
25 *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.*
26 *Restitutio malè acceptorũ incertorũ Deo fieri debet, quia ipse vnus, verus, ac proprius, & vniuersalis rerum omnium Dominus est.*
27 *Dominus Iesus Christus est vniuersalis hæres omnium incertorum.*
28 *Dominium omnium creaturarum est proprium Dei, homo autem quantum ad vsum dumtaxat externarum rerum dominium obtinet.*
29 *Ecclesia aurum habet, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus.*
30 *Pauperum ita cura est Domino Deo, vt, quod illis tribuitur, sibi datum æstimet.*
31 *Restitutio malè acceptorum ei facienda est, à quo accepta illa fuere, vel per furtum, vel rapinam, vel alio quocunq; modo contra iustitiam, & voluntatem domini.*
32 *Compensatio quæ per æqualitatem rei ad rem facienda est, ei fieri debet, qui minus habet, quàm quod suum est.*
Quia adequatio, quæ per actum commutatiuæ iustitiæ fit, non potest fieri, nisi ei, qui minus habet, quàm quod suum est, & in quo est læsus num. 33.
34 *Dominus rei ablatæ si non appareat, eius hæredibus restitutio facienda est.*
Quòd si, neq; hæredes inueniantur, in animæ eius commodum distribuenda erit pauperibus, qui hæredum loco habebuntur. num. 35.
Vel in alios pios vsus num. 36.
Non facta vero diligenti inquisitione ad rei dominum

minium inueniendum, quamuis pauperibus distributio facta sit, non liberatur, qui restituere debebat, si apparrat postmodum dominus. num. 37.
38 Episcopi in locum succeßere Apostolorum. Eorumq; Vicarij appellantur. num. 39.
40 Episcopi dispensatores sunt bonorum Christi, & Ecclesiæ suæ Sanctæ quisq; in sua diœcesi, tàm spiritualium, quàm temporalium.
41 Episcopi sunt medij inter Deum, & Populum, sicuti dispensator medius est inter dominum, & familiam.
Et dispensare eos oportet secundum paternam eorum prudentiam inter pauperes bona ecclesiarum. num. 42.
43 Dominium verum bonorum Ecclesiæ apud Christum Dominum est, dispensatio verò apud prælatos, & Ecclesiam.
Diuersimodè tamen quòad Ecclesiam, & Summum Pontificem, & quòad alios prælatos, & beneficiarios. num. 44.
45 Episcopus non distribuens in pauperes bona Ecclesiæ, in vanum nomen tenet Episcopi, & latroni æquiperatur.
46 Episcopi gloria est pauperum opibus prouidere; ignominia verò proprijs studere diuitijs.
47 Parentum est thesaurizare filijs.
48 Pontifex Summus succeßor est Petri, & Christi Vicarius, Deiq; vices, non puri hominis gerit in terris.
Vnumq; & idem tribunal facit cum Christo, sicuti Episcopus cum Vicario. num. 49.
Vnde à Summo Pontifice factum, à Deo factum æstimatur. num. 50.
Sicuti à Vicario factum, ab Episcopo factum censetur. num. 51.
52 Deo sicuti nemo dicere potest Deo; Cur ita facis? sic nec Summo Pontifici eius Vicario.
53 Summus Pontifex supremam habet potestatem in omnibus, quæ sunt Iesu Christi, eiusq; Ecclesiæ Sanctæ.
Potissimùm in malè ablatis incertis, in quibus liberam habet administrationem. num. 54.
Vnde poterit vnius Ecclesiæ bona, alteri, si ita sibi videbitur, applicare. num. 55.
56 Malè ablata Episcopus distribuere tenetur in pauperes, vel in alios pios vsus, nec aliam in eis potestatem nancifcitur. & num. 67. & 70.
57 Pauperum nomine piâ opera omnia comprehenduntur.
58 Malè ablata incerta in proprios vsus Episcopus accipere minimè potest, alioquin furtum facit, & ad restitutionem tenetur. num. 60.
59 Eleemosynarum distributor si illas sibi accipiat, nec pauperibus dispertiatur, furtum facit.
61 Præceptum de restituendo, licet secundum externam verborum formam affirmatiuum esse videatur, implicat tamen in se negatiuum præceptum.
62 Malè ablata incerta quamuis Episcopis, vel eorū Ecclesijs relinquantur, non tamen eorum naturā perdunt, quin incerta sint, et in pauperes dispertienda.
63 Pauperum nomine Episcopus venit. vnde pauperibus institutis, potest Episcopus eorum nomine in possessionem mitti bonorum relictorum.
64 Malè ablata incerta, nequè diuino, neq; naturali iure, sed tantùm humano pauperibus debentur, vnde nullum ius in illis ipsi obtinent.
Sed tantùm Deo quæruntur, & Christo Domino nostro. num. 65.
Optimum tamen est Sanctæ Matris Ecclesiæ consilium, vt in pauperes ea dispertiatur, vel in alia pia opera, vt pro dominis oretur. num. 66.
68 Clerici quicquid habent pauperum est.
69 Pauperes ius habent in redditibus Ecclesiasticis, vt debitam substentationem accipere poßint.
Quod hoc onere illi Clericis dentur, vt superflua pauperibus dent. 70.
Alioquin peccant. ibid.
71 Malè ablata restituere habens, neceßariò Episcopum requirere non tenetur, vt ea distribuat; sed potest ex se ipso id facere.
72 Episcopus potest absolutionem eorum, qui malè ablata detinent, & non restituunt, sibi retinere; & præcipere, ne aliter eorum distributio fiat, quàm eorum adhibito consilio.
73 Episcoporum decreta non sunt temerè carpenda, nequè damnanda.
44 Malè ablata incerta in beneficium Fabricæ Sancti Petri per Summum Pontificem deputata fuere.
75 Summo Romano Pontifici nullus contradicere potest, nec dicere, cur ita facis?
76 Præceptis Apostolicis non duramente resistendum, sed ijs promptè parendum est.
77 Præscriptio nulla aduersus Fabricam pro Episcopis esse potest pro malè ablatis incertis, nec etiā immemorabilis.
78 Præscriptio sine poßeßione haud procedit.
79 Peccandi libertas nullo vnquam, quamuis longißimo tempore, præscribi potest.
80 Peccata tantò sunt grauiora, quantò diutius infœlicem animam detinent alligatam.
81 Diabolus ab initio peccat.
82 Poßeßor malæ fidei vllo tempore non præscribit.
83 Peccator nullo vinculo, vel consuetudine defendi potest in suo peccato.
84 Malè ablata incerta distribuendi potestatem Episcopi à Summo Romano Pontifice recognoscunt.
Vnde in præscriptibilis hæc potestas est. num. 85.
86 Facultatis, quæ sunt in perscriptilia perseuerant.
Potissimùm, quæ meræ, & absolutæ facultatis sunt, & à nullo præcedente titulo pendent. num. 87.
88 Papa ob supremam suam potestatem totam mundi orbitam pro diœcesi agnoscit, & cùm omnibus alijs ordinarijs in iurisdictione concurrit, ordinarius ipse ordinariorum, & Pater patrum.
89 Papa nulli facit iniuriam, cùm sua vtitur iurisdictione, & potestate.
90 Papa semper vtitur pallio, quod plenitudinem potestatis indicat, in missarum solemnijs; cæteri verò Archiepiscopi in suis Ecclesijs, & certis diebus.
Quia ille in plenitudinem potestatis, isti in partem solicitudinis aßumpti sunt. num. 91.

92 Papa

92 *Papa non vtitur incuruo pastorali, siuè lituo, vt cæteri Episcopi, quia isti limitatam ab ipso potestatem accipiunt, ille verò illimitatam, à Christo Domino.*

93 *Papa licet electionem à Cardinalibus, obtineat potestatem tamen immediatè à Christo recipit.*

94 *Matthæi locus 16. et tibi dabo claues regni Cœlorum, expenditur.*

ARGVMENTVM.

Num malè ablatorum perceptionem ab Episcopis impedire possit Fabrica; vel verò præscribere illam aduersus eam potuerint Episcopi, etiam immemorabili tempore?

RESPONSIO XXV.

COnquæruntur Regni totius Episcopi, & magnis Cœlum complent clamoribus aduersus Fabricæ Sancti Petri Oeconomũ, quòd agete ad exactionem rentet relictorum pro malè ablatis incertis; sequè in antiquissima, ac immemorabili pœnè possessione ea exigẽ-
1 di profitentes, vt in pari saltim causa, eorum
(vt puta possidentium) insurgete iura debeant.
ad reg. tex. In pari. 65. de reg. iur. in 6. quamobrẽ
à ceptis desistere debere Oeconomum contendunt. Verùm nos, qui pro munere, Oeconomi iura tuemur, & iniustam eorum quærelam, & illegitimam assertam possessionem, quãuis immemorabilẽ; affirmamus. Vnde rem pauló altiùs exordiendo, supponendum censuimus pro Oeconomo respondendo.

2 Deum Optimum Maximum, cuius natura
,, bonitas, cuius voluntas potentia, cuius opus
,, misericordia est, vt, diuus loquitut Leo. *serm. 2.*
3 *de natiuit. Domini, paulò post princ.* Cùm in se ipso
summè fœlicissimus sit, ac beatissimus, & nullius egeat. 2. *Mach.* 14. 35. vt secundùm bonitatẽ
4 suam, qua summum est bonum, cuius natura
est, vt sui ipsius communicatiuum, ac diffunsiuũ
sit. *secundum Diu. Dyonis. de diuinis nominib. cap.* 4.
quem sequitur Sanct. Thom. 1. par. q. 5. ar. 4. se in
alios diffunderet, & communicaret; ab æterno disposuisse, se alijs in tempore communicare, eosquè incomprehensibilis bonitatis suæ,
5 atquè benignitatis participes efficere. Vnde
in principio creauit Deus Cœlum, & terram,
productisq; de nihilo creaturis alijs: sexta die
de limo terræ hominem efformauit; confictoq;
ex eo humano corpore *Genes. 2. 7.* inspirauit in
faciem eius spiraculum vitæ; inditaquè ei spirituali Anima, ad imaginem, & similitudinem
suam creauit illum. Faciamus (inquiens) hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.
Genes. 1. 26. Ecclesiast. 17. 1. subijciensq; omnia
sub pedibus eius *psal.* 8. in Paradiso voluptatis
collocauit, vt operaretur, & custodiret illum.
Genes. 2. 15. eumq; rerum sublunarium omniũ
Dominum proposuit, vt dominaretur, ac præesset piscibus Maris, & volatilibus Cœli, & be-
,, stijs, vniuersęq; terræ, omniq; reptili, quod mo-
,, uetur in terra. *Genes. 1.* posuitquè timorem il-
,, lius, super omnem carnem, & dominatus est
,, bestiarum, & volatilium; creauitq; ex ipso ad-
,, iutorium simile sibi, consilium, & linguam, &
,, oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi;
,, & disciplina intellectus repleuit illos. Creauit
,, illis scientiam spiritus; sensu impleuit cor illo-
,, rum, & mala, & bona ostendit illis.
,, Posuit oculum suum super corda illorum.
,, ostendere illis magnalia operum suorum; vt
,, nomen sanctificationis collaudent, & gloriam
,, in mirabilibus illius, vt magnialia enarrent
,, operum eius. vt *Ecclesiast. 17.* habetur.

6 Verùm quia inuidia diaboli (*vt Sapient. 2. in fin. scriptum est*) inobediens diuinis mandatis factus homo, ligni vetiti pomum gustando *Genes. 3.* se suamquè posteritatem omnem morti addixit; atquè è summo fœcilitatis in abissum deiectus malorum, ac Paradiso pulsus, ad hæc iam deputatus est; vt operaretur terrã, de qua sumptus fuerat, & in laboribns commederet ex ea cunctis diebns vitæ suæ, atquè in sudore vultus sui vesceretur pane suo, donec reuerteretur in terram, de qua sumptus fuerat. *Ge-*
7 *nes. 3.* Quã ob causam, licet sanè in initio, om-
nia fuissent communia; quia tamen auctis generibus, multiplicatisquè hominibns, ac malis super terram accretis: cùm ex retum ipsa cõmunione, qnæ discotdias generare solet. *can.*
8 *1. vbi gloss. 71. dist. l. cùm pater. 75. §. dulcissimis. in*
fin. ff. de legat. 2. innumera gignerentur incom-
9 moda, & lites, & rixæ orirentur. Quòd na-
turale vitium sit, negligi, quod commune possidetur. vt Imperatores loquũtur Theodosius & Valentianus in *l. 2. §. naturale. C. quando, & quibus quarta pars debeatur lib.* 10. Facta est iurè gentium, ex communi hominum condicto, rerũ ipsarum diuisio; vt vnusquisq; operaretur, & custodiret, quod suum est. *can. 2. dist. 8.* nenè, quod commune negligeretur; ac magis proficuus status hominum conseruaretur, dùm vnusquisquè re sua contentus, quod suum est libens operatur. *vt post Arist. 2. polit. 4.* inquit *S. Thom. 2. 2. q. 66. art. 2.* quem latè sequitur *Molina d. instit. & iur. tom. 1. tract. 2. disput.* 20.

11 Ast nihilominus, deprauata natura per peccatum, & consuetudinem pessimè viuendi, ac secundum carnem, & sanguinem, non verò se-
12 cundum spiritum, & rationem. Caro enim
concupiscit aduersus spiritum, *vt Apost.* inquit *ad Galat. 5. 21.* Cùm retum diuisione nihil proficiente, homines in peius abirent quotidiè, nequè se à malis temperarent vllo modo, & vnus cupiditate habendi, alterius bona inuaderet, ac diriperet.

,, Nec

Nec tantùm segetes, alimentaq; debita, diues
Poscebatur humus, sed itum est in uiscera terræ,
Quasq; recondiderat, stygijsq; admouerat vmbris,
Effodiuntur opes, irritamenta malorum,
Iamq; nocens ferrum, ferroq; nocentius aurum
Prodiderat. Prodit bellum, quod pugnat vtroq;,
Sanguineaq; manu crepitantia concutit arma.

Vt *Ouid.* inquit *metamorphos. 1. fab. 3.* Atq;
13 alter alterius in mortem machinaretur pessi-
mè; & per meum, ac tuum, frigidum illud ver-
bum, & quicquid malorum est in vitam nostrã
inuehens, innumeraquè gignens bella. Vt
Diuus loquitur Chrisostomus. *tom. 3. in oratio-*
14 *ne de S. Philogonio. paulò post initium.* Bella ipsa,
vnde & captiuitates ortæ, magis, magisquè
insurgerent. *secundum tex. can. ingentium. 9. dist.*
1. vbi glos. & glos. & tex. in can. cùm redemptor.
65. 12. q. 2. et can. dilectissimis. 2. §. communis enim.
12. q. 1. Malaq; omnia multiplicarentur super
terram. siquidem

Viuitur ex rapto; non hospes ab hospite tutus;
Non socer à Genero; Fratrum quoq; gratia rara
est.
Imminet exitio vir coniugis, illa Mariti,
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.
Filius ante diem Patrios inquirit in annos.
Victa iacet Pietas, & virgo cæde madentes
Vltima Cælestium terras Astræa reliquit.

Ouid. eod. loco loquitur *Fabula. 3. in fin.*

15 Et contra iustitiam peccaretur occupãdo,
& accipiendo id, quod alienum est. Suaderetq;
tùm naturalis lex per distinctionem ipsam re-
rum iam factam communi hominum cõdicto;
tùm etiam lex humana, atq; Diuina: (*Exod. 22.*
Tobiæ. 2. 21. Reddite eum Dominis suis: Matth. 18.
29. Redde, *quod debes. & Matth. 22. 21.* Reddite
ergo, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei *Deo.*
& ad Roman. 13. 7. Reddite ergo omnibus debita.
16 Vt secundum iustitiam, quæ communis est
virtus, suum cuiquè conseruaretur. *l. iustitia.*
10. ff. de iust. & iur. can. ius naturale, 1. dist. & cap.
17 *ex ore. 17. in princip. de priuileg.* Atq; placeret
alteri in alterum, quod sibi fieri vellet. *1.*
distin. in summa. cap. dilecti filij. 13. de maior. &
obed. vbi gloss. verbo nolles. sequentes refert ver-
sus.

Quod tibi vis fieri, mihi fac, quod non, mihi noli.
Sic potes in terris viuere iure Poli.

18 Exquirebat omninò iustitiæ ipsa ratio, vt per
æqualitatem redditionis; acceptionis inæqua-
19 litas compensaretur. Et ei, qui minùs habe-
bat, per restitionem (quæ est iteratò aliquem
in dominium, vel possessionem rei suæ ponere)
id quod deerat compensaretur. *secundum S.*
Thom. 2. 2. q. 62. art. 1. 2. & 3. Lessius. de iust. &
iur. lib. 2. cap. 7. dub. 5. num. 19.

Verùm enim verò, quia multoties accidit,
vt ex varietate accipiendi; à quo quis acce-
20 perit, memoria non retineat. Sitquè de neces-
sitate salutis malè acceptorum restitutio, sicu-
ti est de necessitate salutis obseruantia præce-
ptorum decalogi; inter quæ: Non furtum fa-
21 cies, septimo numeratur loco. *Exod. 20.* in se-
cunda tabula præceptorum; vt contrarium
asserere hæreticum sit; vt inquit Pater Molina.
de iust. & iur. tom. 3. tract. 2. de restit. disput. 716.
num. 2. Turrian. in Sanct. Thom. 2. 2. tom. 2. disput.
9. dub. 2. num. 2. & seq. Less. d. lib. 2. cap. 8. dub. 10. nu.
22 *47.* Nimirùm, quòd conseruare iustitiam, est
de necessita salutis. *vt S. Thom. ait d. quæst. 62.*
art. 2. & necessarium sit ad salutem, vt nemini
volũtariè noceamus, aut iniuriam inferamus
vt loquitur *Less. d. cap. 7. dub. 10. num. 47. versic.*
prior pars. Bonacin. tom. 2. de restit. disput. 1. q. 2.
punct. 2. num. 3. in 2. proposit. Petrus Binsfeld. in
enchyrid. Theolog. pastor. 3. par. de decem præcept.
cap. 15. de restitut. §. 1. Paul. Layman. Theolog.
moral. tom. 1. lib. 3. tract. 2. cap. 2. & diximus nos
respons. nostra 23. num. 28. & seq. Nequè propte-
rea restitutio fieri possit ei, à quo acceptum
fuit, quòd ignoretur, & certus is minimè sit,
nequè possit, qui malè accipit, apud se illud si-
23 bi retinere; Quòd id contrà iustitiam sit. Vt
propterea non dimittatur peccatum, nisi re-
stituatur ablatum. *secundum S. Augustin. in epi-*
stol. ad Macedonianum. 54. relatum can. s. 14. q. 6.
& in regula peccatũ. 4. de reg. iur. in 6. & S. Thom.
24 *d. q. 62. art. 2.* Nequè voluntatis Domini sit
mors peccatoris, sed magis, vt conuertatur,
& viuat. *Ezechiel. 33.* Quoniam Deus mortem
25 non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.
Sapient. 1. 13.

Sequebatur omninò, cùm nullus alius es-
set, qui iurè acciperet ablata prædicta; vt Deo
26 ipsi, qui verus, vnus, ac proprius, & vniuersa-
lis rerũ omnium Dominus est. (Domini enim
est terra, & plenitudo eius. *psalm. 23.* Ac Domi-
27 no nostro Iesù Chisto, qui hæres est vniuersa-
lis incertorum omnium. *secundum illud Apostol.*
ad Hebræos. 1. quem constituit hæredem vniuerso-
rum.) restitutio ipsa fieret. *Nauar. man. cap. 17.*
num. 29. versic. quarto quando, & in cap. nonit. de
iudic. not. 3. num. 8. & de indulgent. not. 29. num. 2.
& de reddit. ecclesiast. q. 1. monit. 21. num. 3. & 4.
& monit. 40. & 48. nu. 8. vers. septimo, quòd. Atq;
28 in eius patrimonio restituta ipsa numeraren-
tur. Quia Dominium omnium creaturarum
est proprium Dei; homo, quantum ad vsum
dumtaxat, externarum rerum dominium obti-
net. *S. Thom. 2. 2. q. 66. art. 1. Ioan. Azor. instit.*
29 *moral. par. 1. lib. 12. cap. 16. q. 9.* Vt ea postmodũ
pauperibus distribuerentur. Aurum enim Ec-
clesia habet, non vt seruet, sed, vt eroget, &
subueniat in necessitatibus. *can. aurum. 67. 12.*
q. 2. tex. cum gloss. verb. de causis. in cap. 2. de præ-
script. tex. auth. peregrinos omnes. C. communia de
successionibus. text. Sacr. Sanct. Trid. Synod. sess. 25.
cap. 1. de reformat.

30 Ita enim pauperum cura est Domino, vt
quod illis tribuitur, sibi datum æstimet. *Quod*
vni ex his minimis meis fecistis (inquiens) *mihi*
fecistis. Matth. 25. 40. Isti enim sunt corpus meũ
mysticum, & caro mea, & tam grata habeo
bona eis facta, ac meæ personæ essent exhibi-
ta, dummodò ex charitate, & propter me fa-
cta sint eis. *vt Dyonis. Carthus. ibid. loquitur ar.*

40 col.

40.col.fin.& optimè Nauar.man.d.cap.17.nu.29.
verſ.quarto quando. & de redditib.d.q.1. mon.21.
nu.5 & monit.48.num.9.
31 His ita ſuppoſitis: Ad rem noſtram inferens
Dico 1. Malè acceptorum reſtitutionem ei fa-
ciendam eſſe, à quo accepta illa fuere, vel per
furtum, vel per rapinam, vel alio quocunque
modo, contrà Iuſtitiam, vel voluntatem Domi-
ni.cap.ſicut dignum.6 §.eos inſuper.de homicid.cap.
ſicut dignum.5.de vſur.cap.cate.22. de iur. iurand.
32 Quia compenſatio, quæ per æqualitatem rei
ad rem facienda eſt, ei fieri debet, qui minùs
habet, quàm quod ſuum eſt. Sanct.Thom.d.q.62.
ar.5.& in 4.diſt.15.q.1. ar.5. ad 4. q.gloſ. penult.
circa med.d.reg.peccatum.4.vbi Couar.par.2.in re-
lect.in initio.num.6. & S. Anton. ibid. circa med.
verſ.eſt autem reſtituendum.par.1.ſum.et par.2.tit.
2.cap.1.§.25.in 6.deceptione.Nauar.man.dict.cap.
17.num.28.et 29.Pater Molina diſput 741.num.1.
Leſſ.d.lib.2.cap.7.dub.5.nu.19. Vaſq.in opuſc.tract.
de reſtit. cap.5. §.4. dub.1.num.2. Binsfeld. in en-
chyrid.Theologiæ.paſtoralis.par.3.de decem præcep.
d.cap.15.per tot.fol.mihi. 349 et ſeq. Alioquin
non liberabitur reſtituere debens. ſecundum
gloſ.in d.reg.peccatum, circa med.per tex. in l.inui-
33 to.12.C.de ſolut. Profectò; quòd adæquatio, quæ
per actum commutatiuæ Iuſtitiæ fit, reddendo
cuique, quod ſuum eſt, non poteſt fieri, niſi ei,
qui minus habet quàm, quod ſuum eſt, & in eo
eſt læſus. S.Thom.d.q.62.ar 5.& art.6.ad primum,
& ad tertium Leſſ d.cap.7.dub.5.num 19.Gregor.
Sayr.in claui regia.lib.10.tract.5.cap.2. num.3. in
fin.& dub.5.num.20.Bonacin.d diſput.1. quæſt.3.
punct.4.num.2.Layman.d.tract.2.cap.1. & cap.9.
Pater Iacob.Gordon.Theolog. moral. tom 1.lib.5.
quæſt.1.cap.1.num.3.& 4. & quæſt.6.cap.1.nu.1.
& 2.
34 Dico ſecundo, quòd vbi, qui dominus abla-
tæ rei eſt, nõ reperitur, facienda reſtitutio erit
eius hæredibus, tex.in d.cap.ſicut dignum; §. eos.
tex.d.cap.cùm tu. 5. de vſur. vbi Sribent. & Petr.
Binsfeld.q.6.concluſ.1.& 2.tex.in cap.cùm ſit.16.
de Iudæis.S.Thom.d.art.5.ad 3. Abb. conſ.34 col.
fin. in princip. verſic. nam faciunt in hoc fidem.
par.1.
35 Quòd ſi poſt diligentem inquiſitionem, nequè
Dominus ipſe, nequè ſui hæredes apparere
potuerint, reſtituenda res erit in animæ com-
modum, & vtilitatem Domini, cuius erat; di-
ſpenſando eam pauperibus, qui in hoc hæredũ
loco habentur. vt Laurent.Rodulfus.inquit.tract.
de vſur.quæſt.113.num.28.in fin.volum.16. tract.
36 fol.136. vel in alios pios vſus. S.Thom. d.art.5.
ad 3. Geminian.conſ.20.Nauar.man.d.cap.17.nu.
28.Sayr.d.lib.10.tract.5.cap.2.num.5. & num. 4.
dub.1.Binsfeld.d.q.6.concluſ.3. Azor.par.3. lib.4.
cap.26.quæſt 1.& quæſt.3.Leſſ d.lib.2.cap.14.dub.
6.n.31. & 33. Molin. d.diſput.746.num.1. Vaſq.
d.cap.5.§.4.dub.6.num.31.& 33.Reginald.in pra-
xi fori Pænit.tom.1.lib.10. cap.14 num.194. &
197.Bonacin.d.q.3.punct.4 num.3. & 5. Layman.
vbi ſupra.Gordon.d lib.5.q 5.cap.9.num.22.& 23.
& diximus nos reſponſ. noſtra.22.num.60.& 61.

37 Non præmiſſa autem diligenti inquiſitione
ad rei dominum inueſtigandum, quamuis pau-
peribus, vel pios in alios vſus, res ipſa diſper-
tiatur, nõ liberabitur, q reſtituere debebit, qa
onus non remittitur. et gloſ. loquitur d.reg.pec-
,, catum. circa med. Et quia ipſemet debitor per
,, malam acceptionem, tali ſe addixit oneri, po-
,, nendo alium in paupertate. Non enim eſt dã-
,, dum pauperibus, nequè ædificanda ſunt Mo-
,, naſteria, aut hoſpitalia, extantibus damnum
,, paſſis, de bonis eorum, ſine eorum voluntate.
vt Caiet.loquitur, d.quæſt.62.ar.5.ad 3 ſiquuntur
Sayr. d.cap.2. dub.5.num.20.Binsfeld.d.cap.cùm
tu. quæſt.7.concluſ.1.4. & 5. Vaſq. d.dub.1.nu.2.
Molin.d.diſput.744. nu.4.Reginald.d.cap.14.num.
194.
38 Dico, tertio Epiſcopos, qui in locum ſuc-
ceſſere Apoſtolorum. can.in nouo.2.§.ipſis quo-
què decedentibus.21.diſt.can.quorum vices. 68.diſt.
39 & quorum Vicarij appellantur.in cap.vnico.§.
per fron'is.de ſacra vnctione. Bellencin. de charita-
tiuo ſubſidio.quæſt.66.n. 11.vol.15 tract.fol.400.
col.1. Troyol. Malnet. de Canonizatione Sanctor.
dub.2.num.3.volum.15.tract.fol.419.Gratian. fo-
renſ.par.3.cap.590.num.16.Fuſc.de viſit.lib.1.c.2.
40 num.12.& cap.4.num.5. Diſpenſatores conſtitu-
tos fuiſſe (mediatè quidem per Eccleſiam, &
Summum Pontificem, vnumquenq; eorum
in ſua Diœceſi) bonorum Chriſti Domini, &
Eccleſiæ Sanctæ ſuæ, cùm ſpiritualium, tùm
temporalium. iuxtà illud Apoſtoli 1. ad Co-
,, rinth.4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros
41 Chriſti, & diſpenſatores myſteriorũ Dei. Sunt
enim Epiſcopi medij inter Deum, & Populum;
ſicuti diſpenſator medius eſt inter dominum
& familiam. vt gloſ. ordinaria Nicolai Lyrani.
eod.loco loquitur, & ſequitur S.Thom. eod. loco
lect.1.Cornel. à Lapide ibid.verſ.primo. Concilium
,, Antiochænum in can. Epiſcopus. 23. 12. quæſt.1.
,, Epiſcopus (inquiens) Eccleſiaſticarum rerũ habet
,, poteſtatẽ, ad diſpẽſandum erga omnes, qui indigent,
,, cum ſumma reuerentia, & timore Dei. hæc ibi. quæ
habentur etiam ex Cõcilio Martini Papæ. can.
Epiſcopus.6. 10.quæſt.2.et tex.in can. Epiſcopus.1.
§.quia ergo.14.quæſt.1.Innocent in cap.cùm ſuper.
4.num.4.de cauſ poſſeſſ. & propriet. Fredericus. de
Senis.conſ.33. nunquid ille. num.2. Nauar.man.d.
cap.17.num.28.circa med. & de reddit.Eccleſ. q.1.
monit.21.num.8.in 8.ratione. & monit. 40. num.6.
verſ.quinto quod ratio. & num.8. & tract. de In-
dulgent. notab. 29. num.1. & diximus nos reſponſ.
noſtra. 20.num.22.
42 Diſpenſare igitur eos oportet, & diſtribue-
re ſecundum paternam eorum prudentiam
inter pauperes, & indigentes bona ipſa Eccle-
ſiarum, quinimò magis Dei, & Domini noſtri
Ieſù Chriſti, apud quem solùm, verum rema-
net dictorum bonorum dominium (vt ſupra
dicebamus) apud Eccleſiam verò, eiuſq; Præ-
latos adminiſtratio, & diſtributio. ſecundum
Innocent.d.cap.ſuper.num.4.
43 Diuerſimodè tamen. Apud Eccleſiam qui-
dem, & Summum Pontificem vniuerſalis, &
imme-

furtumq; committant, contra voluntatem
Dominorum illa conuertendo; iuxta difini-
tionem furti à Paulo traditam *in l. 1. ff. de furt.*
quod probare apertè satis videtur *tex. in can.
sicut ij. 6. §. neque enim. 47. dist.* dùm ibi dicit:
„ *Esurientium panis est, quem tu detines, nudorum*
„ *indumentum est, quod tu recludis. & tex. in dict.
can. Episcopus. 6. 10. q. 2. & can. Episcopus Eccle-
siarum. 27. 12. q. 1. Ioan. Iacob. à Canibus. de
executoribus vltimarum voluntat. par. 2. §. quæro
tertio. num. 17. cum seq. volum. 7. tract. fol. 92. Na-
uar. de reddit. d. q. 1. monit. 48. num 9. Binsfeld. in
enchyrid. Theolog. moral. par. 4. de iustit. & iniust.
in ordine ad benefic. cap. 13. §. 1. conclus. 3.*
59 Sicuti furtum facit eleemosynarum distri-
butor alicuius Principis, si illas, pauperibus
derelictis, in proprias vsurparit vtilitates, neq;
secundũ Dñi volũtatẽ pauperibus distribue-
rit. *in d. can. gloria Episcopi. §. amico rapere. 12. q.
2. ad tex. in l. si pignore. 56. ff. de furt. tex. in
can. sicut ij. 8. §. neque enim. 47. distinct. Ia-
cob. à Canib. dict. §. quæro tertio. num. 17. versic.
secundo quia.*
60 Quamobrem tenebuntur Episcopi sic malè
accepta, & ipsi restituere, vel pauperibus (vt
eorum perquirit munus) dispertiendo, vel in
alios pios vsus erogando. Cùm restitutio ne-
cessaria sit ad salutem, vt supra dicebamus.
Quia conseruare iustitiam est de necessitate
61 salutis. Et præceptum de restituendo, licet
secundum externam verborum formam affir-
matiuum esse videatur, implicat tamen in se
negatiuum præceptum; vt scilicet nõ detineã-
tur res alterius contra Domini voluntatem.
*secundum S. Thom. d. q. 62. art. 8. ad 1. sequitur latè
disputando. Pater Turrian. d. disput. 9. dub. 2. num. 8.
& 9. Binsfeld in enchyrid. par. 3. de 10. præcept.
cap 15. de restitut. §. 1. col. 4. Bonarin. d. disput. 1.
q. 1. in 2. proposit. punct. 2. num. 4. Layman. d. tract.
2. c. 2. n. 1. et 2. Gord. d. lib. 5. q. 1. c. 1. n. 3. & 4.*
62 Neque excusari Episcopos, quin incerta
huiusmodi in pauperes, piosq; vsus alios di-
stribuant, quòd videlicet, disponentes, vt plu-
rimum, ipsis Episcopis, vel eorum Ecclesijs, ea
relinquant. Nimirum, quòd ex hoc propriam
minimè perdunt naturam, quin incerta sint,
atque pro malè ablatis; Episcopis verò relin-
quantur, vt ea, tamquam Patres, pauperibus
63 dispertiantur. Namq; pauperum nomine Epi-
scopus venit. Vnde est, quòd pauperibus hære-
dibus institutis, potest, & debet Episcopus eo-
rum nomine in possessionem mitti relictorum
bonorum; sicuti Præter pro filio, & Procura-
tor pro domino. *ad tex. in d. l. siquis ad declinan-
dum. 38. vbi Bald. num. 6. C. de Epis. & Cleric. Me-
noch. d. remed. 4. de adipiscend. posses. num. 259. 260.
261. & 276. Ioan. Baptist. Thoro. in sum. piarum
causarum. priuileg. 104. & 259. in fin.*
Infero secundo, quòd quamuis incertorum
Restitutio, vbi scilicet incertus est Dominus,
pauperibus fieri debeat, in vtilitatem Animæ
eius, qui dominus est, & nescitur, vt supra dixi-
mus secundo dicto.

64 Nullum tamen ex hoc ius est pauperibus
peculiariter quæsitum, iure naturali, vel diui-
no, vt illa sibi habeant; sed humano iure dum-
taxat; vt communis est omnium sententia.
*Frederic. de Sen. d. cons. 33. num. 2. in fin. & num. 3.
Sot. de iust. & iure. lib. 4. q. 7. art. 1. ad 3. col. 15. in
respons. Nauar man. d. c. 17 num. 92. & 93. Couar.
reg. peccatum. par. 1. relect. in princ. n. 6 et 7. & par.
3. §. 1. num. 3. cum seq. Ioan. Azor. d. par. 3. lib. 4.
c. 26. q. 1. vers. verùm difficultas. & q. 3. Less. d. c.
14. dub. 2. num. 36. & 37. & cap. 15. dub. 1. num.
3. & 5. Sayr. d. lib. 10. tract. 5. cap. 2. dub. 3. num.
10. 11. 12. Vasquez de restit. dub. 1. §. 4. num. 6. &
sequentib. Bonacin. d. disputat. 1. quæst 3. punct. 4.
num. 8. & 9. Layman. d. tract. 2. cap 9. num. 1. &
2. Gordon. dicto. libr. 5 quæst. 5. cap. 9. numero.
23.*
Alioquin omninò pauperib. ipsis deberẽtur,
65 nec in aliud pium opus impendi possent. At in
nullum horum determinatè deputata sunt,
quàm quod Deo quærantur, & Christo Iesu
Domino (vt supra dicebamus) in vtilitatem
expendenda Animæ eius, qui eorum est Do-
minus. Etsi putarit, nec abrè sancta Mater Ec-
66 clesia de salute sollicita filiorum, optimum
esse consilium, si pauperibus ea dispertirentur,
in eorum substentationem, vel in alia quęcũq;
pia opera impenderentur; quasi hæc videatur
tacita dominorum voluntas, vt oretur pro ip-
sis; vt si corporaliter domino prodesse non
possunt, prosint tamen spiritualiter. *Syluest. re-
stitutio. 8. q. 3. Nauar. d. cap. 17. num. 29. vers. quar-
to quando. & num. 93. vers. addimus etiam. Vasq.
d. §. 4. dub. 1. num. 9. Less. d. cap. 14. dub. 6. num. 37.
& 39. in fin. ex tex. in d. cap. cùm tu. 5. de vsur. &
d. c. sicut dignũ. 6. §. eos. de homicid. Sayr. d. c. 2. dub.
3. n. 13. Gord. d. lib. 5. q. 5. c. 9. n. 22. 23. & 24.*
67 Quamobrem sequitur, multò minùs ius esse
posse Episcopis, vt incerta hæc sibi, suisq; vsi-
bus applicent, cùm nullo iure, neque diuino,
neque naturali, neque etiam humano, ea ipsis
debeantur; sed eorum dumtaxat meri sint di-
spensatores, vti Patres, & Pastores Græcum,
& rationabilium Christi ouium; ipsis, eorumq;
curæ, ac diligentiæ commissarum, quarum vti-
litatem quærere tenentur. *Ezecchiel. 34.* Et sa-
68 nè, si quicquid habent Clerici, pauperum est
(vt Hieronym. Damoso scribens inquit, rela-
tus *can. quoniam quicquid. vltimo. 16. q. 1.* multò
magis vtique id, quod in ipsorum pauperum
vsum deputatum est lege humana (vt di-
cebamus) eorum esse debebit, illudque
Episcopi eisdem dispertiri, non verò sibi ip-
sis accipere; vt ne alioquin (vt diximus) fur-
tum faciant. *Nauar. de reddit. dict. can. quo-
niam quicquid. quæst. 1. monit. 21. num. 6. in 6. &
vltima ratione.*
69 Et præterea, si plus iuris est pauperibus
in alijs Ecclesiasticis redditibus, vt debi-
tam ex illis substentationem accipere pos-
sint, quàm in hæc incerta, & pro malè
ablatis relicta, esse possit. *vt Nauarr. in-
quit d. cap. 17. num. 93. versic. addimus etiam.*

70 Quòd illa hoc onere affecta, & hoc modo Beneficiarijs concessa sint, vt superflua pauperibus distribuant. Vt peccent proinde ipsi Episcopi, & beneficiarij, si illa pauperibus non dispertiantur. *Nauar. d.q.1.monit.48. num. 9. & alibi*, & latè prosequitur *Pater Anton. de Molina. Carthusian. in sua instruct. Sacerdot. tract.2.c.15.§.2.3.& seq.Binsfeld.d.par.4. cap. 13.§. 1. conclus.8.& 9. Gordon.tom.2. lib.8.q.5. cap.2.num.13.14.& 15.*

Multò vtiquè minùs intis Episcopis erit, vt hæc ipsa incerta, & pro malè ablatis, sibimetipsis approprient, quæ nullo modo, nullonè iure (vt diximus) eis debentur, nisi, vt ea pauperibus, vel in pios vsus alios distribuant.

71 Quòd sanè suadet, nec ineptè, quòd non tenetur, qui huiusmodi habet incerta restituenda, Episcopum requirere, vt illa dispertiatur; sed potest ea ex se distribuere in quoduis melius sibi visum pium opus, pro Anima illius, cui debebantur, adhibita tamen primitùs morali exquisita diligentia ad inueniendum verum Dominum, vt supra dicebamus. Quia nulla est lex, vel ratio, quæ hoc dictet, vel suadeat. *vt post Archid. in c. 2. verbo. liberè. de testament. in 6. vbi etiam Gemin. §. sanè. num. 8. Boich. dict. cap. cum sit. 16. de Iudæis.* vbi de communi testatur. *Iacob. à Canib. d. §. quæro tertio. num. 15. & 16. Abb.d.cons.34. col. fin. versic. ad quartum. par. 1. Syluest. restit. 8. in 5. quæst. Sayr. d. cap. 2. dub.4. num 17. Nauar.man. d.cap.17. num 92. Rodriquez. sum. par. 2.cap. 40.num.9. Azor.dict. cap.26. quæst.2.vers. si rogei, an aliquando. Tolet. lib.5. sum. cap.23. num 4. Molin. d. disput. 747. num.3. versic.quod verò attinet.* vbi etiam de communi testatur. & *num. 4. Vasquez. d. §. 4. dub. 1. num.12. & 13. Binsfeld. d. quæst. 6. conclus.4. & diximus.d.resp.*

72 *spons.22.num.40.& 41.* Et siquidem possit Episcopus reseruare sibi absolutionem lethalis peccati, quod admisere dictorum bonorum detemptores, non ea restituendo, quibus debebantur, vel saltim pauperibus. Atq; etiam Confessarijs præcipere, ne aliquid de huiusmodi bonis disponant; sed dispositionem omnem ipsis dimittant Episcopis; vt melius, atq; consultiùs distributio ipsa fiat. *Laurem. de Rodulf.d.q.113.num.18.Nauar.man.d.cap.17.nu.92. Molin. d disput.747. num.4. Zerol. in praxi Episc. par.1. verbo. Episcopus. §. 29. Bonacina.* qui satis pro Episcopis est in hac parte. *d. disput.1. q. 3. punct.4.propos.2. num.4.* Ea potissimùm ratio-

73 ne: Quòd Episcoporum decreta non sint temerè carpenda, neque damnanda; quodq; rationabiliter id quoque velle videantur ij, quibus si sciretur restitutio fieri deberet; vt in eleemosynas vtiquè impendantur, easquè fieri curent Episcopi.

Quid igitur iuris Episcopis in hæc ipsa incerta esse poterit, vt sibimetipsis ea applicẽt, atquè in priuatos suos conuertant vsus? Nihil omninò.

Infero tertio. Quod cùm ex suprema sua potestate, quàm in bonis omnibus, Dei ac Domini nostri Iesu Christi, ac libera præsertim in his malè ablatis incertis, obtinet Summus

74 Romanus Pontifex (vt supra diximus in 4. nostro dicto) Ipsequè hæc, vti supremus, & vniuersalis, atquè immediatus distributor, in beneficium Fabricæ Sancti Petri deputarit, cum expressa reuocatione ab ordinarijs locorum. *vt habetur in Constitutione Iulij Secundi, quæ incipit liquet omnibus in bullar. par. 1. Constit. 23. §. 13 fol.438. & in declarationibus Sacræ Congregationis Eminentissimorum Patrum eidem Fabricæ Præfectorum. §. 5. similiter annua in fin. apud Quarant. verbo. Fabrica. fol.mihi. 248.* Nisi „ *in totum incerta essent (inquiens) ita vt ad* „ *Fabricam, iuxtà priuilegia omninò spectarent.* „ *Tront etiam eidem Fabricæ competunt, om-* „ *nia alia pia legata incerta, & maximè pro* „ *malè ablatis incertis relicta, ita vt etiam ab* „ *ordinarijs locorum si fortè ad eos peruenerint, vin-* „ *dicari valeant iuxtà priuilegia prædicta.* hæc ibi.

Et declaratum fuit denuò per noua edicta mandato Sanctissimi D. N. per Tribunal Fa-

75 bricæ emanata. Nullus vtiquè attritæ adeò frontis erit, qui eidẽ cõtraire, atq; cur ita facis? „ obijcere audeat? Et sanè quale erit membrũ, „ quod sanum esse cupiat, & ab eius capite di- „ scedere tentet? *vt inquit tex. d. can. non decet.*

76 „ *12. dist.* Præceptis itaquè Apostolicis non „ duta superbia resistatur, sed per obedientiam, „ quę à Sancta Romana Ecclesia, & Apostolica „ authoritate iussa sunt, salutiferè impleantur. vt Gregor. Papa loquitur *can. præceptis Apostolicis. 12. dist.*

Futile ergo, atquè inane redditur omninò, quod de antiquissima, ac pœnè immemorabili possessione Episcoporum, in initio per ipsos assu-

77 mebatur.

Quid .n. præscripsisse se iactant (quęso te) antiquata pdicta possessione, & immemorabili, Episcopi? Exigẽdi ne ius, & in vsus ꝓprios incerta huiusmodi, & ꝑ malè ablatis conuertẽdi; vel verò ius illa in pauperes, vel pios vsus alios distribuẽdi, vti bonos dispensatores, multiformis gratiæ Dei? vt Princípis Apostolorũ. verbis vtar. *1. canonic. c. 4. n. 10.* Verùm neutrum horum esse potest.

Nõ vtiq; Primũ. Quippè cũ, nullũ sit ius Epis, vt huiusmodi incerta, & ꝑ malè ablatis, in ꝓprios trãsferãt vsus; vt ꝓpterea peccare eos, ac contra iustitiã facere, restitutioniq; obnoxios esse supra ostenderimus prima illatione.

Nulla igitur in hæc curret præscriptio, quòd

78 nulla in his esse possessio possit. Sine possessio ne autẽ præscriptio non procedit. *reg. 3. de reg. iur. in 6. glos. fin. in cap. causam quæ. 7. de præscript.*

79 Ni fortassis libertatem peccandi, præscribere se, longissimo quãuis tempore, posse, putent. Verùm tantò sunt grauiora peccata, quãtò diutius infelicem Animam detinent alligatam. *tex. in cap. fin. cum ibi notat. de consuetudin.*

Quini-

„ Quinimò malè adinuenta, malæqnè consue-
„ tudines, neque ex longo tempore, neque ex
„ longa consuetudine confirmantur, vt Impe-
rator loquitur, *in auth.vt nulli iudic. liceat. §. 1.*
collat.9. Alioquin scelestissimi quiq; , & per-
diti homines, atq; fures, & qui in profundum
deuenerunt malorum, peccandi consuetu-
dine fœliciores euaderent : & qui ab initio
81 Diabolus peccat. 1. *Ioann.* 3. 8. omnium
Sanctissimus æstimaretur, quòd peccandi
consuetudinem præscripsissent. At nùmquid
iniquus est Deus, qui infert iram ? secundum
hominem dico? Absit. vt verbis loquar Apost.
ad Roman.3.

Nō igitur præscripsere Episcopi ius exigēdi
incerta huiusmodi pro malè ablatis, & in pro-
prios conuertendi vsus: quòd id peccatum
82 sit, ac contrà iustitiã. Malæ autē fidei possessor
vllo tēpore non præscribit. *reg.possessor.2.de reg.*
83 *iur in 6.* Nullū verò vinculū, neq; consuetudo,
vel sententia potest peccatorē in suo peccato
defendere, propter Animæ periculum. *vt*
Gaill. inquit *practicar.obser.lib.1.obser.112. nu.3.*
84 Neq; itē secundū. Nimirùm, quòd potestatē
hāc dispertiēdi bona Ecclesiæ inter pauperes,
atq; pios in vsus alios (vt in superioribus ostē-
dimus.tertio nostro dicto) non à seipsis habēt,
sed à Summo Romano Pontifice recognoscūt;
85 vt nullo vnquam tempore, quamuis longissi-
mo, & immemorabili, quidquam de suprema
huius Pontificis potestate præscribere possint;
absq; Pontificis ipsius scientia, & patientia.
vt docet Innocent. communiter receptus. *in*
cap.bonæ.il secondo.quod est. 4.num.1. in fin. vers.
quidam etiam requirunt. de postulat. Prælatorum.
sequitur *Gonzal.ad regul.8. cancellar. §.2. in*
proæm.num.13. Rota par.1. in recent. decis. 221.
num.3.in fin.& num.4.cum seq.

86 Ea vero, quæ facultatis sunt, & à libera pen-
dent concedentis potestate, præscribi minimè
gentium possunt. Vt nullo pro in vnquam
pacto aduersus ea, consuetudinis, quamuis in-
ueteratæ authoritas, insurgere valeat. *tex.cum*
gloss.in l.viam publicam.2. ff. da via publica.gloss.
in cap.vt priuilegia.24.verbo.semel in anno.in fin.
extrà de priuileg. Abb. in cap. ad nostram. 5. num.
11.de confirmat. vtili. vel inutil. Ripa in l.quomi-
nus.ff.de fluminib.n.132. Gabriel lib.5.de præscrip.
cōcl. 10.n. 1. Portius Imol.lib.3.reg.33.n.1.Balb.de
præscrip.in 4.p.5.p.prin.q.1. mihi f.494. Rota p.1.
diuers.dec.778.n.5.& in recent.p.2.to.2. dec.536.
n.4.apud SS.Ludou.dec.162.nu.10. vbi Beltramin.
n.16.Gratian.forens.p.4.c.745.n.83. Macerat. var.
87 *lib.1.resol.81.n.9.* Potissimùm verò, si res me-
rè facultatiua esset, neque titulus alius, præ-
cessisset, cuius intuitu, & possedisse, & præ-
scripsisse se dicere valeat obijciens. *secundum*
latè tradita per *Menoch. lib. 6. præsumpt.67. &*
Brunor. à Sole in proposition.iur.verbo.præscriptio.
6.& verbo.voluntati liberè.& per Rotā apud Illu-
strissimum Seraphin. decis. 323. num.2. & 3. per
88 *Beltram.d.decis.162.num.16. in fin.* Tùm præte-
rea, quòd supremus Mūdi vniuersi Monarcha,
& vice Deus in terris, Pontifex Maximus, ob
supremam, & absolutam, quam à Christo Do-
mino obtinet potestatem, quæ nullis est limi-
tibus coarctata, atq; angustiata, totam mundi
Orbitam pro Diœcesi recognoscit, vnde cum
Ordinarijs omnibus in iurisdictione, & admi-
nistratione rerum Christi, cuius est Vicarius,
& Ecclesiæ Sanctæ suæ „ Ordinarius ipse Ordi-
nariorum, & Pater Patrum, concurrit. Quade-
re nulli facit iniuriam, si sua vtitur potestate,
& iurisdictione. *cap.2. & cap.si à sede. 31. de*
præbend. in 6.optimè Ioann. Monach. ibi etiam
Probus. num.1. in cap si eo tempore.45.de elect. lib.
6.Bald.in cap.1 num.1.de his qui feud dare possunt.
in vsib.feudor.Turre Cremet.in sum de Ecclesia.
lib.2.cap.52. Archid. in cap. cùm de beneficio. nu.
2.circa finem. vers. nec meritis. de præbend. in
in 6. Nauar. in terminis nostris loquens de
malè ablatis. *de Indulgen.notab.29. per tot. Cas-*
sador.decis.3.num.24.de præbend. Puteus. decis.48.
num 6.& 8. lib.3.Rota apud Sanctissimum Ludou.
Gregor XV. decis.221.num.9.Barbos.& alij apud
ipsum d.tract. de iure Eccles, cap.2. nu.15.& 16.
90 Hinc est, quòd Pallio, quod sanè plenitudi-
nem indicat potestatis, semper, & vbiq; in
missarum sollemnijs vtitur Summus Pontifex,
cæteri verò Archiepiscopi in suis Ecclesijs, &
certis dumtaxat diebus. Quia, vt ille in pleni-
91 tudinem potestatis, ita isti in partem solicitu-
dinis assumuntur. *cap.1.& 4. de auth. et vsu.pal-*
ly.can.decreto.10.circa fin.2.q.6. S.Anton in sum.
92 *3.par.tit.23.cap.3.§.2. in 2. priuileg.* Neque Pa-
storali (incuruo scilicet baculo, siuè lituo) vt
cæteri Episcopi, vtitur. Quòd isti ab ipso limi-
tatam accipiunt potestatem, ipse verò illimita-
tā, & absolutā à Christo Domino. *ut tex.* inquit;
cū glos.fin.in fin.in c.vnic.§.fin.in fin.de sacra vn-
ctione.Troil.Maluet.de Canoniz.Sanctor.dub.2. n.
38.vol.15.tract.fol.419.Archid.d.c.cùm de bene-
ficio.n.2.circa fin.Rota p. 1.in recent. dec.221. n.5.
93 *in fi.* Nā, & si quidē electionē Papa à Cardina-
libus eligētibus obtineat, at verò, electione ip-
sa perfecta, potestatē immediatè à Christo re-
cipit. *August.Triuph.de potest. Eccles. q.1. ar.4.in*
respōs.vers.sed si loquamur.et ar.5.per tot. Henriq.
in sum lib.6.c 5.§.6.& lib.10 c.24 §.1.circa med.
Card.Bellarm.cōtrouers lib.1. de Romano Pontifice
cap.12. col.1. in fin. versic. nos verò priore modo.
& col. 17. versic.respondeo moriente Pontifice.&
lib.2.cap.17. in 3. sententia.tom. 1.Ioan. Azor.par.
2. lib. 4. cap. 2. q. 14. Barbos. de offic. & potestat.
episc.par.3.allegat.50.num.1.& d.tract de iure Ec
clesiast.lib.1. d.cap.2. num.75. & 76. Melchior
Lotterius.de re benefic.lib.1.q.22. n.20 21.& seq.
94 Sic enim ipse Petro loquitur Matth. 16. Et
„ tibi dabo claues Regni Cælorū. Tibi (inquit)
dabo. Ego, scilicet, non alius. Claues, supremā
videlicet potestatem: quam per claues accipi
concors Patrum, & Theologorum est senten-
tia. *S.Thom.in supplem.q.17.art.1. & seq. Abulen.*
in S.Matth.d.cap.16.tom.4.q.72.& 73. post alios,
quos refert, docet P. *Azor.d.lib. 4. c.19. col.2.*
vers.tertio illi argumentantur.Illustr. Bellar.d.c.12.

lib. 1. de Romano Pōtifice, & P. Maldonatus plenè hoc eod. loco. n. 19. & Pater Barradius to. 4. lib. 10. cap. 13. fol. mihi. 1175. Dyonis. Carthus. d. cap. 16. art. 19. col. 3. in fin.

Attendant ergò Aduersarij, & obstupescāt, & superponant digitum ori suo. vt Iob verbis loquar. 21. 5. ac glorificent Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. *Matth. 9. 8.* seque Apostolicis præceptis conforment. *vt text. loquitur d. can. præceptis Apostolicis. 12. dist.* sinantquè Oeconomum Fabricæ suis perfrui priuilegijs.

Et ita ex his respondendum censui sub censura.

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *PRæscriptio, vt iure concludat, quæ requirantur.*
2 *Præscriptio nulla procedit data ex aduerso contrarij possessione.*
3 *Præscribit nullo tempore malæ fidei possessor.*
4 *Præscriptio, nec nouit currere data mala fide præscribere intendentis, & nu. 9.*
Et si ante completam præscriptionem mala fides superueniat. ibid.
5 *Præscriptionem impedit scientia possessionis aduersarij.*
6 *Bona fides inuincibilem perquirit ignorantiam, vel saltim probabilem; nec sufficit crassa, & affettata.*
7 *Mala fides arguitur ex actis clandestinè factis.*
Item ex extrinsecis mala ipsa fides arguitur. num. 8.
9 *Bona fides adesse non potest, vbi mala demoratur.*
10 *Bona fides præsumitur ex temporis cursu.*
Quod exaudi vbi dubia res est, nec de mala fide apparet. 11.
12 *Contrariorum est mutuò se à subiecto expellere, vt vno eorum posito tollatur alterum.*
13 *Contraria inuicem in eodem subiecto se compati haud possunt.*
14 *Deus an possit actum repugnantem in esse producere.*
15 *Princeps est supra ius, & potest conditam legem abrogare.*
16 *Pauperum nomine Ecclesia quoque comprehenditur.*
17 *Pontifici Summo plenius ius est applicandi incerta in beneficium Fabricæ Sancti Petri, quàm sit Episcopis applicandi ea in beneficiū suarum Ecclesiarum.*
18 *Papa super omnes Episcopos est, atquè Episcoporum Episcopus.*
19 *Bona fid. excusat à restitutione eorum, quæ impensa fuere.*
Limita à tempore quo mala fides superuenit. num. 20.
21 *Præscriptio allegata non suffragatur nisi eius requisita probentur.*

ARGVMENTVM.

Præscribi nè potuerit exigendi ius malè ablata incerta, Cippo Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ relicta; per Procuratores Ecclesiæ prædictæ aduersus Fabricæ Sācti Petri Oeconomum?

RESPONSIO. XXVI.

QVæ in facti notula data mihi fuere per Oeconomum Fabricæ, maturè perpensis, omnem Procuratorum Metrapolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ vim, atquè conatum, ad proruenda Fabricæ S. Petri iura, in eo versari potissimùm perspexi, quòd in antiquissima, & penè immemorabili possessione se iactent esse, malè ablata, incerta, Cippo relicta Ecclesiæ Metropolitanæ, exigendi.

Verùm, quia Oeconomus præter priuilegia, & facultates per Summos Romanos Pontifices ipsi Fabricæ indulta, antiquissimam quoquè ostendit exigendi possessionem per continuatas temporum exactiones malè ablatorum Cippo eodem relictorum, atquè sententias à Sacra Congregatione prolatas; mirum certè est, quomodo præscriptionis clipeo muniri se posse Procuratores prædicti putent.

1 Et sanè cùm tria, vel potius quatuor requirantur, vt præscriptio iurè concludat. Iustus videlicet titulus; bona fides; temporis cursus; ac rei traditio, vel quid simile loco eius intercedat; addunt alij, scientiam, atquè Aduersarij patientiam. *cap. vigilanti. 5. cap. si diligenti. 17. & cap. fin. de præscpt. extra. cap. primo. eodem. tit. in 6. l. 2. & l. diutina. 4. l. longi temporis. 7. C. de præscript. long. tempor. Viuius decis. 130. numero. 9. Villalolbus. in communib. opinion. lib. 1. verbo. præscriptio seruitutis. num. 240. vers. nota, quod scientia. & numero. 244. fol. 150. & 153. Ioannes Koppen. decis. 57. numero. 3. par. 1. alueq; ab eo relati. Brunor. à Sole in proposit. aur. verbo. præscriptio. 6.*

Ac nequè bonam fidem, nequè continuatam temporis possessionē Procuratores prædicti probent. Quo pacto præsumptæ ii nitantur præscriptioni, mirandum planè est.

Namq;

Namquè quòad continuatā temporis possessionem malè ablata exigendi, obstat nō minimi efs; Quòd Tribunalis Fabricæ Ministri semper continuatis successiuis temporibus, scientibus, nec contradicentibus Procuratoribus prædictis, imò nec contradicere valētibus, ea exigere.

2 Vt nullam proindè præscriptionem in medium afferre valeant, quæ eis suffragetur data ex aduerso contrarij possessione: *gloss fin. in d. cap. 1. de præscript. in 6. Couar. in reg. possessor. de reg. iur. in 6. par. 2. relect. §. 3. num. 7. vers. hinc falsum. in fin. Gambarut. alios referens. de offic. legati lib. 3. n. 317. Put. dec. 436. lib. 2. Rota in recent. par. 1. decis. 254. num. 3. & coram Sanctissimo Ludouis. D. N. decis. 51. nu. 3. & 4. Aluar. Valascus. consultat. 135. num. 5. & 6. Rota Maceraten. apud Marc. Anton. Thrunati decis. 14. num. 52.*

Quò verò ad bonam fidem: cùm ex ijs, quæ in facto supponuntur; Mala eorum fides manifestis indicijs arguatur, cur præscripsisse se

3 velint, rationi admodum aduersatur. Nimirùm, quòd malæ fidei possessor vllo tempore non præscribit. *reg. possessor. 2. de reg. iur. in 6. cap. fin. vbi Scribent. de præscript. Aym. consf. 146. nu. 1. & seq. Couar. lib. 1. variar. resolut. cap. 9. nu. 5. Mascard. de probat. tom. 2. concl. 1000. & cōcl. 1001. Verall. decis. 24. n. 5. & dec. 363. n. 1. par. 2. Rota in recent. par. 1. dec. 197. n. 4. & par. 2. tom. 1. dec. 164. n. 3. Gratian. forens. par. 1. c. 3. nu. 26. & c. 52. n. 12. & c. 78. n. 44. & par. 2. c. 339. n. 27. Francisc. Balb. de præscript. in 2. p. 3 p. q. 1. n. 1. & q. 6. n. 1. Barbos. d. c. si. de præscript. n. 3. et 4. Rota in Romana prætēsi spolij. 2. Iulij 1614. corā Card. Verospio. in postbu. per Farinac. tom. 2. dec. 150. num. 5.*

4 Quin imò, neq; incipete nouit præscriptio, data mala fide præscribere intendentis. *d. c. 1. de præscript. in 6. Cæphal. consf. 40. nu. 20. & 21. lib. 1. Ioānes Koppen. d. dec. 57. n. 21.* etsi ante cōpletam præscriptionem, alienæ rei scientia superueniat. *Rota apud Verall. d. dec. 363. num 2.*

5 Arguitur verò Procuratorū mala fides. Cùm, quòd scientiam habuere certā de facultatibus Fabricæ, atq; ministrorū eius exactionibus, & inhibitionibus Tribunalis, vt hoc vnū satis esse possit, & debeat ad præscriptionē, ex mala fide deturbandā. *ad tex. in l. si. vbi Bar. C. vnde vi. Aym. d. cōs. 146. n. 1. Caputaq; d. dec. 24. nu. 1. cum seq. & dec. 363. n. 1. & dec. 365. p. 2. Rota in recent. p. 1. dec. 221. n. 7. Gratian. d. c. 399. n. 27. Fāc. Marc. dec. 435. n. 2. p. 1. Koppen. d. dec. 57. n. 23. Mascard. d. cōclus. M. per tot. & MI. Rota in Romana Vineæ. 20. Februarij 1589. corā Comitulo. in impressis nouissimè per Postium de Manutentione. decis. 66. num. 8.*

6 Ad producendā nēpè bonā fidē, inuincibilis requiritur ignorātia, vel saltim probabilis; vt nec sufficiat crassa, & effectata. vt inquit *Bonac. tom. 2. tract. de restit. disp. 1. q. 2. puncto 1. in princ. nu. 1. vbi alios refert. Balb. d. 2. par. 3. par. d. q. 1. n. 3. & q. 2. 3. & 4.*

7. Tùm, quòd Procuratores ipsi ob Tribunalis Ministrorum metum, ac prohibitionem, quas fecere exactiones omnes, clàm, & sub pallio fecere, vt ministros ipsos hoc lateret; vt multò hinc magis, satisq; apertè mala fides adstruatur, & insurgat. *secundum gloss. in l. si quis sub cōditione. ff. de conditionib. Instit. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. casu. 225. n. 18. Rota in d. Romana Vineæ coram Comitulo. d. nu. 9.*

8 Rectè enim ex extrinsecis, (cùm sit aliàs bona, vel mala fides res, quæ in animo deliteat hominis, vnde etiam Iudicis arbitrio remittitur. *secundum Menoch. d. casu. 225. num.*) mala ipsa fides colligitur. *Menoch. lib. 3. præsumpt. 130. num. 47. Koppen. d. decis. 57. num. 22.*

Procuratorum itaq; patefacta mala fide; præscriptio omnis eorum, temporis, & si sanè longissimi, proruit atq; in cassum abit. Quip-

9 pè cùm illa absq; bona fide, stare minimè possit. Quæ vtique adesse nequaquam potest, vbi Aduersaria eius, mala fides, adsuerit. *d. cap. fin. de præscript. d. reg. Possessor. vbi Couar. d. par. 2. relect. §. 8. num. 4. Port. Imol. lib. 3. reg. 46. in 1. limit. vers. sed contraria. Crauett. de antiq. tempor. 4. par. princ. num. 19. cum sequentib. fol. mihi. 248. in minori impress. Menoch. de recuperand. possess. remed. 15. num. 417. Surd. decis. 148. nu. 6. Minsynger. centur. 4. obseruat. 6. num. 4. Koppen. d. decis. 57. nu. 13. & 24. Valascus. d. consult. 125. num. 5. & 6. Illustrissimus Tusc. tom. 1. litt. B. conclus. 100. bona fides quando præsumatur. nu. 19. Carolus de Grassis de effectib. Clericat. effect. 9. num. 461. fol. mihi. 284. Mascard. tom. 3. conclus. 1213. n. 4. 10. Bapt. Costa. to. 2. oper. de rè integra, dist. 44. n. 2. et to. 1. de facti scient. & ignor. cent. 2. dist. 60. num 9.*

10 Nec proficit effugium. Præsumi bonam fidem ex temporis cursu. *ex gloss. d. c. si diligenti. 17. vbi Abb. num. 14. & alij, de præscript. Couar. d. reg. possessor. §. 8. nu. 2. & seq. Mascard. d. conclus. 1213. num. 43. 44. & sequent. Menoch. lib. 3. præsumpt. 130. Koppen. d. dec. 57. n. 14. & seq.*

11 Exauditur id profectò, vbi dubia res est, neq; aliàs de mala fidè apparet. *Alciat. reg. 3. præsumpt. 6. num. 1. Crauett. de antiquit. tempor. d. 4. par. nu. 21. fol. 249. Balb. d. 2. par. 3. par. q. 2. Mascar. d. conclus. 1213. num. 56. Menoch. d. lib. 3. præsumpt. 130 num. 14. Anchar. consf. 310. tres Domini. n. 18. Koppen. d. decis. 57. num. 19. & 20. Valascus. dicta. consult. 125. num. 10. 11. & 12.*

12 Contrariorum nempè est, mutuò se expellere à subiecto; vt vno posito, tollatur alterum, cùm sibi inuicem pugnent. *tex. in l. hæc verba, ille, aut ille. 124. ff. de verb. signif. Surd. decis. 92. num. 11. & decis. 24 num. 10. & consil. 211. num. 16. volum. 2. Barbos. axiomat. 58. num. 3.*

13 At mala fides assuit. Bona igitur, vt exularit, visus est. Cùm inuicem se compati in eodem subiecto minimè valeant. *text. in cap. maiores. 3. §. sed adhuc. in fin. de Baptismo. arg. tex. in can. resuscitatus. 35. de pœnitent. distinct. prima. & gloss. in l. final. in verbo. diremptio. in fin. ff. de diuort.* quatenus inquit; quòd posito vno de contrarijs, tollitur, & reliquum. *tex. in l. vbi repugnantia. 149. ff. de reg. iur.; vbi*

14 „ *Dec. num. 3. inquit*; Neque Deum ipsum
„ posse actum repugnantem in esse producere; quòd sit hoc defectum in Deo omnipotente ponere; non potentiam concedere. *vt diximus Respons. nostra 21. num. 27. & 28.*

Verùm enim verò, quid (amabo quæso te) præscripsisse se iactant Metropolitanæ Procuratores Ecclesiæ Neapolitanæ? Ius ne exigendi malè ipsa ablata, & in vsus proprios conuertendi, vel verò in pauperes illa dispertiendi? Vt si primum concesserint, ex se ipsis reij ciantur. Cùm ius nullum aliud sit Episcopo in hæc malè ablata incerta, nisi, vt in pauperes illa distribuat. Alioquin furti tenebitur. *ad tex. in l. 1. ff. de furt.* Si verò altero inniti voluerint; obstabit illis; quòd nullum cùm sit ius pauperibus in hæc malè ablata incerta, neque Diuino, neque Naturali, sed humano dumtaxat iure constitutum, vt in pauperes diuidantur; & Summus Romanus Pontifex in commoditatem Fabricæ Sancti Petri applicauerit; Nullum potest esse ius, quod aduersus Pontificis Summi potestatem acquirere potuerint, vel Episcopi, vel Neapolitanæ Ecclesiæ Procuratores. *Abb. in cap. ad audientiam col. fin. de præsump. Carol. de Grassis alios referens. de excep*
15 *tionib except. 1. num. 28.* Est enim Pontifex supra ius. *ad tex. in l. digna vox. 4. C. de legib.* Vt potuerit constitutionem, qua cautum est (bona hæc in pauperes diuidi) abrogare, eaq; Sā-
16 cti Petri Fabricæ addicere. Præter quàm quòd pauperum nomine, Ecclesia quoque comprehendatur, quod superiori nostra Responsione latius deduximus. Et sanè argumentum hoc (meo quidem iudicio) ita conuincit, vt effugium nullum esse posse videatur. A quo non longè abijsse quoq; visus est doctissimus *Conar. in reg. peccatum. de regul. iur. in 6. relect. par. 3. §. 1. num. 3.*

Quòd si instare vlteriùs voluerint. Applicata ab Illustrissimo Archiepiscopo malè hæc ablata fuisse in commodum Metropolitanæ Ecclesiæ, vt hoc præscripsisse se iactent Procuratores:

17 Respondebit Oeconomus. Plenius ius; pleniorem q; , atquè ampliorem potestatem esse Pontifici Summo, Vice Deo in Terris, vt incerta hæc in beneficium addicat Fabricæ S. Petri, quàm sit Episcopis, vt in vtilitem applicent suarum Ecclesiarū. Et si succesent Oeconomo, quòd ea vendicet, vt applicationem per Pontificem Summum factam pro Sancti Petri Fabrica Sarcta tecta, atquè firmam fecerit; succenscere illis iurè, multòq; magis, iustiùsquè debebit Oeconomus, quòd peruertere nitantur Pontificis Summi applicationē.
18 Cùm suprà omnes Episcopos ille sit, atque Episcoporum Episcopus. Nisi forsàsis cùm suprema Mundi totius Monarchæ potestate contendere velint; Vt multò hinc magis Sacrilegij coarguantur. *ad tex. in l. 2. C. de crimine sacrileg. gloss. in cap. eam te. 4. de ætate, et qualitat.*

Nec item obstabit aliud Procuratorum effugium; de bona fide, quoad exactum ad hāc
19 vsquè diem, nè ad restituendum illud cogi valeant; cùm bona fide, in vsus Ecclesiæ necessarios, impenderint. *ad tex. in l. bonæ fidei. 48. ff. de arquir rerum. dominio. Franc. de Ponte. cons. 98. num. 7. lib. 2. Rota decis. 11. num. 1. & seq. in impressis per Cencium de censib.*

Præter quàm quòd enim in mala fide eos fuisse manifestè patuit ex supra iam dictis; ni-
20 hilominus tamē, ab hinc triennium (quo tempore, nouiter decreto Sacræ Congregationis, edicta publicata fuere, vt à malè ablatorum incertorum exactione omninò abstinerent) eos in mala fide apertè fuisse, lippis etiam patet, & tonsoribus; vt suffragari eis allegata bona fides valeat haud minimè. *d. l. bonæ fidei. 48.* Verùm (hac exigendi allegata præscriptio suffragari eis aliquomodo in præteritum posset)
21 neque tamen necessaria, ad præscriptionem legitimam inducendam, probant; vt decidere eos iurè ex hoc vno meritò ab omnibus debeant. *secundum Franch. d. cap. 1. in princ. de præscript. in 6 Rota apud Illustrissimum Seraphin. decis. 422. num. 6.*

Et ita ex his respondendum censui sub censura.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *MAlè ablata incerta non inde dicuntur, quòd incertæ personæ, incertæue Ecclesiæ relinquantur sed quòd post diligentem indaginem incertus adhuc eorum, cui debentur, dominus est.*
2 *Incertorum restitutio Domino facienda est, vbi ille certus est, non verò pauperibus, vel pijs alijs operibus.*
3 *Incerta semper talia perseuerant, quandiù eorum nescitur dominus, quamuis certæ personæ, vel certo pio loco relinquantur; neque ex hoc naturam, quin incerta sint, mutant.*
4 *Nominis mutatio rei essentiam, & naturam non mutat.*
5 *Res ab essentia sua, siue forma substantiali æstimari, ac iudicari debent, non ab extrinseca qualitate, vel denominatione.*
6 *Malè ablata incerta relinquens pauperibus vbi dominus scitur, vel sciri potest, non liberatur.*
Pauperibus enim dandum non est, neque ædificanda Monasteria, aut hospitalia, extantibus dominum passis. num. 7.
8 *Malè ablatorum restitutio legatum nō dicitur, sed debiti solutio.*
9 *Beneficium non impendit, qui debitum præstat.*
10 *Testator, qui incerta debet, potest postquàm Dominus non inuenitur, cui voluerit pio operi,*

ri, vel pauperibus, vel Ecclesiæ, ea relinquere, pro a[illegible]nibus eorum, quibus ea deberentur, si scirentur.

11 *Incerta, quæ Ecclesiæ Cippo relinquũtur, quasi incertorum capsulæ relinquuntur, non quòd Ecclesiæ simpliciter aequiparantur; vnde non suam ob hoc mutant naturam, quin semper incerta sint.*

12 *Interpretatio sumenda est ex communi loquẽdi vsu relinquentium.*

13 *Voluntas testantium ex verbis intelligi, & exaudiri debet.*

præsertim, vbi verba clara sunt.

14 *Verbis seruiendum est in interpretanda dispositione quacunq; ex quibus mens dignoscitur.*

15 *Verba disponentis inania esse debere, asserendum non vtique est.*

16 *Interpretatio aliena à verbis disponentis sumenda haud est.*

17 *Malè ablata incerta potest Summus Pontifex, bonorom omnium Ecclesiæ absolutus distributor, in Fabricam applicare Ecclesiæ Sancti Petri.*

18 *Summus Pontifex potest compositiones inire cum ijs, qui incerta debent, & pro malè ablatis incertis.*

19 *Malè ablata incerta, quòd pauperibus debeantur, lege humana constitutum est.*

20 *Summus Pontifex etiam absq; causa vnius Ecclesiæ bona alteri applicare Ecclesiæ potest.*

21 *Iniuriam nemini facit, qui iurè suo vtitur. vnde nemini iniuriam facit Summus Pontifex, cum malè ablata incerta in Fabricam Sancti Petri applicat.*

ARGVMENTVM.

Incerta nè dicantur malè ablata, certò loco, certisquè pauperibus, vel certo pio operi, vel Ecclesiæ relicta? Et num iurè agat in ea, suarum facultatum, & priuilegiorum vi, Fabricæ Oeconomus Sancti Petri.

RESPONSIO XXVII.

TVtum non vtiquè esse videtur effugium, quod per Procuratores Metropolitanę Ecclesiæ Neapolitanæ de relictis pro malè ablatis incertis, Cippo Ecclesiæ prodictę, nouè quæritur, & obijcitur. Dùm, ex quo, certo loco, certæq; Ecclesiæ relicta sunt; incerta ampliùs haud esse, neuè in incerto vltrà vagari, existimant; sequè liberos ob id esse ab onere volunt illa restituendi; cessarèquè putant Fabricæ Sancti Petri facultates, quæ incerta persequitur. Quòd hæc incerta non esse, certæ destinata Ecclesiæ, firmo contendant pectore.

1 Haud namquè inde malè ablata, incerta sunt, aut esse incerta dicuntur, quòd incertæ personæ, vel incertæ Ecclesiæ, siuè incertis pauperibus destinantur, vt Procuratores ipsi rectè se iudicare existimant; sed quia post diligentem indaginem, incertus adhuc Dominus est, cui hæc ipsa debentur. *ad tex. in cap. cùm tu. 5. verbo. bis non superstitibus. vbi gloss. & Aba. num. 4. & 14. & Scribent. de vsur. S. Thom. vbi Caiet. 2. 2. q. 62. art. 5. ad 3. Angel. verbo restitutio. 2. num. 21. Sylnest. eod. 8. q. 1. Tabien. eod. q. 18. num. 19. Armill. eod. num. 20. Sot. de iust. lib. 4. quæst. 7. art. 1. ad 3. col. 14. vers. de illo verò, qui ignotus. Nauar. man. cap. 17. num. 92. Couar. regula peccatum. par. 3. relection. §. 1. num. 3. Ioan. Azor. moral. par. 3. lib. 4. cap. 26. q. 1. Molina de instit. tom. 1. dispnt. 53. col. fin. in fin. vers. iam verò bona, & tom. 3. dispnt. 744. nu. 1. Reginald. in praxi fori pœnitent. to. 1. lib. 10. cap. 14. in princip. Vasquez in opuscul. tit. de restit. cap. 5. §. 4. dub. 1. num. 6. Roman. cons. 164. hæc quinquaginta. num. 2. Carocius decis. 7 num. 11. Bonacina tract. de restit. tom. 2. disput. 1. q. 3 punct. 4. num. 1. Paul. Layman. Theolog. moral. tom. 1. lib. 3. tract. 2. cap. 9. Gord. Theol. moral. tom. 1. lib. 5. q. 5. cap. 9. num. 22. & 23. & diximus. respons. 25. num. 35.*

2 Certus enim si Dominus esset, à quo malè res illæ ablatæ fuissent; ei vtiq; eiusq; hæredibus restituendæ forent, non verò pauperibus, alijsuè pijs locis, & operibus dandæ. *tex. in cap. sicut dignum. 6. §. eos insuper. de homicid. d. c. cùm tu. de vsur. tex. in cap. ea te. 22. de iureiurãd. S. Thom & Caiet. d. art. 5. ad 3.* & latè supra citati Doctores, & nos in superioribus nostris scriptis pro hac re diximus. *respons. 25. nu. 34. 35. & 36.*

3 Quò circà (estò certæ Ecclesiæ, vel certo operi pio, certisq; pauperibus, ita malè ablatæ res, vbi earum nescitur Dominus, qui neq; post diligentem appareat indaginem, nequè eius hæredes, per illas debentem relinquantur) non ex hoc tamen incertorum amittent nomen, quòd adhuc certus eorum nescitur Dominus. Quare sub malè ablatorum nomine, & natura perseuerabunt, atq; ascripta permanebunt. Ex quo enim, ex eo nomen sortiuntur, & naturam, quòd incertus eorum sit Dominus, nequè requisitus post diligentem appareat indaginem: ex destinatione postmodum per illa debentium facta, vel certo loco, vel pio operi, vel certæ quoq; Ecclesiæ; non vtiquè mutabunt, vel ammittent, vt ex incertitudine naturali, ad accidentariam reuocentur certitudinem; & incerta, quæ erant; loci destinatione, vel personarum, per restituere debentem facta, certa euadant. *est tex. in id fatis apertus. in l. ad recognoscendas. 10. vbi Bald.*

4 *C. de ingen. manumiss.* ibi enim habetur. Quòd nominis mutatio, rei essentiam, & naturam nõ mutat

5 mutat,sed eadem illa perseuerat. Cùm res ab
essentia sua, siuè forma substantiali iudicari, &
æstimari debeat, non ab extriuseca qualitate,
& denominatione. *secundum tex.in l. non codi-
cillum.14. vbi Ias. num. 3. C. de testam. Crauett.
consf.214.num.4. & 5.* Nequè rerum substantiã
mutet non necessaria verborum multiplica-
tio. *vt Paul.* inquit *l pediculis.34. §.Labeo.ff.de
auro,& arg.legat. Illustrissimus Mant. de tacit.
& ambig.tom.2. lib.13. tit.72.num.14 Cardin.
Tuscus. tom.3. littera F. conclus. 413. num.2.
Barbos.axiomat.100.num.1. vbi alios plures re-
refert.*

Non itaquè fieri potest, vt pro malè ablatis
incertis relicta,ex quo eorum Dominus nesci-
tur,ex eo dumtaxat,quòd Cippo Maioris Ec-
clesiæ Neapolitanæ destinata fuere per illa
debentes,incerta esse omninò desinant.

6 Quippè,quòd; vel certus Dominus erat,cui
illa debebantur. Et onus remissum minimè est
restituendi; sed auctum, cùm non prouidè so-
luerit, verum prætereundo dominum. *secundū
tex. in d. cap. ea te. 22. in princ. de iure iurand.
facit tex. in l. eius,qui in prouincia. 41. vbi glos.
& Bart.ff.si certum petatur.* quatenus habet;
quòd soluens alijs,quàm vero creditori, non
liberatur. *optimè Surd.decis.60.num.1.& decis.
229. num.1. Gratian. discept. forens. par. 1.*
7 „ *cap.194.nu.17.* Nec enim est dandum pau-
„ peribus,nequè ædificanda sunt Monasteria,
„ aut hospitalia; extantibus damnum passis, de
„ bonis eorum,sine eorum voluntate. *vt Caiet.*
„ inquit *d.art.5. ad 3. & supra citati authores in
initio. num.1.*

Vel verò incertus erat omninò dominus
bonorum illorum; Et incertitudinem mutare
suam, quòad ipsum Dominum haud potuere
ex eo dumtaxat, quòd per illa debentem cer-
8 tæ sunt destinatæ Ecclesiæ. Nec enim legatum
nuncupari poterit huiusmodi relictum, ex quo
certæ factum sit Ecclesiæ: Cùm debiti sit so-
lutio,non sanè libera, nequè spontanea dona-
9 tio. Quia non impendit beneficium, qui de-
bitum præstat. *Ioan. de Anania d. cap. cùm tu.
5. col. 3. in glos. in verbo. superstitibus. num.3.
vers. adde prædictis. Bald. de vsur.* & sequitur
*ibid. Petr. Binsfeld.q.7.conclus.6. in fin. Roman.
d.consf.164. hæc quingenta.num.4. & consf.199.
præsens statuti articula. num.8. Maceraten.
variar. lib.1. resolut. vltim. casu. 58. vers. sed
quid sit de iure. Syluest. verbo. Canonica portio.
num.6. vers. septimo vtrùm debeatur. Card. Tu-
scus.tom.5. littera M. conclus.23.num.3. & seq.
Mascard. de probat.vol.3.conclus.1280.nu.155.
Ioan. Baptista Costa de facti scient. & ignorãt.
centur. 2. aut sciebat, aut ignorabat. dist.2.n.26.
& seq. tom.1. oper. Nouar. de incertis, & malè
ablat.priuil.2.num.1.& seq.*

Tantùm verò abest,vt verum sit, quod pro
se plurimi Procuratores faciunt Metropolinæ
Ecclesiæ Neapolitanæ; relicta huiusmodi Cip-
po destinata Metropolitanæ Ecclesiæ, certæ
videri Ecclesiæ relicta, cessareq; proinde in-
10 certa esse. Potissimùm, quòd potuit Testator
post diligentem certi inueniendi Domini in-
daginem,cui magis voluerat operi pio,vel Ec-
clesiæ ea relinquere, sibiq; magis visis paupe-
ribus distribuere pro eorum Anima, quibus
illa debebantur,si inueniri, ac sciri potuissent.
*Syluest.verbo. restitutio.8.quæst.5. & 6. Nauar.
man.cap.17.num.92. Molin. tom.3.disput.747. nu.
3. & 4. Azor.par.3.lib.4.cap 26.q.2. Vasquez de
restitut.cap.5.§.4.dub.1.in fin. nu.12.& 13. Sayr.
in claui regia.lib.10.tract.5.cap.2.dub.4. num. 19.
cum alijs per nos etiam relatis d.respons.nostra. 22.
num.40.*

Vt magis,magisq; insurgat ex hoc, incerta
hæc ipsa relicta perseuerare, atq; persistere.
11 Non enim ita Cippo maioris Ecclesiæ prædi-
ctæ per Testatores relinquuntur, vt Ecclesiæ
ipsi acquisita sint; sed quòd velint (Cippo) vti
incertorum capsulæ ea relinquere; à Confessa-
rijs edocti,atquè synderesi excitante extimu-
lati, non remitti peccatum, nisi restituatur,
quod ablatum est, *ad reg.peccatum.4.de reg. iur.
in 6.*

Nequè Cippus hic per Neapolitanos Ar-
chiepiscopos alium in finem repositus appa-
ret,quàm,quòd incertorum, atquè dispositorũ
pro malè ablatis,sit Capsula.

Non itaq; suam naturam mutabunt, quin
incerta sint,eò,quòd Cippo destinentur; sicu-
ti nec mutarent si absq; Cippi memoria, pro
malè ablatis incertis relicta fuissent.

12 Sumenda est igitur interpretatio ex com-
muni loquendi vsu hæc ipsa relinquentium,
qui ea ipsa (Cippo) destinant vti incertorum
capsulæ,non quòd planè Ecclesiæ, cui illa affi-
xa est,relinquere velint *ad tex.in l.si seruus plu-
rium.53.§.fin.cum ibi.notat.de legat.1.l.liberorum.
50. §.quod autem Cassius.de legat.3. Illustrissimus
Mant.de coniectur.lib 3.tit.8 num 1. & seq. ac per
tot. Gonzal.ad 8. regul.Glos 11.num.68. & 69.
Gratian forens.par.1.cap.78.num.29. Barbos.axio-
mat.222.num.7.*

Quod profectò verba ipsa huiusmodi ro-
gantium legata,clarè apertèq; ostendunt; cùm
relinquant sub hac formula. *Item al Ceppo del
Arciuescouato ducati,&c. pro malè ablatis incer-*
13 *tis.* Testantium ergò voluntas ex verbis ipsis
exaudiri, & intelligi debebit, vti verba ipsa
sonant. Potissimùm vbi illa clara sunt,& aper-
ta. *Mantica de coniectur.d.lib.3.tit.4. num.4. Cha-
cheran.decis.126.num.11. Polidor. Ripa obseruat.*
14 *121.num.5.* Cùm præsertim in interpretanda
dispositione quacunquè, disponentis verbis
inseruiendum sit,ex quibus mens ipsa concipi-
tur. *secundum tex.in l.1.§.si quis nauem. circa fin.*
„ *ibi. In re igitur dubia, meliùs est verbis edicti ser-
uire.ff. de exercitator.act.l.non aliter.67. de legat.
3. Roland.consf.61.num. 30.volum.3. Maceraten.d.
casu.58.resolut.vlt. lib.1.vers.& licet primo aspe-
ctu.Genuens.in practicabilib.Ecclesiast.q.399. n.2.
in fin.*

Quid enim est (ædepol) si Ecclesiæ acquisi-
ta ea vellent Testatores; quòd Cippo ea;non
verò

verò Ecclesiæ relinquant. Nisi, vt internum Animi eorum sensum aperiant, se ipsos ea, depositi iure, vti incerta, Cippo (incertorum vtiquè capsulæ) relinquere, dispertienda, iuxta Sanctæ Matris Ecclesiæ mentem, atq; Ponti-
15 ficis Summi destinationem? Alioquin inania hæc essent verba, atquè futilia; quòd sanè dicendū, asserendumq; minimè est; cùm frustrà prolata videri non debeant. *l. si quando. 112. in princip. vbi glos verbo. frustrà. de legat. 1. Marant. cons. 45. num. 9. Guido Papi. cons. 140 num 7. in fin. Alciat. lib. 9. respons. cons. 103. num. 12. Aymon. cons. 135. nu. 24. Paris. cons. 90. nu. 33. lib. 2. Afflict. decis. 43. num. 19. Mantic. de coniectur. lib. 5. tit. 8. num. 5. Cæsar Bartius. decis. Bouoniens. 12. nu. 29. & 30. Barbos. d. assiomat. 222. num. 11.*

16 Non itaquè alienā nos conuenit à testantium mente, & verbis interpretationem sumere. *ad tex. in l. nulli. 28. in princip. C. de Episcop. & Cleric.*

Nihil ergò eorum est, quæ pro se plurimi Procuratores prædicti faciunt, quin, Cippo mala hæc ablata relicta, incerta perseuerent; atquè possit illa proinde, vt reliqua omnia, pro
17 suæ plenitudine potestatis Summus Romanus Pontifex, bonorum omnium Ecclesiæ absolutus distributor, in Fabricam applicare, atquè addicere Ecclesiæ Sancti Petri, in commune totius Christiani orbis commodum, & vtilitatem, atquè Almæ Vrbis ornatum, & splendorem. *Panormit. in cap. constitutus. 6. nu. 12. & 13. de religios. domib. Lapus allegat. 105 nu. 2. Nauar. de spolys clericor §. 9. num. 2. & in man. d. cap. 17. num. 93. vers. per quem resoluo. Azor. d. cap. 26. q. 3. Molin. tom. 3. disput. 748. num. 1.*

18 Siquidem, si valet Summus Pontifex, vti Summus distriburor bonorum Ecclesiasticorum, & Dei, ac Domini nostri Iesù Christi, ex iusta Ecclesiæ causa, compositiones cum ijs inire, qui incerta hæc debēt, vt omnes præcitati paulò antè Doctores, absquè scrupulo vllo admittunt. *Nauar. Azor. Molin. et Vasquez d. §. 4. dub. 1. num. 9. ac Riginald. d. lib. 10. cap. 14. num. 196. & num. 201. & alij. Bonacina. d. q. 3. punct. 4. num 21. & diximus. d. respons. nostra. 22. num. 64. & seq.* Multò magis vtiquè poterit hæc eadem incerra, postquàm incertorum Cippo, ac capsulæ destinata fuere, in Fabricam attribuere Ecclesiæ S. Petri?

19 Porrò quòd, vt pauperibus, vel in aliud piū opus incerta hæc impendantur, lege, ac permissione ipsius Summi Monarchæ Romani Pontificis, factum est. *Panormit. cons. 34. num. 4. ad 4. col. fin, circa fin par. 1. Sot. d. lib. 4. q. 7. art. 1. ad 3. col. 15. vers. ad hoc primum Respondeo. Conar. d. reg. peccatum. par. 2. in princip. relect. num. 6. & 7. Azor. d. cap. 26. q 3. Vasquez d dub. 1. num. 9. Reginald. d. cap. 14. num. 196. & 201. Bonacin. d. q. 3. punct. 4. num. 9. & nos. d. respons. nostra. 22. nu. 40. & 41.*

20 At quidem potest Summus Pontifex, etiam absq; causa vnius Ecclesiæ bona, alteri cōferre, & applicare Ecclesiæ. *ad tex. in element. quia contingit. de religios. domib. Abb. d. cap. constitutus. num. 12. Nauar. d. cap. 17 nu. 93. in fin. in man.* Poterit igitur, & hæc in prosecutionem addicere Fabribæ Sancti Petri.

21 Nequè iniuriam ob id Summus Pontifex Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ facit. Suo enim iure vtitur. Nulli ergò iniuriā facit. *l. nullus. 56. l. factum 198. §. non videtur. ff. regul. iur. cap. nisi specialis. 3. in fin. vbi gloss. & Abb. n. 8. de authoritate, & vsu pallij. Gonzal. gloss. 45. de mensib. & alternatiuis. §. 3. nu. 18 ad regul 8. Cancellar. Maceraten. variar. resolut. lib. 3. resolut. 12. nu. 2. Molina de Iustit. & iur. d. tom. 3. disput. 727. num. 4. & 5. Surd. cons. 374. num. 17. volum. 3. Sanchez in opere morali. tom. 2. lib. 7. cap. 16. num. 54. & lib 3 de matrim. disput. 18. num. 29.*

Disiectis itaquè omnibus, quæ contra Fabricæ Oeconomum per Procuratores presatos obijciuntur, succedet vtiq; certa pro ipso Oeconomo victoria; vt iuxta suas facultates, & priuilegia, incerta omnia pro malè ablatis incertis relicta, pro Fabrica præfata vindicare valeat.

Et ita ex his sub censura dictis respondendum censeo.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

Lis tandem, post multam, longamq; in sacra Congregatione disceptationē, vt parti ex aduerso gratū quid faceret, pro Fabricæ Oeconomo completa fuit. vnde decretum Sacræ Congregationis hic subnectere, nec grauabor.

Mercurij 10. Septembris 1625. in Congregatione Generali.

Neapoli. &c. In causa legatorum pro malè ablatis. DD. approbarunt, & confirmarunt edictum, aliàs de voto Reuerendissimi Domini Caualerij, & approbatione, ac iussu Sacræ Congregationis emanatum, & in Ciuitate Neapolitana impressum, & publicatum, sub die 11. Februarij. 2523. illudq; denuò, quatenus opus sit imprimi. publicari, ac exequi mandarunt. Non tamen quòad ea legata, quæ vel certis Ecclesijs, vel nominatis personis pro restitutione iniustè ablatorum, eisdem Ecclesijs, vel personis à Testatoribus, qui antea illorum bona administrassent, vel illorum aliàs constaret esse debitores non pro malè ablatis in genere relinqui contingerit.

Carolus de Ghettis Oeconomus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum, quod in nullam piam causam relictum est, profanum dicitur.*
2 *Legatum ad pias causas, quod nam dicatur.*
3 *Difinitio cui non competit, neq; definitum conuenire potest.*
4 *Definitio conuerti debet cum definitio.*

5 *Le-*

5 *Legatis in profanis ius nullum est Oeconomo Reuerendæ Fabricæ Sancti Petri.& nu.27.*

6 *Qui actione earet repelli potest, & debet. Etiam Iudicis officio nu.7.*

8 *Legatum conditionale conditione pendente non debetur.*

9 *Conditio operatur, vt antequam existat, nihil debeatur; quoniam suspendit actum, & dispositionem.*

10 *Conditionem impleri non sufficit, nisi hoc etiam Iudici liqueat, ac parti, in iudicium deductum.*

11 *Conditionem impletam esse probari debet per eum, qui se in implemento fundat, per duos saltim testes.*

12 *Conditionis natura est, vt, interim omnem cessare faciat obligationem.*

13 *Debitor sub conditione interim conditione pendente debitor verè dici baud potest.*

14 *Legatum nisi petatur potest hæres interim illud sibi retinere.& nu. 27.*

15 *Rei suæ quilibet moderator prohibito est.*

16 *Nemo præsumitur velle iactare suum, neq; resupinus quis præsumitur in soluendo, quod non debet.*

17 *Donationis coniectura vbi excludi potest, magis excludenda est, quàm includenda, nec præsumenda donatio.*

18 *Restituere nemo cogi potest, quod iure possidet, & num.21.*

19 *Restitutio fieri debet cùm quid accipitur, vel detinetur iniustè, ac contra domini voluntatem.*

20 *Restitutio est actus commutatiuæ Iustitiæ.*

22 *Iniustitia consistit in inæqualitate rei ad rem, sicuti contrà Iustitia inæqualitate consistit.*

23 *Restitutio vnde dicatur.*

24 *Scienti, & consentienti nulla fit iniuria.*

25 *Voluntatem contrà defuncti in his, quæ legibus non contradicunt, nefas est contrairè, & obluctari.*

26 *Secretum, quod testator voluit esse, nõ est propalandum.*

28 *Frustra id fieri tentatur, cuius euentus nil profuturus est.*

29 *Factum iniustè Iudex corrigere debet.*

ARGVMENTVM.

Pium quòd nàm dicatur Legatum? Et nùm conditionale Legatum, conditione pendente, debeatur? Et an demandata dispositione in secreto aurium; possit Executor cogi ad manifestandam personam, quæ ita aurium secreto commissa per Testatorem fuerat.

RESPONSIO XXVIII.

NVllum ius Reuerendæ Fabricæ Sancti Petri Oeconomo esse respondi ad legatũ per V.I.D. Iuliũ Cherubini Ciuitatis Rossani in anno 1623. in hæc sequẽtia verba rogatum.

„ *Item ad aures incarica al*
„ *detto Signor Arebidiacono suo*
„ *Fratello, è Signora Beatrice sua Moglie, ebe*
„ *restituiseano ducati trecento cinque a quello, ebe*
„ *ad aures loro bà detto, ebe sè li baueua imprestati,*
„ *li quali disse ad esso Testatore, ebe li lepaghi,*
„ *quãdo esso le lidomandarà; ebe perciò ha giudicato,*
„ *ebe l hauesse di denari di esso Testatore; non*
„ *hauendoli domandato sino al presente. vt in pro-*
„ *cessu fol.2.& 4.*

Quippè, quod legatum prædictum omninò profanum, non pium est. vnde nec cogi poterũt dicti D. Archidiaconus, & Beatrix Testatoris vxor, ad propalandum personam præfatam, fauore cuius legatum rogatum fuit, secretò eisdem à Testatore reuelatam, vt idem Reuerendæ Fabricæ Oeconomus contrà prætendit.

1 Et sanè profanum dici legatum prædictum, non pium, inde manifestè conuincitur. Quòd in nullam piam causam; vel quæ pietatem respiciat, neq; pietatis intuitu rogatum sit.

2 Nam legatum ad pias causas dicitur, quod relinquitur pro honore Dei, vel Sãctis, vel pro salute Animæ, vel in aliud quodcunquè pium opus. *Gloss. in auth. similiter. verbo causas. C. ad legem falcid. Syluest. verb. legatum. 4. nu. 1. in fin. Tabien. eod. 2. num. 1. in fin. Armilla. eod. nu. 44 in fin. Abb. in cap. relatum. 11. nu. 7. de Testamẽtis. latè Speculator. lib. 2. partic. 2. de instrum. edition. in § de vltimarum voluntatum Executoribus. incipit. nunc vero aliqua. num 61. vers. & scias, quod inter. Bertacchin. in repertor. verbo legatum pium. vers. legatum pium dicitur fauorabile. mihi fol. 184. in minori impress. et in tract. de Episcop. par 4. num. 82. vol. 4. tract. antiquorũ. Rip. in l. fin. q. 51. num. 170. C. de reuocand. donat. Tiraquel. in præfat. de pia causa. Guido Papa decis. 576. num. 3. vers. sed an causa. Paris. cons. 24. num. 7. lib. 3. Euerardus in loco à libertate ad piã causam in fin. num. 37. Lælius Zecchius. de casibus Episcop. reser. cas. 5. n. 2. Pater Comit. lib. 7. resp. moral. q. 4. num. 3. & q. 16. num. 4. Card. Tuscus. tom. 5. litera. L. conclus. 106. per tot. Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 4. num. 9. Pater Ioan. Valerus. de differen. inter vtrumq; forum. verbo. legatum. different. 3. num. 1. Aufrer. ad Cappell. Tholos. q. 215. n. 2. & 3. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 115. per tot. Vasquez. in Opusculis moralib. tit. de testamentis. § 5. de legati. dub. 1. n. 97. vers. sed videndum. Bonacin. tom. 2. oper. de contract. disput. 3. q. 17. punct. 8. § 2. num. 1. Baldaxar. de Tomas. tract. 10. de pia causa. tit. 1. cap. 6. num. 138. Molses. in sum. tom. 2. tract. 13. cap. 5. de legatis pijs. num. 152. Sanctarellus variarum*

rum.resolut.q.68.nu.1.& per tot.
At propter nullam dictorum causam, ob
quam legatum pium dicitur, præsens legatum
ducatorum tercentum,& quinque,rogatum
est.
Ergò non pium,Ergò profanum.
3 Cui enim non competit definitio, neque
definitũ conuenire potest. ad tex. in l. 2. §. ap-
pellata.vbi Doctor.ff.si certum petatur.l.1.§. do-
lum.ff de dolo.vbi Bar.& in l.si quis seruo. 20. in
2.notabili num.2.C.de furt.Grattian forens.par.
2.cap.291 num. 10. Marcus Mantua.cons.1.nu.
4 7 Claud.Tutius.q.18.de Iure patron.nu.2. Nàm
definitio conuerti debet cum definitio secũ-
dum Philosoph.et glos.in l.fin.in verbo.præsentiã.
ff. de verbor.signific.ad tex. in l.omnis definitio.
203.ff.de regul.iur.Bar.in l.1.num.1.ff de testam.
& 27.q. 2.in princ. §. 2. an possint ab inuicem
descendere. optimè Euerard in loco à definitione.
Flaminius.Paris.de resignat. benefic. lib. 1. q. 1.
num.33.& num.60.& de confident. benefic.q.47.
num.4.Rota in recentioribus.par.1. tom. 2. decis.
509.n 5. Barbos.d axiom.67.n.1.
Sed in nullo huic legato definitio conuenit,
nequè aptatur piorum legatorum;cùm in nul-
lam, quæ piam respiciat causam rogatum vi-
deatur.
Ergò nec definitum eidem conueniet,apta-
biturquè.
Ergò non pium.Ergò profanum.
5 Nullum igitur quòad illud, Reuerendæ Fa-
bricæ Ius esse poterit Occonomo. vt replica-
6 re iure eidem,nec iniuriâ Testatoris huiusce
nostri hæredes possint,quod Vulpianus ait in l.
„ loci corpus.4.§.competit.in fin. ff si seruit. vendi-
cetur. Quòad te (inquiens) liberas ædes ha-
beo. & sequitur Caualcan. decis. 16.num.5.
lib.4.
7 Atquè proinde Iudicis quoquè officio sub-
mouendus, quòd sine actione experiatur ad-
uersus hæredes hos. secundum Bart.n. 10.&
Doctor.alios in.l.vbi pactum.40. C.de transact.
l.si pupilli tui.6. §. videamus.in fin. ff. de negot.
gestis Aymon.cons.191.nu.1.Rota apud SS.D.N.
Ludouis.decis 119.num.6. Ioseph. Ludouic. decis.
Perusin.71.num.18.Viuius.decis.41.nu. 2.Rota
par.1.in.recent.tom.2.decis.617.sub.n.1.circa fin.
& in Cornetana Bonorũ 1589. coram Comitulo
decis.71.n 1. post 1.vol.cons.Farinac.
8 Præterea est legatum hoc ducatorum ter-
centũ,& quinque,conditionale;Quatenus sci-
licet;persona illa, cui relictum est, ipsas pecu-
„ nias petierit:quod apertè ex verbis ipsis legati
„ deducitur. Liquali disse adesso Testatore, che li
lepaghi quando esso li ledomandarà,vt si nihil in-
terim petierit,nihil vtiq; ei debeatur.
9 Id nempè conditio operatur, vt nihil antè
quàm existat debeatur. Quoniam suspendit
actum, & dispositionem. l. cedere diem. 213. §.
vbi sub conditione. ff de verborum signific. tex.
apertus in l. non omnis. 19. ff. si certum petatur.
l.hoc iure vtimur 10. ff. de verborum obligat. l.
vnica.§.si autem aliquid sub conditione.C.de Ca-
ducis tollen.§.sub conditione,& §. conditiones. in-
stit. de verbor. oblig. cap. fin. in fin. de translat.
Episcop. eaδ. vnico §. fin. in fine. de sponsalib.
lib.6.cap.verum 4 de condit.apposit. Abb.cons 27.
videtur 1.num.1.lib.1.Crauetta. cons.101.nu.1.
Oltrad.cons. 175. Thema talis est.Titius impre-
trauit.num.1.Decius.cons.421.num.6.Paris.cons.
19.num.45.& num.156.vol 2.& cons.8. nu. 22.
cum seq.vol.3.Flamin.Paris.de resignat. benefic.
lib.1.q.3.num.8.cum seq.Rota par.1.diuers. decis.
47.nu.7. Iacob.Thomingius.decis. lipsien. 10. nu.
4.& 5. Monaldus.plurib.cons.16.n.10.11.& 13.
vol.2.Ferett.cons.289.nu.2.Cæsar.Bartius.decis.
90.nu.4 5.& 6.
10 Vt propterea, nec sufficiat conditionem im-
pleri,ac purificatam fuisse,nisi hoc idem Iudici
liqueat, ac parti, in iudicium deductum. se-
cundum Bald.in l.cùm testamento.4.num.6.in
fin.C.de testam.manumissione,allegat.tex. quem
„ reputat singularem in d.l.hoc iure vtimur 10.ibi:
„ Non anteà quicquam peti posse,quam exploratũ
sit ff.de verb.obligat. sequitur Alex. in l.vltima.
§.1.num.5.vers.præterea statutum.ff.de vulgari,
& pupillari.Decius.d cons. 421. num. 6. Camill.
Borellus cons.98.num.7. Gozadin.cons.1. num. 4.
11 Probeturq; per eum, qui se fundat in imple-
mento,per duos saltim testes. Quoniam est
hoc fundamentum intentionis suæ. Menoch. de
præs.lib.2.præs.50.n.33.Paris.d.q.3.nu.40. & 41.
Monald.d.cons.16.num.14 & 15.Bertrand cons.
298.num.4.5.& 6. vol.2.Bartius.decis.121.n.49.
Nihil igitur cùm petitum sit, permutuantẽ.
12 Nihil vtiq; debebitur per hæredes mutuata-
rij. Quia Natura conditionis est, vt interim
13 omnem cessare faciat obligationem. vt inquit
Gozadin.d.cons.1.num.40. Et debitor sub con-
ditione,propriè debitor minimè dicatur, con-
ditione pendente. Monald.d. cons. 16. num.13.
Surdus optimè decis.283.n.1. & seq. Bartitus d.
decis.90.num.4.& per tot.
14 Licitum est ergo ipsis, donec petitum fuerit
legatũ,retinere sibi illud,vel quòd donasse inte-
15 rim præsumatur mutuans, q sibi debetur non
petens.Quilibet enim rei suæ Moderator est,
& Arbiter.l.in re mandata 21.C.mandat.& in
sua sit potestate petere, vel non petere. Vel
etiã quòd iustè, nec iniuriâ præsumere possũt
hæredes (veluti verè id præsumpsit Testator)
mutuantem ex alia causa (occulta fortasse
mutuatario)ad totidem debitorem eidem fuis-
se,atq; proinde honesto quodam modo, mutui
sub imagine,restitutionem ducatorum tercen-
tum quinque fecisse;vt idem met Testator ani-
„ mum suum explanans exposuit,dicens: Che
„ però hà giudicato, che l'hauesse di denari di esso
Testatore,non hauendoli domandato sino al pre-
sente.
16 Cæteroquin nemo præsumitur velle iactare
„ suum.Qui enim soluit; nunquam ita resupinus
est (Paulus inquit iureconsultus. in l. cùm de in
17 „ debito.25.§. qui enim soluit. ff. de probat.) vt
facilè suas pecunias iactet. Proindequè iurè
sancitum est; vt quandiù alia, quàm donatio-
nis

nis coniectura sumi possit, illa magis, quàm donatio attendatur. *ad tex. in l. eleganter. 24. §. qui reprobos. ff. de pignorat. act. l. si cum aureum. 50. ff. de solut. latè Menoch. de Arbitrar. lib. 2. cent. 1. casu 88. num. 1. cum seq. Barbos. in l. qua dotis. 34. num. 17. vers. bis ita explicatis. ff. solut. matrim. August. Barbosa assiomat. 77. num. 3. & 4.*

18 Vt quid igitur ad restitutionem coguntur hæredes dictorum ducatorum tercentum, & quinquè, si illos vti sibi debitos, & proprios, iurè possident?

19 Et sanè restitutio fieri debet, cùm quid accipitur, vel retinetur iniustè, & contra Domi-
20 ni voluntatem, *secundum S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 1. 2. & 3.* Est namq; Restitutio Commutatiuæ Iustitiæ actus, quo cuiq; redditur quod ab eo acceptum, vel ablatum est iniustè. *post S. Thom. d. q. 62. ar. 1. 2. & 3. Tabien. restitutio. nu. 1. Angel. eod. 1. num. 1. Armilla. eod. num. 1. & 2. Couar. regula peccatum. par. 2. in princ. num. 1. Sotus de iust. & iur. lib. 4. q. 6. ar. 1. Nauar. in man. cap. 17. num. 6. Toletus in sum. lib. 5. cap. 17. Lessius de iustit. lib. 2. cap. 7. dub. 4. & 5. Ioan. Azor. instit. moral. par. 3. lib. 4. cap. 1. q. 3. 4. & 5. Bonacin. tom. 2. de restit. disput. 1. q. 1. n. 1. Petrus. Binsfeld. in Enchyrid. pastoral. Theolog. par. 3. de decem praeceptis. cap. 15. §. 1. col. 4. vers. Actus iustitiæ fol. mihi. 360. Anton. Fernandez. in exam. Teolog. moral. par. 1. cap. 12. §. 1. num. 1.*

21 At nihil hic iniustè, vel contra Domini voluntatem retinetur, vel acceptum est. Cum pecunia prædicta data sit, vt tunc quidem restituatur, cum petita fuerit. Nihilq; interim petitum sit.

Nihil ergò interea debebitur. Nullaquè facienda erit restitutio. Quia nihil contra volu-
22 tatem domini retinetur. Vnde nulla committitur iniustitia, quæ in inæqualitate cõsistit rei ad rem, sicuti iustitia inæqualitate consistit eiusdem. *secundum S. Thom. d. ar. 1. 2. & 3. Lessius d. cap. 7. dub. 4 et 5. Couar. d. num. 1. Sarmien-
23 to lib. 2. Selectarum. cap. 10. num. 3. vers. nos ommissis. Bonae. d. q. 1. num. 8. & 9.* Proindeq; dicatur Restitutio, iterato aliquem statuere in possessionem, vel Dominum rei suę. *S. Thom. d. art. 1. Syluest. verbo. restitutio. 1. num. 1. Lessius d. dub. 4.* Siue etiam reparatio inæqualitatis exi-
24 stentis in rebus. *vt inquit S. Thom. in 4. dist. 15. q. 1. in responsi. Binsfeld. vbi supra. d. cap. 15. §. 1. col. 4. Fernand. d. cap. 12. §. 2. nu. 1. & seq.* Scienti vero, & consentienti non fit iniuria, nequè dolus. *regul. a scienti. 27. de regulis iuris in 6.*

Quare ex his tandem sequitur minimè teneri, nequè cogi posse dictos D. Archidiaconũ, & Beatricem ad personam propalandum se-
25 creto aurium ipsis à Testatore commissam. Cùm, quòd id testator voluit esse secretum. Vt proinde, contra ipsius voluntatem, in his, quæ contrà ius non sunt, execrandum, atq; exosum legibus sit, attentare aliquid. *l. nulli licere. 28. C. de Episcop. & cleric. §. disponat. in autb. de Nuptijs. in præfat. coll. 4. et §. 1. in autb. de bæred. & falcid. collat. 1.* Inde enim ad aures eis reuelauit, vt alijs non propalarent, atq; in aliorum notionem minimè vnquam gentium deducerent; potissimùm ob famam eius, cui restituendum mandauit, cùm supposuerit, illum indè dedisse, quòd ab eo aliàs iniustè acceperat (vt supra perpensum est;) quæ sanè læderetur, si persona ipsa sciretur, vt proinde occultũ esse voluerit. *vt est aperta doctrina glos. in cap. statutum. 11. §. assessorem. in verbo relinquatur. de
,, rescript. lib. 6.* Cùm enim hoc conscientiæ re-
,, linquatur ipsius (*inquit ibi glos.*) ergo solus Deus hic, & nullus alius iudex, vel cognitor. *Et loquitur latè Philipp. Franc. & Anchar. ibid. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 7. num. 8.* Et est nõ ab similis quoq; *glos. in clem. 1. § præcipimus. in verbo. oneramus. de iure Patronatus. facit tex. in l. Theopompus. 15. cũ ibi notat. ff. de dote prælegata. sequitur in terminis Anchar. cons. 436. in bis dubys. nu. 4. vers. ex prædicta proxima ratione, & cum sequitur Petrus Pecebius. de testam. coniugum. lib. 1. cap. 21. num. 2. Nauar. cons. 16. Clericus quidam n. 3. lib. 3. de testam. Card. Tusc. tom. 7. littera S. conclus. 93. & 94.*

Tùm etiam (fac esse reuelarent) nihil tamẽ ex hoc commodi Reuerendę Fabricę Oeconomus consequeretur. Cùm non sit hoc legatum pium, neq; in aliquod pium opus demandatum; nequè interim debitum, donec petatur, vt supra probauimus. Vnde nihil ad ipsum hoc
27 nosse. Nimirum, quòd non petente persona, cuius fauore legatum scriptum est: hæredum illud commodo cedit, non Oeconomi. *ad tex. in l. si quis Titio decem. 22. ff. de legat. 2. sequitur idem Anchar. d. cons. 436. in bis dubijs. n. 4. & 5. & Idem Pecebius d. cap. 21. num. 2. Calder. cons. 21. An si legatur alicui, de testam. quod est eiusdẽ Petri de Ancharano, sequitur Octauianus Zuccar. Rotæ Lucen. decis. 31. crimin. n. 7.*

28 Frustrà itaquè id fieri tentatur, cuius euentus nil profuturus est. *l. aliquando 13. § fin. ff. ad Senatus Consult. Velleian. l. cùm bæres institutus 52. ff. de acquir. hæred. cum alijs relatis per Surd. decis. 184. nu. 8.*

Iniusta ergò omnis est molestia, quę per Oeconomum hæredibus his, pro legato prædicto profano, atquè conditionali infertur. Iure ergò
29 ab illa, vt cesset iubebit Iudex *ad tex. in l. Medieus. 3. in fin. ff. de var. & extra ordinar. cognition.*

Et ita ex his respondi. Sub censura.

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

Fuerunt liberati hæredes, & silentium Oeconomo impositum penes actuarium Trabuccum. Regente officio à secretis Tribunalis Viro satis pio, & in negotijs eiusdem versato V. I. D. Melchiorre Reuiglione. voluit autem me consultore negotium diffinire, vt ex his effecit?

SVM-

SVMMARIVM.

1 Legatum ex qualitate persona, cui relictum est discernitur.
2 Legatum indefinitè relictum, annuũ intrepretari debet.
3 Lgatum sacerdoti vel templo relictum annuum æstimatur.
4 Legatum ambiguum ex loco, & consuetudine legantis, & persona, cui legatur interpretationẽ recipit.
5 Donatio ex persona, quæ donat, & cui donatur interpretationem admittit.
6 Legatum habitationis vxori ab viro relictũ, exauditur secundum qualitatem, & conditionẽ vxoris, cui relinquitur.
7 Cappella perpetua dicitur, vnde legatum Cappellæ relictum perpetuum dicitur.
8 Mens testatoris, & voluntas, interpretationem recepit ex persona, ad quam verba directa fuere.
9 Legatum pro Missis dicitur legatum generis, vt tam currentes, quàm annuas, & anniuersaria comprehendat.
10 Genus sub se omnes suas includit species, & de pluribus differentibus specie prædicatur ibid.
11 Legato in genere relicto satisfit per vnam ex speciebus sub genere comprehensis.
12 Legato in genere relicto, atq; proinde incerto, electio est hæredis.
13 Species in suo genere saluatur, quod perire non potest.
14 Expressum dicitur, quod sub Genere comprehenditur.
15 Generalis dispositio idem operatur, quòd specierum peculiaris enumeratio, & n.17.
16 Genus verè, & propriè repræsentatur in qualibet specie.
18 Generalis dispositio casus omnes includit in sua latititudine comprehensos, & si in vno maior sit ratio, quàm in alio.
19 Voluntatem defuncti ambiguam interpretari hæredis est.
potissimùm vbi de tertij præiudicio non agitur. num. 20.
vel si facultas exequẽdi remissa fuerit voluntati alterius. num. 21.
22 In arbitrarijs nemo damandus est.
23 Missarum suffragia simul multiplicata offerri, magis proficit animabus in purgatorio purgãtibus quòad eorum accelerandam libertatem, quàm si successiuo continuentur tempore per plures annos, & dies.
quòad meritum tamen, & maiorem Dei gloriam plus valẽt si successiuo continuentur tẽpore. n.26.
neuter tamen horum modorum Missas destinandi, condemnandus est. num. 28.
24 Sacrificium ex operato plus valet in opere, & exercitio, quàm in proposito, & destinatione, & in actu signato oblatum.
25 Sacrificia donec actu offerantur non proficiunt ad liberationem animarum à pœnis purgatorij.
27 Anniuersaria cur instituerit Ecclesia.
29 Legatorum distinctio, distinctam testatoris mentem fuisse arguit.
30 Scripturarum diuersitas, & summarum, obligationum quoq; diuersitatem innuit.
31 Discretiua loquutio, rerum quoq; diuersitatem indicat.
32 Testatorem frustrà quid gessisse æstimandum non est.
33 Asserentis est probare, quod asserit, non excipientis.
34 Legati interpretatio assumẽda est ex stima relicta, & ex persona, cui relictum fuit.
35 Fauendum ei potius est, qui de damno vitando agit, quàm ei, qui de lucro captando contendit.

ARGVMENTVM.

Legatum Cappellæ relictum cum onere celebrandi Missas, an perpetuum intelligatur, vel verò, vt tot Missę tantùm celebrentur, ad rationem destinatæ pecuniæ? Et quid magis animæ testatoris expediat si vna vice successiuè pluries pro ea offeratur, vel si in singulos annos in perpetuum? non inutilis responsio.

RESPONSIO. XXIX.

Regius Consiliarius Ioannes Baptista Melior, in suo vltimo, quod condidit elogio, inter cętera reliquit, vt statim sequuta morte, bis centies sacra pro eius anima fierent, arbitrio, ac dispositione Reuerend. Patris Francisci eius filij Regularis in Religione RR. Patrum Clericorum Minorum. Ac vt quingenta jmpenderuntur in extructionem Cappellæ in Ecclesia Sãctæ Mariæ Gratiarum huius Ciuitatis. Ac deniq; quingenta alia eidem Cappellæ pro Missis, sequentibus verbis reliquit; dicens: *Item lascia alla sua Cappellæ di S. Maria della Gratia ducati 500. per tante Meße.*

Morte sequuta Testatoris legatis fecere satis hæredes filij, atq; pro dictis quingẽtis cesserũt Patribus dictæ Ecclesiæ S. Mariæ annuũ cẽsuũ ducat. triginta ex maiori sũma super domo, & bãco SS. Annũtiatæ huius Ciuitatis, onere adiecto, vt ter in singulas Hebdomadas sacris operari ꝓ anima testatoris in ꝑdicta Cappella Patres prædictos oporteat, rogato publico instrumẽto sub die 11. Sept. ann. 1626. fol. 9.

S Verùm

Verùm in indiciũ appellãtur hęredes prædicti
per Oeconomũ Fabricæ Sancti Petri in Tribu-
nali Fabricæ eiusdem: Quòd satisfactum per
eos minimè sit voluntati Testatoris Patris per
cessionem præd ctam annuorum introituum,
neque per Missas annuas per eos in singulas
Hebdomadas destinatas; sed soluere eos opor
tuerit semel quingenta, pro quinq; mille Mis-
sis successiuo ordine celebrandis. Vnde Quæ-
stioni fit locus, satisfecerint, nec ne Heredes
Testatoris patris menti, ac voluntati per assi-
gnationẽ prædictã, & Missas ter in Hebdoma-
de faciendas, demandatas?

Et sanè satisfecisse testatoris voluntati, ex
sequentibus asserendum, respondi.

Nimirùm, quòd legatũ hoc quingentorum
pro tot Missis, non planè hæredibus directum,
neq; Patribus Ecclesiæ prædictæ, neq; simplici
ter quingenta pro tot Missis relicta, sed quin-
genta Cappellæ ascripta pro tot Missis fuere.
Item lascia (inquiens) *alla sua Cappella di S. Ma-
ria della Gratia ducati* 500. *per tante messe.*

1 Vt ex qualitate personæ, cui legatũ rogatum
est, discernere nos oporteat, an simplex, vel
annuum legatũ pro Sacris Deo Altissimo of
ferendis Testator sanxerit. *tex. expressus in l. cũ
quidam. 23 ff de annuis legatis.* vbi docet optimè
„ *Bar. nu. 3.* sequentibus loquens verbis: *Ad istam*
„ *legem Respondeo, quòd iuris Consultus istam inter
„ pretationẽ facit ex qualitate personæ relinquentis,
„ & eius, cui relinquebatur. Iussit enim dari Decurio-
„ nibus: Et sic ex qualitate personæ præsumitur, quòd
„ non voluerit dari semel.* hæc Bar. ad amussim ad
rem nostram aptata. *& est tex. in l. cùm erat. 24.
sequenti. eod. tit. Decian. cons. 45. num. 61 vol. 1.* &
meliùs in terminis ad rẽ nostrã de legato inde-
2 finitè relicto, quòd annuũ interpretari debeat.
*cons. 114. vol. 3. & sequitur hanc eadem sententiam,
post eundem Decian. Illustrissimus Card. Mant. de
coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 11. nu. 19. vers. item
legatum. Rota apud Card. Caualer. decis. 27. num. 2.
Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 115. num. 2.
& est tex. optimus ad hanc rem*, de legato sacer-
doti, vel templo relicto, quòd annuum æstima-
ri debeat. *in l. annua. 20. §. Attitia ff. de ann. legat.
sequitur Perez de Lara. de Cappellan. lib. 1. cap 3.
num. 13. 14 & seq. Natta consil. 379. num. 5. vol. 2.
& seq. quem sequitur. Ioseph Ludouic. decis. Lucens.
23. num. 2. seq. Ioan. Baptista Thoro in sum priuileg.
piar. caus. priuileg 30 in princip. Sanctarellus. va-
riar. resolut. q. 68. sub num. 6. Card. Tusc. tom. 5. lit.
L. concl. 129. n. 3. & seq. Cæsar Barzius. dec. Bonon.
73. nu. 15. & seq.*

4 Quemadmodum receptum est etiam, ambi-
guum legatum ex loco, & consuetudine legan-
tis, & persona, cui legatur, interpretationem
„ admittere. *ad tex. in l. Titia testamento. 40. §. Seia
„ testamento: ibi Quæsitum est: cùm in eo templo non
„ nisi, aut ærea, aut argentea sint dona &c. ff. de au-
„ ro, & argento legatis. vbi glos. verbo. argenteam:*
Ex dignitate, & qualitate personæ interpretari
legata (inquit) *& est tex. quem ipsamet glos. af-
fert. in l. si seruus plurium. 53. §. final. ibi. Legatarij
dignitas. vbi glos. verbo. consuetudo. ff. de legat. 1.
tex. in l. penult. in princip. ff. de alimentis, & ciba-
riys. legatis. Alex. cons. 159. viso themate. & scri-
pturis. n. 6. vol. 5. sequitur Mant. d. tit. 11. n. 2. latè
Menoch. de præsump. lib. 1 q. 28. n 50. & lib. 4 præ-
sumpt. 106. n. 6. & seq. Francisc. Stephanus Senatus
Aquens. dec. 63. nu 7. Rota apud Illustr. Card. Ca-
ualer. decis. 413. num. 2. Bonacin. tom. 2. oper. de con-
tractib. disput. 3. q. 17. punct. 7. propos. 2 nu. 6. vers.
tertio examinandam esse. Surd. cons 34 num. 43. &
cons. 131. num. 24. & 25. lib 1. Gratian. forens. part.
5. cap. 834. num. 9. Rota Maceraten. apud Marc.
Antan. Thamati. decis. 91. num.*

Est doctrina Innocent. *in c. pastoralis. 7 per il-
lum tex. num. 5. de donationibus.* quatenus habet
5 donationem ex persona, quæ donat, & cui do-
natur, interpretationẽ recipere. *sequitur Abb.
ibid. num. 9. in finalibus verbis. Simon de Pretis. cõs.
117. nu. 34 & 35. & lib 1. de interpretat. vltim.
vol. interpret. 1. dub. 3 & seq. Petrus Pecchius de
testamentis coniugum. lib 5. cap. 26. num. 2. dicens:*
6 legatum habitationis ab viro vxori decretum,
interpretationem accipere ex qualitate, &
conditione vxoris, cui habitatio relicta est. *se-
quitur Menoch. lib. 4 d præsumpt. 106. n. 7 & præ-
sumpt. 129. num. 4 & pluribus Ioannes Lopez in
rubrica. de donat. inter virum. & vxor. §. 11.
num. 14.*

7 At qui verò legatum hoc quingentorum, re-
lictũ est Cappellæ, quæ sanè perpetua est. Erit
vtiquè perpetuum legatum, sicut & Cappella
ipsa perennis, non temporalis est.

8 Neque enim nouum est interpretari nos
disponentis mentem, ac voluntatem, ex perso-
nis, ad quas Testatoris ipsius verba directa
fuere *vt est tex in l. plenum. 12. §. equitũ. ff. de
vsu & habitatione. l. si vno anno. 17. ff. locati. cap.
requisisti. 15. vbi plenè Scribentes. de testamentis.
glos. in cap salitæ. 6. §. verùm si personam. de maio-
rit. & obed. Nicolaus Euerard cons. 5. num. 11.
Menoch. d præsumpt. 106 num. 8. & seq. & præ-
sumpt. 78. num. 40. eod. libro Natta d. cons. 379.
num. 6. Surd. de alimentis. tit. 2. quæst. 1. num. 38.
plenè dictus Illustrissimus Mantica. d. lib. 6. tit.
11. num. 1. & seq. Rota in recentior. par. 2. tom. 1.
decis. 62. num. 3. & apud Sanctissimum Ludouic.
Gregor. XV. decis. 66. num 8 Pater Sanchez in
opere morali. tom. 2. lib. 7. cap. 17. sub num 4. vers.
secundo quia, & cap. 26. sub num 28. vers. tan-
dem quia. Sanctarellus dict. quæst. 68. sub num. 6.
in fin.*

9 Præterea legatum hoc quingentorum Cap-
pellæ relictum pro tot Missis, quatenus qui-
dem Missas respicit; generis legatum est,
vt tàm Missas currentes, quàm etiam an-
nuas, & anniuersaria cõprehẽdat. Genus nẽpè
10 suas omnes sub se includit species, de quibus
prædicatur Genus. n. de pluribus specie diffe-
rentibus prædicatur. *secundum Arist. 1. Topico-
rum. c. 4. l. omnes 3. vbi Angel. C. de præscript. 30.
vel 40. annor. l. si duo. 52. in fin. ff. de administrat.
tutorum. Bald. in cap. 1. §. noui verò. num. 2. versic.
item nota in gloss. per quos fiat inuestitura in*

vsibus

vsibus feudorum. Surd. consil.358.num.79. lib.3.
& decis.255.num.20. & decis.276. num.9. Ma
ceraten. variar. lib.2. resolut. 33. num 2. Cardin.
Tusc. tom.4. littera. G. conclus.40. num.17. Bar-
bos.assiomat.107.num.29. Gratian. forens. par. 5.
cap.862.num.36.Marta de successione legali.tom.2.
par.4.quæst. 18. art.3.num.55.Camillus Borrell. in
sum.omnium decis.tom.2.tit.14.num 45.55. & seq.
11 Satisfactum est igitur menti, ac dispositioni
Testatoris, per vnam speciem sub genere cō
prehensam, hæredum electione executioni
demandatam, per tres Missas in singulas Heb-
domadas faciendas. ad tex. apertum in hac re.
vbi. Bar.num.2.& seq. in l.legato generaliter. 37.
tex.in l. vnum ex familia. 69.§. itaquè, si cùm for-
tè. vbi gloß. in verbo. vni. ff. de legat.2. tex. in l.si
quis à filio.32. §.primo. ff. de legat. 1. quatenus
12 habent; quòd cùm incertum est, de qua re
magis senserit Testator per legatum generis.
Borrell.d.tit.14. num. 56. hęredis tunc electio
est. sequitur Aluarus Valascus conclus.110.nu.8.
Surd.cons.247.num.1.& 2 & n.14. & 19. vol.2.
13 Nam species in suo genere saluatur, quod pe-
rire minimè potest. ad tex. in l. in ratione legis
falcidiæ. 30. §.incertæ autem res. ff. ad legem falc.
Surd. de alim.tit.4.q.16.n.17. Barb.d. assiom. 107.
n. 30.& 33. Borrellus d. tit.14. nu.57. 58.& seq.

Cessare proinde debet Oeconomi obiectio,
quòd contrà voluntatem Testatoris fecerint
hæredes, Missas ter in Hebdomade faciendas
destinando, pro quingentis Cappellæ relictis
pro tot Missis.

14 Profectò, quòd expressū dicitur id, quod sub
genere compreheditur. ad tex. in l.fin. vbi Glos.
verbo. specialiter. C. quòd cū eo. l. Lutius Titius.45.
ff. de vulgar. Barbos. assiom. 89.n.7. Cùm idē om-
ninò generalis operetur dispositio, quod specie-
rum peculiaris enumeratio. ad tex. in l.si duo.52
ff. de administrat. Tutor. sequitur Ripa. in l.1.num.
50.in 1.conclus. ff. de vulgari.& pupillar. Caputa-
quen decis.295.num.1.par.2.Marta d.art.3.nu.55.
16 & 56. Nam genus verè, & propriè repræsē-
tatur in qualibet specie; cùm data specie, con-
sequenter genus quoq; detur; quoniam in ge-
nere species comprehenditur, & continetur.
ex tex. cum gloß. ibidem. in l. si quid earum. 45.
§. interemptum. ff. de legat.3. Decius. in l. 1. num.6.
ff. de reg. iur. Surd. cons.121. num. 3. volum. 1.
Mantica de tacit. & ambig. tom.1. libr.1. titul.4.
num.5. Tuscus tom.4. littera G. conclus.29. Bar-
bosa d. assiom. 107.n.30. Borrell. d.tit.14.n 58. 59.
17 & 60. Et idē operetur generalis dispositio in
suo genere, atquè specialis in sua specie. l. si
chorus. 77. ff. de legatis. 3. Aymon. cons.162.nu.2.

Quarè idem est omninò; ac si testator ipse
Missas ter in Hebdomade faciendas expres-
sisset, cùm Missas in genere fieri mandauit pro
quingentis Cappellæ relictis pro tot Missis. ad
tradita per Socin. sen. in l. Gallus. §. forsan. sub n.6.
vers. habebat etiam. ff. deliber. & posth. quē sequitur
Rota par. 2. no. 1. in recent. decis. 439. sub. nu. 2.
18 Quòd sanè generalis dispositio casus omnes
includat in sua generis latitudine comprehen-
sos, & si fortassis maior sit ratio in vno, atquè
in alio, vt pleuè Tiraquell. de retract. lignagier. §.
1. Gloß. 14. num. 101. & seq. Barbos. d. assiomat.
107. num.30. Aymon. cons.92. num.4. vbi quoq;
ampliat, etiam si nulla subesset causa, restrin-
gendi dispositionis lassitudinem, ad vnum ma-
gis, quàm ad alium casum.
19 Cæterùm hæredis est, ambiguam defūncti
voluntatem interpretari, atquè declarare. d. l.
si quis à filio.32.§. si quis plures. de legat. 1. Dynus
in reg. in obscuriris.30.n.12. de reg iur. Signorolus.
cons.175. in quæstione præsentibus introducta nu.7.
20 Quòd potissimùm procedit, vbi de tertij præ-
iudicio minimè agitur. Gabriel. lib.6. tit. de reg.
iur. concl.3.n.75.& seq & sequitur plenè Illust.
21 Card. Mant. de coniect. lib. 3. tit. 1.n.24.& seq. Atq;
etiam quando facultas exequēdi, remissa est in
voluntatē alterius; sicuti in facto hoc nostro,
quo Missarū executionē testator in voluntatē
Patris Francisci eius filij reijecit. vt limitat
optimè Gabriel. d. cons. 3.n. 78. ad regul. qui facit
per alium. 72. de regul. iur. in 6. Card. Tusc. tom.3.
littera. E. concl. 537.nu.1. & seq. sequitur Molfes.
in sum.tom.2.tract.13.c.11.de offic. executor. n.36.

Nō igitur, citra iniuriā, in iudiciū vocari po-
tuere hæredes ꝓ legato quingētorū; ꝙ obscu-
rā testatoris mentē in genere ꝓpositā, pro tot
Missis; illi magis ad annuas ꝑ sacerdotes ter in
Hebdomade faciēdas, interpretati fuere, quàm
22 ꝓ quinq; mille successiuè offerēdis. Cū in ar-
bitrarijs coarguēdus nemo sit, cur nō hoc ma-
gis, quā aliud secutus fuerit. Quoniā ꝑsumitur
iusta ex causa ductus, fecisse. ad tex. in l. 3.§.1. vbi
etiā Glos. verbo. bonū. ff. de receptis arbitris. et glos.
in c. statutū. 11. §. assessorē. in verbo. relinquatur. de
rescriptis. in 6. et notata per Bar. in l.1. in fin. n.18.
de leg.2. Castr. cōs.299. visa inquisitione. sub n.4. in
fin. vol.2. Menoch. de arbit. lib. 1.q.7. & seq. Farin.
de delictis. q.57.n.27. ampliat. 11. Frāc. Merlin. dec.
Lucēs.9.n.5.& dec.13.n.7. Aym. cōs.78.n.8. Couar.
lib.2. variar. resol. c.12.n.3. Rota apud Caualer. dec.
103.n.6. apud S. memor. Gregor. XV. dec.106. nu.2.
Triuisan. dec.23.nu.16. par.2. Rota Marchiæ apud
Thomati dec.14.num.25.26.& 27.

Nec refert, quòd obijcit Oecenomus; expe-
diēs magis fuisse pro anima defūcti testatoris,
si tot Missæ, quinq; mille scilicet, ꝓ relictis qn-
gētis, celebratæ fuissēt, vt eò citiùs à pęnis Pur
gatorijs liberata ad cœlestē patriā euolasset, vi
expiatorij Sacrificij; vt nō sint proinde obau-
diēdi hæredes, quòd ter in Hebdomade offer-
23 ri, statuerint. Nàm, & si quidē proficiat magis
animabus in Purgatorio degētibus, & ꝓ resi-
duis peccatorū suorū purgātibus, quòad earū
accelerādā libertatē à pęnis prædictis, ex ope-
re operato; atquè ad citiùs Dei Benedicti, So-
le splēdidius vultum contemplandū; si Missa-
rum Suffragia simul multiplicata, offeran-
tur; quàm si successiuo continuentur tem-
pore per plures dies, menses, & annos. Quòd
24 profectò ex operato plus valeat Sacrificium,
in opere, & exercitio, quàm in proposito, &
destinatione, siuè in actu signato, oblatum,

S 2 Cùm

25 Cùm interim donec actu, & in exercitio fiãt
sacrificia; animæ à pœnis prædictis. ex opera-
to minimè liberentur. *secundum S. Thom. quod-
libet. 6. q. 8. art. 13. & in 4. sent. dist. 45. q. 2. art. 2.
in 2. quæst ad 4. Sanctus Antonin. post Petr. à
Palude. in summ. par. 1. tit. 10. cap. 2. in fin. ver-
sic. item cùm quæritur. & Cardinal. à Turrecre-
mata. in can. qui oblationes. 13. quæst 2. Nauar.
in man. cap. 17. num. 68. Syluester verbo. suffra-
gium quæst. 8. Armilla. eodem. §. 2. Tabien. eod.
num. 2. optimè Beatus Albertus Magnus in com
pendio Theologicæ veritatis lib. 7. cap. 4. in fin. vbi
nota Verrettæ. Petrus Binsfeldius. in lib. receptar.
in Theologia sententiarum. sect. 5. membro. 3. con-
clusione. 11. fol. mihi. 1082. Ioann. Baptista
Corrad. respons. casuum. conscient. par. 1. quæst.
189. littera D. versic quod ergo hanc. fol. 361.
Cenedus quæstionum Canonicarum quæst. 31. n. 15.
Thoro priuileg. 199. in fin. Gallett. in margarita
casuum. verbo legatum. §. legata pia non imple-
ta. sequitur Nald. verbo. legatum. numero. 18.
in summ.* Pater Roas *de statu animarum. purga-
tor. capit. 18. colum. 2. fol. mihi. 114. & capit.
23. fol. 174. Bonacin. tom 2. oper. de contract.
disputatione. 3. quæstione 17. punct. 8 §. 6. pro-
pos. prima. numero. 4 Lauor. de Iubil. part 2.
capit. 30. numero. 150. Anton Fernand. in exam.
Theologiæ moral. part. 3 capit. 5. §. 9. numero. 4.
Stephan. Fagundez. de quinquè præcept. Eccles.
præcept. 1. lib 3. cap. 10. num. 1.*

26 Quòad meritum tamen instituentis, &
propter maiorem Dei gloriam, quæ indè
insurgit; ac etiam meritum multitudinis, &
commodum eius, plùs valent successiuè con-
27 tinuata suffragia. Vt proinde, (nec ab rè)
anniuersaria instituerit Sancta Mater Ecclesia.
*vt post Paludan. in 4 distinct. 45. sequitur S. An-
tonin. in summ. dict. part. 1. titul. 10. cap. 2. §. 5.
in fin. versic. item cùm quæritur. Cardin. à Turre-
cremata. can. quia alij. 24. 13. quæst. 2. Syluester.
dict. quæst. 8. Gabriel. Biel. in can. Missæ. lect.
38. versic. sed hic incidit. fol. 116. Frater Paulus*
Fraxinella. *de Sacerdotum obligationibus ad Mis-
sas Celebrandas sect. 4. concl. 4. §. 6 n. 1. & 2. Bin-
sfeld. conclus. 11.* sequitur optimè *Cenedus d.
q. 31. num. 16. Anton. Fernand. d. cap. 5. §. 2. n. 6.*

28 Neuter tamen horum modorum condem-
nandus erit. *Quia* (vt idem S. Antonin. loqui-
,, tur vbi supra) *fieri potest bona intentione; &
,, anniuersariorum; vt Deus clariùs videatur per
,, opus magis sibi honorificum: Et multitudo Missa-
,, rum simul dicendarum, vt Deus citiùs misereatur,
,, nè diutius torqueatur.* hęc S. Antonin. *ex Palu-
dan.* & sequitur *Turrecramat. ibid. & Pater Fra-
xinella vbi supra d. conclus. 4. §. 6. num 2. in fin.*

Non itaquè reprehendendi hæredes, quòd
suum eorum arbitrium pro Testatoris mente
ad maiorem Dei gloriam, & honorem, & cla-
riorem Dei ipsius Summi, Optimiq; Maximi
visionem, respectu Animæ Testatoris incli-
nauere, cùm legatum pro tot Missis quingen-
torum Cappellæ relictum, pro tribus Missis
in singulas Hebdomadas in perpetuum fa-
ciendis, interpretati fuere. Cùm præsertim
quo ad continuata, & multiplicata suffragia
ad liberationem accelerandam è pœnis (&
si planè acerbissimis) Purgatorij, iam sibi con-
suluisset testator, bis centies offerri statim
morte secuta, iubendo. Vt non iniuriâ arbi-
29 trati fuerint hæredes per distinctionem lega-
torum, distinctam quoquè in his mentem
habuisse; & quòad Missas semel Multiplica-
tas; & quòad continuatas in singulas Heb-
domadas in perpetuum. *ad text. in l. in testamen-
to. 27. ff. de conditionibus. & demonstrat. & text.
in l. cùm testamento 25. ff. de rebus dub. Mantic.
de coniectur. lib. 3. tit. 2. sequitur Genuens. in pra-
xi. cap. 72. de oblationib. num. 17. in addition. im-
30 pressione Romana. anni* 1609. Quẽadmodũ scri-
pturarũ diuersitas, & summarũ; obligationum
quoq; diuersitatem ostendit. *ad tex. in l. si is, qui
ducenta. 14. in princ. vbi gloss. ff. de rebus dub. Ias.
cons. 87. num. 2. & 3. lib. 3. Aymon. cons. 282. nu. 10.
Menoch. de Arbitrar. casu. 213 num. 11. Mascard.
31 de probat. tom. 1. conclus. 394. num. 27.* Et discreti-
ua loquutio. rerum quoq; diuersitatem indi-
cat. *secundũ Rotam apud Ludouis. decis. 434. n. 6.*

32 Alioquin frustrà distinxisse Testatorem vnum
ab altero legatum, nec immeritò asseuerauε-
rimus contrà regulam *Bald. in rubr. C. de contra.
hẽda. empt. n. 9.* quam sequitur *Rota apud Ludou.
d. decis. 434 num. 6.*

Neq; potest iurè inferre Fabricæ Oecono-
mus quingentorum summam pro tot Missis
Cappellę per Testatorem relictam, pro quin-
quemille Missis reliquisse, & non magis pro
tot Missis in singulas Hebdomadas in perpe-
tuum faciendis, sicuti per Hæredes exequutũ
fuit; Cùm hoc eius assumptum ex verbis lega-
ri deduci haud minimè possit, vt putà cùm sit
legatum Generis pro tot Missis, comprehen-
dens omnes Missarum species, siuè currentes,
33 siuè etiã annuas, & Anniuersaria. Vt ipsi pro-
inde Oeconomo asserenti, hoc ipsum eius as-
sumptum, probandi onus maneat, non verò
excipientibus hæredibus; quòd asserentis sit
probandi necessitas, non excipientis. *text. in l.
2. & l. quoties. 18. in fin et l. verius. 20. ff. de prob.
tex. in l. 1. C. eod. et tex. in l. qui accusare. 4. C. de edẽd.
l. Lucius Titius. 22 in fi. ff. de legat. 2. c. vlt. §. sanè.
de iureiur. Thomas de Thomasettis in floribus legũ.
reg. 10. & faciũt notata per Alciat. reg. 1 præsump.
28 n. 7 8. & 9. vol 5. tract. f. mihi. 121. Illust Tusc.
lib. 1. litt. A. concl. 117. n. 2. et seq. et to. 6. litt. P.
concl. 768. n. 1. et seq. Rota, apud* Caualer. *dec. 130.
n. 5. et dec. 94. n. 4. Cened. q. 14. n. 5. Rota Maceraten.
apud Thomati dec. 53. n. 12. Rota in Melphitten. iu-
ris patronat. 27. May. 1619. corã Vbald. circa. fin. in
manuscript.* In dubio ergò res cùm sit; & hęredũ
sententia, qui ꝓmissis in singulas Hebdoma-
das in ꝑpetuũ faciẽdis, ambiguã fortasse testa-
34 toris mentem interpretati fuere; potissimùm,
quòd pro summa relicta, & qualitate perso-
næ, siue magis loci, cui relictum fuerat, inter-
pretatio assumenda erat. *vt per Genuens. in
pract. cabilib. Ecclesiasticis. q. 400. n. 3. sãctarell. d.
quæst. 68.*

quæst.68. sub num.6. in fin. haud erronea per Doctores Theologos æstimatur (vt ostendimus): atquè hæredes ipsi de damno effugiendo agant, Occonomus autem de lucruni captando; hæredibus vtiquè ipsis fauendum erit potiùs, quàm Oeconomo; vt est tex. in l. & si quis. 13. §. sed si adbita. in fin. ibi: Melius est lega- ,, tarium non lucrari, quàm emptorem damno affici. ff. de Religios. & sumpt. funer. Aymon. cons. 33. nu. 24. in fin. Rota apud Ludouis. decis. 439. num. 9. & decis. 492. num. 11. & 12. & in Romana Societatis. 1612. coram Caualerio decis. 365. num. 6 in fin. post 2. vol. cons. Farinac. quæ est 220. in impressis per eum num. 6. in fin. Gratian. forens. par. 4. cap. 786. num. 18. & regula. 11. cum sint partium iura obscura Reo fauendum est potiùs, quàm actori. de regulis iuris in 6. Tuscus d. littera A. conclus. 117. nu. 40. & seq. & nu. 53. cum seq. Atquè, quod ipsi gesfere, ratum omninò, ac firmum habendum. Quod sequitur etiam Bonacina d. q. 17. punct. 7. proposit. 2. sub num. 6. vers. ex quo sequitur. vbi in terminis hanc nostram sequitur sententiam, nec minimi lætatus sum, cùm multò post hæc scripta, eam perpendi à tantò viro probari.

Et ita ex his subcensura dictis respondendum censui.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

Res deniq; (quòd dubia Oeconomo visa fuerit, neque aduersum se sententiam referre aueret; hæredesq; cum illo litigium exercere, nec amarent, transactione, centum quinquaginta spontè solutis) composita fuit; cùm, qui transactionem egit, satis ætate iuuenis esset, timeretq; sibi. Verùm, non multò post, completis annis, naturę debitum soluit. Annotata proinde dilabi minimè sū passus, erūt enim ea quandoq; legentibus proficua. Et talentum, quod sudario non obuoluimus, terræq; nec suffodimus lucrum quandoq; multiplicatum nobis allaturum, supremi donatoris benignitate speramus. Tu interim, qui hæc lectitas ab Pientissimo Seruatore Christo peccatorum mihi veniam concedi tuis, ex Charitate, pro fusis præcibus, exora.

SVMMARIVM.

1 *Legitima veluti alienum æs in bonis præmortui filij habetur, & legatis etiam pijs præfertur.*

2 *Legata ad pias causas legitimam iure naturæ debitam non minuunt.*

3 *Legitima est causa pia, quinimmò omni pia causa, & Ecclesia fauorabilior.*

4 *Pater in bonis filij Clerici, siuè Patrimonialibus quomodocunq; quæsitis post Clericatū, siuè beneficialibus ius nullum obtinet, neque etiam vsumfructum.*

5 *Legitima in bonis filij debetur patri, & siquidem non iure naturæ, at tamen iure Ciuili commiserationis ratione, quòd filio pater orbetur, & nu. 10. vbi pluribus probatur.*

6 *Legitimam parentibus non deberi in bonis præmortui filij nulla est ratio, quæ suadeat, nullū ius, quod disponat.*

7 *Lex quod non dicit, neque nos asserere oportet.*

8 *Argumentum à non disponente lege tractum, validum æstimatur.*

9 *Erubescimus cum sine lege loquimur.*

11 *Hic, dictio declaratiua dicitur.*

12 *Tamen, dictio est restrictiua.*

13 *Parentes in bonis filiorum, etiam Clericorum si prætereantur, agere poterunt querela pro legitima portione, vel eius supplemento.*

14 *Clericis prohibitum est testari de bonis ab Ecclesia acquisitis, multòq; magis Episcopis.*

15 *Testandi facultatem obtinens à Papa, Episcopus, vel Clericus, intelligitur secundum Iuris formam, & seruato debito bonorum subsidio, quibus competit.*

16 *Testari si per statutum permittatur filio famlias, intelligitur sine præiudicio vsusfructus, quē in bonis pater babet.*

17 *Pater filij turbato naturæ ordine succedit. debetur tamen ei legitima per filium præmortuum & num. 18.*

18 *Regulam qui pro se babet, fundatam intentionē babere dicitur, vt in aduersarium excipientem onus transfundat probandi.*

19 *Regulæ standum erit, donec per legē, vel authoritatem probetur exceptio.*

20 *Legitima sicuti debetur filio Clerico in bonis patris, ita & patri in bonis filij Clerici.*
æquipollentium eadem est virius, & efficacia ibid.

21 *Pater & filius sunt correlatiui, & mutuò se se respiciunt, vnde ad imparia iudicari non debebunt.*

22 *Aequalitas in successionibus seruanda est.*

23 *Pater cæteris paribus maiori est afficiendus bonore, quàm filius, etiam iure diuino, bonora patrem tuum.*

24 *Liberto, & filio semper honesta persona Patris & patroni videri d-bet.*

25 *Honor parētibus dibitus non in externa tantùm reuerentia consistit, verùm, & in subuentione in eorum necessitatibus.*

26 *Locus Matthæi 15. bonora Patrem, & Matrem expenditur per Diuum Hieronymum.*

27 *Ecclesiasticos multò magis decet pietatis officijs insistere.*

28 *Virtutem posuere dij sudore parandam.*

ARGVMENTVM.

Debeatur ne legitima Patri in bonis filij Episcopi prędecedentis, si ille testandi facultatem à Summo Pontifice obtineat.

RESPONSIO XXX.

Reuerendissimus Frater Ioannes Antonius Bouius, meritissimus Melphitens. Ecclesiæ Episcopus, facultatem obtinuit à Sanctissimo D. N. Paulo Papa V. ad certam vsquè summam disponendi. Vnde in extremis agens, Patre hærede dicto, non nulla piè legauit. Egit dein suo tempore Reuerendæ Fabricæ Oeconomus ad piorum Legatorum satisfactionem. Pater, quòd hæreditas non omnibus sufficiat, legitimam in bonis filij Episcopi

1 præmortui; quòd illa, veluti alienum æs in hæreditate filij, primitùs extrahenda sit, quàm pijs legatis satisfieri valeat *Gloss. in auth. similiter. vbi etiam doct. C. ad leg. falcid. Maranta de multiplic alienatione. num. 231. & cons. 140. nu. 5. Ofascus. cons. 56. num. 17. & num. 9. & 10. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 10. num. 1. & seq.*

2 Legata enim ad pias causas, legitimam parentibus debitam tollere non possunt, vel minuere *auth. si qua mulier. vbi gloss. verbo. liberos, & Doctor. C. de Sacro Sanct. Ecclesi decisum in Senatu Aurelianens. Arresto. 12. Februarij. 1583. refert Annæus Robertus rerum iudicatarum cap. 1. Tuscus. tom. 5. littera L. conclus. 182. num. 14 et conclusione. 185. numero. 2. Pascalis. de vírib. patriæ potest. par. 2. cap 4. num 2. Viscontus in suis conclus. iuris verbo legitima. col. 3. circa fin. vers. quæ filij legitima. fol. 162. Merlin. d. q. 10. nu. 2. & 3. idem Tuscus. tom. 6. littera P. conclus. 335. num. 2. 3. & 4. & num. 14. Didacus Spino in Speculo testam. Gloss. 28. nu. 30. & 51. & seq.* in quibus optimè, & eruditè, docètque vt assolet.

3 Quia legitima, ne dum causam piam in se continet; verùm, quacunquè pia causa; & quacunquè Ecclesia fauorabilior est. vt ex Augustino. *de vita clericor. serm. 52. ad Fratres in heremo. relato. can fin. 17. q 4.* sequitur etiam *Rota apud SS. D. N. Ludouic. Gregor. XV. decis. 539. num. 6. & 7. & ante eum Tiraq. de pia causa priuileg. 84. in fin Merlin. d. q. 10 num. 2. in fin. Sanchez. de matrim. tom 1. lib. 6. disput. 36. nu. 6. Spino d. Gloss. 28 num. 60. & seq.*

4 Att in dubium reuocatur. Quòd pater in bonis filij Clerici, siuè patrimonialibus, quomodocunq; quæsitis, post tamen clericatû, siuè etiā (idq; multò magis) in beneficialibus; ius nullū obtinet; vt in illis ab vsufructu quoq; excludatur, vt est Doctorum communis sententia. *per tex. in cap. quia nos. 9. vbi scribentes. & latè Couar. de testam. Auth. præsbiteros, post l. 33. C. de Episcopis, & Cleric. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 19. num. 25. & 26. Pater Molin. è Societate Iesu. de iustitia. & iure, tom. 1. tract. 2. disp. 138. col. 2. vers. licet clericatus. Assistlui. decis. 241. num. 1. & 2. Gratian forens. p. 2. c. 365. n. 6. & seq. Melchior Phœbus. decis. Lusit. 88. num. 2. Rota apud Caualer. decis. 442. num. 8. Paschal. de virib. patr. potest. par. 1. cap. 3. numero. 104.*

5 Deberi tamen, his non obstantibus, legitimam Patri, Respondi. Et si quidem non iure naturæ, vt quibusdam visum est. *ex tex in l. cum ratio. 7. ff. de bonis damnator.* At verò iure positiuo, ratione miserationis, & pietatis; quòd profectò Pater filio orbetur. *secundum Papinianum in l. scripto hærede. 6. in fin. ff. vnde liberi. l. nam etsi parentibus. 15 ff. de inofficios. testam. l. iurè successurum. 7 ff. de iure dot. gloss. in cau. prædicator 66. verbo. parentibus. 16. q 1. Abb cons. 59. in 1. dubio. par. 1. Michael Crassus. in verbo. legitima. q. 2. in Thesauro. commun. conclus tom. 1 fol 433. à terg. Peregrin. de fideicommiss. art. 49. num 44. Annæus Rober. d. cap. 1. col. penult. & vlt. Tuscus. d. conclus. 185. num. 7 Molin. lib. 1. tit. 1. q. 12. nu. 13. Anton. Gomez variar. resolut. lib. 1. cap. 4. nu. 7 in respons. ad argumenta. Peregrinus post hæc scripta visus decis. Patauin. 84. nu. 1. & 2. Molfes. in sum. tom. 2. tract. 13. cap. 4. num. 75.* sequitur *Bonacin. tom. 2. de contract. disput. 3. quæst. 17. punct. 8. §. 7. num 2.*

6 Cùm, quòd nulla est ratio, quæ id non suadeat, nullumq; ius est, quod legitimam Parentibus in bonis filij Clerici præmortui non deberi disponat. Vt si lex non dicit, neq; nos asserere decet: *ad tex. in ean. consoluisti. 18. §. & quod Sanctorum Patrum. 2. q. 5. tex. in cap. 2. ibi:* ,, *(cùm nusquam reperiatur cautum in iurè) ne Sede vacante. l. dissidentis. 5. C. de repud. Nauar. de orat. & horis canon. cap. 5. num. 8. & tract. de vsuris. q. 23. num 117. item apud Labeonem. 15. §. ait prætor. vers. hoc edictum. ff. de iniur. Sanchez de ma*

8 *trim. tom. 1 lib. 6. d. disput. 36. num. 2.* Quod planè argumentum satis validum æstimatur; Quia erubescimus, eū sine lege loquimur. *ad tex. in l. illam. 19. circa med. ibi:* ,, *(Quòd nulla constitutio super huiusmodi collatione posita esset) C. de collation. apertè cassator decis 7. nu. 17. de causa possess. & propriet. Peguera decis. 1. num. 1. in fin. Cardin. Tuscus. tom. 3. littera. E. conclus. 331. Barbosa. assiomat. 83. num. 1. Surd decis. 224 num. 4.*

10 Tùm quòd apertè id disponit *tex. in d. Auth. presbiteros. C. de Episcopis. & Cleric. & in corpore vnde sumitur. in auth. de Sanctissimis Episcopis. collat. 9. cap. 19. §. presbiteros.* Ita enim loquitur ,, textus: *Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos,* ,, *Cantores, & Lectores (quos omnes clericos appella-* ,, *mus) res quolibet modo ad Dominium eorum venientes, habere in sua potestate præcipimus, ad similitudinem Castrensium peculiorum, & donare,* ,, *cui volunt secundum leges, & in his testari, licèt*

sub

,, *sub parentum potestate sint; sic tamen, vt horum*
,, *filij, aut his non extantibus, parentes eorum, legiti*
,, *mam ferant partem.* hæc text. *facit optimè tex. in*
cap 1. §. fin de testament. in 6. vbi Bonifacius
Octauus: filium non posse Matrem portione
legitimâ in testamento defraudare, respondet
est etiam tex. in d. cap quia nos. 9. vbi Scribent. &
ibi etiam latè *Couar. num. 7. de testament. Bald. in*
d. auth. presbyteros. in 1. notab. C. de Episcop. &
,, *Cleric.* qui sic loquitur: *Nota, quòd licet sit per-*
,, *missum Clericis facere testamentum, nō tamen pos*
,, *sunt auferre legitimam parenti, vel filio. Ita etiam*
Salicet. in auth. ex causa. C. de liberis præteritis.
num. 18. vers. dicebat autem Iacob. Butricar. vbi
in terminis nostræ quæstionis, ad intelle-
ctum dictę *auth. presbyteros,* sequentibus loqui-
,, tur verbis: *Et tex. illum intelligo, vt legum cor-*
,, *rectio euitetur, &c. Nam primo vult, quòd (text.*
,, *scilicet in d. auth. presbyteros) secundum leges te-*
,, *stentur. secundo limitando, & declarando, quod di*
,, *xerat subiungit, sic tamen vt parentes, vel filii le-*
11 ,, *gitimam ferant. Vnde pondera verbum (sic)*
,, *quod est declaratiuum: Et illud (tamen) quod est*
12 ,, *ei adiunctum est restrictiuum: Et illud (quod)*
,, *est modulatiuum; seù modi adiectiuum: Et illud*
,, *verbum (ferant) quod sequitur; Non enim dicit pe-*
,, *tant, vel aducent, sed ferant, quod intelligitur in*
,, *illo testamento, vt omnia simul iuncta probant Qua-*
,, *si dicat; quòd sic testentur secundum leges, quòd pa-*
,, *rentes in eo, vel ex eo testamento legitimam ferant:*
,, *quasi dicat, quòd si non fecerint; Quia eos non in*
,, *stituerint in legitima; iuris remedia locum habebūt.*
,, *Hæc autem remedia sunt, quia vel testamentum*
,, *nullum dicent, vel querelam intentabunt; vel si*
,, *quid iure institutionis relinquent, ad supplementum*
,, *agent. Et iste, vt puto, est verè intellectus in illo*
,, *tex. cum de nullo remedio nouo disponat, & rema*
,, *neut antiqua remedia.* hæc Salic.
13 Aget itaquè Pater aduersus filij, quamuis
Clerici, testamentum, vel querela, vel condi-
tione saltem ex *d. lege in auth. Presbyteros. (vt*
gloß. inquit ibid. in verbo. ferant.) ad legitimam
portionem sibi in eius bonis debitam, vel sal-
tem ad supplementum. *tex. vbi etiam Gloß. in*
verbo, alijs personis. in l. omnimodò. 3. C. de inofficios.
testament. Michael. Graßus. d. verbo legitima q 34.
fol. 441. in Thesauro. tom. 1. Facchineus Illustrium
controuers. iur. lib. 75. præsertim. in fin. in terminis
Melchior Phœbus. d decis. 88. num. 6. & 7. Viscont.
d. verbo. legitima.
14 Nam et si quidem Clericis (multòq; magis
Episcopis) sit iure prohibitum de bonis testa-
ri ab Ecclesia acquisitis. *tex. in d. c. quia nos. in fi.*
vbi omnes. de testam. Quia tamen licuit Reuerē-
dissimo huic Episcopo per facultatē à Sāctissi-
15 mo D.N. Papa sibi factā, testari; facultas vtiq;
ipsa exaudietur, secundum formam iuris, ac ci-
trà præiudicium legitimæ portionis parenti-
bus debitæ. *est tex. apertus. in l. si quando. 35. C. de*
de inofficios. testament. Facultas enim ibi facta
per Principem, quòd testari quis possit, exau-
ditur, vt habeat legitimam, & consuetam te-
standi factionem. *Bart. in l. 1. C. de Sacr. Sanct.*
Eccles. num. 53. & seq. Rota par. 1. diuersor. dec.
47. num. 4. 5. & 6. Cardinal. Tuscus. tom. 8. litt.
T. conclus. 145. n. 7. & seq. Menoch. de arbitrar.
lib. 1. q. 7. num. 39. quod sequitur Arias Pinellus.
de bonis maternis. C. in l. 1. par. 1. num. 44. dicens:
16 ,, Quod si per statutum permittatur filiofa-
,, milias testari, intelligitur sine præiudicio vsus-
fructus, quem Pater habet in aduentitijs.
Exaudietur itaq. facultas ipsa à Sanctissimo
Domino N. concessa Reuerendissimo Episco-
po, secundum formam iuris, reseruata legiti-
ma portione parenti debita. Nàm, & si ordi-
17 ne turbato mortalitatis pater filijs succedat;
non minùs tamen parentibus, quàm liberis piè
relinqui debet, vt Papinian. loquitur. *in d. l. nā*
etsi parentibus. 15. in principio. ff. de inoffic. testam.
sequitur idem Annæus Robert. rerum. iudicatarum.
d. cap. 1. col. 2. in fin. in terminis. & de facultate
testandi concessa per Principem ei, qui aliàs
testari non poterat; quòd intelligatur seruatis
sollemnitatibus testamentorum. *Anastasius*
Germonius Tarantasiæ Archiepiscopus meritissi-
mus tract. de indultis. §. quod tu Romanam. num. 21.
cum seq. tom. 1. fol. mihi. 402. & sequuta plenè
fuit Rota in Romana. legitimæ coram Illustrissimo
Sacrato. 10. Martij 1617. decis. 57. num. 1. & seq.
in impressis per Merlinum. tract. de legitima.
18 Qui enim pro se regulam habet, fundatum
ius, atq; fundatam intentionem suam habere
dicitur, adeò quidem, vt in Aduersarium onus
transferat regulæ exceptionem probandi. *Ro-*
ta apud Sanctissimum Gregor. XV. decis. 182. nu. 1.
& in vna Romana Vineæ coram Sacrato. 17. Fe-
bruarij 1611 decis. 3. num. 8. in impressis Per Zac-
chiam post Gallesium. de obligat. Camer. ead. Rota
apud Verall. decis. 367. num. 2. & 3. par. 2. & apud
Coccinum. decis. 381. num. 2. Nauar. cons. 12. Cum
mortuus. num. 4. in fin. lib. 1. de elect. Barbos. axio-
mat 198. num. 2. Caued. quæstion. canonicar. q. 14.
sub num. 1.
Ast pater hic pro se regulam habet, quòd
parentibus in bonis filij prædecedentis legiti-
ma portio debeatur, vt communis est Doctor.
sententia. *per Grassum verbo. legitima. q. 5. in The-*
sauro. fol. 434. Peregrin de fideicommiss. art. 49. nu.
43. & 44. Gaspar. Anton. Thesaur. forens. quæstion.
lib. 4. q. 58. n. 5. Bertrand. cons. 20. n. 1. & seq. vol. 2.
19 Regulæ ergò standum erit. *l. ab ea parte. 5. ff.*
probation. gloß. in l. omnis definitio. 203. ff. de reg.
iur. Tantisper nempè regulæ insistendum erit,
donec per legem, vel authoritatem, exceptio
expressè probetur. *vt ex Beccio. cons. 73. nu. 12.*
inquit Surd. decis. 322. num. 40. & 41 ad tex. in cap.
2. in fin. de restitut spoliat. in 6. Alciat. de præsumpt.
reg. 1. præsumpt. 28. num. 6. vbi addentes. Viuius de-
cis. 135. Nauar. cons. 3. num. 1. lib. 3. de sepultur.
plenè Francisc. Ripa in l. generaliter num. 170. C. de
reuocandis donat. Hieronym. de Vederiis. resolut.
crimin. 2. num. 5. post 2. volum. consil. Farinac. Bar-
bos. d. axiomat. 198. num. 1. & num. 3. & in termi-
nis nostris de legitima, eodem modo argu-
mentata fuit Rota *in d. Romana legitimæ coram*
Sacrato. decis. 57. num. 23.

20 Sicuti

5 mutat,sed eadem illa perseuerat. Cùm res ab
essentia sua, siuè forma substantiali iudicari, &
æstimari debeat, non ab extriuseca qualitate,
& denominatione. secundum tex.in l. non codi-
cillum.14. vbi Ias.num. 3.C. de testam. Cranett.
cons.214.num.4. & 5. Neque rerum substantiã
mutet non necessaria verborum multiplica-
tio. vt Paul. inquit l pediculis.34. §.Labeo. ff. de
auro,& arg.legat. Illustrissimus Mant. de tacit.
& ambig.tom.2. lib.13. tit.72.num.14. Cardin.
Tuscus.tom.3. littera F. conclus. 413. num.2.
Barbos.assiomat.100.num.1. vbi alios plures re-
refert.

Non itaquè fieri potest, vt pro malè ablatis
incertis relicta,ex quo eorum Dominus nesci-
tur,ex eo dumtaxat,quòd Cippo Maioris Ec-
clesiæ Neapolitanæ destinata fuere per illa
debentes,incerta esse omninò desinant.

6 Quippè,quòd; vel certus Dominus erat,cui
illa debebantur. Et onus remissum minimè est
restituendi; sed auctum, cùm non prouidè so-
luerit, verum prætereundo dominum. secundũ
tex. in d. cap. ex te. 22. in princ. de iure iurand.
facit tex. in l. eius,qui in prouincia. 41. vbi glos.
& Bart. ff. si certum petatur. quatenus habet;
quòd soluens alijs,quàm vero creditori, non
liberatur. optimè Surd.decis. 60.num.1.& decis.
229. num.1. Gratian. discept. forens. par. 1.
7 ,, cap.194.nu.17. Nec enim est dandum pau-
,, peribus,neque ædificanda sunt Monasteria,
,, aut hospitalia; extantibus damnum passis, de
,, bonis eorum,sine eorum voluntate. vt Caiet.
,, inquit d.art.5. ad 3. & supra citati authores in
initio.num.1.

Vel verò incertus erat omninò dominus
bonorum illorum; Et incertitudinem mutare
suam, quòad ipsum Dominum haud potuere
ex eo dumtaxat, quòd per illa debentem cer-
8 tæ sunt destinatæ Ecclesiæ. Nec enim legatum
nuncupari poterit huiusmodi relictum, ex quo
certæ factum sit Ecclesiæ: Cùm debiti sit so-
lutio,non sanè libera, neque spontanea dona-
9 tio. Quia non impendit beneficium, qui de-
bitum præstat. Ioan. de Anania d.cap. cùm tu.
5.col.3. in glos. in verbo. superstitibus. num.3.
vers. adde prædictis. Bald. de vsur. & sequitur
ibid.Petr. Binsfeld.q.7.conclus.6.in fin. Roman.
d.cons.164. hæc quingenta.num.4. & cons.199.
præsens statuti articula. num.8. Maceraten.
variar. lib.1. resolut. vltim. casu. 58. vers. sed
quid sit de iure. Syluest. verbo. Canonica portio.
num.6.vers.septimo vtrùm debeatur. Card. Tu-
scus.tom.5. littera M. conclus.23.num.3. & seq.
Mascard. de probat.vol.3.conclus.1280.nu.155.
Ioan.Baptista Costa de facti scient.& ignorãt.
centur. 2. aut sciebat,aut ignorabat.dist.2.n.26.
& seq. tom.1. oper. Nouar. de incertis, & malè
ablat.priuil.2.num.1.& seq.

Tantùm verò abest,vt verum sit, quod pro
se plurimi Procuratores faciunt Metropolinæ
Ecclesiæ Neapolitanæ; relicta huiusmodi Cip-
po destinata Metropolitanæ Ecclesiæ, certæ
videri Ecclesiæ relicta, cessareq; proinde in-
10 certa esse. Potissimùm, quòd potuit Testator
post diligentem certi inueniendi Domini in-
daginem,cui magis voluerat operi pio,vel Ec-
clesiæ ea relinquere, sibiq; magis visis paupe-
ribus distribuere pro eorum Anima, quibus
illa debebantur, si inueniri, ac sciri potuissent.
Syluest.verbo. restitutio.8.quæst.5. & 6. Nauar.
man.cap.17.num.92. Molin. tom.3.disput.747. nu.
3. & 4. Azor.par.3.lib.4.cap 26.q.2. Vasquez de
restitut.cap.5.§.4.dub.1.in fin. nu.12.& 13. Sayr.
in claui regia.lib.10.tract.5.cap.2.dub.4. num. 19.
cum alijs per nos etiam relatis d.respons.nostra. 22.
num.40.

Vt magis,magisq; insurgat ex hoc, incerta
hæc ipsa relicta perseuerare, atq; persistere.
11 Non enim ita Cippo maioris Ecclesiæ prædi-
ctæ per Testatores relinquuntur, vt Ecclesiæ
ipsi acquisita sint; sed quòd velint (Cippo) vti
incertorum capsulæ ea relinquere; à Confessa-
rijs edocti,atquè synderesi excitante extimu-
lati, non remitti peccatum, nisi restituatur,
quod ablatum est, ad reg.peccatum.4.de reg. iur.
in 6.

Neque Cippus hic per Neapolitanos Ar-
chiepiscopos alium in finem repositus appa-
ret,quàm,quòd incertorum, atquè dispositorũ
pro malè ablatis,sit Capsula.

Non itaq; suam naturam mutabunt, quin
incerta sint,eò,quòd Cippo destinentur; sicu-
ti nec mutarent si absq; Cippi memoria, pro
malè ablatis incertis relicta fuissent.

12 Sumenda est igitur interpretatio ex com-
muni loquendi vsu hæc ipsa relinquentium,
qui ea ipsa (Cippo) destinant vti incertorum
capsulæ,non quòd planè Ecclesiæ, cui illa affi-
xa est,relinquere velint. ad tex.in l.si seruus plu-
rium.53.§.fin.cum ibi.notat.de legat.1.l.liberorum.
50. §.quod autem Cassius.de legat.3. Illustrissimus
Mant.de coniectur.lib 3.tit.8 num 1. & seq. ac per
tot. Gonzal. ad 8. regul.Glos.11. num.68. & 69.
Gratian forens.par.1.cap.78 num.29. Barbos.assio-
mat.222.num.7.

Quod profectò verba ipsa huiusmodi ro-
gantium legata,clarè apertèq; ostendunt; cùm
relinquant sub hac formula. Item al Ceppo del
Arciuescouato ducati,&c. pro malè ablatis incer-
13 tis. Testantium ergò voluntas ex verbis ipsis
exaudiri, & intelligi debebit, vti verba ipsa
sonant. Potissimùm vbi illa clara sunt,& aper-
ta. Mantica de coniectur.d.lib.3.tit.4. num.4. Cha-
cheran.decis.126.num.11. Polidor. Ripa obseruat.
14 121.num.5. Cùm præsertim in interpretanda
dispositione quacunquè, disponentis verbis
inseruiendum sit,ex quibus mens ipsa concipi-
tur. secundum tex.in l.1.§.si quis nauem. circa fin.
,, ibi. In re igitur dubia, meliùs est verbis edicti ser-
uire.ff. de exercitator.act.l.non aliter.67. de legat.
3. Roland.cons.61.num.30.volum.3. Maceraten.d.
casu.58.resolut.vlt. lib.1.vers.& licet primo aspe-
ctu.Genuens.in practicabilib.Ecclesiast.q.399. n.2.
in fin.

Quid enim est (ædepol) si Ecclesiæ acquisi-
ta ea vellent Testatores; quòd Cippo ea; non
verò

verò Ecclesiæ relinquant. Nisi, vt internum
Animi eorum sensum aperiant, se ipsos ea,
depositi iure, vti incerta, Cippo (incertorum
vtiquè capsulæ) relinquere, dispertienda, iuxta
Sanctæ Matris Ecclesiæ mentem, atq; Ponti-
15 ficis Summi destinationem? Alioquin inania
hæc essent verba, atquò futilia; quòd sanè di-
cendū, asserendumq; minimè est; cùm frustrà
prolata videri non debeant. *l. si quando. 112. in
princip. vbi glos verbo. frustrà. de legat. 1. Marant.
cons. 45. num. 9. Guido Pap. cons. 140 num. 7. in fin.
Alciat. lib. 9. respons. cons. 103. num. 12. Aymon.
cons. 135. nu. 24. Paris. cons. 30. nu. 33. lib. 2. Afflict.
decis. 43. num. 19. Mauric. de coniectur. lib. 5. tit. 8.
num. 5. Cæsar Bartius. decis. Bononiens. 12. nu. 29.
& 30. Barbos. d. assio nat. 222. num. 11.*

16 Non itaquè alienā nos conuenit à testantium mente, & verbis interpretationem sumere. *ad tex. in l. nulli. 28. in princip. C. de Episcop. & Cleric.*

Nihil ergò eorum est, quæ pro se plurimi
Procuratores prædicti faciunt, quin, Cippo
mala hæc ablata relicta, incerta persenerent;
atquè possit illa proinde, vt reliqua omnia, pro
17 suæ plenitudine potestatis Summus Romanus
Pontifex, bonorum omnium Ecclesiæ absolu-
tus distributor, in Fabricam applicare, atquè
addicere Ecclesiæ Sancti Petri, in commune
totius Christiani orbis commodum, & vtilita-
tem, atquè Almæ Vrbis ornatum, & splendo-
rem. *Panormit. in cap. constitutus 6. nu. 12. & 13.
de religios. domib. Lapus allegat. 105 nu. 2. Nauar.
de spolys clericor. §. 9. num. 2. & in man. d. cap. 17.
num. 93. vers. per quem resoluo. Azor. d. cap. 26. q. 3.
Molin. tom. 3. disput. 748. num. 1.*

18 Siquidem, si valet Summus Pontifex, vti Summus distributor bonorum Ecclesiasticorum, & Dei, ac Domini nostri Iesù Christi, ex iusta Ecclesiæ causa, compositiones cùm ijs inire, qui incerta hæc debēt, vt omnes præcitati paulò antè Doctores, absquè scrupulo vllo admittunt. *Nauar. Azor. Molin. et Vasquez d. §. 4. dub. 1. num. 9. ac Riginald. d. lib. 10. cap. 14. num. 196. & num. 201. & alij. Bonacina. d. q. 3. punct. 4. num 21. & diximus. d. respons. nostra. 22. num. 64. & seq.* Multò magis vtiquè poterit hæc eadem incerta, postquàm incertorum Cippo, ac capsulæ destinata fuere, in Fabricam attribuere Ecclesiæ S. Petri?

19 Porrò quòd, vt pauperibus, vel in aliud piū opus incerta hæc impendantur, lege, ac permissione ipsius Summi Monarchæ Romani Pontificis, factum est. *Panormit. cons. 34. num. 4. ad 4. col. fin, circa fin par. 1. Sot. d. lib. 4. q. 7. art. 1. ad 3. col. 15. vers. ad hoc primum Respondeo. Couar. d. reg. peccatum. par. 2. in princip. relect. num. 6. & 7. Azor. d. cap. 26. q. 3. Vasquez d. dub. 1. num. 9. Reginald. d. cap. 14. num. 196. & 201. Bonacin. d. q. 3. punct. 4. num. 9. & nos. d. respons. nostra. 22. nu. 40. & 41.*

20 At quidem potest Summus Pontifex, etiam absq; causa vnius Ecclesiæ bona, alteri cōferre, & applicare Ecclesiæ. *ad tex. in element. quia contingit. de religios. domib. Abb. d. cap. constitutus. num. 12. Nauar. d. cap. 17 nu. 93. in fin. in man.* Poterit igitur, & hæc in prosecutionem addicere Fabribæ Sancti Petri.

21 Nequè iniuriam ob id Summus Pontifex Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ facit. Suo enim iure vtitur. Nulli ergò iniuriā facit. *l. nullus. 56. l. factum 198. §. non videtur. ff. regul. iur. cap. nisi specialis. 3. in fin. vbi gloss. & Abb. n. 8. de authoritate, & vsu pallij. Gonzal. gloss. 45. de mensib. & alternatiuis. §. 3. nu. 18 ad regul 8. Cancellar. Maceraten. variar. resolut. lib. 3. resolut. 12. nu. 2. Molina de Iustit. & iur. d. tom. 3. disput. 727. num. 4. & 5. Surd. cons. 374. num. 17. volum. 3. Sanchez in opere morali. tom. 2. lib. 7. cap. 16. num. 54. & lib 3 de matrim. disput. 18. num. 29.*

Disiectis itaquè omnibus, quæ contra Fabricæ Oeconomum per Procuratores præfatos obijciuntur, succedet vtiq; certa pro ipso Oeconomo victoria; vt iuxtà suas facultates, & priuilegia, incerta omnia pro malè ablatis incertis relicta, pro Fabrica præfata vindicare valeat.

Et ita ex his sub censura dictis respondendum censeo.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

Lis tandem, post multam, longamq; in sacra Congregatione disceptationē, vt parti ex aduerso gratū quid faceret, pro Fabricæ Oeconomo completa fuit. vnde decretum Sacræ Congregationis hic subnectere, nec grauabor.

Mercurij 10. Septembris 1625. in Congregatione Generali.

Neapoli. &c. In causa legatorum pro malè ablatis. DD. approbarunt, & confirmarunt edictum, aliàs de voto Reuerendissimi Domini Caualerij, & approbatione, ac iussu Sacræ Congregationis emanatum, & in Ciuitate Neapolitana impressum, & publicatum. sub die 11. Februarij. 2523. illudq; denuò, quatenus opus sit imprimi. publicari, ac exequi mandarunt. Non tamen quòad ea legata, quæ vel certis Ecclesijs, vel nominatis personis pro restitutione iniustè ablatorum, eisdem Ecclesijs, vel personis à Testatoribus, qui antea illorum bona administrassent, vel illorum aliàs constaret esse debitores non pro malè ablatis in genere relinqui contingerit.

Carolus de Ghettis Oeconomus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum, quod in nullam piam causam relictum est, profanum dicitur.*
2 *Legatum ad pias causas, quod nam dicatur.*
3 *Difinitio cui non competit, neq; definitum conuenire potest.*
4 *Definitio conuerti debet cum definito.*

5 *Le-*

5 *Legatis in profanis ius nullum est Oeconomo Reuerendæ Fabricæ Sancti Petri.& nu.27.*
6 *Qui actione caret repelli potest, & debet. Etiam Iudicis officio nu.7.*
8 *Legatum conditionale conditione pendente non debetur.*
9 *Conditio operatur, vt antequam existat, nihil debeatur; quoniam suspendit actum, & dispositionem.*
10 *Conditionem impleri non sufficit, nisi hoc etiam Iudici liqueat, ac parti, in iudicium deductum.*
11 *Conditionem impletam esse probari debet per eum, qui se in implemento fundat, per duos saltim testes.*
12 *Conditionis natura est, vt, interim omnem cessare faciat obligationem.*
13 *Debitor sub conditione interim conditione pendente debitor verè dici haud potest.*
14 *Legatum nisi spectatur potest hæres interim illud sibi retinere.& nu. 27.*
15 *Rei suæ quilibet moderator prohibito est.*
16 *Nemo præsumitur velle iactare suum, neq; resupinus quis præsumitur in soluendo, quod non debet.*
17 *Donationis coniectura vbi excludi potest, magis excludenda est, quàm includenda, nec præsumenda donatio.*
18 *Restituere nemo cogi potest, quod iure possidet, & num.21.*
19 *Restitutio fieri debet eùm quid accipitur, vel detinetur iniustè, ac contra domini voluntatem.*
20 *Restitutio est actus commutatiuæ Iustitiæ.*
22 *Iniustitia consistit in inæqualitate rei ad rem, sicuti contrà Iustitia inæqualitate consistit.*
23 *Restitutio vnde dicatur.*
24 *Scienti, & consentienti nulla fit iniuria.*
25 *Voluntatem contrà defuncti in his, quæ legibus non contradicunt, nefas est contrairè, & obluctari.*
26 *Secretum, quod testator voluit esse, nō est propalandum.*
28 *Frustra id fieri tentatur, cuius euentus nil profuturus est.*
29 *Factum iniustè Iudex corrigere debet.*

ARGVMENTVM.

Pium quòd nàm dicatur Legatum? Et nùm conditionale Legatum, conditione pendente, debeatur? Et an demandata dispositione in secreto aurium; possit Executor cogi ad manifestandam personam, quæ ita aurium secreto commissa per Testatorem fuerat.

RESPONSIO XXVIII.

NVllum ius Reuerendæ Fabricæ Sancti Petri Oeconomo esse respondi ad legatū per V.I.D. Iuliū Cherubini Ciuitatis Rossani in anno 1623. in hæc sequētia verba rogatum.

„ *Item ad aures incarica al*
„ *detto Signor Archidiacono suo*
„ *Fratello, è Signora Beatrice sua Moglie, che*
„ *restituiscano ducati treecento cinque a quello, che*
„ *ad aures loro hà detto, che cè li haueua imprestati, li quali disse ad esso Testatore, che li lepaghi,*
„ *quādo esso le lidomandarà; che perciò ha giudicato, che l hauesse di denari di esso Testatore; non*
„ *hauendoli domandato sino al presente. vt in processu fol.2.& 4.*

Quippè, quod legatum prædictum omninò profanum, non pium est. vnde nec cogi poterūt dicti D. Archidiaconus, & Beatrix Testatoris vxor, ad propalandum personam præfatam, fauore cuius legatum rogatum fuit, secretò eisdem à Testatore reuelatam, vt idem Reuerendæ Fabricæ Oeconomus contrà prætendit,

1 Et sanè profanum dici legatum prædictum, non pium, inde manifestè conuincitur. Quòd in nullam piam causam; vel quæ pietatem respiciat, neq; pietatis intuitu rogatum sit.

2 Nam legatum ad pias causas dicitur, quod relinquitur pro honore Dei, vel Sāctis, vel pro salute Animæ, vel in aliud quodcunquè pium opus. *Gloss.in auth. similiter.verbo causas.* C.ad *legem faleid.Syluest.verb.legatum.4.nu.1. in fin. Tabien.eod.2.num.1.in fin. Armilla. eod. nu. 44. in fin. Abb.in cap.relatum.11. nu. 7. de Testamētis.latè Speculator. lib. 2. partic. 2. de instrum. edition.in §.de vltimarum voluntatum Executoribus.incipit.nunc vero aliqua.num 61. vers. & sciat,quod inter.Bertacchin.in repertor.verbo legatum pium.vers. legatum pium dicitur fauorabile.mihi fol.184.in minori impress.et in tract. de Episcop.par 4.num.82.vol.4.tract.antiquorū. Rip.in l.fin.q.51.num.170.* C.de reuocand. donat. *Tiraquel.in præfat.de pia causa.* Guido Papa *decis.576.num.3.vers.sed an causa.Paris.cons.24. num.7.lib. 3.* Euerardus *in loco à libertate ad piā causam in fin.num.37.Lælius Zecchius. de casibus Episcop.reser.cas.5. n.2.Pater Comit.lib. 7. resp. moral.q.4.num.3.& q.16. num. 4.* Card. *Tuscus. tom.5.litera.L.conclus.106.per tot.Sanchez de matrim.lib.1.disput.4.num.9.Pater Ioan. Valerus.de differen.inter vtrumq; forum.verbo legatum.different.3.num.1.Aufrer. ad* Cappell. *Tholos.q.215.n.2. & 3. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 115. per tot. Vasquez. in* Opusculis *moralib.tit.de testamentis.§.5.de legati.dub.1. n. 97.vers.sed videndum. Bonacin.tom.2. oper. de contract.disput.3.q.17.punct.8.§.2.num. 1. Baldaxar.de Tomas.tract.10.de pia causa.tit. 1.cap. 6.num.138.Molfes.in sum.tom. 2. tract. 13. cap. 5.de legatis pijs. num.152. Sanctarellus variarum*

rum.resolut.q.68.nu.1.& per tot.

At propter nullam dictorum causam, ob quam legatum pium dicitur, præsens legatum ducatorum tercentum, & quinque, rogatum est.

Ergò non pium, Ergò profanum.

3 Cui enim non competit definitio, neque definitū conuenire potest. *ad tex. in l. 2. §. appellata. vbi Doctor. ff. si certum petatur. l. 1. §. dolum. ff. de dolo. vbi Bar. & in l. si quis seruo. 20. in 2. notabili num. 2. C. de furt. Gratian. forens. par. 2. cap. 291 num. 10. Marcus Mantua. consi. 1. nu.*

4 7 *Claud. Tatius. q. 18. de Iure patron. nu. 2.* Nàm definitio conuerti debet cum definitio *secūdum Philosoph. et glos. in l. fin. in verbo præsentiā. ff. de verbor. signific. ad tex. in l. omnis definitio. 203. ff. de regul. iur. Bar. in l. 1. num. 1. ff de testam. & 27. q. 2. in princ. §. 2. an possint ab inuicem discendere. optimè Euerard in loco à definitione. Flaminius. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. q. 1. num. 33. & num. 60. & de confident. benefic. q. 47. num. 4. Rota in recentioribus. par. 1. tom. 2. decis. 509. n. 5. Barbos. d. axiom. 67. n. 1.*

Sed in nullo huic legato definitio conuenit, nequè aptatur piorum legatorum; cùm in nullam, quæ piam respiciat causam rogatum videatur.

Ergò nec definitum eidem conueniet, aptabiturquè.

Ergò non pium. Ergò profanum.

5 Nullum igitur quoàd illud, Reuerendæ Fabricæ Ius esse poterit Oeconomo. vt replica-

6 re iure eidem, nec iniuriā Testatoris huiusce nostri hæredes possint, quod Vulpianus ait *in l.*

,, *loci corpus. 4. §. competit. in fin. ff. si seruit. vendicetur.* Quoàd te (inquiens) liberas ædes habeo. *& sequitur Caualcan. decis. 16. num. 5. lib. 4.*

7 Atquè proinde Iudicis quoquè officio submouendus, quòd sine actione experiatur aduersus hæredes hos. *secundum Bart. n. 10. & Doctor. alios in. l. vbi pactum. 40. C. de transact. l. si pupilli tui. 6. §. videamus. in fin. ff. de negot. gestis Aymon. consi. 191. nu. 1. Rota apud SS. D. N. Ludouis. decis. 119. num. 6. Ioseph. Ludouic. decis. Perusin. 71. num. 18. Vtuius. decis. 41. nu. 2. Rota par. 1. in. recent. tom. 2. decis. 617. sub. n. 1. circa fin. & in Cornetana Bonorū 1589. coram Comitulo decis. 71. n 1. post 1. vol. consi. Farinac.*

8 Præterea est legatum hoc ducatorum tercentū, & quinque, conditionale; Quatenus scilicet; persona illa, cui relictum est, ipsas pecu-

,, nias petierit: quod apertè ex verbis ipsis legati

,, deducitur. *Liquali disse adesso Testatore, che li lepaghi quando esso li ledomandarà,* vt si nihil interim petierit, nihil vtiq; ei debeatur.

9 Id nempè conditio operatur, vt nihil antè quàm existat debeatur. Quoniam suspendit actum, & dispositionem. *l. cedere diem. 213. §. vbi sub conditione. ff de verborum signific. tex. apertus in l. non omnis. 19. ff. si certum petatur. l. hoc iure vtimur 10. ff. de verborum obligat. l. vnica. §. si autem aliquid sub conditione. C. de Caducis tollen. §. sub conditione, & §. conditiones. instit. de verbor. oblig. cap. fin. in fin. de translat. Episcop. cap. vnico §. fin. in fine. de sponsalib. lib. 6. cap. verum 4 de condit. apposit. Abb. consi 27. videtur 1. num. 1. lib. 1. Crauetta. consi. 101. nu. 1. Oltrad. consi. 175. Thema talis est. Titius impetrauit. num. 1. Decius. consi. 421 num. 6. Paris. consi. 19. num. 45. & num. 156. vol 2. & consi. 8. nu. 22. cum seq. vol. 3. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. q. 3. num. 8. cum seq. Rota par. 1. diuers. decis. 47. nu. 7 Iacob. Thomingius. decis. lipsien. 10. nu. 4. & 5. Monaldus. plurib. consi. 16. n. 10. 11. & 13. vol. 2. Ferett. consi. 289. nu. 2. Cæsar. Bartius. decis. 90. nu. 4 5. & 6.*

10 Vt propterea, nec sufficiat conditionem impleri, ac purificatam fuisse, nisi hoc idem Iudici liqueat, ac parti, in iudicium deductum. *secundum Bald. in l. cùm testamento. 4. num. 6. in fin. C. de testam. manumissione. allegat. tex. quem*

,, *reputat singularem in d. l. hoc iure vtimur 10. ibi:*

,, *Non antea quicquam peti posse, quam exploratū sit ff. de verb. obligat. sequitur Alex. in l. vltima. §. 1. num. 5. vers. præterea statutum. ff. de vulgari, & pupillari. Decius d. consi. 421. num. 6. Camill. Borellus consi. 98. num. 7. Gozadin. consi. 1. num. 4.*

11 Probetur q; per eum, qui se fundat in implemento, per duos saltim testes. Quoniam est hoc fundamentum intentionis suæ. *Menoch. de præs. lib. 2. præs. 50. n. 33. Paris. d. q. 3. nu. 40. & 41. Monald. d. consi. 16. num. 14 & 15. Bertrand consi. 298. num. 4. 5. & 6. vol. 2. Bartius. decis. 121. n. 49.*

Nihil igitur cùm petitum sit, permutantē.

12 Nihil vtiq; debebitur per hæredes mutuatarij. Quia Natura conditionis est, vt interim

13 omnem cessare faciat obligationem. *vt inquit Gozadin. d. consi. 1. num. 40.* Et debitor sub conditione, propriè debitor minimè dicatur, conditione pendente. *Monald. d. consi. 16. num. 13. Surdus optimè decis. 283. n. 1. & seq. Bartius d. decis. 90. num. 4. & per tot.*

14 Licitum est ergo ipsis, donec petitum fuerit legatū, retinere sibi illud, vel quòd donasse inte-

15 rim præsumatur mutuans. q sibi debetur non petens. Quilibet enim rei suæ Moderator est, & Arbiter. *l. in re mandata 21. C. mandat.* & in sua sit potestate petere, vel non petere. Vel etiā quòd iustè, nec iniuriā præsumere possūt hæredes (veluti verè id præsumpsit Testator) mutuantem ex alia causa (occulta fortasse mutuatario) ad totidem debitorem eidem fuisse, atq; proinde honesto quodam modo, mutuū sub imagine, restitutionem ducatorum tercentum quinque fecisse; vt idem met Testator ani-

,, mum suum explanans exposuit, dicens: *Che*

,, *però hà giudicato, che l'hauesse di denari di esso Testatore, non hauendoli domandato sino al presente.*

16 Cæterum nemo præsumitur velle iactare

,, suum. Qui enim soluit; nunquam ita resupinus est (*Paulus inquit iureconsultus. in l. cùm de in*

17 ,, *debito. 25. §. qui enim soluit. ff. de probat.*) vt facilè suas pecunias iactet. Proindequè iure sancitum est; vt quandiù alia, quàm donatio-

nis

SVMMARIVM.

1 *Legatum ex qualitate personæ, cui relictum est discernitur.*

2 *Legatum indefinitè relictum, annuū intrepretari debet.*

3 *Legatum sacerdoti vel templo relictum annuum æstimatur.*

4 *Legatum ambiguum ex loco, & consuetudine legantis, & personæ, cui legatur interpretationē recipit.*

5 *Donatio ex persona, quæ donat, & cui donatur interpretationem admittit.*

6 *Legatum habitationis vxori ab viro relictū, exauditur secundum qualitatem, & conditionē vxoris, cui relinquitur.*

7 *Cappella perpetua dicitur, vnde legatum Cappellæ relictum perpetuum dicitur.*

8 *Mens testatoris, & voluntas, interpretationem recepit ex persona, ad quam verba directa fuere.*

9 *Legatum pro Missis dicitur legatum generis, vt tam currentes, quàm annuas, & anniuersaria comprehendat.*

10 *Genus sub se omnes suas includit species, & de pluribus differentibus specie prædicatur ibid.*

11 *Legato in genere relicto satisfit per vnam ex speciebus sub genere comprehensis.*

12 *Legato in genere relicto, atq; proinde incerto, electio est hæredis.*

13 *Species in suo genere saluatur, quod perire non potest.*

14 *Expressum dicitur, quod sub Genere comprehenditur.*

15 *Generalis dispositio idem operatur, quòd specierum peculiaris enumeratio, & n. 17.*

16 *Genus verè, & propriè repræsentatur in qualibet specie.*

18 *Generalis dispositio casus omnes includit in sua latititudine comprehensos, & si in vno maior sit ratio, quàm in alio.*

19 *Voluntatem defuncti ambiguam interpretari hæredis est.*

potissimùm vbi de tertij præiudicio non agitur. num. 20.

vel si facultas exequēdi remissa fuerit voluntati alterius. num. 21.

22 *In arbitrarijs nemo damandus est.*

23 *Missarum suffragia simul multiplicata offerri, magis proficit animabus in purgatorio purgātibus quòad eorum accelerandam libertatem, quàm si successiuo continuentur tempore per plures annos, & dies.*

quòad meritum tamen, & maiorem Dei gloriam plus valēt si successiuo continuentur tēpore. n. 26.

neuter tamen horum modorum Missas destinandi, condemnandus est. num. 28.

24 *Sacrificium ex operato plus valet in opere, & exercitio, quàm in proposito, & destinatione, & in actu signato oblatum.*

25 *Sacrificia donec actu offerantur non proficiunt ad liberationem animarum à pœnis purgatorij.*

27 *Anniuersaria cur instituerit Ecclesia.*

29 *Legatorum distinctio, distinctam testatoris mentem fuisse arguit.*

30 *Scripturarum diuersitas, & summarum, obligationum quoq; diuersitatem innuit.*

31 *Discretiua loquutio, rerum quoq; diuersitatem indicat.*

32 *Testatorem frustrà quid gessisse æstimandum non est.*

33 *Asserentis est probare, quod asserit, non excipientis.*

34 *Legati interpretatio assumēda est ex sūma relicta, & ex persona, cui relictum fuit.*

35 *Fauendum ei potius est, qui de damno vitando agit, quàm ei, qui de lucro captando contendit.*

ARGVMENTVM.

Legatum Cappellæ relictum cum onere celebrandi Missas, an perpetuum intelligatur, vel verò, vt tot Missę tantùm celebrentur, ad rationem destinatæ pecuniæ? Et quid magis animæ testatoris expediat si vna vice successiuè pluries pro ea offeratur, vel si in singulos annos in perpetuum? non inutilis responsio.

RESPONSIO. XXIX.

Regius Consiliarius Ioannes Baptista Melior, in suo vltimo, quod condidit elogio, inter cętera reliquit, vt statim sequuta morte, bis centies sacra pro eius anima fierent, arbitrio, ac dispositione Reuerend. Patris Francisci eius filij Regularis in Religione RR. Patrum Clericorum Minorum. Ac vt quingenta impenderuntur in extructionem Cappellæ in Ecclesia Sāctæ Mariæ Gratiarum huius Ciuitatis. Ac deniq; quingenta alia eidem Cappellæ pro Missis, sequentibus verbis reliquit;
„ dicens: *Item lascia alla sua Cappella di S. Maria*
„ *della Gratia ducati 500. per tante Messe.*

Morte sequuta Testatoris legatis secere satis hæredes filij, atq; pro dictis quingētis cesserūt Patribus dictæ Ecclesiæ S. Mariæ annuū cēsuū ducat. triginta ex maiori sūma super domo, & bāco SS. Annūtiatæ huius Ciuitatis, onere adiecto, vt rer in singulas Hebdomadas sacris operari ꝓ anima testatoris in ꝑdicta Cappella Patres prædictos oporteat, rogato publico instrumēto sub die 11. Sept. ann. 1626. fol. 9.

S Verùm

Verùm in iudiciū appellātur heredes prædicti per Oeconomū Fabricæ Sancti Petri in Tribunali Fabricæ eiusdem: Quòd satisfactum per eos minimè fit voluntati Testatoris Patris per cessionem prædictam annuorum introituum, neque per Missas annuas per eos in singulas Hebdomadas destinatas; sed soluere eos oportuerit semel quingenta, pro quinq; mille Missis successiuo ordine celebrandis. Vnde Quæstioni fit locus, satisfecerint, nec ne Hæredes Testatoris patris menti, ac voluntati per assignationē prædictā, & Missas ter in Hebdomade faciendas, demandatas?

Et sanè satisfecisse testatoris voluntati, ex sequentibus asserendum, respondi.

Nimirùm, quòd legatū hoc quingentorum pro tot Missis, non planè hæredibus directum, neq; Patribus Ecclesiæ prædictæ, neq; simpliciter quingenta pro tot Missis relicta, sed quingenta Cappellæ ascripta pro tot Missis fuere. *Item lascia (inquiens) alla sua Cappella di S. Maria della Gratia ducati 500. per tante messe.*

1 Vt ex qualitate personæ, cui legatū rogatum est, discernere nos oporteat, an simplex, vel annuum legatū pro Sacris Deo Altissimo offerendis Testator sanxerit. *tex. expressus in l. cū quidam. 23. ff. de annuis legatis.* vbi docet optimè „ *Bar. nu. 3.* sequentibus loquens verbis: *Ad istam* „ *legem Respondeo, quòd iuris Consultus istam inter* „ *pretationē facit ex qualitate personæ relinquentis,* „ *& eius, cui relinquebatur. Insistit enim dari Decurio-* „ *nibus: Et sic ex qualitate personæ præsumitur, quòd* „ *non voluerit dari semel.* hæc Bar. ad amussim ad rem nostram aptata. *& est tex. in l. cùm erat. 24. sequenti. eod. tit. Decian. cons. 45. num. 61 vol. 1.* & meliùs in terminis ad rē nostrā de legato inde-
2 finitè relicto, quòd annuū interpretari debeat. *cons. 114. vol. 3. & sequitur hanc eandem sententiam, post eundem Decian. Illustrissimus Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 11. nu. 19. vers. item legatum. Rota apud Card. Canaler. decis. 27. num. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 115. num. 2. & est tex. optimus ad hanc rem*, de legato sacerdoti, vel templo relicto, quòd annuum æstimari debeat. *in l. annua. 20. §. Attitia ff. de ann. legat. sequitur Perez de Lara. de Cappellan. lib. 1. cap 3. num. 13. 14. & seq. Natta cons. 379. num. 5. vol. 2. & seq. quem sequitur. Ioseph. Ludouic. decis. Lucens. 23. num. 2. seq. Ioan. Baptista Thoro in sum priuileg. piar. caus. priuileg 30 in princip. Sanctarellus. variar. resolut. q. 68. sub num. 6. Card. Tusc. tom. 5. lit. L. concl. 129 n. 3. & seq. Cæsar Bartius. dec. Bonon. 73. nu. 15. & seq.*

4 Quemadmodum receptum est etiam, ambiguum legatum ex loco, & consuetudine legantis, & persona, cui legatur, interpretationem admittere. *ad tex. in l. Titia testamento 40. §. Seia* „ *testamento: ibi Quæsitum est: cùm in eo templo non* „ *nisi, aut arca, aut argentea sint dona &c. ff. de au-* „ *ro, & argento legatis. vbi glos. verbo. argentea.* Ex dignitate, & qualitate personæ interpretari legata (inquit) *& est tex. quem ipsamet glos. affert. in l. si seruus plurium. 53. §. final. ibi. Legatarij dignitas. vbi glos. verbo. consuetudo. ff. de legat. 1. tex. in l. penult. in princip. ff. de alimentis, & cibariis legatis. Alex. cons. 159. viso themate. & scripsit vrit. n. 6. vol. 5. sequitur Mant. d. tit. 11. n. 2. latè Menoch. de præsump. lib. 1 q. 28. n 50. & lib 4 præsumpt. 106. n. 6. & seq. Francisc. Stephanus Senatus Aquensf. dec. 63 nu 7. Rota apud Illustr. Card. Canaler. decis. 13. num. 2. Bonacin. tom. 2. oper. de contractib. dispnt. 3. q. 17. punct. 7. propos. 2 nu. 6. vers. tertio examinandam esse. Surd. cons. 34 num. 43. & cons. 131 num. 24. & 25. lib. 1. Gratian. forens. part. 5. cap. 834. num. 9. Rota Maceraten. apud Marc. Anton. Thomati. decis. 91. num.*

Est doctrina Innocent. *in c. pastoralis. 7 per illum tex. num. 5. de donationibus.* quatenus habet
5 donationem ex persona, quæ donat, & cui donatur, interpretationē recipere. *sequitur Abb. ibid. num. 9. in finalibus verbis. Simon de Pretis. cōs. 117. nu. 34 & 35. & lib 1. de interpretat. vltim. vol. interpret. 1. dub. 3 & seq. Petrus Pecchius de testamentis coniugum lib 5. cap. 26. num. 2. dicens:*
6 legatum habitationis ab viro vxori decretum, interpretationem accipere ex qualitate, & conditione vxoris, cui habitatio relicta est. *sequitur Menoch. lib 4 d præsumpt. 106. n. 7 & præsumpt. 120. num. 4 & pluribus Ioannes Lopez in rubrica. de donat. inter virum. & uxor. §. 11. num. 14.*

7 At qui verò legatum hoc quingentorum, relictū est Cappellæ, quæ sanè perpetua est. Erit vtiquè perpetuum legatum, sicut & Cappella ipsa peremnis, non temporalis est.

8 Nequè enim nouum est interpretari nos disponentis mentem, ac voluntatem, ex personis, ad quas Testatoris ipsius verba directa fuere *vt est tex in l. plenum. 12. §. equitio. ff. de vsu & habitatione. l. si vnt anno. 17. ff. locati. cap. requisisti. 15. vbi plenè Scribentes. de testamentis. glos. in cap solitæ. 6. §. verùm si personam. de maiorit. & obed. Nicolaus Euerard cons. 5. num. 11. Menoch. d præsumpt. 106 num. 8. & seq. & præsumpt. 78. num. 40. eod. libro Natta d. cons. 379. num. 6. Surd. de alimentis. tit. 2. quæst. 1. num. 38. plenè dictus Illustrissimus Mantica. d. lib. 6. tit. 11. num. 1. & seq. Rota in recentior. par. 2. tom. 1. decis. 62. num. 3. & apud Sanctissimum Ludouic. Gregor. XV. decis. 66. num 8 Pater Sanchez in opere morali. tom. 2. lib. 7. cap. 17. sub num 4. vers. secundo quia, & cap. 26. sub num 28. vers. tandem quia. Sanctarellus dict. quæst. 68. sub num. 6. in fin.*

9 Prætereà legatum hoc quingentorum Cappellæ relictum pro tot Missis, quatenus quidem Missas respicit; generis legatum est, vt tàm Missas currentes, quàm etiam annuas, & anniuersaria cōprehēdat. Genus nēpè
10 suas omnes sub se includit species, de quibus prædicatur Genus .n. de pluribus specie differentibus prædicatur. *secundum Arist. 1. Topicorum. c. 4. l. omnes 3. vbi Angel. C. de præscript. 30. vel 40. annor. l. si duo. 52. in fin. ff. de administrat. tutorum. Bald. in cap. 1. §. nunc verò. num. 2. versic. item nota in glos. per quos fiat inuestitura in vsibus*

*vsibus feudorum. Surd. consil.*358.*num.*79.*lib.*3.
*& decis.*255.*num.*20.*& decis.*276.*num.*9.*Ma ceraten. variar. lib.*2.*resolut.* 33.*num* 2. *Cardin. Tusc. tom.*4. *littera. G. conclus.*40.*num.*17. *Barbos.assiomat.*107.*num.*29. *Gratian.forens. par.* 5. *cap.*862.*num.*36.*Marta de succession.legali.tom.*2. *par.*4.*quaest.*18.*art.*3.*num.*55.*Camillus Borrell. in sum.omnium decis.tom.*2.*tit.*14.*num* 45.55. *& seq.*

11 Satisfactum est igitur menti, ac dispositioni Testatoris, per vnam speciem sub genere cõprehensam, hæredum electione executioni demandatam, per tres Missas in singulas Hebdomadas faciendas. *ad tex. apertum in hac re. vbi. Bar.num.*2.*& seq.in l.legato generaliter.* 37. *tex.in l. vnum ex familia.* 69.*§. itaquè, si cùm fortè. vbi gloss.in verbo.vni. ff. de legat.*2. *tex. in l.si quis à filio.*32. *§.primo.ff. de legat.* 1. quatenus

12 habent; quòd cùm incertum est, de qua magis senserit Testator per legatum generis. *Borrell.d.tit.*14. *num.* 56. hæredis tunc electio est.sequitur *Aluarus Valascus conclus.*110.*nu.*8. *Surd.cons.*247.*num.*1.*&* 2 *& n.*14. *&* 19. *vol.*2.

13 Nam species in suo genere saluatur, quod perire minimè potest. *ad tex. in l. in ratione legis falcidiæ.*30. *§.incertæ autem res. ff. ad legem falc. Surd. de alim.tit.*4.*q.*16.*n.*17. *Barb.d. assiom.* 107. *n.*30.*&* 33. *Borrellus d.tit.*14. *nu.*57. 58.*& seq.*

Cessare proinde debet Oeconomi obiectio, quòd contrà voluntatem Testatoris fecerint hæredes, Missas ter in Hebdomade faciendas destinando, pro quingentis Cappellæ relictis pro tot Missis.

14 Profectò, quòd expressũ dicitur id, quod sub genere comprehẽditur. *ad tex.in l.fin. vbi Glos. verb.specialiter. C.quod cũ eo. l.Lutius Titius.*45. *ff.de vulgar.Barbos.assiom.* 89.*n.*7. Cùm idẽ omninò generalis operetur dispositio, quod specierum peculiaris enumeratio. *ad tex.in l.si duo.*52 *ff.de administrat.Tutor. sequitur Ripa. in l.*1.*num.* 50.*in* 1.*conclus.ff.de vulgari.& pupillar. Caputaquen decis.*295.*num.*1.*par.*2.*Marta d.art.*3.*nu.*55.

16 *&* 56. Nam genus verè, & propriè repræsẽtatur in qualibet specie; cùm data specie, consequenter genus quoq; detur; quoniam in genere species comprehenditur, & continetur. *ex tex. cum gloss. ibidem. in l. si quid earum.* 45. *§. interemptum.ff.de legat.*3.*Decius.in l.* 1. *num.*6. *ff.de reg.iur. Surd. cons.*121. *num.* 3. *volum.* 1. *Mantica de tacit. & ambig. tom.*1. *libr.* 1. *titul.*4. *num.*5. *Tuscus tom.*4. *littera G. conclus.*29. *Barbosa d.assiom.*107.*n.*30.*Borrell.d.tit.*14.*n* 58. 59.

17 *&* 60. Et idẽ operetur generalis dispositio in suo genere, atquè specialis in sua specie. *l. si chorus.* 77. *ff.de legatis.* 3. *Aymon.cons.*162.*nu.*2.

Quarè idem est omninò; ac si testator ipse Missas ter in Hebdomade faciendas expressisset, cùm Missas in genere fieri mandauit pro quingentis Cappellæ relictis pro tot Missis. *ad tradita per Socin. sen.in l. Gallus. §.forsan. sub n.*6. *vers.habebat etiam. ff.deliber.& posth. quẽ sequitur Rota par.* 2.*No.*1. *in recent. decis.* 439.*sub. nu.* 2.

18 Quòd fanè generalis dispositio casus omnes includat in sua generis latitudine comprehensos, & si fortassis maior sit ratio in vno, atquè in alio. *vt plenè Tiraquell. de retract. lignagier.§.* 1. *Gloss.* 14. *num.* 101. *& seq. Barbos.d. assiomat.* 107. *num.*30. *Aymon.cons.*92.*num.*4. vbi quoq; amplìat, etiam si nulla subesset causa, restringendi dispositionis latitudinem, ad vnum magis, quàm ad alium casum.

19 Cæterùm hæredis est, ambiguam defuncti voluntatem interpretari, atquè declarare. *d. l. si quis à filio.*32.*§.si quis plures.de legat.* 1. *Dynus in reg.in obscuriris.*30.*n.*12. *de reg iur. Signorolus. cons.*175.*in quæstione præsentibus introducta.nu.*7.

20 Quòd potissimùm procedit, vbi de tertij præiudicio minimè agitur. *Gabriel. lib.*6. *tit.de reg. iur.conel.*3.*n.*75.*& seq* & sequitur plenè *Illust.*

21 *Card.Mant.de coniect.lib.*3.*tit.*1.*n.*24.*& seq.* Atq; etiam quando facultas exequẽdi, remissa est in voluntatẽ alterius; sicuti in facto hoc nostro, quo Missarũ executionẽ testator in voluntatẽ Patris Francisci eius filij reijecit. vt limitat optimè *Gabriel.d.conf.*3.*n.* 78. *ad regul. qui facit per alium.*72. *de regul.iur.in* 6.*Card. Tusc. tom.*3. *littera. E. concl.*537.*nu.*1. *& seq.sequitur Molfes. in sum.tom.*2.*tract.*13.*c.*11.*de offic. executor.n.*36.

Nõ igitur, citra iniuriã, in iudiciũ vocari potuere hæredes ꝑ legato quingẽtorũ; ꝗ obscurã testatoris mentẽ in genere ꝑpositã, pro tot Missis, illi magis ad annuas ꝑ sacerdotes ter in Hebdomadẽ faciẽdas, interpretati fuere, quàm

22 ꝑ quinq; mille successiuè offerẽdis. Cũ in arbitrarijs coarguẽdus nemo sit, cur nõ hoc magis, quã aliud secutus fuerit. Quoniã ꝓsumitur iusta ex causa ductus, fecisse. *ad tex.in l.*3.*§.*1.*vbi etiã Glos. verbo.bonũ.ff.de receptis arbitris.et glos. in c.Statuti.*21.*§.assessorẽ.in verbo. relinquatur. de rescriptis.in* 6.*et notata per Bar.in l.*1.*in fin. n.*18. *de leg.*2.*Castr.cõs.*299.*visa inquisitione.sub n.*4.*in fin.vol.*2.*Menoch.de arbit.lib.*1.*q.*7.*& seq. Farin. de delictis.q.*17.*n.*27.*ampliat.*11.*Frãc. Merlin.dec. Lucẽs.*9.*n.*5.*& dec.*13.*n.*7.*Aym.cõs.*78.*n.*8.*Couar. lib.*2.*variar.resol.c.*12.*n.*3.*Rota apud Caualer. dec.* 103 *n.*6.*apud S.memor.Gregor.XV.dec.*106. *nu.*2. *Triuisan.dec.*23.*nu.*16. *par.*2. *Rota Marchiæ apud Thomati dec.*14.*num.*25.26.*&* 27.

Nec refert, quòd obiicit Oecenomus; expediẽs magis fuisse pro anima defũcti testatoris, si tot Missæ, quinq; mille scilicet, ꝑ relictis qngẽtis, celebratæ fuissẽt, vt eò citiùs à pœnis Purgatorijs liberata ad cœlestẽ patriã euolasset, vi expiatorij Sacraficij; vt nõ sint proinde obaudiẽdi hæredes, quòd ter in Hebdomade offer-

23 ri, statuerint. Nàm, & si quidẽ proficiat magis animabus in Purgatorio degẽtibus, & ꝑ residuis peccatorũ suorũ purgãdis, quòad earũ accelerãdã libertatẽ à pœnis prædictis, ex opere operato; atquè ad citiùs Dei Benedicti, Sole splẽdidius vultum contemplandũ; si Missarum Suffragia simul multiplicata, offerantur; quàm si successiuo continuentur tempore per plures dies, menses, & annos. Quòd

24 profectò ex operato plus valeat Sacrificium, in opere, & exercitio, quàm in proposito, & destinatione, siue in actu signato, oblatum,

S 2 Cùm

25 Cùm interim donec actu, & in exercitio fiãt
sacrificia; animæ à pœnis prædictis. ex opera-
to minimè liberentur. *secundum S. Thom. quod.
libet. 6.q.8.art.13.& in 4. sent. dist. 45. q. 2. art. 2.
in 2. quæst ad 4. Sanctus Antonin. post Petr. à
Palude. in summ. par. 1. tit 10. cap. 2. in fin. ver-
sic. item cùm quæritur. & Cardinal. à Turrecre-
mata. in can. qui oblationes. 13. quæst 2. Nauar.
in man. cap. 17. num. 68. Syluester verbo. suffra-
gium quæst. 8. Armillu. eadem. §. 2. Tabien. eod.
num. 2. optimè Beatus Albertus Magnus in com
pendia Theologicæ veritatis. lib. 7. cap. 4. in fin. vbi
nota Perrettæ. Petrus Binsfeldius. in lib. receptar.
in Theologiu sententiarum. sect. 5. membro. 3. con-
clusione. 11. fol. mihi. 1082. Ioann. Baptista
Corrad. respons. casuum. conscient. par. 1. quæst.
189. littera D. versic quod ergo hanc. fol. 361.
Cenedus quæstionum Canonicarum quæst. 31. n. 15.
Thoro priuileg. 199. in fin. Gallett. in margarita
casuum. verbo legatum. §. legata piu non imple-
ta. sequitur Nald. verbo. legatum. numero. 18.
in summ. Pater Roas de statu animarum. purga-
tor. capit. 18. colum. 2. fol. mihi. 114. & capit.
23. fol. 174. Bonacin. tam 2. oper. de contract.
disputatione. 3. quæstione 17. punct. 8 §. 6. pro-
pos. prima. numero. 4 Luaor. de Iubil. part 2.
capit. 30. numero. 150. Anton Fernand. in exam.
Theologiæ moral. part. 3 capit. 5. §. 9. numero. 4.
Stephan. Fagundez. de quinquè præcept. Eccles.
præcept. 1. lib 3. cap. 10. num. 1.*

26 Quòad meritum tamen instituentis, &
propter maiorem Dei gloriam, quæ indè
insurgit; ac etiam meritum multitudinis, &
commodum eius, piùs valent successiuè con-
27 tinuata suffragia. Vt proinde, (nec ab rè)
anniuersaria instituerit Sancta Mater Ecclesia.
*vt post Paludan. in 4. distinct. 45. sequitur S. An-
tonin. In summ. dict. part. 1. titul. 10. cap. 2. §. 5.
in fin. versic. item cùm quæritur. Cardin. à Turre-
cremata. e.m. quiu ulij, 24. 13. quæst. 2. Syluester.
dict. quæst. 8. Gabriel. Biel. in can. Missæ. lect.
38. versic. sed hic incidit. fol. 116. Frater Paulus
Fraxinella. de Sacerdotum obligationibus ad Mis-
sas Celebrandas sect. 4. concl. 4. §. 6 n. 1. & 2. Bin-
sfeld. conclus. 11.* sequitur optimè *Cenedus d.
q. 31. num. 16. Anton. Fernand. d. cap. 5. §. 2. n. 6.*

28 Neuter tamen horum modorum condem-
nandus erit. *Quia* (vt idem S. Antonin. loqui-
,, tur vbi supra) *fieri potest bonu intentione; &
,, anniuersariorum; vt Deus eluriùs videatur per
,, opus magis sibi honorificum: Et multitudo Missa-
,, rum simul dicendarum, vt Deus citiùs miseriatur,
,, nè diutius torqueatur.* hęc S. Antonin. *ex Palu-
dan.* & sequitur *Turrecremat. ibid. & Pater Fra-
xinella vbi supra d. conclus. 4. §. 6. num. 2. in fin.*

Non itaquè reprehendendi hæredes, quòd
suum eorum arbitrium pro Testatoris mente
ad maiorem Dei gloriam, & honorem, & cla-
riorem Dei ipsius Summi, Optimiq; Maximi
visionem, respectu Animæ Testatoris incli-
nauere, cùm legatum pro tot Missis quingen-
torum Cappellæ relictum, pro tribus Missis
in singulas Hebdomadas in perpetuum fa-
ciendis, interpretati fuere. Cùm præsertim
quo ad continuata, & multiplicata suffragia
ad liberationem accelerandam è pœnis (&
si planè acerbissimis) Purgatorij, iam sibi con-
suluisset testator, bis centies offerri statim
morte secuta, iubendo. Vt non iniuriâ arbi-
29 trati fuerint hæredes per distinctionem lega-
torum, distinctam quoquè in his mentem
habuisse; & quòad Missas semel Multiplica-
tas; & quòad continuatas in singulas Heb-
domadas in perpetuum. *ad text. in l. in testamen-
to. 27. ff. de conditionibus. & demonstrat. & text.
in l. cùm testamento 25. ff. de rebus dub. Mantic.
de coniectur. lib. 3. tit. 2. sequitur Genuens. in pra-
xi. cap. 72. de oblationib. num. 17. in addition. im-
30 pressione Romana. anni 1609.* Quẽadmodũ scri-
pturarũ diuersitas, & summarũ; obligationum
quoq; diuersitatem ostendit. *ad tex. in l. si is, qui
ducenta. 14. in princ. vbi gloss. ff. de rebus dub. Ias.
cons. 87. num. 2 & 3. lib. 3. Aymon. cons. 282. nu. 10.
Menoch. de Arbitrar. casu. 213 num. 11. Mascard.
31 de probat. tom. 1. conclus. 394. num. 27.* Et discreti-
ua loquutio, rerum quoq; diuersitatem indi-
cat. *secundũ Rotam apud Ludouis. decis. 434. n. 6.*

32 Alioquin frustrà distinxisse Testatorem vnum
ab altero legatum, nec immeritò asseuerauе-
rimus contrà regulam *Bald. in rubr. C. de contra.
hẽda. empt. n. 9.* quam sequitur *Rota apud Ludou.
d. decis. 434 num. 6.*

Neq; potest iurè inferre Fabricæ Oecono-
mus quingentorum summam pro tot Missis
Cappellę per Testatorem relictam, pro quin-
quemille Missis reliquisse. & non magis pro
tot Missis in singulas Hebdomadas in perpe-
tuum faciendis, sicuti per Hæredes exequutũ
fuit; Cùm hoc eius assumptum ex verbis lega-
ti deduci haud minimè posit, vt putà cùm sit
legatum Generis pro tot Missis, comprehen-
dens omnes Missarum species, siuè currentes,
33 siuè etiã annuas, & Anniuersaria. *Vt* ipsi pro-
inde Oeconomo asserenti, hoc ipsum eius as-
sumptum, probandi onus maneat, non verò
excipientibus hæredibus; quòd asserentis sit
probandi necessitas, non excipientis. *text. in l.
2. & l. quoties. 18. in fin et l. verius. 20. ff. de prob.
tex. in l. 1. C. ead. et tex. in l. qui accusare. 4. C. de edẽd.
l. Lutius Titius. 22 in fi. ff. de legat. 2. c. vlt. §. sanè.
de inveiur. Thomas de Thomasettis in floribus legũ.
reg. 10. & facit notata per Alciat. reg. 1 præsump.
28 n. 7 8. & 9. val 5. tract. f. mihi. 121. Illust Tusc.
lib. 1. litt. A. concl. 117. n. 2. et seq. et to. 6. litt. P.
concl. 768. n. 1. et seq. Rota, apud* Canuler. *dec. 130.
n. 5. et dec. 94. n. 4. Cened. q. 14. n. 5. Rota Maceraten.
apud Thomati dec. 53. n. 12. Rota in Melphitten. iu-
ris patronat. 27. May. 1619. corã Vbald. circa. fin. in
manuscript.* In dubio ergò res cùm sit; & hęredũ
sententia, qui ꝓmissis in singulas Hebdoma-
das in ꝑpetuũ faciẽdis, ambiguã fortasse testa-
34 toris mentem interpretati fuere; potissimùm,
quòd pro summa relicta, & qualitate perso-
næ, siue magis loci, cui relictum fuerat, inter-
pretatio assumenda erat. *vt per Genuens. in
pract. cabilib. Ecclesiasticis, q. 400. n. 3. Sãctarell. d.
quæst. 68.*

quæst.68. subnum.6. in fin. haud erronea per Doctores Theologos æstimatur (vt ostendimus): atquè hæredes ipsi de damno effugiendo agant. Oeconomus autem de lucrum captando; hæredibus vtiquè ipsis fauendum erit potiùs, quàm Oeconomo; *vt est tex. in l. & si quis. 13. §. sed si adbita. in fin. ibi: Melius est legatarium non lucrari, quàm emptorem damno affici. ff. de Religios. & sumpt. funer. Aymon. cons. 33. nu. 24. in fin. Rota apud* Ludouis. *decis. 439. num. 9. & decis. 492. num. 11. & 12. & in Romana Societatis.* 1612. *coram Caualerio decis. 365. num. 6 in fin. post 2. vol. cons. Farinae. quæ est 220. in impressis per eum num. 6. in fin.* Gratian. *forens. par. 4. cap. 786. num. 18. & regula. 11. eum sint partium iura obscura Reo fauendum est potiùs, quàm actori. de regulis iuris in 6. Tuscus d. littera A. conclus. 117. nu. 40. & seq. & nu. 53. cum seq.* Atquè, quod ipsi gessere, ratum omninò, ac firmum habendum. Quod sequitur etiam *Bonacina d. q. 17. punct. 7. proposit. 2. sub num. 6. vers. ex quo sequitur.* vbi in terminis hanc nostram sequitur sententiam, nec minimi lætatus sum, cùm multò post hæc scripta, eam perpendi à tantò viro probari.

Et ita ex his subcensura dictis respondendum censui.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

Res deniq; (quòd dubia Oeconomo visa fuerit, nequè aduersum se sententiam referre aueret; hæredesq; cum illo litigium exercere, nec amarent, transactione, centum quinquaginta spontè solutis) composita fuit; cùm, qui transactionem egit, satis ætate iuuenis esset, timeretq; sibi. Verùm, non multò post, completis annis, naturę debitum soluit. Annotata proinde dilabi minimè sũ passus, erũt enim ea quandoq; legentibus proficua. Et talentum, quod sudario non obuoluimus, terræq; nec suffodimus lucrum quandoq; multiplicatum nobis allaturum, supremi donatoris benignitate speramus. Tu interim, qui hæc lectitas ab Pietissimo Seruatore Christo peccatorum mihi veniam concedi tuis, ex Charitate, pro fusis precibus, exora.

SVMMARIVM.

1 *Legitima veluti alienum æs in bonis præmortui filij habetur, & legatis etiam pijs præfertur.*

2 *Legata ad pias causas legitimam iure naturæ debitam non minuunt.*

3 *Legitima est causa pia, quinimò omni pia causa, & Ecclesia fauorabilior.*

4 *Pater in bonis filij Clerici, siuè Patrimonialibus quomodocunq; quæsitis post Clericatũ, siuè beneficialibus ius nullum obtinet, nequè etiam vsumfructum.*

5 *Legitima in bonis filij debetur patri, & siquidem non iure naturæ, at tamen iure Ciuili commiserationis ratione, quòd filio pater orbetur, & nu. 10. vbi pluribus probatur.*

6 *Legitimam parentibus non deberi in bonis præmortui filij nulla est ratio, quæ suadeat, nullũ ius, quod disponat.*

7 *Lex quod non dicit, nequè nos asserere oportet.*

8 *Argumentum à non disponente lege tractum, validum æstimatur.*

9 *Erubescimus cum sine lege loquimur.*

11 *Hic, dictio declaratiua dicitur.*

12 *Tamen, dictio est restrictiua.*

13 *Parentes in bonis filiorum, etiam Clericorum si prætereantur, agere poterunt querela pro legitima portione, vel eius supplemento.*

14 *Clericis prohibitum est testari de bonis ab Ecclesia acquisitis, multòq; magis Episcopis.*

15 *Testandi facultatem obtinens à Papa, Episcopus, vel Clericus, intelligitur secundum Iuris formam, & seruato debito bonorum subsidio, quibus competit.*

16 *Testari si per statutum permittatur filiofamilias, intelligitur sine præiudicio vsusfructus, què in bonis pater habet.*

17 *Pater filijs turbato naturæ ordine succedit, debetur tamen ei legitima per filium præmortuum & num. 18.*

18 *Regulam qui pro se habet, fundatam intentionẽ habere dicitur, vt in aduersarium excipientem onus transfundat probandi.*

19 *Regulæ standum erit, donec per legẽ, vel authoritatem probetur exceptio.*

20 *Legitima sicuti debetur filio Clerico in bonis patris, ita & patri in bonis filij Clerici. æquipollentium eadem est virtus, & efficacia, ibid.*

21 *Pater & filius sunt correlatiui, & mutuò se respiciunt, vnde ad imparia iudicari non debebunt.*

22 *Aequalitas in successionibus seruanda est.*

23 *Pater cæteris paribus maiori est afficiendus honore, quàm filius, etiam iure diuino, honora patrem tuum.*

24 *Liberto, & filio semper honesta persona Patris & patroni videri debet.*

25 *Honor parẽtibus debitus non in externa tantùm reuerentia consistit, verùm, & in subuentione in eorum necessitatibus.*

26 *Locus Matthæi 15. honora Patrem, & Matrem expenditur per Diuum Hieronymum.*

27 *Ecclesiasticos multò magis decet pietatis officijs insistere.*

28 *Virtutem posuere dij sudore parandam.*

ARGVMENTVM.

Debeatur ne legitima Patri in bonis filij Episcopi prędecedentis, si ille testandi facultatem à Summo Pontifice obtineat,

RESPONSIO XXX.

Euerendissimus Frater Ioannes
Antonius Bouius, meritissimus
Melphitens. Ecclesiæ Episcopus, facultatem obtinuit à Sanctissimo D. N. Paulo Papa V.
ad certam vsquè summam disponendi. Vnde in extremis
agens, Patre hærede dicto, non nulla piè legauit. Egit dein suo tempore Reuerendæ Fabricæ Oeconomus ad piorum Legatorum satisfactionem. Pater, quòd hæreditas non omnibus sufficiat, legitimam in bonis filij Episcopi
1 præmortui; quòd illa, veluti alienum æs in hæreditate filij, primitùs extrahenda sit, quàm pijs legatis satisfieri valeat *Gloß. in auth. similiter. vbi etiam doct. C. ad leg. falcid. Maranta de multiplic alienatione. num. 231. & cons. 140. nu. 5. Osascus. cons. 56. num. 17. & num. 9. & 10. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 10. num. 1. & seq.*
2 Legata enim ad pias causas, legitimam parentibus debitam tollere nusquam possunt, vel minuere *auth. si qua mulier. vbi gloß. verbo. liberos, & Doctor. C. de Sacro Sanct. Eccles. decisum in Senatu Aurelianens. Arresto. 12. Februarij. 1583. refert Annæus Robertus rerum iudicatarum cap. 1. Tuscus. tom. 5. littera L. conclus. 182. num. 14 et conclusione. 185. numero. 2. Pascalis. de virib. patriæ potest. par. 2. cap. 4. num. 2. Viscontus in suis conclus. iuris verbo legitima. col. 3. circa fin. vers. quæ filij legitima. fol. 162. Merlin. d. q. 10. nu. 2. & 3. idem Tuscus. tom. 6. littera P. conclus. 335. num. 2. 3. & 4. & num. 14. Didacus Spino in Speculo testam. Gloß. 28. nu. 50. & 51. & seq.* in quibus optimè, & eruditè, doctèq; vt assolet.
3 Quia legitima, ne dum causam piam in se continet; verùm, quacunquè pia causa; & quacunquè Ecclesia fauorabilior est. vt ex Augustino. *de vita clericor. serm. 52. ad Fratres in heremo. relato. can. fin. 17. q. 4.* sequitur etiam Rota apud SS. D. N. Ludouis. Gregor. XV. *decis. 539. num. 6. & 7. & ante eum Tiraq. de pia causa priuileg. 84. in fin. Merlin. d. q. 10 num. 2. iu fin. Sanchez. de matrim. tom. 1. lib. 6. disput. 36. nu. 6. Spino d. Gloß. 28 num. 60. & seq.*
4 Ast in dubium res reuocatur. Quòd pater in bonis filij Clerici, siuè patrimonialibus, quomodocunq; quæsitis, post tamen clericatũ, siuè etiã (idq; multó magis) in beneficialibus; ius nullũ obtineat; vt in illis ab vsufructu quoq; excludatur, vt est Doctorum communis sententia. *per tex. in cap. quia nos. 9. vbi scribentes. & latè Couar. de testam. Auth. præsbiteros. post l. 33. C. de Episcopis, & Cleric. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 19. num. 25. & 26. Pater Molin. è Societate Iesù. de iustitia. & iure. tom. 1. tract. 2. disp. 138. col. 2. vers. licet clericatus. Afflictus. decis. 241. num. 1. & 2. Gratian forens. p. 2. c. 365. n. 6. & seq. Melchior Phœbus. decis. Lusit. 88. num. 2. Rota apud Caualer. decis. 442. num. 8. Paschal. de virib. patr. potest. par. 1. cap. 3. numero. 104.*
5 Deberi tamen, his non obstantibus, legitimam Patri, Respondi. Et si quidem non iure naturæ, vt quibusdam visum est. *ex tex. in l. cùm ratio. 7. ff. de bonis damnator.* At veró iure positiuo, ratione miserationis, & pietatis; quòd profectò Pater filio orbetur. *secundum Papinianum in l. scripto hærede. 6. in fin. ff. vnde liberi. l. nam etsi parentibus. 15 ff. de inofficios. testam. l. iurè succursum. 7 ff. de iure dot. gloß. in can. prædicator 66. verbo. parentibus. 16. q. 1. Abb cons. 59. in 1. dubio. par. 1. Michael Crassus. in verbo. legitima. q. 2. In Thesauro. commun. conclus. tom. 1 fol. 433. à terg. Peregrin. de fideicommiß. art. 49. num 44. Annæus Rober. d. cap. 1. col. penult. & vlt. Tuscus. d. conclus. 185. num. 7 Merlin. lib. 1 tit. 2. q. 12. nu. 13. Anton. Gomet variar. resolut. lib. 1. cap. 4. nu. 7 in respons. ad argumenta. Peregrinus post hæc scripta visus decis. Patauin. 84. nu. 1. & 2. Molfes. in sum. tom. 2. tract. 13. cap. 4. num. 75. sequitur Bonacin. tom. 2. de contract. disput. 3. quæst. 17. punct. 8. 9. 7. num 2.*
6 Cùm, quòd nulla est ratio, quæ id non suadeat, nullumq; ius est, quod legitimam Parentibus in bonis filij Clerici præmortui non deberi disponat. Vt si lex non dicit, neq; nos asserere deceat: *ad tex. in can. consoluisti. 18. §. & quod Sanctorum Patrum. 2. q. 5. tex. in cap. 2. ibi:*
,, *(cùm nusquam reperiatur cautum in iurè) ne Sede vacante. l. dissidentis. 5. C. de repud. Nauar. de orat. & horis canon. cap. 5. num. 8. & tract. de vsuris. q. 23. num 117. l. item apud Labeonem. 15. §. ait prætor. vers. hoc edictum. ff. de iniur. Sanchez de ma-*
8 *trim. tom. 1 lib. 6. d. disput. 36. num. 2.* Quod planè argumentum satis validum æstimatur; Quia erubescimus, cũ sine lege loquimur. *ad tex. in*
,, *l. illam. 19. circa med. ibi: (Quòd nulla constitutio*
,, *super huiusmodi collatione posita eßet) C. de collation. apertè caßator decis. 7. nu. 17. de causa poßes. & propriet. Peguera decis. 1. num. 1. in fin. Cardin. Tuscus. tom. 3. littera. E. conclus. 331. Barbosa. assignat. 83. num. 1. Surd decis. 224 num. 4.*
10 Tùm quòd apertè id disponit *tex. in d. Auth. presbyteros. C. de Episcopis. & Cleric. & in corpore vnde sumitur. in auth. de Sanctißimis Episcopis. collat. 9. cap. 19. §. presbiteros.* Ita enim loquitur
,, textus: *Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos,*
,, *Cantores, & Lectores (quos omnes clericos appella-*
,, *mus) res quolibet modo ad Dominium eorum ve-*
,, *nientes, habere in sua potestate præcipimus, ad si-*
,, *militudinem Castrensium peculiorum, & donare,*
,, *cui volunt secundum leges, & in his testari, licèt*

sub

sub parentum potestate fiat; sic tamen, vt horum filij, aut his non extantibus, parentes eorum, legitimam ferant partem. hæc text. facit optimè tex. in cap 1. §. fin de testament. in 6. vbi Bonifacius Octauus: filium non posse Matrem portionē legitimā in testamento defraudare, respondet est etiam tex. in d. cap quia nos. 9. vbi Scribent. & ibi etiam latè Couar. num. 7. de testament. Bald. in d. auth. presbyteros. in 1. notab. C. de Episcop. & Cleric. qui sic loquitur: Nota quòd licet sit permissum Clericis facere testamentum. nō tamen possunt auferre legitimam parenti. vel filio. Ita etiam Salicet. in auth. ex causa. C. de liberis præteritis. num. 18. vers. dicebat autem Iacob. Butricat. vbi in terminis nostræ quæstionis, ad intellectum dictæ auth. presbyteros, sequentibus loquitur verbis: Et tex. illum intelligo, vt legum correctio euitetur. &c. Nam primo vult, quòd (text. scilicet in d. auth. presbyteros) secundum leges testemur. secundo limitando, & declarando, quod dixerat subiungit, sic tamen vt parentes, vel filij le-
11 gitimam ferant. Vnde pondera verbum (sic) quod est declaratiuum: Et illud (tamen) quod est
12 ei adiunctum est restrictiuum: Et illud (quod) est modulatiuum; seù modi adiectiuum: Et illud verbum (ferant) quod sequitur; Non enim dicit petant, vel aduocent, sed ferant, quod intelligitur in illo testamento, vt omnia simul iuncta probant Quasi dicat: quòd sic testentur secundum leges, quòd parentes in eo, vel ex eo testamento legitimam ferant: quasi dicat, quòd si non fecerint; Quia eos non instituerint in legitima; iuris remedia locum habebūt. Hæc autem remedia sunt, quia vel testamentum nullum dicent, vel querelam intentabunt; vel si quid iure institutionis relinquent, ad supplementum agent. Et iste, vt puto, est verè intellectus in illo tex. cum de nullo remedio nouo disponat, & remanent antiqua remedia. hæc Salic.

13 Aget itaquè Pater aduersus filij, quamuis Clerici, testamentum, vel querela, vel conditione saltem ex d. lege in auth. Presbyteros. (vt gloss. inquit ibid. in verbo. ferant.) ad legitimam portionem sibi in eius bonis debitam, vel saltem ad supplementum. tex. vbi etiam Gloss. in verbo. alijs personis. in l. omnimodò. 3. C. de inofficios. testament. Michael. Grassus. d. verbo legitima q 34. fol. 441. in Thesauro. tom. 1. Facchineus Illustrium controuers. iur. lib. 75. præsertim. in fin. in terminis Melchior Phœbus. d decis. 88. num. 6. & 7. Viscont. d. verbo. legitima.

14 Nam et si quidem Clericis (multòq; magis Episcopis) sit iure prohibitum de bonis testari ab Ecclesia acquisitis. tex. in d. c. quia nos. in fi. vbi omnes. de testam. Quia tamen licuit Reuerēdissimo huic Episcopo per facultatē à Sāctissi-
15 mo D.N. Papa sibi factā, testari; facultas vtiq; ipsa exaudietur, secundum formam iuris, ac citrà præiudicium legitimæ portionis parentibus debitæ. est tex. apertus. in l. si quando. 35. C. de inofficios. testament. Facultas enim ibi facta per Principem, quòd testari quis possit, exauditur, vt habeat legitimam, & consuetam testandi factionem. Bart. in l. 1. C. de Sacr. Sanct. Ecclesf. num. 53. & seq. Rota par. 1. diuersor. dec. 47. num. 4. 5. & 6. Cardinal. Tuscus. tom. 8. litt. T. conclus. 145. n. 7. & seq. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 7. num. 39. quod sequitur Arias Pinellus. de bonis maternis. C. in l. 1. par. 1. num. 44. dicens:
16 Quod si per statutum permittatur filiofamilias testari, intelligitur sine præiudicio vsusfructus, quem Pater habet in aduentitijs.

Exaudietur itaq; facultas ipsa à Sanctissimo Domino N. concessa Reuerendissimo Episcopo, secundum formam iuris, reseruata legitima portione parenti debita. Nām, & si ordi-
17 ne turbato mortalitatis pater filijs succedat; non minùs tamen parentibus, quàm liberis piè relinqui debet, vt Papinian. loquitur. in d. l. nā etsi parentibus. 15. in principio. ff. de inoffic. testam. sequitur idem Annæus Robert. rerum. iudicatarum. d. cap. 1. col. 2. in fin. in terminis. & de facultate testandi concessa per Principem ei, qui aliàs testari non poterat; quòd intelligatur seruatis sollemnitatibus testamentorum. Anastasius Germonius Tarantasiæ Archiepiscopus meritissimus tract. de indultis. §. quod tu Romanam. num. 21. cum seq. tom. 1. fol. mihi. 402. & sequuta plenè fuit Rota. in Romana. legitimæ coram Illustrissimo Sacrato. 10. Martij 1617. decis. 57. num. 1. & seq. in impressis per Merlinum. tract. de legitima.

18 Qui enim pro se regulam habet, fundatum ius, atq; fundatam intentionem suam habere dicitur, adeò quidem, vt in Aduersarium onus transferat regulæ exceptionem probandi. Rota apud Sanctissimum Gregor. XV. decis. 182. nu. 1. & in vna Romana Vineæ coram Sacrato. 17. Februarij 1611 decis. 3. num. 8. in impressis Per Zacchiam post Gallesium. de obligat. Camer. ead. Rota apud Verall. decis. 367. num. 2. & 3. par. 2. & apud Coccinum. decis. 361. num. 2. Nauar. cons. 12. Cum mortuus. num. 4. in fin. lib. 1. de elect. Barbos. assiomat 198. num. 2. Cœned. quæstion. canoniear. q. 14. sub num. 1.

Ast pater hic pro se regulam habet, quòd parentibus in bonis filij prædecedentis legitima portio debeatur. vt communis est Doctor. sententia. per Grassum verbo. legitima. q. 5. in Thesauro. fol. 434. Peregrin de fideicommiss art. 49. nu. 43. & 44. Gaspar. Anton. Thesaur. forens. quæstion. lib 4. q. 58 n. 5. Bertrand. cons 20. n. 1. & seq. vol. 2.

19 Regulæ ergò standum erit. l. ab ea parte. 5. ff. probation. gloss. in l. omnis definitio. 203. ff. de reg. iur. Tantisper nempè regulæ insistendum erit, donec per legem, vel authoritatem, exceptio expresse probetur. vt ex Beccio. cons. 73. nu. 12. inquit Surd. decis. 322. num. 40. & 41 ad tex. in cap. 2. in fin. de testium spoliat. in 6. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 28. num. 6. vbi addentes. Viuius decis. 135. Nauar. cons. 3, num. 1. lib. 3. de sepultur. plenè Francisc. Ripa in l. generaliter num. 170. C. de reuocandis donat. Hieronym. de Federicis. resolut. crimin. 2, num. 5. post 2. volum. consil. Farinac. Barbos. d. assiomat. 198. num. 1. & num. 3. & in terminis nostris de legitima, eodem modo argumentata fuit Rota in d. Romana legitimæ coram Sacrato. decis. 57. num. 23.

20 Sicuti

20 Sicuti verò exceptum minimè in filio Cle-
rico est, ne legitimam in bonis parentis, etiam
Clerici sortiatur; quia nimirum nullibi hoc ex-
pressum reperitur; ita æquè nec exceptum erit
ne patri debeatur legitima in bonis filij, quã-
uis Clerici, vel Episcopi. *argumento tex. in l. fin.
§. fin. in fin. vbi Gloß. etiam fin ff. mandati.* Quòd
æquipollentium eadem sit virtus, & efficacia,
idemq; iudicium. *Barbos. axiom. 14. num. 1.* Qui-
nimò filiorum, atq; parentum legitima pari
penduntur trutina per Imperatorem *in auth.
de hæredib. & falcid. §. primum itaquè, in proœm.
collat. 1. facit tex. in auth. nouissima. C. de inoffic. te-
stament. Ioan. de Imol. cons. 114. in causa, quæ ver-
titur. num. 11. sequitur Card. Tuscus. d. conclus.
185. num. 5. Rota par. 1. diuers. decis. 668. num. 2.
& 3. & apud Card. Seraphin. decis. 1331. num. 15.
Capye. decis. 211. num. 5. Peregrin. d. decis. 84. nu. 1.
& 2.*

21 Pater autẽ, & filius correlatiui termini sunt,
& inuicem, ac mutuò se respiciunt. Ad impa-
ria itaq; iudicari haud debebunt, in his potissi-
mùm, in quibus eadem omninò ratio viget.
*Surd, optimè decis. 51. num. 5. Gratian. decis. 6. nu. 1.
in addition. ad num. 9. Merlin. d. q. 12. lib. 1. tit. 2.*
22 *num. 14.* Quòd sit in successionibus æqualitas
seruanda. *l. si ab eo. 11. C. de legitim. hæredib.* Cæ-
23 terisq; paribus, sit pater maiori afficiendus
honore, quàm filius, etiã iure diuino, quo præ-
ceptum est; honorem parentibus deberi. *Ho-
nora* (inquit Deus. 4. *Decalogi* præcepto; quod
est primum secundæ tabulæ. *Exod. 20.) Patrem
tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terrã.*
24 Atq; ex Vlpiani responso *in l. liberto. 9. ff. de
obseq. à libert. & liberis parentib. præstand.* liber-
to, & filio semper honesta, & sancta persona
Patris, & patroni videri debebit. sequitur *Gra-
tian forens. par. 4. cap. 702. nu. 7.*

25 Honor verò hic parentibus debitus, nè dùm
sanè in externa reuerentia consistit, verùm, &
in subuentione in eorum necessitatibus, vt cõ-
munis est omnium expositio, atq; doctrina in
26 4. *Decalogi* præceptum. Et explicat Diuus
Hieronym. in illud *Matthæi. 15.* Honora patrẽ
& matrem. &c. Vos autem dicitis quicunquè
dixerit patri, vel matri, munus quodcunquè est
ex me tibi proderit, & non honorificabit patrẽ
,, suum, & matrem suam. *Honor* (inquiens) *in scri-
,, pturis, non tantùm in salutationibus, & officijs de-
,, ferendis, quantùm in eleemosynis, ac munerum obla-
,, tione sentitur. Honora (inquit Apostolus) viduas,
quæ verè viduæ sunt. Hic honor, donum intelligi-
tur.* hæc Hieronym.

Non itaq; poterunt filij, Parentes eis super-
stites, portione legitima defraudare, eò dum
27 taxat, quòd Ecclesiastici sint. Quinimò mul-
tò magis pietatis opera, actusquè exercere eos
decet; (quod religiosi sint) erga parentes præ-
sertim, à quibus tanta in eos collata fuere be-
neficia. *ad tex. in cap. cùm in officijs. 7. de testa-
ment.*

Et ita ex his, censoris haud repulsa virga, re-
spondendum censui.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reueren-
dæ Fabricæ Aduocatus.

Deberi legitimam Parenti superstiti in bo-
nis Episcopi filij prædefuncti decisum fuit.
Erunt itaq; proficua legentibus, quæ parauimus, si mouri oculis non aspiciantur. Quisquis verò cauillari ea in animo habuerit, quòd ei hæc minùs arrideant, meliora experiatur; sic fiet, vt proprio sudore edisçat, aliena non carpere, dùm fortassè putat, posse quem absq; labore improbo, summisq; vigilijs in aliorum peruoluendis scriptis, ad destinatam sciendi arcem pertingere.
28 *Virtutem* (nempe) *posuere dij sudore parandam.*
vt Hesiodus inquit.

SVMMARIVM.

1 *ONus qui sentit; sentire quoq; debet oneri adiunctum emolumentum.*

2 *Altari qui seruit, de altari viuere debet. & num. 11.*

3 *Ditari nemo debet cum alterius iactura.*

4 *Ecclesia cultrix est iustitiæ.*

5 *Sacerdos non potest aliquod accipere, vt pretium Sacrificij.*

neq; etiam pacisci, vt accipiat, alioquin simonia est. num. 7.

6 *Donum Dei pretio æstimari non potest.*

8 *Simonia est spiritualia pro temporalibus vendere.*

9 *Sacerdos potest non in pretium Sacrificij, sed pro eleemosyna in congruam substentationem aliquid accipere, tanquam stipendum necessitatis pro labore.*

Stante potissimùm obligatione pro certo loco, vel pro certo, & definito tempore. n. 10.

11 *Sacerdoti sacris operanti ex iustitia debetur substentatio.*

12 *Merces operario ex iustitia debetur.*

13 *Sacerdos quasi locare operas suas videtur ad Sacrificandum non sanè prò Sacrificio, sed locat suam libertatem pro substẽtatione secundariò, non primariò*

14 *Sacrificia, vt offerantur prodest testatori, vt à pœnis purgatorij liberetur; vnde prodest ei, quòd Sacerdoti per eleemosynam satisfiat.*

Quia labor sine mercede, & fructu esse non debet.

15 *Interpretationem proficuam Animæ testatoris, & piæ causæ sequi magis tenemur, quàm aduersam ei.*

16 *Interpretatio Testatoris menti conformior sequenda.*

17 *Verba mentem, & animum indicant loquentis.*

18 *Legata à testatore inde rogantur, vt legatario acquirantur.*

19 Con-

19 *Consequens qui vult, antecedens etiam voluisse videtur, & contrà.*

20 *Consequens succedit ad necessarium antecedens.*

21 *Eleemosyna videtur correspectiuus actus legati pro sacris faciendis.*

22 *Actus correspectiui sunt, quorum vnus alterius gratia fit.*

23 *Nemo suis stipendijs militare cogi potest.*

24 *Diuersitas rerum diuersitatem arguit legatorũ, & dispositionum.*

25 *Hæres in tota hereditate potest esse legatarius in re particulari, illamq; consequi debet sine onere, si nullum in illa sit onus iniunctũ, quãuis in hereditate, sit onus datum.*

Neque tenetur rem legatam compensare cum onere num. 26.

27 *Legatarius in legato causam habet lucratiuam, non onerosam.*

28 *Legatum ita interpretari debet, vt vtilitatem afferat legatario, non verò damnũ, alioquin nullum æstimabitur.*

29 *Legatario magis fauendum in legato est, quàm hæredi.*

30 *Legatarius in legato magis dilectus à testatore videtur, quàm hæres.*

31 *Legatum est donatio maiorem afferrens vtilitatem, quàm institutio: & distinctus est legati titulus ab hæredis institutione. ibid.*

32 *Legatum quod est lucrum, mercedis loco constitui non potest.*

33 *Merces non venit appellatione emolumenti, vel lucri.*

Quia merces vti æs alienũ in bonis habetur testatoris n. 34.

35 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*

36 *Pietas est, voluntati parere testatoris.*

ARGVMENTVM.

Si idem Monasterium hæres reliquatur, & legatarius, cum onere tamen Missarum, an ex hereditate extrahenda sit cõsueta eleemosyna pro sacris faciendis, vel imputandum legatum pro eleemosyna? nõ inutilis discussio, ac responsio.

RESPONSIO. XXXI.

ADmodum Reuerendus Rutilius Gallacinus Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Neapolitanæ, in supremis suis tabulis hæredem nuncupat Monasterium Matris Dei Patrum Carmelitarum Discalciatorum; ac non nulla alia piè legat, præsertim verò, quòd ædificetur domus nouitiatus. Iure legati Monasterio prædicto omnes suos libros relinquit, inhibetq; eorum alienationem, sed vt perpetuò pro Patrum studio persistant. Relinquit item, vt Monasterium ipsum singulis diebus pro eius Anima semel incruentum offerat Sacrificium. Quia totũ legata patrimoniũ absumunt, præsertim vero ędificium pro domo nouitiatus construendum. In dubium reuocari contingit nunc per Patres, nùm ne Monasterium pro onere Sacrificij in singulos dies faciendi, extrahere ex tota hereditate consuetam eleemosinam offerenti debitam; vel verò legatum librorum in onus Sacrificij computare debeat.

Mihi verò extrahendam esse consuetã hanc Eleemosinam pro sacris faciẽdis, ex tota hæreditate, rationi satis consonum visum est respondere.

1 Cùm, quòd absolutum est, vt qui sentit onus ferat quoq; oneri adiunctum emolumentum. *ad regul. qui sentit. 55. de regul. iur. in 6. can. Ecclesiasticis. 64. 12. q. 2. Glos. in cap. 1. verbo. consolationum. de sepultur. extrà. l. secundũ naturam. 10. ff. de regul. iuris; quam regulã exornat pluribus Nicolaus Antonius Gizarellus dec. 38. p tot. Phœbus. dec. 100. n. 11.* Card. *Tusc. tom. 5. litt.* O. *concl. 144. Barbos. axiom. 169. nu. 3. & nos alibi.*

2 Tùm, quod iustum est, vt qui altari seruit, de ipso quoq; viuat altari. *tex. in can. clericus. 5. 11. q. 1. cap. cùm secundùm Apostolum. 16. & cap. extirpandæ. 30. de præbend.* Nec enim Iustitiæ ratio patitur, vt cum alterius iactura quis ditetur. *regula locupletari. 48. de regul. iur. in 6. l. nam hoc natura. 14. ff de condit. indebit. Tusc. tom. 5. littera L. conclus. 438. Barbos. axiom. 139. Rota. par. 2. in recent. tom. 1. decis. 524. sub num. 4.* Pręser-

4 tim vero Ecclesia, quę cultrix est iustitię, vt inquit Marius Antoninus. *variar. lib. 1. resolut. 23. num. 3. & lib. 2. resolut. 41. num. 13. Guttierez. Canon. quæst. lib. 1. cap. 29. nu. 3. Carocius. decis. 99. nu. 2.*

5 Tùm etiam, quòd, & siquidem accipere nihil omninò possit sacerdos, vt pretiũ, & mer-

6 cedem sacrificij; quod simonia esset, cùm, pretio donũ Dei æstimari minimè possit, vt *actor.* 8. Summus Ecclesiæ Dei vertex Petrus loqui-

7 tur. Vnde neq; pacisci poterunt sacerdotes pro Missis celebrandis, vt aliquid ipsis detur, tanquàm pretium sacrificij; quod esset spiritualia pro temporalibus vendere, atq; proinde simoniacum, & prohibitum. *ad latè tradita post Innocent. per Imol. in cap. significatum. 11. nu. 12. & ibi etiam Panormit. & Ioan. Andr. de præben. & Ripa in l. nemo potest. col. penult. n. 125. ff. de legat. 1. & in l. ex facto. in princ. col. fin. nu. 9. ff. ad Trebbell. sequitur. Gaspar. Anton. Thesaur. Forens. lib. 1 q. 86. nu. 1. & Gratian. Forens. par. 2. cap. 350. num. 30. & 31. Pater Paulus Fraxinella de obligat. sacerdot. sect. 3. prænot. 1. §. 5. præsertim num. 4. Perez. de Lara de Cappell. & Cappellan. lib. 1. cap. 15 n. 7. Surdus cons. 295. nu. 2. & num. 7. lib. 2. Guttierez. d. cap. 29. num. 2. & seq. pertot.*

9 Po.est

9 Poteſt tamen ſacerdos pro congrua ſua
ſubſtentatione, conſuetam recipere Eleemoſy-
nam; non ſanè in pretium ſacrificij, quod nefas
eſſet, atq; omninò execrandum, ſed tanquàm
ſtipendum neceſſitatis pro labore. *ſecundum
S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. & 2. ad 2. vbi Caiet. &
in ſum. verbo ſimonia. in 4. reg. Henriquez. in
ſum. lib. 9. de ſacrificio Miſſæ. cap. 22. §. 1. Aegi-
dius de Conink. de Sacrament. q. 83. art. 1. dub. 11.*
10 *num. 197.* Præſertim verò ſi pro certo loco ſa-
cris operandi, vel certo, ac præfinito tempo-
re, obligatio intercedat; cum ſtipes pro ipſo
labore accipiatur *plenè Guttier. d. c. 29. n. 3. &
ſeq.* Cened. q. Can. *q. 27. n. 1. 2. & 3. Bisſild. in cap.
ſuam nobis. 29. q. 2. concluſ. 2. & cap. ad Apoſtoli-
cam 42. q. 1. concluſ. 4. & concluſ. 6. de Simon. To-
letus. in ſum. lib. 5. cap. 88. num. 2. Iacob. de Graſ-
ſijs deciſ. aurear. lib. 2. cap. 96. num. 32. 34. & 35.
Anton. Fernandez. in ſum Theolog. moral. ſiue
medulla caſuum. par. 3. cap. 14. de ſim. §. 1. nu. 18.
Bonacin. tom. 1. de Sacram. Euchariſt. diſp. 4. q.
vlt. punct. 8. num. 1. Fraxinella de obligat. ſacer-
dotum d. ſect. 3. prænot. 1. §. 3. & §. 5. Fagúdez. de
quinq. eccleſ. præcept. lib. 4. par. 1. cap. 8. num. 2. &
ſeq. Barboſ. de offic. Episc. par. 2. allegat. 24. nu. 2.
Homobon. in exam Eccleſ. tom. 1. tract. 4. cap.
113. q. 116. nouiſſimè prælo cuſſus D. Frãc. à Ripa
de Simon par. 1. art. 2. n. 11. 13. & ſeq. & nos ple-
nè reſponſione noſtra 5. à n. 31. cum ſeq.*
11 Quò circa debetur hæc ſubſtẽtatio ſacerdo-
ti ſacrificanti ex iuſtitia, cũ altari deſeruiat, vt
ex altari quoquè viuat. *d. c. cũ ſecundum Apo-
ſtolum 16. & cap. extirpandæ. 30. de præbend.*
12 Sicuti ex iuſtitia debetur merces operanti.
*Matthei. 10 & Lucæ. 10. cap. 1. extrà de ſepultur.
Clem. dudùm. 2. §. verùm de ſepultur. Maranta.
conſ. 34. nu. 1. Leſſius. de iuſtitia, & iur. lib. 2. cap.
35. dub. 8. num. 47.* Rodriquez. *in ſum. par. 1. cap.
251. concluſ. 4. Anton. Fernandez. d. §. 1. cap. 14. n.
19. & 21. Fagundez. d. cap. 8. num. 2. Bonacin. vbi
ſpra d. punct. 8. num. 1.* Fraxinella *d. prænot. 1. §.
5. num. 3. Barboſ. d. alleg. 24. nu. 2. & d. cap. ſignifi-
catum. num. 20. D. Franc. Ripa d. art. 2. num. 15.
17. & 18. & nos d. reſponſ. noſtra. 5. nu. 36.*
13 Nam videtur quaſi locare operas ſuas ſa-
cerdos ad ſacrificandum. *ſecundum gloſ. in d.
cap. ſignificatũ. 11. verſ. ita quod. in fin de præben.*
Quoniam, & ſi non locet operas pro ipſo ſa-
crificio, (quod eſſet Simonia) locat tamen li-
bertatem ſuam pro congra ſubſtentatione ſe-
cundariò, non primariò, quod licitè fit *ſecundũ
Caiet. d. verbo Simonia in. ſum. in 5. reg. verſ.
primum eſt. Leſſ. d. cap. 35. dub. 8. nu. 49. & nu. 53.
& diximus etiam latè in reſponſione noſtra 5. n.
27. 28. & 29. & 30. Ripa d. art. 2. n. 13 15. & ſeq.
Guttier. d. cap. 29. nu. 6. 7. & ſeq. & n. 10. & nos d.
reſponſ. 5. nu. 40.*
14 Tùm prætereà, quòd è re Teſtatoris ſit, vt
ſacra fiant pro eius anima; vt illa vi, & efficacia
expiatorij ſacrificij è pœnis purgatorijs libe-
retur, & ad Paradiſi gaudia quantòcitiùs tranſ-
uolet lætabunda. conſonãt, quæ habet ad rem
hanc *Rota par. 2. tom. 2. in recent. deciſ. 773. nu. 7.*
Quod vtiquè non fieret, ſi cõſuetam Eleemo-
ſynam non acciperet Monaſterium; quòd la-
borem non ſubirent eius Monachi, dicta Elee-
moſina non ſoluta, cùm ſine mercede, & fructu
labor eſſe minimè debeat. *Auth. de Iudicibus.
cap. 9. §. nè autem in princ. collat. 6. tex. in can.
ibi adiuncti. 49. vbi Gloſſ. verbo. laborum. 7. q. 1.
& can. charitatem tuam 43. in fin. vbi Gloſſ. ver-
bo. ſtipendum. & can. quicunquè. 63. 12. q. 2. facit
tex. in l. Seio Amico. 10. in prin. ff. de annuis legat.
„ & l. cum duobus. 52. §. ſi in coeunda. ibi: Pretium
„ enim operæ, & artis eſt velamentum. ff. pro ſocio.
Ioan. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 13. q. 4.
in 11. cauſa. Gratian. forenſ. par. 4. cap. 614. nu.
11. & 12.*
15 Hanc igitur ſequi interpretationem cogi-
mur magis, quàm aduerſam huic. Profectò,
quod hæc, & Animæ Teſtatoris, & piæ cauſæ
magis faueat, magisq; neceſſaria ſit. *Tiraq. de
priu. piæ cauſæ. priuileg. 148. & 165. in. fin. Grat.
Forẽſ. d. cap. 350. n. 22. & 23. & c. 131. n. 2. par. 1.
D. Franciſcus del Caſtillo par. 1. deciſ. 62. nu. 13.
Perez. de Lara. de Capell. lib. 1. cap. 3. num. 41.
Medices opuſc. 4. num. 65. Intrigliol. ſing. 98. num.
119. & 120. lib. 3. Baltaxar. de Thomaſ. tract. 19.*
16 *de pia cauſa tit. 2. cap. 23. num. 56. & ſeq.* Nequè
etiam aliena à Teſtatoris voluntate interpre-
tatio videtur huiuſmodi, ſed illi multò magis
conformis, & conſentanea, quòd legatum hoc
rogauit; vt in ſingulos dies pro anima ſacra fie-
rent, atquè effectiuè, ac realiter ſacrificaretur.
17 Verba nempè quid in animo, ea proferens ha-
buerit, palam demonſtrant. *ad tex. in l. Labeo. 7.
§. id tubero. ff. de ſuppell legata. cap. intelligentia
dictorum. 6. vbi gloſſ. in verbo rei. de verbor. ſi-
gnificat. & probat apertè tex. in. l. 1. §. ſi enim*
18 „ *Teſtator. C. communia de legatis. Si n. teſtator*
„ (inquit ibi Iuſtinianus Imperator) *ideo legata*
„ *& fideicõmiſſa dereliquit, vt omninò perſonæ ab*
„ *eo honoratæ ea præcipiant*. hæc ibi. *Barboſa aſ-
ſiom. 222. n. 2. de Thomaſio d. cap. 23. in 6. limit.
num. 62.*
Quare, Cùm voluerit, præceperitq; Teſta-
tor ſacra fieri in ſingulos dies, pro eius Anima;
& annexum ſit ipſi legato onus eleemoſynæ
conſuetæ pro ſacrificante Presbytero; cui
fortaſſis oneri nõ fieret ſatis, ſi honeſta ſubſtẽ-
tatio non daretur; quòd id onus ſacrificandi
non aliàs ſubiret monaſterium; ſequitur omni-
nò, voluiſſe vtiq; Teſtatorẽ ex ipſa hæreditate
extrahi eleemoſynam prædictam, pro exequu-
tione rogati per eum legati; ad apertam iuris
19 regulam, atq; etiam topicorum, quod Ante-
cedens voluiſſe videtur, qui vult conſequens.
*ad tex. in l. ad rem mobilem. 56. & l. ad legatum.
62. ff. de procuratoribus l. illud. 76. ff. de acquir. hæ-
reditate. optimè* Crauetta. *conſ. 186. num. 7. cum
alijs notat. per. Surd. deciſ. 70. num. 5. Ioan. Bapt.
Coſta conſ. 9. nu. 19. Perez. de Lara de cappellan.
lib. 1. cap. 12. num. 7. Rota par. 2. tom. 2. recent. de-
ciſ. 682. ſub. nu. 5.* Sicuti contrà; Neceſſarium
conſequens voluiſſe etiam videtur, qui appetit
20 antecedẽs. Quia eius ſequela eſt, vt inquit. *tex.
in l.*

in l. quicunq.5. §.pen.in fi. ff.de institoria.action.
Surd.dec.194.n.6. Rota apud Coccin.dec.267.nu.
& 8.& decis.319.n.5.Barbos. assiom.30.n.3.

Admittetur itaq; talis extractio eleemosinæ
pro sacris faciendis,tamquam annexa, & inse-
parabilis ab ipso legato, & conformis volun
21 tati,& dispositioni Testatoris. Cùm corre-
spectiuus actus ad legatū celebrationis missa-
22 rum eleemosynæ extractio videatur. Nimirùm,
quòd vnus alterius gratia factus appareat, alio-
quin factus minimè fuisset. ad tex.in l. etiam si
30.§.ex causa.ff.de minoribus.optimè tex.in l. 1.
§.quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio. cum
alijs notatis per Tiraq.in l. si vnquam verbo. do-
natione largitus num.118. C. de reuocand. dona-
tion. Aymon.cons.230 num.2 & plenius Menoch.
cons.156.num. 15. lib. 2.& sequitur.Gratian. d.
cap.350.num.24 & 25. idem Gratian. decis. 60.
num.2.in addition.ad numerum 9. Rota apud Ca-
ualer.decis.64.nu.1. & 3. & in Romana nullita-
tis census 1597.coram Corduba decis. 115. nu. 4.
post.1.vol.cons.Farin. Nō sanè quod pretiū sacrificij
altissimo Deo offerēdi videatur,sed honesta sub
stentatio Ministrorum. Cùm alioqui nemo suis
militare stipendijs cogi possit. vt Apostolus
inquit 1. ad Corinth. 9. num. 7. & sequitur tex.
in cap.cum ex officij 16.in fin. de præscript. Gut-
tier.d.cap.29 num.3.Fagund.d.cap. 8. num.2. &
3. sequiturque notabiliter d.Ripa d.art.2.n. 16.

Nec ad rem facit, quòd obijcitur; legatum
librorū in recompensationem cedere debere
oneris missarum.

Præter quàm quòd enim legatum librorum
24 distinctum est ab onere missarum; vt ex diuer-
sitate rerum, diuersitas quoquè argui debeat
legatorū,ac dispositionum ad tex.in l. quoties.
2.ff.de legat. l.si idem codicillis.7. vbi notat. Do-
ctor.C.de codicillis.Surd.dec.88.n.21.Rota in re-
cent.par.2.tom.1.dec.438.nu.4. & apud S.memor.
Gregor.XV.decis.555.n.8.Barbos.assiom.74.n.1.
Cæsar Bartius.decis.2. nu.40.Rota in Pistorien.
Beneficij.11. Maij 1618.corā Buratto decis.16.
num.12.apud Viuian.in praxi iuris patronat.

15 Tametsi etenim Monasterium in tota hære-
ditate sit hęres; est nihilominus in legato libro-
rum legatarius. Vnde legatum ipsum consequi
debet ex hæreditate vti legatarius, non vti
hæres;ac proinde absq; onere, cum nullum sit
ei iniustum onus per testatorem in legato, in
ordine præsertim missarum: vt argumentatur
26 etiam Ioann. Bapt. Costa d.cons.9. num. 4. post
Alex.cons.9.visis dicto Themate.in fin. num.16.
vol.2.& sequitur Couar.in cap.filius nost. r nu.2.
in fin. vers.hac tamen sententia de testam. Nul-
27 lam itaq; facere debebit compensationem.
Quippè cùm legatarius causam lucratiuam
habeat in re legata, non onerosā. tex.cum ibi
notat.in l.si hæreditatem.32.ff. mandati Cephal.
cons.376.num.6.lib.3.Menoch. lib. 4.præsumpt.
39.num.2.Marta de successiōn.legali tom. 2. par.
4.q.18.art.12.n.79.

Alioquin nullum ex legato hoc librorum
commodum consequeretur monesterium. le-
28 gatum verò ita interpretari debet, vtilitatē
vt legatario afferat, non planè damnum;alio-
quin nullum æstimabitur.tex.in l.si quando.112.
in principio.ff.de legat.1.l.quotiens 13.ff.de rebus
dubijs.arg.tex.in l.legatum.37.ff.de legat. 2. tex.
in l.1.§.cum non aliter.C.cōmunia de legatis. latè
per Illustrissimum Card. Mant.de coniectur.
lib. 10.tit.1.num.6.Phœbus decis.100.nu.18. Ro-
ta apud Coccinum decis. 24. num. 5. Surd. cons.
493.n.1.cū seq. lib.4.Menoch. qui ita argumē-
tatur ad rem nostram.cons.162.num. 26. quem
sequitur.Ambrosin.decis.11. num.8.par. 1. Eue-
rard.cons.115.nu.6.Marta d.ar.12.n 79. & 80.

29 Fauendum itaq; in hoc magis Monasterio,
30 vti legatario,quàm vti hæredi. Cùm in legato,
vti legatarius magis à Testatore dilectum cen-
seatur,quàm vti hæres.ad tex.in l. Publius Me-
uius.36.§.Titia codicillis.& l.si quis eum. 37. in
fin Quoniam magis legatarium (Paulus ibi lo-
quitur) aliquod commodum Testator in hoc ser-
uo,quàm hæredem habere voluisset.ff.de condit.et
demostrat.l.si quis Titio.22. ff.de legat.2. Man-
tica de coniectur.lib. 6.tit.1.nu. 39. Gratian.de-
cis.153.num.22.Ambrosin.decis.6.num.5. par. 1.
Costa d.cons 9.num 8.idem Gratian.Forens par.
1.cap.136.num.46.& par.4.cap.700. num.16. &
par.3.cap.565.num.11.& par.5.cap.922. nu. 29.
Natta cons.626.nu.27.lib.3. sequitur Surd. cons.
236.num.55.vol.2.& cons.319.nu.18.lib.3. Cæ-
sar.Bartius.decis.Bononien.80.n.18.

31 Legatum porrò donatio est maiorem affe-
rens vtilitatem, quàm institutio,secundum Iu-
liani sensum in l.si hæreditatem.32.ff.mandati.§.
1. vbi Gloss.in verbo.donatio.in fin.institut. de
legat.Gratian.d.cap.922. num.29. Et distinctus
omninò sit legati titulus ab hæredis institutio-
ne.ad tex.in l.legatum 119. in princ. ff. de legat.
1.Alciat.lib.9.rispons.cons.113. in princ. Roland.
cons.7.n.18.lib.4.Rota Maceraten.apud Thoma-
ti.decis.23.nu.32.

32 Ac denique legatum hoc librorum, cum sit
lucrum, mercedis loco haud constitui poterit
33 pro missis celebrādis. Quoniam nec includi-
tur merces,appellatione,atq; emolumenti no-
mine,vel lucri.ex tex.cum glos.in clement.statu-
tum. 7.de elect. Lanarius. cons.22.nu. 5. cū seq.

34 Vnde detrahetur merces, vti æs alienum ex
bonis hęreditatis; quòd bona dicantur, ære
deducto alieno.l.subsignatum.39.§.bona.ff.de
verb.significat.l.mulier bona.73. in fin.ff.de iure
dot.Cagnol.in.l.Papinianus §.quarta num. 11.
vers. hinc est. ff. de inoffic. testam. Duegna reg.
387.Aluar.Valasc.consult.83.nu.14.& 15. Bar-
bos.de appellat.verbor.signific.appellat.35.nu.17.
Rota d.decis.524.sub.nu.4.par.2.recent. idē Bar-
bos.in d.Clem.statutum.n.4.

Detrahetur itaq; ex hæreditate consueta
Eleemosyna pro Missis celebrandis,atq; pare-
36 bitur piæ disponentis voluntati, in omnibus;
vt pietas sit,eius paruisse voluntati.ad tex.in l.
1.C.ad legem falcid.

Et ita ex his censoris virgæ addictis, res-
pondendum censui.

CA-

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

Extractam deinde fuisse consuetam eleemosynam pro sacris in singulos dies offerendis, vt Testator edixerat, ex tota hæreditate secluso legato librorum, vt per me in his scriptis responsum fuerat, percepi. Nè memoria quę congesseram exciderent, hic subnectere è re instituta alienū non putaui. consulat æqui boniq; lector, Deumq; Pientissimum, vt mei misereatur, precetur, quod obnixe obsecro.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas testatoris lex est in omnibus, quæ ipse supremum agens spiritū de rebus suis disposuit.*

2 *Hominibus nihil magis debetur, post quàm hinc demigrarint, nisi vt firmæ, ac stabiles eorum sint voluntates.*

3 *Leges nil magis curæ habent, quàm vt seruetur rationabiles hominum voluntates in ijs, quæ in vltimis disposuere.*

Et hanc leges habent intentionem, dispositiones morientium esse firmas. n. 5.

4 *Voluntates violare pias morientium, æquum non est, quin magis iniquum.*

6 *Legem violare in his, quæ in commune bonum ipsa statuit, peccatum est.*

7 *Legi qui resistit, Dei ordinationi resistit.*

8 *Legi contraire, quam rebus suis dixit moriens, illicitum omninò est.*

9 *Legis voluntas, & Testatoris æquantur.*

10 *Argumentum à lege ad Testatorem currit.*

11 *Mentem contrà Testatoris attentantum nihil est.*

12 *Quilibet in rebus suis est moderator, & arbiter.*

13 *Testatores legem, quàm volunt possunt rebus suis dicere, modò illæ rationabiles sint; & pacta ac conditiones quascunq; illis adijcere.*

14 *Voluntatem liberam hominibus in supremo eorum vitæ statu de rebus eorū disponendi, adimere, iniquum est.*

15 *Voluntas eius suprema, qui in erectione pij loci, vel piæ causæ, probibuit ne episcopus se ingereret, sustinetur; vbi declaratur Sāc bez doctrina contrarium asserentis.*

ne alioqui fideles à fundandis retrahantur Ecclesijs, vel pijs Legatis rogandis. n. 16.

17 *Exequutores secundò dati per testatorem, in defectum priorum non exequentium, sustinentur.*

18 *Voluntas Testatoris est in forma specifica ad implēda, & ei contraire Fabrica Sancti Petri haud potest.*

alioquin quicquid contra voluntatem fit Testatoris nullum est, atquè in cassum corruit. num. 19.

20 *Voluntates impleri defunctorū maximè è republica est.*

21 *Episcopus, vel Fabrica se non ingerunt in exequenda defuncti voluntate, etiam negligentibus prioribus executoribus, si in eorum defectum dati per testatorem sint secundi.*

22 *Fabrica Sancti Petri se non ingerere potest in exequendis defunctorum voluntatibus, non data executorum negligentia, & num. 24. & 26.*

Quia de nullo eius interim interesse agitur. vnde sine actione experitur, vt remoueri proinde debeat, etiam Iudicis officio n. 28.

23 *Tunc, dictio, extremitatem denotat tēporis, quo est alioquid faciendum.*

Tex. in cap. non quidem. 3. de testam. explicatur. ibid.

25 *Exequutores testamentarij, legitimis præferuntur, veluti etiam Tutores.*

27 *Iudicium à sequestro incipere haud debet.*

29 *Fabrica Sancti Petri ministri se peccato inficiūt, si contrà Testatorum leges faciant, absque causa.*

30 *Iniuriæ inde nasci non debent, vnde iuria nascuntur,*

31 *Legem quod contrà fit, peccatum est.*

32 *Fabrica Sancti Petri ius non habet ex se voluntates destruere defunctorum.*

Sicuti neq. id possunt Episcopi. n. 33.

Quòd executores sint piarum morientium voluntatum, non destructores. ibid.

34 *Lex, nequè Princeps contrà defunctorum voluntates venire iurèpotest, si illæ legibus non obluctentur,*

35 *Fabrica Sancti Petri portiones, & interesse non acquiruntur nisi conditionaliter, postquàm legata executioni demandari fecerint eius ministri, ex Pij Quinti Constitutione.*

36 *Conditionis est, ius omne in futurum suspendere, atq; in tempus impletæ conditionis differre, vt nihil anteà debeatur.*

38 *Dictiones (Si, & postquàm) conditionem important. præsertim dictio (Postquàm) quæ operatur, vt effectus nullo modo præcedere possit.*

ARGVMENTVM.

Nùm datis primis, & secundis executoribus per Testatorem, possit Fabrica non expectata vtrorūq; negligentia, ius habere, vt priores in iudicium interpellet? Et num sanè, antequàm ipsa voluntatem impleri Defuncti Testatoris curauerit, possit in puellarum locationes viris faciendas ex demandata Testatoris dispositione, ob non factas fortasse locationes per matrimonia secuta, ius habere, vt dotes illis distribuendas, sibi acquirat? ad interpre-

terpretationē Constitutionis Pij Papæ Quinti (Exigit) & declarationum eiusdem Fabricæ.

RESPONSIO. XXXII.

Didacus de Ortiz Valasquez Hispanus Neapoli supremum trahens spiritum, hærede sibi vsufructuaria dicta Virgilia de Iulijs vxore; legem supremis suis tabulis sanxit; vt vita functa Virgilia, in eius bonis omnibus successionis ius subiret Cappella testatoris ipsius sub inuocatione Sāctæ Mariæ de Carmelo, intus Venerabilē Ecclesiam S. Mariæ de Solitudine, aliàs della Solidad, huius Ciuitatis. Atquè, vt Oeconomi Ecclesiæ præfatæ ex residuis bonis suæ hæreditatis, ęre alieno omni soluto, & legatis alijs restamento nuncupatis, impletis: Montem erigerent, cuius ex fructibus singulis annis die festo Cappellæ, qui octauo Septembris coincidit, puellas tot ex natione Hispana, ex iis, quæ in Conseruatorio dictæ Ecclesiæ custodiuntur, honestis ortas parentibus, nuptui uiris traderent, quot ex fructibus Montis honestè viris locari possent, cuiquè ipsarum sexaginta ducatorum dote soluta. Hispanis verò deficientibus puellis, Italæ, eisdem qualitatibus prędita, pariter sufficerentur. Cauitquè insuper, si negligere opus iniunctum Oeconomos contigeret eosdem; subingrederentur, vt curarent deficientium negligentiam Oeconomi Regalis quoquè Ecclesiæ Sancti Iacobi Hispanorum, intermissasquè puellarum locationes per antecedentes exequutores, ipsi implendas satagerent: sequentibus dispones verbis.

E con patto espresso, che quatenus li detti Maestri pro tempore della detta Casa Santa della Solidad, mancassero d'essequireli maritagi predetti, e quelli effettuare per la detta Festiuità delli 8. di Settembre di ciascheduno anno, del modo contenuto, vt supra, il che non credo; In tale caso voglio, che per essecutione di detti maritagi possano subentrare à compirli li Signori Maestri pro tempore della Casa Santa di Santo Giacomo delli Spagnuoli, alli quali, in detto caso di mancamento, concedo ampla potestà di quelli complire del modo, e forma, como hò disposto di sopra.

In iudicium vocantur nunc Oeconomi pręfati Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Solitudinis apud Tribunal Fabricæ Sancti Petri, ad docendum de legatorum impleměto iuxtà testatoris pręfati legem testamento datam. Ipsi autem minimè in hoc teneri respondent, Quare de duobus dubitari contigit.

Primùm, sit ne ius Tribunali Fabricæ in iudicium vocare Oeconomos præfatos, eorum prius negligentia non probata; atquè nùm præuenire possit Oeconomos Ecclesiæ Sancti Iacobi Hispanorum, executores supremis elogijs per testatorem datos, negligentia accedente priorum Sanctę Mariæ de Solidad?

Secundùm, nùm possit Fabrica, iuxtà sua priuilegia, & facultates (sac Sanctæ Mariæ Oeconomi negligentes fuerint) puellarum nuptui tradendarum dotes sibi accipere, pro annis, quibus defuncti voluntati factum minimè satis fuit?

Et quidem quoad primum, vt responsum demus congruum, supponendum censeo.

1 Testatoris voluntàtem legem esse, in ijs omnibus, quæ ipse supremum agens spiritum suis scripsit tabulis. Disponat itaq; in suis vnusquisq, vt dignū est, & si lex eius volūtas Imperator inquit *in auth. de nupt. collat. 4 in princ. §. di-*
2 *sponat. Nihil est enim* (Imperator loquitur, dicti rationem reddens *in l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles.*) *quòd magis hominibus debeatur, quàm, vt supremæ voluntatis, postquàm iam aliud velle non possunt liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium, & est tex. in §. 1. institut. de lege falcid. tex. in can. ultima voluntas, vbi plenè Gloss. 13. quæst. 2.*

3 Qua propter, nil magis curæ legibus, earūq; cōditoribus esse videtur, quàm, quòd firmę sint rationabiles morientium voluntates. Nullo valente citrà illorum voluntatē, nec si sacrā impetret formam; nec si quispiā aliud omniū aliquid aliter disponere malit. vt idem ait Imperator *d. §. disponat. & §. si quis autem pro redemptione. in princ. ibi. Et hoc modis omnibus secūdum testatoris voluntatem. cap. 8. in auth. de Ecclesiastic. titul. collat. 9. & §. ex hæredatus in auth. de hæredib. & falcid. collat. 1 tex. in d. l. 1. C. de sacros. Eccles.*

4 Neq; .n. pias fideliū voluntates in eorū cōstitutione violare, æquū est: sacrosancta loquitur Triden. Synodus *c. 9. in prin. sess. 25. de reform.*

5 Quinimò semper hanc vnam leges habent intentionem, dispositiones morientium esse firmas. *vt inquit tex. in auth. de iureiurand. à moriente præstit. in princ. collat. 5.*

6 Quò fit, vt sicuti à lege discedere in iis, quæ in commune bonum proportionata æqualitate ipsa statuit, illicitū est omninò, vt nè à peccato quidem immunes euadant, qui legem violant. S. *Thom. 1. 2. q 95 art 4 tex. in cap. 1. de constitution. vbi scribent. atquè ibid. Barbos. alios referens. num. 5. Abb. in cap. nam concupiscentiam. num. 2. eod. Syluester. verbo. lex. q. 8. eodemq; loco alij Summantes. Nauarr. man. cap. 23. nu. 48. Couarr. regul. peccatum. par. 2. §. 5. num 3. & sequent. de regul. iur. in 6. Tolet. instruction sacerd. lib. 8. cap. 18. Ioan. Azor. instit. moral. par. 1. libr. 5. cap. 6. Salas de legibus. disput. 10. sect. 1. num. 6. Molin. de iustit. & iure tom. 1. tract. 2. disputat. 27. Guttierez canonic. quæst. lib. 1. cap. 7. numer. 20.* Quia profectò, qui legi resistit, Dei ordinationi resistit. *ad Roman. 13. tex. in can. qui resistit. 95. 11. quæst. 3. Viuius decis 106. numer. 1. & 6. 7. & 8. Molin. dicta disputat. 27.*

& diximus nos supra responsion. nostra. 7. num. 3. & 4.

8 Ita Planè illicitum erit ab illa resilire lege, quàm rationabiliter testator iniussit, de rebus suis disponens. *textus. in can. Syluester. cum ibi notatis per Gloss. 11, quæstion. 1. l final. C. de fideicommiss. Nauarr. man. capit. 25. numer. 35. & consil. 9. numero. 6. versicul. at præfata venditio. libr. 3. de emption. & vendition. Marc. Mantua. consil. 177. numer. 19. Molin dicto. tomo. primo. disputatione 251. col. 2. versic. dubium tamen est. Viuius. decis. 265. numer. 1. et sequent. Doctor. Martinus Cauillo. in Bullam defunctorum. part. 2. capit. 14. numero. 16. Rota apud Cardin. Caualer. decis. 471. numero. 1. et diximus. dict. respons. nostra. 7. numero. 5. Didacus Spino in Speculo. testament. Gloss. 28. num 7.*

9 Porrò quia æquantur in simul legis voluntas, & testatoris. Vt non abre, à lege ad testatorem curratur iure argumentum. *ad text. in l. si ita fuerit. 13. in fin. princip. vbi Bart. ff. de manumiss. testament. Dynus. in regul. Quod semel. 21. numero. 21. de regul. iur. in 6 Euerardus in loco. à lege ad testatorem. Didacus Spino in speculo testament. Gloss. 30. princip. num. 5. Viuius. dict. decisio. 265. numero. 7. Rota apud Sacr. memor. Gregor. XV. decis. 219. num. 2. Barbos. in locis argument. loco 60. num. 2.*

11 Nihil igitur aduersus testantis mentem attentandum erit, *secundum Bald. in l. verbis ciuilibus. notab. 6. ff. de vulgar et pupill. r. Borrell. consil. 98. numero. 10. Spino dict. Gloss. 28. num. 5. et seq.*

His ita suppositis.

Dico, quòd lex cùm sit testatoris voluntas in rebus suis, atque in eis quisque ex suæ voluntatis libito sit moderator, easque vti libet arbitrari valeat. *l. in re mandata. 21. C. mandat. cum alijs per Barbos. assignat. 199. numero. primo.*

13 Poterunt vtiquè testatores de rebus suis disponentes, quàm volunt legem in ijs statuere; a pacta quæcunquè, & conditiones adijcere, rationabiles modò illæ fuerint, neque à proportionata legum dispositione diuidant; vt ita non iniuriâ, quin iure maximo substineantur. *can. Eleuterius. 30. 18 quæst. 2. capit. verùm. 4. cum sua materia, et ibi notat. de condition. apposit. l in traditionib. 11. 49. ff. de pact. Ancharan. consil. 197. subtiliter, et ad plenum. numer. 6. Aymon. cons. 174. num. 4. Rota in* Salamantina Cappellaniæ. 23. *Martij. 1583. coram* Cardinal. *Seraphin. decis. 611. num. 2. et 3. et part. 3. libr. 3. diuers. decis. 442. et part. 4. diuers. per Farinac. collect. decis. 582. Gonzal. ad regul. 8. Gloss. 29. numer. 3. plenè Guttierez. practic. quæstion. part. 3. quæst. 11. numero. 21. et sequent. et numero 25. Perez de Lara. de Cappellan. libr 2. capit. 1. numero. 11. 12. et sequent. Rota apud Cæsar. de Grassis decis. 165. alias 2. numer. 2. et 3. de sepultur. Ioann. Baptista Thoro. in summ. priuileg. piarum causarum. priuileg. 239. Sanctarell. variar. resolut. quæst. 66. numer. 36. et 48 et diximus nos responsione nostra. 10. numer. 11. Sanchez. in consilijs moralibus. tom. 1. libr. 2. cap. 2. dub. 32. num. 2.*

14 Alioquin, satis durum esset, quinimò iniquum, ingenuis hominibus in ipso supremo eorum vitæ halitu, quando non iam aliud velle poterunt. *ad textum. in l. 1. C. de Sacrosanct Eccles.* de rebus suis disponendi liberam voluntatem adimere; secundum Caium Iure Consultum *in l. 2. in fin. ff. si à parente qui manumissus sit. Lara d. cap. 1. num 14.*

15 Hinc planè fit, vt substineatur defuncti voluntas, qua in loci alicuius pij erectione, alteriusuè piæ dispositionis rogitu, nè Episcopus, vel quiuis alius se ingerat, cauit; vt declarasse Sacram Congregationem Eminentissimorum Patrum Sacri Tridentini Concilij interpretum, refert *Gratian. forens. par. 3. cap. 481. n. 23. et in vna Lucana Societatis Sanctæ Crucis apud Barbos. in remissi nibus. ad cap. 8. Sacri Concil. session 22. de reformat num 2. et Cardinal. Bellarmin. ibid. et fuit late dict um in Romana iuris patronatus. 31. Maij 1613. coram Cardinal. Sacrato, quam refert Molfesius. ad Consuetud. Neapolit. tom 2. cons. 31. num. 21. et sequent et sequuta etiam fuit Rota in Ab lea iuris visitandi. 28. Iunij. 1610. coram Illustrissimo. Bononien. tom. 1. par. 2. decis 33. num 3. et sequent. postmodum Gregor. XV. fælicis memor. quæst in impressis apud eum. decis. 4. num. 2. et* fuit aliàs etiam declaratum per Sanctam Sedem Apostolicam ad Archiepiscopum Messinen. *vt refert Carol. de Grassis. de effect bus Clericat. effect. 1. num. 610. fol. mihi. 194. Cardinal. Tuscus. tom. 3. littera. E. conclus. 293. num. 35. 36. et 37. Valasc. consultat. 105. num. 56. et 57.* Et si quidem contrarium tueatur. *Sanchez. d dub. 32 num. 3. et sequent.* Verùm ex ijs dicendis erit, quandò omninò prohibuisset, non datis alijs executoribus, iuxta per eum tradita, *vt refertur num. 6. et tom. 2. libr 4. capit. 1. dub 55 præsertim nu. 3. in 2. conclus.*

16 Neque inutili hoc ratione fit. Nè alioquin retrahantur fideles à fundandis Ecclesijs, vel pijs legatis rogandis; si intellexerint suas peruersi voluntates, postquam hinc demigrauere. *Gloss. penult. et recepta. in capit. cùm dilectus. 28. de iurepatronat. Rota ad par 3. diuers. decis. 442. num. 5. et in d. Romana iuris patronatus per Molfes. d. consi. 31. num. 23. Riccius decis. 29. num. 4. et sequent. par. 2. et in praxi variar. resolut. par. 2. resolut. 302. num. 7. et sequent. Francisc. Marc. decis. Senat. Delfinal. 1133. num. 3. par. 1. et nos. d. respons. nostra 20. num. 15. Spino in speculo testament. d. Gloss. 28. num. 26. in fin.*

17 Cùm mandauerit itaquè testator hic noster, vt deficientibus Oeconomis, siuè Ecclesiæ Gubernatoribus Sanctæ Mariæ de Solitudine ab eius suprema impleda voluntate, ius illa exequendi ad regalis Ecclesiæ S. Iacobi Hispanorum Oeconomos deuolderetur, satisque rationabilis, & iusta hæc sit eius voluntas, neq; legibus obluctе-

obluctetur, seruanda vtiquè erit, ac sarcta in omnibus, & tecta habenda, non sanè infirmanda. *text. in capit. secundo. vbi Gloss. penultima. verbo. exprexerit. de testament. in 6. Clement. vnica. vbi Gloss. verbo. obtenta. in fin. eodem. titul. text. in dicta authen. de iureiurand. à morient. præstit. in principio. Bald. in l. precibus. numero. 44. C. de impuber. & alijs substitution. Abb. consil. 59. sub numer. 3. ad secundum dubium part. prima. Brunor. à Sole. in propositionibus. iur. verbo. executor. 1. circa fin. Rota in recent. part. prima. tomo. 1. decis. 460. numero. 4. & part. 2. tom. 1. decis. 254. num. 2. Molin. de iustit. dict. disputatione. 251. col. 4. littera. C. versic. dubium praeterea est. Sanchez. dict. dub. 32. sub numero. 6. & dub. 55. num. 3.*

18 Nequè prohibere poterit Fabrica, quin illa in omnibus impleatur sicuti ipse sanxit testator. Cùm alioqui sit illa in forma specifica implenda, vti lex; cunctaquè secundum voluntem defuncti sine altercatione prosequi debeant; vt Gregorius loquitur Tertus. *in cap. nos quidem. 3. de testament. & Clement. V. in Concilio Viennens. in Clement. Quia contingit. 2. in princip. de religios. domib. facit. tex. in l. legatum Ciuitati. 16. de vsufruct. legat. sequitur Berons. cons. 5. num. 46. volum. 1. Viuius. dict. decis. 265. num. 4. Couarr. in capit. tua nos. num. 6. de testament. quem sequitur Sanchez. dict. libr. 2. cap. 2. dub. 32. num. 6. in fin. Spino d. Gloss. 28. num. 4. 5. & sequent. Rota apud S. memor. Gregor. XV. decis. 179. num. 1. & 2. & ibidem. Beltramin. Landerch. Imolen. cons. 171. sub num. 1.*

19 Cæteròquin quicquid contrà eius attentabitur voluntatem viribus non subsistet, atquè nullum, & irritum erit, & incassum ibit. Quia profectò contrà formam à testatore traditam fit, sicuti quod contrà formam à lege datam attentatur, nullum euadit *plenè Calcaneus cons. 8. col. 11. numer. 26. 27. 28. 29. & 30. quem sequitur. Crauetta d. cons. 174. num. 3. Viuius. d. decis. 265. num 4.*

20 Nequè enim minimi è republica est, voluntates impleri defunctorum, vti eas suis elogijs descripsere; secundum Paulum. *in l. vel negare. 5. ff. quemadmodum. testament. aperiantur.* „ *Publicè enim expedit* (inquit ipse) *supremà hominum indicia exitum habere.* *sequitur Philipp. Franc. dict. capit. 2. §. final. num. 3. in 4. notab. de testament. in 6. Ioann. Neuizan. in sylua nupt. libr. 6. numero. 19. volum. 7. tractat. fol. mihi. 77. Cephal. consil. 429. numero. 53. volum. 3. Ioseph. Ludouic. conclus. 16. in 81. illatione. fol. mihi. 46. col. 4. Viuius. dict. decis. 265. num. 2. Barbos. de offic. Episcop. part. 2. allegat. 29. num. 2. & de iure Ecclesiastic. libr. 3. capit. 27. num. 27. Martin. Carrill. in Bullam defunctor. d. cap. 14. part. 2. num. 32.*

21 Haud igitur poterit Fabrica se interim ingerere, vt in iudicium vocet Oeconomos Sanctæ Mariæ Solitudinis, dùm ex defuncti dispositione, atquè aperta eius voluntate, & lege, supersunt adhuc Oeconomi Regalis Ecclesiæ Sancti Iacobi Hispanorum, quibus relictorum executionem imperauit, facto casu, quòd eius primò dati executores ab illa implenda deficerent. *est aperta doctrina Franchi d. cap. 2. §. final. in 6. notab. numero. 4.* dùm de Episcopis verba faciens, sequentibus fatur.

„ *Quòd licet Episcopus possit supplere negligentiam executoris, vt dicto. capit. Ioannes, & capit. tua. & capit. nos quidem eodem. titul. tamen hoc non procedit, quando superest alter, qui velit, & possit exequi, Episcopus se non intromittit, licet alij sint, negligentes, seù nolunt, vel non possunt exequi. Non ergo succedit Episcopus in locum nolentium, vel morientium, seù non potentium exequi; nec in locum talium potest alios subrogare, secundum Ioann. Andr. & in dict. l. nulli in fin. Imò inter executores circa eorum officium habet locum ius acrescendi, nisi testator expressè prohibuerit. vt in text.* hæc Franc. sequitur *Molina disputatione. 251. loco vbi supra. Barbos. de iure Ecclesiast. d. capit. 27. numero. 41. libr. 3. alios quoquè refert. Sanchez. in consil. moralib. dict. lib. 4. capit. 1. dub. 55. nu. 7. 8. & sequent. Cardin. Bellarmin. in obseruation. ad dict. cap. 8. Sacr. Concil. Trid.*

Quòd autem de Episcopo dicitur, hoc ipsũ de Fabrica exaudiendum erit; quoniam post annum ipsa Episcoporum locum subijt, vt etiã alibi supra nos diximus, potissimùm responsione ante dicta nostra 20.

Nequè aduersantur hæc ex Franco, & alijs, his, quæ pro Fabrica in declarationibus in anno 1598. ab Amplissimis Patribus eidem Fabricæ Præfectis ad declarationem Constitutionis Pij Papæ Quinti: Exigit. dicta fuere. In quibus, vt est apud *Quarantan in sum. Bullar. verbor Fabrica Sancti Petri. fol. mihi. 247. & sequent.*

22 Semper hæredum, siuè executorum ab Testatore relictorum socordia; & negligentia expectatur, vt Fabrica, eiusquè ministri locum sibi inuenire possint ad illa exequenda, quæ reliquerunt ipsi; & vt ea exitum non haberent, hæredum, executorumq; effecit negligentia.

Quòd conforme est etiam iuris communis, & Sacrorum Canonum dispositioni, *d. cap. nos quidem. 3. cap. tua nobis. 17. & cap. Ioannes. 19. de testament.* Quibus data hæredum, vel executorum negligentia in defunctorum voluntate exequenda, ius ea implendi ad Episcopum deuoluitur, non sanè antè. Quòd æquè disposuit Ciuile ius. *in l. nulli. 28. C. de Episcop. & Cleric.* & aduertere non inaccuratè *Ancharan. cons. 45. per Cõstitutiones Synodales. Calderin. cõs. 5. an valeat statutũ. de cõstit. et cõs. 13. testator reliquit. de testam. sequitur Card. Tusc. to. 3. litt. E. conlusion. 293. numer. 1. 5. & numero. 16. Francisc. Leo. in Thesaur. fori Ecclesiastic. part. 4. capit. 2. num. 46. & 47. Barbos. in d. cap. nos quidem. num. 7. de testam. & de offic. & potest. Episc. par. 3. allegat. 82. num. 26. & dict. tract. de iure Ecclesiastic. d. capit. 27. numero. 40. & 41. Sanchez. dict. lib. 4. capit. 1. in consil. moralib. dub. 54. numero. 8. 9. 10.*

 & seq.

& seq.in 4.conclus.Spino d.Gloss.28. à num. 5.
23 Et adiuuat perpentionem hanc, expensa
dictio illa in tex. in d. cap nos quidem (Tunc per
te ædificetur) quæ sanè temporis extremita-
tem indicat; Vt tunc planè exequi Episcopus
incipiat, cùm negligentes hæredes fuerint.
text. in l. 4. §. fin. vbi Gloss. & Bart. ff. de con-
dit. & demonstrat. Conditionem enim opera-
tur. l. in substitutione. 31. in fin. vbi Gloss. ff.
de vulgar. & pupillarum. Francisc. Ripa in
cap. cùm Ecclesia Sutrina. num. 33. de causa
possess. & propriet. & in rubrica ff. soluto ma
trim. num. 40. Iacob. Berrett. cons. 63. num.6.
Surd. cons. 236. num. 13. volum.2. & decis. 207.
num. 16. Brunor. à Sole in proposit. iur. verbo.
dictio tunc. Cardin. Tuscus tom. 2. littera D. con-
clus. 393. num. 1. & 9 et nu. 16. Barbosa de di-
ctionibus. dict. 354. & 409. numero. 1. Gon-
zalez ad 8 regul. Gloss 65. numero. 2. 3. 4. & 5.
Paris. de resignat lib. 11. quæst. 2. numero. 15.
Rota in Salamantina beneficij. 20. Iunij. 1605. co-
ram Manzanedo. par.2. tom. 1 in recent. decisio.
144. numer. 7. Idem Barbosa. de iure Ecclesiast.
dict. cap. 27. num 40. & 41. & d.cap. nos quidem.
Sanchez. d.lib.54.num.8. & seq.
24 Cùm igitur post destinatorum executorum
negligentiam veniat Fabrica, vt illos socordiæ
coarguat, atquè ad exequendum compellat,
quæ testator suis facienda tabulis iussit: Eo-
rum non data negligentia; Haud vtiquè ius
Fabricę erit, eiusquè Oeconomo aduersus
datos testamento exequutores agendi, eos
què ad iudicium euocandi. Præfectò, quòd
illi testamentarij Exequutores sunt; Fabrica
verò, & Episcopi, legitimi. At præferun-
25 tur testamentarij, legitimis: quemadmo-
dum, & tutores. vt post Castrens consil.167.
numero. 3. volum. 1. sequitur Cardinal. Tuscus.
dicto. conclusione. 293. numero. 13. & 48. Spino
d.cta Gloss. 28. numero. 2. 3. & sequent. & de-
claratum quoquè fuit per Sacram Congrega-
tionem; Episcopum, non, nisi data hære-
dum, vel exequutorum negligentia ad exe-
quendas pias defunctorum voluntates, de-
uenire posse. ad text. Sacri Trident. Concil. c 8.
sess. 22. de reformat. quam refert Gratian. forens.
26 d.cap.481. num.23. & 24. Et dictum fuit etiam
aduersus Fabricam; ipsam venire haud pos-
se, contrà defuncti voluntatem, non data
priùs hæredum, vel exequutorum negligen-
tia. in Romana Fabricæ 26. Aprilis 1602. coram
Corduba. sequitur Cardin. Tuscus. d. conclus. 293.
num.37. & concordat dispositioni. tex. d. cap.
nos quidem. de testament. Spino d. Gloss. 28. num.
5. & seq. facit Rota apud Cardin. Seraphin. decis.
611. num.6. & 7.
Iniustè igitur, & iniuriâ facit Fabricæ Oeco-
nomus, si à molestijs non desistat, atquè da-
tum sequestrum non reuocet, quod Ecclesiæ
27 præfatæ redditibus, dixit. Et quòd à seque-
stro iudicium non iurè incipit. text. in l. vnica.
C. de prohibit. sequestr. & tot tit. de sequestrat. pos-
sess. & fruct. Rota apud S. memor. Gregor. XV.
decis. 118. num. 1. & sequent. cap. 2. vbi Gloss. verbo
sequestrari. & ibid. Abb num. 7. de sequestrat. poss.
& fruct. Rota apud Cardinal. Caualer. decis. 324.
num. 1.
28 Et, quòd ius cùm nullum sit Fabricæ (vt iam
diximus) exequutorum negligentia non data;
nullum quoquè eius vertitur interesse. Vt iurè
iudicis quoq; officio repelli debeat, sine actio-
ne exercitè ts. Bart. in l. vbi pactum. num 7. &
8. C. de transact. l. si pupilli. 6. §. videamus. ff. de
negot. gest. Aymon. cons. 191. num 6. Viuius. decis.
41. num.2. Cardin. Tuscus. tom. 1. littera A. concl.
117 num.28. Rota par. 1. tom. 2. decis. 617. num. 1.
circa fin. & in Cornetana honor. 1589. coram Comi-
tulo. decis. 71. num.1. post 1. volom. consil. Fa-
rinac.
29 Alioquin (vt supra supposuimus in initio)
peccato se inficient Fabricæ Ministri, contrà
testatoris legem, supremo suo Elogio rebus
suis dictam, facientes. Ac contra leges quoque
omnes, tàm ciuiles, quàm Canonicas, quæ ser-
uari omninò in extremis disponentium præ-
cipiunt voluntates, quæ contrà leges non sũt.
„ Nulli enim licentiam concedimus (Iustinianus lo-
„ quitur Imperator. ad A. Mennam Præfect.
„ Prætor. in l. ambiguitates. 24. in fin. C. de testam.)
„ per eam occasionem testatoris voluntatem subuer-
„ tere, vel minuere. l. 1. ff. si quis omissa caus testam.
„ l. si patroni filius. 55. §. quod si prior. ff. ad Trebel-
„ leian. Cur enim non videatur indignus, (Papi-
„ niani sunt verba) vt qui destituit supremas
„ defuncti preces, consequatur aliquid ex vo-
„ luntate? tex. in cap nos quidem. 3. ibi: Et cuncta
„ secundùm voluntatem defuncti sine altercatione
„ construere. & cap. tua nos. 17. ibi: Vt secundum
„ defuncti voluntatem vniuersa procedant. de testa-
„ ment. extrà. Diuus Gregor. in can. ad monere. 14.
„ 16. quæst. 1. Admonere te volumus (inquit)
„ ne piæ defunctorũ volũtates, tua (quòd absit)
„ remissione cassentur. & can. vlt. volunt. 13. q. 2.
optimè Spino d. Glos. 28. n. 5. 6. & 7. Nè alioq; in-
30 de nascũtur iniuriæ, vnde iura nascũtor. vt In-
noc. III. loquitur c. qualiter, & quãdo. 18. de ac-
31 cusat. Quòd autem contrà legem fit peccatum
est. cap. nam concupiscentiam. 4. de constitut.
Quòad secundum verò propositum du-
bium, quòd, cùm legem sanxerit testator,
vt non factis maritagijs in singulos annos per
Oeconomos Sanctæ Mariæ de Solitudine,
ius illa exequendi, eo modo, quo ipse desti-
narat, ad Oeconomos deuolueretur Regalis
Ecclesiæ Sancti Iacobi Hispanorum, quibus
plenissimam illa exequendi facultatem tribuit;
non vtiquè poterit Fabrica ius vllum sor-
tiri interim, vt sibi, nõ facta fortasse maritagia,
applicet.
32 Cùm, quòd (vt iam diximus) non po-
test Fabrica defunctorum proruere volun-
tates; cùm non hoc sibi per Summorum
Pontificum priuilegia concedatur; nequè
id iura mandent; sed vt illas exequi, & per
negligentes, socordesq; hæredes, vel executo-
res derelictas, seruari faciat. d. c. nos quidem. 3.

cap. si

cap. si hæredes. 6. cap. tua nobis. 17. & cap. Ioannes. 19. de testam. d. can. admonere. 14. 16. quæst. 1. & can. vltima voluntas. 13. quæst. 2. tex. in l. nulli licere. 28. C. de episcop. & cleric. & in auth. de hæredib. & falcid. collat. 1. §. si quis autem. Vbi Imperator. Modis omnibus (inquit) quod præceptum est per testantem adimpleatur. tex. Sac. Trident. Concil. d. cap. 8. & cap. 9 sess. 22. de reformat. d. Clement. quia contingit. de religios. domib. Spino d. Gloss. 28. num. 5. & seq.

33 Quemadmodum, neque ex præfatis iuribus id possunt Episcopi, quorum in locum (vt diximus) post annũ ipsa successit Fabrica. Quòd profectò, vt executores sint piarum disponentium voluntatum, illis conceditur; non verò

34 destructores. Quinimò neque lex, neque Princeps contrà defunctorum voluntates supremis suis elogijs exaratas, si legibus illæ non repugnent, vt contrà eas sint, venire absque causa possunt. tex. in d. auth. de iureiurand. à morient. præstitit. in ipso initio. collat. 5. Semper hanc vnam habemus intentionem (Iustinianus. ibi loquitur) dispositiones morientium esse firmas, nisi resultent legi, & apertè contrariæ sint ijs, quæ illi placent. text. in l. si testamentum. 10. cum ibi notat. C. de testament. Socin. iunior. consil. 12. num. 9. lib. 4. Beroius. consil. 49. num. 2. & seq. volum. 2. Capolla. consil. 49. ciuil. nu. 18. 19. & seq. Viuius. d. dec. 265. num. 1.

35 Tùm, quòd portiones, & interesse legatorum ipsi Fabricæ non planè simpliciter per Pij Papæ Quinti Constitutionem (Exigit) in anno 1596. conceduntur; verùm sub conditione: Si, et postquàm iuxtà tenorẽ priuilegiorum, & facultatum sibi concessarum, legata huiusmodi executioni debitæ demandari fecerint. hęc ibi.

36 Conditionis autem ea vis est, & natura, vt ius omne sub illa concessum, in futurum suspendat, atquè in tempus vsquè differat implendæ cõditionis; vt nihil antè debeatur, neq; quæratur eidem, quàm conditio impletà fuerit. §. sub conditione. & §. conditiones. instit. de verborum. obligat. l. itaq; 39. ff. si certum petat. l. cædere diem. 213. §. vbi sub conditione. ff. de verborum. signifìcat. l. vnica. §. si autem aliquid sub conditione. C. de caducis tollend. cap. fin. in fin. de translation. episc. d. cap. verùm. 4. de condition. appposit. cap. vnic. §. fin. in fin. de sponsalib. in 6. Rota par. 1. diuers. decis. 47. num. 7. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 3. nu. 8. & seq. Iacob. Thoming. decis. Lipsien. 10. num. 5. Brunor. à Sole. in propositiou. iur. verbo conditio. 3. Barbos. axiomat. 48. num. 2.

37 Absolutum verò est, dictiones illas (Si, & postquàm) conditionem importare dispositioni, cui adijciuntur. tex. in l. Titio. 22. ff. quando dies legati cedat. notatur in l. 1. C. de his, quæ sub modo. Gloss. in d. cap. verùm. 4. verbo. conditione. in fin. de cõditionib. apposit. Bart. in l. 1. nu. 3. & 7. de condition. & demonstrationibus. Socin. in l. quibus diebus. 40. §. Termilius. num. 3. ff. eod. Rota par. 1. tom. 1. in recent. decis. 46. num. 2. Griuellius decis. Senatus. Dolani. 114. num. 30. Gigas consil. 53. num. 1. & 2. & consil. 168. num. 1. & 2. vbi etiam

38 dicit, dictionem postquàm operari, vt dispositionis affectus nullo modo præcedere possit; cùm alioqui sequi debeat factum. Quia nimirùm omne anteriùs excludit tempus, vt nihil antea quæri possit. ad tex. in l. Aemilius. 39. ff. de minorib. sequitur Paris. consil. 31. num. 83. lib. 1. Barbos. de dictionib. dict. 272. num. 2. 3. & 4. & dict. 364. num. 1.

Sub conditione itaquè cùm Fabrica suffecta fuerit tàm in primo, quàm in secundo casu, neq; illa purificata adhuc sit; & quòd in casu negligentiæ priorum executorum, secundi dati sint scriptis tabulis per testatorem; & quòd omninò mandauit per priores executores intermissum legatum puellarum matrimonio locandarum, per secundos impleri datos executores; vt exitum habere debeat defuncti voluntas per secundos datos executores, nec possit Fabrica sibi non impleta maritagia vindicare. Cæteroquin impleta, & in executa remanebit disponẽtis voluntas, pro illa saltim parte non impletorum maritagiorum, quæ sibi Fabrica vindicabit. At non isthæc voluntas est Sacrorum Canonum, & legum; Disponat testator in suis, vt vult (inquientes) & sit lex eius voluntas. Non proruenda igitur.

Et ita ex his, censoris, Aristarchiq; suppositis virgæ, respondendum censui.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

Cùm litium flammas extinguere amarent Oeconomi Ecclesiæ Solitudinis, quòd ipsi defuncti voluntati paruissent, cedere liti putauere, atq; rationes reddere factorum maritaggiorum. Interim quæ parauerâm, ad creditum mihi talentum, ad mensam proponere è rè existimaui: erit enim, qui cum vsuris illa expendet, si boni ea consulet, nec Momi toruis aspiciat oculis.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdoti sacris operanti, merces, & si non debetur, quasi pretium sacrificij, quod simonia esset, debetur tamen, vt stipendium sustentationis ex iustitia.*

Quia Dignus est operarius mercede, ac cibo suo.

2 *Gratis dandum, quod gratis accepimus.*

3 *Sacerdos locare videtur operas suas ad sacra faciendum,*

non planè primariò ad id, quod spirituale est, sed secundariò ac per accidens, propter adiunctum vinculũ seruiẽdi in singulos dies, et quia priuat se sua libertate. n. 4.

5 *Sacerdos, qui accepta stipe ad sacra offerendum, non celebrat, & peccat, & ad restitutionem tenetur.*

6 *Missarum satisfactionem, post acceptũ stipẽdium notabiliter differre, peccatum est.*

7 *Conueniens cum sacerdote pro Missis celebrandis ad congruam eleemosynam, ex iustitia ad illam tenetur soluendam, vt possit etiã cogi per vtrumq; iudicem.*

etiam per censuras Ecclesiasticas.

8 *Donans de euictione non tenetur rei donatæ. ne liberalitatis suæ donans pœnam patiatur.*

limita primo si expressè donans teneri de euictione cauit. nu. 9.

secundo si donatio non sit ex liberalitate, sed ex causa onerosa, præsertim spirituali. num. 10. & 16.

nam satis diuersum est non teneri ex liberalitate,

& non teneri ex causa onerosa. n. 12.

limita tertio vbi in dolo donans fuit. n. 13.

quarto si per stipulationem donatio facta fuit ex causa onerosa n. 14.

quinto stante bona fide donatarij, & mala donãtis num. 15.

11 *Donatio remuneratoria propriè donatio non est, sed quædam quasi permutatio.*

12 *Operanti merces ex iustitia debetur.*

Voca operarios, & redde illis mercedẽ suam Dominus dicit Matth. 20. 8. & n. 20.

17 *Damnum, vt quis ex obsequio, & famulatu hauriat, nequè naturalis, nequè æquitatis ratio patitur.*

cum nemo ex suo officio dãnum extrahere debeat num. 18.

19 *Onus qui sentit, commodum quoq; percipere iustum est.*

ARGVMENTVM.

De iusta stipe, & eleemosyna sacerdoti sacris operanti ex iustitia debita, & nùm donans, & quando de euictione teneatur rei donatæ? & quid si ex causa onerosa datum fuerit?

RESPONSIO XXXIII.

CVm de anno 1619. Vincentia Serfalis vidua Terræ Maydæ Neocastren diœcesis in Altari maiori Ecclesiæ Sancti Nicolai de Latinis, tres cappellanias ad nutum amouibiles pro tribus Cappellanis, qui per turnum singulis diebus sacra offerent mysteria pro Anima eius, datis sexcentum in tot bonis, & annuis censibus, erexisset; erectionẽq; Episcopali assensu roborasset; atq; etiam Cappellanos ab Episcopo approbandos nominasset; secuta Episcopi approbatione, illi per plures
annos sacris operantes, nihil mercedis hucusquè ex assignatis bonis, atquè censibus annuis
percepere. Vnde instant aduersus Vincentiam
fundatricem pro congruenti laborum mercede. Illa se non teneri replicat; quòd bona assignata euicta fuere, & in potentiorũ deuenere
manus, & ipsa in instrumento assignationis
bonorum, se de euictione haud teneri corporũ
assignatorum debere, expresè cauit. In difficultatem proinde vertitur: Agant nè iure Cappellani, Vincentiam pro congruenti mercede
laborum in iudiciũ appellantes apud Tribunali Fabricæ Sancti Petri? Et planè iurè illos
1 agere respondendum censeo. Quia Profectò, &
si non debetur sacerdoti sacris operanti merces, quasi pretium pro sacrificio, quod sanè simoniacum esset, cum gratis dãdum ab illis sit,
2 quod gratis acceperunt. *Matthæi. 10. Gratis accepistis, gratis date.* debetur tamen ei stipendium substentationis ex iustitia. Dignus, est
enim operarius mercede sua, siue cibo suo, vt
Dominus, ac Magister noster Dominus Iesus Christus loquitur. *Matth. 10. & Luca 10. &
est tex. in cap. 1. de sepultur. Clem. dudùm. 2. §.
verùm de sepultur. extrauagant. super Cathedrã
2. §. verum de sepultur. inter communes. Gloss.
in can. iudices. 23. §. hoc ipsum. in verbo. in sumptum. 1 q. 1. S. Thom 2. 2. q. 100. art. 2. ad 2. & ibid.
Caiet. & in sum. verbo simonia. in 4. regul. idem.
S. Thom. in 1. ad Corinth. 9. lect. 2. in fin Dominic.
à Soto. de iustit. & iur. lib. 9. q. 6. art. 1. Syluest.
verbo simonia. q. 8. princip. & q. 9. vers. tertio pro
celebratione Missæ. Henriq. in sum. lib. 9. de Missæ sacrific. cap. 22. §. 1. Petrus Binsfeldius. in cap.
ad Apostolicam. 42. q. 1. conclus. 3. & in cap. audiuimus. 41. q. 1. conclus. 4. de Simon. Lessius de iust.
& iur. lib. 2. cap. 35. dub. 8. nu. 47. Rodriq. in sum.
par. 1. cap. 251. conclus. 4. Aegid. de Conink de
Sacram. q. 83. art. 1. dub. 11. num. 197. Ludouic. à
Beia respons. casuum conscient. par. 1. cas. 12. Pater
Iacob. de Graffiis decis. aur. lib. 2. cap. 96. num. 32.
& seq. Fr. Paul. Fraxinellus. de sacerdoti obligat.
sect. 3. prænot. 1. num. 2. & 3. §. 1. Barbos. de offic.
& potest. Epis par. 2. allegat. 24 num. 2. Paul Fagundez. de quinq. præcept. Eccles. præcept. 1. lib. 4.
cap. 8. num. 2. & seq. Bonacin. de Sacram. Eucharist. disput. 4. q. vlt. punct. 8. num 1. & 2. Paulus
Laym. Theolog. moral. tom. 2. tract. 10. de Simon.
cap. 8 §. 2. n. 13. lib. 4. Pater Iacob. Gordon. Theolog. moral. tom. 2. lib. 8. q. 7. de sim. c. 5. in 2. q.
num. 14.*
3 Videtur enim quasi locare operas suas sacerdos ad sacra faciendum. *vt Gloss. loquitur. in
cap. significatum 11. in verbo. ita quod. in fin. de
præbend. quam sequitur Genuens. in praxi. cap.
mihi 56. de Cappellano infirmo num. 2. impressione Romana anni 1609. Horat. Viscont. in conclus.
4 iuris. verbo sacerdos. fol. 252.* Non sanè primariò
ac per se, ad id, quod est spirituale, ad sacrificium videlicet; sed per accidens, ac secundariò; propter adiunctum vinculum seruiendi in
singulos dies, vnde priuat se libertate sua. *secũdum Caiet. in sum. d. reg. 4. Abb. in d. cap. significatum*

catum.num.8. Butrius.nu. 12. Hostiens. in sum.
de simonia.num. 4. §. qualiter committatur. col.
2.circa med vers.& sunt hæc in arg.Syluest. d. q.
8.& q 9. Armill.eod.§.2.num.5.in 6.reg.Sot.d.q.
6.art.1.Tolet.lib.5.sum.cap.88.num.2. vers.dico
3. & vers. dico: 4. Anton Fernandez. in exam.
Theolog moral.par.3.cap.14.§.1.num.18.& 19.
Graff. d. cap 96.num.33.34.& 35. Cœned. quæ-
stion.Canonicar.q.27.nu.1.& seq. Fraxinell. d.
sect 3. prænot.1.§.3.& §.5.num.5. Binsfeld. cap.
suam nobis.29.q.2. conclus. 2. & cap. audiuimus.
41.q.1.conclus.2.in fin.& d. cap. ad Apostolicam.
42.q.1 conclus.4.& 6.de Simon. Bonacin.de Simõ.
disput.1.q.4.punct.2.& 3.Laym.d. §. 2. num. 13.
14.& 15.Gordon.d q.8.cap. 11. num. 33. Homo-
bon.in examin.Eccles.tom.1. tract. 4. cap. 13. q.
116.Fagundez. vbi supra. Sanchez. lib. 2. consil.
moral.cap.3.dub.10.& 11.tom.1.

5 Quàm ob causam, sicuti contrà iustitiam
facit sacerdos, qui accepta stipe, ac congruenti
eleemosyna, & substentatione, à celebrando
deficit; vt præterquàm, quòd mortali se macu-
la inficiate; teneatur nihilominus ad damnum
resarciendum, vel per se, vel per alium sacer-
dotem celebrando, vel acceptas restituendo
pecunias pro sua substentatione, ei, à quo illas
accepit: Quia nimirùm contrà pactum iustitiæ
fraudat aliũ re debita magni valoris, & fructu
6 integro Missæ. Quinimò ipsam missarum satis-
factionem notabiliter differre, post acceptam
stipem, peccatum est. *Syluest verbo. Missa.1.q.*
10.in fin. Nauar.man. cap. 13. num. 110. & cap.
25.num.29. Henriq.d.cap.22.§.2.in tex. & in
Glos.Didacus.Spino in speculo testam.gloss.3.prin.
de cappella.num 6. Anton. Fernand.d.§.9.num.
4. Gallecta in Margarita cas.verbo. Missa §.10.
missas celebrare. Nald.in.sum. verbo.missa num.
12.Fraxinel.d.sect.3.prænot.1.§.1.num 2.& §.
2.Barbos d. alleg.24.num.6. Fagundez. d. lib.4.
cap.10.num.1.& seq.Bonacin.d.q. vltim. de Eu-
charist.punct.7.§.5.num.1.& 2.& §. 2. num.6.
Layman.d. §.2.num. 14.& 15. Anton. Diana
tom. 1. tract. de celebrat. missar. resol. 25. fol.
mihi 33.

7 Ita planè post obligationem initam cum
Ecclesiæ ministris de congrua eleemosyna, &
substentatione ad sacra celebranda mysteria
atq; diuina recitanda officia, ex Iustitia elee-
mosynam soluere tenetur, qui ita conuenit,
vt per vtrumquè iudicem laicum scilicet, &
Ecclesiasticum; multòquè magis per Ecclesia-
sticum per censuras compelli possit, ad standũ
pactis. *ad tex.in d.cap.significatũ 11 de præbend.*
quatenus habet teneri sacerdotem stare pactis
de sacris quotidie faciendis; vt ex vtraq; parte
vim obtineat. *ad regul.non licet actori.32.de re-*
gul.iur.in 6.facit tex.Sacri Trid.Concil.sess.25.
c.4.de refor.Henriq c.21.§.4 et c.22.§.2.in prin.
lib.9.Lessius. d.dub.8. num. 47. Cœned. d. q.27.
nu.2. & 3.Binsfeld.d.cap.suam nobis.q.2.conclus.
3.& 4. Homobon.d. cap. 13. q. 116. Fagund. vbi
supra, Bonacin.d.q.vlt.punct.8.num.2. Layman.
d.§.2.cap.8.num.3.circa fin.Sanchez. d. dub. 11.
num.12.lib.2.cons.moral.cap.3.

Nec obstat nobis, quod satis firmum pro ad-
uersarijs obiectum æstimatur; Quòd nimirùm
Vincentia expressè se de euictione teneri haud
8 debere, protestata fuit. Præter quàm quòd iu-
tis censura, atq; etiam æquitatis ratione, do-
nans, cum ex liberalitate faciat, vt sua donet,
de euictione minimè tenetur; ne alioqui libe-
ralitatis suæ donator pœnam patiatur. vt Mo-
destinus loquitur. *in l.ad res donatas. 62.ff de*
edilit.edict.est tex. in l. Aristo.18. §. fin. ff. de
donation.l.2.in fin. C.de euict.plenè Gozadin.cõs.
60.à num.1.& per tot. Card.Tuscus.tom.3. litte-
ra E. conclus.366.num.1. & seq.

9 Cùm, quòd regula (Non teneri donatorem
de euictione) locum non habet si expressè do-
nans cauit de ea teneri debere; vt in facto hoc
nostro, in quo donans apertè protestata fuit; *Che*
„ *detti censi non l'hà ceduti, nè donati ad altri, e nõ*
„ *vuole essere tenuta de euictione illorum, præter-*
„ *quàm ex dato, & facto suo.* Vt teneatur proin-
de de euictione, quæ ex facto suo, præcedentis,
scilicet alieni æris, obuenit. *iuxtà text. in d. l.*
2.C.de euiction. vbi Gloss. Alberic. Bald. & Salic.
Boer. decis 67.in princip. Anton. Gomes. tom.2.
variar.resolut. cap. 2. num.35.col.5. in 2.limit.
apertè Gozadin. d. cons.60. num.7. vbi strictè in
terminis nostris loquitur. *Molina de iustit. &*
iur.tom.2. de contract.disput.252.num.10.in fin.
Barbos.de offic.& potestat.episcop.par.2. allegat.
20.num.16. Reuerendissimus Campanalis Epi-
scopus Isernien. in suo iuris diuers.rubric.8. cap.
4. num. 4. in fin. Cardinal. Mantica de tacit.
& ambig.tom.2.lib.13.tit.4. num.21. Beltrami-
nus addens ad decis. S. memor.Gregor. XV. Lu-
douis.340.num.13. Gratian.forens.par.4. c.637.
num.47.& seq.Card.Tuscus. d.tom.4. littera E.
d.conclus.366.nu.11. & 19. Regens Franciscus
de Ponte cons.27 num.5. lib.1.

10 Tùm etiam si donatio, non sanè ex liberali-
tate, sed ex causa procedat onerosa, præsertim
spirituali, sicuti hæc fuit, quæ in stipendium
cessit, ac cedit diurni seruitij per tres Cappel-
lanos in sacris quotidie faciendis pro donantis
Anima, exhibendi. *arg.tex.in l.1.C.de iure dot.*
& tex. in l.sed etsi lege.28.§.consulit. in fin.ff.de
petit.hæreditat. Rebuff. ad Galliæ Constit. tract.
vt benefic.ante vacant.art.2.Gloss.vltim.§.item
Rex. fol.mihi 355. quem sequitur Cabed. *decis.*
Lusit.119.nu.13. & eum sequitur Regens Mar-
chio Carolus Tapia in decis.Supremi Ital. Sena-
tus.6. num. 23.& 24. de donatione remunera-
11 toria loquentes. Quòd in illa euictio locum
sibi faciat, cùm non sit propriè donatio; sed
quædam quasi permutatio, vt Vlpianus loqui-
tur *in d. l.sed & si lege.28. §. consuluit. Gratian.*
d. cap.657.num.52.& 53. & post eum Marius
Cutelli de donat. inter patrem, & fil. tract.1. di-
scursu.2.particula.13.num.21.& num.64. Tusc.
d.littera E. conclus.366 num.5. Molin. d.iustit.
& iur.tom.2.de contract.d.disput.252. num. 10.
Aluar.Valascus. de partitionib.cap.37.num.3.&
seq.Barbos.d. allegat.20.num.17.18.& 19. Rota
apud

apud Cardinal.Seraphin. de donatione ob causã loquens, quod teneatur donans, de euictione. *decif.534.num.3.*

12 Tum prætered,quòd fatis diuerfum eft; Nõ teneri donantem de euictione donatario, qui in fe lucratiuam habet caufam;& proindè non teneri Vincentiam donantem ex alijs bonis fuis dare, vt in futurum Cappellani ab ea defstinati habeant, vnde congruam fubstentationem pro facris quotidie faciendis defumere valeant. Aliud verò non teneri eam, de proprio, pro annis,quibus facris operati fuere Cappellani, congruam ftipem foluere, quæ ex iuftitia illis debetur operantibus. *Voca operarios (*inquit Dominus *Matthæi.20.8.) & redde illis mercedem fuam.* & fupra nos etiam diximus. Cæteroquin in dolo effe videbitur pro annis prædictis iam præteritis. Nec fuffragabitur ei exceptio, quòd pro donatione, redditoria, fiuè euictio locum minimè habeat. vt apertis fatis verbis Vlpianus docet *in d.l.Aristo.18.§.fin.in fin. vbi Gloff. & Scribent: ac præfertim Paul. de Caftro. de donat. & fequitur optimè Gomef.d.cap.2.num.35.col.3. circa med. verf. nec obftat,quòd tunc videtur effe in dolo, & text. d.l.2.vbi Bald. & Salicet. C.de euictio. Tufcus.d.*

14 *conclus.366.num. 19.* Præfertim cùm donatio hæc,quinimò potius datio ex caufa celebrationis Miffarum (vt dictum fuit in principio) facta per ftipulationem fuerit, *vt poft Gozadin. d.conf.60.nu.5.fequitur Card.Tufc.d.conclus.366. num.9.*

15 Accedente quoq; quòd in bona fide Cappellani fuere, qui quotidie facris operati funt per fex,& ampliùs annos; vt iurè nunc ad interesse agere valeant aduerfus donantem Vincentiam, quæ miffarum commodum apud Deum excepit. vt perpendit optimè ad rem noftram idem Regens de Ponte. *dict. conf.27. num.8.& 9.*

16 Duæ nempè hic obligationes perpendun tur,quæ Vincentiam afficiunt,vt ad euictionẽ teneatur. Vna videlicet in futurum, cùm pro facris Deo altiffimo quotidie offerendis Ecclefiæ Sancti Nicolai dederit, vt ad implendã promiffionem teneatur, iuxtà diftinctionem, quam refert.*Lambert.lib.1.par.1.q.5. art.7. fub num.13.& art. 8.* & eam refert nouiffimè *Pater Alphonfus de Leone.tract. de offic. Cappellan. quæft.5.fection.24.num.333.& feq.* Altera verò pro præterito Cappellanis, qui facris operati fuere,ad eorum congruam fubftentationem, vt perpendit optimè idem de Ponte. *d.conf.27.*

17 *num. 9.* Nequè enim æquitatis, ac naturalis etiam ratio patitur, vt illi ex eorum affiduo famulatu in facris offerendis, damnum nunc hauriant,congrua fi eis denegetur fub fubftentatio. *ad regul.non debet aliquis.22. de regul. iur.*

18 *in 6.* Cùm alioqui nemo ex fuo officio damnũ haurire debeat. *l.fed fi quis ex ftignatoribus.7 ff. quemadmodum teftam. aperiantur. Gloff. in cap.2.*

19 *verbo difpendium.de fideiuffor.* Quinimò iuftum omninò eft,ac sãctum, vt qui onus exãtlauit, commodum quoq; percipiat. *regul. qui fentit.*

20 *55. de regul. iur. in 6.* Et ex iuftitia laboranti merces debeatur, iuxtà domini fententiam *Matthæi.20.8.* Voca operarias (inquientis)& redde illis mercedẽ fuã.*can.charitatẽ.42.vbi glo. fin. & can. quicunq; 63. 12.q.2. & can. ibi adnati. 49. vbi Gloff. verbo.laborem.7.q.1. §. nè autem.cap.9. in auth.de iudicibus. collat.6.Rota Maceraten. apud Thomat.decif.14. nu.12.*

Et ita ex his refpondendum cenfui, cenforis lima ex petita,nedum expectata.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

Ex his,fuit per Tribunal Reuerend. Fabricæ Sancti Petri Commiffum in partibus Commiffario,quòd Vincentiam iuris, factiq; remedijs opportunis ad foluẽdum Cappellanis deftinatis congruentẽ eleemofynam pro annis, quibus facris operati fuere, compellat. Salua tamen prouifione quòad caput; an de euictione teneatur corporum affignatorum pro tribus Cappellanis, cùm ex fua caufa,æris fcilicet alieni, euictio euenerit affignatorum corporum. Interim propofita ne perirent, pretiũ operæ me facturum putaui.

SVMMARIVM.

1 *Fideicõmiffum ad certam quãtitatem dictum, non ad certum corpus,quamuis vnde quantitas accipi deberet poftmodum oftenfum fit, demõftratiuè magis, quàm taxatiuè rogatum videri,& num.11.*

2 *Pecunia ex fe,infructuofa eft.*

3 *Pecunia fideicommiffo fuppofita, vtiq; exauditur,vt in emptionem illa vertatur.*

4 *Pecunia non nifi ad emendum difpofita eft.*

5 *Verba exaudiri debent iuxtà rei naturam in difpofitionem, fiue in contractum deducta; & fecundum qualitatem perfonarũ, ad quas difpofitio refertur.*

6 *Demoftratiuè fideicommiffum rogatum cenfetur,fi à quantitate,non à corpore incipiat.*

neq; vnico orationis periodo vfus fuerit teftator. num.7.

ficuti etiam in dubio demoftratiuè magis,quàm taxatiuè rogatum videri, cenfendum eft, num.8.

vel fi non ab initio periodi corporis meminit, fed poft orationem perfectam.nu.10.

9 *Teftator quod non dixit, eum id in fua manere poteftate, nec voluiffe præfumendus eft.*

ARGVMENTVM.

Quãdo legatũ demoftratiuè, vel texta tiuè factum dicatur?

RE-

RESPONSIO. XXXIV.

Diſceptatum fuit in Tribunali Fabricę ex diſpoſitione quond. Alexādri Bellocchi; eſſet nè demonſtratiuè, vel verò taxatiuè dictum fideicommiſsū ſuper termille ducatis per eum ex tota ſua hæreditate exemptis: quorū vſufructuarij eſſent Ioannes Vincentius filius, eiusq; filij, filiorumq; filij in infinitum.

Is enim dicto vniuerſali hærede Ioanne Vincentio filio, ei tamen vinculum fideicommiſſi ſequentibus inijecit verbis.

„ *Quale* (Ioannes Vincentius ſcilicet) *voglio*
„ *che ſoceda à tutti li miei beni, vt ſupra; accet-*
„ *tuati tremilia docati, de quali vuole che detto*
„ *Gio. Vincenzo ſuo filio, & herede ne ſia vſufru-*
„ *ctuario tantùm, è dopò la morte di eſſo Gio. Vin-*
„ *cenzo, ne ſiano è debbano eſſere vſufruttuarij*
„ *tantùm ſimilmente di detti docati tremila li figli*
„ *di eſſo Gio. Vincenzo, è li figli de detti figli, è loro*
„ *diſcendenti in ſinitum, è coſi ſi debba oſſeruare.*
„ *Delli quali docati tremila dice eſſo Teſtatore,*
„ *che ne ſono in compra docati 2300. vuole che ſino*
„ *alla ſumma delli docati tremila ſi debbano racco-*
„ *gliere dalli danari ſi deuono eſſigere, è ſimilmente*
„ *conuertirſi in compra; delle quale compre facte*
„ *è faciēde vuole eſſo teſtatore, che detto Gio. Vin-*
„ *cenzo ne ſia vſufrattuario tantū, e coſi ſi debba*
„ *oſſeruare nelli poſteri.*

Textatiuam haud fuiſſe Alexandri diſpoſitionem prædictam, ſic verbis (vt ſupra relatis) ſupremis ſuis tabulis exaratam; ſed demōſtrationis gratia ducatos biſmille treeentum; in emptionem iā verſos, deſignatos fuiſſe, magis quàm in certum corpus deſtinatos, iuxtà Teſtatoris mentem, & iuris cenſuram reſpondēdum cenſui.

1 Profectò, quòd teſtator, qui hæredem vniuerſalem Ioannem Vincentium filium in omnibus ſuis bonis dixit, ipſe in termille dumtaxat, ne hęres eſſet, ſed fideicommiſſarius, atquè vſufructuarius, voluit. Fideicommiſſum itaquè ad certam quantitatem, non ſanè ad certum corpus reſtrictum demandauit. Vt conuerterentur quidem in emptionē exceptæ pecuniæ, atquè ex eorum fructibus, annuiſq; redditibus vti fruiq; valerent tàm Ioannes Vincentius filius; quàm eius quoquè filij in infinitum poſt patrum ſuprema funera, non verò quod conuerſæ iam in emptionem, vti certum corpus ſemper firmæ ſtarent. Demonſtrare etenim potiùs hæredi vniuerſali Teſtator voluit, vnde ex aureis termille annuos perciperet redditus, quàm quòd conditionem fideicommiſſo ſe inijeciſſe ſignificaret. Cùm alioqui purè termille ex tota hæreditate extraxiſſet; quos non vti hæredem, ſed vti vſufructuarium habere Ioannem Vincentium deſtinauit: vt eo demum vita functo, in ſuis illi ſtarent liberis. Vt optimè Iulianus loquitur. *in l. quidam teſtamento. 99. ff. de legat. 1. & eiſdem penè verbis Paulus. in*
„ *l. Pauia Callinico. 27. § fin. de legat. 3. Placuit*
„ *Imperatori* (inquiens) *non videri eius fideicom-*
„ *miſſum: ſed demonſtratum vnde accipere poſſet,*
& ideò hæredem Seueri hæc præſtare debere. hæc illæ. *& l. Lutius Titius. 12. ff. de aliment. & cibar. legat. l. ex eo vino. 13. ff. de. trit. vino & oleo legat. l. ſi qui. argumentum. 35. § ſi verò reditum. C. de donation. vbi Cyn. num. 2. verſ. ſecundo quæritur & ibid. Ioan. Faber. num. 14. l. fideicommiſſa. 11. § ſi rem ff. de legat. 3. Bart in d. l. Lutius Titius. 12. num. 3. ff. de aliment. & cibar. legat. Paul. de Caſtr. conſ. 338. Quia exceptionei. num. 3. verſ. quæritur igitur ſubſequenter. par. 1. Felin. in c. ad audientiam. 31. nu. 7. in 6. concluſ. de reſcript. Aleiat. lib. 9. reſponſ. conſ. 187. ſic teſtamentum habet. num. 6. Marc. Anton. Eugen. conſ. 94. n. 22. 23. & 24. vo. 1. plenè Surd. de aliment. tit. 4. q. 26. num. 2. & ſeq. Iacob Barretta. conſ. 116. num. 1. in princ. Vincent. de Franch. deciſ. 721.* qui ita in S. Cōſilio deciſum fuiſſe refert. *Ioan. Griuell. deciſ. Senatus Dolani. 55. num. 21. Rota deciſ. 11. de teſtam. in antiquiſ. plenè Gratian. forens. par. 2. cap. 256.* vbi caſus omnes diſtinguit à *nu. 20. ad fin. vſq. & par. 5 cap. 988. nu. 19. & ſeq. ad fin. Garſias de exp. nſ. & meliorat. cap. 4. num. 34. Simon. de Pretis de interpretat. vltim. vol. lib. 5. dub. vlt. num. 32. fol. mihi 572. Horatius Viſcont. in ſuis iuris concluſ. verbo legatum quando dicatur factum. fol. 159. Card. Mantica de coniectur. vltim. vol. lib. 9. tit. 3. num. 20. ſequitur nouiſſimè Dominus Regens Scipio Rouitus. decis. 57. num. 1. Bellectus diſquiſition. Cleric. tit. de Clerico debitore. § 9. num. 10. verſ. tertio verò.* in penſionis materia loquens.

Nequè in dubium voluntas hæc Teſtatoris ita verbis exarata, vertēda vllo modo videtur, vt per aduerſarios prætenditur; apertè nempè quantitas ducatorum termille ex toto hæreditatis corpore excepta fuit, vt in emptionem illa verteretur, vnde ex fructibus vſum hauriret Vincentius, & poſt impletum fati ſui tempus, eius filij, filiorumq; nati in infinitum.

„ *Dalli quali* (inquiens) *vole che lo detto Gio.*
„ *Vincenzo ſuo figlio, & herede ne ſia vſufruttua-*
„ *rio tantùm.*

2 Non quòd planè, de pecunia ipſa (quæ ex ſe infructuoſa eſt. *l. 1. ff. de contrahend. empt. can. eijciens dominus. 10. § dicet aliquis. 88. diſt. vbi Archid. S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. in reſponſ. ad fin. Molin. de Iuſt. tom. 2. de contractib. diſput. 336. num. 2.* Rota *par. 2. tom. 1. in recent. deciſ. 72. nu.*
3 *5. in fin.*) vſusfructuarius eſſet; ſed quòd in emptionem illa (vt expreſſit) verteretur, atq; ita ex fructibus vti fruiq; Ioanni Vincentio, eiuſq;
4 filijs, filiorumq; filijs in infinitum liceret. Cùm alioqui pecunia non ſit diſpoſita, niſi ad emendum. *vt S. Chryſoſtomo d. can. eijciens. d. § dicet aliquis.* loquitur.

5 Verba quippè iuxta rei naturam in diſpoſitionem, ſiuè in contractum deductę, ac ſecundum qualitatem perſonarum ad quas diſpoſitio

tio refertur, exaudienda veniunt. *ad tex. in l. plenum. 12. §. equitij. ff. de vsu, & habit. Bald. in rub. C. de contrahend. empt. nu. 9. & cons. 434. col. 2. in princ. vol. 1. Tiraq. in l. si vnquam. verbo. reuertatur n. 36. & 37. C. de reuocand. donat. Euerard. cons. 5. num. 11. Rota apud Card. Mantic. decis. 4. nu. 1. & apud. S. memor. Gregor. XV. decis. 66. num. 8. & decis. 511. num. 4. & 5. quæ est etiam in impressis. par. 1. tom. 1. in recent. decis. 301. num 5. Card. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 11. num. 17.*

Non itaq; corpus, sed quantitatem ex tota hæreditate exemit Testator, vt fideicommisso subiecta esset; vnde non taxandi gratia, sed de-
6 monstrandi causa corpus ducatorum bismille tercentum indicauit. A quātitate enim, non à corpore, fideicommisso initium dedit, cùm illum rogauit: *Eccettuati tremila docati* (aiens) *delli quali vole, che detto Gio. Vincezo suo figlio & herede ne sia vsufructuario tantum.* vt optimè adnotarunt *Bellect. d. §. 9. num. 11. vers. cognoscitur autem, & dictus Dominus Rouitus d. decis. 57 num. 11. alijquè ab illis enumerati Doctores.*

7 Neq; vnico orationis periodo vsus est Testator, sed duplici. Vt omninò ostenderet, demōstrasse se dumtaxat corpus ducatorum bismille tercentum, non sanè taxasse. Cùm omninò in emptionem pecuniæ vertendæ essent; vt plenè supra citati per nos doctores, & Dominus Rouitus *decis. præfata 57.* præsertim. *d. n.* 11. aduertunt.

Quod si adhuc dubiā, cōtendere velint, voluntatem esse defuncti testatoris, an demōstrationis gratia, vel taxationis, emptionis meminisset ducatorum. 2300.

8 Respondebimus nos, in hoc casu dubio (vt ipsi contendunt aduersarij) demonstratiuè emptionem in mediū attulisse testatorem videri, non sanè taxatiuè. Quippè qui termille tantū ex hæreditate exceperat vniuersa. Quòd ita in dubio verba exaudiri debeāt testatoris, qui suis nato, nepotibusq; per fideicommissum in infinitum rogatum, prospicere intendebat. *secundum Bart. in l. centurio. col. 10. in princ. vers. sed quod dixi. num. 31. ff. de vulgar. & pupillar. Berous. cons. 17. num. 16. & 17. vol. 1. Rota par. 1. diuers. decis. 484. num. 4. Gratian. plenè d. cap. 256. num. 20. & seq. & par. 4. cap. 657. nu. 31. & 32. Rota apud Card. Seraph. decis. 1058. nu. 2. & 3. apud Card. Manticam. decis. 273. num. 3.* Præterquàm, quòd dubietas omnis abluitur ex verbis ipsis, quibus loqutus est testator *Delli quali docati 3. mil. dice esso testatore, che ni sono in compra docati* 2300. Demōstre profectò voluit testator emptionem iam factam, non quòd taxare corpus voluerit. Cùm voluntatis eius fuerit; esse quidem hæredem vniuersalem Ioānem Vincentiū in omnibus eius bonis, excep-
9 tis tamē termille, in quibus successoribus prospicere intendibat. Cæteròquin si taxatiuè emtionem designare voluisset, cùm id in sua maneret potestate, dixisset vtiq; vt quod nō dixit, nec voluisse præsumatur. *ex tex. in l. vnica. §. fin. autem ad deficientis. C. de caducis tollend. cap. ad audientiam 12. de decimis extrà cap. inter corporalia. 2. §. vnde si circa. de translat. prælator. Rota in recent. par. 2. tom. 1. decis. 336. nu. 5. apud Card. Caualer. decis. 65. nu. 4. & decis. 340. nu. 5. Mantica de coniectur. lib. 3. tit. 19. num. 4. Perez. de Lara de anniuers. lib. 1. cap. 18. nu. 10 & 11. Surd. cons. 125. num. 15. vol. 1. Nicolaus. Euerard. cons. 21. nu. 12. Rota in Tullen. Monasterij. 1597 coram Pena decis. 112. n. 8. in fin. post 1. vol. consil. Farinac.*

10 Neq; emptionem ducatorum bismille tercentum ab initio ragati fideicommissi in mediū adduxit testator, sed post expletum fideicommissi periodum in ducatis termille, vt non vulgari demōstraret indicio, emptionis meminisse, vt indicaret illam in ducatis bismille tercentū iam factam, nequè grauaretur in hoc hæres, ad aliam faciendam pro dicta summa emptionē, sed quod residuum erat suppleret ad summam ipsam termille ducatorum. *Vuole* (inquiens) (postquàm emptionem bismille tercentum ostendit) *che sino alla summa delli docati 3. mil. si debbano raccogliere dalli danari si deueno essigere, è similmente conuertirsi incompra.* Non equidem ex ostentione, & indicatione hac, fideicommissi naturam, quod simpliciter in ducatis termille rogauerat, immutare voluit. *vt aduertunt Castrens. d. cons. 338. num. 3. Berretta. d. cons. 116. nu 5. Alciat. d. cons. 187. n. 6. Gratian. d. cap. 256. num. 24. & d. cap. 988. num. 22. 23. & 24. Rouit. d. decis. 57. num. 1. & 11. & seq.*

11 Sicuti, si nihil residuum esset: quod exigendū foret, non propterea, euanescere debere rogatum fideicommissum in ducatis termille, asserendum nobis esset. *Quoniam Verisimilius esse* (Iulianus respondit *d. l. quidam testamento. 99. in fin. princip. de legat 1.*) *patrem familias demonstrare potius hæredibus voluisse, vnde aureos quadringentos sine incōmodo rei familiaris contrahere possent* (hæredes vtiquè testamento dicti) *quàm conditionem fideicommisso iniecisse; quòd initio pure datum esset.* eodemquè, modo Paulus *in d. l. Paula Callinico 27. §. fin. de legat. 3.*

Nihil est ergò quod in cōtrouersiā vertatur amplius, demōstrarationis gratia bismille tercentum per testatorem indicatos fuisse. Vt ex his, Emunctionis naris iudicio non reiecto, quin ex petito magis, respondendum censeo.

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

Odorata difficultate per aduersarios; timētes sibi certum iudicium partes; transactione negotium dirimi curauere. Quòd et factum est. Tuum nunc erit iudicium (Amice lector) an è re dixerimus tua, quòd si accidit. Datori bonorum omninū gratias meū age. Qui sit Benedictus in secula.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Legatum pro alimentis est annuum, & vnoquoq; cedit anno, & quoad præstationē, & quoad actionem,
atq; proinde perpetuū, præsertim si corpori factū est, quod non moritur. n. 2.
3 Conuentus fluctualibus comparatur aquis, quæ sibi inuicem succedunt, quamuis non eadē semper fluentes sint.
sicuti & Ciuitas.
4 Legatum Ecclesiæ relictum etiam post centum annos debetur.
quæ sententia, & æquitati magis est congrua, & piæ causæ fauet, ac sensui Sanctæ Matris Ecclesiæ correspondet. nu. 5.
6 Legatum, quod nullam diem adiectam, nullamq; conditionem ascriptā, habet, purū, ac simplex dicitur atq; censetur.
7 Testator, quod nō dixit, nec voluisse asserendus erit.
vt neque nos quoquè dicere oporteat. n. 8.
vt qui dixisse, vel disposuisse cōtendere voluerit, probare debebat. n. 9.
10 Immutandum non est, quod certam, & absolutam voluntate testatoris determinationem habuit.
11 Voluntas testatoris lex est ijs, qui ex rebus eius commodum consequuntur.
& quicquid contrà voluntatem sit defuncti illicitum est, atq; piaculo obnoxium, vt etiam excōmunicari possit obluctans, modò, quod dispositū est legibus non obluctetur. nu. 12.
13 Legatum in casu necessitatis relictum non debetur nisi necessitate exigente.
relictum verò de omnibus necessarijs debebitur etiam non existente necessitate. n. 14.
15 Legatum pro alimentis relictum debebitur etiā non existente necessitate.
16 Legatum de omnibus necessarijs satis laxū extimatur, & comprehendit omnia, quæ ad vitā necessaria sunt.
Quia comprehendit omnia, quæ ad vitam hominis transigendam necessaria sunt. nu. 17.
18 Omne, qui dicit nihil excludit.
19 Legatum pium non caducatur, ex quo incapaci relictum fuit.
Ratio. nu. 20. & 22.
20 Finis ad pia disponentis Deus Benedictus est, & anima salus.
21 Eleemosyna omnia nobis munda reduntur.
22 Legatum pium non deficit, quamuis locus deficiat, cui relictum est.
vnde accipiet illud Ecclesia vniuersalis, num. 24.
23 Deus non mutatur.
25 Capuccini incapaces sunt bonorum immobilium, & annuorum reddituum, vel quæ annuā præstationem sapiunt.
etiam si indirectè alteri fieret, vt illis daret. num. 28.
non autem quotidianarum eleemosynarum. num. 26.
sicuti neq; legati temporalis. nu. 27.
28 Capuccinorum Regula est in altissima paupertate fundata.
29 Legatum pro Ecclesia, vel diuino cultu Capucinis factum, substinetur,
Quia Ecclesiæ nō sunt eorum, sed Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.
30 Priuilegia Fabricæ, cum sint satis nota, & omnibus obuia, cauillari haud possunt per negantes illa.
stante potissimùm quod secundū illa passim iudicatur in Tribunali Fabricæ. n. 31.
32 Consultores Regij Tribunalis Fabricæ sunt viri docti, & per Regni proregem dantur ne grauamen inferatur Regiæ Maestatis subiectis.
33 Legatum Fratribus Sancti Francisci de obseruantia, vt eleemosyna ipsis continuatim detur, vti incapacibus factum, Fabricæ Sancti Petri debetur.
34 Legata incapacibus facta Summus Romanus Pontifex in Fabricā Sancti Petri destinauit.
Quoniam liberam in his ille habet potestatem.
35 Rotæ Romanæ sententia communem facit opinionem.
36 Sapientis est mutare consilium in meliùs.
37 Tex. in cap. exijt. 3. de verbor. significat. in 6. declaratur.
38 Præstatio certa, & secura ad naturam accedit prouentuum.
39 Error rei veritatem non mutat.
40 Sententia ex falsa causa lata nulla est.
sicuti sententia intolerabilem errorem continens nulla est, etiam si excommunicationis fuerit. num. 41.
42 Sententia Iudicis rationabiliter lata præsumitur, vnde excusatur, qui secundùm illam operatur.

ARGVMENTVM.

Legatum victus, & vistitus, & de omni eo, quod necessarium fuerit Patribus Capuccinis certi loci rogatum, an purum, vel conditionale dicatur, vel verò annuum æstimari debeat? Et nūnè incapaces eo Patres prædicti sint? Et, an possit Fabricæ Sancti Petri Oeconomus illud sibi vindicare vi suorū priuilegiorum, & facultatum? Nùm verò centum annorum spatio Ecclesiæ, vel pio loco relictum legatum post illud tempus extinguatur; latè discutitur.

RE-

RESPONSIO. XXXV.

IN dubium reuocatur per Procuratores, & Aduocatos Illustrissimi Principis Scaleæ; Vtrum ne legatum per Illustrissimã quondam D. Catherinam Pignatellam Principissam, & Matrem dicti Domini Principis, Patribus Capucinis Terræ Mesuracha olim testamento scriptum; Perpetuum, & absolutum, an verò temporale atq; conditionale fuerit.

Verba autem legati sequẽtia sunt, vt in processu fol. 13. à ter. in fin.

„ *Item che gl' Illustrissimi Signori heredi habbiano da mantenere lo Monasterio de li Patri*
„ *Capuccini d'ogni cosa, che haueranno Mistieri;*
„ *acciò che detti Patri li siano all'incontinuo in*
„ *orationi; tanto di vitto, come di vestiti necessarÿ*
„ *per essere detto luogo di Mesuraca sterile.*
„ *Che si habbia da finire lo Monasterio tanto*
„ *della intempiatura, come d'ogni altra cosa neces-*
„ *saria.*

Et quidem, licet ipsi, & temporale fuisse, & conditionale, quatenus scilicet, necessitatem habuirint Patres, firmo contendant pectore.

Nos tamen, & perpetuum illud esse, & purum, atq; absolotum, non planè conditionale, ex sequentibus adstruimus. Et profectò quòad primum perpetuum illud esse contendimus.

1 Nam pro alimentis relictum est Patrum Capuccinorum. Est igitur annuũ, vt vnoquoq; cedat anno, & quòad præstationem, & quòad actionem. *tex. in l. in annos singulos. 11. ff. de annuis legat. l. cum in annos. 10. ff. quando dies legati cedat. Natta cons. 548. num. 5. Surd. decis. 120. nu. 13. & seq. & decis. 273. n. 10. & de aliment. tit. 9. q. 6. num. 3. & seq. Pilidorus Ripa singular. ob seruationum obser. 361. num. 4. 5. & seq. Gaspar. Anton. Thesaur. forens. quæstion. lib. 1. q. 44. n. 2. Intriglid. lib. 3. singul. 97. n. 28.*

2 Ac consequenter perpetuum. Quia Cor-
3 pori factum, quod non moritur. Quippè qui Conuentus fluctialibus comparetur aquis, quę sibi inuicem succedunt, quamuis non eædem semper fluentes sint. Veluti, & Ciuitas per Ciues in ea permanentes, vt semper Ciuitas persistat, quamuis particulares personæ deficiant, & moriantur. *Syluest. in sum. verbo interdictum 2. q. 9. num. 10. Henriquez. in sum. lib. 13. cap. 24. §. 2. ad tex in l. tutor petitus. 31. §. qua tutoribus. ff. de excusat. tutor. notatur per Doctores in cap. fin. in fin. de testam. in 6. plenè Surdus de aliment. tit. 5. q. 6. num. 16. & seq. Gratian. Forens. discep. par. 1. cap. 131. n. 7. & seq.*

4 Ita vt etiam post centum annos perdurare legatum Ecclesiæ, vel ciuitati relictum, magis communis, atq; recepta Doctorum admittat sententia. *vt sequitur Surd. d. q. 6. nu. 16. & seq. Cotta in memorabilib. verbo perpetuum. Abb. in cap. fin. de testam. nu. 5. in fin. Viuius in thesauro comun. opinion. tom. 1. verbo legatum fol. mihi, 399. Emanuel Suarez ibid. eod. verbo legatum num. 40. fol. 405. Couar. lib. 1. variar. resol. cap. 9. num. 10. Caluacan. par. 3. decis. 26. num. 23. Gratian. decis. Rota Marchiæ. 22. num. 4. cum seq. ad fin.* quam sententiam sequitur in eadem causa, qua Gratian. in eadem Rota Marchiæ *Marcus Anton de Amatis. decis. 54. num 1. & seq. idem Gratian. Forens. discept. d. cap. 131. per tot. quicquid dixerit Gaspar. Anton. Thesaur. quæstion. Forens. d. lib. 1. q. 86. nu 4. alÿq. relati per Marc. Anton. de Amat. d. decis. 54. n. 2.*

5 Est enim prior sententia, & æquitati magis congrua piæ causæ fauore; magisq; sensui correspondens Sanctæ Matris Ecclesiæ, quæ pro defunctis relicta anniuersaria, etiam post centum annos prosequitur, *vt post Tiraq. de priuileg. piæ causæ priuil. 90. sequuntur Reuerendissimus Episcopus Vici Equen. in additionib. ibid. & Ioan. Baptista Thoro. alÿq; per eos relati. Intrigliol. d. par. 3. sing. 98. n. 86.*

6 Quòad secundum verò, absolutum, ac purum non verò conditionale esse legatum prædictum affirmandum censeo; quòd ita ex verbis appareat legati. Cùm nulla in illis, vel dies adiecta, vel conditio ascripta videatur, sed simpliciter onus hæredibus iniunctum:
„ *Che habbiano da mantenere lo Monasterio delli Patri Capuccini d' ogni cosa che haueranno*
„ *mistieri, tanto di vitto, come di vestiti necessarÿ.*
7 *Cæsar Bartius decis. 71. num. 19.* Vt quod testatrix non dixit, nec voluisse asserendum sit. *ad*
8 *tex. in l. vnic. §. si autem ad deficientis. C. de caducis tollend.* Vt neq; nos quoquè dicere deceat ad eius peruertendam voluntatem, quæ consulto ita disposuit. *l. diffidentis. 5. C. de repud. can. constituisti. 18. §. & quod Sanctorum, 2. q. 5.*
„ *cap. 2. ibi. Cùm nusquam reperiatur cautum, nè Sede vacante. Surd. decis. 47. nu. 5. & decis. 195. num. 4. & decis. 239. num 3. Rota in recent. par. 2. tom. 2. decis. 660 num 5.*

9 Vt qui dixisse, vel disposuisse testatorem cõtendere voluerit, id adstruere cogatur. *Surd. d. decis. 195. n. 4.*

10 Non itaq; immutandum, quod certam, atq; absolutam ex voluntate, ac mente Testatricis determinationem habuit *ad tex. in l. minimè. 22. ff. de legib. Regens Carolus Tappia decis. Sacri Regÿ Consilÿ. 19. num. 9. in fin.*

11 Lex est namq; disponentis voluntas ijs, qui ex rebus eius commodum consequuntur, omninò seruanda. *ad tex. in §. disponat in auth. de nupt. collat. 4. can. vltima voluntas. 13. q. 2. §. 1. institut. ad legem Aquil. l. 1. ff. eod.*

12 Vt illicitum omninò sit, piaculoquè obnoxium, quidquid cõtra legem à testatore rebus suis dictam ab his, qui ex rebus eius hæreditatem agnoscunt, intentatur; modò id, quod ipse disposuit, legibus nõ obluctetur *can. Syluester. cum ibi notat. per Gloss. & scribent. 12. q. 1. l. si. C. de fideicõmissis.* Vt à communi fideliũ cõsortio

per

per excommunicationis sententiam extorres fieri valeant. *can. oblationes. 9. & 10. 13. q. 2. can. decimæ. 68. 16. quæst. 1. cap. licet. 6. vbi Gloß. verbo. priuandum. & ibid. Abb. num. 5. de voto. Marcus Mantua. cons. 177. nu. 19. Viuius dec. 265. per tot. Nauar. cons. 9 n. 6. vers. & præfata venditio de empt. & vend.. lib. 3. & man. c. 25. n. 65. Lopez in rubr. de donat. in virum, & vxor §. 65. nu. 19. et 20. Didacus Spino de testam. glos. 28. n. 7. 8. & n. 63. 64. & 65. idem Nauar. man. cap. 17. nu. 68. et nu. 117. Cenedus canonicar. quæstionum. q. 31. n. 3. & 7. vers. Ego tamen, circa fin. Petrus Binsfeld. receptar. sent. Theologic. sect. 5. membr. 3. conclus. 12. in fin. mihi fol. 1085. Iacob. de Graffijs decis. aurear. lib. 1. cap. 28. num. 13. Lælius Zecchius de casib. Episcopo reseruat. casu. 6. nu. 8. & nos alibi suprà. & nouissimè Pater Alfonsus de Leone. tract. de offic. Cappell. q. 5. sect. 5. num. 55. & seq.*

13 Satis autem aliud, atq; diuersum est; legatum rogari in casu necessitatis; vt non debeatur, nisi necessitate exigente. *vt dictum fuit in Fauentina bonorum. 27. Iunij 1609. coram Ludouisio. Gregor. XV. decis. 443. nu. 10.* quod per aduersarios perpenditur.

14 Aliud sanè est; rogari legatum (vt in facto hoc nostro) vt de omnibus necessarijs, tàm victus, quàm vestitus, Conuentui prouideatur Patrum Capuccinorum, qui ex eleemosynis dietim viuunt, nec proprii quidquam habere possunt, neq; etiam quoad vitæ necessaria. *Clement. exiui. §. porrò cum dictus Sãctus., & §. proinde, cum vir sanctus. vbi Glos. & Card. de verb signif. c. exijt. 3. §. cæterũ. et §. si tamen. & §. ita tamẽ. eod. tit. lib. 6. & in extrauag. quia quorundam. 5. Io. 22. §. quod autem dicitur, & §. ex quo sequitur eod. tit.* Quod porrò legatũ, cùm pro alimentis rogatũ sit, debebitur etiã non existẽte necessitate. *vt post Surd. de alim. tit. 5. q. 1. n. 42. & q. 5. ad fin. Bald. cons. 235. vol. 1. Ioan. Bapt.* Costa *de ratione ratæ q. 16. n. 14. tom. 2. oper.*

16 Et præterea satis laxũ, amplumq; legatũ hoc dicitur. Cõprehendit nimirũ omnia, quæ ad vitã traducẽdã necessaria fuerint, cuiusmodi sũt cibus, vestitus, habitatio, lectus; aliaq; etiã, quę ad morbos depellendos, curandosq; necessaria fuerint, ac famulus. *l. verbo victus. 43. vbi Gloß. et Scribẽtes. ff. de verb. signif. l. sicut impẽdia. 51. ff. vsu fruct. Bar. in l. si cũ dotẽ. §. si autẽ. n. 9. in fin. ff. solut. matrim. & in l. legatis num. 2. ff. de aliment. & cibar. ..at. Fabbian. de Monte. de empt. & vendit. q. 5. sub nu. 30, vol. 5. tract. fol. mihi. 480. Menoch. de arbitrar. casu. 170. n. 28. & casu. 520. n. 11. et 12. centur. 6. & lib. 4. de præsumpt. præsump. 157. nu. 15. & seq. Camillus Borrell. cons. 2. num. 19. & cons. 71. per tot. vbi plenè Gratian. forens. disceptat. par. 4. c. 610. num. 2. & nu. 10. 11. & seq. Ioan. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 10. quæst. 10. versic. si queras. Garsias de expens. et meliorationib. cap. 3. num. 37. Anton. Gamma. decis. Lusit. 308. num. 13. Surd. de aliment. tit. 4 quæst 1. & 2. et q. 7. Martin. Coler. de aliment. lib. 1. cap. 15. nu. 53. cum seq. Nauarr. de orat. & horis canonic. cap. 22. miscellan. 17. num. 70. cum seq. Paris. de resignat. benefic. libr. 5. q. 6. à n. 131. ad vsq; n. 155.* Reuerend. *Campanil. in diuers. iur. canonic. rubr. 8. cap. 2. nu. 4. Pater Antonius Sanctarellus variar. resolut. q. 37.*

17 Omnia nempè comprehendit testatrix, quæ
ad vitam hominis transigendam necessaria
,, sunt, cùm dixerit: *Ogni cosa, che haueranno me-*
,, *stieri, tanto di vitto, como di vestiti necessary.* Vt
nihil omninò eorum excluserit, quæ necessaria
18 sunt. Quia profectò, qui omne dicit, nihil non
comprehensum, dimittit. *secundum Vlpianum in
l. Iulianus. 66. ff. de legat. 3. l. à procuratore. 13. vbi
Glos. C. mandat. l. pediculis. 34. §. labeo ff. de auro, &
argento. legat. tex. in cap. solitæ. 6. §. nos autem. vbi
Gloß. in fin. de maiorit. & obed. tex in can. si Romanorum. 1. §. dicendo. vbi etiam Gloß. 19. distinct.
optimus tex. Diui Pauli ad Hebræos. 2.* vbi in illud
psalmi. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. *In
,, eo enim* (inquit) *quòd omnia subiecit, nihil dimisit
,, non subiectum ei. Bald. in rub. C. qui accusar. non
possunt. num. 10. in fin. vers. item dictio. Osasens. dec.
94. num. 19 Gramat. decis 4. num. 2. Surd. de alim.
tit. 3. quæst. 4. num. 9. Mascard. de probat. tom. 1. conclus 148. num. 9. Rota apud Card Seraphin. decis.
584. num. 2. apud Sanctæ memor. Gregor. XV. dec.
315. num. 11. et 12. Triuisan. dec. 65. num. 7. lib.
1. Rota in Burgen. iurisdictionis. 1593. corã Seraph.
dec. 93. n. 1. in fin. post 1. vol. consil. Farinac.*

19 Nec ad rem pertinet, quod pro se satis firmum aduersarij putant, ad iura Fabricę infringenda; esse incapaces Patres Capuccinos legati huiusmodi, quod perpetuũ esse adstruimus; atq; proptereà caducatum illud fuisse pro hęredibus; cùm legatarijs minimè debeatur.

20 Cùm enim finis ad pia disponentis, non alius sit, neq; esse debeat, quàm Deus Optimus Miximus super omnia sẽper Benedictus, eiusquè honor, & gloria, animæquè propriæ salus per remissionem peccatorum, & culparũ.
21 Quia nimirũ per eleemosynam omnia nobis
munda redduntur; iuxtà illud Domini, & Sal-
,, uatoris nostri Christi Iesù *Luc. 11. 41. Date elee-
,, mosynã, et ecce omnia munda sunt verbis. et Daniel.
,, 4. 24. Peccata tua eleemosynis redime. et apud To-
,, biam. 4. 11. Quoniam eleemosyna à morte liberat, et
,, nõ patitur animam ire in tenebras. est tex. in c. iniu-
,, stũ. 4. de rerũ permutat. c. requisisti. 15. §. nec est cõ-
,, trarium ibi: Quia hoc ille, qui donat, in redemptione
,, animæ suæ, non pro cõmodo Sacerdotis probatur offerre. extrà de testament. tex. in can. Pontifices. 12.
q. 3. argumento etiam tex. in can. Animæ defunctorũ
22. 13. q. 2. tex. in can. quamobrem. 68. de pænitent.
dist. 1.* Francis. *Ripa in l. Generaliter. n. 170. et 171,
cum seq. C. de reuocand. donation. Afflict. dec. 244.
num. 3. Cardin.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib 8. tit. 5. sub num. 20. Genuens. in practicabil. Ecclesiastic. quæst. 307. num. 1. et sequent.
Mascard. tom. 2. conclus. 1176. num. 2 seq. Pater
Comitulus lib. 7. responsorum moral. quæst 5. nu. 2.
vers. deniq; quia magis. Ioan. Baptista Costa de ratione ratæ. d. quæst. 16. num. 14. Intriglio. d. singul. 97. num. 39. Baldaxar. de Thomas. tract. 10.
titul. 2. cap. 189. num. 281. et cap. 193. num.
294.*

22 Hinc fit, quòd siuè locus, siue persona defi-
ciat, cui relictum est, atquè piè legatum; non
ex hoc tamen Deus omnipotens, qui anima-
rum salus est, & omne bonum nostrum. *Exodi.*
33. 19. cuiusquè intuitu pia legata rogantur;
23 deficit vnquam, aut mutatur. Ego Deus (in-
quit *Malachiæ. 3. 6.*) & non mutor. Vnde firma
semper atquè stabilis dispositionis causa per-
24 seuerat: Vt si non capiat hic, aut ille locus;
hæc aut illa persona, vel Ecclesia; accipiat
tamen Dei nomine Ecclesia vniuersalis. *tex.*
est notabilis. in §. si quis autem vnum Sanctorum.
capit. 6. in auth. de Ecclesiasticis. titul. collat. 9.
l. id quod pauperibus. 24. & l. illud. C. de Sa-
cro Sanct. Eccles. text. in capit. exijt. 3. §. ad hæc
cùm fratres. de verbor. significat. in 6. Bart. in l.
pater filium. 36. §. Tusculanus. de legat. 3. Iacob.
de Area in l. Deo nobis. num. 6. C. de Episcop. &
Cleric. Petr. de Vbald. de Canonic. Episcop. cap.
4. quæst. 15. in princip. numero. 5. in fin. volum.
15. tract. fol. mihi. 259. Troylus Maluitius de
oblationibus Sanctor. par. 3. num. 3. dicto vo-
lum. 15. tract. fol. 316. Paris. consil. 38. num. 27.
lib. 3. Bald. in l. hæreditas. 34. in fin. versic. vltimo
quæro. ff. de hæredib. instituend. sequitur Fælin. in
cap. cùm dilecta. 22. col. fin. num. 22. de rescript.
Cotta in memorabilib. verbo. Absenti. in fin. Peregr.
de fideicommissis. artic. 11 num 64. Gratian forens.
part. 1. cap 131. nu. 15. & 16. & num 22. Nauar.
cons. 86. lib. 3. de regularib. Rodriq. quæstion. regu-
lar. tom. 2. quæst. 78. art. 5. Mascard. de probat. tom.
1. conclus 347. num. 93. & tom. 2. conclus. 1176.
nu. 65. Tiraq. de pia causa d. priuileg. 38. Anchar.
cons. 197. in fin. num. 9. sequitur Card. Tuscus. tom.
4. littera F conclus. 467. num. 13. & 20. 56. &
num. 80. & tom. 5 littera. L. conclus. 109. num. 24.
& conclus. 110. & sequutus fuit in his terminis
nostræ quæstionis Ioannes Baptista Thoro in sum.
priuileg. piarum causar. priuileg. 268. alias penult.
in fin. fol. mihi. 154.

25 Nec præterea contrarium est nobis aliud
partis effugium. Esse quidem incapaces Pa-
tres Capuccinos bonorum immobilium, atq;
annuorũ redditnũ, ex dispositione suarũ regu-
larum. *iuxtà tradita in Clement. exiui. 1. de verbor.*
significat. & tex. in cap. exijt. 3. eod. tit. in 6. &
decretum Sacri Trid. Concil. seß. 25. cap. 3. de
26 *regularibus.* Non autem eleemosynarum pro
victu quotidiano, quæ dietim, vti pauperes ex-
cipiunt victum emendicãtes, quod eorum re-
gulæ, & professioni proprium est. Vt, cùm
sit legatum hoc pro victu, & vestitu, eius in-
capaces haud sint Capuccini. Vt cesset proin-
de Fabricæ Oeconomi assumptum de fratrum
incapacitate.

27 Procederet profectò iurè effugiũ, si tẽporale
legatũ fuisset, non ꝑpetuũ, atq; annuũ, vt initio
28 ostẽdimus. Cùm .n. eorũ regula in altissima sit
paupertate fundata, vt victum ex quotidiana
emẽdicatione quærere eos oporteat. *Gratian.*
forẽs. par. 2. c. 202. n. 17. et seq. Sac. Trid. Concil. seß.
25. d. c. 3. de refor. regul. Incapaces vtiq; ipsi sunt
omniũ relictorũ, quæ vel annuã præstationem,
vel etiam menstruam, certò exiturã, cõtinent;
etiam si indirectò alteri fiant personæ, quæ
postmodum fratribus præfatis illa tribuant.
vt secuta fuit Rota in Romana fideicommissi de
Porta. 27. Iunij 1612. coram Cardinali *Caualle-*
rio decis. 212. in impressis. num. 6. vers. supererat le-
gatum panis. In qua sanè decisione (ab aduer-
rijs pro se allata, non rectè tamen expensa) di-
ctum fuit incapaces fuisse Patres Capuccinos
legati eisdem à Thoma de Parra relicti, scuti
vnius panis, & dimidij scuti vini in menses sin-
gulos; quatenus verò eius capaces minimè
Patres essent, illud reliquerat Confraternitati
laicorũ sub inuocatione Sanctæ Martæ Terræ
Prolezze, cum onere, vt legatum præfatum Pa-
tribus ipsi in singulos menses soluerent, atquè
distribuerent. Et tamẽ in Rota tentum fuit in-
capaces illo Patres fuisse, atquè intrare pro-
inde facultates Fabricæ ad legatum vendicã-
dum, quod incapacibus relictum fuerat; Vt
multò magis concedendum, nũc sit, incapaces
illos huius esse relicti, quod tam amplum, atq;
laxũ est (*di ogni cosa; che haueranno mestieri, tanto*
di vitto, como di vestiti necessarij.) *argumẽto auth.*
multò magis. C. de Sacro Sanctis Eccles. Et si pla-
29 nè substineatur, quoad illam partem, quæ tẽ-
poralis est; *dell'intempiatura come d'ogni altra*
cosa necessaria (vtiq; ꝓ Ecclesiæ ædificio;) cùm
illud diuinum cultum respiciat, & Ecclesiæ,
quæ in dominio remanet Sãctæ Romanæ Ec-
clesiæ, nõ Patrũ, iuxtà determinationẽ Clemẽt.
V. in d. Clement. exiui. & in c. exijt. 3. §. sed constãs
est. de verbor. signific. in 6. Bald. in auth. ingressi. col.
8. n. 19. vers. ex quibus præmissis. C. de Sacro Sanct.
Eccles. Federicus de Senis. cons. 12. nu. 4. Abb. cons.
63. vt veritas huius quæstionis. col. 2. num. 4. par. 2.
Io. Bapt. Thor. de priuil. piar. caus. priuil. 268. vers.
licet autem ex aduerso. fol. mihi. 152. P. Portell. ad
dub. reg. verb. legatũ. in additionib. n. 3. in fin. Hiero-
nym. Rodriq. resol. regular. resol. 88. num. 20.

30 Quam ob causam, nec proficiet aliud ad-
uersariorum effugium, quo in dubium reuoca-
re contendunt Fabricæ Priuilegia, quoad
hanc legatorum incapacibus relictorum ap-
plicationem; vt debuerit Fabricæ Oecono-
mus priuilegia ipsa edere; atquè non facta
editione prædicta per eos petita; ad nullita-
tem se putent iurè dixisse latorum pro eo de-
cretorum.

Cùm enim sint priuilegia Fabricæ, ac piarum
causarum satis omnibus nota, atq; obuia; &
Sacræ Congregationis declarationes S. D. N.
Papæ mandato ad Fabricæ negotia deputatæ,
ꝑlo etiã impressæ, & apud *Quarãt. in sum. Bullar.*
verb. Fabrica S. Petri, et apud Reuer. Ricciũ Episc.
Vici in praxi par. 2. resol. 377. & apud alios quoq;
scriptores ex recẽtiorib. & in bullario nouo Romano
per Cherubinũ ex Const. Pij V. & aliorũ Summorũ
Põtificũ. Nõ admittẽdũ vtiq; tale effugiũ, satis
friuolũ, & captiosũ. Quòd perpensũ in simili
fuit *in Romana Societatũ. 29. Ianuarij* 1601. *corã*
Card. Millino. dec. 138. n. 2. apud Farin. post. 1. vol.
cons. et in Brixien. locationis 10. *Decembris* 1594.

coram

coram Pegna.in recentiorib.tom. 1.par.1.decis. 30.
n.5.& tradita per Benintend.dec.13. n.9. in fin. &
per Guttierez. canonicarum.quæſtion.lib. 1.cap.8.
31 Potiſſimùm verò, cùm paſſim iuxtà priuile-
gia prędicta,& facultates Fabricæ, atq; decla-
rationes præfatas,in Tribunali Fabricæ in oc-
currentibus caſibus iudicetur per Dominos
Regios Conſultores eiuſdem Tribunalis. Qui
32 ſanè ſemper Viri ex Regijs Conſiliarijs, atquè
etiam Regiæ Cameræ Præſidentibus,Regiãq;
Cãcellariam Regentibus omni virtute, ac do-
ctrina conſpicui per Excellentiſſimos Domi-
nos Regni Proreges aſſumũtur,ne Regię Mae-
ſtatis ſubiectis grauamen inferatur , ſicuti me-
minit Dominus Regens Scipio Rouitus , Vir
doctisſimus, in commentarijs ad Regias Re-
33 gni Pragmaticas. *tit.de legat.pijs.Prag.1.num.2.*
& iudicatum quoq; in ſimili teſtatur. *Ioan. Ba-
ptiſta Thoro. ſingular.* 45. vbi compoſitionem
habitam fuiſſe cum Fabricæ miniſtris dicit .
Quamuis legatum,in ſuo caſu, ſatis aliter fue-
rit,quàm in facto hoc noſtro. Ibi enim demau-
dauerat Teſtator hæredi , vt eleemoſynas Pa-
tribus Sācti Franiciſci de Obſeruantia conti-
uuatim daret; & tamen legatum illud vti inca-
pacibus relictum æſtimatum fuit,atquè proin-
de aptum , vt compoſitione extingueretur .
43 Nequè in dubium reuocari poteſt , ex ſu-
prema ſua poteſtate potuiſſe vtiq; Summum
Romanum Pontificem hæc ipſa incapacibus
relicta, in Fabricæ Sancti Petri commodum
deſtinare . Quoniam liberam in his Eccleſiæ
rebus poteſtatem obtinet. *can. cuncta per mun-
dum.1.q.9. Clement. paſtoralis.2. in fin. §. noi
tamen. de ſentent. & re iudic. Rota par .2. tom.1.
in recent. decis.11.ſub num.7.*
Nequè ad rem pertinet,quod obijciunt no-
uiſsimè de decreto anno 1603. lato per Tri-
bunal ipſum Fabricæ ex voto Regij tunc Con-
ſultoris Domini de Ponte , quo pro præterito
abſolutus fuit Princeps hæres teſtatricis , &
mandatum , quòd in futurum adimpleat ſerua-
ta forma legati. *in proceſſu.fol.21.*
Quid enim mirum ſi potuerint tunc illo
tempore Iudices errare, atquè capaces fuiſſe
patres legati præfati pro victu, & veſtitu æſti-
mare;vt meliore poſtmodum ſuccedente ſen-
35 tentia à Sacra Romana Rota probata , quæ
pro communi æſtimatur , propter eorum, qui
in illa iudicant peritiam; vbi vberrimus eſt fõs
Canoniſtarum.*Imol. in cap.olim.num.13. verſic.
non obſtat etiam. de lite conteſtat. Gomez. ad regu-
las Cancellar. in procemio.quæſt.2.col.8.verſ.quar-
to pro iſta opinione. Zerola in praxi Epiſcop. par. 1.
verbo Rotæ Tribunalia. allegat Afflict. decis. 383.
num.8. Triuiſan.in præfatione.lib.1.decis. num.4.
Perez de Lara de anniuerſar. & cappellan. lib.1.
cap.10.num.43.44.& 45. Bernardin. Græuæm ad
Cameram Imperialem tom. 1.in procem. concluſ.2. à
num.26. cum ſeq.*
36 Quòd ſapientis ſit mutare conſilium in me-
liùs.*can.magnæ.10.22.q.3.cap.qualiter. & quãdo.
18. vbi Gloſs.verbo.corrigere.de accuſat. l.non nun-
quã 8. vbi Gloſ. verbo.mutantis.ff.de collat.bon.* Et
nihil mirũ eſt,quòd detegatur hodie, quod an-
tè nõ fuerat cognitũ. *ad tex.in l.vnica. §.ſed neq;
ex multitudine.C.de veter. iur.enuclean. Caſſador.
dec.9 ſub num. 16. de cauſa poſſeſs. & proprietat.*
Vt potuerit vtiq; Fabricæ Oeconomus inſta-
re: declarari;legatum prædictum incapacibus
factum,atq; ad Fabricã, vi ſuorum priuilegio-
rum,& facultatum ſpectare.
37 Quid ni .n. fieri potuit, vt tunc Dñus de Põ-
te Conſultor errare potuerit in verbis *tex. in
d.c.exiijt.3.§.ſed Conſtans eſt.de verbor. ſignificat.
in 6.* dùm ſequẽtibus loquitur verbis Nicolaus
„ tertius Pontifex maximus: *Ex quibus verbis ſa-*
„ *tis claret ex regula ad victũ,et veſtitũ, diuinũ cul-*
„ *tum,& ſapientiale ſtudium,neceſſarium rerum vſũ*
„ *fratribus eſſe conceſſum* hæc ibi .
Exaudiũtur profectò verba prædicta,de tem-
porali rerũ vſu,atq; victu, & veſtitu, alijſquè
rebus ad ſtudiũ neceſſarijs, pro quibus quoti-
dianas dietim eleemoſynas excipere poſſunt;
non autẽ de prętatione annua ſecura,& certa
38 pro victus, & veſtitu. Alioquin præſtatio hæc
certa, & ſecura ad naturã, & formam accedit
prouẽtuum,qui ſunt omninò ex regula fratri-
bus interdicti. *iuxtà verba Clement. V. in d. Cle-
ment.exiui. §. licet verò non ſolum.de verb. ſignif.*
Nequè Patres Capuccini incapaces aliàs ex
regula, & profeſsione ; capaces fieri potuere
decreto Conſultoris Fabricæ,quod ex mala,&
erronea intellectione legati,quoad temporali-
tatem,vel perpetuitatem,proceſsit. Error au-
39 tem,rei Veritatem haud mutat. *l.aſſumptio. 6.
in prin.ff.ad municipal.l.illicitas.6.ff.de offic.præſid.
Gloſ.in c.cùm inter.13.in fin.verb.veritate. de ſent.
& re iudicat.*
40 Et quemadmodum ſententia ex falſa cauſa
lata,nulla eſt.*l.2.C.quando prouacar.non eſt neceſ-
ſe Gloſs.fin.in c.plerunq; 4. de donat. inter virum,
& vxorem. Rota apud* Cardin. *Caualer.decis.280.*
41 *num.3.* Et ſententia etiam excommunicatio-
nis intolerabilem continens errorem,nulla eſt.
Gloſs.in cap.dilectus.13.de exceſſib prælator. Ita
quoquè,& hoc decretum.
Et demũ nullum ex hac re effugium eſſe po-
terit Principi,quin Fabrica aduerſus eũ iurè ,
nec iniurià agat Vel .n. nõ ſoluit legatũ annuũ
Patribus Capuccinis pro præterito Princeps,
iuxtà formam legati, & certa iura ſunt Fabri-
cę pro annis,quibus non ſoluit, vt ea ſibi ven-
dicet vi ſuorum priuilegiorum,& facultatum.
Vel verò ſoluit, & diſpoſitioni paruit Matris
piè legantis; & poſtquàm id deduxerit, ac de
42 ſolutione docuerit, cùm pro ſe decretum ha-
beat pro præterito, vnde iurè excuſari poteſt;
cùm decretum rationabile magis præſuma-
tur,quàm contrà.*ad tex.in cap.in præſentia. 6. de
ſententia , & re iudicat. cap. inter eos. 13. §.quam-
uis fortè. eodem tit. Rota in Romana retractus do-
mus. 13. Iulij. 1583. coram Card. Mantica decis.
78.num.5.in impreſſis.* Vtiq; nulla pro pręterito
moleſtia affici poterit . Vendicabit tamen le-
gatum omne Oeconomus veluti incapacibus

factum; & in hac parte transactione poterit se à molestijs redimere, nec in futurum vexationē vllam vnquam ampliùs percipiet.

Et ita ex his, censoris limæ subiectis, respondendum censui.

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

Vsquè adhuc sub Iudice lis est, quòd diffugiat Princeps Iudicium sententia dirimi, quàm contra se futuram certò timet.

SVMMARIVM.

1 *PIas ad causas disposuisse videtur, qui in alterius arbitrium dispertiendum aliquid remisit, quòd non dispositionis sabstantiam, sed modum in alterius arbitrium, voluntatemquè dimiserit. & num. 5.*

Quia non aliter quisquè bonus vir æstimare poterit, quàm, quòd magis disponentis animæ proficit. num. 2.

3 *Dispositio testatoris, ex verbis quibus loquutus est, dispenditur.*

ex verbis internus animi loquentis sensus habetur. ibid.

4 *Verba non aliò tendunt, quàm, vt animi abstrusas in præcordijs passiones in apertum deducant.*

6 *Mentem ex verbis carpere debemus disponentis testatoris.*

7 *Testator non aliud voluisse præsumitur, quàm quòd dixit, nequè dixisse, quàm, quòd mente agitauit.*

8 *Testator, quòd non dixit, cum id in sua esset potestate; nec voluisse videtur; nam si voluisset, dixisset vtiq;*

9 *Testator id voluisse dumtaxat præsumitur, quòd verbis concepit.*

10 *Testatorem frustra loquutum fuisse, asserere haud debemus.*

11 *Distributor, non legatarius is dicitur, qui ex relicto nullum percipit commodum, nisi solam distributionem sortitur, ac nudum ministerium*

12 *Executor dicitur, qui nudum executionis officium recipit, nullum inde excipiendo commodum.*

13 *Distributor electus ad distribuendum aliquid, si contra defuncti faciat voluntatem, & peccat, & pœna se dignum reddit, vt excommunicari possit, tanquam testatori infidelis. nu. 14.*

& sacrilegi furti se nota inusserit. ibid.

15 *Executor non potest contrà mentem facere testatoris, quinimò eam ad vnguem, & præcisè seruare debet.*

16 *Legatum incertum remanet, vbi certi non sunt, quibus illud debetur.*

vnde succedit Fabrica Sancti Petri, cui incerta omnia debentur.

17 *Furtum facit, qui rem sibi nullo iure debitam, contrà domini retinet voluntatem.*

ARGVMENTVM.

Legatum in alterius arbitrium relictum, non ita exauditur, vt illius sit dominus, sed vt eius in pias causas distributor fiat, ad quas disposuisse testator videtur in alterius arbitriū illud demandando. Et aliter faciens peccat, & criminis est reus. Executor quis dicatur?

RESPONSIO XXXVI.

COrnelius Mancusius de Casali Casularum Cusentinæ Diœcesis anno 1631. inter alia, quæ supremis suis tabulis, elogium condens, disposuit; sequentibus verbis datis testamento hæredibus iniunxit.

„ *Item lasia, ordina, & espreßamente comanda,*
„ *che detti suoi heredi habiano da pagare, e consigna-*
„ *re al R. D. Settimio Aceto docati correnti milli, e*
„ *cinquecento di danari; de quali detto R. D. Settimio*
„ *ne habbia da disponere, e fare tutto quello, che*
„ *piacerà à detto D. Settimio; quia sic sibi ipsi pla-*
„ *cuit; & placet &c.*

Vita functo testatore, D. Septimius dictos mille quingentū dono dat, ac cedit in beneficiū Illust. Archiepisc. Cusentinen. Verū id Fabricæ Oeconomo, quod putat defūcti haud paruisse volūtati D. Septimiū, illūq; executorē, nō dominū legati videri, non admodum arridet. Vnde, vt meam aperiam sententiam, exposcor.

Executorē proinde non verò legati Dominū Septimium relictum fuisse existimo, atquè videri illum rogatum, mille quingentum in pias causa, sicuti sibi meliùs placuisset, distribuere. Vt non paruerit propterea Defuncti voluntati, quòd illa Domino Archiepiscopo dono dedit, ac cessit; iurèue agere nunc Fabricæ Oeconomum piam defuncti voluntatem impleri curantem.

1 Et planè firma est Doctorum sententia (*ad tex. in cap. cùm tibi. 13. extrà de testamentis.*) ad pias causas disposuisse videri eum, qui in alterius arbitriū dispertiēdū aliqd remisisset supremis suis tabulis; quod nō dispositionis substantiā, sed modū in alterius voluntatem, arbitriumq; dimiserit. *ad tex. in l. fideicommissaria. 46. verbo. quanquàm autem, vbi etiam Gloß. ff. de fideicom. libert. Bart. in l. centesimus. §. fin. num. 7. vers. quarto cum in vlt. volunt. ff. de verbor. significat. Anchar. cōs. 436. in his dubijs. n. 1. & 2.* doctrina est originaria Innocent. *in cap. cùm tibi. verbo. alterius.*

„ dicens: *Ideò credimus hunc reputari testa-*
„ *tum decedere; quia per hæc verba extremam*
„ *voluntatem meam committo dispositioni talis in-*

telligitur

,, telligitur voluiße, quòd omnia sua pauperi-
,, bus, & in pias causas expenderentur. hæc
ille, quem sequuntur Ioannes Andræas. ibidem.
in Gloß.2.verb. Innocent.verò. Abb. num.4. Imol.
num.14. Conar. num.9. Bartol. in l. 1. num.64. C.
de Sacrosanct. Eccles. & ibid. Bald. nu.6. vers. iuxtà
hoc quæro, & ibid. Alciat. verbo. liber. num.12. in
fin. tom.3. oper. Bald. in l. & in epistola.22. sub nu.
1. C. de fideicommiß. vbi referens Innocent. in d.
cap. cùm tibi: sequentib. loquitur: Innocent. autem
,, (inquiens) non intelligit dict. cap. cùm tibi, quòd
,, testamentum fuerit factum nutu, sed verbis expres-
,, sis per hæc verba, extremam voluntatem meam
,, committo voluntati Titij: nam per hæc verba vide-
,, tur instituiße Titium non pro se, nec in fauorem
,, suum. sed tanquam distributorem, vt distribuat in-
,, ter pauperes, & ad alios pios vsus. Demum more
,, suo ponit aliam opinionem, & dicit quòd iste Titius
,, non videtur instituens hæres, sed nudus Commißa-
,, rius. hæc Bald. quem sequitur Ioan. Firmanus. de
,, Episcopis. par.4. q.31. n.90. dicens: Quid si lega-
,, tum fuit arbitrio tertij relictũ, nõ expresso ad quid.
,, Respondeo quòd in dubio debet bonus vir arbitrari,
,, quòd valet tale legatum, nec dicitur captatorum. c.
cùm tibi. de testam. hæc Firman. & num.91. vol.
13. tract. par.2. fol.341. col.3. Syluester. verbo. le-
gatum.4 quæst.10. Guilelm. de Benedict. in cap.
Raynutius. verbo. condidit. 1. num.8. vers. pro cuius
latiori intelligentia. Socin. in l. verùm. §. cùm quidã.
num.4. de reb. dub. Gabriel. lib.6. tit. de pia causa
conclus. 3. num.2. Abb. cons.59. num.1. par.1. Si-
mon de Petris de interpretat. vltimar. volunt. lib.
1. solut. 10. num.4. & sequent. & lib.4. dub. 10.
num.126. & 127. Tuscus. tom.2. littera. C. concl.
742. num.47. Iul. Clar. §. testamentum. quæst.6. nu.6.
Sebastian. Medices. opusc.4. nu.3. vers. primo quòd
si quis. Naldus. in summ. verbo. legatum. num.6.
Baldaxar. de Thomas. tract. 10. tit.2. cap.168. num.
259. Petrus Pecchius de testament. coniug. lib.1.
cap.27. num.6. Surd. cons.380. num.45. volum.2.
Genuens. in practicabilib. Ecclesiast. quæst.446. nu.
7. Paulus. Layman. theolog. moral. tom.1. lib.3.
sect.5. tract.5. cap.2. num.7. idem Tuscus. tom.5. litt.
L. conclus.106. num.13. & 14. & 15. Molfes. in
sum. tom.2. tract.13. cap.5. num.157. in fin.

2 Nequè profectò aliter quisquè bonus vir æstimare poterit, quàm, quòd magis animæ proficit relinquentis. *ad tex. in d. l. fideicommissaria.46. Abb. d. cons.59. num.1. & cons.110. nu.1. par.2. Clarus. d. q.6. num.6. Imol. d. cap. cùm tibi. nu. 14. & ibid. Conar. num.12. vers. non obstat. Bertacchin. d. tract. de episcop. q.31. par.4. num.90. & 91. Tiraquell. de pia causa priuileg.64. Facchin. Illustr. controuers. lib.5. cap.59. ad intellectum tex. in d. l. fideicommißaria. Valascus. consult.68. nu.4. Caualcan. decis.40. num.14. par.5. Barbos. tract. nouiß. de iure Eccles. lib.3. cap.27. num.72.*

3 Dispositio nempè testatoris ex verbis, quibus locutus est, ex quibus internus loquentis, & in præcordijs abstrusus animus venatur, quid per verba ipsa importet, dispenditur.

4 Nequè enim aliò verba tendunt, quàm vt animi passiones, & cordis desideria aperiant, atq; in apertum dedùcant. *secundum Aristotel. 1. peribermen. l. labeo. 6. §. id Tubero. ff. de suppellect. legat. l. nepos proculo. 125. vbi Gloß. ff. de verbor. significat. cap. intellegentia sermonis. 6. & cap. in ijs. 15. de verbor. significat. Cardin. Mantica de coniectur. lib.3. tit.3. num.1. Surd. cons.89. num.6. lib. 1. Stephan. durantes Tholosat. quæst.2. col.3. Barbos. axiom.222. num.2.*

5 Quam ob causam, cùm dixit testator, solui
R. D. Siptimio Aceto ducatos mille quingen-
,, tũ; de quali ne habbia à disporre, e fare tutto quel-
lo che piacerà ad esso. Non vtiq; æstimandus erit voluisse illos Domno Siptimio dono dare; sed vt illos ex suo arbitratu in pias dispenderet causas pro ipsius relinquentis anima. Cæteroquin, vt quid, si dono illas eidem dabat, ita loquutus fuit, si poterat simpliciter eidem illos relinquere? Eò propterea ita loquutus testator æstimandus erit; ne aliter de illis disponeret, quàm, quòd in vtilitatẽ

6 animæ suæ proficeret. Vt ita ex verbis mentẽ carpamus disponentis testatoris. *ad tex. in l. scire etiam oportet. 15. §. aliud. ff. de excusationibus. tutor. l. in conditionib. primum locum. 19. ff. de condit. demonstrat. d. l. labeo. 6. §. id Tubero. ff. de suppellect. legat. Paris. cons.13. num.11. volum.3.*

7 Nequè enim aliud quidquam voluisse testator præsumitur, quàm, quod dixit, nequè dixisse, quàm, quod mente agitauit, vt ex Diuo Basilio loquitur *Petrus Gregor. Sytagmat. iuris lib.24. cap.1. num.1. in fin. tom.2.*

8 . Alioquin, Vt quid non dixit; cùm in sua id esset potestate?

Nisi profectò quod noluit, vt dono illos acciperet; Verùm in pios dispenderet vsus. *ad tex. in*
,, *l. vnica. in fin. §. sin autem ad deficientis. ibi: Nam*
,, *si contrarium voluißet, nulla erat difficultas con-*
,, *iunctim disponere. C. de caducis tollend. tex. in cap. inter corporalia. 2. §. vnde si circa. de trãslat. prælat.* vbi Summus Pontifex sequentibus loquitur:
,, *Vnde si circa translationem idem voluißet fieri,*
,, *quod de cessione dixerat & de translatione, poterat expreßiße. sequitur Gloß. in cap. 1. §. si quis Ecclesiasticus. verbo. officij. de sentent. & re iudic. lib. 5. Paris. cons.38. num.22. & cons.56. num.7. lib.3. Surd. cons.518. num.9. lib.4. Alexand. cons.46. ponderatis verbis. num.6. versic. quarto quia. in fin. vol. 2. Marc. Mantua cons.177. num.10. Marius Muta decis. Sicil. 58. num.17. Rota apud. Cauaier. decis.65. num 4. & decis.340. num.5.*

9 . Quinimò, id voluisse dumtaxat testator præsumitur, quod verbis concepit. *ad tex. in l. Gallus. 29. §. quidam rectè. in fin. ibi: Vt eo casu valeat, qui ex verbis concipi poßit. ff. de liber. & posthum. Bald. in l. cùm virum. C. de fideicommissis. Aemil. Ferrectus. respons.10. num.2.*

10 Ni fortassis, frustra eum loquutũ fuisse, asseuerare voluerimus. *ad tex. in l.3. in princ. ff. de iur. iurand. l. si quando. 109. ff. de legat. 1. l. fin. ff. ne quid in loco public. cap. si Papa. 10. de priuileg. in 6. Barbosa. d. axiomat.222. num.11.*

11 Quibus omnibus accedit, quòd, cùm nullum commodum relicti, sit in D. Septimium colla-

tũ, verùm dũtaxat, vt de illis, *ne babbia à dispor-re, e fare tutto quello, che piacerà à detto D. Sittimio*; non vtiquè legatarius censebitur, sed nudus minister, & executor merus, vt illud dispertiatur in id, quod sibi à testatore secretò demandatum fortasse fuit; vel quòd in vtilitatẽ, & commodum cedit animæ testatoris.

12 Executor nempè dicitur, qui nudum executionis officium recipit, nullum inde excipiendo commodum. *ad tex. in l. executorem.8. C. de executione rei iudic. vbi Bald. & Bart. in l. cùm quidam.14. num. 11. ff. de legat. 2. sequitur Abb. d. cons. 59. in fin. num. 4. par. 1. est. tex. in l. Lucius Titius.92. §. à tè peto ff. de legatis.2. & dictũ fuit apud S. mem. Gregor. XV. decis. 544. num. 2. & sequent. vbi plenè Beltramin. num 42. & in Romana census. 3. Martij: 1617. coram Coccino Decano. decis. 425. num. 3. in posthum. tom. 2.*

13 Quoniam verò distributionem non fecit D. Septimius, nudus minister, & merus datus executor: sed dono pecunias Illustr. Dño Archiepiscopo dedit; contrà defuncti vtiquè voluntatem peccauit, & se ipsum criminis reum fecit; Vt possit etiam pœna iurè, nequè iniutià plecti; excommunicationisq; fune ligari; Vt pœna docente discat quantum deliquerit. iuxtà verba Innocentij III. *in cap. nisi specialis. 3.*

14 *de offic. legat.* Quòd infidelem ergà testatorem se exhibuerit, cui ille fidit; vt sacrilegi furti se quoq; nota fœdarit. *ad tex. in can. clerici. 11. §. q. 2. & tex. in can. oblationes. 9. & 10. vbi Turrecrem. d. 13. q. 2. Syluester. verbo. Testamentum. 2. quæst. 9. Nauar. man. cap. 17. num. 68. in fin. & num. 117. & cons. 9. lib. 3. de empt. & vendit. num. 6. & cons. 32. nu. 6. in fin. lib 5. de pœnit. & remiss. Spino in speculo testam. Gloss. 28. num. 7. 8. & num. 63. & seq. Molfes. tom. 2. sum. d. tract. 3. cap. 11. num. 31. & 39. Barbos. de episcop. par. 3. allegat. 81. n. 15. in fin. & nu. 16. Paul. Layman. tom. 1. lib. 3. cap. 11. num. 12. & 13. Bonaciu. tom. 2. de contract. dispu. 3. q. 8. punct. 4. nu. 1 Sanchez in cons. moralib par. 2.*

15 *lib. 4. cap. 1. dub. 53. num. 6.* Nequè enim executor contrà mentem facere potest testatoris, quinimò illam præcisè seruare debet. *Landerch. Imolen. cons. 171. sub num. 1. Rota apud S. memor. Gregor. XV. decis 179. nu. 1. vbi Beltramin. lit. A.*

16 Atqui verò legatum hoc incertum remanet, quòd certum non sit, quibus illud debeatur: Succedet vtiq; Fabrica Sancti Petri iuxtà sua priuilegia, & facultates, cui incerta omnia debentur, vt sibi illud accipiat; cogatquè, nec iniurià tàm dictum illustrissimum D. Archiepiscopum, vt acceptum restituat, quàm alios

17 debitores, vt debitum soluant. Quòd à furto excusari Dominus Archiepiscopus minimè possit, si contrà defuncti Domini voluntatem, rem sibi nullo iurè debitam, retinere præsumpserit. *ad tex. in l. 1. ff. de furt. l. si quis seruo. 20. §. nobis itaq. ff. eod. Gloss. in cap. dudum. 54. verbo furtum. extrà de elect. S. Thom. 2. 2. q. 94. art. 5. ad 2. Cassador. decis. 6. num. 1. de prabend. Card. Tuscus. tom. 4 littera. F. concl. 552. num. 9. & 14.*

Atquè ita ex his, meliùs sentientis censuræ subiectis, respondendum esse censui.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Reuerendæ Fabricæ Aduocatus.

His habitis, processit Febrica aduersus tàm dictum Illustrissimum D. Archiepiscopum, quàm alios debitores, vt Oeconomo soluerẽt relictam quantitem mille quingentum, vti incertam, & in pias dispẽdendam causas. Verùm sub Iudice lis est adhuc; & transactione faceli factu finem habebit.

SVMMARIVM.

1 *Legato pio per legatarium repudiato, statim ad illud ius quæritur Fabricæ Sancti Petri, vt non possit iterum, re non adhuc integra, legatarius reuerti. & num. 3.*

2 *Remittentibus actiones suas, non datur regressus.*

4 *Legati pij dominium statim in Ecclesiam, vel Fabricam transfunditur.*

5 *Dominium solo momento transfertur.*

6 *Ius semel quæsitum, non potest facto alterius absq; facto eius, cui quæsitum est, ab eo auocari, & alteri addici & num. 7.*

8 *Id quod nostrũ est absq; facto nostro à nobis tolli non potest.*

præsertim si ius irreuocabiliter nobis quæsitum est. nu. 8.

siue expressè, siue tacitè renunciatio fiat. num. 9.

10 *Ius quæsitum ad rem per refutationem extinguitur, & nõ datur ad illud regressus, rè præsertim non integra.*

etiam & multò magis ex nouo contractu. num. 12.

11 *Ecclesiã potest iuri non dum quæsito, & legato renunciare, etiam absq; solemnitatibus extrauagantis Pauli. 2.*

13 *Alteri per alterum nõ debet iniqua conditio inferri.*

potissimùm à priuatis in odium iuris publici

14 *Nemo potest consilium sum in alterius iniuriã mutare.*

15 *Legatum perpetuum pro Missis celebrandis, nõ potest acceptari non seruatis ijs, quæ in decreto Sacræ Congregationis præcipiuntur, præsertim post refutationem, & ius quæsitum alteri. num. 16.*

ARGVMENTVM.

Legato semel repudiato per legatarios, iuri, per repudiationem, Fabricæ Sã-

cti

cti Petri quæſito, an ius iterum ad illud eſſe poſſit legatarijs, vt illud ſibi ipſis etiam in præiudicium Fabricæ vendicent? Et quid accedente hæredum conſenſu?

RESPONSIO. XXXVII.

IN extremis agens quondam Leonardus Ametranus, rogato elogio ſub die 8. Maij 1628. piè legat Eccleſiæ Sancti Nicolai de Tolentino Ordinis Reformatorum Diſcalceatorũ Sancti Aguſtini in Suburbio Plagæ Ciuitatis Neapolis annuos quinquaginta ducatos; onere adiecto, vt in ſingulos dies pro eius anima incruentum ſacrificium offerant Fratres; atq; ita fatis cõcedit. Verùm poſt eius ſuprema funera, quòd relicta quinquaginta congruam ſubſtentationẽ non impleant ſacerdotis, qui in ſingulos dies ſacris operetur, atquè quòd ſiot Fratres pluribus grauati oneribus Miſſarum, vt ſatis in iũcto oneri facere minimè poſſint; relicto eiſdẽ legato nuncium expreſsè mittere è re ſatiùs eorum, putauere Patres. Hoc cognito per Oeconomum Fabricæ, ſibiquè iam ius quæſitum ad legatum prædictum vi ſuorum priuilegiorũ & facultatum agneſcens, ad illud agit; atquè pecunijs, à Sacro Pietatis Mõte debitis, ſeque-
a ſtrum inijcit. Hæredes intereà Leonardi, quòd ægrè, ac cum ſtomacho ferãt legatum Fabricę Sancti Petri quæri ex Patrum refutatione: ſub die 8. Nouembris 1631. conuentionem præfatis cum Patribus ineunt; ita nè Fabricæ legatũ quæratur, atquè adiectis ad capitale ducatorũ mille, alijs biſcentum, annuam ſummã explentibus ducatorum ſexſaginta annorum, vt in ſingulos dies ſacra faciant pro teſtatoris anima, conueniunt. Oeconomus contrà, fieri hoc haud poſſe poſt ius ſibi ad legatum præfactum apertum, & quæſitum, replicat. Et planè iurè, nec temerè id eum aſſerere exiſtimarim.

1 Quòd profectò, cùm primùm nuncium legato miſerunt Patres Sancti Nicolai de Tolentino, eo ipſo memento temporis ius Fabricæ ad illud apertũ fuit; vt non potuerint proinde poſtmodũ, re non adhuc integra, ad illud iterum reuerti, obſiſtente eis renunciatione
2 iam facta, & emiſſa. Remittentibus .n. actiones ſuas, non eſt regreſſus dandus, Vlpianus loquitur. *in l. quæritur 13. §. ſi venditor. ff. de ædilitio edicto. l. fin. in fin. C. de remiſſion pignor. tex. in cap. quàm periculoſum 8. vbi Gloſſ. notab. 7. q. 1. cap. ex transmiſſa. 3. de renunciat. Aymon. conſ. 74. num. 7. & conſ. 114. num. 10. Surd. deciſ. 235. num. 13. & conſ. 133. num. 1. lib. 1. Viuius deciſ. 316. num. 2. Card. Tuſcus tom. 6. littera R. cõcluſ. 157. num. 1. Barboſ. aſſiomat. 9. num. 3. & aſſiomat. 135. num. 12. Tiraq. de retract. lignagier. §. 1. Gloſſ. 9. num. 121. Franciſ. Beccius. conſ. 34. num. 12. & num. 37. lib. 1. Marius. Antoninus. variarũ reſolut. lib. 1. reſolut. 104. num. 14. in fin. Gratian. Forenſ. par. 5. cap. 960. num. 4. dictum fuit in Eſina bonorum. 23. Iuny 1614. coram Veroſpio. par. 1. tom. 2. in. recent. deciſ. 635 n. 3.*

3 Hinc nempè ſequitur, quod legatum hoc, cum ſtatim, poſtquàm per legatarios acceptatum minimè fuit, ad Fabricam ipſam Sancti Patri deuolutum fuerit; nè dum ſanè iure inſtitutionis, verum, & ſubſtitutionis, vt habetur in declarationibos. *apud Quarant. in ſum. Bullar.*
„ *verbo Fabrica Sancti Petri. §. 4. fol. mihi* 248.
„ ſequentibus verbis: *Pro vt etiam, quæ fortè ex*
„ *quacunquè cauſa à legatarijs ipſis, etiam capaci-*
„ *bus, recuſata & non acceptata fuerunt; ac recuſã-*
„ *tur, & non acceptantur, ad Fabricam ipſam, nè dùm in vim inſtitutionis, ſed etiam ſubſtitutionis, & fideicommiſſi ſpectauiſſe, & ſpectare.* hæc ibi.

4 Atquè proptereà fuerit in Fabricam præfatam ſtatim poſt renunciationem, & refutationem legati, ne dum ſanè ius, verùm, & dominium translatum. Quòd in Eccleſiam, ac piam cauſam ſtatim dominium ex legato transfundatur. *l. à Titio. 66. ff. de furt. l. 1. §. virum autem. ff. ſi quid in fraud. patron. l. Titio, & Seio. 34. ff. ad legem Aquil. l. ſi tibi homo. 88. §. cum ſeruus. ff. de legat. 1. l. fin. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Card. Tuſcus tom. 2. littera D. concluſ. 602. num. 54. & 61. & tom. 3. littera E. concluſ 7. num. 4. Tiraq. de pia cauſa priuil. 107. & in l. ſi vnicam verbo. reuertatur num. 338. C. de reuocan. donat. Surd. de alimént. tit. 8. priuil. 61. num. 9. Maſcard. de probat. tom. 1. concluſ. 538. num. 7. Card. Mantic. de coniectur. lib. 7. tit. 10. num. 30. Hieronym. Ceuallos. comun. concluſ. q. 79. Marius Giurba deciſ. 97. n. 29. idem Surd. deciſ. 25. num. 18. Menoch. de arbitrar. caſu. 256. n. 28 & 29.*

5 Dominium nempè ſolo momento transfertur. *l. 2. ff. de rebus eorum. Rota in Romana cenſus de odeſcalchiſ. 22. Aprilis. 1613. coram. Card. Caualer. deciſ. 243. n. 3.*

6 Non potuit vtiq; poſtmodum, poſt acquiſitum ius, & translatum dominium in Fabricam illud ab ea auocari, & Patribus per hæredes teſtatoris, abſquè eiuſdem Fabricæ facto, iterũ addici, ad regulam. *tex. in l. venditor. 14. §. ſi cõſtat. ff. communia prædiorum.*

7 Nequè iuri Fabricæ iam quæſito, facto dumtaxat hæredum, & Patrum, qui eidem nuncium dederant, ex cauſa ſic rationabili, & aperta, præiudicium fieri potuit. *l id, quod noſtrum 11. ff. de regul. iur.* Potiſſimùm cùm irreuocabiliter ius Fabricæ quæſitum fuerit per Patrum renũciationem, ex Summorum Pontificum Conſtitutionibus. *vt poſt Gloſſ. in d. l fin. in fin. ff. de pactis. per eund. tex. aduertit Thomas de Thomaſettis. in florib. legum reg. 239. & reg. 280. ſequitur Barboſ. d. aſſiom. 135. num. 1. & 12. & aſſiom. 163.*

263.num.2. in fin. Alexand.conſ.135.num.18.lib.
4.ad regul. mutare 33. de regul. iur. in. 6. Card.
Tuſcus tom.4 littera I.concluſ.624.Gratian.Fo-
9 *renſ. par.3. cap.590. num.* 4. Siue expreſsè ſiuè
tacitè renunciatio fiat . *Barboſ. d. aſsiom. 135.*
num.12.

10 Cæterum,cùm ius, quod per legatum præ-
fatum Patribus, eorumquè Conuentui quære-
batur, iam fuerit quoad eos per renunciatio-
nem extinctum, & Fabricæ etiam in vim Inſti-
tutionis,ſiuè ſubſtitutionis, vel fideicommiſſi
deuolutum, vt diximus, non vtiquè potuit,
quòad eos,re nõ ampliùs integra, iterùm reui-
uiſcere.*ad tex.in l. qui res. 98. §.auream. ff. de ſo-*
lut.l ſi pro parte. 10.§. idem quærit ff. de in rem
verſo.l.qui liberatus. 12.ff.de adoptionib. tex. opti-
„ *mus ad rem noſtram in l.fin. ibi. Rebus in ſuo ſtatu*
„ *manentibus.C.de repudiand.vel abſtinend. hæredit.*
Afflict.in cap. 1. §.qui etiam. verſ. & ratio deci-
dendi Epiſcopum, vel Abbat. vel Abbatiſſam.feud.
dare non poſſe.in vſibus feudorum. Ancharan. conſ.
220.hæc eſt quæſtio iam vulgaris.num.3. verſic.ex
quibus prima facie. Socin.iun.conſ 110.num.7.vol.
2.Cæſar. Bartius.deciſ.Bononien.70.num.67. plenè
Molfeſ.ad Conſuetud. *Neapol.tom.1. tit. de renun-*
ciatione.q.6.nu.4. & ſeq. vbi plenè diſtinguit in-
ter ceſſionem, & renũciationem,ſiuè repudia-
tionem. *Vincent. de Franch.deciſ.14.num.18. 19.*
20. & 22.

Accedit his quoquè,quòd tàm hæredes,
quàm etiam Patres non veniunt ex ſimplici
legato teſtatoris, cui nuncium miſerunt, ex
quo in ſufficiens æſtimarunt illud ad onus in
ſingulos dies ſacris operandi,atquè propterea
11 onerosum Eccleſiæ; (quod facere potuerunt,
etiam abſquè ſolemnitatibus extrauagantis
Pauli 2. de rebus Eccleſiæ nõ alienãdis, ex tra-
ditis per *Alexand.in l.legatum.n.2.& 3 de legat.*
1.Molina de iuſtitia.& iure.tom.2. diſput.468. nu.
11. quem ſequitur Quaranta in ſum. verbo. aliena-
tio.nu.23.in fin.in 8.*ampliat.fol.mihi. 21.de Frãch.*
d. deciſ.14. num. 18. vbi plures cumulat Viſcont.
addens.Zerula in praxi Epiſcop. 1. part.verbo.lega-
tum.§ 13.Riccius in praxi.par.1.reſol.82.Gratian.
forenſ.par.2.cap.202. num. 37. & 40. Rota apud
Cardin.*Seraphin.deciſ.1198.num.2. & 3.* & con-
cinit cum declarationibus Sacræ Cõgregatio-
nis negotijs Fabricæ per Sanctiſſimum D. N.
præfectæ ſupra per nos allatis, quatenus ha-
bent poſt renunciationem per legatarios factã
acquiri ius Fabricæ in vìm inſtitutionis, ſub-
ſtitionis,vel ſideicommiſſi; vt poſſit proinde
ſimpliciter renunciatio per Eccleſias legata-
rias fieri;)ſed ex noua conuẽtione additis biſ-
cẽtum ad primum legatum; vt non potuerint
12 propterea præiudicium inferre iuribus Fabri-
cæ iàm quæſitis, ex eorum renunciatione, ex
13 hac noua conuentione, per quàm non debet
alteri per alterum iniqua conditio inſerri, vt
Papinianus loquitur *in l.non debet alteri.75.de*
*regul.iur.ff.*Potiſſimùm à priuatis, in odium iu-
ris publici,quod eſt fauore Fabricæ Sancti Pe-
tri. *vt Decius ibidem.aduertit.n.2.et* Cagnol.*nu.1.*
Barboſ.aſſiom.22.num.5.Paulus Fuſcus. ſingul.58.
littera A. Cardin Tuſcus.tom.1. littera A. concluſ.
313. num. 1. regula non debet aliquis. 22. de regul.
iur.in 6. Nauarr.conſ.6.num. 5.lib.2.de iure iurãd.
14 & nemo poteſt cõſilium ſuum in alterius iniu-
riam mutare. *l.nemo poteſt. 76.ff.de regul.iur.&*
d.regula.mutare.33.de regul.iur.in 6.

15 Præterquàm, quòd, nequè poterant Patres
ex decreto nouiſſimo Sacræ Congregationis
de mandato Sanctiſſimi, de celebratione Miſ-
ſarum, legatum hoc perpetuum pro ſacris fa-
ciendis in ſingulos dies, admittere, non ſerua-
tis ijs,quæ in dicto decreto habentur;multòq;
16 magis poſt ius quæſitum Fabricæ Sãcti Petri,
poſt eorum legati refutationem, ad quod re-
uerti haud poterant,ſemel facta renunciatio-
ne,vt initio diximus.

Atquè ita ex his,cenſoris limæ ſubiectis, re-
ſpondendum cenſeo.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Reueren-
dæ Fabricæ Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Fabricæ Sancti Petri priuilegia locum habẽt in legatis pijs prouenientibus ex diſpoſitionibus,tàm ex cauſa in vltima voluntate,quàm inter viuos,liberaliter tamen prouenientibus, & amore Dei,ac fauore animæ, non tamen ex obligationibus procedentibus ex cauſa oneroſa.*

2 *Tranſactio, quæ finiendarum litium gratia introducta eſt, oneroſam cauſam habet,non liberalitatis.*

potiſſimum ſi illa Summi Pontificis authoritate confirmata fuerit.n.3.

4 *Declaratio Sacræ Congregationis Fabricæ affertur.*

& expenditur n.5.& nu.7.& 12.

6 *Legatum eſt donatio quædam à teſtatore relicta ab hærede præſtanda.*

7 *Liberalitas à neceſſitate excluditur, & ſuperatur.*

8 *Pactis inter partes initis ſtandum eſt; nec aliter fieri debet, quàm,quòd conuentum fuit.*

9 *Obligationes à contractu pendent præcedenti, vnde actio oritur, quæ obligationis filia dicitur.*

10 *Dictio(non autem)plus habet potentia ad negandum,& remouendum, quàm præcedens affirmatiua ad concedendum.*

11 *Exceptio excluſio eſt eius,quod per priora inferebatur,nequè ſuperuacaneè appoſita videri debet.num.13.*

14 *Exceptio facta intelligitur ab omnibus in regula ſpecificatis.*

15 *Exceptionis vis,& efficacia in eo eſt, vt caſum exceptum eximat, & à corpore extrahat regula.*

16 *Iuridictione carens fruſtrà ius dicere tentat,& immunè ei non paretur.*

&

& iurè datur aduersus eum ad superiorem recursus num.17.

18 *Appellatio iure conceditur à Iudice grauante, vbi grauamẽ reparabile non est à diffinitiua, vel vim diffinitiui habente.*

19 *Appellatio est ad maiorem Iudicem prouocatio ratione grauaminis illati, vel inferendi.*

ARGVMENTVM.

An Fabricæ Sancti Petri priuilegia, & facultates locum sibi faciant, vbi matrimonio pauperes puellæ locari debent, non ex causa dispositionis inter viuos, vel in vltima voluntate, quæ ex liberalitate dependeat disponentis; sed ex causa transactionis, vel alia onerosa? Vbi declarantur Fabricæ priuilegia.

RESPONSIO. XXXVIII.

Lis cum orta fuisset inter Patres Venerabilis Monasterij Sanctæ Mariæ Miraculorum nuncupatæ, Congregationis Cassinen, & homines Ciuitatis Andriæ super nullitate vnionis prædictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Miraculorum; fuit tandem in anno 1583. ad concordiam deuentum inter partes præfatas, ac inter cætera conuentum, quòd Patres Monasterij prædicti tres honestæ vitæ Virgines prædictæ Ciuitatis Andriæ orphanas, & pauperes; vel genitorem inopem, impotentem, & inutilem habentes eiusdem Vniuersitatis arbitrio eligendas singulis annis, vno die per Abbatem declarando, & designãdo, matrimonio collocare tenerẽtur; & si puellæ eiusmodi, plures, quàm tres extiterint, præuia Spiritus Sãcti Missæ celebratione, forte eligendæ sint, & illis tribus, super quas cec derit sors, dos ducatorum triginta monetæ huius Regni pro qualibet illarum assignari debeat in contanti soluenda, cum debitis cautelis, & obligationibus, vt in instrumento concordiæ. *fol.1. & 2.*

Quod per Sanctissimum Gregor. XIII. in anno 1584. Apostolica authoritate anno Pontificatus sui 13. confirmatum, ac roboratum fuit. *fol.2. à terg. & seq.*

Stante concordia prædicta in anno 1609. Monasterium prædictum coactũ fuit per Tribunal R. Fabricæ Sancti Petri Neapol. residens ad depositandum in publico bãco Neap. ducatos ducentum septuaginta in partem maioris sũmæ, pro maritagijs non factis, iuxtà formam concordiæ prædictæ *fol.t.*

Verùm per Patres Monasterij præfati habitus fuit recursus ad Sacrum Collegium Emenentissimorum Dominorum Cardinalium dictæ Fabricæ præfectorum, & causa commissa R.P. D. Iocobo Caualerio, vni ex deputatis ipsius Fabricæ, per quem fuit prouisum; ducatos ducentum septuaginta depositatos fore, & esse restituendos dictis Patribus; & expeditæ prouisiones sub die 30. mensis Nouẽbris 1611. *fol.7. & 8.*

Postmodum sub die 28. Februarij. 1630. iterum in iudicium appellantur dicti R. Patres per dictum Tribunal Fabricæ ad faciendum depositum annatarum decursarum pro maritagijs prædictis, vel ad docendum de legitimo adimplemento. *fol.t1.*

Et sub die 22. Nouembris 1633. fuit decretũ venerabile Monasterium fore, & esse condemnandum ad faciendum depositum in publico banco annatarum decursarum annuorum ducatornm nonaginta ab anno 1612. liquidatas vsq; in præsens in ducatis mille octingentum nonaginta *fol.20.*

Et cùm prætendat fortasse Fabrica sibi applicare annatas pdictas decursas, & adsit interesse tàm Monasterij prædicti, quàm etiam Puellarum matrimonio locandarum singulis annis, nullo pacto Fabrica prædicta se ingerere potest in causa prædicta, cùm excedat suæ facultatis vires.

1 Nempè q̃ Fabrica facultatẽ habet in omnibus pijs legatis, & dispositionibus, tàm ex causa in vltima voluntate, quàm inter viuos, liberaliter procedentibus, & amore Dei, ac fauore animæ; non verò ex obligationibus procedentibus ex causa onerosa, vt istehæc est causa transactionis, dependens à litè orta iusta ex causa, tàm inter Patres Monasterij prædicti, quã homines Vniuersitatis Andriæ, *vt habetur ex constit. Iulij 2. quæ incipit. liquet omnibus, in Bullar. nouo Romano tom.1. constit.23. §.12. fol. mihi 438. & ex constitut.* Clemet.7. *admonet nos quæst.3. §.8. fol.563. tom.1. & ex Constitut. Pij Quinti exigit. 97. §.1. in fin. tom.2. in Bullar. fol. 298. & ex declarationibus Almi Collegij præfati apud Quarant. verbo Fabrica Sancti Petri fol. mihi 247.*

2 Transactio n. onerosam causã annexã habet, quòd finiendarum litium ergo introducta est. *l. fratris.10. vbi gloss. verbo nullus. C. de transact. Gloss. in l.t. verb. maximum. ff. de iure iur. tex. in cap.1. vbi etiam Gloss. de litis contestat. in 6. plenè Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 18. num.38. & seq. Rota apud Caualerium decis. 407. in princ. Rota apud Ludouis. Gregor. XV. felic. memor. decis. 286. nu.5. & 6.*

3 Summi Pontificis præsertim authoritate confirmata. *ad tex. in l. causas 16. C. de transact.* quæ etiam successoribus præiudicat. *cap. veniens. 8. in fin vbi Gloss. verbo, com firmatam. Et doctor. ibid. de transact. Abb. consil. 56. num.2. lib.1. Rot. in Burgen. quindenniorum 2. Ianuarij 1616. coram Andræa par. 1. posthumar.*

mar.decis.730.num.9. & in Algaren. dismembrationis 14.Nouembris 1616.coram Remboldo tom.2.posthum.decis.332 n.1.& 2.

4 In terminis autem nostris aperta est Sacri Collegij declaratio apud *Quarant.vbi supra §. 5.* quæ sic se habet.

» *Similiter annua pia legata pro pauperibus*
» *puellis nuptui tradendis,quæ amore Dei,seu aliàs*
» *ratione animæ , non autem affectu sanginis, aut*
» *remunerationis seruitiorum facta erunt* . hæc ibi .

5 Comprehendit itaq; declaratio,vt locum habeant priuilegia Fabricæ ad compellendum obligatos,eas quidem puellarum paperum matrimonio locationes,quæ ex pijs legatis.ac consequenter ex liberalitate pendent relinquentis, non ex necessitate . Cùm legatum donatio sit quædam (non necessitas) à testatore relicta,ab hærede præstanda , iuxtà Modestini sententiam.*in l.legatū 37.ff.de legat.2.& institutionibus de legat. §.2.*

7 Atquè quæ amore Dei, & ratione animæ ; non verò causa sanginis, vel ex causa remunerationis seruitiorum fiunt ; cùm in his magis debitum esse videatur,quàm liberalitas, quæ à necessitate superatur,& excluditur. *l.vnum ex familia.69.§.si falcidia.de legat.2.l.rem legatam 18.ff.de adimend.legat.Rot.apud S.memor. Gregor.XV.decis.397.num.2.* vt multò minùs coprehendat has matrimonio locandarum puellarum pauperum Ciuitatis Andreæ obligationes per Patres Monasterij prædicti Sanctæ Mariæ Miraculorum singulis annis faciendas; cùm ab obligatione,& trāslatione,Sedis Apostolicæ confirmatione roborata , dependeant , vt nullo modo aliter fieri possit, quàm , quòd
8 conuentum fuit, sed pactis initis standum sit.
9 *cap.1.de pactis,& l.1.ff.eod.*Quia profectò obligationes hæ, à contractu pendent præcedenti,vnde actio consequenter datur puellis præfatis,quæ obligationis filia dicitur.*l.licet.42. §. ea obligatio.vbi Bart.ff.de Procurator. Federic. de Senis cons.218. num.1. Rota Maceraten.apud Thomati decis.14.n.4.& 5.*

10 Exceptio namquè , quàm declaratio facit per dictionem*(non autem)* (quæ plus habet potentię ad negandum,& remouendum, quàm præcedens affirmatiua ad concedendū . *Gloss. in cap.cùm dilectus.8.verbo.à suspensis. circa medium. de consuet. & in Clem. vt ij. 2. verbo. nullo modo.de ætate, & qualitate. Gloss.in l. hoc genus.105.ff. de condit. & demonstr. Dec.in cap. nam.concupiscentiam in 1.lectur.in 3.not.n.5. de constitut.Nauar.cons.40.peto.1.num.9.lib.5. de pænit.& remissionib.Perez.de Lara de Cappellā. lib.2.cap.4.num.114.Aymon.cons.146.nu.4.Hieronym.de Federic.resol.Crimin.51.num.1.post 2. vol.consil.Farinac.)*

11 Exclusio est eius,quòd inferebatur per priora dicta*(similiter annua pia legata)ad tex.in l.2.in princ.ff.de except.l.nam,quòd liquido.4. §. fin.ff.de penu.legat.Peregr.de fideicom.art.7.nu.*
12 *13.* Vt omninò exceptæ, & à cognitione Fabricæ exemptæ videantur,eæ puellarum matrimonio locandarum obligationes , quæ non ex pijs legatis, neq; amore Dei, nequè occasione animæ dependent:sed alia ex causa onerosa,
13 vt in casu hoc nostro est.Alioquin esset exceptio ipsa superuacanea;ac frustrà loqui viderentur tanti Patres in declaratione prædicta, *contra tex.in.c.si Papa.10.cum.ibi notat.de priuileg.*
14 *in 6.* At exceptio facta intelligitur ab omnibus in regula specificatis , *vt Alex.* inquit *in cons.*
15 *211.ponderatis verbis statuti. num. 3. lib. 6.* Et exceptionis vis,& efficacia in eo est,vt rem , & casum exceptum eximat,siue è corpore extrahat regulæ.*secundum Bald.in cap.1.num. 13. de capit.qui cur. vendidit in vsib.feud. sequitur Surd.cons.416.num.10.& cons.449 num.40.vol. 3.Affl.decis.298.nu.4Vinc.de Franch.decis.278. num.5.*

16 Iurisd ictione itaq; caret Fabrica in his casibus à suis facultatibus,& priuilegijs exceptis. Frustrà igitur ius dicere tentat, & patres citare,vt impunè eisdem non pareatur *ad tex. in c.*
17 *2.in fin. de constitutionib. in 6.* Vt si desistere noluerit iurè ad dictum Sacrum Collegium recursus haberi valeat, sicut aliàs factum fuit ; iuxtà præfatam Clement. 7. constitutionem in erectione Collegij præfati *§.12.*

18 Quia nimirum vbicumq; grauamen per iudicem parti infertur , quod per appellationem à diffinitiua,vel diffinitiui vim habente,reparabile non est. *iuxta tex. in cap. causæ omnes. 20.*
19 *Sacri Trid.Concil.sess.25.*Iurè , nec iniuriā appellatio conceditur, quæ ad maiorē Iudicē est ,prouocatio ratione grauaminis illati, vel inferēdi,iuxtà definitionem *à Bart.*traditam *in l.1.in princ.ff.de appellat. quàm sequitur Abb. in rub. extrà de appellat.& Philipp.ibid.& Bald.in rub. C.eod.tit.& meus Maranta.in speculo.6. par. in 2.actu princ.de appellat.num.1. Gratian.forens. par.1.cap.76.nu.9 & seq.Rota Maceraten. apud Thomati decis.8.n.20.& seq.*

Et ita ex his meliùs,rectiùsq; sentientis iudicio,limæq; subiectis,respondendum censeo.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Aduocatus,

Sub Iudice adhuc lis pendet ; sed ex his, quæ aliàs Sacra Congregatio in hac facti specie declarauit , satis apertè determinatio educi potest.Quæ parauera̅ proinde proposuisse haud iniucundum tibi futurum (Amice Lector)putaui . Cùm è re tua esse poterint , si par casus acciderit aliàs, quòd vicissitudini res omnes sub sole seruiant;& addere facile sit inuentis,

Quoniam verò apprimè facit ad rem nostrā; hic subuectere, operæ pretium visum est mihi , informationem datam in anno 1609. per Illustrem Dominum Torquatum Florauantem R. P. D. Caualerio tunc Rotæ Auditori , & Fabricę Sancti Petri Iudici,& ponenti;postmodum Sanctæ R.E.Cardinali, super eadem vexatione tunc per Tribunal Fabricæ Patribus data.

data. Erunt enim, quæ in illa habentur non iniucunda, nec inutilia.

SVMMARIVM.

1 *Fabricæ priuilegia; & facultates non comprehendunt contractus inter particulares personas, præsertim per viam trãsactionis initos, sed legata, & testamenta.*
2 *Neque ubi culpa non intercedit, sed est impedimentum exterius.*
3 *Legatum sufficit, quòd cæptum sit adimpleri, ne intrent priuilegia Fabricæ.*
4 *Legatum quando est ceptum exequi, licet postmodum per multos annos cessatum fuerit ab implemento, Fabrica manus apponere non potest.*
5 *Priuilegia Fabricæ non intrant confirmata transactione per Sedem Apostolicam ex certa scientia.*
6 *Concordias initas inter Capitulum, & Episcopũ Sacra Congregatio declarauit per Sacrum Concilium non esse sublatas.*
7 *Confirmatio ex certa scientia, quando dicatur.*
8 *Contractus Princeps seruare tenetur.*

Andrien Pecuniaria.

Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini. Annis preteritis per Sedem Apostolicam Congregationi Casinen fuit vnita Ecclesia sub inuocatione Sanctæ Mariæ de Miraculis in Lamis nuncupata, sita propè, & extra mœnia Ciuitatis Andriæ, & post istam vnionem Congregatio prædicta Monachos transmisit, & in dicta Ecclesia fabricare cœpit Monasterium pro vsu, & habitatione Monachorum.

Huiusmodi vnioni Ciuitas Andriæ se opposuit, & super illius prætensa nullitate causam committi obtinuit Domino Archiepiscopo Tranen.

Lite huiusmodi indecisa coram eo pendens inter tunc Abbatem, & Monachos d. Monasterij ex vna, & Ciuitatem Andriæ partibus ex altera medio, & interuentu Illustrissimi Domini Ducis Andriæ fuit deuentum ad concordiam, & transactionem, in qua inter alia continetur, quòd dicti Abbas, & Monachi tres honestæ vitæ puellas Virgines d. Ciuitatis orphanas, & pauperes, vel genitorem inopem, impotentem, & inutilem habentes, eiusdem Ciuitatis arbitrio eligendas singulis annis vno die p dictũ Abbatẽ declarãdas, & designãdas matrimonio collocare, & pro dote cuiuslibet earum ducatos 30. monetæ Regni consignare tenerentur, & promiserunt cum conditione, quòd dictis puellis, vel illarũ aliqua sine filiis vel illarum filijs intra 18. earum ætatis annũ sine filiis morien, dos huiusmodi ad dictũ Monasterium deuolueretur, vt illa alteri puellæ simillimæ qualitatis cum prædicta conditione assignetur; & hoc vltra prædictum numerum triũ puellarũ singulis annis maritãdis. Excepto tamen futuro triennio, quo durante Abbas, & Conuentus, vt dicti Monasterij fabricam, aliaquè incumbentia onera faciliùs sustinere possent, duas tantùm puellas singulis annis dicti triennii matrimonio collocare tenerentur, & aliis, vt in instrumento publico desuper celebrato penès R. P. D. meum Ponentem dimisso.

Transactionẽ huiusmodi felic. recor. Greg. XIII. ex certa scientia cum expressione tenoris illius, confirmauit, & approbauit, & obseruari mandauit, cum decreto irritanti, vt similiter constat instrumento publico penès eundem Reuerend. Ponentem.

Domini Abbas, & Monachi, iuxtà formam transactionis prædictæ puellas dotarunt, & matrimonio collocarũt, vt probatur ex fide d. Ciuitatis, similiter dimissa penès eumdem Reuerend. R. D. Ponentem.

Verùm, quia in tribus annis puellæ ob defectum maritorum nuptui tradi non potuerunt, Ideò Abbas, & Monachi in eorum libris ad id specialiter formatis, creditrices sẽper fecerũt puellas orphanas d. Ciuitatis in dotibus ; ad dictam rationem duc. 30. pro qualibet, vt patet ex partitis legitime extractis, dimissis penès d. D. Ponentem.

De anno prædicto Commissarius Fabricæ Sancti Petri in Regno Neapolitan commorãs nulliter, & de facto procedens, dictas pecunias depositatas exegit; & pro parte puellarum fuit habitus recursus ad Illustrissimos Dominos meos, qui causam hanc commiserunt, R. P. D. meo Ponenti, & supplicatum ordinari, vt dictæ dotes restituantur, nec super illis etiã in futurum molestia inferatur.

1 Quod quidẽ fieri debet, quia facultates, & priuilegia Fabricæ procedunt in contractibus ad eam pertinẽtibus, & cõprehendunt legata incerta facta in testamentis, & codicillis, & exequutioni non demandata, non autem contractus inter particulares personas, præsertim per viam transactionis initos, & celebratos, & consequenter dispositio dictorum priuilegiorum in huiusmodi casu adaptari non potest.

Accedit, quòd istæ puellæ in dotatæ remanerent, & transactio locum nõ haberet, essetq; præiudicium irreparabile istis pauperrimis puellis, indeq; scandalum oriretur.

2 Nec possunt intrare priuilegia prædicta prætextu, quòd istæ puellæ per triennium in circa matrimonio collocatæ non fuerint, quia vt dixi id nõ euenit culpa, & negligentia Monasterij, sed solùm ob defectum maritorum, quibus inuentis statim dotes consignatæ fuissent, & consignabuntur, cum restitutæ fuerint dictæ pecuniæ.

Imò ex parte Monasterii fuit satisfactum transactioni, & adimpletum mediante deposito dotium, & sic cessat omnis negligentia ;

Et

3 Et ad effectũ, vt priuilegia huiusmodi nõ intrẽt
sufficit, quòd legatum cęptum sit adimpleri,
vt in terminis, imò fortioribus, scilicet, quãdo
4 est cęptum exequi legatum factum in testamẽ-
to, & postea per multos annos cessatum, & ad
impletum non fuerit, fabrica manus appone-
re non possit *fuit decisum in Rota in Sutrina Monasterij coram R. P. D. Orano die 29. Aprilis 1598.*

Et quotidie in Vrbe apud multas Ecclesias,
& loca pia seruatur. Nam quolibet anno visi-
tantur puellæ, & illis dotes assignantur, quæ se-
cundum occasiones maritorum soluuntur.

5 Præterea dicta priuilegia eò minùs intrant
ex quo transactio per Sedem Apostolicam ex
certa scientia confirmata fuit. Et Sacra Con-
6 gregatio Concilij, & Rota pluries resoluerunt
cõcordias inter Capitulum, & Episcopos ini-
tas per d. Concilium non esse sublatas, illasquè
7 seruãdas esse. Et cõfirmationem dici ex certa
scientia, & cum causæ cognitione, quando te-
nor cõcordiæ saltim effectualiter insertus est,
nec est necesse exprimere verba formalia, sed
sufficit exprimere substantialia. Vt in specie
fuit decisum *coram R. P. D. Bubalo bonæ me. in Burgen Iurisdictionis 5. Ianuarij 1589. & aliàs sæpiùs.* Multò magis seruari debet transactio
illa inita inter seculares, scilicet Ciuitatem, &
Monasterium.

8 Vltimo hoc modo tollerentur contractus
quos Princeps seruare tenetur *Cæphal. cons. 23. num. 51. Socin. iun. cons. 126. num. 19. lib. 3. & fuit dictum coram Illustrissimo D. Seraphino in Ciuitatis* Castelli *Castri Montani 10. Maij 1572.*

Quare.

Turquatus Florauantes.

SVMMARIVM.

1 *VEritatis ea est præstantia, vt rebus cunctis superior habeatur.*
2 *Viritate nihil fortiùs.*
Eiq; omnia cedunt nu. 3.
4 *Veritatis quidquid est, totum à Deo est.*
5 *Deus summa, & prima veritas.*
6 *Veritatem amare nos decet.*
7 *Veritas Iustitiæ mater.*
Eamquè tueri, atquè pro ea stare nos opertet. num. 8.
9 *Vera omnia in vnum consonant.*
10 *Amicis existentibus duobus, magis amica Veritas.*
11 *Subreptione rescriptum notatur si litis pendentiæ memoria non fiat in eo.*
Limita si nullum ex hoc præiudicium fiat alteri, quòd nullum ei esset ius n. 12.
etiam si de futuro præiudicium esse posset, si non sit de præsenti in aliquo iurè bono fundatum num. 13.
etiam si expressa litis pendentia tardius Princeps concessisset, vel difficiliùs. n. 14.
vel si nulliter fuerit lis instituta. n. 30.
15 *Rescriptum non omnia tacita, quibus expressis non fuisset fortassè obtentum, subreptitium reddunt.*
16 *Subreptionem ad arguendum, perpendendum est tempus gratiæ, & impetrationis, non verò præteritum, neq; futurum.*
17 *Beneficij impretatio facta de simplici, non inde subreptitia euadit, quòd aliquando curatum fuerit, si impetrationis tempore non sit curatũ actu, licet sit habitu, & in potentia.*
18 *Iudicem impetrans aduersus aliquem, quem mihi credebam obnoxium, nihil proficit, si impetrationis tempore talis non erat, licet ex post facto fiat.*
19 *Rescriptum ad futuras actiones non proficit.*
20 *Res primò in esse debet, quàm quòd de ea agatur.*
21 *Subreptio non omnis vitiat rescriptum, sed quæ dolo admittitur.*
22 *Gratiam non omnis omissio subreptitiam reddit, sed illa, quæ ex iuris dispositione exprimi debet.*
23 *Agendo ante diem nemo audiri debet, cum malè agat.*
& emanata inde citatio nulla est n. 24.
25 *Quæcumquæ gerimus, nisi legitimo ex principio originem trahant, inanem nostrum actum efficiunt.*
26 *Nullum, quod est, nullum producere valet effectum.*
27 *Non entis nullæ partes, nullæquè dari possunt qualitates.*
28 *Quod caret substantia, caret, & accidentibus.*
29 *Accidens sine substantia esse minimè potest.*
31 *Rescriptum subreptione minimè notatur, si rei iudicatæ, quæ ex sententia nulla processit, memoria non fiat.*
32 *Sententia nulla in iudicatum, nunquam transit.*
33 *Iudicium idem est de sententia nulla, atq; de ea, quæ non est.*
34 *Gratia subreptitia haud dicitur, si qualitatem reticeat impetrans de iure non consideratã.*
neq; oporteat omnium meminisse, sed eorum, quæ à iure enumerata reperiuntur. n. 35.
36 *Citatio inualida nil operatur.*
quare nequè arctat citatum ad comparendum num. 37.
38 *Verisimile haud est, Pontificem moueri potuisse ad denegendam gratiam, si litis pendentis nulliter institutæ, memoria facta fuisset.*
39 *Rescriptum secundũ nõ faciẽs memoriam primi, subreptitium redditur. limita si secũdum sit diuersum à primò. n. 40.*
41 *Nouum dicitur, quod nunquam antea fuerat.*
42 *Noua Griatia dicitut, quæ aliquid aliud addit primæ.*
43 *Qualitas noua, siue nouum accidens enti superadditum, ipsum in noua specie constituit.*
44 *Speciem variat omnis additio, vel subtractio in formis.*
45 *Qualitas noua, siue noua conuentio addita facit nouam concessionem esse.*

46 *Inue-*

46 Inuestiturae noua forma, & qualitas addita facit feudū esse nouū, licet fuerit per prius antiquū
47 Rescriptum, quod contra ius aliquid concedit facit illud transire in priuilegum.
48 A diuersis non rectè infertur de vno ad aliud, ne dùm remotiuè, sed neque positiuè.
49 Culpa coargui minimè potest, qui lege permittente aliquid facit.
50 Negligens haud dicitur, qui lege permittente cessat.
51 Mora tunc contrahitur, cùm quis in culpa est faciendi, vel soluendi.
52 Mora minimè perpendi potest dilatione pendēte ad soluendum. & num. 53.
54 Beneficium à Pontifice concessum decet esse mansurum.
& laxā admittit interpretationē, etiā in praeiudiciū tertij, si gratiae verba hoc importāt. n. 55.
56 Clausulae generales in instrumentis à notarijs apponi consuetae non nimis magni fiunt. vide rationem. num. 65.
57 Clausulae particulares rescriptorū non videntur frustrà ascriptae, sed vt suū operētur effectū.
58 Rescripti nihil superfluum esse, iudicandum est, vt magis proinde iuris correptio toleretur, quàm quòd illa superfluis scateant.
59 Iudices non possunt à rescriptorum verbis neq; latum vnguem discedere.
60 Signatura, quae cum misterio apponit clausulas, superfluis non vtitur.
61 Dataria, vel Cancellaria, vel Signatura quod facit, Papa ipse facere videtur.
62 Clausulae in rescriptis legem faciunt, & de voluntate Pontificis emanare videntur. nu. 66.
63 Stylus Romanae Curiae, qui nouum ius facit, dispositioni iuris communis praeualet.
extende etiam ad stylum Cancellariae. num. 64.
Quia quae fiunt in Cancellaria in Cōsistorio Papae fieri videntur. num. 67.
68 Datarius dicitur organum mentis, & vocis Papae, sicuti alij officiales eiusdem, vt quod illi faciunt Papa facere videatur.
69 In mora soluendi non dicitur fuisse, qui iustam litigandi causam habuit.
70 Legatum ad pias causas indebitè solutum, non repetitur.
71 In mora soluendi esse minimè dicitur, qui potest exceptione se tueri.
72 Excipienti facilius succurritur, quàm agenti.
Quae temporalia ad agendum sunt, perpetua ad excipiendum fiunt. ibid.
73 Exceptio, quae intentionis exclusio est, defensionis speciei agnoscitur.
74 Excommunicatus, & si ab agendo repellatur; Non tamen ab excipiendo.
75 Morosus dici non potest, qui facto praepeditur aduersarij.
76 Conditione pendente, haeres ad soluendum cogi minimè potest.
77 Conditio est legati suspensio, & differt illud in diem vsquè existentis conditionis.
78 Conditio nihil interim certi ponit, dùm in suspenso dispositio est.
79 Creditor haud dicitur interim, cui sub conditione debetur.
80 Conditionem impleri oportet, priusquàm ex legato commodum acquiratur.
81 Conditionalem actum ad subuertendum, sufficit, vel in minimo conditioni non pareri.
82 Dictio (Purche) (dummodò) ad vtrumlibet referri potest, vt cōditionē importet, et modū.
verum quando conditionem inferat. n. 83. si commodum respiciat disponentis.
vel si sit adiecta ei, quod implendū est, antequàm quaeratur emolumentum. num. 84.
vel si dispositiuis adiecta sit. num. 85.
praesertim in dubio. num. 86.
vel si iungatur actui imperfecto. nu. 87.
88 Legatū quāuis modale sit, tamē implēdus est modus legato iniūctus, et cautio praestanda de illo implendo, antequàm legatum solui debeat.
89 Dictio (dummodò) operatur, vt semper implēdum sit illud, quòd sub ea disponitur.
alioquin actus nullus, & inualidus, atq; inefficax remaneret, & dispositio. num. 90.

ARGVMENTVM.

Subreptium, quando dicatur rescriptum ob non factam litis pendentis memoriam? Et quando morosus quis dicatur in legatis soluendis, si iustam habuit differendi causam, vel dilatio sit eidem concessa per Principem ad soluendum? Et nūm. dictio dummodò conditionem, vel modum importet, & quando? Non inutilis Responsio, nec inconcinna.

RESPONSIO. XXXIX.

1 Veritatis ea sēper, & vbiq; vis est, in omnibus, atquè praestantia, vt rebus ipsis cunctis superior habeatur, nequè quibuscunquè aduersis mutari vnquā valeat, atq;
2 pessundari. can. veritate. 5. eū seq. 8. dist. Nihil est .n. veritate fortiùs, nihilq; valētius. Quoniā for
3 tior, p̄ omnibus. Esdrae lib. 3. c. 4. n. 31. Vnde ipsi cedūt omnia. can cōsuetudo. 9. dist. 8. tex. in l. illicitas. 6. §. veritas. ff. de off. praesid. Fed. de Sen. cōs. 252. Reuerēd. P. in prin. meus Marāt. cōs. 34. n. 1. Rolād à Valle. cōs. 11. n. 2. lib. 3. Iacob. Thomin. dec. Lipsien. 20. n. 55. Barbos. assiom. 224 num 5. in fin.
4 Quicquid nēpè veritatis est, totū à Deo est, vt S. Tho. (inqt) 1. p. q. 16. ar. 5. ad 3. Cū nedū in ipso
5 sit veritas, sed sit sūma, & prima Veritas, vt idē S. Tho. loquitur d. art. 5. in corpor. & Ioann. is. 14. 6. Infallibilis ipsa veritas verbum Patris: Ego sum

via (inquit) *Veritas,& vita.& sequitur can.consuetudinem.6.d.dist.* 8.

6 Amare igitur nos decet veritatem. *tex.in l.cũ ita.62.eitrà fin.ff.de condit.& demonstrat.* Quòd
7 ipsa iustitiæ Mater sit, vt *Bald. inquit, in l.liber-*
8 *tini.ff.de statu homin.* Eamq; ob id rueri, atquè pro ea stare nos oporteat. *ad tex.in l. puniri.* 3. *cum Gloss.in verbo, iudices.C.si contrà ius,vel vti-*
9 *lit. public.l.fin.ff.de appellat.* Nam vera omnia in vnum consonant. *secundum Aristot.2.ethicor.* Quatè duobus existentibus amicis, Socrate,&
10 Platone, Magis amica veritas, vt idem ibidem Aristoteles loquitur *& sequitur Marian. Socin. cons.8.visis diligenter. in prine.lib.* 1. *Barbos. dict. assiomat.224.num.2.*

Et si igitur plurimum Tribunali debeam Reuerendæ Fabricæ, cogunt me tamen iura Domini Caroli Maiorani, vt pro veritate, & pro Carolo Carolus aduersus eiusdem Fabricæ Oeconomum nunc respondeam.

11 Non itaq; primò nocere poterit eidem Domino Carolo ad subreptionem, vel diplomatum obreptionem à Sancta Sede Apostolica obtentorum, obiecta exceptio litis pendentiæ in supplicatione haud expressæ.

12 Nullũ.n.ex hoc Fabricæ præiudiciũ ingeneratum fuit; cùm nullũ adhuc ius in legato quęsitũ esset, cuius soluēdi nõ dũ cesserat dies. Vnde in nulla cõstitutus adimplendi mora Carolus fuerat. Nulla igitur in supplicatione litis pēdentiæ memoria fieri debuit; cùm in nullo ex his, quæ à Põtifice petebãtur præiudiciũ Tribunali fieret. doctrina est notabilis Bellam. *dec.748.col.2.in 2.casu.verf.aut loquimur.n.3.* per doctrinã Innoc. *in c.significãte 69.in princ.verbo. reuocarent.de appell.* vbi sequētibus loquitur In-
,, noc. *Nõ.n.prohibēdi sũt lite pēdente, etiã noua fa-*
,, *cere sine praiudicio iuris aduersary,sufficit.n.quòd*
,, *aduersary nõ intersit.* allegat pro hoc *tex in l.loci.4.§.in confessoria.& § sequẽti ff.si seruitus vendicetur.* Et sanè in §. *in confessoria*: sic loquitur
,, tex. (libuit.n.eius verba hic referre) *Sed videa-*
,, *mus,qui possũt esse fructus seruitutis;& est veriùs*
,, *id demũ fructus nomine cõputandũ,si quid intersit agenti, seruitutem non prohiberi.* In tex. verò se-
,, quent. *in §. si fundus* sequētibus loquitur Vl-
,, pianus: *Sed in æstimationẽ id, quod interest veniet;*
,, *scilicet,quod eius interest, qui experitur.* hæc tex. Hanc eandẽ Innoc. & Bellameræ sententiã sequitur *Felin.in c.1 nu.15.in 6 fallent.verf.& ad hoc vide.de rescrip.* Rationẽ antẽ dicti infert idē Bellamera *ibid. col.2. circa med. verf. ratio huius*
,, *secũdi dicti*, dicẽs: *Quia omnia talia edicta prohi-*
,, *bētia impetrationẽ rescripti lite pēdente, intelligun-*
,, *tur si partis intersit.l.2.§.vlt.ff.si quis in ius vocat.*
,, *non ierit.l.1.§.1. cum similib. ff.quod quisq; iuris.*

13 At instabit Oeconomus; esse saltim de futuro ius Fabricæ. Vt non facta proinde memoria litis pendentiæ super eo, subreptitium rescriptum euaserit.

Verùm Respondebit Bellamera *ibid. circa fin.*
,, *Quod talia futura, quæ se habēt ad esse, et non esse,*
,, *ac merè contingentia, non sũt ponderanda, quia non*
,, *habent spem de præsenti in aliquo iure bono funda-*
,, *tã.l.sciendũ.15.§.penul.ff.qui satisdar.cogãtur,vbi*
,, *Gloss.in verbo.possit.* subdit *Non inspici, quod eue-*
,, *nire potest, sed quod præsens.l.1. ff.de in litē iurand. l.Iulianus.17.ff.ex quibus causis.*

14 Nec itē (sac esse, quòd si de litis pēdētia mentio facta fuisset, tardiùs, vel difficiliùs saltim Põtifex dilationē ad soluēdũ Carolo concessisset) breue subreptitium euasisset, quòd illius memoria facta minimè fuit.

15 ,, Quia nõ omnia tacita, quibus expressis re-
,, scriptũ nõ fuisset obtentũ, subreptitiũ illud red
,, dũt. *vt est casus de litis contestat.c.1.lib.6.* vt loq-
,, tur Thomas Fastiolus *dub.64.nu.3.* *quẽ sequitur Menoch.de arbitr.casu.202.num.22.*

16 Ad subreptionē autē arguendã, perpenēdum est tēpus ipsũ gratiæ, & impetrationis, nõ verò prereritum, neq; futurum. *Rota apud Card. Seraphin decis.936. num.* 1.

17 Quemadmodũ nè pili quidem officit ad inficiendũ vitio subreptionis, vel obreptionis rescriptũ; qp in impetratione expressio fiat simplicis Beneficij, tacito quòd de præterito aliquãdo curatũ fuerit, & Parochiale. Cùm sat fuerit si impetrationis tēpore ob populi carētiã simplex euaserit. Nãm, & si porrò habitu saltim Curatũ nuncupari possit; actu tamē, & in exercitio simplex est, atq; in simplicis naturã pertrãsijt. *Gl.in c.licet canon. 14.verb.Parochiali. de elect.in 6.& ibid.Barbos.n.16.Rota apud eund. Seraphin.d.dec 936.n.2.et ita respondisse Rotã in vna Conchen.Beneficij.11.Maij.11.1609.corã Cardin. Sacrato.* se patrocināte refert Ill. D. meus Ricciullus Episc. Vmbraticen. nũc S. Inquisitionis Minister Generalis in hoc Regno. *tract. de iure personarum extrà gremium.lib.1.cap.14.nu.2.& 3. Rota apud Card.Caualer.decis.164.num.3.*

18 Nec refert quidquã, impetrasse mè Iudicē ad uersũ tē, quē obnoxiũ mihi credebam, si verè nil quidquã impetrationis tempore mihi deberes; quãuis ex post facto præsentationis videlicet tēpore rescripti, obnoxius mihi repe-
19 riaris. Cùm ne terũtij quidquã proficiat ad futuras actiones impetratũ rescriptũ. *tex. est cùm Glos.in c.quia nonnulli.43.aliàs fin. de rescrip.Speculator.lib.2. par.1. de rescripti præsẽtatione.§. ratione autem causæ.n. 16.& 21.*

20 Sanè quoniã id, de quo agēdũ est, primũ quidē in rerũ natura esse debet, quàm de eo agatur. *l.quidã referũt.14. §.1. ff.de iure codicillorum. Glos.in d.c.quia nõnulli.43. verb.ad futuras de rescrip.glos.in c.ad discutiẽdum.13. verb.accusari de desponsat.impub.l.diuus.25.ff.de militar.testamen. Farinac.de inquisit.q.2.n.1.in fin. ver.ratio autem.*

21 Nec quævis subreptio vitiũ rescripto inurit; sed q dolo admittitur. *c.super litteris. 20. de rescrip.Bellam.dec.4 Rot.apud Seraph.d.dec.936.n.3.*

22 Neq; omissio qlibet gratiã subreptitiã reddit; sed illa dũtaxat, q ex iuris dispositione exprimi debet *Verall.dec.310.n.3.p.1.Cassad.dec.10.sub n. 1.de præb. ad gl.in clem. 1.verb.non alteri de præb.*

23 At qui verò antè diem agendo, audiri nemo debeat; cùm malè agat, qui ante diei agit aduētum.

tũ.l.1.§.fin.ff.quãdo diei vſuſructus legati cedat.
34 Ante diẽ cùm egerit Fabricæ Oeconomus.
Emanara inde vtiquè citatio nullius roboris,
ac mométi fuit; vt quicquid inde poſtea pro-
ceſſit, in nihilum euanuerit.
25 „ Planè quoniã quæcunq; gerimus, niſi le-
„ gitimo ex principio originem trahant, ina-
nem noſtrum actum efficiunt, vt Paulus inquit
in l.quæcunq; gerimus.10.ff.de action. & obligat.
mem Maranta in aureo ſpeculo in proœm. nu.4.
26 Quòd verò nullum eſt, nullũ producere valet
27 effectũ; Cùm non entis nullæ partes, nullæquè
dari poſſint qualitates.*l.ſi ſeruũ.4.§.1.ff.de act.*
empt.l.eius qui.41.§.quòd ſi ſtipulatus.ff.ſi cert.
petat.Dec.conſ.348.n.5.verſ.vlt.nõ obſtat. Barb.
aſſiom.162.nu.1.& aſſiomat.164.num.1.
28 Quòd autem caret ſubſtantia, carere quoq;
neceſſe eſt, & accidentibus. *l.lex quæ vectigali.*
31.ff.de pignorib.Bal.in l.cùm oportet.6.n.18.in fin.
C.de bonis quæ liber.Afflict.in c.1. quæ ſit 1.cauſa
benefic.amittend.in vſib.feudor.Gloſ.3.num.57.
29 Quppè cùm accidens ſine ſubſtantia, quæ
illud ſubſtentat, eſſe minimè poſſit.*ſecundum*
Philoſ. & eſt tex. in l.2. ff.de vſufruct. Schenard.
conſ.42 num.14.par.1.Barboſ.aſſiomat.5.num.1.
30 Meminiſſe itaq; haud oportuit litis pendẽ-
tiæ nulliter inſtitutæ, & proceſſus nulli. Illius
igitur taciturnitas ſubreptionem minimè pe-
perit. *ſecundum Innocent. quem ſequitur Eclin. in*
cap.cæterum.3.nu.2.verſ.limita.3.de reſcript. idem
Felin.in cap.ex tenore.16 nu.2. de reſcript.Afflict.
deciſ.366.num.10.
31 Veluti (Ecce tibi) ſubreptione notari re-
ſcriptum minimè poteſt, quòd memoriam nõ
fecerit rei iudicatæ, ſi lata ſententia nulla fuit.
32 Cùm nullo vnquam tempore in iudicatum
tranſire illa potuerit. *Felin. d.cap.ſuper litteris.*
20.num.15. de reſcript. Afflict. *d. cap.1. quæ ſit 1.*
cauſa benefic.amittend.gloſ.3. nu.15. Rota diuer-
ſorum.par.1.deciſ.644 nu.1. quæ eſt etiam in im-
preſſis *apud Illuſtriſſimum Seraphin deciſ.493. nu.*
4.facit deciſ.Creſcent.8.de reſcript. in princ. & fuit
dictum in Mindonien Canonicatus *26. Nouembris*
1616.coram Buratto.tom.1.in Poſthum. deciſ.783.
num.2, Roca *deciſ. 297.num.5.& deciſ.366.n.11.*
33 *poſt 2.volum. conſ.Farinac.*Idem nempè, ac vnũ
iudicium eſt de ſententia nulla, & inualida,
atq; de ea, quæ non extat. *Gratian. forenſ.par.5.*
34 *cap.850.num.15.* Subreptitia verò Gratia im-
petrata dici haud quaquàm poteſt, ſi impetrãs
qualitatem reticeat, de iure nullo pacto conſi-
deratam.*Verall.deciſ.224.par.3.*
45 Neq; omniũ, quæ Pontificem difficiliorẽ red-
dere ad cõcedẽdũ poſſunt, meminiſſe oportet.
poſt Felin.d.c.ſuper litteris.col.5.& 6.et Abb.ibid.
col.ante penult.ad Gloſ.ibid.in verbo. litteras. de
reſcript. Mandellini.conſ.404.n.5. Sed ea dũtaxat
aperire ſufficiat, quæ in ipſis iuris codicibus
enarrata reperiuntur. *vt Mohedan.* inquit *deciſ.*
36 *335. alids.7.de reſcript.* Inualidã autẽ citationẽ
nil operari *ex Gloſ.fin.in l.accuſatoribus.4. C.de*
*accuſat.*probat alijs relatis *Felin.in d.c.ex teno-*
*re.16.n.5.ver.quòd citatio inualida de reſcrip.*Rota
37 *apud Card.Mantic.dec.2.n.5.& dec.8.n.1.* Vnde
nec arctat citatũ ad cõparendũ, ſi in ipſo cita-
tionis veſtibulo, iniuſtitiã, atq; inualiditatẽ inſi-
nuet, quãuis aliquo caſu iuſtificari valeat; niſi
fortaſſis admodũ circũſpectus eſſet Iudex, qui
eã relaxauit, atq; vir frugi, & honeſtus. *ex In-*
noc.in c.præterea.2. n.3. de dilationib. Natta conſ.
556.n 4.lib.3.et ſequitur nouiſſimus Nicolaus Ca-
luolus cõm.cõcl.ad praxim iudiciariã.§.citatio.cõ-
38 *cluſ.4.n.8.& 9.* Veriſimile igitur haud eſſe vi-
detur, moueri potuiſſe Pontificẽ, vel ad dene-
gandã, vel ad difficiliùs petitã gratiã Carolo
concedendã, dilationis ad ſoluendũ rationabi-
libus ex cauſis; ſi litis pẽdentiæ nulliter p̲ Oe-
conomũ intentatæ, quinimò, & p̃maturè, antè
.ſ. tẽpus faciẽdæ ſolutionis, mẽtio in reſcripto
facta fuiſſet; vt dictus *Bellamer. d. dec.748.* in fi-
„ nalibus verbis loquitur, *Quia* (inquiẽs) *non eſt*
„ *veriſimile Papã poſſe moueri ad denegandũ ex tali*
„ *lite, ſine aliqua rationabili cauſa mota; nec etiã ex*
„ *non iure, ſeu non intereſſe alterius.* hæc ille.
Faceſſat ergò per Oeconomũ de ſubreptio-
ne aſſumpta obiectio ob non expreſſam per
Carolum litis pendentiam.
Nec vrgebit ſecũdo aduerſus eũdẽ, Oeconomi
39 obiectio: Subreptitiũ videri ſaltim ſecundũ re-
ſcriptũ per Carolũ impetratum non facta me-
moria primi, in quo octo menſiũ dilatio eidem
ad ſoluendum cõcedebatur, abſquè vlterioris
prorogationis ſpè.
40 Etenim, .n. verò. Cùm fuerit hæc ſecũda gra-
tia, noua petitio, nouũ negotiũ, noua res, & à
priori nõ dependẽs, eius meminiſſe nõ vtiquè
oportuit; vt optimè ad limitationẽ *tex. in c.fin.*
*de filijs præsbyter.lib.6.*diſtinguẽdo docet Moli-
na *de Hiſpan.primog.lib.4.c.3.nu.40.& 41.cũ ſeq.*
& ſequitur alter Molina è Societ. Ieſu de iuſtit. et
iur.lib.3.diſp.650.n.4.P.Sanchez de matrim. lib.8.
diſp.23.n.5.& n.11.et 12.Creſcẽt.dec.7.de reſcript.
41 *n.1.* Nouũ autẽ dicitur, q̃ nũquã antea fuerat.
ſecundũ Gloſ.Ioan.And. in c.generaliter.13. verb.
de nouo.de elect.in 6.ex tex.in c.auaritiæ.6 eod.tit.
42 *et lib.* Noua item gratia nuncupatur, quæ ali-
quid aliud addit primæuæ. *ſecundum Rotam per*
Creſcent.d.dec.7 alids.11.n.1.de reſcript.
43 At noua qualitas, ſiuè nouũ accidens enti ſu-
per additũ, ipsũ in noua ſpecie cõſtituit, & al-
terius facit eſſe naturæ. *Natta, qui alios refert*
cõſ.23. n.26.vol.1.ſequitur Cacher.dec.23.nu.26.
Nã ſecundũ Ariſt.8.*metaphiſ.tex.10.to.3.*quẽ ſe-
44 quitur S.*Tho.3.par.q.62.ar.2.in 3.argum.* omnis
additio, & ſubtractio in formis variat ſpeciem.
45 Quemadmodũ additio, ſiuè noua cõuẽtio, vel
noua qualitas conceſſionẽ facit eſſe nouã. & à
priori diuersã.*arg.tex. in l.ius ciuile.6.ff.de iuſtit.*
et iur.Rota p.2.diuerſ dec.160.n.9.& in recẽt.p.1.
*to.2 dec.969.n.4.*Cabed.*dec.120.nu.15.par.1.*
46 Atq; noua forma, & qualitas inueſtituræ ad-
dita, nouũ cõſtituit feudũ, eſtò antiquũ p̲ prius
fuerit.*Cacher.alios referens.d.dec.23.nu.21.et 22.*
Maſtrill.dec.56.n.19.cũ ſeq.par.1.Affli.dec.195.
n.5.Rota Verall.dec.16.n.4.p.2. ſequitur Borrell. in
ſum.omn.dec.tom.2.tit.34.de feudis.n.672.

47 Hinc fit, quòd rescriptum, quòd contra ius aliquid concedit, mutat naturam, vt non iam amplius rescriptum, sed priuilegium dici, ac nuncupari debeat. *argum. tex. in cap. priuilegium 3. dist. Gloss. in cap. 1. in verbo. noscatur. in fin. de constit. in 6.*

48 Non oportuit igitur in hoc secundo prioris meminisse rescripti, eũ diuersũ hoc ab illo fuerit; vt nõ rectè ab vno ad aliud nunc inferatur. *per tex. in l. inter stipulãtẽ. 83. §. Sacram. ibi: sed hæc dissimilia iũt. ff. de verb. oblig.* nedũ q̃dẽ remotiuè, sed neq; positiuè, *vt loquitur glos. 1. per illũ text. in l. naturaliter. 12. §. nihil commune. vbi Ias. nu. 22. ff. de acquirend. possess.*

Nec tertiũ faciet obiectũ, ꝙ de mora obtundir Oeconomus aduersus Carolũ, vt ex hoc vno saltim putet ius sibi esse. Præterquàm, quòd equidẽ à SS. D. N. Paulo sibi cõcessa dilatione, in mora interim fuisse Carolũ soluẽdi nemo sanę mẽtis admittere valeat, quòd culpę coatgui

49 minimè possit, q lege pmittẽte q̃dquã facit. *l. Gracchus. 4. C. ad l. Iul. de adult. reg. l. nemo dãnũ. 194. ff. de reg. iur. reg. quod quis mãdato. 24. de reg.*

50 *iur. in 6.* Neq; negligẽs esse dicatur, q lege cessat permittẽte. *Alciat.* inquir *cõs. 32. nu. 20. lib. 6.*

51 *respons.* Ast mora tũc sanè contrahitur, cùm in culpa quis vertitur soluẽdi, vel faciendi. *l. mora. 32. ff. de vsur. Cagn. in l. quod à tẽ. n. 7. ff. si cert. pet.* Verùm, dilatione pẽdẽte per SS. Dñm Carolo facta, in nulla fuit ille soluẽdi culpa; nullã igitur

52 cõtraxit morã, q̃ ppẽdi minimè potest dilatione currẽte, quę ad soluẽdũ data ei fuit. *l. lecta. 40. §. sed, cùm fortis, vers. neque n. in mora est. ff. si cert pet. Rot. apud S. mem. Greg. XV. dec. 204. n. 22. & dec. 573. nu. 6. Carol. de Graffis de exceptionib. except. 32. num. 125.*

53 Nihilominus tñ (sac in aliquã incidisset morã) illa tñ Carolo officere haud posset, gratiosè sibi per Pontificẽ remissa. Sic nẽpè in gratia ille

„ fatur: *Decernẽtes tẽ propterea in aliquã pœnã, tàm à*

„ *D. Alphonso forsan, quàm à iure, vel ab homine*

„„ *quomodolibet inflictã, minimè incurrere, neq; in-*

„ *currisse dici, aut censeri posse.*

54 Decerautẽ concessũ à Principe beneficium esse mansurũ. *reg. decet cõcessũ. 16. de reg. iur. in 6.*

55 Quod laxã admittit interpretationẽ, etiam in tertij præiudiciũ, vbi gratiæ verba hoc ipsum importanr, vt in casu nostro. *vt per Dec. cõs. 113. viso tenore. n. 6. sequitur Card. Tusc. to. 1. litt. B. cõcl. 49. n. 11. & Barbos. assiom. 36. num. 3.*

Sed instat Oeconomus: Esse has clausulas generales ex stylo Curiæ, siue Datariæ, vel Cãcellariæ apponi cõsuetas, atq; non satis proinde at-

56 tendendas, vel magni faciendas. Quemadmodũ Generales in instrumẽtis adiectæ clausulæ, ex cõsuetudine magis Notariorũ, quàm ex par tiũ contrahentiũ volũtate scriptas videri; atq; non adeò æstimandas, vt magnũ quid operari valeãt docet *Bar. in l. 1. in 6. q. in fi. ff. de iure codicillor. sequitur Cacheran. dec. 112. nu. 15. & Iacob. Cancer. variar. resol. lib. 3. cap 15. num. 159.*

Verùm in cassum hæc per Oeconomum effunduntur.

Vel enim Generales has esse clausulas concedet Oeconomus, & de stylo consuetas apponi. Vel particulares.

57 Si hoc secundum concedet, vt verè partilares esse ostẽdunt facili negotio verba ipsa gra

„ tiæ, quæ sic se habent: *Non obstantibus volunta-*

„ *te dicti Alphonsi, quàm in, & quòad hoc dumtax at*

„ *sufficiẽter, & expressè cõmutamus; alijsq; præmis-*

„ *sis, & constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis &c.* Non vtiq; frustrà illas ascriptas fuisse annuet. Cùm eò appositæ censeantur; vt suum operarẽtur effectũ, neq; supuacaneę forẽt. *tex. in c. 1. de rescript. extra. c. si Papa. 10. de priuil. in 6. Bellon. cons. 7. n. 12. Gonzal. ad reg 8. glos. 30. n. 15. Maceratcu. variar. resol. lib. 1. resolut. 9. num. 4.*

58 Et alioqui iuris correptio magis toleretur, quàm quòd verborũ superfluitas in rescriptis arguatur *Ayn cõs. 92. n. 5. & cons. 105. n. 7. Rota dec. 121. n. 25. p. 1. diuers.* Vt sublata proinde po-

95 testas Iudicibus videatur, ne latũ quidẽ vnguẽ à verbis ipsis rescriptorũ discedẽdi. *vt Glos. decet. in l pedins. 7. §. in seruũ. ff. de recipt. arbitris. quã sequitur Surd. dec. 175. n. 2.*

60 Quia profectò Signatura, quæ cum mysterio apponit clausulas, superfluis non vtitur, alioqn frustra mẽbranas occuparet, vt loquitur Cassadorus. *dec. 3. n. 4. vt lite pendent. & decis. 3. n. 31.*

61 *de præbend.* Vnde, quod Signatura, vel Cancellaria, siue etiam facit Dataria, Papa ipse facere videtur, quamuis per alios faciat. *vt dictũ fuit in Conchen Beneficij. 14. Nouemb. 1611. coram Damasceno. dec. 387. n. 6. tom. 1. posthum.*

62 Si verò primũ. Cùm legẽ in hoc faciant huiusmodi clausulæ; quòd Tribunalis stylus legẽ faciat, seruandæ vtiq; omnimodò erunt. *cap. ex litteris. 11. de constitutionib. c. venerabilis. 8. quod est penult. de confirm. vtili, vel inutil. c. quàm graue. 6. de crimin falsi. Card. cõs. 30. n. 24 Guid. Pap. dec. 198 nu. 2. Reg. Carol. Tapia. dec. Sac. Concil. 5 2. nu. 2. Rota in Ianuen Pecuniaria 16. Martij 1612. corã Vbaldo. decis 393. n. 4. in recẽt. par. 1. tom. 1. quæ est etiã in impressi apud Farin. post 2. vol. cõs. dec. 363. sub nu. 3. Cened. q. 32. n. 7. ver. bis etiã accedit. 10. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 8. c. 7. q. 6. ver. si itẽ roges. in fin. Reg. Scipio Rouit. dec. 27. num. 4.*

63 Quinimò Romanæ Curiæ stylus aduersus etiã iuris cõmunis dispositionem præualet; ꝙ nouum ius constituat; vt alijs relatis sequitur *Gratian. forens. par. 1. cap. 191. nu. 15. & nu. 16.*

64 Quod, ad stylũ Cancellariæ extenditur. *secũdum Card. in clem. sæpè. §. ct quia de verbor. signif. Gonzal. ad regul. 8. glos. 6. n. 210. Garsias de benef. par. 1. cap. 5. num. 87.*

65 Nec refert, quod de generalibus clausulis p Notarios apponi cõsuetis assumebatur. Non par. n. in vtroq; est ratio. In cõtractibus nẽpè cõtrahẽtiũ attẽditur volũtas, nõ autẽ notariorũ cõsuetudo clausulas describẽdi; vt nihil illæ ppterea aduersus cõtrahẽtiũ mentẽ, & sensũ operari valeant. *l. cõtractus. 24. §. sed hæc ita. ff. de reg. iur. reg. contractus. 85. de reg. iur. in 6. Couar. in relect. de testam. in rub. p. 2. n. 14. Rot. apud Card. in. Seraph. dec. 787. num. 2. & in recent. par. 1. tom. 2. decis. 669. num. 4.*

66 Satis

66 Satis verò aliter est in clausulis de stylo, vel Datariæ, vel Cancellariæ, siue etiam Signaturę ascribi consuetis. Cùm illæ à voluntate emanarint Summorum Pontificum, & de eorumdem voluntate, & consensu apponi videantur. *Rota decis. 90. de rescript. in antiquis. & decis. 9. vbi Papazon. & decis. 28. eod. tit. in nouis.*

67 Cùm ea, quæ fiunt in Cancellaria, in Consistorio Papæ fieri videantur. *Gomes. ad regul. Cancell. de triennal. possessor. q. 7. col. 2. vers. præterea istam opinionem. Rota in d. Conchen. Beneficij coram Damasceno. decis. 387. n. 6. in posthum. tom. 1.*

68 Et Datarius organum dicitur mentis, & vocis Papæ, sicuti alij officiales eiusdem; vt quod illi faciunt, Papa ipse facere videatur. *Gonzal. ad d. regul. 7. Gloss. 63. num. 60. Rota apud Card. Caualer decis. 285. n. 1.* Verùm enim verò, esto nulla data Carolo dilatio esset ad soluendum: Neq; sic tamen in mora constitui poterit per Oeconomum, vt agere proinde ipse ad interesse minimè valeat.

69 Qui enim fieri potest, vt in mora soluendi fuisse Carolus dici valeat; qui iustam litem agendi causam habuit, super tota hæreditate, lite sibi dicta, atq; denunciata *Gloss. in l. quod tè 5. verbo. detrimentum. ff. si certum petatur l. qui sine dolo. 63. vbi Decius. num. 2. ff. de regul. iur. Vincent. de Franch. decis. 583. num. 7. & seq. Rota apud Card. Mantic. decis. 78. num. 5. Card. Tuscus tom. 5. littera. M. conclus. 376. num. 20. & seq Nouar. par. 2. quæst. forens. q. 86. n. 14.*

Nequè enim interim soluisse debebat, vt postmodum solutum in debite, repeteret. Qui-

70 nimò nec repeteret. Cùm ad pias causas legatum, etiam in debitè solutum minimè repetatur Gentium. *tex. in §. fin. institution. de obligat. quæ ex quasi contract. nascuntur. tex. in l. cùm is. 32. § si in ea opinione. & §. si mulier. ff. de condit. indebit. Matthæus de Matthæsilait. singul. 41. Proauus meus Robertus Marantæ cons. 93. num. 16. Tiraquell. de pia causa. priuileg. 77. & priuil. 125. Roman. cons. 428. in terminis propositæ quæstionis. num 2. Calderin. cons. 19. vers. ad secundum dico de testament. Marta voto. 3. num. 6. Sebastian. Medic. opuscul. 4. sub num. 10. vers. quinto conditio. Muta decis. 28 num. 10. & 11. & diximus supra responsione nostra. 11. in fin.*

71 In mora autem soluendi haud esse videtur, qui ptest exceptione aliqua se tueri, nè soluat. *regul. non est in mora. 60. de regul. iur. in 6. tex. in d. l. lecta. 40. §. sed, cùm fortis, vers. nequè enim in mora est. ff. si cert. petatur. d. l. quod tè. 5. vbi Scribent. ff. eod. l. si quis, solutioni. 24. ff. de vsur. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 3. casu. 220. num. 46. & 48. cum seq. Surd. decis. 179. num. 15. Verall. decis. 108. num. 10. par. 2. Gratian. forens. par. 1. cap. 42. num. 25.*

72 Faciliùs autē excipienti succurritur, quàm agenti. Quoniam quæ ad agendum temporalia, sunt ad excipiendum perpetua. *l. purè 5. §. fin. ff. de doli mali except. Gloss. in cap. si autem. 9. verbo. exeusari. vbi Felin. num. 6. de rescript. Lancellott. de attentis. par. 3. cap. 23. num. 85. & num 86.*

73 Exceptio nempè, quæ intentionis est exclusio, defensionis est species. *l. 2. ff. de exceptionib. cap. cùm inter. 5. ibi: legitima defensio. eod. tit.*

74 Quò fit, vt licet quidem ab agendo excommunicationis fune legatus repellatur. *cap. intelleximus. 7. de iudic.* ab excipiendo tamen minimè reijciatur. Nè actore impugnante, reo defensionis copia denegetur. *d. cap. cùm inter. 5. de except. Gloss. fin. in fin. d. cap. intelleximus. Carolus. de Grassis. de exceptionib. except. 4. num. 51. & seq.*

75 Morosus igitur haud nuncupabitur, qui facto præpeditur aduersarij, quò minùs impleat, quæ implere eum oportebat *Bart. in l. ampliùs num. 8. in fin. ff. rem ratam haberi. Gonzal. ad regul. 8. in proœm. n. 41. Verall. d. decis. 108. n. 6. par. 2.*

Nequè hac vna dumtaxat exceptione, ad moram sequestrandam, vtitur, tueturquè se Carolus; verùm etiam, quòd fuerit legatum quingentorum Patribus Sanctæ Mariæ de Carmelo Ciuitatis Salerni scriptum, sub conditione relictum. Sequentibus enim testator loquutus fuit.

„ *Item lascio alla Chiesa di Santa Maria del Car-*
„ *mine di Salerno ducati 500. purche sotterrino lo*
„ *mio corpo in detta Chiesa.*

76 Conditione autem pendente, nullo modo interim ad relictum soluendum hęres tenetur. *l. qui hæredi. 44. §. fin. l. qui sub conditione. 110. ff. de cōdit. & demonst. Gloss. in c. verùm. 4. verbo. cōditione. de condit. apposit. Abb. cons. 27. par. prima. num. 1.*

77 Nempè, quòd illud conditio in diem vsquè differat implementi; cùm sit conditio legati quædam suspensio. *Bart. in l. 1. nu. 1. ff. de condit. & demonstrat. & cons. 4. num. 3. par. 2. Moliu. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 12. num. 4. Mastrill. decis. 78. num. 7. par. 1.*

78 Vt nihil omninò certi interim, dū in suspenso dispositio est, cōditio ponat. *l. si quis sub conditione. 8. ff. si quis omissa caus. testament. Rota apud Cardin. Mantic. decis. 244. num 4.*

79 Quam ob causam, creditor haud dicetur is, cui sub conditione quidquam debetur; sed tūc demum, cùm conditio extiterit, vt Vlpianus loquitur *in l. is, cui. 41. ff. de action. & obligation.*

80 Oportet igitur impleri conditionem, priusquam ex legato commodum acquiritur legatario *dict. l. qui hæredi. 44. de condition. & demonstrat. l. Thait. 41. §. Stichus. ff. de fideicommissar. libert. Rota apud Mantic. decis. 257. num. 2.*

81 Vt ad subuertendum actum conditione vllatum, sat fuerit, si vel in minimo conditioni non pareatur. *Mantica. d. decis. 257. num. 4.*

82 Et planè, licet quidem dictio illa (*Purche sotterrino il mio corpo*) quę latinè red.. potest (dummodò hument, vel sepulturæ mandent corpus meum) ad vtrumlibet referri valeat, vt & modū, & cōditionē inferat. *tex. est in l. cùm ab eo. 41. ff. de cōtrahē. empt. l. dū modò. 2. de procurator. Rota apud Cardin. Mantic. dec. 256. num. 2.*

Hoc tamen casu, cōditionem potiùs, quàm modum importabit. Mādault equidem Testator, qui diem clausit extremum in Ciuitate Neapolis, suum cadauer in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Carmelo huius Ciuitatis depositi loco reponi; relictis tamē dictis ducatis quingentum Patribus de Carmelo Ciuitatis Salerni, dummodò eius corpus in dicta humarent Ecclesia.

83 Respicit itaq; legatum hoc non planè legatariorum commodum, sed honorem, & vtilitatem disponentis, qui in ea in Ecclesia corpus suum humari iussit, ob deuotionem, & affectum erga illam. Quare conditionale, non sanè modale nuncupabitur. *tex. in l. Titio centum.70. in princ. ff. de condit. & demonst. Aymon. cons.59. num.4. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.6. tit.14. num.14. Molin. de iustit. & iur. tract.2. tom.1. disput.208. col.4. vers. quando modus dispositioni est appositus.*

84 Deindè, cùm sit dictio (*dummodò*) adiecta ei, quod implendum venit antè, quàm quæratur emolumentum, cōditionem referet, non modum. *ita ex d. l. Thais.41. §. Stichum. ff. de fideicōmissar. libert. Aymon cons.10. num.14. Surd. decis. 209. num.4. Barbos. de dictionib. dict.95. num.3.*

85 Prætereà est dictio præfata (*dummodò*) (*Purche*) dispositiuis adiecta; quamobrem conditionem sapiet, & importabit, non planè modū. *Rota par.1. diuers. decis.38. & apud Cardin. Seraph. decis.1017. num.4. Barbos. d. dict.95. num.6.*

Cùm enim dictio hæc (*dummodò*) adijciatur, vt dispositio vim habere incipiat, ac suum sortiatur effectum; magis tunc conditionem, quā

86 modum indicit. In dubio præsertim, quò conditio præsumenda potius est, quàm modus. *l. à testatore. 108. ff. de condit. & demonstrat. docet Pater Molina. de iustit. & iur. d. disput.208. col.2. in fin. vers. quando autem verbum.* quamuis ab eo discordare videatur alter Molina *de Hispan. primogen. lib.2. cap.15. num.30.*

87 Cæterùm, cùm iungatur dictio (*dummodò*) actui imperfecto, perficiendo tamen ex post facto, vt hic in casu hoc nostro, (*Purche sotterrino il corpo mio*) conditionem vtiquè, non planè modum inferet. *Aymon. d. cons.10. num. 14. Molin. de Hispan. primogen. d. cap.15. nu.29. Pater Molin. d. disput.208. col.2. vers. iuxtà discrimen primum Sanchez. de matrim. lib.3. disput.83. nu.2. Barbos. d. dict.95. num.4.*

88 Verùm (vt intactum nihil relinquamus) fac modale fuerit legatum hoc. Nec ita quidem moræ redargui poterit Carolus: Cùm saltim, vt legatum consequerentur, atquè quingentorum solutionem; cautionem præstare debuissent Patres de modo, legato adiecto, implēdo. *l. si tibi.19. ff. de legat.3. Molin. de Hispan. primog. lib.2. cap.12. num.23. quem sequitur alter Molina. d. disput.208. col.4. ib princip. vers. quando aliquid sub modo. Acacius Repollen. de condit. & demonstrat. in rubr. cap.4. num.6.*

89 Semper enim implenda sunt ea, quibus dictio huiusmodi (*dummodò*) adiecta fuerit, siuè

90 modum inferat, siuè conditionem. Cæteroquin actus nullus, & inualidus remaneret, atq; effectu frustratus, quem disponens optauerat. Eatenus enim reliquit, quatenus id fieret, quod scripto edixerat elogio. *Barbos. alios referens. d. dict.95. num.8.*

In mora ergò soluēdi, cùm nullo pacto fuerit Carolus; & ex dilatione sibi à Sanctissimo D. N. data; & iustis ex causis excipiendi aduersus legatarios ob litigia sibi in tota hæreditate dicta; & quòd demum fuerit legatum conditione præpeditum, ne interim ad soluendum cogi potuisset; Nihil residui est, quòd ei officere possit. Vt receptui propterea per Oeconomum canendum sit.

Atq; ita ex his censoris virgæ subiectis, respondendum censui.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum interesse, & fructus, siue etiam vsuræ, satis inter se diuersa perpenduntur.*

& vsuræ ad pecuniam, fructus verò ad rem referuntur. n.2.

3 *Vsuræ, vt quæ extrinseca sint rei, à die moræ, fructus verò vti intrinseci à die mortis, vel aditæ debentur hæreditatis.*

4 *Interesse intrinsecum, & extrinsecum rei, inter se diuersa sunt.*

5 *Interesse extrinsecum, cum in pecunia perpēdatur, non debetur, nisi vbi mora intercedit.*

nequè par est ratio interesse, & fructuum, quòd his lex faueat, non æque illis. n.6.

7 *Interesse vbicunquè debetur, propter moram insurgit.*

8 *Pactum, quòd interesse etiam cessante mora debeatur improbatur.*

9 *Tempus à testatore præfixum ad legata soluendum, seruari debet.*

10 *Hæres intra annum in mora non dicitur esse legata soluendi.*

vnde nullum intra annum interesse debetur. num.11.

12 *Mora non ei currit, qui legitimæ se potest exceptione tueri, ne soluat.*

13 *Morosos non dicitur, qui ex lege dilationem habet ad soluendū, non interueniente præsertim interpellatione.*

14 *Pœnam ferre non debet; lege qui facit permittente.*

15 *Interesse moræ est pœna, quod semper supponit moram.*

16 *Mora est culpa, seu delictum culpabile in soluēdo debitum.*

17 *Mora si non præcessit, ac consequenter culpa, pœna non currit, ac cōsecutiuè interesse. et 18. & 19.*

18 *Pœna non debetur vbi culpa non præcessit, & 19.*

20 *Culpa*

20 Culpa,& pœna sunt duo inuicem connexa,atq; ad se inuicem correspectiua.
21 Annus, intra quem hæredes legatis facere satis debent, hæredum ipsorum fauore est à lege inductus.
22 Hæredi debet tantùm temporis spatium concedi, vt intra illud soluere valeat; nec debet statim cum sacco currere.
vnde in mora interim constitui haud poterit. num.23.
24 Fauore, quod inductum est alicuius, eius in odium retorqueri minimè debet.
Quod nulla iuris ratio, nullaquè æquitatis benignitas patitur.n.25.
26 Tempore, qui soluere debet, satis est si in vltima temporis parte soluat.
27 Tempore à testatore dato ad soluendum, sufficit si in nouissima diei, vel temporis quis parte soluerit, ne moræ coargui valeat, neq; ad interesse teneatur.
Quod idem dicendum erit in tempore hæredi ad soluendum concesso n.28.
29 Disparitatem qui obtundit, ipse eius causam deducere tenetur.
30 Testatoris voluntas non maiorem vim habet, atq; lex ipsa, cùm lex sit voluntas ipsa testatoris.
31 Voluntas legis,& testatoris æquiparantur.
32 Argumentum rectè dicitur à lege ad testatorē, & è contrà.
33 Disparitas vbi nulla est, idem ius firmandum erit.
34 Anni tempus intra, quod legatis facere satis hæredes tenentur, nedum eorum fauore datus cēsetur, verùm, & ad eorum coarguendā socordiam:
non itaq; curret de momento ad momentum neq; ignoranti,& impedito.n.35.
36 Episcopi tunc demum exequendi voluntates defunctorum ius habent. si annus, hæredibus,& executoribus datus lapsus fuerit.
Cui interpretationi concinunt declarationes Fabricæ disponentes, ac declarantes, quādo ius Fabricæ incipiat esse.n.37.
38 Fabricæ nullum ius competit, si hæredes intra tempus dispositum, vel post illud, antequam Oeconomus per citationem illos negligentiæ conuinceret, satisfecerint.
39 Bulla Pij Quinti (Exigit) affertur, & expenditur.
40 Fabricæ Deputatorū facultas pro portionibus, vel Quintæ, vel medietatis exigendæ, conditionalis est, ex dicta Pij Quinti Constitutione.
41 Conditio actus omnes, quibus adijcitur suspendit in tempus vsquè implementi, atquè differt.
42 Dictiones (si,& postquam) conditionem inferunt dispositioni, cui annexæ fuerint.
43 Dictio postquam, operatur, vt effectus dispositionis non praecedat, sed sequatur factum.
& excludit omne tempus anterius n.44.
iuncta potissimùm verbo futuri temporis. n.45.
46 Mora irregularis non suffragatur Oeconomo Fabricæ, sed regularis requiritur per diei aduentum,& interpellationem.
47 Interpellatio omninò requiritur, cùm venit quispiam ad negligentiam coarguendam alterius.
48 Mora non conuincitur interim pendente facto, quod exquiritur per testatoris dispositionem.
nec antea agi potest n.51.
49 Factum qui debet, in tempore illud præstare tenetur.
50 Homo non nisi in tempore operari potest.
52 Soluere, qui promisit, cum aliquo temporis temperamento intelligitur.
& contrarium iniquum æstimatur.n.53.
54 Mutuum dans, non potest statim rem mutuatam repetere, sed tenetur expectare aliquod tempus, intra quod re mutuata perfrui valeat mutuatarius.
55 Vino vendito, quod in dolijs erat, videri hoc quoq; actum, vt tempore competenti dolia expediantur ad nouam vindemiam.
56 Obligationibus facti, post moram, non verò antè, ad interesse obligatio succedit.
57 Legatis in annuis tempus ad momentum currit.
58 Legatum annuum à die mortis debetur.
& principio debetur anni. nu.59.
limita in pecunia, & in legato quantitatis, num.60.
secundo si contrarium appareat de mente testatoris.num.61.
tertio si non ab initio legatum annuum fuerit, sed ex post facto.num.62.
63 Negligentiæ nemo redargui potest intra tempus faciendi.
64 Mens conijcitur testatoris ex persona, ad quàm verba directa fuere.
65 Declarationum Fabricæ alius locus expenditur,& num.70.
66 Hæres fructus legatæ rei interim percipiens in mala fide est.
vnde restituere illos tenetur nu.67.
68 Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum.
69 Mens loquentis ex praecedentibus, & sequentibus percipitur.
71 Fraude,& ex dolo suo lucrum quisquam referre haud debet.
72 Extentio facienda minimè est de vno ad aliud, vbi distincta, & à se inuicem dissita illa sunt.
73 Lex, quod non dicit, nequè nos dicere oportet.

ARGVMENTVM.

In mora, an dicatur esse soluendi hæres, qui in vltimo anni tempore soluit; & nùm fabrica ad interesse anni

anni totius agere valeat? Et quæ distinctio inter fructus rei legatæ, & interesse illius? Multaquè ad ornatum, & intellectum declarationum Fabricæ. Non iniucunda Responsio.

RESPONSIO. XL.

QVia semel cepi, loquar; vt verbis, vtar Sacti Patriarchæ Abrahæ *Genes. 18. 27.*

Non itaq; teneri Carolum Maioranam, ad annatam soluendam (vt Oeconomus Fabricæ putat) ducatorom termille per quond. Alphonsum Bologninum pro honestè puellis matrimonio locandis, relictorum: Cùm ipse hæres intra annum, certo statuto annuo censu, legato fecerit satis, respõdendum magis è veritate censeo.

Quod, vt adstruam supponendum puto.

1 Differentiam non modicam intercedete inter vsuras, siuè interesse legatorum, & fructus eorundem. *tot. tit. C. de vsur. & fruct. legat.* vt vsuræ ad pecuniam referantur, fructus verò ad rem; *vt post Petr. à Bellapertica in l. 2. C. de vsur & fruct. legat. sequitur Vinc. de Francb. decis 583. nu 4. Anton. Monacb. decis. Bononien. 11. num. 66.*

3 Et vsuræ, vt quæ in re ipsa nõ sũt, à die moræ debeantur; fructus verò, quòd ab ipsa nõ proueniant re, vel à die mortis testatoris, vel adhitæ saltim hæreditatis: secundùm varias in hoc Doctorum sententias, *vt per Salicet. in l. legatis. 4. nn. 3 C. de vsur. & fruct. legat. Burrell. cons. 22. num. 12. cum seq. latè Marius Giurb. alios more suo plena referens mann. decis. 97. Iacob. Cancer. variar. resolut lib. 3. cap. 20. de legat. num. 17. cum seq. Anton. Faber in suo Cod. lib. 6. tit. 26. de vsur. & fruct. legat. diffinit. 1.*

4 Aliud est enim intrinsecum, aliud verò extrinsecum rei interesse. Vt intrinsecum in ijs rebus omnibus cadat, quę ex se fructus, pariũt.

5 Extrinsecum verò in pecunia perpendatur. Quod sanè debetur, vbi mora commissa est. *l. numis. 3. vbi Gloss. verbo æstimatio. ff. de in litem iurand. l. 3. §. fin. ff. de eo, quod certo loco. Surd. dec. 260. num. 18.* Quam distinctionem sequi quoq; videtur *Gaspar. Rodriq. de annuis reddit. lib. 3. q. 7. nu. 91. cum seq. & nn. 98. & 99.*

6 Non igitur par est ratio fructuum, atq; vsurarum, siue interesse. Nequè intendit lex æquè fauere vsuris, sicuti fructibus; *vt idem Rodricus inquit. d. q. 7. num. 99.*

Hoc supposito. Sic nunc argumentor.

7 Interesse vbicunquè debetur, propter moram insurgit, *d. l. numis. 3. cum sua Gloss. verbo. æstimatio. ff. de in litem iurand. l. vinum. 22. vbi Doctor. l. lecta. 40. §. sed cùm fortis. ff. si cert. petat*

8 *& de reb. credit.* Adeò quidem, vt improbetur pactum, quòd etiam cessante mora interesse debeatur. *Crauet. cons. 320. nn. 2. Surd. d. decis. 260. nu. 18. Franicis. Molin de pact. nuptialib. lib. 3. q. 39. num. 20. Ioann. Griuell. decis. Senatus Dolani. 140. num. 17. Marcus Anton. de Amat. decis. Rotæ Marchiæ. 24. num. 4. in fin. Rota apud Cardin. Seraphin. decis. 1427. nn. 2. & in Romana multiplici 30000. 24. Febrarij. 1616. coram Pironano in posthumis. tom. 2. decis. 222. num. 3. Cardinal. Mantic. de cacit. & ambiguis. tom. 2. lib. 14. tit. 34. num. 3.*

9 At intra annum (nisi aliàs tempus certum solutioni testator præfixerit, quod seruari debet. *ad tex. in §. disponat, in auth de nuptijs colla. 9.*)

10 in mora legata soluendi hæres haud dicitur esse. *tex. in cap. 3. de testamen. vbi Gloss. & Scribent. tex. in auth. hoc amplius. C. de fideicomm. vbi Gloss. tex. in §. illud. cap. 4. in auth. de hæredib. & falcid. collact. 1.*

11 Nullum ergo intra annum debebitur interesse.

12 Et quidem, si retinetur mora ne currat ei, quãuis solutionis labatur dies, qui legitima se potest exceptione tueri, ne soluat. *tex. in l. sciendum. 21. ff. de vsur. tex. in l quod tè. 5. in fin. ibi: sed si aliqua iusta causa sit. ff. si certum petatur. Iason. in l. 2. num. 19. C. de iure emphit. regula non est in mora. 60. de regul. iur. in 6. Cagnol. in l. non intelligitur mora. 89. num. 1. ff. de regul. iur. Crauett. dict. cons. 320. num. 2. Menoch. de arbitrar. cent. 3. lib. 3. casu. 220 num. 48 Verall. decis. 108. num. 10. par. 2. Gratian. forens par. 1. cap. 42. nn. 25, Marc. Ant. de Amat. d. decis. 24 nu 5. Rota. in d. Romana multiplici. coram Pirouano. d. decis. 222. sub num. 5. in fin.*

13 Cur vtiq; non retinebitur ei, nè morosus dicatur, qui ex lege dilationem habet, nè soluat; nulla præsertim interpellatione ad soluendum facta? *l. nulla intelligitur. 89. vbi Cagnol. ff. de reg. iur. in d. l quod tè num. 35. si cert. petatur. Anton. Faber d. diffinit. 1. num. 2. C. de vsur. & fruct. legat. Mantic. d. tit. 34 nu. 3.*

14 Vt quid igitur pœnam ferat, lege qui facit permittente. *l. Gracchus, 4. C. ad leg. Iul. de adult. l. nemo damnum. 194. vbi Cagnol. ff. de regul. iur, Ancbar. cons. 352. Monasterium Sancti Michaelis. nu. 3. in fin. Barbos. axiom. 181. n. 8. Card. Tusc. tom. 6. litt. P. conclus. 208.*

15 Interesse autem moræ pœna est; quòd porrò semper illud antecedentem moram supponat, vt locum sibi faciat. *meus Maranta cons. 41. num. 5. Crauetta. cons. 87. num. 5. & d. cons. 220. nn. 2. & 3. Surd. d. decis. 260. num. 18. & decis. 262. nu. 5 & num. 7. Ioann. Koppen decis. 2. num. 15. in fin. Rota d. decis. 222. coram Pironano. num. 3.*

16 Mora verò est culpa, siue delictum culpabile in soluendo debitum, *vt Cagnol. describit. in d. l. quòd tè. num. 7 si certum petat. Hippolit. Bonacoss. in Thesaur. comm. opinion. verbo. mora constituit. fol. mihi. 472. Marc. Mantua cons. 77. num. 13. Rota Lucens. per Octauian. Zuccarum. decis. 51. num. 84.*

17 At

17 At nulla interim præcessit mora, quia nulla culpa, nequè culpabile delictum in soluendo debitum (anno non dùm elapso) admissum est.

18 Nulla ergo debetur pœna. *argumento tex. in d.l.lecta.40.§.sed eùm fortis petitio.si certum petatur.* quo argumenti genere vtitur. *Oldrad. consf. 232.num.1.in fin. Mantica.d.tit.34. num.3. & tit. 35.num.12.*

19 Ergò nullum debebitur, vel exigi poterit interesse. Quia profectò nulla debetur pœna, vbi nulla præcessit culpa. *l.aliud est fraus.131. & l.si qua pœna.144. ff. de verbor. significat.l. sancimus.22.C.de pœnis. cap.quæ sicut. 2. in fin. de bis,quæ fiunt à maior. par.cap.*Crauett. *consf. 4.num.23.* atquè hoc pacto argumentatur quoquè *Paris. consf.110. num.25. & 26.lib.1. Vincent.de Francb.decis.23.num.5.*

20 Culpa porrò, & pœna duo suo sunt inter se inuicem connexa, atquè ad se inuicem correspectiua.*ex S.Thom.2.2.quæst.108.art.4.sequitur Menocb.consf.82,num.106.lib.1.*

21 Et planè, si hæredum fauore eft à lege indultus annus, intra quem ipsi legatis facere satis debeant, nè socordię interim arguantur, quod sanè in dubio præsumendum est. *tex. in l. eùm tempus.17. ff.de regul.iur. vbi Cagnol. num.2.l.* „ *eum,qui Kalendis.41.§. fin. in fin. ibi: Ex quo* „ *appareat diei dilationem pro reo esse,non pro stipulatore. ff. de verbor. obligat. Iacob. Caneer. d. cap.20.de legat.num.28.*

22 Debet enim, nec iniuriâ, hæredi tantùm temporis concedi spatium intra quod, & deliberare, & soluere posit, vt non statim cum sacco currere, sed, cum aliquo temporis soluere temperamento possit, seq; ad soluendum præparate; vt sunt verba Pauli Iuris Consulti, *in l.quod dicimus.105.ff.de solution. tex. in §. fin. institut.de inutilib.stipulat.*

23 Quam ob causam in mora interim constitui haud poterit, vt *docet Alex.in l.eum,qui iurauit. 30.§.1.num.5.in fin.vers.in instrumentis autem de iure iurand. quem sequitur Bertacebin. in repertor.verbo mora committitur.col.4. n. 40.*

24 Vt quid nunc vtiq; eius in odium retorquetur per Oeconomum, quod eius fauore concessum est? contrà regulam.*quod ob gratiam 61. de regul.iur.in 6.l.quod fauore 6.C.de legib.*

25 Quod sanè nulla iuris ratio, nullaquæ æquitatis benignitas patitur. vt Modestinus loquitur.*in l.nulla iuris.24.ff.de legib.*

26 At, qui tempore debet, sat est equidem, si in vltima temporis parte soluat. *tex. in l qui boc anno 42.ff.de verb.obligat.*

27 Quod si vetò testator certum, à se adiectum tempus dixerit, intra quod legata solui debeāt, sufficit hæredi (quod sanè inficias haud ibit Oeconomus) si in nouissima diei, vel temporis parte soluerit, vt in tempore soluisse dicatur, neq; moræ coargui valeat, vt nunc proinde interesse debeatur *tex.in d.l.eum, qui Kalendis. 41.§.fin.* vbi Vlpianus sequentibus loquitur. *Ex quo apparet* (inquiens) *diei adiectionem pro reo esse,non pro stipulatore.& l.sequenti.42. Qui boc anno. ff. de verborum obligat. vbi Pomponius. Qui boc anno* (inquit) *aut boc mense dari stipulatus sit, nisi omnibus partibus anni, vel mēsis præteritis, non rectè petebat.* hæc Pomponius. *& tex.in l.eum,qui.138.eod.tit.vbi Bart.in summar.promissio facta in nundinis* (inquit) *intelligitur de vltima nundinarum.*

28 Vt quid quæso (cedo mihi nunc Oeconomus) non idem in tempore à iure præfinito as-

29 sentietur? Alioquin disparitatis det causam. *ad tex.in l in exceptionib.19.ff.de probationib.l.2. C.ex quibus caus.maior.*

30 Haud nempè testatoris voluntas maiorem obtinet vim, in ijs, quæ suo ex arbitrio implē- „ da mandauit, quàm lex ipsa habeat. Disponat „ siquidem vnusquisquè in suis vt dignum est, & sit lex eius voluntas. *tex.* ait *in §. disponat. in autb. de nupt.collat.4.* & lege 12. tabularum patria voce cautum erat, *Vti quisq; legassit rei suæ, ita ius esto. tex.in §.1. institut.de lege falcid.& l.1.ff.ad leg.falcid. tex. in can. vltima voluntas.13.q.2.*

31 Acquiperantur equidem legis voluntas, & testatoris. *Didac. Spino in speculo testam. Gloss. 30.princ. num. 5.*

32 Quamobrem, rectè ducitur argumentum à lege ad testatorem, atq; è contrà. *Dinus.in reg.quod semel. 21. de regul. iur. in 6.num.21. Hondedeus. consf. 57. num. 15. vol. 1. Rota aqud S.memor.Gregor.XV. decis.219. nu. 2.Barbos. in locis communibus argum. loco. 60. num.2.*

33 Nulla igitur si est diuersitas, nu'laq; disparitas, idem ius in vtroq; firmetur. *ad Gloss.fin. cū ibi notat.in cap.translato.3.de constitut.cap.inter corporalia 2. §. vnde eùm non sit.de translat. Episcap.inter cæteras.4.in fin.de rescript.l.illud. 32.ff.ad.leg.Aquil. l. illud. 17. C. de Sacrosanct. Eeclesf.*

Sufficiat ergo Oeconomo, quòd in nouissimo anni tempore, legato fecerit satis Carolus, certo annuo censu in singulos annos constituto pro matrimonio locandis puellis, vt nullum proinde interesse debeatur pro anni tempore, quod à lege obtinet.

34 Planè quoniam est hoc anni tempus, nèdum hæredibus à lege concessum (vt diximus) eorū fauore, verùm; & ad ipsorum coarguendam, conuingendamq; socordiam & negligentiam; si intra illius latitudinem, neq; sic legatis fecerint satis. *Abb.consf. 40. venio ad 1. dubium col.3. in 2.q.n.3. circa fin. vers. sed bis non obstantibus. & nu.5.par.1.*

35 Non itaquè de momento ad momentum curret, ita vt ignoranti, & impedito currere, 36 minimè possit. Expressè namquè Canonis cōditor Gregorius Papa. *cap.3.de testam.* negligētiam potissimùm hæredum perpendit, si intrà annum non satisfecerint, vt tunc demum locus sit Episcopis per se defunctorum dispositiones exequi, non sanè antè; vt optimè aduertit. *Imol.d.cap.3.num. 13. quem sequitur. Couar. ibid.num.3.& 4. Molin. de Iust. & iur. tract. 2. tom.1.*

tom.1.disput.251.col.2. vers. quando à testatore. Barbos. de offic.& post est Episc. par. 3. allegat. 82.n.24. & 25.& in tract. nouissimo de iure Ecclesiastic.lib.3.cap.27.de legatis ad pias caus. n. 25.& seq. Pater Diana resol.moral.par. 1. tract. 2. resolut. 98. Grabriel Pereira de manu Regia par.1.cap.16.n.5.

47 Quàm interpretationem, nec reijcere visi sunt Amplissimi Patres Sacræ Congregationis Tribunali Fabricæ Sanctissimi D. N. mandato Præfecti, in declarationibus ad Bullã Pij Quinti Exigit. sub annum. Domini 1596.

Ipsi nempè Patres, §. 1. *Quoniam iuxtà Priuilegia, vt est apud Quarant. in sum. Bullar. verbo Fabrica Sancti Petri. fol. mihi. 247.* Quando ius Fabricæ incipiat esse declarantes, sic rem

„ omnem sequentibus aperiunt. *Quoniam iuxta*
„ *priuilegia* (aientes) *eidem Fabricæ concessa, de*
„ *legatis, hæreditatibus, & Pys dispositionibus cæ-*
„ *teris, ad fauorem piorum locorum, Ecclesiarum,*
„ *& Ecclesiasticarum personarum pro vna vice,*
„ *& sine onere, aut cum eo relictis, & factis; Quæ*
„ *intra annũ ab hæredibus, seu aliàs grauatis rea-*
„ *liter adimpleta non fuerunt vsq; ad triennium,*
„ *computandum à die mortis, quinta pars tantùm*
„ *ad ipsam Fabricam spectat. lapso verò triennio,*
„ *si adhuc ad impleta non sint, medietas debetur*
„ hæc illi.

Perpendenda itaquè erunt, ac sanctuarij
„ pondere trutinanda verba illa: *Quæ intra annũ*
„ *ab hæredibus, seu aliàs grauatis realiter adim-*
pleta non fuerunt. Quibus, vt ius Fabricæ, vel ad quintam, seu etiam ad medietatem quæsitũ esse dicatur, nedum planè anni lapsum; verùm etiam, & vltrà illud, hæredum negligentiam, & socordiam prepéndunt Amplissi Patres.

38 Vt nihil iuris interim esse possit Fabricæ, si vel intra illum, illiusquè durante latitudine; vel post illum etiam, antequàm tamen hæredes negligentiæ coarguerit, conuinceritq; Tribunalis Oeconomus, per citationẽ saltim, legato satisfecerint. per ea quæ laté probat in simili facto *Roman cons. 228. pro plena discussione. num. 10.*

39 Quòd manifestiùs ostendunt Bullæ ipsius Pij Quinti verba d. constitutione Exigit. *quàm post Bullar. refert quoq; Quarant. vbi supra.* ibi nẽpè Summus Pontifex, nè dumtaxat hæredum negligentiam præexigit, & auaritiam in soluendo relicta legata, verùm etiam, & Fabricæ ministrorum diligentiam in curando neglectam defunctorum voluntatem impleri. Sic enim loquitur Summus Pontifex Pius.

„ *Ipsaquè legata hæredum auritia, seu aliàs*
„ *per triennium retrò actum executioni debitæ*
„ *demandata non fuerint: Volentes, &c. de Apo-*
„ *stolicæ potestatis plenitudine deputatis, & Col-*
„ *legio huiusmodi; Si, & postquàm iuxta tenorem*
„ *Priuilegiorum, & facultatum sibi concessarum,*
„ *legata huiusmodi executioni debitæ demandari*
„ *fecerint.* hactenus Sum. Pontifex

40 Conditionalis porrò est deputatorum facultas proportionibus Fabricę applicandis. Si videlicet, *& postquàm legata exequutioni debitæ demandari fecerint.* Vt nullum ius antea Fabricæ quæsitum videatur. *ad tex. in l. cedere diem. 213. ff. de verbor. signific. Decius. cons. 421. n.6. Guido Papa cons. 86. n.1. Hieronym. de Monte q.24.n.1.*

41 Conditionis autem est, actus omnes, omnesquè contractus, quibus adiecta fuerit, suspendere, atquè in tempus vsq; impleméti differrè. *§. si sub conditione. & §. conditiones. institutionib. de verbor. obligat. l. itaq; 39. ff. si cert. petat. Iacob. Thoming. decis. Lypsien. 10. n. 5. Regens Rouit. decis. 53. n.1.*

42 Absolutũ verò est, dictiones illas (*si, & postquàm*) conditionem operari dispositionis, cui annexæ fuere. *l. si Titio 22. ff. quand. dies legat. cedat. notatur in l. 1. C. de his, quæ sub modo. Bart. in l. 1. nu. 3. & 7. ff. de condit. & demonstra. Socin. in l. quibus diebus 40. §. Termilius. nu. 3. ff. eod. Griuellius Senatus Dolani. decis. 114. nu. 30. Gloss. in cap. verùm 4. verb. conditione. in fin. de condit. apposit. Rota in recent. par. 2. tom. 1. decis. 46. num. 2. Gigas. cons. 53. num. 1. & 2. & cons. 168. num. 1.*

43 *& 2. vbi etiam dicit:* Dictionem (*postquàm*) operari, quòd effectus dispositionis non præ-

44 cedat, verùm sequatur factum; Quia nimirùm excludit omne tempus anterius; ita vt non facto implemento legatorum ex diligentia Oeconomi, nihil petere ille possit. *Paris. cons. 31. n. 82. lib 1 allegat. tex. in l. Aemilius. 39. ff. de minorib. Barbos. de dictionib. dict. 364. n. 1. & dict. 272.* potissimùm verò iuncta verbo futuri temporis. *Heronym. de Monte d. q. 24. num. 1. quem etiã sequitur Barbos. d. dict. 272. num. 2. in fin.*

46 Non itaquè sat esse poterit Oeconomo ad ius Fabricæ fundandum, irregulatis mora, quæ ipso iure, & absquè interpellatione committitur; sed regularis exquiratur, quæ per diei aduentum, atquè post interpellationem fit. *l. mora 32. ff. de vsur. Bart. in l. curabit. 5. vbi etiam Cagnol. num. 27. C. de actionib. empt. Menoch. d. casu. 220. nu. 5. cum seq. de arbitar. Verall. d. decis. 108. n. 2. & 3. par. 2.*

47 Quoniam interpellatio omninò perquiritur, vbi venit quispiam propter alterius negligẽtiam. *doctrina est Archidia. in can. propter Ecclesiasticas. num. 4. 18. dist. & Innocent. in cap. extirpande. 30. nu. 2. de præbend. sequitur Bald. in auth. hoc amplius. num. 16. C. de fideicommiss. Bernardin. Diaz. regul. 474. Gratian. Forens. par. 2. cap. 316. num. 20. Card. Mantic. d. tit. 34. num. 3.*

Verùm enim verò in facto hoc nostro, est
48 aliud quidpiam, quod omninò Oeconomum repellit. Quòd in nulla mora nec fuerit, nequè potuerit esse Carolus; Quia profectò testator factum præcepit sequentibus loquens.

„ *Item lascio, che detto mio herede spenda in*
„ *Maritagio di tante pouere zitte honorate à sua*
„ *elettione docati tremila, dico l' entrate di detti*
„ *docati 3. ogni anno, assegnando, per detto effetto*
„ *corpo certo.*

Expendendæ itaq; prius vires erant hæreditatis

tatis: atquè census annuus constituendus eertumquè designandum eorpus ad hoc, vt puellæ nuptui tradi potuissent; quod quidem statim à morte testatoris fieri minimè poterat; nequè in ipso momento, quo diem elausit extremũ, sed in tempore faeiendum fuerat, quod nimirùm factũ requirebatur, vt exequutioni voluntas traderetur disponentis.

49 Factum verò qui debet, in tempore illud
50 præstare tenetur, non in memento, neq; equidem homo, nisi in tempore operari potest *tex. in l.continuus.137.§.cum ita stipulatus.ff.de verbor.obligat.*

51 Haud igitur antea, quàm tempus præterijsset, quo factum præstari debebat, agi poterat *l.si ita stipulatus.15.ff.de verbor.obligat.Abb. cons. 59. col.2. versic. venio ad 3. dubium num.3.par. 1. & cons.110.n.2. vers.nec obstat constitutio Synodalis.par.2.*

52 Veluti in eo, qui soluere promisit; cum aliquo temporis temperamento exaudiendum vtiq; est, nec enim eum saeeo statim adhire debebit. vt Paulus respondet *in d.l.quòd dicimus.105. ff.de solut.per quem tex.notat.Bart. in l. quoties.*
53 *59.num. 2.ff.de verbor.obligat.* iniquum æstimari, quòd eò met punctò, quo quis obligatur, in mora constituatur faeiendi; *quem sequitur Menoeb.cons.134.num.25.lib.2.Ioan.Monachus decis.Rotæ Bononsen.40.punct.7.num.15.idem Bart.in d.l.ita stipulatus num.40. 43. & 51. ff. de verbor. oblig. Card. Mantica.de taeit.& ambig. tom.2. lib.14. d.tit. 34. num. 8. Dominus Regens Scipio Rouitus cons.68.n.12.vol.1.*

54 Atquè de mutuũ dãte dieitur, non statim eum rem mutuatam repetere posse, sed expectare teneri aliquod tempus, quò mutuata re perfrui valeat mutuatarius. *Capic.decis.116.num.2. vbi Petra addens.Ioan.Salas de eõtract.de empt. & vendit.cap.1.num.2.vers.sed contrà.*

55 Eodemq; modo, vendito vino, quod in dolijs repositum erat, hoe videri quoquè actum, vt tempore competenti dolia expediantur, ad nouam vindemiam. *Gloss.in cap.cum dilecti filij. 6.verbo.plena.de donation. tex.in l. 1. §.si dolia. & §.seq. ff. de perieulo, & eommodò rei vendit.*

Nullo igitur pacto ad interesse pro pretensa annata aduersus Carolum per Oeconomum agi poterit, cùm ad factum obligatus, in tempore illud præstiterit. Satis nempè absoluta iu-
56 ris est regula, quòd in obligationibus facti, post moram, non vtiq; ante, ad interesse obligatio succedit. *l.stipulationes non diuenduntur 72.vers.celsus tamen.vbi Gloss.ff.de verborum obligat.& ibid.Bart.q.5.l.si quis ab alio.13.§.fin. ff.de re iudicat.meus Maranta.d.cons.41.num. 4. & 6.Viuius deeis.41.num.4.Ruin.cons.132.num. 1.lib.1.Rota apud Sanctæ memor. Gregor. XV. decis.241.num.2.& apud Cardin.Caualer.decis. 605.num.1.Card.Mantica.d.lib.14 tit. 34.n.2.de tacit.& ambig.tom.2.*

57 Nec ad rem pertinet, quòd in legatis annuis
58 tempus ad momentum currat, *l.1. C. quando dies legati eedat.* Vt à die mortis annuum debea
59 tur legatum. *l. nec semel. 12.ff. eod.* Quinimò principio debeatur cuinslibet anni. *l. in singulos annos.8.ff.de annuis legat.Molin.de Hispan. primogen.lib.2.cap.15.n.73.Vincent. de Francb. decis.155.n.2.& seq.Ioseph.Ludouic.decis.Lucēs. 23.nu.1.*

60 Cùm, quòd non proeedit assumptum in pecunia, & legato quantitatis, quamuis loeis pijs, & Eeclesijs relicta esset peeunia, sine quantitas, vt post alios quos refert sequitur. *Gratianus Forens.par.4.cap.688.n.19. 20.& seq.*

61 Tùm, quòd non habet locum vbi aliter de voluntate appareat defuncti, ne initio legatum soluatur anni, quòd sanè hæredi testator consultũ voluit, ne statim teneretur; vt satis apertè verba demonstrant Vlpiani. *in d.l.nec semel.*
» *12.in fin.princip.* qui sic ibidem fatur. *sed, & si*
» *quot annis sit legatum, mihi videtur etiam in hoc*
» *initium cuiusq; anni spectandum: Nisi fortè cui-*
» *dens sit voluntas testatoris in annuas pensiones*
» *ideo diuidentis, quoniam nõ legatario consultum,*
» *sed hæredi prospectũ voluit, ne vrgeretur ad so-*
» *lutionem.* hæc Vlpianus.

62 Tùm quoq; quod hoc legatum non ab initio annuum fuit à testatore relictum; sed quòd per hæredem eerto dato eorpore annuum fieret, ad matrimonio pauperios loeandas mulieres. Quamobrem factum requirabatur, atq; consequenter tempus intrà quod factum fieri, & exequi potuisset, vt in superioribus perpendimus. Haud itaq; potuit intrà tempus faeiendi, negligentiæ hæres eoargui. *ad tex. in l.quicquid astringendæ.99.§.fin. ff. de verbo. obligation.* vbi obligatus aliquid facere intra tempus, nõ nisi præterito tẽpore, negligentiæ eoargui potest, si non fecerit, minimè autẽ intrà temporis ipsius latitudinem.

Ideò nempè legatum verbis illis rogauit testator, hæredẽ alloquens, *spenda ogni anno, assignando corpo certo.* vt paululùm ei respitare liceret, neq; statim vrgeretur, vt diximus; sed esset ei intra latitudinem anni à lege sibi concessi, aliquo pacto consultum quòad assigna-
64 tionem faeiendam. Vt ex persona, ad quam verba per testatorem directa fuere, non leuis fiat eonijciendi materies, quo se animo disponens habuerit. *ad tex. in l.plenũ.12.§.æquity.ff. de vsu.& habitat.l.si vno anno.17.ff. loeati. cap. requisisti.15.de testam.Euerar.cons.5. num. 11. Mantica.de conieclur.lib.6.tit.11.num.1. & seq. Rota apud Sanct. memor. Gregor. XV. Ludouic. decis.66.num.8.& in reeent. par. 2. tom. 1. decis. 62.n.3.Griuellius deeis.149.n.13.*

65 Nec aduersabitur expensus loeus per Oeconomum deelarationum Amplissimorum Patrum, *§.6.insuper quia & c.vers.id circo declaramus dictos hæredes, seu aliàs grauatos teneri,*
» *seu obligatos existere ad fructus huiusmodi le-*
» *gatorum persoluendos, à die mortis.*

Præter quàm, quòd enim declaratio præfata de fructibus loquitur, vt aliter esse de interesse debeat; quod extriusecum quid est, vt fructus intriu-

intrinsecum quid sunt rei, vt in initio supposuimus; & verba ipsa declarationum rectè expensa innuunt. *Teneri* (inquientia), *& obligatos*
„ *existere ad fructus huiusmodi legatorum per-*
„ *soluendos à die mortis, quos realiter ex re legata,*
„ *seu aliàs re licta perceperunt, si res huiusmodi sua*
„ *natura, aut aliàs fructifera sit.*

De fructibus itaq; rei intrinsecis loquuntur Amplissimi Patres, quod nos haud abnuimus;
66 nec absq; ratione. Cùm in mala fide illos, interim legata non soluentes, percipiant, vt resti-
67 tuere propterea illos oporteat. *ad tex. in cap. grauis. 11. eum ibi per scribent. notat. de restitut. spoliat. & facit tex. in can. 1. 14. q. 6. & reg. pec-*
68 *catum. 4. de regul. iur. in 6.* quatenus habent non dimitti peccatum, nisi restituatur, quod iniustè ablatum est. *S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 2.*

Nihilominus tamen, si antecedentia disposi-
69 tionis, siue declarationis verba attendantur, vt fieri opus est, vt ex præcedentibus, & sequẽtibus, loquentis mens haberi possit, & sensus. *ad tex. in l. si quis ex argentarys. 6. §. si initium vbi Bald. ff. de edend. l. si seruus plurium 12. §. fin. ff. de legat. 1. l. auia. 76. ff. de condit. & demonstrat. l. talis scriptura. 30. de legat. 1. Gloss. in cap. eam tẽ. 7. in verbo, fidem Christi. de rescript.* satis euidenter habebitur, alio in casu satis à nostro disiito, ac disiuncto, Dominos præfatos
70 loqui. De ijs nempè hæredibus, siuè grauatis verba faciunt Amplissimi Patres, qui eò, nec intrà, nec post triennium legatis faciunt satis, vt interim rerum legatarum fructibus vtantur, per fruanturq; Vt rectè, nec iniuriâ decreuerint, eos ad fructus cogi restituendos, quos realiter ex re perceperunt, vel percipere potuerunt,
71 si res verè frugifera esset. Iustum cùm haud minimè sit, vt ex sua fraude, & dolo lucrum quis referat. *tex. in c. officij. 14. §. fin. de testam. l. nè ex dolo. 13. cũ l. seq. ff. de dolo malo. l. 1. ff. de natalib. restituend. cap audiuimus. 3. in fin. vbi Gloss. de collus. desegenda. cap aduersus. 7. §. cæterum. de immunit. Eccles. Cardin. Tusc. tom. 4. littera. F. conclus. 474. Barbos. axiom. 102. num. 1.*

72 Distincta igitur cum sint capita declarationum, & diuersum sit in vno, atquè in alio dispositum non erit de vno ad aliud extensio facienda, neq; pœna in vna dispositionis parte dicta, ad aliam protendenda. *ad regul. odia. 15. de regul iur. in 6. Gabriel. commun. conclus. tit. de clausul. conclus. 1 num. 21. Barnab. Cornazan. decis. Lucens. 1. nu. 78. ad 82. Rota par. 4. diuers. per Farinac. collectа decis. 865. num. 6. & in Gerunden. Canonicatus. anno. 1587. coram Comitulo. decis. 51. nu. 3. post 1. volum. cons. Farinae.* Vt succedat, nec iniuriâ regula. *l. de pretio. 10. ff. de publis. an.*
73 *in rem action.* Quòd id, quod lex, vel dispositio non dicit, neq; nos dicere oporteat. *l. dissiden. tis. 5. C. de repud. Cap. illa. 2. ne Sede vacant. Nauarr. cons. 6. num. 11. lia. 3. de donation. Tusc. tom. 2. littera. D. conclus. 517. num 30. Sanchez. de matrim. tom. 2. lib. 6. disput. 36. sub num. 2.*

Atq; ita ex his, quæ libenter Aristarchi iudicio, limæquè supponimus; nequè censuram abnuimus, respondendum censui.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Aduocatus,

Negotium hoc, longam post discussionem; quòd durum esset contrà stymul calcitrare. *Actorum. 9. 5.* transactione finem vidit. Ex dictis tamen prudens lector rectum percipiet iudicium. Varius enim euentus est belli. *2. Regum. 11. 25.* Et incertus litium exitus est. Satius proinde Carolo visum fuit partem dare, nè totum penderet.

SVMMARIVM.

1 *Regula Sancti Francisci vna est omnibus eius sequacibus.*
2 *Priuilegia omnia, etiam viuæ vocis oraculo cõtra Regulæ puritatem, abrogata fuerunt per Breue Sanctiss. D. N. Vrbani Papæ Octaui.*
3 *Dispensatio nulla admittenda erit contra præcepta Regulæ.*
4 *Fratres omnes Sancti Francisci, absquè distinctione vlla, ad regulæ obseruantiam tenentur.*
5 *Fratres minores capaces sunt relictorum pro vna vice, tàm in pecunia, quàm in specie, vt illa, vel in Fabricam, vel in Fratrum necessitates expendantur.*
sunt verò incapaces successionum, siue mobilium, siue immobilium. nu. 6.
limita si legatum sit excessiuum, vt paupertati repugnet. n. 7.
8 *Fratres minores per seipsos nihil possunt in iudicio experiri.*
neq; extrà iudicium. n. 9.
quia nullam obtinent proprietatem. n. 10.
sed tantum vsum facti. n. 11.
12 *Fratres minores in altissima paupertate fundati, sunt incapaces, & mendicantes ex regula. & n. 92. & 93.*
possunt tamẽ per Syndicum laicum in iudicio esse nu. 13.
modò nomine Fratrum non petat. n. 14.
15 *Fabrica Sancti Petri in locum successit Episcoporum, quòad pia legata, piasquè dispositiones.*
sed euoluto anno. n. 16.
17 *Fabrica post annum, Quintam exigit, post verò triennium medietatem.*
18 *Fabricæ priuilegia post annum intrant.*
19 *Fabricæ non aliter ius intrat, vel ad Quintam, vel ad medietatem, nisi postquàm pias dispositionum voluntates exequutioni demendari fecerit.*
20 *Dictiones si, & postquàm, conditionem operantur.*
21 *Dictio postquàm, operatur vt effectus non præcedat*

cedat, sed sequatur factum.

& excludit omne tempus anterius. n. 22.

23 *Testator grauare potest hæredem, vt etiam ante lapsum anni legata soluere debeat.*

Quia lex est eius voluntas. n. 24.

15 *Rem suam potest testator suo arbitratu moderari.*

26 *Rerum suarum alienationem ingenuis hominibus liberam non esse, iniquum est.*

27 *Legatum annuum, etiam Fratribus minoribus relictum ad ea, quæ diuinum cultum concernunt, sustinetur.*

Quia non Fratrum commoditatem continet, sed diuinum respicit cultum. n. 28.

29 *Ecclesiæ Fratrum Minorum in dominio sunt Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.*

30 *Legatum frumenti, vini, & olei, & ceræ pro luminibus Fratibus Minoribus relictum in his, quæ concernunt diuinum cultum, sustinetur.*

31 *Legatum Monacho ex Ordine Minorum pro libris, & studio Sacræ Theologiæ relictum, firmum æstimatur.*

quamuis annuum fuerit, & ad vitam Monachi, num. 32.

33 *Incapacitas est penès Fratres Minores, non penès Ecclesias eorum.*

34 *Ecclesias sumptuosas, & paramenta possunt habere Fratres Minores ex constitutione Leonis X. propter honorem cultus diuini.*

Quia Fratres custodiam tantum bonorum prædictorum obtinent. n. 35.

& prohibitio est penès Fratres, non penès Ecclesias. n. 36.

non poterit tamen Fratrum Syndecus, eorum nomine legata huiusmodi in iudicio petere, sed nomine Ecclesiæ. n. 36.

38 *Legata Ecclesijs facta Fratrum Minorum, non possunt illi in Fratrum vertere commodum.*

39 *Legatum annuum Ecclesijs indirectè factum, vt ex illo Fratrum commoditati consulatur, inualidum euadit.*

40 *Redditus annuos habere Fratribus Minoribus est prohibitum, & n. 92. & n. 96.*

41 *Piæ decedentium voluntates seruari debent.*

42 *Voluntates cõmutare testatorum in alios vsus, quàm ipsi reliquerunt, ad solum spectat Romanum Pontificem.*

43 *Fratribus Minoribus per quæstum publicum incerta mendicitas victum tribuere debet.*

44 *Fabrica transactionem cum hæredibus inire haud potest, siue intrà, siue post annum pro legatis annuis Ecclesijs Fratrum Minorum relictis, quoad eorum proprietatem.*

45 *Fabrica venit ad curandum, pias disponentium impleri voluntates.*

46 *Defunctis nil magis aliud debetur, quàm quòd seruentur, quæ disposuere.*

47 *Fabrica transigere haud potest si dubium in re non intrat legata, aut iusta transigendi causa.*

48 *Fabrica venit ad coarguendam hæredum, vel executorum negligentiam, quare non potest venire nisi post annum. & n. 56.*

49 *Declarationum Fabricæ locus expenditur.*

50 *Dictio (intrà) tempori adiecta, vltimum includit temporis diem.*

51 *Tex. in cap. nos quidem. 3. de testam. expenditur.*

52 *Dictio (tunc) temporis extremitatem denotat.*

atq; conditionem indicit.

53 *Fabrica intra annum se non ingerit, & num. 56.*

nisi tamen cesserit dies implemento à testatore dictus. nu. 57.

anno verò exacto poterit hæredes ad implendum defunctorum voluntates cogere. n. 54.

55 *Fructus legatorum non impletorum exigit fabrica, elapso anno.*

58 *Hæres adeundo purè obligatur ex quasi contractu non in diem, neq; sub conditione, de implenda defuncti voluntate.*

quare statim cogi poterit adueniente die. num. 59.

60 *Dies obligationi dictus expectãdus erit per Fabricam.*

61 *Ante diem agendo, inutiliter quis agit.*

62 *Fratres Minores, tàm de familia, quàm Reformati incapaces sunt legatorum annuorum pro missis, & anniuersarijs celebrandis.*

quia æstimatur legatum annuorum redditūum, quorum sunt incapaces, & n. 97.

ac tollere videtur Fratrum mendicitatem nu. 63.

64 *Legatum annuum repugnat Regulæ Fratrum Minorum.*

contrarium huius sustinet Petrus à Palude nu. 55.

verùm eius sententia nunc non admittitur. nu. 70.

66 *Quotidianas eleemosynas pro missis possũt Fratres accipere.*

67 *Syndici conuentuum possunt missarum, & officiorum stipendia in iudicio petere. & n. 71.*

non tamen Fratres per sè n. 68.

poterunt tamen iudicis implorare officium. nu. 69.

at non hodie per nouas constitutiones. num. 70. & 73.

possunt tamen spontè ab hæredibus data recipere. nu. 74. & 80.

72 *Fratres Sancti Francisci pro nulla rè temporali in iudicio esse possunt.*

possunt tamẽ iudicibus legatorum existentiã denunciare n. 75.

76 *Episcopi pauperum protectores sunt.*

& executores piarum dispositionum omnium. num. 78.

79 *Fratres minores possunt legata petere bono modo, & ex charitate, vt eis dentur.*

verum non hodie ex nouis constitutionibus.

81 *Legata in pecunia etiam sponte oblata per se ipsos Fratres Minores accipere non possunt.*

bene verùm per eorum Syndicos n. 82. & n. 110.

Y 83 Hæ-

83 *Hæredes naturali obligatione tenentur legata Fratribus Minoribus relicta soluere. & num. 111.*
vel si in conscientia soluere teneantur, cùm incapaces eos illorũ agnoscant, bipartita sententia est. relatiuè n. 115.

84 *Hæredes tenentur pias disponentium voluntates implere, & n. 112.*
alioquin peccant, vt excommunicari valeant.
quòd infideliter erga defunctum se gerant.

85 *Legatorum proprietatem possunt vendere Fratres Minores remanente apud eos onere missarum, consultis tamen hæredibus, & loci Episcopo.*
sed non hodie ex nouis constitutionibus. num. 86.

87 *Fabrica Sancti Petri, post Fratrum renunciationem legatorum, potest ea sibi vendicare, post annum, vti incerta.*
declarationum dispositio in hoc refertur. n. 88.

89 *Præstationes annuas iã decursas, & non solutas potest Fabrica sibi applicare.*

90 *Fratres minores possũt legata annua sine onere illis relicta, vendere quoad proprietatem, & pretium in vsus Fabricæ, & sacristiæ conuertere.*
vt affirmat Sorbus nu. 91. cui respondetur. n. 95.
est negatiua tamen receptior n. 92.
declaratur n. 98.

93 *Fratres Prædicatores sunt mẽdicantes ex cõstitutionibus, non ex regula.*

94 *Mendicantes alij ex regula, alij ex cõstitutionibus dicuntur, & inter se differunt.*

99 *Legatorum annuorum etiam sine onere relictorum proprietatem in iudicio petere haud possunt Fratres minores.*
nec etiam per eorum Syndicum.
etiam si illorum annuas præstationes exigere cepissent.

100 *Antecedenti destructo, & consequens etiam corruit.*

101 *Vẽdita rei legatæ proprietate (vbi id licet Fratribus) possunt postmodum eorum pretium in vsus Fratrum conuertere; sicuti licet eis quotidianas eleemosynas in vsus Fratrum distrahere. n. 102.*

103 *Fratribus Sancti Frãcisci compositiones facere licet cum hæredibus super annuis legatis eis relictis.*

104 *Præstationes annuas possunt Fratres iudicialiter exigere per eorum Syndicos in vim Martinianæ constitutionis.*
non tamen id hodie poterunt post decretum nouissimum Sacræ Congregationis n. 106.

106 *Testatores licitè disponere possunt, vt legata Fratribus relicta, in casu incapacitatis ad eorũ reuertantur hæredes.*

107 *Fratres minores tenentur se protestari incapaces esse legatorum annuorum.*
possunt tamẽ annuas præstationes bono modo, & ex charitate tanquàm mendici petere, & accipere, vt declarat Diuus Bonauentura num. 108.

109 *Fratres Minores incapaces haud sunt eorum, quæ illis spontè, & eleemosynaliter dantur.*
non possunt tamẽ illas in pecunia per se recipere, sed per Syndicos. n. 110.

113 *Finis vltimatus piè disponentium est Deus, cuius gloria quæritur ex dispositione.*
vel peccatorum remissio. n. 114.

116 *Legata Fratribus Minoribus relicta, cùm eorũ illi incapaces sint, potest Fabrica sibi vindicare.*
similiter annuas præstationes decursas, et minimè solutas. num. 117.

118 *Legatorum annuorum ad modicum tempus, incapaces non videntur esse Fratres minores.*
Quia legatum vnum censetur, sed in diuersas, siue plures præstationes diuisum. n. 119.
nisi in modo relinquendi, vel in excessu fraus arguatur. num. 120.

121 *Legatum annuum ad tempus relictum, cum onere missarum, vel sine illo, si pro aliquibus annis solutum minimè fuerit, vel oneri non satisfactum, intrat Fabrica vi suorum priuilegiorum, & facultatum.*

Sequentia proponuntur discutienda Dubia in Sacra Congregatione negotijs Fratrum Minorum præposita.

RESPONSIO. XLI.

DVBIVM I.

Articulus I.

AN Fratres Minores tàm de familia, quàm reformati sint capaces legatorum, quæ vnica solutione, seù præstatione adimplentur, tàm in pecunia numerata, quàm alijs speciebus?

1 Quoniam vna est regula Sancti Patris Francisci; & priuilegia omnia, etiam viuæ vocis
2 oraculo cõtra regulæ puritatem pœnitus abrogata fuerunt per Breue Sanctissimi D. N.
3 Vrbani Papæ Octaui; nullaq; dispensatio cõtra præcepta regulæ sit admittenda, vt in nouissimis ordinationibus in Generali Congregatione factis hoc anno 1628. decretum fuit.
4 Nulla vtriq; facienda erit distinctio; cùm omnes, & singuli Fratres ad regulæ obseruãtiam secundum suam puritatem teneantur.

5 Dico capaces esse Fratres Minores, tàm in pecunia, quàm in alia specie, pro vna vice; modò pecunia in fabricam, vel in alias Fratrum necessitates expendatur, iuxtà formam, & facultatem illis, tùm per regulam; tùm per Sũmorum

morum Pontificum declarationes permissam,
tex.in cap.exijt,qui seminat.3.§. Ad hæc quia fra-
6 *trib. de verbor. significat. lib. 6.* Ipsi enim inca-
paces successionũ sunt, siue ad immobilia, siue
ad mobilia se extendant. *clement. exiui. §.quia*
igitur,vbi Gloß.magna.vers secundo quæro,non ve-
rò legatorum.de verbor. significat.Frederic. de Se-
nis cons.12.Fratres prædicatores.nu.3.

Nisi admodum excessiuum legatum esset, vt
omninò paupertati repugnaret. *d.clemen.exiui.*
§.cupientes.nec liceat eis. Tabien. verbo. legatum.
1.§.4. plenè Sanchez. in opere morali tom.2.lib.7.
cap.26 num.9. & num.11. Frater Hieronym. Ro-
driquez in resolut. regular.resolut. 88.n.17.& 18.
Rota in Rom.cõputor.10.Aprilis 1630 corã Mer-
lino dec.365. in prima conclus.in nouiß.diuersor.

Articulus II.

An possint eadem legata in iudicio, vel ex-
trà exigere per se ipsos, vel per syndicũ Apo-
licum.

8 Per se ipsos, neq; in iudicio; quòd pro nulla rè
temporali possunt in iudicio experiri; *d.clemẽt.*
exiui.§.verùm etiam. vers.cumq; dicti Ordinis pro-
9 *feßores.* Neq; extrà exigere possunt, quòd nul-
lum ius, nullamq; proprietatem obtineant in
10 ijs, quæ ipsis etiam ad necessitates subleuan-
11 das temporales dantur, sed tantùm nudum
vsum, siuè vsum facti, non sanè nudi, sed iuris,
siue facti iusti, & liciti.*d.clem. exeui. §.porrò cùm*
dictus sanctus. & § proindè cùm vir sanctus. vbi
Gloß,& Card.d.cap.exijt.§. cæterum. & §.si ta-
men; & §.ita tamen.de verbor.signif.lib.6. & ex-
plicatur in extrauag. Quia quorundam.5. & Ioan.
nis.22. §. quod autem dicitur, & ex quo sequitur
eod.tit.

12 Cùm sint fundati in altissima paupertate;
13 sintquè ex regula Mendicantes. Sed per Syn-
dicum; & in iudicio per syndicum laicum, qui
14 neq; fratrum nomine petat. *Illustrißimus Card.*
Tuscus tom.4.littera F. conclus.467.num.15. &
19.& 41.& 75.& 76. Ioan. Azor. institut. mo-
ralium par.1.lib.12.cap.23.q.1. & seq. & cap.24.
q.6.& 8.Sanchez d.cap.26. num.58. Nauar. de
regular. comment. 1. num.15.

Articulus III.

An Fabricæ Sancti Petri liceat in huiusmodi
legatis se ingerere infra annum, ex quo dies le-
gati cessit?

Articulus IV.

Et quid elapso anno?

15 Dico, Fabricam Sancti Petri in locum suc-
cessisse Episcoporum quò ad pia legata, piasq;
disponentium voluntates implendas; ac pro-
pterea, sicuti implendi pias disponentium vo-
luntates, ex dispositione. *tex. in cap. nos quidem.*
3.de testam. euoluto anno (data implere debẽ-
tium hæredum, vel executorum negligentia)
ad Episcopos facultas defertur; ita quoquè, &
16 post annum ad Fabricam deuoluetur. Vnde
17 secundum temporis lapsum, vel sanè anni ad
Quintam; vel medietatis triennio exacto, fa-
cultas ad Fabricam deriuatur, vt post Consti-
tutionem Pij Papæ Quinti editam anno 1569.
quæ incipit, exigit. 97. in Bullar. tom.2. fol.298.
Eminentissimi Patres, negotijs Fabricæ præfe-
,, cti, declarauere. §. 1. ibi: *Quæ intra annum ab*
,, *hæredibus seù aliàs grauatis realiter adimpleta nõ*
,, *fuere Quarant.in sum. Bullar.verbo.Fabrica Sancti*
Petri.fol.mihi 247.

18 Intrat igitur Fabrica elapso anno per suas
facultates, suaq; priuilegia; & ad curandum,
vt neglectæ piè disponentium voluntates exe-
cutioni demandentur; & vt illis executis, vel
Quintam, vel medietatem iuxtà temporis la-
psum, ex quo satis concessit testator; vel etiam
interesse pro se exigat, iuxta dictorum Emi-
nentissimorum declarationes.*§.2.& seq.*

19 Neq; enim aliter ius est Fabricæ, vel Quin-
tam, vel medietatem, vel verò interesse exi-
gendi; nisi postquàm impleri disponentium
voluntates, executioniq; debitæ demandari
fecerint eiusdem Fabricæ ministri, atquè effe-
ctu secuto curauerint, vt Pianæ Constitutionis
præfatæ. §. 1. *in fine* verba Sonant. *Si, & post-*
,, *quàm* (inquientia) *iuxta tenorem priuilegiorum,*
,, *& facultatum sibi conceßarum legata huiusmodi*
20 ,, *executioni debitæ demandari fecerint.* Dictio-
nes nempè illæ (*si, & postquàm*) conditionem
operantur. *l. si Titio.22. ff. quando dies legati ce-*
dat.l.1.C.de his quæ sub modo.Bart.in l. 1. num.3.
& 7.ff.de condit.& demonstrat. Socin.in l. quibus
diebus.§.Termilius.num.3.ff.eod. Gloß in cap. ve-
rùm. 4. verbo conditione. in fin. de condit. apposit.
Hieronym. Gigans. cons. 53. num.1. & 2. & cons.
21 *168.n.1.& 2.* vbi addit; dictionem (*Postquam*)
operari, ne effectus dispositionis præcedat, sed
sequatur factum; mirirùm quia excludit omne
tempus anterius; vt non ante quæratur legati,
22 vel dispositionis commodum, quàm impletum
sit id, quod sub dictione (*si, & postquàm*) im-
plendum erat. *ad tex. in l. Aemilius. 39. ff. de*
de minorib. Paris.cons.31.num.83.lib.1. Rota in re-
cent.par.2.tom.1.decis.46.num.2.

Primitùs ergò curare debebunt Fabricæ
ministri, vel elapso iam anno, vel die legato
adiecta, vt executioni demandentur neglectæ
disponentium voluntates, quàm commodum
pro ipsa, vel quintæ, vel medietatis, consequi
valeant.

23 Nequè enim repugnat, quin ante lapsum
anni, adiecta certa die, grauare hæredem, vel
aliàs exequutorem possit testator, cùm lex sit
24 eius voluntas. *§. disponat.in auth. de nuptijs col-*
25 *lat.9.* & potest testator rem, quæ sua est, suo
arbitratu moderari. *l. in re mandata.21. C.man-*
dati. l.in traditionibus.49.ff.de pact. l.dudum. 14.
26 *C.de contrahend. empt.* Quia iniquum est) *Caius*

loquitur Iure Consultus. in l. non vsquè adeò. 2.
ff.si à parente quis manumissimus fuerit) ingenuis
hominibus non esse liberam rerum suarum
alienationem.

D V B I V M II.

Articulus primus.

AN valeat legatum annui redditus factum
Fabricæ, sacristiæ, vel Ecclesiæ Fratrum
Minorum, tàm de familia, quàm ex reformatione

27 Valere censeo legatum huiusmodi, nimirùm, quòd legatum annuum etiam Fratribus Minoribus relictum pro his, quæ diuinum cultum concernunt, tenet, firmumquè
28 perseuerat. Planè quia, non Fratrum commoditatem, sed ipsum diuinum cultum respicit. *Bald. in auth. ingreßi. col.*8. *num.* 19. *vers. ex quibus præmissis C. de Sacro sanct. Eccles.*

Nequè Constitutio Clement. V. *in element. exiui* prohibet quin Ecclesijs Fratrum
29 Minorum legari valeat; cùm illæ in dominio sint, & proprietate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Quocirca, firmum est legatum annuum fru-
30 menti, vini, olei, ceræ pro luminibus, siue etiam pecuniæ pro paramentis Ecclesiæ, & ministrorum ad sacra facienda, & vt cultus diuinus circa tantùm Sacramentum, eo, quo decet modo, fiat. *Frederic. de Senis. d. cons.*12. *nu.*4. *plenè Abb. cons.* 63. *& veritas huius quæstionis. col.*2. *num.*4. *par.*2. *sequitur Marcus Antonius Cucchius institut. maior. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 36.37.38. *&* 39. *& nouissimè Thorus in sum. priuileg. piarum causar. priuileg.*268. *fol. mihi.*152. *vers. licet autem ex aduerso. & in singularibus. piar. caus. sing.*45. *Sanchez lib.*7. *c.*26. *n.*42. *tom.*2. *suæ. & nouissimè Rota in Romana computorum.* 10. *Aprilis.*1630. *coram Merlino decis.*365. *n.*27. *& seq. in* 3. *conclus. in nouissimis diuersor.*

31 Quemadmodùm valet legatum Monacho ex Minorum Ordine relictum pro libris, & studio Theologiæ, & si annuũ fuerit, atquè ad
32 vitam Monachi; quòd pietatem sapiat legatum huiusmodi, nequè Fratrum paupertati deroget *Gloss. in clement. dudùm.* 2. *§. verùm ne Parochiales, verbo indirectè de sepultur. Syluester. verbo legatum.* 2. *q.* 3. *num.* 4. *Tabien. legatum* 1. *§.* 5. *plenè Abb. d. cons.* 63. *Nauar. cons.* 9. *vtrum annuus. lib.* 3. *de testament. tom.* 1. *Frater Hieronymus* Redriquez *in resolutionib. regularib. resol.* 88. *num.* 8. *&* 9. *ac* 10. *quicquid dicat Porteil. verbo testamentum num.* 8. *& verbo legatum. num.* 3. *contra quem ipse stat cum Rodrico.* Incapacitas autem est penès Fratres, non verò penès Ecclesiam, & si contrarium velit *Bald. in d. auth. ingressi. col.* 7. *num.* 17. at planè refellitur. *per Rodriq. quæst. regular. tom.* 3. *q.* 67. *art.* 8. *& tom.* 2. *q.* 78. *art.* 5. *Tuscus d. conclus.* 467. *num.* 6. *&* 69. 70. *&* 71 *& num.* 83 *& tom.* 5. *littera M. conclus.* 190. *num.* 1. *Cucchius. d. tit.* 1. *nu.*
34 35. *&* 39. & concessum fuit per Leonem X. Fratribus Minorib. (quicquid aliàs dispositum fuisset *in d. clem. exiui. §. item quod Ecclesias*) vt possint sumptuosas habere Ecclesias, & paramenta propter honorem cultus diuini; vt eam constitutionem refert *Rodriq. d. tom.* 3. *q.* 4.
35 *art.* 1. *& quæst.* 25. *art.* 1. Nec quidquam ex huiusmodi legato Fratrum commoditati accedit, cùm tantùm custodes sint bonorum prædictorum pro diuino cultu deputatorum. *Sorbus in compend. verbo. legata. in suis annotationib. §. Fredericus tamen prædicto cons. fol. mihi.* 399. *Rodriq. tom* 2. *quæst.* 126. *art.* 5. *Sanchez. d. c.* 26. *num.* 41. *&* 42. *Azor. d. cap.* 23. *quæst.* 15. & si tandem dubium se ostendat, an capaces sint relicti huiusmodi, quòd indistinctè ipsis prohibita sint legata rerùm immobilium annuatim
36 debitarum. Verùm exauditur, quòd prohibita sint Fratribus, qui in altissima paupertate Deo seruire debent; non sanè Ecclesijs, quæ in dominio sunt Romanę Ecclesiæ, & ex his legatis, non vtiquè Fratrum commoditas, sed cultus diuini fauor excipitur, atquè ita sequitur *Pater Portell. ad dubia regularia. verbo. legatum in additionib. num.* 3. *in fin. Hieronym. Rodriq. d. resolut.* 88 *num.* 20. *Thor. d. priuileg.* 268. *versic. licet autem ex aduerso.*

Articulus secundus.

An Fratribus liceat huiusmodi legata in iudicio exigere per eorum procuratores, vel syndicos Apostolicos?

37 Cùm nihil iuris quoad huiusmodi legata sit Fratribus; sed ius omne penès Ecclesias resideat, quæ in proprietate sunt, & Dominio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vtiquè nihil ipsi, eorũq; syndici in iudicio Fratrum nomine petere poterunt; petent tamen Ecclesiæ nomine, cui pro cultu diuino habere non prohibetur, vt ex citatis paulò ante Doctoribus diximus. Fratres verò post exactum, bonorum custodes erunt. *Portell. d. verbo legatũ. n.* 3. *in fin.*

Articulus tertius.

An liceat eisdem erogare prædicta legata in vsus Fratrum; an verò illa omninò conuerti debeant, in vsus à testatore præscriptos?

38 Non licere id facere certum est. Et quòd (vt diximus) nihil ex huiusmodi legatis Fratribus accedere debeat. Alioquin si ideò legata
39 rogarentur, vt Fratrum commodiori viuendi modo consuleretur, legata inualida redderentur, quòd in fraudem fierent. Nàm annuos
40 habere redditus, est ipsis omninò, vetitum. *d. clem. exiui. §. cumq; annui, & respondit Rota in Romana fideicommissi de Porta.* 27. *Iunij.* 1612 *coram Card. Caualer. decis.* 212. *num.* 6. *vers. superest. Portell. d. verbo. legatum num.* 3. *Thor. d. priuil.* 268. *vers. Ratione verò eadem sententia fol.* 153.

41 Atq;

41 Atq; etiam, quòd ſeruari debeant piæ de-
cedentium voluntates. *l.1.C.de Sacro ſanct. Ec-
cleſ.can.vltima voluntas. 13. q.2. d. cap. nos qui-
dem. 3. de teſtamentis.*
42 Et commutare decedentium volũtates (res
ab eis relictas in extraneos ab eorum mente
vſus impendendo) ad ſolum Summum Roma-
num Pontificem ſpectat. *d. elem. dudùm de ſepul-*
43 *tur.* Ipſiſquè Fratribus per quæſtum publicum
tribuere victum ſoleat incerta mendicitas. vt
Gregorius X. loquitur in Generali Concilio
Lugdunen. *cap. vnico. §. confirmatos autem. de re-
ligioſ. domib. lib. 6.*

Articulus quartus.

An Fabricæ Sancti Petri liceat infra annum ſe ingerere in proprietate horum legatorum pro Fabrica, vel ſacriſtia, tranſigendo cum hæredibus, aut aliàs de eadem proprietate diſponendo?

Articulus quintus.

Et quid tranſacto anno?
Cùm firma eſſe huiuſmodi legata probaue-
rimus, vtiquè nullam proficere pro Fabrica
Sancti Petri cùm hæredibus defuncti pro reli-
cta proprietate tranſactionem; conſequenter
concedendum erit. Cùm nullum quæratur
quòad proprietatem legatorum huiuſmodi
Fabricæ ius, ſac lapſum ſuerit anni tempus à
45 morte teſtatoris. Quòd veniat Fabrica (vt di-
ximus) ad curandum effectiuum implemen-
46 tum voluntatum decedentium teſtatorum,
quibus nihil ampliùs per leges debetur, quàm,
quòd ſeruentur, quæ diſpoſuere, cùm aliud
ampliùs velle non poſſint. *d. l. 1. C. de Sacro*
47 *ſanct. Eccleſ.* Nequè vllum inuoluitur proba-
bile dubiũ, aut iuſta trãſigendi cauſa, vt nõ in-
trent propterea priuilegia Fabricæ. *vt dictum
fuit in dicta Romana fideicommiſſ. apud* Caualer.
d. deciſ. 212. num. 1 & 2.
48 Tùm præterea, quòd venit fabrica ad coar-
guendam ſocordium hæredum, ſeu aliàs graua-
torum, vel etiam executorum cuntabundam
negligentiam in implendas pias diſponentium
voluntates; vnde eatenus eius iura inſurgunt,
quatenus intra annum impletæ non fuerint di-
49 ſponentium voluntates, non antè. Quæ intra
„ annum (*patres prædicti Ampliſſimi. §. 1. prædicto*
„ *in declarationibus loquuntur.*) ab hæredibus, ſeù
„ alias grauatis realiter adimpleta non fuerint,
„ vſquè ad triennium computandum à die
50 „ mortis &c. Dictio nempè illa (*intra*) tem-
pori adiecta (*quæ intra annum*) vltimum inclu-
dit anni diem. *vt poſt Bart. in l. 1 num. 2. ff. de offic.
præfecti vrbi. qui allegat tex. in l. 1. §. ſi infra cente-
ſimum. ff. de ſucceſſor. edicto. ſequitur* Cened. *ſing.
54. numer. 3. eſt tex. in cap. 1. §. ita ſtatuimus. de
reſtitut. ſpoliat. lib. 6. vbi Gloſſ. verbo proponitur.
text. in cap. præterea. 40. de appellat. extra.* Card.
*Tuſcus. tom. 2. littera D concluſ. 209 num. 3. Surd.
deciſ. 177. num 6. & ſeq. ad fin Rota in Imolen.
Canonicatus. coram* Cantuccio. *21. Aprilis 1578.
par. 2. diuerſ. deciſ. 75. num. 20. 21. & num. 34.*
51 facit optimè *text. in d. c. nos quidem. 3. de teſtam.*
Quatenus habet: Epiſcopum, qui venit ob ne-
gligentiam hæredum ad diſponentium implen-
dam voluntatem. Poſt annum venire, non ſanè
„ intrà illud. *Quod ſi intrà prædictum tempus* (an-
„ ni ſcilicet) *tecum implere neglexerit, tunc per te*
52 „ *ædificetur.* Perpendenda ſiquidem eſt dictio
illa (*tunc*) quæ temporis extremitatem deno-
tat, atquè conditionem indicit; vt tunc porrò
poſſit per ſe Epiſcopus ædificationem curare,
quando heres intrà annum adimplere negle-
xerit. *tex. in l ſi iis legatum. 40. §. 1. ff. de condit. &
demonſtrat.* Surd. *deciſ. 207. num. 16. 17. & 18.
plene Gonzal. ad regul 8. Gloſſ 65. num. 2. Rota
in recent par. 2 tom. 1. deciſ. 144. num. 7. & in ter-
minis d. tex. in cap. nos quidem Couar. num. 5. Bar-
boſa num. 7. & de offic. epiſc. par. 3. allegat. 82. nu.
15. & 18. & num. 24. & tract. nouiſſ. de iure
Eccleſiaſtic. lib. 39. cap. 27. num. 25. & ſeq.*
53 Vnde, nequè intra annum ſe ingerere Fa-
brica in huiuſcemodi legatis poterit; quòd non
adhuc ius ſibi quæſitum fuerit. Nequè poſt an-
num ad tranſigendum pro proprietate, quia
firmum remanet legatum quòad Eccleſias le-
gatarias.
54 Poterit tamen exacto anno aduerſus hære-
des iudicio agerere, vt voluntatem impleant
pij teſtatoris, ſi impleta adhuc non fuerit in-
trà eum, vt ex declarationibus plenè habe-
tur.

Articulus ſextus.

An liceat eidem Fabricæ Sancti Petri ſe
55 immiſcere in præſtationibus, ſeù fructibus
eorundem legatorum ab anno decurſis, & non
ſolutis.
Licere vtiquè cenſeo. Quia eius in hoc
facultas aperta eſt in declarationibus prædi-
„ ctis. §. 2. *annua verò &c.* ibi: *Cum onere cele-*
„ *brationis Miſſarum, diuinorum officiorum, eroga-*
„ *tione eleemoſynarum, aut ſimilium in perpetuum,*
„ *aut ad certum tempus relinquantur; & hæredum,*
„ *ſeù aliorum, qui ad id quomodolibet obligati erant,*
„ *aut tenebantur auaritia, pro præterito adimpleta*
„ *cum effectu non ſunt; tunc redditus, & relicta hu-*
„ *iuſmodi decurſa, & realiter non ſoluta, Fabricæ de-*
„ *beantur in futurum vero decurrenda ipſis legata-*
„ *rijs &c.* hæc illæ.

Articulus ſeptimus.

Et quid infra annum ex quo ceſſit dies vlti-
mæ præſtationis?

56 Si quidem quæsitum intelligis, infra annum à die mortis testatoris; Fabricam non posse existimo. Quia (vt in superioribus iam diximus) cùm veniat fabrica ad coarguendam negligentium hæredum socordiam, quæ non nisi exacto cognoscitur anno, expectari vtiq; debebitur annus ipse.

57 Si verò infra annum ex quo cessit dies solutionis à testare præstitutus, & vtiquè posse puto. Profectò, quòd statim ex quo cessit dies compelli potest executor, siuè hæres, vt

58 legatis satisfaciat relictis. Quoniam obligatur hæres adeundo ex quasi contractu, non in diem, neque sub conditione, sed purè, vt voluntati pareat defuncti, soluēdo ex eius bonis, quod legatarijs soluendum sanxit; nam quasi contrahit hæres cum legatarijs adeundo.

59 Quare statim cogi poterit adueniente die. *§.hæres.vbi gloss. final. cum alijs ab ead. allegatis instit.de obligat. quæ ex quasi contractu nascuntur.Barbosa d. allegat. 82.num.20.*

60 Si autem intra annum (exaudis) à die vltimæ præstationis. dico expectandam esse dictā

61 obligationi diem; alioquin ante diem agendo inutiliter, & in cassum agis. *l.1.§.dies.ff.quando dies vsufructus legati cedat.*

DVBIVM III.

Articulus primus.

An Fratres Minores tàm de familia, quàm reformati sint capaces legatorum annuorum, quæ fiunt adiecto onere perpetuæ celebrationis Missarum.

62 Non esse huiusmodi legatorum annuorum pro Missis, & anniuersarijs capaces Fratres prædictos *post Nauar. consil. 8. quadam testatrices.lib.3. de testament. tom.1. & alios quos refert sequitur Pater Sanchez dicto cap. 26. lib.7.num.43.& 44. Sorbus. verbo. legata.§. ex quibus colliges.fol.mihi.399.& nouissimè Rota in Romana cōputorū.10. Aprilis 1634.corā Merlino.dec.365.n.15.in 2.eōcl.in nouissimis diuersor.*

63 Quia id legatum verè est annuorum redditum, & in perpetuum, tollitquè omninò fratrum mendicitatem, cùm in victu, & vestitu eorum sit expendendum; vnde reputabitur legatum annuum pro victu, & vestitu; quod eorum sanè regulæ repugnat.

56 Verùm Petrus à Palude quē refert *Syluest. legatum.2.q.3.num.4. verf. tertium Petrus &c. & Tabien legatum.1.§.5.* capaces esse Fratres prædictos legatorum annuorum, etiam perpetuorum pro Missarum, diuinorumq; officiorum celebratione, docet. Profectò, quòd sicuti quotidianas recipere eleemosynas possunt, vt sacris operentur, ita quoquè, & anniuersaria

66 perpetua. Neque enim mirum videri debet, vt sicuti dùm in humanis agebat testator vitalem trahens auram, quotidie Fratribus eleemosynas elargiri poterat, vt pro eo, vel alijs sacra offerrent; non valeat moriens suis hæredibus legem dicere, vt quotidie, vel in annos singulos data Fratribus competēti eleemosyna, Missas, vel diuina officia ab illis excipiant, & hāc tuetur sententiam *Rodriq.tom.2.q.126.art.4.p tot.* vbi rationibus ex aduerso à *Nauarr. d. cons.8.* adductis plenè respondet. *et Frater Hieronym. Rodriq. d.resolut.88.num.10.circa fin. §. tandem quod talis.& §.nequè obstat fundamentum, & num.19.*

67 Potissimùm, quod ex Gregorij XIII. Constitutione, quàm refert idem *Rodriq. vbi supra verf. ad primum enim concedo.* possint Syndici Conuentum, Missarum, ac diuinorum officiorum stipendia, etiam in iudicio petere. *Reuerendissimus Dominus meus Anton. Riccíullus Episcopus Vmbratieen. Sanctissimæ Inquisitionis Minister.tract. de iure personarum extra gre-*

68 *mium Eccles.lib.8.cap.9.num.27.* Non tamen poterunt Fratres in iudicio per se adesse; vt

69 legata huiusmodi consequantur. Et si sanè iudicis implorare officium valeant, vt ipsis legata huiusmodi soluantur, & voluntati pareatur piè disponentis.

70 At hodie inanis est quæstio, cùm aperte dispositum sit per nouissimas ordinationes in Cōgregatione Generali factas hoc anno 1628.
„ *in princ. §. Et Quoniam: Vt superiores locorum*
„ *&c. ac etiam Prouinciales declarare, & protesta-*
„ *ri debeant; se nolle amplius legata perpetua, ipsis*
„ *à testatoribus relicta, exigere, & de facto am-*
„ *plius non exigant. Imò ea, quantum in ipsis est,*
„ *eo modo quo possunt resignent, et respuant.* hæc ibi. *& secuta fuit Rota in d. Romana computorum.num.20.21.& seq.*

Articulus secundus.

An ijdem possint pro his legatis in iudicio experiri, agendo, aut iudicis officium implorando.

71 Dixi potuisse per Syndicos prò his legatis in iudicio agere, non per se ipsos; at per se iu-

72 dicis officium implorando. Cùm alioqui dicti Ordinis Professores pro nulla re temporali possint in iudicio experiri. vt *Clemen.5.loquitur.d.clem.exiui.§.verum etiam. verf.cumq; dicti.et sequitur Rodriq.d.q.126.ar.4.in responf.ad 1.& in fin.§.Quinto infertur.Syluest. d.legatum 2.q.3.n.4.verf.prædicta limita.*

73 Verùm hodie post ordinationem prædictā nouissimam, nequè per se, nequè per Syndicos petere legata huiusmodi poterunt etiam iu-

74 dicis officium implorando. Poterunt tamen recipere si sponte ipsis ab hæredibus, vel alias grauatis dentur. *d.§. & quoniam, & §. Cùm annuos redditus.* & ita Decretum pluries in capitulis Generalibus eorundem Fratrum Minor. vt post alios refert idē. *Thor. d.priuil.268. verf.decernitur.ac praecipitur.fol.152.& Frater Hieronym.Rodriq.d.resolut.88.n.19.*

Ar-

Articulus tertius.

An saltem possint simpliciter denunciare iudici, seu ordinario existentiam eorundem legatorum.

75 Si, vt diximus, possent per Syndicos etiam in iudicio petere, & per se iudicis officio; poterunt multò magis vtiquè iudici denunciando, 76 vel ordinario. Qui sanè pauperum protector 78 est, & executor piarum dispositionum omnium *d. cap. nos quidem. 3. de testam. tex. Sacri Trid. Concil. sess. 22. cap. 8. de reformat.* vnde ex officio hęredes, vt soluant tenetur compellere. *Panor. d. cap. nos quidem num. 5. Rodriq. d. q. 126. art. 4. vers. secundo probatur. Pater Molina de iustit. & iur. tom. 1. tract. 2. disput. 251. col. 4. §. illud hoc loco obserua. fol. mihi* 1006. *Sanchez. d. lib. 7. cap. 26. n. 62.*

Articulus quartus.

79 An possint Fratres illa petere bono (vt aiunt) modo, & ex charitate extra iudicium.

Licuisset vtiquè, nisi in ordinationibus prædictis nouissimis, vt omninò à se abdicent, & de facto amplius non exigant, ordinatum fuisset.

Articulus quintus.

An illa possint accipere à sponte offerentibus, celebrando Missas ad rationem pecuniæ acceptæ.

Posse vtiq; in dubium reuocari minimè potest. Cum Eleemosynas quotidianas pro Missis celebrandis, vel diuinis dicendis officijs prohibitum haud inueniatur. Imò apertis verbis in dictis nouissimis ordinationibus id ipsis
„ conceditur. *d. §. cùm annuos redditus. Si tamen*
„ *facta ista protestatione* (inquientes) *hæres ex*
„ *sua libera voluntate voluerit dare eleemosynas*
„ *illas, & committere Fratribus dicta officia*, &
„ *Missas; tunc Fratres tuta conscientia possunt*
„ *eleemosynas huiusmodi recipere.* hæc ibi. Dicuntur enim hoc modo ex laborerio viuere, quod ipsis prohibitum haud est, imò magis ex regula concessum. *Thorus. d. priuil. 168. in princ. col. 1. & 2. & 3.*

Articulus sextus.

An possint illa sponte oblata accipere per se ipsos, an verò per Syndicum Apostolicum.

81 Si in pecunia offerantur, nusquam licitum erit Fratribus Minoribus pecunias per se ipsos accipere. *d. clem. exiui §. verùm etiam*; itaq; per Syndicos hoc facere debebunt *Sorb. in compēd. verbo. procuratores*, ac præsertim ex statuto approbato inter Martinianas constitutiones. *§. idem Martinus fol. 491.*

Articulus septimus.

An hæredes, quantum est in se teneantur naturali obligatione illa Fratribus, etiam non petentibus, soluere.

Et si quidem quòad Fratres, cùm illa habere per se non possint, nulla legata prædicta dici valeāt. Ast tenetur hæres voluntatem implere defuncti, alioquin peccato se inficit, vt etiam excommunicatione ligari possit; quòd infideliter erga defunctum se gerat. *can. oblationes. 17. quæst. 4.* cùm ex sola defuncti voluntate naturalis insurgat hæredi obligatio. *Armilla verbo. hæreditatas. §. 14. Couar. in cap. cùm esses, num. 4. & 5. & num. 9. vers. tertium quod. de testament. Rodriquez d. quæst. 126. artic. 4. Sanchez dicto cap. 26. num. 48. & 49. Nauarr. dicto cons. 8. nu. 9 de testament. Consulens in cons. addito ad Federic. de Senis. d. cons. 12. quod incipit. Domine carissime. in respons. ad secundum, Spino de testament. Gloss. 28. num. 7. & num. 63. cum seq. Molses. tract. 13. sum. tom. 2. cap. 11. num. 31. & num. 39. & diximus nos supra respons. nostra. 20. num. 43. Hieronym. Rodriquez. dicta resolut. 88. num. 21. versic. bis tamen non obstantibus. Pater Alfonsus. de Leone de offic. cappellan. quæst. 5. sect. 5. num. 56. & 57. & seq.*

Articulus octauus.

An Fratres possint horum legatorum pro-85 prietatem vendere, & pretium erogare in vsum fabricæ, vel sacristiæ.

Potuisse id facere pro præterito puto; non sanè per se ipsos, sed per syndicos Apostolicos, requisitis, & consentientibus hæredibus, siue executoribus, atquè etiam loci Episcopo; remanente tamen onere Missarum; ac diuinorum officiorum, vel ad tempus, vel in perpetuum, iuxtà mentem testatorum. *ad text. in dicto capit. exijt. §. ad hæc quia fratribus. de verbor. significat. in 6.* atquè etiam attenta Constitutione Leonis X. in anno 1529. quam refert *Rodriquez tom. 2. quæst. 125. artic 9. & tradita per eundem eadem. quæst. artic. 10. & quæst. 126. artic. 1. & 6.* & probari mihi non obscurè videtur ex verbis dictarum nouissimarum ordinationum. *dicto. §. & quoniam*
„ *in fine. si qua verò legata* (inquientes) *quòad*
„ *capitale fuerint extincta, remanente apud fra-*
„ *tres obligatione celebrandi Missas in perpe-*
„ *tuum, fiat recursus ad Summum Pontificem*,
„ *vt ipse pro sua benignitate super hoc de opportu-*
„ *no remedio prouideat.* hæc ibi. Induunt itquè verba prædicta potuisse extingui capitalia lega-

legatorum prò missis faciendis relicta, remanente obligatione in perpetuum penès Fra-
86 tres. Hodie verò, cùm debeant nuncium omninò mittere legatis prædictis; & de facto amplius illa non exigere, vtiquè non poterint.

Articulus nonus.

An liceat Fabricæ Sancti Petri proprietatem eorum legatorum cum onere Missarum
87 sibi vendicare, tàm elapso anno, quàm ante?

Diximus in superioribus ius Fabricæ non nisi elapso anno intrare: vnde ante lapsum einsdem non licebit eidem se in legatis prædictis ingerere. Verùm exacto anno, cùm iam nunc (ob renunciationem legatorū prædictorum, quàm facere omninò tenentur Fratres Minores) incerta omninò illa remaneant, vtiquè intrare ius Fabricæ, atquè licere eidem eadem sibi vindicare ambigendum haud
88 esse existimo. Aperta enim satis superquè sunt verba declarationum Illustrissimorum Dominorum eidem Fabricæ præfectorum.

„ *§. 4. Si autem* (inquientium) *ipsi legatarij, quibus à principio reditus, & bona huiusmodi relicta sunt, ex instituto, & obseruantia regulæ talium relictorum incapaces erant; aut à principio quidem capaces existebant; sed propter regulæ mutationem incapaces effecti sunt. &c.*

„ *Declaramus huiusmodi, quæ à principio personis incapacibus facta sunt, siue ex post facto incapaces sunt redditi, non ad hæredes grauatos, seu aliàs obligatos spectare, seù vti caduca ab eis vindicari posse; sed ad Fabricam ipsam; nedum in vim institutionis, sed etiam substitutionis, & fideicommissi, tanquam incerta effecta spectauisse, & spectare; & sub priuilegijs ipsius Fabricæ. comprehendi. Prout etiam, quæ fortè ex quacunquè causa à legatarijs ipsis etiam capacibus recusata, & non acceptata fuerunt, ac recusantur, & non acceptantur.* hæc illi, & facit apprimè Rota *in d. Romana fideicommissi apud Caualer. d. decis. 122. num. 4. & 5.*

Articulus decimus.

An eidem Fabricæ liceat sibi vindicare
89 annuas præstationes decursas, & non solutas, tàm ante annum, quàm post?

Elapso anno, cùm ius Fabricæ quæratur, vtiquè licebit sibi vindicare annuas præstationes non solutas, à die mortis testatoris. vt dictis declarationibus habetur. *§. 2. annua verò pia &c.*

DVBIVM IV.

Articulus primus.

AN Fratres Minores, tàm obseruantes, quàm reformati sint capaces legatorum
90 annuorum sine aliquo onere ad effectum illorum proprietatem vendendi, & pretium conuertendi in vsus Fabricæ, & Sacristiæ?
91 Et si quidem *Sorbus in compend. verbo. legata. col. 3. § si verò aliquid fol. mihi. 398. ad text. in d. c. exijt. §. ad hæc quia*, dicat, quòd si sine modo illicito Fratribus annui redditus relinquantur, possint; illi per eos vendi.
92 Nihilominus, cùm *in clem. exiui. §. cumq; annui.* omninò incapaces annuorum redditum Fratres Minores reddantur, quòd mendicantes sint ex regula, non sanè ex Constitutioni-
93 nibus, vt Prædicatores sunt; vtiquè huiusmodi legatorum eos incapaces esse, asserendum censeo. Quòd sequitur. *Duegna. in d. reg. 381. ampliat. 7. & 8. & limit. 1. vers. quod verum est.* Cardin. *Tuscus d. conclus. 467. num. 4. & 5. tom. 4. & conclus. 190. littera M. num. tom. 5. Abb. in cap. nimis graue. 17. num. 2. de excessib. prælat. Frederic. de Senis d. cons. 12. num. 4. & sequenti consil.* Domine mi carissimè. *Tabien. d. verbo legatum. 1. §. 4. Nauar plenè d. cons. 8. ac præsertim. num. 5. & 6. de testam. Azor. d. lib. 12. cap. 23. quæst 10. Nicolaus Bellon. cons. 23. num. 9. Rota in* Romana *hæreditatis. 5. Maij. 1593. coram Illustrissimo Mantica*
94 *decis. 225.* dum eodem modo distinguit inter mendicantes ex regula, & ex constitutionibus. *Rodriquez. d. quæst. 125. art. 1. & sequitur eius compendiator Frater Hieronymus Rodriquez resolut. 88. num. 1. & num. 21. contra Portell. in addit. verbo. legatum. num. 1. facit text. Sacri Trident. Concil. sess. 25. cap. 3. de reformat. regular.* dum concedit mendicantibus habendi mobilia in communi, exceptis Capuccinis, & Minoribus de obseruantia.
95 Nec ad rem facit *tex. in d. cap. exijt. §. ad hæc* à Sorbo allegatus, nam loquitur de possessionibus licito modo relictis. At de annuis reddi-
96 tibus est text. expressè prohibens Fratribus annuos redditus possidere. *d. clement. exiui. §. cumquè annui.* qui sanè textus indifferenter, & indistinctè de annuis redditibus Fratribus prędictis prohibitis loquitur, Sorbus verò prædictus. *eodem loco. §. sequenti. si verò aliquid annuum.* abstinere Fratres debere dicit, si aliquid annuum non perpetuum, sed ad certum tempus, non modicum fuerit relictum. & Cō-
97 stitutio Clement. VII. quæ *incipit. nuper pro parte, quam refert Rodriquez. d. quæst. 126. art. vltim.* omninò incapaces huiusmodi legatorum eos decidit esse iure communi. & patet etiam ex decreto nouissimo in ordinationibus prædictis. *§. cùm annuos redditus. sequitur quoq; plenè*

plenè Sanchez d. lib. 7. cap. 26. num. 33. 34. & 98 „ num. 44. Vbi inquit, quòd si legaretur Fra- „ tribus Minoribus annuus census, quem possidebat testator, dùm in humanis agebat; essent vtiquè illius legati capaces Fratres prædicti, possentq; illum vendere, & vendicaret sibi hoc in legato dispositio. d. cap. exyt. §. ad hae quia Fratribus. & ita concordat, & exaudire videtur doctrinam dicti Sorbi. d. §. si verò aliquid.

Articulus secundus.

99 An ad hunc effectum possint eandem proprietatem in iudicio petere per syndicum Apostolicum?

Et quid si ceperint illorum annuas præstationes accipere?

Cùm hoc secundū ex primo illo sequatur, an capaces sint, &c. destructo antecedēti, & cōse-
100 quens etiam destruetur. l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius l. veteres. 4. ff. de itiner. actuq; priuat. Euerard. in topic. loco. ab antecedenti destructo. fol. mihi. 807. Tuscus. to. 2. littera C. conclus. 757. num. 66. Rota apud Card. Mantie. dec. 15. nu. 5. & decis. 199. num. 9. Barbos. assiomat. 30. numer. 2. Quare, cùm non eis liceat huiusmodi annua lagata habere, nequè ea exigere in iudicio licebit. arg. d. elem. exiui. §. quia igitur in successionibus. & §. ex talibus autem assistentys.

Articulus tertius.

An possint postea conuertere pretium ipsius proprietatis in vsus fratuum.

101 Si liceret eis huiusmodi habere legata, eaq; distrahere; vtiq; liceret eis distractorum pretium in fratrum vsus impendere. ad text. in d. cap. exyt. §. ad hae quia Fratribus. sicut li-
102 cet ipsis quotidianas eleemosynas in vsus Fratrum distrahere. Hieronym. Rodriquez. d. resolut. 88. num. 17. & 18.

Articulus quartus.

An ijdem Fratres possint facere aliquam
103 compositionem super huiusmodi annuis legatis?

Licet iure communi id ipsis non liceat; ex Constitutione tamen prædicta nuper pro parte Clement. VII. poterunt singuli Ministri, Prouinciales, vel Guardiani, cum aliquibus discretis Fratribus locorum, quibus legata facta sunt, mediantibus procuratoribus, & syndicis eorundem locorum, compositiones facere cum hæredibus, vel aliàs grauatis. vt refert Rodriquez. tom. 2. d. q. 126. art. 6. sequitur Sanchez. d. lib. 7. cap. 26. num. 56. & sequitur Portell. d. verbo. legatum. nu. 2. in addit. & eum refert nouissimè Pater Alfonsus de Leone de offic. cappellan. quæst. 5. sect. vltima. num. 499. Pater Hieronymus Rodriq. d. resolut. 88. num. 21.

Articulus quintus.

104 An possint exigere iudicialiter annuas præstationes eorundem legatorum in vim Martinianæ?

Profectò id posse syndicos, siuè procuratores Apostolicos deputatos in vim Marthinianæ putò; cùm illi, non sanè Fratrum, sed Romanæ Ecclesiæ nomine, cui bona prædicta acquiruntur, procedant; nisi aliàs testatores ad se, suosq;
105 hæredes reuerti legata huiusmodi disposuissent in casu incapacitatis. vt plenè per Sorbum in compend. verbo. procuratores. §. 3. & seq. & in suis annotationibus. præsertim vers. cuius syndici munus &c. fol. 490. & seq.

Articulus sextus.

Et quid post vltimum Decretum Sacræ Cōgregationis hac de re editum?

106 Non posse ex vi decreti præfati existimo. „ Nimirùm, quòd in illo habetur: Superiores debere declarare, & se protestari nolle amplius le- „ gata perpetua, ipsis à testatoribus relicta, exi- „ gere, & de facto amplius non exigant; imò ea, „ quantum in ipsis est, eo modo, quo possunt, resi- „ gnent, & respuant. hæc ibi.

Arriculus septimus.

An Fratres teneantur protestari se esse incapaces eorundem legatorum?

107 Teneri vtiq; ex decreto nouissimo, siue ordinationibus præfatis nouissimis in Sacra Cōgregatione Sancitis. §. Cùm annuos redditus. euidēter apparet. Et anteà declaratum fuerat in duobus Capitulis Generalibus vno Burgis in anno 1523. altero Assiscij in anno 1526. celebratis. vt post Cordub. in declarat. regulæ refert Sanchez d. lib. 7. cap. 26. num. 49. in fin.

Articulus octauus.

An possint illorum præstantiones extra iudicium petere bono modo, & ex charitate?

108 Nō prohibetur eis, quin ex charitate possint ab hæredibus, vel aliàs grauatis, illas petere; non sanè tanquam debitum, sed ex gratia tanquam mendici; vt patet apertè ex verbis. Diui Bonauenturæ in decreto prædicto no- „ uissimo insertis. ibi: Cùm non ex iure, sed ex „ gratia solùm talem eleemosynam recipiamus, vel „ exigamus. & paulò post. Ita quòd quandocunq; „ nollent amplius ista dare, nihil peteremus ab eis „ quasi ex debito, sed more mendicorum recurre-

remus

„ *remus ad domum Clementis Domini, pro quoti-*
„ *diana eleemosyna,quando illi placeret;sed quan-*
„ *do plus nollet, discedimus vacui, gratias agentes*
„ *de dato,& non murmurantes de negato.* hæc ille.

109 Non enim ex dicto. *§.cumq; annui.Clem.exiui.* Incapaces sunt eorum, quæ illis sponte, & eleemosynaliter dātur;sicuti, neq; aliam quācunq;eleemosynam, ne recipiant, incapaces sunt. *Sanchez d.cap.26.n.49. Hieronym. Rodriq. d.resolut.*88.*num.*18.19.*&* 21.

Articulus nonus.

An possint illa à sponte dantibus accipere per se ipsos, vel per syndicum Apostolicum?

110 Cùm ex regula sint omninò inhabiles ad pecuniam accipiendam; vtiq; si illis ea in pecunia, etiam à sponte dantibus, offerantur, accipere per se ipsos minimè poterunt. *d.cap.exijt §. cæterum cùm in eadem regula,de verb.signif. in 6. & d.clem.exiui. §.porrò cùm dictus Sāctus vsq; ad §. proinde.* Accipient igitur per syndicos Apostolicos. *vt plenè per Sorbum in compend.d.verbo.procuratores. &c.*

Articulus decimus.

An hæredes teneantur illa soluere in foro conscientiæ?

111 Absolutè non eximi hæredes, vel aliàs grauatos ab obligatione soluendi huiusmodi pia
112 legata, certum est. Quia absolutum est, eos teneri implere pias disponentium voluntates, quas certò, legatariorum incapacitas, nullo vnquam destruit modo. Porrò, quòd relin-
113 quens vltimatum finem habet ad Deū, cuius gloriam quærit ex relicto, vel etiam peccato-
114 rum remissionem per legatariorum orationes, sacrificia, vel sanctorum intercessiones. *Frederic. de Senis.d.consi.*12. *& in consi.illi adilecto Domine mi carissime in responsi.ad* 2.*Nauar. d.consi.*8. *num.*9. *Sanchez.d.lib.*7. *cap.*26. *nu.*43. *in fin.& num.*49.

115 Verùm an in conscientia teneantur hæredes ea Fratribus soluere legatarijs; cùm eorū incapaces existant? Bipartita est Doctorum sententia; affirmantium quorundam, negantium aliorum, quam vti probabiliorē sequitur *Sanchez d.cap.*26.*num.*49.*Hieronym. Rodriq.d. resol.*88. *num.*19. qui in conscientia teneri hæredes dicunt.

Articulus XI.

An Fabrica Sancti Petri ius habeat sibi vēdicandi horum legatorum proprietatem, tàm elapso anno, quàm antea?

116 Cùm incerta euadant huiusmodi legata incapacibus relicta, vel etiam capacibus, post eorundem renunciationem; vtiquè ius esse Fabricæ illorum sibi vendicandi proprietatem vi suorum priuilegiorum, & facultatum, nullus inficias ibit; cùm apertè id definitum sit in declarationib. Eminentissimorū Dominorū, vt in superioribus eas retulimus. *§.*2. *&* 4. *& dictū fuit.dict.decis.*122.*apud Caualer.*

Articulus XII.

Et quid de annuis præstationibus decursis, & non solutis?

117 Vtiq; iusquoq; esse præstationes huiusmodi exigendi Fabricæ post annum, satis in superioribus quæsitis abundè deduximus, vt nihil nunc vltrà addendum supersit.

Articulus XIII.

118 An hæc omnia procedant etiam in legatis annuis ad modicum tempus?

119 Legatum annuum ad modicum tempus, vnū censeri in plures diuisum præstationes receptum est; ac propterea illius incapaces Fra-
120 tres non esse; ni ex modo relinquendi, vel ex sui excessu, ex accidenti incapaces reddantur. *vt per Sorbum d.verbo. legata in annotationib. §.si verò aliquid annum non perpetuum.Freder. de Senis.d.consi.*12.*& consi.seq.Sanchez d. cap.*26. *n.*35.36.*& seq.Portellus verbo legatū.in prin.n.*2.*Hieron. Rodriq.d.resolut.*88. *nu.*25.*circa fin. Rota in d.Rom.computor. apud Merlini dec.*365. *in prima conclus.num.*9.*& seq.*

121 Si verò legatum hoc non perpetuum, onus habeat annexum Missarum, vel diuinorum officiorum, vel etiam sine illo, & alioquo tempore solutum non fuerit. Intrare ius Fabricæ pro illo tempore, quo solutum non fuerit post annum à die mortis testatoris; & præstationes prædictas posse sibi Fabricam vindicare priuilegiorum suorum, & facultatum vi, apertè satis decretum, fuisse patet in declarationibus præfatis. *§.annua verò pia*, & nos alibi diximus, quæ hic non repetimus, ne palinodiam canere videamur.

Et ita ex his, meliùs sentientis censuræ, limæq; subiectis, respondendū, censui, vt ei morem gererem, qui potuit hoc mihi imponere.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Neapolitanus Aduocatus.

Cùm autem maximam habuissent, querimoniam Fratres apud Sacram Congregationem negotijs Fabricæ ppositā, de ministris eiusdē, quòd legata omnia pro Sacris faciendis, ac diuinis officijs celebrandis Minoritis relicta, stāte eorum incapacitate; atq; propterea incerta effecta, pro fabrica illa exigerent; ac etiam cum hæredibus, alijsq; grauatis cōpositiones, etiam capitalia extinguendo, haberent; ipsiq; Fratres Minores penuria temporum currentium, quomodo viuerent nullo pacto inuenirent.

rent. Assererentq; non esse ipsis vetitum; quin ab hæredibus, alijsq; grauatis, sponte illa soluere volentibus pro Missarum, diuinorumq; officiorum celebratione, iuxtà defunctorum testatorum voluntatem, possent illa recipere, atq; oneri satisfacere adiuncto; & in hoc ministerio, quasi locare operas suas pro mercede, ac stipe congruenti, quòd ex regula, nedũ vetitũ; verùm permissum ipsis videatur. Quia ex laborerio viuere possunt, ac debent. Contrà verò Fabricæ ministris respondentibus. Quòd nullum ius amplius post Fratrum incapacitatem remanet hæredibus legata huiusmodi retinendi, & in alium vsum soluẽdi, erogãdiq;. Cùm verò ius sit ad illa in vim institutionis, vel substitutionis, vel etiam fideicommissi Fabricæ quæsitum; non posse, nec potuisse hæredes (etiam eorum sponte) legata huiusmodi Fratribus soluere, in præiudicium iuriũ Fabricæ quæsitorũ. Absolutum est enim, horũ relictorum dominium penès Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum esse, qui hæres est omnium incertorum, atq; propterea sub dispositione Summi Romani Pontificis illa remanere (quod nos alibi in superioribus nostris responsionibus latè deduximus, & astruimus) illaqué Fabricæ Sancti Petri applicuerit Summus Romanus Pontifex; nihil vtiq; remanere hæredibus, siuè aliàs grauatis, nisi vt ea Fabricæ soluant.

Sacra Congregatio, vt necessitatibus consuleret dictorum Fratrum prouidit, & decreuit, vt infrà.

Decretum Sacræ Congregationis Fabricæ Principis Apostolorum de Vrbæ super legatis relictis Patribus Minoribus de Obseruantia Sancti Francisci.

CVm sæpius fuerit habitus recursus ad Sacram Congregationem Ven. Fabricæ Sancti Petri super annuis legatis factis, seu faciendis ad fauorem Fratrum Sancti Francisci Minorum de Obseruantia cum onere Missarum, seu Officiorum, siue gratis, siue alio modo.

Prætendente Venerabili Fabrica S. Petri ad illam spectare propter dictorum Fratrum incapacitatem huiusmodi legatorum.

Dictis autem Fatribus allegantibus posse annua legata huiusmodi recipere tuta conscientia, quatenus hæres ex sua libera voluntate voluerit dare eleemosynam, & committere Fratribus dictas Missas, & Officia iuxtà sententiam S. Bonauenturæ, & decreta Sacræ Congregationis à S. D. N. Fratrum Minorum de Obseruanria S. Francisci Cismontanæ familiæ consultationibus præpositæ sub die 4. Iunij 1618. publicata.

Eadem Sacra Congregatio pro oportuna præmissorum prouisione (facta priùs relatione Sanctissimo D. N. Vrbano Papæ VIII. ac de illius expresso ordine, & mandato) decreuit in futurum super huiusmodi legatis obseruari, vt infrà.

Quòd huiusmodi legata per debitores, vel hæredes non extinguantur, vel reducantur per compositionem cum ministris Fabricæ faciendam, vel alio quouis modo; sed illorum capitale, siue sors principalis, vel proprietas absquè aliqua diminutione conseruetur semper, & perpetuò ad effectum, vt in vsus Romano Pontifici pro tempore existenti benè visos possint applicari; ita tamen, vt quamdiù applicationem specialem authoritate Apostolica fieri non contigerit, hæredes, vel debitores possint liberè, si velint, dictis Fratribus dare dicta annua legata per eosdem Fratres recipienda in eleemosynam, non autem per eos exigenda; & quòd quæuis extinctio, reductio, seu diminutio capitalis, seu proprietatis absq; speciali Romani Pontificis permissione facta, eò ipso nulla sit, nec debitoribus, aut alijs quibuscunquè suffragetur.

Quòdq; Commissarij, alijq; ministri Ven. Fabricæ super huiusmodi capitale, seu proprietate supradicta se de cætero non intromittant; nec dictos hæredes, seu debitores aliquo modo molestent, nisi ad effectum reinuestiendi in casu reinuestimenti, seu prouidendi, vt conseruentur, vt supra; aut aliàs in executione applicationis auctoritate Apostolica factæ, vel faciendæ.

Et quòd nolentibus dictis hæredibus, vel debitoribus dare supradictis Fratribus prædictas eleemosynas, seu annuas præstationes, seu legata, vt supra soluere; vel illa; seu illas non soluentibus; tunc & eo casu, lapsis duobus annis à die obitus Testatorũ, si fuerit maturatũ legatũ, vel à die maturatæ illius solutionis, eadẽ Fabrica, & illius Commissarij, & ministri id totum, quod solutum non fuerit pro præterito, pro rata tamen in qua fuerit, vt supra, elapsum biennium, vel vltrà, possit, & valeat annuas prestationes huiusmodi exigere, exigiquè facere ad sui beneficium iuxta suas facultates & priuilegia; saluo semper capitali, seu proprietate, vt supra, ad effectum, quòd hæredes, vel debitores (dummodo de eis per Roman. Pont. pro temptore existentem aliter non fuerit dispositum,) nec prædicta legata in alios vsus eius authoritate applicata fuerint, & applicari contigerit, possint, si velint, quandocunq; futuris temporibus, & sic deinceps, in perpetuum dare dictis Fratribus dicta annua legata in eleemosynam, vt suprà, nec Fabrica eosdẽ hæredes, seu debitores molestare possit, & valeat, toties, & quoties casus cõtingerit; nisi pro præterito; & tunc in illis terminis tantùm, post quorum maturationem fuerit elapsum biennium, vel vltrà, vt supra; salua semper erectione bonorum, & applicatione legatorum

seu

seu quorumcumq; bonorum, & redditųum, ac Iurium eisdem, beneficijs, seu alijs vsibus pijs authoritate Apostolica facta, vel in posterum quãdocunq; , & quomodocunq; facienda;& exequutione litterarum Apostolicarum desuper expeditarum, seu expediendarum. Ita vt prædicta decreta ad illas nequaquam se extendant, sed illa semper firma, & illesa remaneant, ac suos plenarios , & integros effectus sortiri debeant . Ita quod neque Fabrica, neque hæredes, vel debitores prædicti vllo modo illas impedire, retractare, vel controuertere valeant ; & saluis semper Sedis Apostolicæ authoritate, ac facultatibus competentibus dictæ Sacræ Congregationi Venerabilis Fabricæ.

Prohibuit tamen eadem Sacræ Congregatio Fratribus supradictis sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, ne audeant, seu præsumant, nec quilibet eorum audeat, seu præsumat per se, nec per alios sindicos, ministros, seu procuratores tàm seculares, quàm regulares, dictas annuas præstationes, seu legata, nec iudicialiter, tàm coram quocumquè Iudice Ecclesiastico, quàm Seculari, ordinario, vel delegato, nec aliàs, nisi iuxtà formam dicti decreti Congregationis Fratrum Minorum de Obseruantia S. Francisci Cismontanæ Familiæ à Sanctissimo D. N. deputatæ, ab hæredibus, seu quibusuis alijs eorum debitoribus petere, minusuè dictis hæredibus, seu debitoribus facere aliquas receptas pro dictis annuis præstationibs, nisi pro rata, & pecunia, seu eleemosynis supradictis cũ effectu, ac verè, & realiter eisdem Fratribus data, vel soluta, seu datis, vel solutis; nec sub alia data, nisi sub ea, quæ verè fuerit iisdem Fratribus, aut alijs pro eis facta realis satisfactio . Et insuper ne prouisos Apostolicos, pro tempore de beneficijs, quibus legata supradicta fuerint applicata, vel eorum procuratores, & ministros super erectione dd. legatorum directè, vel indirectè impedire, vel molestare quouis quæsito colore, vel prætextu audeant, vel præsumant. In quorum fidem. Datum Romæ ex Collegio eiusdem Sac. Congregationis die 14. Februarij 1633.

Dominicus Cardinalis Ginnasius.

Ita est Carolus de Ghettis eiusdem Sacr. Congregat. Oeconomus, in fidem, gratis.

Omnipotenti Deo , terq; Maximo , ac Beatissimo laus, atq; peremnis Gloria. Beatæq; Mariæ semper Virgini.

IN-

RERVM VERBORVM,
ATQVE SENTENTIARVM
OMNIVM,
QVAE HAC PRIORI RESPONSIONVM
PARTE COMPREHENDVNTVR, LOCVPLES;
NEQVE INORDINATA SYNOPSIS.

A

Altare.

Amor, Amare, Amicus, Amicitia.

Anima. Animus.

Animus.

Animæ defunctorum, & in Purgatorio existentes.

Ani-

INDEX.

Quod

Cau-

Con-

 Con-

I N D E X.

Consensus.

Consuetudo.

Consultor.

Contemplatio.

Contractus Contrahere.

Contrariorum.

Conueniens.

Conuentus.

Conuitium.

Copula.

Creditor.

Culpa.

Cupiditas.

D.

Co-

Et

I N D E X.

Exe-

INDEX.

Quæ,

Le-

quàm

Pœna,

Re-

Sen-

Ve-

Verbum.

Vo-

Vsu-

Primæ synopsis Responsionum partis Periodus.

ARGVMENTORVM, OMNIVM,

Quæ hac Secunda Responsionum parte complectuntur, enucleanturq; non infructuosa recapitulatio.

I.

AD rescripti subreptionem, & obreptionem detegendam. Et quòd, ad separationem matrimonij, quoàd Thorum, si agatur, debeat alter ex coniugibus personaliter citari, latè discutitur.

II.

De approbatione ad concursum Parochialium Ecclesiarum per Examinatores facienda. Et quid, si illam ex Examinatoribus aliquis subscribere renuat, an peccet. Debeantq; Examinatores per Episcopum requisiti, digniorem ex approbatis referre, etiam in scriptis? Non iniucunda, neque infructuosa Responsio.

III.

Sanctorum Reliquiæ, non tamen perpetuę sepulturæ traditæ, num ne inter immobilia, vel saltem pretiosa mobilia connumerentur; Et num in earum alienatione Summi Pontificis assensus, atq; solemnitates in Extrauaganti, Ambitiosæ Pauli II. exquisitæ, perquirantur? Non inutilis Responsio.

IV.

Num permitti possit ex causa, vt quis eam, qua cum carnale habuit commercium, domi habere valeat, si carnalis ipsa cessarit conuersatio, & vterque sua confiteatur peccata probato Confessario? Et quid si nec ita suspitio apud Populum quieuerit, quòd illam domi vti concubinam habeat, vnde scandalum ex hoc trahat; an dimisso Populi scādalo, permitti nihilominus possint simul habitare? Non inutilis, nec extēporanda, aut infructuosa Responsio.

V.

Teneatur ne Christianus inimico reconciliationem, & veniā petenti, & offerenti emēdationem damni, ac satisfactionem, remissionem facere, etiam in foro exteriori, atq; in suam pacem eum recipere? Non iniucunda, nec inutilis Respōsio, eiusq; decisio.

VI.

Debeant ne ad processiones accedere generales, Sacerdotes Religionis S. Ioannis Hierosolymitani Cappellani, & num ne pœnis, ac censuris, si accedere renuerint, cogi possint? Quod si deliquerint, cùm extrà claustra degant, num iurè animaduersionem in eos loci Ordinarius, in cuius diœcesi delinquunt, exercere valeat, iuxtà S. Trident. Concilij decreta?

VII.

Sacerdotis nomine, num complectatur is, qui in sacris constitutus est, si ad beneficium per testatorem vocetur Sacerdos de linea? Et num qui de linea est materna, fundatoris admitti possit, excluso simplici Clerico de linea paterna? in dubium non inutili disceptatione reuocatur.

VIII.

Num ne exemptionis priuilegium competat Parocho, qui in Diœcesi deliquit Episcopi, eius aliàs Ordinarij, & ratione originis, beneficiorum, atq; patrati criminis; ex eo dumtaxat, quòd curam exerceat animarum in Parochiali nullius diœcesis, iurisdictioni subiectæ Patrum Congregationis Cassinen Ordinis S. Benedicti, vi priuilegij Innocentij Papæ III. vbi plura ad ornatum decretorum Sacri Trident. Concil sess. 6. cap. 3. & sess. 14. cap. 4. de refor. & quotuplex dicatur domicilium; & num pluribus in locis illud haberi possit?

IX.

Debeatur ne loci prærogatiua, atq; præheminentia Canonico anteriori in data Bullarum, & qui primò suas præsentauit Bullas, vel anteriori in possessione dumtaxat? Et quid si, per impedimētum per Capitulum anteriori in Bullis datum, prior ille possessionem capere nequiuit; debeat ex hoc antecessionis ius posteriori cedere, in damnum prioris præsentantis? latè, nec inutiliter differitur.

X.

Pensionarij an contribuere teneantur ad litis expensas, quæ super beneficio vertitur; si litis palma commodum respiciat pensio-

An

XXIII.

An emenso trimestris temporis spatio à noui operis enunciatione. *ad text. in cap. penult. & fin. de nou. oper. nunciat.* liberum maneat nunciato, data de demoliendo cautione, inceptum prosequi opus, si aduersū obstrepat adhuc, qui denunciauit; nec intrà data iuris spatia quidquam probauit? subsequens ad priorem non inutilis responsio.

XXIV.

Possit ne Reuerendis. Pater Generalis totius Ordinis Minimorum, in Prouincia Neapolitana Vicarium Generalem, qui cum pari, vel limitata potestate etiam Prouinciali superſit, pro suo libito voluntatis cōstituere? in difficultatem ex regula, & correctorio vocatur. Ac plura de verbo, expedierit; etiam ad sacræ scripturæ sensum.

XXV.

Ad interpretationem Constitutionis Sanctissimi D.N. Clement. Papæ VIII. super ætate Magistri Nouitiorum; nùm exaudiatur etiam in Magistro nouitier Professorum? non infructuosa responsio.

XXVI.

An licitè, & absq; conscientiæ scrupulo permittatur mihi vti iure meo, sic, inde damnum alteri sequatur? Et nùm, vt proximi malum (potissimùm verò necem) præcaueam, debeam me peccandi periculo exponere? Ac de charitatis ordine. non inepta responsio.

XXVII.

An licitus sit Montium Pietatis vsus ex frugibus collectorū, & num ne aliquid aliud exigi possit vltrà sortem, quòd in pietatis opus expendatur, non in vsus ministrorum Montis? non inutilis disceptatio.

XXVIII.

Possit ne Dominus cogi iusto oblato pretio propriam rem vendere, si illa pro ampliādo Monachorum hospitio, & habitatione necessaria illis fuerit? Et quid si rei psius Dominus sit persona Ecclesiastica, vel etiam Ecclesia?

XXIX.

An iurisdictionem tribuat tenue beneficium, vt promoueri quis possit ab Episcopo beneficij ipsius, ad intellectū *text. in c. cùm nullus. 3. de tempor. ordin. lib. 6.* Et quodnā tenue, quodue sufficiens, & quod tenuissimum dicatur beneficium, ad cuius titulum promoueri, quis possit ad ornatum tex. Sacri Trid. Concil. sess. 21. cap. 2. de reform. & sess. 24. cap. 17. in eadem materia reformation.? Non iniucunda, nec inutilis disceptatio.

XXX.

Quomodo inter coniunctos re, & verbis locum sibi faciat ius accrescendi, siuè non decrescendi; & quid in legato alimentorum? discutitur.

XXXI. & XXXII.

Bulla discutitur fœlicis recordationis Pij Papæ V. de dispositionibus in illegitimos factis, ad ornatum *tex. in cap. cùm haberet. 5. de eo, qui duxit in matrimon. quam polluit per adulter.* Et ad quem fidæ, vel difidæ ius pro animalium pascuis spectet; ad territorij nè dominum, vel verò ad Baiulū, qui iurisdictionem in territorio obtinet?

XXXIII.

De separatione matrimonij quòad thorum ob propinatum vxori venenum, atq; ob viri sæuitiem. Non inutilis, neq; incuriosa disceptatio.

XXXIV.

Vtrum nè mutuo consensu inter se se inuicē diuortium celebrare coniuges valeant? Et quid si pęnę adiectione illud firmarint; secularisq; Iudicis authoritate vallarint? non importuna Responsio.

XXXV.

Gaudeatne Ecclesiastica immunitate pœnè diruta Ecclesia, vt in pœnas non incidat Constitutionis Gregorij VIX inde aliquē vi extrahens? Et num ne absolui valeat ab Episcopo, qui in censuras dedit Constitutionis prædictæ, si facta restitutione, absolutionem petat; vel sit illa Pontifici Summo reseruata? infructuosè haud discutitur.

XXXVI.

An homicidium, vel membrorum mutilationes in dormitorio, siue claustro monasterij commmictens, immunitate gaudeat Ecclesiastica? ad mentem *text. in cap. fin. de immunit. Ecclesiast. & Constitut. Gregor. XIV.* plenè discutitur. Et quid in crimine pessimo, atq; nefando? Vtilis, nec iniucunda Responsio.

XXXVII.

An tertius admitti valeat pro suo interesse pretenso, aduersus dicentem de nullitate emissæ professionis? latè, nec ineruditè discutitur.

Nùm

Finis Indicis Argumentorum.

ABBATIS CAROLI MARANTAE.

V. I. D. NEAPOLITANI,

Causarum Patroni, ac Sancti Officij Ordinarij Consultoris

Vagas complectens iuris vtriusq; Controuersas Responsiones in foro causarum datas, earumquè decisiones.

MATRIMONIALES, BENEFICIALES, Spoliorum, Iurisdictionales, Criminales.

AD CALCEM CVIVS ADIECTA EST RESPONSIO

De alternatiua Regni originarijs in Episcopatibus, & beneficijs, quæ ad Regię Maiestatis Catholicæ nominationem sunt, debita.

PARS ALTERA.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum falsa causa expressa obtentum, nullum euadit. ope præsertim exceptionis.*

2 *Decretum interlocutorium dicitur, quod causã principalem non definit, sed super incidenti tantùm prouidet.*

3 *Decretum super exceptione peremptoria latum diffinitiuum dicitur.*

4 *Diuortium celebrari non potest, nisi audita vtraquè parte, atq; personaliter intimata.*

5 *Iudex omninò vtramquè partem audire debet in causa matrimoniali, vbi ad dissolutionem agitur.*

6 *Exceptiones intentionem actoris elidunt.*

7 *Citatio partis in quolibet actu præiudiciali requiritur, vt possit se, suaq; iura tueri.*

8 *Matrimonialis causa maximè ardua æstimatur, & grauis; vnde summa est maturitate tractanda, quia est causa status.*

9 *Causa etiam ciuilis grauis, & ardua, criminali comparatur.*

10 *Matrimoniales causæ Episcoporum cognitionis sunt, non inferiorum ab eis.*

Nisi immemorabili præscriptione ab inferioribus præscribantur. n. 11.

12 *Præscriptio quadragenaria non sufficit quòad cognitionem causarum matrimonialium.*

13 *Quos Deus coniunxit, homo temerè, & absque*

sufficienti causæ cognitione separare non debet.
14 *Matrimonij* Deus *fuit institutor, & auctor.*
15 *Causæ matrimoniales vtraq. parte audita expediri debent, potissimum, vbi ad diuortium agitur.*
16 *Sententia in causa matrimoniali contra absentem, & non contumacem ferri non debet.*
17 *Matrimonia canonicè contracta, non sunt leuitate dissoluenda.*
18 *Vir, & vxor ad imparia iudicari non debent.*
19 *Vir, & vxor vna eademq; persona iudicantur, vna caro effecti.*
Et sint duo in carne vna. nu. 20.
Et in omnibus æquentur. n. 21.
22 *Viro multò magis defertur, quàm vxori, quæ sub viri potestate est.*
Et quasi viri famula æstimatur. n. 23.
24 *Vir caput est mulieris.*
25 *Fœminæ cur velentur, cum viris nuptui traduntur.*
26 *Romanorum ceremoniæ, quibus sponsæ ad virorum domos ducebantur.*
27 *Coniuges inter, dissidia ne sint, via omnis præcludenda est.*
28 *Concordiam inter coniuges impēsè leges diligūt, atq; inuicem amorem.*
29 *Maritali pro concordia sēper in dubio tenendū.*
30 *Maritalis concordia lucro omni præferenda.*
31 *Matrimonij fructus, & fines, inter alia, sunt mutua obsequia, ac naturæ officia.*
32 *Vir, & vxor non coniunguntur solùm ad procreandum, sed etiam ad cohabitandum.*
33 *Homo animal sociale est.*
34 *Viro alia munia, alia vxori conueniunt.*
35 *Homo per peccatum factus est indigens, vnde recreant se inuicem mutuo axilio vir, & vxor.*
36 *Vxor adiutorium simile sibi viro facta est.*
37 *Locus Genesis 2. non est bonum hominem esse solum, explicatur secundùm Cardinal. Bellarminum.*
38 *Mulier socia viro adiuncta fuit,*
& socia dicitur diuina, atq; humana domus. numero. 39.
40 *Iudex non festinanter sententiam proferre debet, sed instrui eum oportet de meritis causæ.*
Eumquè cuncta rimari oportet, vt ad veritatem perueniat. num. 41.
42 *Sententia à Iudice præcipitanter lata nulla est.*
43 *Causarum merita partium assertione panduntur.*
44 *Citatio semper præcedere debet, vbi de tertij præiudicio agitur.*
45 *Citatio semper personaliter fieri debet, si scitur, vbi pars sit, quæ in iudicio esse debet.*
46 *Citatio est iuris naturalis solemnitas, quæ omitti non debet.*
47 *Citatio, vt omittatur, nequè per statutum fieri potest.*
48 *Citationis defectus insanabilis dicitur, quia defensionem tollit.*
49 *Citari debet aduersarius, etiam si Summus Pōtifex, vel Imperator litiget.*
50 *Citatus fuit Adam à Deo, antequam in illum sententiam diceret.*
51 *Deus ad auram post meridiem ambulabat, cùm Adam ad iudicium vocauit, vt illi misericordiam impenderet.*
52 *Rescriptum subreptitium nullam aliam delegato iurisdictionem tribuit, quàm quòd de subreptione cognoscat.*
53 *Falsi expressio, & taciturnitas veri, à pari procedunt.*
54 *Cessante supposito, cessat dispositio super supposito fundata.*
55 *Rescriptum per falsitatem obtemptum, nullam tribuit iurisdictionem.*
sed & nullum redditur. num 66.
Etiam si ad sit clausula de plenitudine potestatis. n. 56.
57 *Clausula de plenitudine potestatis supplet defectus solemnitatis, non alios, præsertim falsitatis.*
Nequè operatur aliquid in his, quæ sunt facti. ibid.
58 *Princeps nihil iniquum concedere velle æstimatur.*
59 *Rescriptum est subreptitium, si lata sententia non exprimitur.*
60 *Facti seriès exprimenda est in rescriptis, etiam cum suis qualitatibus. nu. 61.*
Et nedùm facti seriès, sed causa etiam facti exprimi debet n. 62.
63 *Causa facti potius, quàm factū ipsum, exquirenda est.*
64 *Generalitas confusionem parit.*
65 *Sententia lata vi falsorum instrumtotorum vel testium corruit.*
67 *Rescripta stricti iuris sunt.*
Et proinde strictè interpretanda, præsertim ad lites. n. 68.
69 *Qualitas, quæ Principem mouisset, si taceatur, rescriptum inde obtentum est subreptitium.*
70 *Princeps non censetur velle iuri alterius derogare.*
71 *Defensio legitima cuilibet in iudicio reseruatur.*
72 *Actore impugnante, reo defensionis copia denegari non debet.*
73 *Diabolus si iudicio reus adesset, neq; defensio ei denegari deberet.*
74 *Rescriptum principis semper sine tertij praiudicio intelligitur.*
75 *Princeps non censetur concedere in damnum tertij.*
Alioquin impetratio censetur subreptitia. n. 76.
77 *Motus proprius Principis non operatur in dānum tertij*
Etiam accedente clausula ex certa scientia, num. 78.
Sed restringitur ad ea, de quibus Princeps notitiam habuisse præsumitur. nu. 79.
80 *Rescripta interpretationem accipiunt secundū iura*

iura loquentia de eadem materia.
81 *Principis mens præsumitur prout de iure.*
82 *Appellatio non datur ex iure Sacri Concilij, nisi à diffinitiuo, vel vim diffinitiui habente.*
83 *Rescriptum contra ius obtentum, subreptitium censetur.*
84 *Princeps, donec suam declaret mentem, iuris cõmunis dispositioni standum erit.*
85 *Priuilegium dicitur, non rescriptum, si Princeps, vt contra legem fiat, mandat.*
86 *Frater Deodatus Gentilis Ordinis Prædicatorum Episcopus Casertanus Nuncius Sanctissimi Domini Pauli Papæ Quinti Neapol. laudatur.*

ARGVMENTVM.

Ad rescripti subreptitionem, & obreptitionem detegendam. Et quòd ad separationem matrimonij quoad thorum si agatur, debeat alter ex coniugibus personaliter citari, latè discutitur.

RESPONSIO. I.

IN causa Dominæ Isabellæ Brisfegnæ, quæ in Archiepiscopali Curia Neapolitana ad diuortium à Ioanne Caputo eius viro proclamauit. Cùm fuisset per Curiam ipsam pronunciatum, vt in causa non procederetur, nisi intimato personaliter, & audito Ioãne viro absente; prouocauit illa ad Sanctissimum D. N. expressitquè per Curiam prædictã decretum: Ne procederetur in causa; vnde rescriptum obtinuit delegationis Illustrissimo Nuntio Neapolitano. Quare, cùm de subreptione, & obreptione obiectum fuisset, dubitari contingit. An Iure aduersus breuè exceptio prædicta refricaretur? Et quidem annuebam
1 Ego. Nempè, quòd falsa causa expressa, veritateq; suppressa extortum magis, quàm obtentũ fuisset, vt nullius momenti propterea euasisset. *cap. cùm aded. 17. cap. super literis. 20. vbi Card. Zabarell. num. 12. cap. cùm dilecta. 22. de rescript. arg. tex. in cap. Quanto. 5. in fin de ijs, quæ fiunt à prælatis sine cõsensu capituli. Petr. Gregor. Tholos. de rescript. lib. 1. cap. 48. num. 3. & cap. 49. nu. 1. & 2. Monald. cons. 20. num. 15. lib. 1.* obiecto præsertim per aduersarios obreptionis subreptionisq; vitio. *ad tex. in cap. cæterum 3. & cap. ad audientiam. 31. de rescript. cùm ibi. notat. Paris. cons. 106. num. 7. & 8. vol. 4. Crescent. decis. 4. aliàs. 72. de rescriptis. Rota in recent. par. 2. tom. 2. decis. 582. sub num. 2. Menoch. de arbitrar. cas. 201. num. 3. & 4. Rota apud Card. Seraphin. decis. 513. num. 7. & in Clusina Postæ Puteoli 13. Februarij. 1617. coram Buratto. decis. 789. nu. 6. tom. 1. in posthum. per Farin. Petr. Gregor. d. cap. 49. n. 4. & lib. 2. cap. 13. ad audientiam, in Gloss. in verbo Irritum n. 7.*

2 Decretum enim hoc Curiæ Archiepiscopalis, non diffinitiuum negotij, fuit, vt quod totũ negotium ipsum non diremerit, sed interlocutorium, causam ipsam principalem non definiens, sed super vno tantum incidenti prouidens. *l. 1. ff. de re Iudic. glos. in Clem. vnica verbo. diffinitiua de sequestrat. possess. & fruct. Abb. in rubr. de sentent. & re Iudicat. num. 4. Speculat. in tit. de sent. prolat. in princip. meus Maranta. in spec. in vlt. par. 6. par. princ. de sententia. num. 3. Crescent. decis. 6. de appellat. alias. 132. nu. 3. Rota apud Caualer. decis. 158. n. 3. plenè Cardin. Tusc. tom. 7. litt. S. conclus. 112. & 113. Rota apud Coccinum. decis. 407. n. 1.*

Neqnè enim Curia in causa ipsa diuortij, nõ procedendum, pronunciauit; quod sanè si fecisset, fuisset vtriquè, de quo iurè, nec timerè conqueri fortasse potuisset dicta D. Isabella,
3 quod totum negotium diffiniuisset. & super exceptione peremptoria lata fuisset. *vt idem Card. Tusc. aduertit. d. conclus. 112. num. 15.* Sed non procedendum, dixit, non audito, & in-
4 timato personaliter Ionnne viro, quod fieri vtiquè nullo pacto non debuerat. *ex tex. in cap.*
„ *1. ibi post quàm Iuuenis fuerit cum omni diligẽ-*
„ *tia requisiuus. extrà. qui matrim. accusare possunt tex. in cap. quoniam frequenter. 5. §. si autem de carnali. vt lite non contestata. cap. 1. in. fin. de causa possessionis. & proprietat. vbi Gloss. Nauar. cons. 5. existente discordia num. 1. lib. 4. de diuort.*

5 Intererat quippè non minimi ipsius Curiæ Ioannem audire, & ab eo causas edoceri, per D. Isabellam ad diuortium obiiectas. *iuxtà tex.*
„ *in cap. 3. in fin. ibi: Tui officij interest matrimonia*
„ *illa adhibita grauitate dissoluere. extrà de di-*
„ *uort.*
6 Cùm haberet forsan exceptiones legitimas ad intentionem contrariam elidendam. *vt loquitur tex. in d. cap. quoniam frequenter. 5. §. si autem de carnali. in fin. vt lite non contestat.* & est tex. generalis, quo ꝓbatur. In quolibet actu
7 præiudiciali partis citationem requiri, vt possit se, suaq; iura tueri. *in l. de vnoquoquè. 47. ff. de Iudic. l. 1. §. denunciari. ff. de ventre inspiciend. Clem. pastoralis, 2. de re Iudic. d. cap. 1. de causa possess. & propriet. Afflict. decis. 245. nu. 10. Minsing.* vbi plenè ampliationes, & limitationes refert. *cent. 6. obseruat. 6. Melchior. Phœbus decis. Lusit. 4. num. 13. in fin. par. 1. Rota apud Caualer. decis. 564. n. 3.*

Cùm, quòd ipsa Curia in causa Matrimoniali diuortij esset pronunciatura, quæ maximè ar-
8 dua cùm sit, & grauis, summa est maturitate tractanda. *cap. fin. de frigid. & maleficiat. cap. si pro debilitate. 3. vbi Abb. & Ant. & cap. causam matrimonij. 16. de offic. delegat. glos. 1. in. cap. mulieri. 34. vbi Abb. num. 6. in princ. de. iureiu-*

rand.tex.in cap. non debet. 8. de consanguinit. & affinit. vt ob id, criminali æquetur. tex. Sacri Tridentin. Concil. seß.24. cap.20. §. ad hæc causæ matrimoniales.de reformat. Quia est causa status. Monald cons.5.num. 2.lib.2. & cons. 142. num. 5. eod.lib.Paris.cons.54.num.14.lib.4. Andræas Gaill. pract.obseruat.lib.2.obseruat.94. num.6. Hieron. Gigans.cons.42.num.1.& 31.Molinus. de ritu nuptiar lib. 1.comparat.16.nu.8. Barbos. de offic.Episcopi.par.3.allegat.84. num.9. & 10. & sequent.
9 Sicuti etiam ciuilis grauis, & ardua causa, criminali similis habetur. post Bart. in l. admonendi. sub num.53.ff.de iureiurand. Monald cons. 84.num.9 lib.1.& cons.156. num.6. lib.2.
10 Vnde Episcopi dumtaxat cognitioni, non alterius inferioris ab eo, huiusmodi matrimoniales causæ demandatæ sunt. cap.accedentibus. 12. de excessib. prælat Abb.in d.cap.si pro debilitate.3.de offic.delegat.num.2.gloß.fin. vbi Abb. in cap.1. de consanguinit.& affinit.d.Sacr.Concil.d.§. ad hæc cap.20.seß.24.
11 Nisi fortassis immemorabili, cognitionem huiusmodi aduersus Episcopum præscripsisset inferior; cùm quadraginaria tantùm minimè sufficiat, obsistente sibi dicto Sacri Concilii
12 decreto, vt declaratum fuit per Sacram Congregationem, & sequuta etiam Rota apud Illustrissimum Seraphin. decis. 595. num.4. & in recent. par.1.tom.2.decis.601.Monald. cons.96.n.4.lib.2.
13 Vt nè quos Deus coniunxit; homo temerè, & absq; sufficienti causæ cognitione, contra Domini præscriptum separare audeat.
14 Matth.19. Qui matrimonij fuit institutor, & author. vt loquitur tex. in cap. fin. de frigid. & malefic.in cap. an quod. & canon. quos Deus.33. q.2. cap inter corporalia. 2. de translat.Episc. & optimè Dionys.Carthus.ad dict.cap.19. Matth.art. 33.col.2.
15 Tùm, quòd Sacri Canones, matrimoniales huiuscemodi causas, vbi præsertim ad diuortium agitur; vtraq; parte audita expendendas sanxere. tex.apertus.in d.cap.1.§.quo circa:
„ Quatenus vtramq; partem antè tuam præsentiam conuoces. extrà de consanguit.& affinit. text. in
16 cap.tenor.10.de sentent & reiudic. vbi sententiã huiusmodi contra absentem nõ contumacem, ferendam haudquaquam esse decernit Cle-
17 mens tertius. Cùm, quòd matrimonia canonicè contracta, non sint leuitate dissoluenda, vt loquitur tex.in cap.lator.7. infra de sentent. &
18 re iudic. nec debeant vir, & vxor ad imparia iudicari circa matrimonium reprobandum. vt tex.inquit in cap.gaudemus.8.de diuortijs. Abb. in cap.fraternitatis. 6.nu 14.de frigid. & malefic.
19 Quia vna eademq; persona iudicantur, vna caro effecti. cap.si quis.& cap.quod autem vxor.
20 vbi glos.in fin.30. q 4. Nimirùm quòd duo in carne vna sint. Genes.2. & 1. Corinth. num. 16. per mixtionem carnalem, vnde membra vnius fiunt alterius. vt S. Thom.ibid.lect.3. & Cornel. à Lapide. vers. 16. Quia nimirùm mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autẽ, & vir sui corporis potestatẽ nõ ha-
§ bet, sed mulier. vt idẽ Apostol.ead.epist.c.7.nu.4. loquitur, & ibid.S. Tho.lect.1. & dictus à Lapide versic.4.d.cap.gaudemus.§.quia verò Pagani.de diuort. Cardin. Tusc. tom. vlt. litt.V. conclus. 386. num.9. & tom.5. littera. M. conclus. 88. num.1.
21 & seq. Vnde in omnibus vir, atquè vxor interse æquantur. text.in cap.præcepit Dominus.19. & cap.seq.32.q.5. quòad hoc scilicet, vt vnus in alterius corpus per vsum matrimonij potestatem habeat. vt in dictum locũ pauli S. Thom. & Lapide.alijq; Doctor.atq; Lyranus in eundem locum, exponunt.
22 Quinimò viro multò magis in alijs deferatur, quàm vxori, quæ viri ipsius potestati Domini iudicio, ac sententia supposita fuit. Gen.3. & pęnè quasi famula viri vxor æstimatur, & habetur. vt gloß. loquitur in d. cap.gaudemus. in verbo. non ad imparia. in fin. de diuort. cap. satis.
24 14. & d.cap. mulierem. 33. q. 5. Quoniam vir caput est mulieris. cap.est ordo 12. & cap. hæc
25 imago.& cap.cùm caput.33.q.5. Vt non iniuria fœminæ, dum maritantur, velentur; vt se nouerint semper maritis suis subditas esse, & humiles. vt loquitur Isidorus.2.lib.offic.cap.15. relatus in can.fœmina.30.q.5.& Apostolus Paulus.d.cap. 5. in fin.n.33. vxor autem timeat virum suum, docet. vbi S.Thom.lect.10.in fin. scilicet timore reuerentiæ (inquit) & subiectionis, quia debet ei esse subiecta. & ead.cap.Paulus. num. 27. mulieres viris suis subditæ sint sicut domino, quoniam vir caput est mulieris, fatur. vbi etiam D.Thom.lect. 8. per illud idem. S. Petri prima. 3. 1. similiter mulieres subditæ sint viris, suis, quia certè mulier si primatum habeat, contraria est viro suo. vt dicitur Ecclesiast.25. & loquitur S.Thom.ead.lect.8 & Cornel. à Lapide. ibid. versic. 22.& Lyran.ibidem. & Gloß. interlinearis in illud timeat virum suum. idest subdita sit viro (inquit) Guilliaudius timeat, hoc est reuereatur, loquitur. & vxor virum reuereatur, tanqnam in inferior. Titelman. & sequitur doctissimus Tiraquell. ad leges connubiales.gloß.1. par.1. num. 20.
26 & 21. & num.32. vbi refert quoquè perbellè apud Romanos in ceremonijs receptum fuisse; sponsas obtecto, flammeo, capite, cùm extulissent pedem exprimis ædibus, in girum verti solere, & inde ad virorum domos deducerentur, ne viam nossent amplius ad parentũ reuertendi domos. plura Homobonus.de humanæ vitæ statibus.par 2.cap.19.num.7.8.& num.9. fol. 670.671.& 673.

Quamobrem sicuti vxor, ita quoquè vir audiri debebat in hoc diuortij iudicio.
27 Tùm, quòd via omnis præcludenda sit, qua inter coniuges dissidia generantur. l.diffidentis.
28 5.C.de repud.l.1.C.rerum amotar. Impensè etenim diligunt leges inter coniuges concordiã, atquè inuicem amorem.l.fin.§.fin.in fin. C.de
29 furtis. Vt pro maritali concordia semper in dubio tenendum, & inclinandum arbitrium sit tex. in d l.cùm te pietatis. 18.& in l. filia in
„ orbitate.20. ibi: colens concordiam. C. de inoffic.
30 testament. atquè lucro omni præferenda maritalis

talis concordia. *l. reprahendenda. 5. C. de instit. & subst.*
31 Et sanè inter reliquos, qui ex matrimonio
carpuntur fructus, & fines prætenduntur. Mu-
tua sunt etiam obsequia. & naturæ officia, quæ
sibi inuicem vir, atq; vxor præstant. *Gloß. 1. in*
can. omne itaq; 7. 27. q. 2. Vt enim *Aristoteles do-*
32 *cet lib. 8. ethicorum. cap. 12.* Vir, & vxor non iun-
guntur solùm ad procreandum, vt animalia
33 cætera; sed etiam ad cohabitandum. Est enim
homo animal sociale. Vt simul familiam regãt,
& officia domestica inter se partiantur. Alia
34 enim munia viro, alia vxori conueniunt. *vt lo*
quitur Illustrissimus Cardin. Bellarmin. lib. vnico de
sacram matrim. cap. 10. col. 5. in fin. vers. alter fi-
nis. sequitur Andræas Victorell. in addis. ad Illustr.
Cardin. Tolet. lib. 7. cap. 6. verbo. finis. Pater San-
chez. de matrim. tom. 1. lib. 2. disput. 29 nu. 14. Pa-
ter Aegid. de Conink. de sacrament. disput. 25. dub.
2. num. 9. Henriq. lib. 11. sum. de matrimon. cap. 1.
§. 2. vers. vnus homo. & §. 4. Homobonus. vbi supra
d. cap. 19. num. 7. 8. & 9. S. Thomas in primam ad
35 *Corinth. 7. lect. 1. col. 2.* Homo etenim per pec-
catum factus indigens, auxilio recreant se se
mutuo vir vxoris, ac vicissim viri vxor, quæ au-
36 diutorium facta est simile sibi. Cùm bonum
visum haud fuerit omnium plasmatori Deo,
hominem esse solum. *Genes. cap. 2. Tolet. d. lib. 7.*
cap. 6. num. 2 Bellarmin. in opusc. de arte bene mo-
riendi. cap. 15. paulò post princ. fol. mihi. 148. in
37 *impressis Lugduni.* vbi verba prædicta non re-
ctè aliàs intelligi posse (inquit) *ex Augustino lib.*
9. de Genesi ad litteram. cap. 7. nisi de adiutorio
ad propagandum, atquè educandum sobolem.
„ Nam nulla in re viri egent adiutorio fœmina-
„ rum, nisi in parienda, & educanda prole; in
„ alijs enim rebus melius viri à viris, quàm à
38 mulieribus adiuuantur. hæc ille. Quare sociam
adiunxit ei mulierem Deus; sicuti ipsemet te-
statur Adam ad excusandas excusationes in
peccatis *psalm. 140.* Mulier (inquiens) quam,
dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & co-
medi. *Gen. 3.* & loquitur Gordianus Imperato.
in l. aduersus vxorem. 4. C. de crimin. expilat. hære-
39 *dit.* Sociam rei humanæ, atq; diuinæ domus,
eam appellans, *& Paulus. in l. 1. ff rerum amota-*
rum. sociam vitæ, vxorem nuncupat. *& Horat.*
ode prima epitheto. (inquiens)

——————— *manet*

„ *Sub Ioue frigido venator,*
„ *Socia coniugis immemor.*

Et apud *Plaut. in Sticho.* Vxor loquitur.

„ *Pudicitia est Pater, hos honorare, qui nos*
„ *Socias sumpserunt sibi.*

Et sequitur *Petr. Gregor. Tholos. de sponsal. cap. 2. num. 23. Tusc. d. conclus. 386. nu. 4. & sequent. tom. vltimo.*

40 Tùm deniquè, quòd non festinanter sit per Iudicem super quacunq; re ferenda senten-tia; nec præcipitanter aliquid agendum. *cap. nullum. 30. q. 5.* donec plenè instructus de meri-tis ipsius causæ videatur. *secundum tex. in cap. cùm ex litteris. 5. de in integrum restit.*

41 Sed iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere. *cap. vlt. 30 q. 5. & cap cùm Ioannes. 10. §. verùm. de fide instrumen. l. iudices. 9. C. de iudic.*

Non enim posset ad veritatem aliter per-uenire. *secundum tex. in cap. occidit. in fin 23. q. 8. gloß. in cap. iurgantium. 2. extra de sent. & re iud.*
42 Alioquin sententia nulla euaderet. *ex Bart. &*
alijs in l. prolatam. C. de sent. & interlocut. omn.
Iudic. Rota apud Mantic decis. 165. num. 3. & dec.
84. num. 6. & apud Caualer. decis. 135. nu. 1.
Debuerat itaq; Curia Ioannem Virũ audire,
quæ Isabellæ aures nõ obcluserat; vt sententiã
43 partibus præsẽtibus decerneret, quarũ esser-
tione merita causarum panduntur. secundum
verba *tex. in d cap. cùm ex litteris. de in integ.*
restitutione. Nec aliter secundum iustitiam
decernere potuisset, quàm quòd decreuit. Vt
scilicet in causa non procederetur, nisi intima-
to personaliter, & audito Ioanne eius virò.
Gratian. Forens. par. 5. cap. 850. num. 5. & num.
19. & congruit tex. in d. l. iudices. 9. C. de iudic. Et
tunc vtramq; partem sæpius interrogare, nun-
quid noui addere desideret; cùm hoc ipsum
ad alterutram partem proficiat. *vt Con-*
stantinus Imperator ad Maximum, ibi loqui-
tur.
44 Semper enim citatio præcedere debet, vbi tertij præiudicium intercedit. Quia de vno-quoquè negotio præsentibus omnibus, quos causa contingit, iudicari oportet. *vt Paulus loquitur in d. l. de vnoquoque. 47. ff. de re iudic.*
45 Et citatio personaliter semper fieri debet, si in Ciuitate aduersarius reperitur; & etiam quan-tumcunquè in remotioribus reperiatur si sci-tur, vbi est; siuè facienda sit missio in possessio-nem, siuè diffinitiua sententia ferenda. *secundũ Innocent. in cap. si aduersarius. vlt. de eo qui mit-titur in posses. num. 1. & nu. 5. sequitur Cassador. de causa possess. & propriet. decis. 6. num. 11. in. fin. & decis. 1. de appell. num. 3. Caputaquens. decis. 263. par. 2. num. 3. & 4. & decis. 375. num. 2 & 3. ead. par. 2. Mohedan. decis. 8. aliàs. 334. de fide in-strumen. Rota in Recent. per Farinac. par. 1. tom. 2. decis. 569. num. 2. & apud Seraphin. decis. 1276. num. 4.*
46 Quia iuris naturalis solemnitas est, & nullo
pacto omitti debet. *notatur. in d. Clem. pastora-*
47 *lis. 2. de re iudic.* vt nequè per statutum fieri
possit, vt contra absentem non citatum sentẽ-
tia feratur. *Bald. in l. 1. col. 2. C. quomodo, & quã-*
do Iudex. meus Maranta. in specul. in 4. par.
princ. in 16. dist. iudic. num. 10. Mohedan. decis. 7.
48 *de restit. spoliat. num. 3.* Quò fit, vt citationis
defectus, insanabilis æstimetur. Quia tollit de-
fensionem de iure naturę, ac diuino, compe-
tentem, *vt inquit gloß. in clem. sæpè. verbo. defẽ-*
siones. de verbor. sign. Rota in recent. par. 1. tom. 1.
decis. 179. num. 2. Fac aliàs constaret de bono
iure aduersarij. *vt ibid. Rota num. 3. quæ est Card.*
Caualerij. & impressa apud eundem decis. 53. num.
1. & decis. 35. num. 1. & decis. 396. num. 1. & nu. 6.
49 Vt maneat proinde, ipsummet Summum Põ-

tificem, siuè etiam Imperatorem necessitas Aduersarium citandi. *Doctor. in l. fin. C. de legib. d. clem. pastoralis. 2. §. cæterum. de sententia. & re iudic. Afflict. decis. 307. nu. 29. & decis. 391. Socin. iunior. cons. 18. num. 31. volum. 2. & Socin senior cons. 12. num. 6. volum. 1.*

50 Cùm nec ipse rerum plasmator omnium Omnipotens Deus, in reum Adam Patrem nostrum, iustæ seueritatis sententiam laturus, citationem mittere voluerit; sed personetipsum citare dignatus fuerit, ad auram ambulans post meridiem: Adam vbi es (inquiens)

51 *Genes. 3.* Vt ne consuetæ infinitæ misericordiæ suæ, quæ à sæculo est, obliuisceretur. *vt post Socin. d. cons. 12. num. 7. notat meus Maranta. in specul. 6. par. princ. in 1. membro iudic. num. 3. & ita explicat, locum prædictum Pater Franciscus Labata in locis communibus ad conciones. in verbo. Iesus propos. 1. col. 9. littera C. vers. At è conuerso, fol. mihi. 382.*

Non est ergo, quod iure se conqueri valeat D. Isabella prædicta de Curia Archiepiscopali Neapolitana. Imò cùm, decreti qualitatem ipsa subticuerit, quæ facilè Pontificem mouisset ad annuendum decreto Curiæ, quod iustissimè latum fuerat; concedendum vtiq; erit, re-

52 scriptum prædictum, vti ex subreptione extortum, nullam aliam delegato iurisdictionem contulisse; quàm, quòd de subreptione cognoscat. *iuxta tex. in d. cap. super litteris. 20. & cap. dilectus. 26. in fin. de rescriptis. Petrus Gregor. d. cap.*

53 *50. num. 2. & 3.* A' pari enim procedunt falsi expressio, atque taciturnitas veri. *vt dicit Za-*

54 *bar. in d. cap. super litteris. num. 5.* Vnde cessante supposito litterarum, siuè rescripti, eius quoq; vt deficiat dispositio, opus est *ad tex. in l. mancipia. 5. C. de seruis fugitiuis. Rot. in recent. par. 2. tom. 2. decis. 550. num. 3.*

55 Rescriptum verò falsa causa expressa obtentum, nullum omninò est, neque aliquid operari facultatem, neq; vim manciscitur *Abb. in cap. inter dilectos. 6. num. 8. de fide instrumentor. Maranta. cons. 107. num. 20. Gramat. decis. 59. nu. 3. Rota in recent. par. 2. tom. 2. decis. 718. num. 6. Petr.*

56 *Gregor. d. cap. 49. & 50.* Etiam si adsuerit clausula (de potestatis plenitudine) quæ sanè defectus supplet circa iuris solemnitates, non verò defectus alios; præsertim falsitatis. *ita Abb. d. cap. inter dilectos. num. 8. et sequitur Gramat. decis.*

57 *59. num. 3.* nec operatur aliquid in his, quæ sũt facti, & de quibus Princeps informatus non fuit. *vt loquitur Crauetta. cons. 126. num. 3.* Quia deficere tunc præsumitur voluntatis delibera-

58 tio. Cùm nihil iniquum Princeps concedere velle æstimetur. *plenè Marta. de clausulis. par. 1. claus. 259. num. 10. et seq. ac num. 14. Barbos. de clausul. claus. 40. num. 33.*

59 At qui verò rescriptum subreptitium euadit, vbi impetrans, sententiam latam reticet. *l. fin. C. sent. rescind. non posse. gloss. in d. cap. super litteris in verbo litteras. de rescriptis. Rot. 1. par. diuers. decis. 644 num. 1. quæ est inter impressas Illustrissimi Seraphin. 493. num. 3. Petrus Gregorius*

60 *d. cap. 39. num. 2.* Quia series facti exprimenda est. *tex. in c. super eo. 5. de cohabit. clericorum, & mulier. d. cap. dilectus. 26. de rescript. et gloss. in d. verbo. litteras. cap. super litteris. eod.*

61 Nè dum planè simpliciter, verùm etiam, & cum suis qualitatibus; quoniã nihil debet supprimi ex ijs, quæ mouere possunt animum Principis ad dandum rescriptum, vel denegandum. *vt loquitur ead. gloss. in d. verbo. litteras. in princ. vbi Abb. et Felin. nu. 8. meus Maranta. d. cons. 107. num. 13. Monald. cons. 95. num. 24. lib. 2. plenè Petrus Gregor. d. cap. 49. & 50.*

62 Nec sufficiat narrare seriem facti in litteris

63 Papæ, nisi causa quoquè facti adijciatur. Cùm causa facti potius quærenda sit, quàm factum ipsum. *vt dicit gloss. per tex. ibi in d. cap. dilectus. 26. in verb. causa. de rescript.* præsertim secuudũ *Innocen. ibid.* Si illa dandi, vel denegandi impetum narrata præberet. *Crauett. cons. 201. num.*

64 *25. et cons. 153. num. 2. par. 2.* Quippè ex generalitate, quæ confusionem, & obscuritatem parit, circumueniri facilè Princeps potest *arg.*
„ *tex. in l. fin. in fin. ibi. Nè, dùm effuso sermone se*
„ *iactat in promptum incidat sui periculum. C. de dotis promiss. Felin. in d. cap. dilectus. 26. de rescript. num. 12.*

65 Et sicuti vi falsorum instrumentorum, vel testium lata sententia corruit. *ex tex. in cap. licet causam 9. §. post hoc. vbi gloss. in verbo. opponi. in fin. extra. de probat. cap. cùm venerabilis. 6. §. intelleximus de exceptionibus. Gloss. fin. in cap. plerumq; 4. de donation. inter vir. et vxor. l. 1. et 2. C. si ex falsis instrument. l. 2. C. quando prouenit. non est necesse. Abb. cons. 10. num. 3. par. 1. Afflict. decis. 13. num. 26. Grammat. d. decis. 59. num. 22. vbi Petra addens. num. 3. Rota apud Cardin. Caualer. decis. 280. num. 3.*

66 Ita multòq; magis, rescriptum ex falsa causa concessum corruet. *meus Maranta. d. cons. 107.*

67 *num. 20. Grammat. decis. 59. num. 2.* Quia rescripta stricti iuris sunt. *cap. significante. 34. vbi gloss. magna in fin. et cap. Rodulphus. 35. de rescriptis. Rota in recent. par. 2. tom. 2. decis. 546. num. 2. in fin.*

68 Quocircà arctè, ac pressè interpretanda erũt, præsertim quæ ad lites dantur. *secundum Felin. in cap. causam quæ. 18. num. 8. de rescript. tex. in cap. cùm olim. Abbas. 32. § quia verò: ibi. nequa-*
„ *quam ad dictos iudices cognitio pertinebat, cùm*
„ *in rescripto nulla de illis mentio haberetur. de offic. delegat. Caputaquens. decis. 154. num. 4. par. 5. & apud Ludouis. decis. 34. num. 4. & Petr. Gregor. d. lib. 1. cap. 55. n. 8. & 9.*

69 Cùm reticuerit itaq; sententiæ qualitatem dicta D. Isabella, quæ si aperta fuisset, retinuisset vtiquè Pontificem à concedendo; per subreptionem sanè extorsisse rescriptum ipsum, fatendum erit; atquè vti vitiosum proinde nullam Delegato iurisdictionem conferre aliam, quàm, quòd de subreptione cognoscat. *d. cap. super litteris. Valasc. consult. 72. num. 8. vt diximus, Petrus Gregor. d. cap. 50. num. 3.*

70 Nec enim voluntatis Principis est, iuri alterius

rius deregare; præsertim, vt contrà inauditum
procedatur in causa.
71 Quinimò, vt cuilibet legitima defensio in
72 iudicio reseruetur. Quia satis videtur absurdũ
si actore impugnante, reo defensionis copia
denegetur. *secundum verba tex. in cap. cùm in-*
73 *ter priorem. 5. de except.* vnde si diabolus esset
in iuditio, vti reus, non esset defensio sibi dene-
ganda, cùm sit iuris, & æquitatis naturalis. *vt
loquitur Abb. in sua pract. cap. 3. num. 2. & sequi-
tur Arnonus. in pract. iudiciaria. cap. 9.*
74 Omnequè Principis rescriptum exaudiatur.
semper, vt exceptum sit tertij præiudicium, *vt
est tex. in cap. si postquam. 13. de præbend. in 6.*
Quod id rationi obuium videatur. *vt loquitur
tex. in c. causã quæ. 19. in finalib. verbis vbi glos.
de testib. & tex. in c. ex parte tua. 13. in fin. vbi*
75 *Abb. num. 7. de offic. delegat.* Quia Princeps non
videtur concedere, vt eum incõmodo alicu-
ius quidquàm fiat. *secundum Vlpiani Responsũ
in l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publi-
co* & eiusdem aurea verba *in l. vnica. §. sed, & si*
„ *aliqua. in fin. Oportet enim* (inquit ibi) *in huius-*
„ *modi rebus, vtilitatem, & tutelam facientis spe-*
„ *ctari, sine iniuria vtiquè accolarum. ff. ne quid in
flumine publico. vbi glos. verbo. sine iniuria. Me-
noch. cons. 119. nu. 14. vol. 2. Valasc. d. consult. 72.
nu. 10.* Cæteroquin per subreptionem impetra-
tum, quinimò extortum magis, rescriptum ip-
sum præsumitur. *Maranta. d. cons. 107. num. 17.*
77 Cùm alioqui, nec Motus proprius Pontificis
operetur in præiudicium tertij. *vt loquitur Gi-
gans. post alios, quos refert. de pensionib. q. 79. nu.
3. & sequitur Ioan. Azor. instit. moral. par. 2. lib.
8. cap. 8. q. 12. Mohedan. decis. 7. de restit. spoliator.
num. 3. & 4. nouissimus Ioan. à Cokier. in reg. 16.
aliàs. 17. Cancellar. nu. 23. Gratian. forens. par. 4.
cap. 624. num. 20. 21. & 22. Marta. de claus. par. 1.
claus. 73. num. 3. 5. & 8. Barbos. clausul. 79. num.*
78 *19. & num. 42.* Etiam si clausula accesserit (ex
certa scientia) Quia consensus defectum illa
non supplet. Imò restrigitur ad ea, de quibus
præsumptio est, Principem habuisse notitiam.
*vt loquitur idem Maranta. d. cons. 107. num. 22.
Mohedan. d. decis. 7. num. 7. de restit. spoliator.
Marta. d. claus. 73. nu. 10. & 11. Barbos. clausul.
79. num. 29. & num. 40. & 41.* Accipiantq; in-
terpretationem rescripta secundum iura lo-
quentia de eadem materia, de qua in ipsis res-
criptis agitur. *vt ait Caputaquens. d. decis. 263. n.
6. par. 2. & dictum fuit in Hispalen. præbemi-
nentiarum. 24. Ianuarij. 1614. coram Secrato.
apud Marchesan. tom. 2. fol. mihi. 498. sub num. 3.*
81 *in prætermissis* Planè quoniam Summi Pontifi-
cis mens præsumitur pro vt de iure. *Gratian. d.
cap. 624. n. 19. in fin.*
82 Quibus accedit, quòd (vt ab initio diceba-
mus) decretum hoc Curiæ non diffinitiuum
negotij, sed interloquutorium fuit. Et causæ
„ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodoli-
„ bet pertinentes in prima instantia coram or-
„ dinarijs locorum cognosci debent; nec antea
„ alijs committi, nequè auocari; neq; appellatio-
„ nes ab eisdem interpositæ per superiores
„ quoscunquè recipi, nisi à diffinitiua, vel diffini-
„ tiuæ vim habente. *vt Sacro Sancta decer-*
„ *nit Trid. Synod. d. cap. 20. sess. 24. de reforma-*
„ *tione.*

Ipsaquè impetrans diffinitiuum fuisse de-
cretum supposuerit, suppressa qualitate illa,
nisi intimato personaliter, & audito Ioanne
eius verò.
83 Contrà ius extortum vtiquè fuisse rescriptũ
sequetur; subreptionisq; proinde vitio notari.
glos. in cap. 1. in verbo. noscantur. de cõstitut. in 6.
84 Vt interim, donec suam propalet mentem
Pontifex, ipsi communis iuris dispositioni stã-
dum sit, vt audiatur scilicet quisquè in iuribus
suis. *Card. Zabar. in d. cap. super literis. nu. 4. tex.
in cap. susceptum. 6. cum duob. sequentib. de res-
cript. in 6.*

At rescriptum per importunitatem potiùs
extortum, quàm impetratũ præsumitur. Alio-
quin, si ita voluntatis suæ beneplacitum ape-
ruerit Princeps, vt contra legem fiat; non iam
rescriptum, sed priuilegium dicetur. *glos. in d.
verbo. noscantur in fin. d. cap. 1. de constit. in 6. Fe-
lin. in cap. non nulli 28. de rescrip. num. 9. Oldrad.
latè cons. 326. Quod articuli, post princ.*

Et ita ex his respondendum censui, censoris
virga non reuulsa.

CAROLVS MARANTA I.V.D. Aduocatus.

Rescriptum vitio infectum pronunciatum
deniquè fuit, & causa ad Curiam Archiepisco-
palem remissa, audito in omnibus Ioanne viro.
Cùm Nuntius Santissimi Domini Nostri
86 Pauli Papæ Quinti assideret Neapol. Illustris-
simus, & Reuerendissimus Dominus Frater
Deodatus Gentilis ex Ordine Prædicatorum,
Episcopus Casertanus, vir sanè vndequaquè
doctrina, ac sanctis moribus refertus, maximè-
què prudentia præditus, & in agendis negotijs
dexteritate donatus; haberetq; apud se Con-
sultores viros doctos, ac pios; præter ordina-
rios Auditores, quorum vnus erat Reueren-
dissimus Lælius Veteranus, postmodum Fun-
densis Ecclesiæ Episcopus; alter verò Ioannes
Petrus Miccillus Casertanus. Placuit autem
ei, vt me nouissimum in Consultarem adhibe-
ret. Grati animi ergo hanc memoriam posui,

SVMMARVIM

1 *Ex facto ius oritur.*
2 *Responsum congruum esse debet interroga-
tis.*
3 *Examinatores tres esse ad minimùm debent,
qui in concursu ad Parochiales intercedant, ex
decreto Sacr. Concil. Trident.*
4 *Vicarius Episcopi semper includitur in nomi-
natione Episcopi per Sacrum Trident. Concil.
facta, ni ille taxatiuè nuncupetur.*

5 Exa-

5 *Examinatorum est, peracto examine, quoscunque habiles, & idoneos repererint Episcopo referre. Electio tamen approbatorum ad Episcopum, vel eius Vicarium spectat. & num. 37.*

6 *Episcopus non arctatur eum magis eligere, qui maiora tulit suffragia; modò, quem eligit, sit etiam approbatus.*

7 *Examinatores rogati tenentur (etiam sub reatu mortalis) deferre magis idoneum ex approbatis. & num. 11. & num. 38.*

8 *Episcopus nedum quis dignus ex concurrentibus, inquirere debet, verum, & qui magis, magisq; idoneus, alioquin peccat vti personarum acceptor.*

9 *Etiam ex decreto Sacri Trident. Concil. & ex Constitutione Pij Quinti. num. 10.*

12 *Examinatores præstare animo oportet, vt referant, nedum dignos, sed etiam magis dignos, magisq; idoneos.*

Quod si non fecerint peccant, quòd infideliter se geraut, & contra iuramenti sacramentum faciant. nu. 13.

14 *Fidem debitam violare in re graui mortale est.*

15 *Veritatem celans ei, qui ius habet petendi eam manifestari, mortaliter peccat contra debitum iustitiæ, qua superiori obedientia debetur.*

16 *Testis veritatem celans legitimè interrogatus, & peccat contra iustitiam, & ad resarcienda damna inde extorta tenetur.*

17 *Officium suum perperam exercens in damnum proximi peccat, & ad resarcienda damna obligatur.*

18 *Insufficientem se intelligens, vel saltim intelligere potest ad munus aliquod obeundum, si illud exequitur, et inde damnum alteri euergit, & peccat, & ad damnum resarciendum tenetur, quod ex sua insufficientia alteri illatum est.*

19 *Affectare quis non debet, in quo vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem suam alijs periculosam futuram.*

20 *Peccatum præsumptionis est, attentare, quod propriam virtutem excedit.*

21 *Qui sciens, & volens in officio suo delinquit grauius peccat.*

22 *Officium exerceri debet citrà damnum, & iniuriam tertij.*

23 *Examinatores denunciare Episcopo debent nè dùm idoneos scientia, verùm, & alijs requisitis ad Parochiales regendas.*

Alioquin mortaliter, si contra fecerint peccabunt. num. 24.

25 *Dignitas, et idoneitas præficiendi, ne dùm quòad doctrinam, verùm quòad ætatem, & mores perpenditur.*

26 *Dignior non is, qui alijs doctior, neque simpliciter sàctior, sed qui iuxtà munus, ad quod aspirat, aptior eius ministratio est.*

27 *Locus Apostoli primæ ad Corinthios. 14. ad ædificationem Ecclesiæ quærite, vt abundetis, expenditur,*

28 *Examinatores in officio delinquendo, & contrà charitatem, & contrà iustitiam peccant, tùm commutatiuam, tùm distributiuam.*

29 *Eligi quis nam ad sacerdotium debeat? ex San. Hieronymo.*

30 *Pastores boni si ad Ecclesias eligantur in maximam* Dei Gloriã, *animarumquè salutem cedit.*

Et contrà faciens alienis peccatis communicat. n. 31.

32 *Sacrum Concil. cap. 1. sess. 24. expenditur.*

33 *Ouium sanguinem è manibus Pastorum Christus exquiret.*

34 *Pastores omnes, siue supræmi, siue inferiores rationem de ouibus, quisq; suis redet Christo Domino.*

35 *Lex generaliter loquens, generaliter, ac sine discrimine exaudiri debet.*

36 *Christus pro omnibus mortuus est, omnesq; eius prætioso Sanguine redempti.*

39 *Digniori ex approbatis beneficium debetur.*

40 *Ratio, vbi est eadem, idem quoq; debet esse ius.*

41 *Electio digni, omisso digniore tenet, & si sanè peccet, qui ita eligit.*

Secus si ante electionem denûciatur, vt dignior eligatur. nu. 42.

43 *Similium simile iudicium est.*

44 *Concursum quòd exquirat Sacrum Concilium, & rigorosum examen, ratio est, vt beneficia dignioribus dentur.*

45 *Episcopus ex approbatis digniorem eligere debet, alioquin ab eius iudicio appellatur.*

46 *Examinatores non excusantur, si non etiam digniorem referant ex approbatis, si vt id faciant, interpellentur; quinimò coram Deo rei euadunt, ex Tridentino.*

47 *Salus ibi, vbi multa consilia.*

48 *Iudicium integrum est, quod plurimorum sententijs confirmatur.*

49 *Concurrentium ad beneficia persæpe excessus vnius, est ad alterum, quòad virtutes, sufficientiam.*

50 *Examinatores peccabunt si excessum ipsum vnius ad alterum non retulerint, potissimum rogati.*

51 *Personarum acceptores peccant contrà iustitiam.*

52 *Iustitia non personas, sed nuda meritorum pondera perpendit.*

53 *Beneficium si digno conferatur dignori omisso, collatio tamen substinetur; limita, si ut dignioribus conferantur sit lege statutum. numero. 56.*

54 *Peccabit tamen collator, vel elector contrà iustitiam.*

57 *Et restitutionis rei erunt.*

55 *Dignissimis, nedum dignioribus beneficia conferri debent.*

58 *Dignior, magisq; idoneus per concursum ius in re non ad rem tantùm habere dicitur præter alios.*

59 *Concurrentes quasi contrahere videntur, cùm exa-*

examinaturibus, vt eos approbent, si digni inuenti fuerint.

Vnde tenentur ex quasi contractu examinatores. ibid.

61 Cõcurrentium Pinguius ius babet, qui magis est idoneus.

62 *In collatione beneficiorum, nedum Ecclesiæ vtilitas, verùm, & eligendi spectatur, vt iniuria fiat ei si prætereatur, qui dignior est. ibid.*

aliàs collatio nulla erit. num. 63.

64 *Digno non fit iniuria si dignior ei præferatur.*

65 *Qui potiora in meritis obtinet alijs præfertur.*

66 *Iniustitia iustitiæ opponitur.*

Iustitia, quid. ibid.

67 *Iniustitia est actus contra charitatem, atq; ex genere suo mortale.*

nisi ex paruitate materiæ excusetur. num. 68.

69 *Iniustitia est, si negetur petenti, quod ius babet petendi.*

70 *Suum dicitur, quod secundum proportionem æqualitatis alicui debetur.*

71 *Iudex, qui renuit Iustitiam petenti administrare, iniustitiam facit.*

Et ab eo iurè appellatur. nu. 72.

73 *Examinatores ex officio fidem approbato facere tenẽtur; aliquin contrà iustititiam facient, & peccabunt.*

ARGVMENTVM.

De Approbatione ad concursum Parochialium Ecclesiarum per Examinatores facienda. Et quid si illã ex examinatoribus aliquis subscribere renuat, an peccet? Debeantquè Examinatores per Episcopum requisiti, digniorem ex approbatis referre, etiã in scriptis? Nõ iniucunda neq; infructuosa responsio.

RESPONSIO. II.

1 EX facto ius otiri decantatum satis iuris est assioma *ad tex. in l. vt responsum congruum 15. C. de transactionib. l. precibus 8. C. de impuberum, & alys substitutionib. l. si ex plagis. 53. §. in cliuo capitolino. ff. ad legẽ Aquiliam. Federic. de Senis. cons. 152. num. 1. Mancica de coniect. lib. 4. tit. 5. num. 26. et 27. et decis. 292. num. 6. in fin.* Optima igitur sũt omnia, quæ in scriptis ab aduersarijs datis, proponuntur. Verùm difficultatis punctum non attingunt. Ad hypotesim ergò redu-

2 cenda quæstio erit, vt responsum demus his, qui nos miserunt, *vt Ioan. 1 vtar verbis. et tex. d. l. vt responsum congruum. C. de Transact.*

Quare factum sic se habet. Octo, qui ad concursum accessere vacantis Ecclesiæ Parocchialis, Casalis Paretæ Auersanen. Diœcesis, ex ijs duo ab septem Synodalibus Examimatoribus quinquè reuexere vota; vnus quatuor. Alius verò omnes septem pro se Examinatores obtinuit. Hi ergo omnes approbati fuere: Tres enim ad minimũ intercedere debẽt Synodales Examinatores (*vt Sacri Trid. Conc. decreto, seß. 24. cap. 18. de Reformat.* fiat satis) qui concurrentes tentent, & approbent. Et declarasse Sacram Eminentissimornm Dominorum Cardinalium Congregationem ipsius Sacri Concilij interpretum *refert. Garzias. tom. 2. par. 9. de Benefic.* (ab Aduersarijs pro se expensus) *cap. 2. num. 109. in fin. et sequuta fuit Rota in Portuen. Parochialis 18 Decembris. 1581. coram Gyptio par. 4. diuers. per Farinac. collecta. decis. 672. n. 4. Io. Anton. Maßobrius. de concursu ad Parochial. requisit. 11. dub. 1. num. 2. Rota. in recent. par. 2 tom. 2. decis. 505. sub num. 3. et dictum fuit. in Boianen. Parochialis 18. Februarij 1628 coram Card. Virili, vt etiam refert Malchior Lotterius de re benefic. par. 2. q. 31. num. 65. Barbos. de offic. Episc. par. 3. allegat. 61. num. 91. vers. ex quibus patet. et num. 97.* Examinatores vota sua Vicario Generali, qui pto Illustrissimo Episcopo examini interfuit retulere. Vnde Vicarius, discussis omnium, qui probati fuere, meritis, ei, qui omnium vota obtinuerat, magis idoneo, magisquè apto; tùm doctrina, vitæq; probitate, morum grauitate, atquè prudentia, tùm alijs rebus ad regendam Ecclesiam oportunis, palmam concedeodam esse existimat. Et ab Examinatoribus, an hoc idem ipsorum sit iudicium; petit. Approbant illi omnes vnanimi consensu Vicatij ipsius iudicium. Quare ipse, vt in scriptis hunc, secreto iuditio communi voto approbatum, magis omniom approbatorum idoneum, & aptum edicant (vt in Episcopatu prædicto, aliàs factitatum fuisse constat) denunciat. Annuunt illi, vno tãtùm exceptio, qui duos idoneos approbans, hunc scilicet, qui omnium vota tulit, magisq; idoneus denunciatus fuit, & ex his Alterum, qui quinquè, vota habuit, referre auet. De duobus itaq; dubitari contigit.

4 Primo possitne Episcopus, siuè Generalis Vicarius, eius loco, qui semper in nominatione includitur Episcopi per Sacr. Conc. Trident. facta. Ni taxatiua dictio (Tantùm) addatur. *vt ex cap. 6. de reformat. seß. 24. ibi Eis tantùm, non eorum Vicarijs, sit permißum. Sbrozius de Offic. Vicar. lib. 3. cap. 171. nu. 2.* docet. *Et declaraße Sacrã Congregationem refert Gratianus. decis. Marchia. 98. num. 15. & 16. alijq. plures, quos refert Barbosa de appellatiua verb. iuris. signific. appella. 176. num. 5. & 6.* Possitne (inquã) Vicarius, siuè Episcopus dimittere, vt Examinatores ipsi, eo petente, magis idoneum ex approbatis in scriptis nomiuent, atq; referant?

Se-

Secundo. An tuta Conſcientia poſſit hic vnus ex Examinatoribus (vt præfati ſumus) hanc inſcriptis approbationem ab omnibus alijs ſubſcriptã ipſe ſolus reijcere, qui primus fuit in approbando electum?

Et ſanè quoad primum. Licet equidem *ex*
5 *Sacri Conc. Decreto d. cap. 18. §. peracto deinde.* Examinatoribus incũbat quoſcunq; habiles, & idoneos repererint Epiſcopo referre. Electio verò ad Epiſcopum, ſiuè eius Vicarium, non ad Examinatores ſpectet. vt declaraſſe Sacrã Cõgregationẽ prædictã refer quoq; *Garſias d. cap. 2. num. 108. Fuſcus de Viſitatione lib. 2. cap. 5. num. 9. Ioannes Azor. Inſtit. Moralium. par. 2. lib. 6. cap. 15. q. 11. Marius Antoninus Variarum lib. 1. reſolut. 63. num. 8. Ricius in Praxi concurſus ad Eccleſias Parochiales. reſolut 362. num. 1. par. 1. maiori impreſſ. Pater Ioannes Baptiſta Scortia in ſelect. Summ. Pontif. Conſtitut. epit. 96. Theorem. 237. verſ. ſecundo peracto. Barboſ. dict. allegat. 61.*
6 *num. 92.* Neq; arctetur Epiſcopus, magis illum eligere, qui pro ſe maiora vota retulit, idoneus reputatus, quàm illum, qui tot vota non obtinuit; ſed à maiori parte idoneus etiam iudicatus fuit. vt Sacrã declaraſſe Cõgregationẽ refert *Genuenſ. in praxi Epiſc. de concurſu ad Parochiales. cap. 66. num. 18 in fin. impreſſione Romana anni 1609. & Garſias d cap. 2 num. 109.*

7 Poterunt nihilominus examinatores (imò id facere ſub reatu moralis culpæ tenentur) ſi ab Epiſcopo rogentur, quis admiſſorum magis idoneus ſit, fideliter enunciare. *Frater Ludouicus Lopez par. 1. inſtruct. cõſcient. c. 127. col. 3. verſ. animaduerſione hic opus eſt. Ioan. Azor. d. lib. 6. par. 2. cap. 15. q. 11. Garſias d. cap 2. num. 110. Maſſobrius nouiſſimè. longè poſt hæc ſcripta prælo preſſus. in praxi habendi concurſ. requiſ. 4. dub. 3. num. 2. Barboſ. d. allegat. 61 num. 92. & 93.*

8 Quippè quòd, Epiſcopo, nedùm, qui digni sũt, ingrerè incũbit; verũ, & quis dignior, magiſq; idoneus ex approbatis, ni ſe peccati macula inficere velit, vti perſonarum acceptor. *Couar. in regula peccatum. par. 2. §. 7. num. 3. Lælius Zecchius de Republica Eccleſiaſtica. cap. 28. de Parochia. nu 7. ante verſ. caueat verò quilibet. Zerola. in praxi Epiſcopali. par. 1. verbo. Parochia. §. 2. dub. 10. Vaſquez. in opuſculis. de benefic. cap. 2. §. 3. dub. 1. num. 50.* Quod apertè probatur decreto Sacri Concilij. *dict. cap. 18. §. Epiſcopus. Epiſcopus cum eligat* (inqt Sãcta Synodus) *quem cæteris magis idoneum iudicauerit. atq; illi, & nõ alteri collatio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre. Et dixit tex. in cap. licet canon. 14. ib. Statuimus, vt nullus ad regimen Parochialis Eccleſiæ aſſumatur; niſi ſit idoneus ſcientia, moribus, & ætate.* Quod idem apertis ſatis verbis docuit *Frater Ludouicus Lopez d. cap. 127. verſ. animaduerſione &c.* cuius verba, (*quem etiam ſequitur Garſias d. cap. 2. num. 110. 111. 112.*) eò quòd ſuprà modum è re noſtra ſunt hic referre operæ pretium me facturum putaui, inquit enim: *Animaduerſione hic opus eſt, quòd ſi Epiſcopus, vel eius Generalis Vicarius, quibus incumbit ad hæc promouere beneficia, accerſit examinatores pro promouẽdis examinãdis, niſi ſciſcitatus fuerit ab examinatoribus, quis dignus, quiſuè dignior ſit; peccati mortalis reus habetur. Quia per hoc, quòd Epiſcopus, vel eius ad hoc munus Vicarius, vult tantùm ſibi ſignificari, qui ſint digni, nec audire vult, qui nam ex his ſint digniores, ſatis innuit ſe velle promouere ad huiuſmodi beneficium non digniorem, ſed quem maluerit, & non iuxtà legis decretum.* hæc Lopez.

10 Et confirmatur id etiam Sanctiſſimi Pij V. Conſtitutione, in hac re. in fine. ibi. *Vt autem nõ ſolùm dignis, ſed magis idoneis repertis, iuxtà eiuſdem Concilij Tridentini Decretum, Parochiales Eccleſiæ conferantur. vt eam quoq; refer Quarant. in ſum. bullar. verbo beneficiorum Parochialium collatio. fol. 92.*

11 Quam ob cauſam ex his infero. Quod ſi ſciſcitati examinatores, quem magis idoneum, magiſquè dignum & aptum rectæ rationis iudicio, qui regendæ præficiatur Eccleſiæ, nouerint, minimè reſponderint; nec ipſi iudicium affugient; ſe ſeqꝫ mortali macula inquinabunt. In hoc enim (*vt Lopez d. verſ. Animaduerſione*
12 inquit) *Examinatores huiuſmodi præſtare animo oportet, quatenus Epiſcopo, vel eius Vicario, ſuper hoc veritatem reſpondere poſſint: Nam hoc hodie deplorandum eſt* (ſubdit ipſe) *quod magis obtemperare parati ſunt Epiſcopo, quàm Deo, qui punitor eſt rectus delictorum, præmiatorquè bonorum.* hæc ille, *Rota in d. Portuen. Parochialis coram Giptio. deciſ. 672. num. 3 & 4 & ſequuntur poſt Medin. in ſum. cap. 14. §. 32. reg. 4. Villalob. Petr Ledeſ. Maſſobrio. in praxi concurſ. requiſit. 4. dub. 3. num 2. & alij relati d Dian par. 3. tract. 5 miſcellan. reſol. 111.*

13 Cùm, quòd infideliter ſe gerunt, & contrà ſacramentum faciunt, quod præſtitere. Vnde periurij coarguuntur. Inde nempè, ex Sacra Tridentina Synodo (*d. cap. 18. §. ſint verò examinatores.*) Ad Sancta Dei Euangelia iurare debent, ſe quacunq; humana affectione popoſita, fideliter munus executuros. Quod perpendit *Fuſcus. d. cap. 5. lib. 2. num. 5. de viſitatione. Couar. d. regula peccatum. §. 7. num. 3. col. 3. verſ. ſecundo probatur. Ioan. Azor. d. cap. 15. q. 1. verſic. accedit, quòd electorum fidei. Leſſius de iuſtitia. & iure. lib. 2. cap. 34. dub. 14. num. 62. 64. & num. 68.*
14 *Loterius. d. q. 31. n. 92.* Quòd fidẽ debitam violare in re graui, mortale ſit. *Leſſ d. lib. 2. cap. 32. dub. 3. n. 57. Reginald. lib. 30. tract. 3. cap. 16. n. 197. verſ. verùm tamen cùm ex communi, & eſt tex. Vlpiani in l. 1. in princip. ff. de conſtitut. pecun. tex. in cap. nouit. 13. §. poſtremo eum inter. de iudic.*

15 Tùm quòd veritatem celare ei, qui ius habet petendi illam manifeſtari; peccatum eſt ex genere ſuo mortale contrà debitum iuſtitię, non obediendo ſuo ſuperiori in his, ad quæ ius Prælationis ſe extendit. *ſecundum S. Thomã. 2. 2. q. 69. art. 1. & q. 70. art. 1. Gloſſ. in cap. 1. verbo. occult. de teſtib cogend. Gaillus pract. obſeruat lib. 1. obſeruat. 100. nu. 1. tex. in can. quaquam. 5. 14. q. 2. & can. quiſquis. 78. 13. q. 3.*

16 Quem-

16 Quemadmodum testis veritatem occultans
iuridicè interrogatus, nedùm se peccato inficit
contrà charitatem faciens; verùm, & contrà
iustitiam. Vnde ad resarciendum damnum
tenetur ei, pro quo testimonium ferre renuit,
veritatem occultando. *S.Thomas. d.q.70. art. 1.*
d.canon.78.quisquis meta 11. q.3. cap. ad nostram.
20.vbi Abb.col.1.de iureiurand.cap.1.in fin. de
crimin.falsi Sotus de ration. tegen. secret. membro.
2.q.7.conclus.3.dub.3 fol.mihi 246. Nauar.in
cap.inter verba.11.q.4.conclus.6 corollar.64.num.
700 & in manuali cap.25 num.46. Couarr.in re
gul. peccatum par.2.relection.§.3.num.2 Lessius de
iustit.lib 2.cap.30.dub.6.Tolet.lib.5.cap 59: Sayr.
in claui regia.lib.12.cap.20 num.1.cum seq.,& nu.
19.& Ioann.Azor.par.3.instit.moral. lib.13. cap.
27.q.4 tex.d.cap.1.vbi Gloss.de testib cogend.meus
Maranta in special par.4.in 11.dist.iudiciorum. nu.
54.Lazerius quaestion.canonic.sect.1.q.15.num.12.
& q.seq.16.num.3. Genuens.in praxi.cap. 1.nu.4.
17 Tùm præterea, quòd perperàm officium
exequuntur suum indamnum tertij. Quare tenentur
ad damnum ei rescindendum, quod sua
infirmitate intulere, timore fortassis perculsi,
veritatem cælantes. *d.can.quisquis.78.vbi Gloss.*
11.q.3. & notata infrà num. 28. & seq. Præter-
18 quàm quòd, peccant quoq; ex eò, quòd, cùm
quis insufficientem se intelligit, vel saltem intelligere
potest, ad aliquod munus obeundum,
& illud nihilominus exequitur, vnde damnum
alijs euergit; peccat, & restitutioni obnoxius
fit. Quòd nec videatur iniquum (*vt Caius loquitur
Iure Consultus.in l.idem iuris.8. §.1. ff. ad*
legem Aquil.) si infirmitas culpæ adnumere-
19 tur. Cùm affectare quis non debeat, in quo
vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatē
suam, alijs periculosam futuram. *Et est tex.in*
§. impetu quoq; instit.de lege Aquilia.Gloss.notab.
in cap.significasti. 16.in verbo sciasti 1 de homicid.
tex.in can non est putanda. 27.§.quisquis ergo. vbi
gloss.in verbo.priùs vires.1.q.2. regul. non est sine
culpa. 19.de reg.iuris. in 6. Decius in l culpa est.
36. ff. de regal. iur. Bald.in dict.l.idem iuris. §.1.
20 Est enim peccatum præsumptionis attentare
id, quod propriam excedit virtutem. *secundum*
S.Thomam 2.2. q.21 ar.4.& q.130.ar.2.ad 3.Nauar.
de orat.& horis Canonicis.cap 11.num.20. &
45 et cap. 16.nu.30.et cap.19.in 9. conclus. nu.88.
vers. secundo respondetur.et latiùs in repetit.cap.si
quando.de rescript.except.16. num.3. et 4.cum seq.
Illustrissimus Card. Paleottus. de Sacri Consistor.
*consult.par.1.q.1.col.4. vers.quod eo magis affirmant
Theologi.*
21 Multò magis vtiquè peccabunt, qui scientes,
volentesquè in officio ipso delinquunt,
quod exequuntur, in damnum præsertim ter-
22 tij. Officium enim, quod quis exequitur, absq;
tertij damno esse debet. *ad tex.apertam. in l.sed*
si quis.7. ff. quemadmodum testamenta aperiantur.
tex in l.illicitas.6.§. sicuti medico. vbi gloss ff. de
*offic. Præsidis.tex. in l.cum quidam. 26. C. de administrat.
tutorum. cap.sanè dilecto. 7. vbi gloss.in*
verbo. abstinere.de renunt.tex.cap.peruenit.2. de
fideiussoribus.cap.cùm non deceat.in princ. vbi glos.
de election.lib.6. Card.Tusc.tom.5.littera.O.concl.
94.Barbos.allom.167.num.1.
At qui verò ex Sacri Trident. Concilij de-
23 creto *d.cap.18.§.peracto deinde.* Examinatores
Episcopo quoscunq; idoneos denunciare debent.
Nedùm quidem quoad sufficientiam
doctrinæ, verùm etiam, & aliorum requisitorum,
quę ad regendam Ecclesiam vsui sunt. Sic
„ enim loquitur Sacrosancta Synodus: *Peracto*
„ *deinde examine, renuncientur quotcunq; ab his ido-*
„ *nei iudicati fuerint, ætate, moribus,* Doctrina, *pru-*
„ *dentia, & alijs rebus, ad vacantem Ecclesiam gu-*
„ *bernandam opportunis. Ex hisq; Episcopus eum eli-*
„ *gat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit.*
Haud quaquam vtiquè menti satisfacient
sanctæ Synodus examinatores, si quoad scientiam
dumtaxat examinatos approbarint. Ni
etiam, & quoad ætatem, mores, & prudētiam,
& aliàs res ad regendam Ecclesiam necessarias,
idoneos eos edixerint, vti in conscientia
nonerunt; *vt Sacram declarasse Congregationem,*
*dubijs respondendo per Episcopum Abulen.propositis.refert
Garsias.de benefic.par.5.cap.7. num.11.*
ad tertium. & par.6.cap.2.num.236. & d. par.9.
24 *cap.2.num. 105.& 106.* vbi mortaliter peccare
Examinatores asserit, si quoad doctrinā tantùm
examinatos approbauerint, minimè verò
quòad reliqua, etiā Episcopo id volente. Quòd
scilicet Sacri Concilij mandata, iuxtà formam
ab eo traditam in re graui non impleant. Di-
25 gnitas autem, & idoneitas praficiendi, nedùm
sanè quoad scientiam; verùm & quòad ætatē,
& mores perpenditur, *vt est tex.in cap. cùm in*
cunctis.7.§.inferiora.de elect.d.cap.licet canon.14
eod.tit.in 6.& cap.1.& 3. Sacri Concil.sess.7. de
*reformat.& sess.22.cap.2.et 4.in fin. sequitur Gratian.d.decis.97.in
additionib. num. 2. Rota in Portuen.Parochialis.18
Decembris. 1581. coram Giptio.par.4.diuers decis.672.num.5.Gonz. in 8. re-*
*gul de mensib.glos.4.num.108 & seq. Rota in Funden.Parochialis.
28. Aprilis.1603. coram Sacrato.decis.628
num.3.ead.par.4. diuers. per Farinac.*
collecta.Lotterius.d.q.31.num.107.et seq. et n. 97.
89 et seq. Barbos.d.allegat.61.num.95.
26 Nec enim, qui doctior alijs, quiuè simpliciter
sanctior, is solùm dignior æxistimatur.
Sed qui iuxta munus, & rem, cui proficiendus
27 est, aptior eius ministerio apparet *secundum il-*
lud Apostol.1.ad Corinth.14. num.12. Ad ædificationem
Ecclesiæ quærite, vt abundetis. *S.*
Thom.2.2.q.63. art.1.et q. 185. art.3.in corpore,
vbi etiam Caiet.et quodlibet.8.q.4.art.6.in corpore
*et in eundē Pauli locū. lect.2. in fin.vbi etiam adnotat
Titelman.* Vt fructum (scilicet) abundantiorem
facere valeant Ecclesijs præfecti. Vt cum
abundantia dona spiritus habeant ad communem
vtilitatem *vt Gagliardus ibid.dicit.* vt illis
videlicet vtantur non ad ostentationem; sed
ad Ecclesiæ vtilitatem, *vt explicat ibidem Cornel.à
Lapide. et Lyranus.in vlt cap.Ioann. in illis*
verbis Domini Petro: *Diligis mè plus his,* illum dig-
niorem esse dicit, qui excussis omnibus condi-
tio-

ditionibus melior est ad tale officium ad ho-
norem Dei, & Ecclesiæ vtilitatem. *et idem se-*
quitur Dionys. Carthus *ibid. art 5.* Couar. *in d. re-*
gula peccatum. d. §. 7. 2 par relectionis. num. 4. vers.
verò. Quem sequuta fuit Rota in recentioribus par.
1. tom. 2. decis. 537 num. 14. et alias per Sanctissi-
mum D N. Ludouis. Gregor. XV. decis. 11. nu. 5.
Ioann. Azor. instit. moral. dicto lib. 6. par. 2. cap.
15. q. 1. in fin. vers. verùm quis dignior. Vasquez.
in opusculis. tract. de Benefic. cap. 2 §. 3 dub. 1. nu.
49. & dub. 8. num 78. Gratian. d. decis. 97. num. 19.
& in addit. num. 1. & declarasse Sacram Con-
gregationem refert *Gonzal. d. glos. 4. num. 112.*
113. & seq. & sequitur. Riccius d. resolution. 262.
num. 1. & 2. in maiori impress. par. 1. Anton. Fer-
nandez. in examin Theol. maral. lib. 4. cap. 4 nu.
5. Pater. Ioan. Valer Carthus. *de different. inter.*
vtrumquè forum different. 1. vers. sed aduerte,
& nouissimè Antonius Naldus in sum. verbo.
examinatores. num. 2. & verbo. eligere. num. 19.
& antè cum Gallettus *in margarita. verb. elige-*
re. §. electio. debet fieri. vbi ita Sacrã Congrega-
tionem declarasse referũt. *Bonacin. tom. 2. de*
restit. in genere. disput. 1. q. 4. punct. 1. num. 15. &
plurib. Mascobri. de concurs ad Parochial. requis.
5. dub. 2. per tot. Reuerend. Pater Lucas Castelli-
nus Episcopus Cathacen. *de elect. regular. cap. 4.*
num. 3. 4. & 5. & num 24. Lauorius variarum
elucubrat. tit. 4. de elect cap. 21. num. 63. Lotterius
d. q 31. num. 113. et 114. idem Castellinus pleniùs
cap. 9. per tot. præsertim n. 3. & seq.

28 Nedùm igitur contrà charitatem in officio
proprio delinquẽdo, peccabunt examinatores,
Prælato, vt digniorem inter approbatos refe-
rant petenti tacendo, verùm etiam, & contrà
iustitiam, cùm commutatiuam, per Ecclesiæ
læsionem, tùm etiam distributiuam, per accep-
29 ,, tionẽ personarum. Qui enim præstantior est
,, ex omni populo, qui doctor, qui sanctior, qui
,, in omni virtute eminentior, ille eligitur ad Sa-
,, cerdotium. *vt Hieronym. in leuitium* (inquit)
relatus in can. licet. 8. q. 1. & S. Thom. 2. 2. d. q. 63.
ar. 2. ad 3. & d. quodlibet 8. art. 6. q. 4. latè Sotus
lib. 3. de iustit. & iure. q. 6. art. 2. Ioan. Azor. d.
cap. 15. lib. 9. q. 1. vers altera opinio affirmatiua.
Lessius. de Iust. & iur. d. cap. 34. dub. 14. num. 62.
Reginald. d. lib. 30. tract. 3. num. 195. Molin. de
Iust. & iur. tom. 3. tract. 2. disput. 714. Garsias. de
benefic. par. 7. cap. 16. n. 30. cum seq. ad finem. Ca-
stellin. d. cap. 9. nu. 20. 21. & seq.

Quod apertiùs, luceque clariùs comproba-
tur ex Sacri Trident. Concilij decreto. *cap. 1.*
sess. 24. de reformat. non longè ab initio. dùm
Sancta Synodus Spiritu sancto Dei dictante,
30 his sequentibus, verè aureis loquitur verbis:
,, *Hortatur, & monet* (vtiq; Summos Romanos
,, Pontifices) *vt in primis meminerint, nihil se ad*
,, Dei *gloriam, & Populorum salutem vtiliùs posse*
,, *facere, quàm si bonos Pastores, & Ecclesiæ guber-*
31 ,, *nãdæ idoneos, promoueri studeãt. Eosq; alienis*
,, *peccatis communicantes mortaliter peccare: Nisi*
,, *quos digniores, & Ecclesiæ magis vtiles ipsi iu-*
,, *dicauerint. Non quidem precibus, vel humano*
,, *affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum*
,, *exigẽtibus meritis, præfici diligenter curauerint.*
,, hæc Sancta Synodus.

32 Nec obstabit, si instetur loqui Sanctam
Synodum de Episcopis, & alijs superioribus
Prælatis, Cathedralibus Ecclesijs præficiendis.
Par profectò ius est, & iudicium de Parochia-
libus, siuè curatis Ecclesiis. *vt notabiliter ad-*
uertit. Lessius. d. cap. 34. dub 14. num. 64. & Hore-
da. de in compatibilitate benefic. par. 1. cap. 19. nu.
29. de tex. Sacr. Trid. Cõcil. sess. 25. cap. 1. de re-
format. Anton. Fernand. in exam. Theolog. mo-
ral par. 4. num. 2 & sequitur Pater Ioan. Bapti-
sta Scortia in selectas Summor. Pontific. consti-
tutiones epitom. 96. Theorema. 237. vers. secundo
peracto. circa fin. & nouissimè Pater Anton. Dia-
na par. 2. tract. 1. miscellan. resolut. 38. & reso-
lut. 40. Pater Iacobus Gordonus. in Theolog. mo-
rali. tom. 2. lib. 8. q. 3. cap 8. nu. 21. in 3. q. Lauor d.
cap. 21. num. 56. Castellinus d. cap. 9. præsertim
num. 12. Quòd comprobari etiam videtur *ex*
tex. eiusdem Sacri Concil infrà d. cap. 1. dùm his
, loquitur verbis *Et bonos maximè, atq; Idoneos*
,, *Pastores, singulis Ecclesijs præficiat; idq; eò magis*
33 ,, *quòd ouium Christi sanguinem, quæ ex malo*
,, *negligentium, & sui officij immemorum Pasto-*
,, *rum regimine peribunt, Dominus Noster Iesus*
,, *Christus de manibus eius sit requisiturus.* hæc
,, ibi.

Eadem profectò ratio est in Sũmo Pontifice,
Episcopos Cathedralibus Ecclesiis præficien-
te, atq; de Epis ad Parochales Sacerdotes eli-
gẽtibus. Omnes Christi oues sumus, & oẽs Pa-
34 stores, siuè supremi, & maiores, siuè inferiores,
& minores, de ouibus suis rationem, supremo
Pastorum omnium iudici, & Pastori, atq; Epi-
scopo animarum nostrarum (*vt loquitur Petrus*
45 *Epist. 1. cap. 2. in fin.*) Christo Domino Iesu ra-
tionem redituri sunt. Sine discrimine enim lo-
,, quitur Spiritus Sanctus Exechielis voce, *cap. 34.*
,, de pastoribus Israel, dicens: *Ecce ego ipse super*
,, *Pastores requiram greggem meũ de manu eorũ,*
,, *& cessare faciam eos, vt vltra non pascant greg-*
,, *gem.*

Vt sine etiam discrimine de omnibus pasto-
ribus, atquè omnibus Christi Domini oui-
bus, exaudiri oporteat. *iuxtà tex. in cap. solitæ*
6. §. nos tamen. vbi glos. in verbo non distinguens,
cum ibi notatis. de maioritat. & obedientia.

36 Et pro omnibus mortuus est Christus. *vt*
Apostolus inquit 2. ad Corinth. *5. num. 14.* Et om-
nes eodem prætiosissimo sanguine, quasi agni
immaculati, & incontaminati Christi Iesu (*se-*
cundum Apostolum Petrum. Epist. 1. cap. 1. n. 11)
redempti sumus, de vana nostra conuersatione
paternæ traditionis. Originalis scilicet infe-
ctionis; seu vitiosæ in formationis. quia paren-
tes filios suos pessimè docuerunt. *vt Dionys.*
Carthus. ibid. loquitur *ar. 3. col. 2. in fin.*

37 Nec ad rem facit. Episcopi, siuè eius quoquè
Vicarij esse; digniorem eligere ex approbatis.
,, vt Sãctu Synodus inquit. *dict. cap. 18. §. peracto*
,, *deinde. Ex hisquè* (dicens) *Episcopus eum eligat,*
quem

„ *quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atq; illi*
„ *& non alteri collatio Ecclesiæ ab eo fiat, ad quem*
„ *spectabit eam conferre.* hæc ibi. Non verò examinatorum, ad quos tãtum spectat, quotcunq; idonei iudicati fuerint Episcopo renunciare, vt declarasse etiam Sacram Congregationem, in dubijs, per Episcopum Abulen. propositis, refert *Garzias d.par.1.cap.7.num.11. ad 3. & d. par.9. cap.2. num.* 108. Non enim sequitur ex hoc, quin si rogentur ab Episcopo, quem ex approbatis iam, magis idoneum, atquè dignũ nouerint, illũ referre minimè debeãt. Digniori
39 quippè ex S. Cõc. decreto, & nõ alteri ex approbatis, beneficiũ debetur. *vt post alios supra citõ relatos sequitur Diana d. resol. 111. tract. 5. Mi-*
40 *scellan. par.3.* Quapropter eadẽ, atq; vna est ratio in examinatoribus (si rogentur) atq; in Episcopo, vt digniori beneficiũ detur. Eadẽ ergo, atq; vna etiã iuris esse debebit dispositio, atq; idẽ existimari iudiciũ. *iuxta Cai responsũ in l. illud. 32. eũ ibi notat. ff. ad legẽ Aquil.* Et sequi videtur *Couar. d. §. 7. p. 2. reg. peccatũ n. 3. non lõgè ab*
41 *initio.* Limitat. n. ibi cõmunẽ, atq; receptã Doctorũ sententiam, quòd electio digni omisso digniore valida sit; & si peccet eligẽs, vbi exces-
42 sus magnus est. Vt locũ nõ habeat, vbi antè electionẽ, q de certis facienda est, denũciatur electuribus, vt digniorẽ eligãt. Quòd de similibus par in omnibus sit iudiciũ. *c. maiores. 3. §. verùm de Baptismo. c. inter cæteras. 4. in fin. de rescript. c. inter corporalia. 2. §. sicut ergo Episcoporũ. de transl. Epis. Diana. d. miscellan. 5. par. 3. resol. 110. vers. notandum est.*
44 Et intrinseca, ac penitissima, siuè formalis, dispositionis S. Trid. Cõc. ratio *d. c. 18.* pcipiẽtis Parochiales Ecclesias nõ nisi per concursũ, & rigorosũ examẽ, corã examinatoribus Synodalibus conferri; ea vna dignoscitur esse; vt Ecclesiæ pdictæ magis dignis, magisq; idoneis deferãtur. Quòd ex ipso toto cõtextu, ac pserꝰ
„ tim in illis verbis. *in §. peracto (& illi, & nõ al-*
„ *teri collatio Ecclesiæ ab eo fiat)* venari facili põt negotio. *Et sequuta fuit Rota. in vna Calaguritana benefitij. 13. Ianuarij. 1614. corã Vbaldo. in recent. pa. 2. so. 1. dec. 305. n. 2. & alijs. vt per Beltram. ad d. dec. 11. Ludouis. in litt. E. in 2. cõcl. et in d. Funden. Parochialis dec. 628. n. 2. p. 4. diuers. S Tho. 2. 2. q. 63 art. 2. Ant. Fernand. d. c. 4. n. 2. Diana d. resl. 142 miscellan. 1. cũ alijs ab eod. relatis. Gordon. d. c. 8. q. 3. n. 11. Barbos. d. allegat. 61. n. 95. 96. et 97.*
45 Quàm ob causã sicuti excusari nõ potest Episcopus, quin digniori cõferat ex approbatis; alioquin iurè ab ipso Episcopi iudicio appellatio dabitur, *ex Pu Quinti Constitutione*, quã refert etiã *Quarãt. in sum bullar. verbo. beneficiorum*
46 *Parochialiũ collatio. fol. 95.* ita nec excusari poterunt Examinatores, si ab ipso Episcopo rogẽtur, quẽ magis idoneũ ex approbatis nouerint; quin referre eũ debeãt. Vt ei beneficiũ cõferatur, & nõ alteri, Nec. n. frustra de examinatoribus verba faciens Sancta Synodus *d. c. 18. §. caueãtq; si quoq; modo in officio ipso eos peccare cõtingat.* hoc, quod sequitur modo, dispo-
„ nit, dicẽs: *Et de his omnibus non solũ corã Deo, sed*
„ *etiã in Synodo Prouinciali (si opus fuerit) rationẽ*
„ *reddere teneãtur, à qua, si quid cõtrã officiũ eos fecisse compertum fuerit, grauiter eius arbitrio puniri possint.* hæc ibi.

Quid ni porrò ipsi in eorũ officio peccare dicãtur; si digniorem nõ referant rogati. Quòd omnes idoneos repertos referre debeãt, & ad Episcopũ dignioris electio spectet? Cùm Episcopus ipse, vt eò magis mẽti satisfaciat S. Synodus, digniorẽ ex approbatis eligendo, eorũ iudiciũ in hoc magis sequi voluerit, iustumq; pu-
47 tarit? Nec temerè. Ibi. n. salus, vbi multa con-
48 silia. Salomon, inquit, *Prouerb. 11. nu. 14.* Et integrũ sit iudiciũ, quod plurimorũ sententijs cõfirmatur. *Vt loquitur Cælestinus Papa. in c. prudẽtiã. 21. de offic. delegati.* Atq; pampliores homines perfectissima veritas reueletur. *secũdũ verba tex. in l. quæstionẽ. 32. alids. fin. §. cùm enim. C. de fideicõm. sequitur Fusc. de visit. p. 2. d. c. 5. n. 4.* Cũq; ipsi de idoneitate iudiciũ ferre debeãt cõcurrentiũ, quòad ætatẽ, mores, doctrinã prudẽtiã, & alias res ad vacantẽ Ecclesiã gubernandam opportunas, iuxtã decretũ Sacr. Trid. Conc. *d. §. peracto deinde.* (vt supra etiã diximus) & inter
49 concurrentes non modicus, persæpe excessus reperiatur, quòad virtutes, & requisita ad curatã regendã Ecclesiã necessaria. Quis (amabo
50 tè) inficias ire poterit, reos ipsos euadere, si excessũ notabilẽ virtutũ vnius ad alterũ ex concurrẽtibus, Episcopo ipsi nõ retulerint requi-
51 siti, sed reticere magis voluerint? Vnde acceptores eorũ personarũ, ac proinde cõtrà iu-
52 stitiã distributiuã peccabũt. Ipsa enim nõ personas, sed nuda meritorũ pondera perpendit. *S. Tho. 2. 2. q. 63. ar. 1. & q. 185. ar. 3. in corpore. Sotus. d. lib. 3 de iust & iur. q. 6. ar. 1. Less. de iustit. lib. 2. c. 32. P. Valer. d differ. 1. in 6. causa. Vasq d. §. 3. dub. 1. nu. 58. Mastrius. & quos ipse refert. d. requis. 5. dub. 2. n. 26. & seq. Lauor. d. c. 21 n. 57. & 58. Lotter. d. q. 31. à n. 97. cum seq.*
53 Nã, & si planè, si digno beneficiũ cõferatur dimisso digniori, irrita nõ ex hoc collatio fiat, sed subsistat; cùm in foro interiori, tũm etiam exteriori. Cùm sat fuerit, si de digno vacãti Ecclesiæ puisũ fuerit. Alioquin in ambiguo prouisio omnis, omnisq; beneficij collatio statueretur; & calũnijs nõ leuis daretur occasio *secũdũ S. Tho. 2. 2. d. q. 63. ar. 2. ad 3. ab omnibus cõmuni calculo sequutũ. & secuta fuit Rota in vna Rauennaten. Parochialis. 2. Decẽbris. 1659. corã Cardin. Arigon. quã refert Mastobr. post Grat. d. p. 9. c. 2. n. 232. & seq. d. requis. 5. dub. 2. n. 7. præsertim n. 16. & pleniùs eod. requis. dub. 1. præsertim à n. 43. Lotter. d. q. 31. nu. 114. vbi alias refert Rotæ decis. Barbos. alios plures recensens d. alleg. 61. n. 97. & 98. Diana. d. resol. 110. & 111. par. 3.*
54 Non est tamen, quin peccato se inficiat collator, siuè elector contra iustitiam personarum acceptor, non meritorum librator.
55 Cùm dignissimis, nedùm dignioribus beneficia cõferri debeãt Ecclesiastica. *vt idẽ S. Th.* (dicit) *d. art. 2. ad tertium. Couar. d. regula peccatum. par. 2. §. 7. num. 6. Lessius de iustit. d. cap. 34. dub. 14. nu. 62. Azor. d. lib. 6. cap. 15. q. 1. & 2. & q. 12. præsertim*

tim in fin. verſ. profectò quamuis. Nauarr. conſ.
8. de ſimon. lib. 5. n. 1. & 2. et Miſcellan. 38. de orat.
nu. 62. Parſ. de reſignat. benefic. lib. 4. q. fin. nu. 36.
latè Garſias d. par. 7 cap. 16. n. 2. cum ſeq. Reginal.
d. lib. 30. tract. 3. num. 195. verſ. quod ſi iura. Vaſq.
in opuſculis de benef. c. 2 §. 3. dub. 1. & dub. 8 Ant.
Fernandez. d. c. 4. n. 2. Valer. d. different. 1. per tot.
de elect. Dionyſ Carthuſ. in d. vlt. c. 10. art. 50. ſuper
dictis verbis, diligis me plus bis. Mariſcotius var.
reſolut. lib. 3. cap. 21. n. 52. Reuerend. Campanilis in
diuerſor iuris canon. rub. 6. cap. 3. num. 32. Sanctiſſ.
Ludouiſius d. deciſ. 11. num. 8 Rota in recent. par. 1.
tom. 1. deciſ. 61. nu. 8. Gonzal. d. gloſ. 4. nu. 127. &
ſeq. Scort. d. Theorem. 237. verſ. ſecundo peracto.
Diana, & ab ipſo relati. d. reſolut. 38. & 40. Maſſo-
brius d. requiſ. 5. dub. 1. à num. 43. præſertim. nu. 51.
Caſtellinus d. cap 9. num. 6. & 7. & ſeq. & præſer-
tim nu. 11. vbi etiam Sacræ Rotæ deciſiones affert.
ac dictam 65. in recent. par. 1. & alias. num. 15. &
16. ſeq. Gordon. d. cap. 8. num. 21. quæſt. 3. Lauor. d.
cap. 21. num. 54 55. & 56. vbi plures alios refert,
& Barboſ. d. allegat. 61. num. 97. & 98.
56 Verùm, non illhæc ita procedunt, vbi lege,
vel ſtatuto aliquo digni oribus, magiſquè ido-
neis beneficij collatio fieri debebit, vt ex decre
to Sacri Concil. d. cap. 18. in curatis Eccleſijs cō-
ferendis factitandum omninò eſt, atq; etiam
Conſtitutione Pij Quinti. Fruſtra profectò di-
gniori poſtpoſito appellatio concederetur à
mala electione, ſi liceret digno, digniori omiſ-
ſo, curatam cōferre Eccleſiam. Et inaniùs fu-
tiliùſquè prouiſum per Spiritum Sanctum in
Sacro ſancta Tridentina Synodo fuiſſet, de Cu-
ratis beneficijs per concursū præuio rigoroſo
examine, conferendis. Quòd planè aſſerere, ſa-
57 crilegium immane eſſet. Quadere præter pec-
catum, reſtitutionis quoquè damnorum poſt-
poſito, reatum incurrent electores, & collato-
58 res. Quòd ius perfectum ad beneficium illud,
& in re, non ad rem habere videatur dignior,
magiſquè idoneus, præter alios appro batos.
Nauar. in man. c. 17. n. 74. quem ſequitur Gratian.
d. deciſ. 97. num. 25. Couar. d. §. 7. nu. 3. Garſias d.
par 7. cap. 16. num. 40, 43. cum ſeq. & num. 61. Ant.
Fernand. d. cap. 4. num. 2. & cap. 7. §. 2. num. 11. Et
ita etiam pluries decıſum in Rota refert Oliuer.
Beltramin. ad deciſ. Sanctiſſimi D. N. Ludouiſ. d.
deciſ. 1. in 2. concl. Gonzal. d. Gloſſ. 4. num. 136. &
ſeq. et gloſſ. 6. num. 118. Maſſobrius d. requiſ. 5. dub.
1. nu. 44. 45 & ſeq. ad finem vſq; Barboſ. d. allegat.
61. num. 68. & nouiſſimè. in tract. de iure Eccleſia-
ſtic. lib. 1. cap. 19. num. 162.
59 Præter, quàm quòd itē, cōcurrētes ipſi quaſi
cōtrahere videātur cū examinatoribus, vt eos
60 approbent, ſi digni inuenti fuerint. Pinguiuſq;
ius defertur ei, q magis eſt idoneus, atq; aptior
61 ad vacātē curatā Eccleſiā regēdā. Vt tenecātur
ex quaſi cōtractu examinatores illū, pter alios
approbare, eiuſq; merita Epō deferre. Nam in
62 a collatione ipſa beneficiorū, nō dūtaxat vtilitas
ſpectatur Eccleſiæ, verùm etiā, & ipſius eligēdi,
q quātò dignior eſt, tātò pinguius ius habet, vt
ex iuſtitia eligatur ad beneficiū ipſū. Dec. d. cōſ.
542. n. 11. Vaſq. d. c. 2. §. 3. dub. 1. n. 55. & 58. Garſ.
d. c. 16. p. 7. n. 40. et 45. Ant. Fernād. d p. 4. c. 7. n. 11.
63 Vt iniuſtitia pinde, atq; iniuria fiat ei, ſi præ-
tereatur. Ei nēpè, nō alteri (ex Sac. Cōc. decre-
to) collatio faciēda erit vacātis beneficij. Aliàs
collatio ipſa nulla erit, vt decreuiſſe pluries Rotā
refert d. Beltramin. deciſ. 11. in 2. concl.
Nullo igitur pacto requiſiti examinatores,
dignioris, aptioriſuè relationē, ommittere po-
terūt; ni ſe peccati macula inficere velint, ex iā
dictis, & docet et Azor. d. lib. 6. c. 15. q. u. Garſ. d.
p. 9. c. 2 n. 12. ex aliorū etiā ſententia. Rota d deciſ.
672. u. 3. & 4. par. 4. diuerſ. Barboſ. d. allegat. 61. nu.
64 92. & 93. Nec locus ſupereſſe poteſt digno, ſe
cōquerendi; ſi honoratior ei præferatur, & di-
gnior; eiq; Euāgelicū illud opponatur; Amice
65 da huic locū. Luc. 14. Nulla. n. fit ei iniuria. Quid
ni. n præferatur, q potiora iura obtinet? ad tex.
in l. qui balneum 9. & l. potior. 11. ff. qui potiores in
pignore habeātur. l. quoties vtriuſq; 99. ff. de regul.
iuris. regula qui potior. 54. de reg. iur. in 6.
Ex his igitur ſecūda etiā reſoluitur q̄ſtio. Te-
neri vtiq; examinatores ſubſcribere relationi à
ſe factæ de magis idoneo, magiſq; apto, ne in
difficultatē verti cōtingat eorū de illo iudiciū.
Si. n. digniori, atq; aptiori beneficiū debetur
(vt pbauimus) p eo vtiq; approbatio dari de-
66 bebit, alioquin iniuſtitia cōmittetur. Iniuſtitia
verò, quæ iuſtitiæ opponitur; cuius eſt, cuiq; q
ſuū eſt tribuere. L. iuſtitia. 10. ff. de iuſt. & iur. §.
1. inſtit. eod. c. ex ore. 17. in prin. de priuil. S. Thom.
67 2. 2. q. 58. ar. 11. Cùm ſit actus cōtra charitatē,
alteri nocumentū inferēs. Vtiq; ex genere ſuo
68 mortale eſt. Niſi fortaſſis ex paruitate materię,
vel ex ignorātia excuſetur S. Thom. 2. 2. q. 59. ar.
vlt. vbi Caiet. et in ſū. verbo. iniuſtitia. Armill. verb.
69 eodē. et i alijs Sūmiſt. At qui iniuſtitia manifeſta
eſt; ſi abſq; legitima cauſa denegetur petenti,
id, ad quod ius habet petēdi, & q ſuū eſt Card.
Tuſc. to. 5. litt. M. cōcl. 225. Barboſ. de appellat. verb.
iuris ſignif. appell. 151. Nā ſuū dicitur id q ſecū-
dū pportionē ęqualitatis alicui debetur. S. Th.
71 d. q. 58. ar. 11. Et iniuſtitiā facere Iudex dicitur,
qui petēti, iuſtitiā adminiſtrare renuit. Quia eū
70 grauat. iuxtà tex. in l. 1. §. fin. ibi: Nec eſt beneficiū,
ſed iniuria, ſi quis fortè non impetrauerit. ff. de a-
72 qua quotidiana, & æſtiua. Vnde iurè ab eo appel
latur. ad tex. in l. 1. C. ſi ſæpiùs in integrū reſtit. po-
ſtuletur, & ſequitur Bar. in l. 1. col. 5. n. 11. ff. de iu-
riſd. omn. iud. quē etiā ſequitur Felin. in c. per tuas.
48. in fin. n. 6. de teſtib. Petr. Ant. Lazar. q. canon.
ſect. 1. q. 18. num. 20.
Ius verò petēdi hāc ſubſcriptionē habet præ-
dictus approbatus, vt potiora ſua iura oſtēdat.
Ergo illā denegare ei nō poterūt examinato-
res. Quia ex officio ad id tenētur, vt inqt, Rota
apud Seraph. dec. 968. n. 9. Alioqn cōtra iuſtitiam
facient, & peccabunt.
Subſcribere igitur debet hic examinator ap-
probationi de hoc eodem factæ, ne peccato ſe
inficiat.
Perſtitit tamen in ſua contumacia examina-
tor perſonarum acceptor. Verùm Parochialis
Eccle-

Ecclesia digniori collata fuit, qui omnium vota, communi (etiam ipsius) iudicio, tulerat; & ita iudicatum, & executum. Ne tamen ipse sibi iustus omninò videretur, sed redargueretur de peccato suo, hæc omnia adnotare libuit. Visi enim quandoq; ac præstò aliis erunt, vt quod iustum est decernatur, & glorificetur in omnibus Deus super omnia benedictus.

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Vic. Generalis Auersanus,

SVMMARIVM.

1 *Solemnitas eadem requiritur in alienandis rebus mobilibus Ecclesiæ pretiosis, quæ in immobilibus, ex extrauag. ambitiosæ.*
2 *Mobilia pretiosa Ecclesiæ adæquata immobilibus sunt.*
3 *Reliquijs Sanctorum nihil pretiosius, inter res mobiles Ecclesiæ excogitari potest.*
4 *Corpora Sanctorum viua membra Christi, & templum Spiritus sancti à Sacra Trid. Synodo nuncupantur. & num. 24.*
5 *Reliquiæ Sanctorum nullam recipiunt æstimatitionem, nullumq; pretium, quamuis maximum, & excessiuum.*
Vendi proinde haud possunt n. 6.
Earumq; venditio aperta est simonia. n. 7.
etiam si modica pars reliquiarum vendatur.
8 *Calices, vasaq; aurea, & argentea, vestesquè sacræ inter pretiosa mobilia Ecclesiæ nuncupantur.*
9 *Reliquiæ Sanctorum, vti pretiosissima, inter immobilia computantur Ecclesiæ.*
10 *Sanctorum Reliquiarum Epitheta ex Sancta Nicena Synodo secunda.*
11 *Ecclesiæ, in quibus Sanctorum Reliquiæ constituuntur, sub ipsorum Sanctorum tutela, & patrocinio subijciuntur ad beneficia à Deo promerenda.*
12 *Reliquias Sanctorum Christus Dominus, veluti fontes salutares, nobis reliquit.*
13 *Martyrũ ossa multa nobis conferunt beneficia.*
14 *In Sanctorum Reliquijs Christus habitat.*
15 *Reliquiæ Sanctorum alienari haud poterunt absq; Summi Pontificis assensu. & contrà facientes in pœnas dat extrauang. ambitiosæ. & num. 19. & 22.*
16 *Reliquiæ Sanctorum in alicuius dominio cadere non possunt.*
Proinde vni dicatæ Ecclesiæ, alteri ad libitum concedi minimè poterunt. nu. 17.
18 *Reliquiæ Sanctorum perpetuæ sepulturæ traditæ, non possunt de loco ad locum absq; Summi Pontificis licentia, vel Episcopi, vel Sacræ Synodus transferri.*
19 *Reliquiæ Sanctorum inestimabilis Thesaurus sunt.*
20 *Thesaurus Ecclesiæ inter immobilia computatur, vel saltim inter pretiosa mobilia.*
Vnde alienari haud poterit. nu. 21.
23 *Arca in qua digito Dei conscriptæ legis tabulæ, virga Aaron, & vrna manna repleta conseruabantur, fuit pretiosum munus Populo Hebræorum concessum.*
24 *Reliquiæ Sanctorum pretiosum munus sunt à Deo Ecclesiæ suæ Sanctæ datum.*
25 *Corpora eorum, qui pro Christo moriuntur, pretiosæ sunt Reliquiæ.*
26 *Martyris ossa tangens quandam sanctificationis societatem assumit, ex gratia corpori insidente. ex Diuo Basilio. atq; etiam puluis ex sepulchris Sanctorũ Martyrum exceptus virtutes operatur, veluti de sudarijs, & semicinctijs Diui Pauli corpori admotis, narrat. S. Lucas.*
27 *Demones rugiunt ad sepulchrum Sancti Martyris, & Præcursoris Ioannis Baptistæ varijs agitati cruciatibus.*
28 *Sanguinis ampulla ex exesto Capite Sancti Baptistæ Ioannis excepti, in die commemorationis eius Martyrij in singulos annos, ebullit, atq; liquescit, ac si recens effusus.*
29 *Reliquijs Sanctorum nihil nobis vtilius Deus ad salutem reliquit. vt Diuus Chrisostomus loquitur.*
30 *Reliquiarum Sanctorum ex veneratione maxima in nos vtilitas promanat.*

ARGVMENTVM.

Sanctorum Reliquiæ, non tamen perperpetuæ sepulturæ traditæ, nùm ne inter immobilia, vel saltem pretiosa mobilia connumerentur; & nùm in earum alienatione Snmmi Pontificis assensus, atquè solemnitates in extrauaganti Ambitiosæ Pauli II. exquisitæ, perquirantur? Non inutilis Responsio.

RESPONSIO III.

Possint, ne Moniales Sãctæ Mariæ, nuncupatæ de Donna Romita, pretiosissimum sacrarum Reliquiarũ Thesaurum, vnius ex constis semiustis Sanctissimi, ac gloriosissimi Præcursoris, & Martyris, Christiq; Baptistæ Ioannis, à propria eorũ Ecclesia alienare, & alterius Ecclesiæ in vsum concedere, inconsulto Romano Pontifice; nequè solemnitatibus. *in extrauagan. ambitiosæ. Pauli 2. de rebus Eccles. non alienand.* seruatis? Consultus: negatiuè Respondi.

1 Quippè, eùm, eadem omninò requiratur solemnitas in rebus mobilibus pretiosis Ecclesiæ alienandis, quæ in immobilibus eiusdẽ

B 2 requi-

requiritur. *ita extrauag. prædicta ambitiosæ. in princ. ibi: Immobilia & pretiosa mobilia. Gloss. notab in cap. tua nuper. 8. verbo. tractatu. de his, quæ fiunt à Prælatis. Gloss. in cap. is, cui procuratio. 42. verbo immobilium de elect. lib. 6. Rodoan de reb. Eccles. alien. q. n. est. 8. num. 1. & seq. fine rub. 8. & quæst. 25. sine rub. 23. n. 18. tom 15. tract. par. 2 fol. 434 Quarant. in sum bullar. verb. alienatio bonor. Eccl. in 9. ampliat. n. 24. Vgolin. de potest. Epis. par. 1. c. 14. §. 4. n. 5. vers. tertio nec mobilia. Io. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 9. c. 1. q. 7. Ricciu in praxi rerū quotidianar. de reb. Eccles. alien. resol. 58. in maior. impreß. & resolut. 62 2. num. 1. par. 1.*

2 Quoniam æquata sunt mobilia pretiosa Ecclesiæ, eiusdē immobilibus. *tex. in l. lex, quæ tutores. 22 in princ. C. de administrat. tutor. gl. in d. c. tua nuper. verb. tractatus. vbi Abb. n. 7. et in c. nul li. 5. n. 8. de reb. Eccl. alien. & in c. cæterū. 3. n. 3. de donation. Glos. in c. 1. in fin. verb. abstinentes. de clerico ægrotante. lib. 6. Quintil. Mādos. de signat. Gratiæ. tit. si ineuidentem. col. 3. in fin. vers. rescriptum si ineuidentem. fol. mihi. 61. Tiraq. de retractu lignagier. §. 1. glos. 7. n. 100. & seq. Rodoan. d. q. 8. n. 2. & n. 16. Quarāt. d. n. 24. in 9. ampliat. Barbos. de off. & potestate. Epis. par. 3. allegat. 95. n. 39. & d. c. nulli. n. 1. Molina. de Hispaniæ primog. lib. 2. c. 10. n. 8. Ricciu d. resol. 58. n. 1. idem Barbos. in extrauangāti Ambitiosæ. sub num. 19.*

3 Nihil autem pretiosius dici, esse, vel excogitari vsquam potest inter res Ecclesiæ mobi-
4 „ les pretiosas, quàm Sanctorum in Cœlo cū
„ Christo Domino regnantium Reliquiæ, quo-
„ rum corpora viua membra fuerunt Christi, &
„ templum Spiritus sancti, ab ipso ad æternam
„ vitam suscitanda, & glorificanda. Vt Sacrosācta Tridentina loquitur Synodus. *sess. 25. in decreto de inuocatione, & veneratione, & Reliquijs Sāctorū.* Et refert alia ex Diuo Augustino, Cassaneus. *in Cathalogo gloriæ mundi. par. 3 considerat. 22. in 6. causa. vers. dignitas autem eorum. fol. mihi. 145. Omnisciens Petrus Gregorius Tholosates. syntag. iuris vniuersi. to. 1. lib. 2. c. 12. n. 1. et seq.*

5 Nàm, quid pretiosius æstimari potest his sāctorū Reliquijs, quæ nullā æstimationē admittunt, nullumq; pretiū quāmuis maximū, & ex-
6 cessiuē? Vt vendi proinde minimè possint. *l sacra. 10; §. fin. in fin ff de rer. diuis. tex. apertus in l. sumo Martyres. 3 vbi Doctor. C. de Sacrosan. Eccl. c. 2. vbi gl. ver. venales. & ibi Abb. & Butr. in fi. de Reliquijs, & venerat. Sanctor. Pater de Graffijs dec aurear. par. 2. lib. 2. c. 14. n. 7. D. Io. Bapt. Siguius de reliq. & venerat. Sanctor. c. 40. in priu. Io Bapt. Thoro in sum. priuil. piar. causar. priuil. 172. col. 2.*
7 *circa fin.* Quarūq; venditio aperta simonia est. *d. c. fin. de Reliquijs, & venerat. SS. Sāchez. in oper. morali. to. 1. lib. 2. c. 43. n. 22. Rodoan. de simon. p. 1. c. 4. n. 3. & c. 5. n. 5 & par. 3. nu. 17. 18. & seq. inter opera nouiter impreß. et vol. 15. tract. par. 2. fol. 33. & seq. Vgolin. de simon. tab. 1. c. 38. n. 4. 5. et 6. Pater Suar. to. 1. de relig. lib. 4. c. 14 nu. 24. Bonac. tom. 1. oper. de simon. disput. 1. q. 4. num. 8. & §. 2. num. 7.*

Etiam si pars minima esset Reliquiarū, quia etiā paruum ipsum frustrum Reliquiarum totam in se venerationis rationem obtinet; & in hac re sacra materiæ paruitas nō admittitur. *Nauar. de datis, & promissis. pro iustit. vel grat notab. 10. n. 20. & cōs. 52. Rex Sicil. n 3. lib. 5 d simon. Suar. d. lib. 4. to. 2. de reliq. c. 3. n 4. & 5. F Laurent. de Portel. ad dubia regular. verb. Reliquiæ. S 3. n. 5.*

8 Et sanè si inter pretiosa Ecclesiæ mobilia, calices, vasaq; aurea, & argentea, vestes pretiosæ, & his similia, cōputantur. *can. Apostolicos. 12. 1 q. 2. c. ad hæc 4. de religios. domib* quòd Dei seruitio dedicata sint, *Anastas. Germon. de sacro. immunit. lib. 3. c. 17. n. 195. Quarant d. ampliat. 9. n. 24. Vgolin d. c. 14. §. 4. nu. 5. vers. tertio nec mobilia Io. Azor. d. c. 1. lib. 9. p 2. q. 7 in fin. Barbos. d. c. nulli*
9 *n. 1. Bonac. d. q. 4. n. 8. 11. et 12.* Cur nō planè multò magis Sāctorū ipsæ Reliquiæ, vti pretiosiora, inter immobilia cōputabūtur? *ad tex. in auth. multò magis. C. de Sacros. Eccl. Barbos. in locis argumen. loco. 73. num. 1.*

10 Sunt. n. hæ (vt Sacrosancta Nicena secunda Synodus *action. 3. to. 2. concil. mihi fol. 498.* loqui-
„ tur) Promptuaria Dei, & pura Christi habitacula, spiritusq; Sācti immaculata specula. & refert etiam *Fuscus de visitat. lib. 1. cap. 8. num. 8.*

11 Vnde Ecclesiæ, in quibus Sāctorū ipsæ Reliquiæ requiescunt, & conduntur, sub ipsorū sāctorū, quorū Animæ in manu Dei sunt, tutela, ac patrocinio cōstituūtur, ad beneficia à Deo per filium eius Iesum Christum promerenda, ijs, qui illa prædictis in Ecclesijs venerantur, iuxtà tradita per dictam Trident. Synod. *d. sess. 25. decreto de venerat. inuocat. et Reliquijs Sāctor.*

12 „ Seruator nēpè noster Christus Dominus,
„ fontes salutares Sāctorū Reliquias nobis reli-
„ quit, multis modis beneficia in debiles fundē-
„ tes, vnguentum redolentis suauitatis scaturiē-
„ tes. Et vt inquit Magnus Doctor. *(Athanasius*
13 *scilicet, cui ab immortalitate nomen est.)* Mar-
„ tyrū ossa morbos fugant, infirmis medicantur,
„ cœcis visū impartiūtur, lepras emundant, tē-
„ tationes. & merores soluunt. Atque hæc per
14 Christū, qui in ipsis habitat. Vt supra dicta Sācta Nicena Synodus loquitur. *d. act. 3. d. fol. 498 & sequitur Illust. Card. Bellarm.* hæreticorū adamantinus malleus. *Illustriū. Cōtrouers. fidei. to. 2. lib. 2. de Reliquijs Sāctor. c. 3. col. 2. in princ. in minori impreß. Lugdunen. fol. mihi. 927.*

15 Alienari igitur haud poterunt Sanctorū Reliquiæ irrequisito Sūmo Pōtifice; neq; adhibitis solēnitatibus indicta extrauag. Ambitiosæ. requisitis. Quòd inter pretiosa, imò pretiosissima mobilia cōputētur. Ni in pœnas dare velint, sic alienātes. *in d. extrauag.* trāsgressoribus inflictas, vt in his terminis. *Reuer. Epis. Genuēsis in praxi Epis. c. mihi. 71. de Corporib. Sāctorū in addit. nu. 4. cum sequent.* tradit. *Et eum sequitur Ricciu in d. praxi. par. 1. resolut. 60. & ante eos. Syluest. verbo simonia. q. 12. vers. primum vasa sacra. in fin.* & est doctrina optima *Abb. in c. nullus. 17. in 1.*
„ *notab. de iure patronatus.* dicēs: *Nota regula, quòd*
„ *nulliū spirituale potest laicus cōferre alicui Ecclesiæ,*
„ *sine Sūmi Pōtificis cōsēsu, et ex hoc videtur, quòd*
„ *etiā reliquias, nō possit cōcedere Ecclesiæ ad libitū.*

Et

16„ Et rationem dicti reddit. *Quia reliquiæ non*
„ *possunt cadere in dominio alicuius.* hæc ille. *Et*
17 *Abbatem sequitur Rodoan. de Simon. par. 1. cap. 5.*
num. 5. Quæ etiam (inquiens, de reliquijs lo-
„ quens) non possunt vni dicatæ Ecclesiæ, alteri
„ Ecclesiæ ad libitum concedi.

18 Non tamen hic loquor de corporibus, siuè Reliquijs Sanctorum, quæ perpetuæ sepulturæ causa in Ecclesia condita sunt. Hęc enim, neq; etiam de loco ad locum transferri poterunt, absquè Summi Pontificis licentia, vel Episcopi, vel Sanctæ Synodus. *Vt est tex. in can. corpora Sanctorum. 36. vbi gloss. & Scribent. de consecrat. dist. 1. facit tex. in l. nemo humanum. 14. vbi Gloss. C. de religios. & sumptib. funer. Genuens. dist. cap. 71. Fuscus d. cap. 8. num. 12. Graffijs d. cap. 14. num. 1. Riccius d. resolut. 60. Armilla in sum. verb. reliquiæ. §. 3. Syluest. eod. q. 3. Sanchez. d. cap. 43. num. 25. Layman. tom. 2. lib. 4. tract. 7. cap. 5. in 5. q. num. 17. Portel. d. verb. Reliquiæ Sanctorum num. 6.*

19 Et quid ni porrò in pœnas offendant; & in censuras, in extrauaganti prædicta Ambitiosę comminatas, impingant, qui sic temerè Ecclesias, tàm prætioso, inæstimabiliq; Thesauro, vt Sanctorum sunt Reliquiæ, spoliare tentarint; donec alienatas illis reddant Reliquias? *ad tex. in cap. 1. de restit. spoliam.*

20 Nam si inter Ecclesiæ immobilia, vel saltem mobilia prætiosa, terrenus computatur Thesaurus, quem erugo, & tinea demolitur, & fures effodiũt, & furantur: iuxtà Domini verba. *Matth. 6. num. 19. ad tex. in l. diuortio. 8. §. si fundum. in fin. ff. soluto matrim. Cardin. Zabar. in d. cap ceterum. 3. num. 1. in 3. notab. de donat. Rodoan. q. 8. num. 3. Quaranta. in 10. ampliat. num. 25.*
21 *in fin. Riccius d. resolut. 58. num. 2.* Vt propterea alienari minimè possit. *faciunt notata per Nauar. cons. 2. de Reliquijs, & venerat. Sanctorum, lib. 3.*

22 Non multò magis Cælestis Sacrarum Reliquiarum Thesaurus inter immobilia Ecclesiæ cõputabitur, vel saltim prætiosissima eiusdem mobilia, vt proinde inalienabilis perseueret, vt illa, non expectato priùs Põtificis Summi consensu, & voluntate?

23 Si enim prætiosum munus fuit Populo Hebræorum concessum, Archa, in qua digito Dei conscriptæ legis tabulæ; virga Aaron; vrna ex manna repleta, asseruata continebantur. Non
23 prætiosum multò magis munus à Deo datum Ecclesiæ Sanctæ, suæ Sanctorum eius Reliquiæ, & corpora, quæ viuæ ædes fuerunt Dei, & viua organa, per quæ Deus loquutus est? Nam *1. ad Corinth. 6.* dicitur, membra nostra templũ sunt Spiritus sancti, & *2. ad Corinth. 13.* dicitur. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? *Illustrissimus Bellarminus d. tom. 2. de cultu Sanctorum lib. 3. cap. 4. col. 14 vers. sed idem honor fol. mihi. 1046. & d. cap. 3. lib. 2. de Reliquijs Sanctorum. col. 3. fol. 928.* afferens
„ verba Basilij Magni, in illud *psalm. 115.* Prætiosa in conspectu Domini mors Sanctorum
„ eius. Quando (*inquit Basilius*) Iudaicè quis
55„ moriebatur, abominabilia erant mortici-
„ na. Cùm pro Christo mori contingit, Præ-
„ tiosæ sunt Reliquiæ Sanctorum eius. Antea
„ dicebatur Sacerdotibus, & Deo dicatis, non
„ contaminabitur, ex aliquo mortuo. Nunc au-
26„ tem, qui contingit ossa Martyris, quandam
„ sanctificationis Societatem assumit, ex gratia
„ corpori insidente. *hæc Basil.*

Et quid profectò, Reliquias Sãctorum Corporum memorem? Quando virtutes ex adiacentibus corporibus vestibus promanauere non modicæ? Vt stupeat S. Lucas de Paulo
„ loquens *Actor. 19. Virtutes* (inquiens) *non quas-*
„ *libet faciebat Deus per manum Pauli, ita vt etiam*
„ *super languidos deferrentur à corpore eius sudaria,*
„ *& semicinctia, & recedebant ab eis languores, &*
„ *& spiritus nequam egrediebantur.* hæc Lucas: Sed & ipse puluis, & situs, quo (vt accidit) Sãctorum sepulchra aliquando obducerentur, vel etiam circum aspergerentur, eadem virtute polleant? Vt sidem facit *Gregor. Nissenus oratione in laudem Magni Theod.* & prosequitur pluribus. *Card. Baron. annal. tom. 1. anno Christi 55. fol. mihi. 406. littera. D. & fol. 407. & 408. & sequitur Portel. d. verbo. Reliquiæ Sanctorum. num. 15. in fin.*

Non æstimabitur itaq; prætiosissimum cœleste donum, & Thesaurus inæstimabilis, pars
27 illa ex eostis semi exustis Sancti Præcursoris, ac Martyris Ioannis Baptistæ, cuius ad sepulchrum rugire Demones varijs agitatos cruciatibus, narrat S. Hieronymus. *in Epitaphio. Paulæ ad Eustochiũ col. 12 fol. mihi. 260. in minori impress. Romæ. lib. 1. epist. 28. & refert Illustrissimus Bellarminus. d. cap. 3. lib. 2. col. 7. vers. Sanctus Hie-*
28 *ronymus. fol. mihi 932.* Et ampulla ex execto capite effusi sanguinis repleta, qui in die rememorationis martyrij eius, dùm ex Sacro Euangelio historia leggitur in singulos annos, ebullit, atq; liquescit, ac si tunc recens effusus, veritatis testimonium proferret, Hærodiq; ex-
„ probaret; Quia non licet tibi habere vxorem
„ fratris tui? *Marci. 6. num. 16.*

Impunè nè igitur tanto Thesauro Ecclesia prædicta spoliabitur? Et non in pœnas dabunt extrauagantis ambitiosæ moniales, si tàm execrandum nefas, ac tantùm perpetrarint sacrilegium? Sequè ita vecorditer è tàm potentissimi Protectoris patrocinio apud Deum, & Filium eius Iesum Christum, subducere tenta-
29„ rint? Nihil enim vtilius nobis Deus reli-
„ quit ad salutem, Sanctorum Reliquijs. Vt Di-
„ uus Chrisostomus inquit de Sancto Babyla Martyre loquens. *Vt eum etiam refert Illustrissimus Bellarminus d. cap. 3. fol. 933. in fin. vers. decimo probatur.*

Sapiant igitur, & resipiscant. Nam cogitatio hæc non est ex Deo, vt verbis vtar Princi-
30 pis Apostolorum *Actor. 8.* Quis est enim, qui nõ videat quanta ex Reliquiarum Sanctorum veneratione ad nos vtilitas promanat? Petrus Gregorius *d. cap. 11. in fin. num. 6.* loquitur.

Et ita ex his respondi Consultus, sub censura.

CAROLVS MARANTA I. V. D. Aduocatus.

Cessauere ab incepto moniales his auditis; & sacratissimum tanti Martyris, & præcursoris, ac Christi Domini Baptistæ, Reliquiarum pignus in earum Ecclesia perseuerat; cuius patrocinio multa in dies recipiunt, persentiuntq; beneficia ab æterno cælestium donorum omnium datore Beatissimo Deo, vno, trinoq;. Cui sit Gloria honor, & imperium in secula seculorum. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Diabolus se transfigurat in Angelum lucis.*

2 *Et multa persuadet bona ijs, quos incautos reperit, vt postmodum decipiat.*

3 *Consuetudinis prauæ mala.*

4 *Piger vult, & non vult.*

5 *Qui vehementer emungit, eligit sanguinem.*

6 *Pœnitentem nimium astringere non expedit, ne deterior euadat.*

7 *Occasionem ne dimittat pœnitens, qua aliàs ad peccandum vsus fuit, quæ requisita perquirantur ex Nauar sententia.*

8 *Pœnitens in re, quam sine peccato habere potest, suo iudicio relinqui potest.*

9 *Consanguinitas spiritualis contrahitur per baptismum.*

10 *Mulierem, quam quis aliàs cognouit, ne domo dimittat cautelæ.*

11 *Experientia rerum efficax est magistra.*

12 *Deus non irridetur.*

13 *Ouium sanguinem è Pastorum manibus exquiret Christus iudex.*

14 *Medico infirmi voces, eiulatusq; exaudiendi nõ sunt, ne ferrum, igemue admoueat putrefactis carnibus.*

15 *Medicus Clemens putentem plagam facit.*

16 *Animi passiones, nisi recidantur, vehemẽtiùs insurgunt.*

17 *Loci mutatio ad amouendas occasiones valet nimium pro animæ salute.*

18 *Fuga salutare remedium in rebus delectabilibus.*

19 *Delectabilia, quò magis congitatur, eò alliciunt magis, & ad concupiscentiam mouent.*

20 *Concubinarij permittendi haud sunt, vbi periculum est recidiui.*

21 *Venia non nisi correpto datur. & n. 52.*

22 *Scandali causa potissima est, ne permittantur simul habitare, qui quandoquè vna se simul cõmiscuere.*

23 *Scandalum vitare de iure diuino est, & num. 28.*

24 *Scandali sola causa, etiam si factum non tale esset, facit ne permitti debeant simul habitare mulier, & vir, de quibus suspitio olet quid malum de eis, donec saltim certiores fiant, qui scãdalum patiuntur. num. 40.*

25 *Non solum à malo, sed ab omni mali specie cauẽdum est, & n. 45.*

26 *Argumentum de minori ad maius validum; ita vt necessarium, nedum probabile æstimetur.*

Præsertim in criminibus, quæ ad eundem tẽdunt effectum. n. 27.

28 *Lex, quæ scandalum prohibet diuina est, & naturalis.*

29 *Scandalo proximorum non obuians, si possit, peccat.*

vbi explicatur illud Matth. 18. Veh autem illi, per quem scandalum venit.

Veh æternam damnationem importat ibid.

30 *Nihil cum scandalo faciendum.*

31 *Scandali vitandi causa multa permittũtur, quæ aliàs minimè.*

Vnde etiam à iuris regulis receditur. numero 32.

33 *Pœnitens non est permittendus accedere ad concubinæ domum, etiã animo inuisendi filios ab illa susceptos, eamq; alendi, quibus ad id tenetur, si scandalum inde oriatur.*

34 *Quisq; tenetur saluti proximi prouidere, neq; ei scandalum præbere.*

35 *Scandala vitare, atq; mortalis pericula, domini cum est præceptum, potissimum, vbi quis sui iuris est nu. 37.*

36 *Matthæi locus. cap. 5. nu. 30. & cap. 18. num. 9. si oculus tuus scandalizat te erue eum, & proyce abs tè, expenditur.*

38 *Scandalum, vt euitetur tenetur quis temporalia dimittere, atquè etiam spiritualia, si illa de consilio fuerint, non de necessitate salutis.*

39 *Scandalum actiuum, quod nam dicatur.*

41 *Scandalo occasionem dantes sunt rei eorum, qui pereunt scandalo, secundum Diuum Hieronymum.*

42 *Scandalum actiuum, & passiuum quomodo dicatur.*

43 *Scandalum passiuum quomodo actiuum quoquè dicatur.*

44 *Scandalum si oritur ex populi malitia, non prohibendus est quis domi mulierem habere.*

45 *Quilibet tenetur, nedum à malo, sed etiam à mali specie præcauere.*

46 *Cuiquè mandauit Deus de proximo suo.*

47 *Scandalizans alium homicida dicitur, quòd animam occidat.*

48 *Anima vita est Deus, vnde qui peccat, spiritualiter Deo moritur.*

49 *Locus Apostoli prima ad Corinth. 8. Et peribit infirmus in tua conscientia frater. per D. Ambros. expenditur.*

50 *Confessarij per pendere priùs debent an per Nauarr. requisita, vt quis possit in occasione præsistere, rectè concurrant, nec faciles esse, vt putent ea concurrere.*

51 *Pæ-*

51 *Pœnitens dici non potest, qui notorio scandalo etiam cum aliquali malo, & in commodo, potissimum voluptatis remittendæ, occurrere negligit.*

52 *Pœnitentia non datur nisi correpto, etiam cum graui temporali sui incommodo.*

55 *Vtilitas publica priuatæ præferenda.*

54 *Gloriæ Dei maior ratio habenda, quàm vtilitatis alterius, etiam publicæ.*

55 *Prælati, & pastores non debent peccatis alienis communicare. neque, vt canes muti non latrare.*

ARGVMENTVM.

Nùm permitti possit ex causa, vt quis eam, qua cum carnale habuit commercium, domi habere valeat, si carnalis ipsa cessarit cõuersatio, & vterquè sua confiteatur peccata, probato Confessario? Et quid si nec ita suspi-ctio apud Populum quieuerit, quòd illam domi, vti concubinam habeat, vnde scandalum ex hoc trahat: an dimisso Populi scandalo, permitti nihilominus pôssint simul habitare? Non inutilis, nec ex temporanea, aut infructuosa Respontio.

RESPONTIO. IV.

1 INsensissimus humani generis hostis diabolus, eò quòd
ardens inuidia, pellere nititur, quos Cœlo Deus ad vocat; ita se quandoquè subrili
sub immagine recti, velamine tegit obscuro, atquè in
2 Angelum transfigurat lucis. *secundum Apost. 2. ad Corinth. 11. num. 14.* vt multa iis, quos incautos reperit, ac de se confidentes, persuadeat
bona, vt tandem inaduertentes ipsos, atquè credentes secundum Deum ambulare, sequè perfectionis iam verticem attigisse, in profundum pertrahat malorum, æternoquè addicat interitui. vt apertè ostendit *Cassian. collat. 2. de discret. per tot. ac præsertim cap. 5. cum seq. & S. Thom. in dictum locum Apostoli 2. ad Corinth. 11. lect. 3. in fin. vers. notandum autem. & in 2. 2. q. 95. ar. 4. in corpor. Pegna ad Eymeric. in direct. par. 2. ad q. 43. comment. 68. col. 1. in princip. in littera D. vers. castitatem. Cornel. à Lapide in eund. Pauli locum. vers.* 14. vbi plura eorum refert exempla, qui à diabolo decepti fuere, atq; eorum etiam, qui insuperabili Christi virtute
armati eum pepulerunt, atq; vicerunt.

Vnde euenit, vt iuuenis quidam nobilibus ortus natalibus, diuitijsquè affluens, eò quòd
mala consuetudine mulierem quandam, iam
diù deperijsset, perditèq; adamasset, concubinã
apud se pluribus annis habuerit; eùmquè viam
inuenire non posset, qua illam domo pelleret;
vertensquè sè diù in lecto consuetudinis, sicut
3 hostium vertitur in cardine suo. *prouerb. 26. nu. 13.* ac pigritans exilire de stratu, & tollere grabatum suum, in quo iacuerat miser. *Matthæ. 9. Marc. 2. num. 11. Ioan. 5. nu. 8.* & ire in domum
4 suam, Ecclesiam scilicet; eò quòd vult, & non
vult piger. *prouerb. 13. num. 4. vt explicat Dionysius Carthus. in d. cap. 5. Ioan. art.* 13. vel ad internam sui custodiam, ne iterum peccet. *vt Gloss. ord. moralis ibid.* Matrimonio illã, homini cuidam alligat, vt vterquè domi maneat; susceptumq; ex dicto matrimonio puerulum, vt ipse idem fatetur, è sacro leuat fonte. Sicquè & conscientiæ se consuluisse suæ, & populi occurrisse scandalo putat. Retentionemquè non leui vestit necessitatis pallio. Quòd muliere hac carere nullo pœnè possit modo. Tùm, quòd filiorum ex priori præmortua vxore susceptorũ, ac rei totius familiaris curam gerat; tùm etiam, quòd eius vita in manu sit mulieris huius; valdèquè ab inimicis timeat, ne eum, vel veneno perdant, vel domi, non cogitantem, & incautum, etiam noctu, per fractis ianuis, dùm sopore detinetur, adoriantur, & interimant; animæquè iacturam, cum corpore faciat. Cessasse iam à mala consuetudine cum illa, post matrimonium contractum; illamq; cum viro cubare; se, & illam frequenter in anno peccata sua confiteri asserit; liccreq; proinde hanc domi habere.

In Consilium delata res est in Congregatione, perpensisquè maturè omnibus, vt proponebantur. Annuendum primò petitioni vi-
5 sum est hominis istius. Et sanè suadebat sapiẽtis dictum, quòd qui vehementer emungit, elicit sanginem *prouerb. 30. num.* 33. nequè expediat nimis astringere pœnitentem, ne forte peior euadat. *iuxta tex. in can. deniquè. 4. dist. vt inquit etiam Nauar. in man. cap. 3. n. 16. Rodulfinus lib. 2. q. 50. num. 1.*

7 Tùm quoquè quod omnia illa coire simul
videbantur, quæ dicto *cap. 3. num.* 15. requiri inquit *Nauar.* vt relinqui possit pœnitens, ne dimittat occassionem, qua aliàs ad peccandũ vsus fuerat. *& sequitur Homobonus in examine Ecclesiastico. par. 1. tract. 7. cap. 25. q. 168. in resolutione casus. col. fin. vers. præterea vrgendum. fol. 502. Rodriquez. sum. par. 1. cap. 49. num. 6. Iacob. de Graffiis. lib. 1. decis. aur. cap. 28. num. 3. Reginal. ex Suarez. tom. 3. disput. 32. sect. 2. num. 4. in lib. 8. praxis pœnitent. cap. 2. sect. 2. num. 19. & sequitur Victorellus. in addit. ad Tolet. lib. 3. cap. 18. sub n. 2. vers. petat occassiones. Martin. Bonac. to. 1. de magno matrim. sacram. q. 4. punct. 4. propos. 2. num. 12. & num. 17. Pater Petrus Belloc. ebio. de casib. reseruat. par. 2. q. 1. n. 13. fol. 69.*

Con-

Concurrebant enim , vt tunc videbatur .
Primo pœnitendo præteritorum ex tali occa-
sione patratorum. Secuodo firmum propositũ
(vt asserebat) non redeundi ad idem peccatũ.
Tertiò,quòd credebat se (Deo iuuante) non
amplius cum prædicta peccatorum. Quarto
notabiles illæ adductæ causæ , quibus domi
mulierem hanc habere, & retinere , adigi asse-
rebat . Testabatur de his omnibus Confessa-
8 rius . Relinquendus igitur erat in suo iuditio
pœnitens in re,quam sine peccato habere po-
terat . secundùm Archidiacon. d. can. denuq; 4.
dist.num.3. quem sequitur Turreeremeta. ibid.
num.3.& est sententia eiusdem Nauar.d. cap.3.
num.19.vers.dixi regulariter , & supraeitatorũ
Doctorum Suar. Reginal. Victorelli. Bonaein.&
aliorum.

Accedebat his omnibus,quòd ex susceptio-
9 ne puerili mulieris huius ex sacro fonte , vnde
spiritualem contraxerant consanguinitatem.
can.si quis.30.q. 4. Sacrum Trid. Concil. cap. 2.
sess.24.de reformat.matrim. omnis præcisa vc-
debatur occasio , qua iterum ad peccandum
pertrahi potuissent. Vnde simul habitare per-
mitti poterant . Vt ex Victoria,& Pedratia
refert Lopez.in Instructor.conscient.par. 1. cap.
10 20.in 14.proposit. vbi sic loquitur : Si quis habet
„ Domi fœminam , eum qua semel, aut bis rem ha-
„ buit;& iam conuersus decernat,non amplius eum
„ illa peecari,& putat ita fieri posse,quia nouam
„ cautelam intendit adhibere,scilicet in domo , quæ
„ amplia est,non manere solum cùm sola intra idẽ
„ cubieulam . Vel si aliam cautelam de nouo adhi-
„ beat,qua rationabiliter perieulum se expellere
„ putat nõ est omninò necessarium,quòd in tali ca-
„ su illam repellat è domo hæc ibi . Et Confirmat
validus ad rem nostram;ac cominùs ex eorun-
dem sententia idem Lopez. d.par.1.cap.21.col.2.
„ in princ.vers.igitur dictum hoc Nauarri .sic lo-
„ quens.Non erunt separandi similiter,nequè illi,
„ qui pluries peccauerunt , & iam noua occurrit
„ causa sufficiens,qua ereditur non esse peceaturos,
„ & si in eadem domo,sicut antea permaneant . Vt
„ quia iam alter duxit vxorem , quàm multum
„ deamat,quæ ipsum Zelat; vel si iam illi mulieri ,
„ ipse compater effectus est , hac intentione , eius in
„ Baptismo tenens filium , ne deinde tenerentur de
„ tali erimine , quia reputat cum commatre iam
„ facta coire , esse crimen grauissimum , & in foro
„ exteriori magno supplicio dignum . Vel si aliæ si-
„ miles sint causæ persuadentes credulitatem emẽdę
„ de eetero;& si pluries peceauerint,absoluendi sũt
„ cum illis quatuor conditionibus. Imò etiam in hoc
„ casu si desit causa vrgens ibi manendi. Nã in hoc
„ casu vera est sententia Nauarri , hæc Lopez.
quem sequitur Pater Rodriquez in sum.par.1.
cap.49.num.6.circa fin. Pater de Graffiis. decis.
aurear.lib.1.d.cap.28.num.9. qui allegat tex. in
can.audite charissimi.§.fin. 34.dist.& cap.penult.
de cohabitat.Clerie.& Mulier.& hanc senientiã
fouet plenè post hæc scripta prælo præssus no-
uissimè doctissimus . Ioan. Sanchez. in selectis
disput.10.per tot.ac.præssertim nu. 4. 8. & 12.&
num.20.& sequent.

Licitè igitur ex his,mulicrem prædictã domi
habere posse,diximus tunc.
11 Verùm enimuerò , quia experientia rerum
efficaci magistra. secundum tex.in cap. quam sit.
6.in princ.vbi glos.de elect.in 6. & glos.in can.1.
§.fin. verbo experimento. de pœnitent. dist. 5.
cuilibet enim artificio(vt Gloss. ead. ibid.dicit)
præbet experientia nutrimentum ad tex. in l.
legatis seruis 63.§.ornatricibus.ff.de legat.3.Syl-
ua nutpial.lib.3.num. 6. in fin. & num. 6. Card.
Tuscus tom.3.littera E. cõclus.649. Barbos.axio-
mat.88.didicimus; nedùm conceptum de hac
re primitùs scandalum in populo cessasse , ac
quieuisse, sed magis,magisquè vigere,augeriq;
in dies ; & ex hoc apud paris impietatis , ac
farinæ homines, occasiones,atq; excusationes
quæri in peccatis,dum putant his prætextibus,
atquè quæsitis coloribus,posse licitè,faciliquè
negatio domi concubinas eos habere;indequè
perbellè Deum, & animarum Pastores irride-
re,in animarum suarum detrimentum ; cum
alioqui Deus non irrideatur, vt Apostolus in-
12 quit . ad Galat. 6.num. 7. Quia non patitur se
irrideri in suis ministris . vt Guillialdius ibid.
aduertit. scit enim ipse corda nostra , vt Hiero-
nym.ibid.loquitur.& licet hominibus fucum fa-
cere homines possunt ; Deo tamen illudere nõ
possunt.vt Cornel.à Lapide ibid.inquit . Quia
nimirùm Deus non potest falli. Haud enim
decipietur, vt homo fraudulentijs nostris . vt
Iob 13.6.quinimò, Delusores ipse deludet.Pro-
uerb.3.34.vt adnotat D.Thom. ibid.lect. 2.

Maturiùs perpensis omnibus , pœnitiùsquè
negotio truninato; haud annuendum petitioni
hominis istius respondimus , nequè sustinendũ
ampliùs in tàm molli consuetudinis huiussce
13 culcitra peruolutari . Sanguinemquè eorum
de manibus nostris exquirendum à iustissimo
iudice proclamabam. Ezechiel. 33. num .8. &
tex.in cap.ne religiosi 14.in princip. de regular.
tex.in cap.irrefragabili.13.in princ. vbi glos. 1.
de offic.ordinar.tex.in can.cognouimus.19.in fin.
18.q.1.& can.admonere. 8.circa fin.33.q. 2.Trid.
Concil.sess.7.cap.1.de reformat.

Quicquid ipse,alijquè nonnulli (ex Regula-
14 ribus præsertim) obtunderent. Nec obaudien-
das medico infirmi voces , eiulatusquè ; quòd
ferrum,ignemue admouendum reluctet . Sed
præscindenda morbi causa , exurendaquè ad
viuum , putrefactæ carnis materies,neq; par-
cendum ferro,dicebam.

„ ——————Sed immedicabile vulnus.
„ Ense recidendum est,ne pars syncera trahatur.
15 vt Ouid.inquit 1.metamorphos.fab.6.

Clemens enim medicus putentem facit pla-
gam;vt vulgare cantat adagium . Animi verò
16 huiuscemodi passiones , si inualuere diù ,
nisi omninò eorũ causa præscindatur, maiori
insurgere consueuisse impetu.

„ Quis enim modus adsit amori?vt Virgil.eglog.
„ 2.inquit quinimò Ouid.inquit.2.remed.
„ Vt pœnè extinctum cinerem si sulfure tangas,
Viuit,

Viuit.& ex minimò maximus ignis erit. Sic nisi vitaris,quicquid reuocauit amorem, Flamma redardes. et,quæ modò nulla fuit. Sanè ficut in filicis venis quadā ignis scintillæ latent, quæ vbi silex ferro ictus fuerit, protinus emicant, quibus facilè ignis accendi solet; eodem modo, cùm tam naturæ corruptæ vitio, quàm deprauatæ consuetudinis noua tyrannide, cupiditatum scintillæ, & femina in, imo pectore, velut in silice lateant; vbi peccandi opportunitas oblata fuerit, & obiecta potentiam mouerint, statim, quæ sopita erant excitantur; & quæ intus latebant erumpunt, ex quibus miser homo in perniciem ruit. Vt aptè satis ad rem nostram loquitur. *Homobonus de humanæ vitæ statibus par.2.cap 14. col. fin.fol. mihi.* 587.

Rarò enim, inter quos extitit diuturna illicitæ concupiscentiæ familiaritas, dissolui adeò illa potest, vt non remaneant quædam effrenatæ libidinis scintillæ, quæ conspectu mutuò facilè reuiuiscant. Vt inquit *Pater Iacob. de Graffiis d.cap.28.num.8.lib.1.decis.* Vt inde consuluerit satisq; ad rem accōmodè. *S.Isidor.lib.de summo bono.cap.10.relatus à Gratiano can. valet.* 1781.*dist.* valere conuersis pro salute animæ suæ loci mutationem. Quòd plerumquè, dùm mutatur locus, mutatur mentis affectus. Et in his
18 delectabilibus fuga salutare remedium est; nec
19 iuuat eorum memoria. Quia delectabilia, quò magis cogitatur, & circumspiciuntur, eò magis ad suam concupiscentiam mouent, & alliciunt. *vt post Aristot.3.Ethicor.cap.ab omnibus receptum,sequitur Nauar. in can.fin.6.nunc autem de penitent.dist.1.& can.1.de penit.dist.5. num.*82. *&, Difficilè est longum subitò de ponere amorem. vt Catull.* inquit. Et consuluit perbellè *Cicero.4 tusculanorum.* qui vnicum fermè modum declinādi libidines in fuga positū, & ipse existimauit, dicens: *Abducendus etiam est non nunquam animus ad alia studia,solicitudines,curas,negotia loci deniq; mutatione, tanquam ægrotus non connalescens sæpe curandus est. & sequitur Homobon. de human. vitæ statib.par.1 cap.23.fol.mihi.* 322. *Ioann.Sanchez.in select.d.disput.10.n 6.*

20 Permittendi autem concubinarij haud minimè sunt, vbi periculum est recidiui, vt vnà simul cohabitent. Quia contriti non sunt. Venia
21 autem non nisi se corrigentibus conceditur. *canon.legatur.*24.*q.*2. satisfactio autem pœnitētiæ, est peccatorum causas excindere. *vt Augustin.loquitur,can.satisfactio.* 3. *de pœnit. dist.* 3. *S. Thom.in* 4. *dist.*15.*q.*1.*ad* 3.*Syluest.verbo. concubinarius.num.*2.*q.*1.*vers.secundo vtrum. Nauar. in man.cap.*16.*num.*20.*Homobonus in exam Ecclesiastico par.*1.*cap.*16.*q.*96. *col.* 2. & 3. *fol.* 256 & 257. *Bonac.d.q.4 punct.*14 *sub n.*11.*vers.respondeo pœnitentem.*

Quamobrem non videbātur hic concurrere illa quatuor, imò nec tria priora superiùs enumerata per *Nauar.d.cap.* 3. *num.* 15. quæ si coirent (vt primò existimabamus) potuissent permitti simul habitare.

22 Causa verò scandali in populo non leuis erat. Quippè cùm viderent Mulierem hanc, vti dominam domi haberi, venerariq; Virum verò eius famulari eidem, vt seruum, non, vt maritū dominari. Illam in publicum satis sumptuosis ornatam vestibus holosericis prodeūtem; vt domini nō famuli vxor videretur. Atq; quod grauiùs, quòd ipsi filij hominis istius diuitis, ac nobilis, illam comitarentur, ac, vt dominam venerarentur; vt perpensum fuit *in Leodien hæreditatis.6.Martij.* 1573.*coram Card.Seraphino.decis.*7.*num.*1.*per Farinac.post* 1.*vol.consil.* Vnde fiebat ex hoc, populo non leue scandalū. Putabant enim, veterem adhuc perdurare cōsuetudinem (fac aliàs illa intrinsecùs ablata forrasse fuisset.) Quare simul habitare, permietendi haud erāt? Quòd docet optimè *Syluest. d.verbo cōcubinarius. q.*1.*n.*2. *ver. secundo virum.* vbi sic loquitur. *Si uerò non est tale periculum recidiui,quòd sacerdotis arbitrio pensabitur: distingue. Quoniam si factum est notorium, absolui non potest, quia tenetur eam abijcere ad tollendū scandalum populi; maximè quando suspitio est violenta de incontinentia; aliàs verò si non est notorium; tenet sum. Angelica indistinctè, quòd possit absolui; sed non est verum; quia si esset scandalum vni, vel duobus, tenetur eam dimittere, vt patet per dicenda infr. de scandal. & hoc nisi dictum scandalum auferatur. Sed si nullum est scandalum, aut recidiui periculum, absolui potest. Et quod de concubinario, idem dico de concubina.* hæc syluest.

Hoc idem sequitur *Lopez. d. cap.* 20. *in* 16. *proposit.* dicens: *Pro hoc fit* 16.*propositio, quæ etiā est Sylu. loco citat.licet concubinarius sit contritus de peccato, arbitrioq; sacerdotis iam absit periculum recidiui; si tamen factum sit notorium, vel violenta suspitio de incontinentia; propter scandalum, non potest absolui, nisi abijciat concu-*
23 *binam. Patet. Quia vitāre scandalum est de iure diuino. Sed si iam emendatus sit, absitq; periculum, neque factum fuit notorium, vt possit ingenerare scandalum in vicinia, vel populo, tunc tenet sum. Angelica indistinctè quòd possit absolui. Pro hac verò difficultate dissoluenda statuitur,* 17. *cōclusio, etiam si factum non sit ita notorium, quod possit ingenerare scādalum in tota vicinia, vel in populo; si tamen scandalum sit illatum vni, vel duobus, etiam si iam emendatus sit; propter illud vitandum scandalum, tenetur eam dimittere, & hoc nisi dictum scandalum auferatur; hanc non aliter probat Syluest. quàm remittendo se ad infra à se dicenda de scandalo; sed probatur ex illo dicto Domini: Quisquis scandalizauerit vnum ex his, bonum est ei magis, si circundaretur mola asinaria in collo eius, & in mare mitteretur. Marc.* hæc Lopez.

Ast hic scandalum est publicum, & notoriū, nedùm in ipsa vicinia; sed in toto populo, ob satis violentas præsumptiones recidiui, ita vt suos pessimos pariat effectus in alijs, simili modo concubinas domi habendi.

Ergò permittendum nullo modo est, vt domo

mi illam retineat, sed abijcere omninò eam oporteat.

24 Si enim propter hanc solam scandali rationẽ (fac verè, & intrinsecè concubinatus non adesset ampliùs) nihilominus deberent ab inuicē separari. *secundum doctrinam Nauar. d. c. 16. nu.*
„ *20. in fin.* vbi sic loquitur. *Idem, quod dicimus de*
„ *concubinarijs, dicendum credimus de his, quos po-*
„ *pulus credit esse tales, licet nõ sint, donec veritas*
„ *publicetur. Quoniam non solùm ab omni malo,*
„ *sed etiam ab omni specie mali cauendum est, iux-*
„ *tà Apost. 1. ad Thessalonic. 5. & cap. cùm ab om-*
„ *ni. de vita, & honestate clericorum.* hæc Nauar. & ipsemet *cap. 13. num 31. Graffiis d. cap. 28. nu. 10. Azor. par. 3. lib. 3. cap. 6. q. 3. Ioan. Baptista Corrad. par. 1. q. 15. ad quæsitum. sequitur Horatius Gambarupta. de casibus reseruat. casu. 3. de concubinarijs. num. 6. fol. mibi. 260. Homobonus in examine. par. 1. tract. 7. cap. 33. q. 131. in resolut. casus. col. 2. vers. Porrò quilibet fol. 541. Pater Petrus Bellocchio. de casib. reseruat. par. 2. q. 10. num. 27. fol. mihi 397. & num. 30. & 31. & num. 32. Bonacin. d. punct. 14. num. 12. in fin. Ioan. Sanchez. d. disput. 10. n. 15.*

Multò magis vtiquè debebunt, & hi ab inuicem separari, cùm hic scandali causa, & satis violenta, satisquè diffamata sit. *ex auth. multò magis C. de Sacr. Sanct. Eccles. cap. cùm in cunctis. 7. de electione.*

26 Et sanè argumentum hoc satis validum, firmumquè æstimatur de minori ad maius; vt etiam necessarium reputetur, nedùm proba-
27 bile; præsertim in criminibus, quæ ad eundem tendunt effectum; vt satis doctè per *Euerard. in loco à minori. num. 3. in fin. fol. mihi 144.* docetur. *& post alios sequitur Barbos. in locis arg. communib. loco. 73. n. 1 & 3.*

28 Lex nempè, quæ scandalum prohibet, est diuina, & naturalis. *Matth. cap. 5. num. 30. & cap. 18. num. 6. Marc. 9. num. 41. tex. in cap. 2. §. super eo quoquè. de noui oper. nuntiat. sequitur Nauar. in manu. cap. 7. num. 4. & cap. 14. num. 30. & 31. & Lopez. d. cap. 20. in 16. proposit. supra relatus.*

29 Vnde peccat, non obuians scandalo proximorum, qui potest obuiare sine peccato, *vt inquit Abb. d. cap. 2. num. 7. per illud Matth. 18. num. 7.* Væh autem homini illi, per quem scandalum venit. (Veh) autem importat damnationem æternam, vt Sanctus Antonin. adnotat *2. par. sum. tit. 7. cap. 4. §. 4. scandalum occasionatum. vers. similiter eum quis & Dionys. Carthus. in eund. locum. art. 32.* Veruntamen Væh, idest, æterna damnatio imminet (inquit) & debetur homini illi, qui alium scandalizat mortaliter. *& Abulens. ibid. tom. 5. in Matth. q. 28. in fin. & idem Carthus. in 17. caput Lucæ. ar. 40. Pelbartus in Rosar. Theolog. tom. 4. verbo Clauis. §. 3. vers. præterea nihil claudit.* vbi super verbis illis.
„ *Matth. 23.* væh vobis Scribæ, & Pharisęi. Vbi in
„ Sacra Scriptura (inquiens) Væh exprimitur,
„ æterna damnatio insinuatur. *& sequitur Nauar. d. cap. 14. nu. 30. Reginald. tom. 1. lib. 14. cap. 4. num. 25.* Nihil autem cum scandalo faciendũ est. *tex. in cap. 2. vbi glos. & latè Felin. de præscip.*

31 Vt propter hanc vnam causam euitandi scandalum, multa permittantur, quæ minimè aliàs
32 permitterentur. Et recedatur licitè à regulis iuris communis, vt scandalum euitetur. *post Cardin. in Clem. 1. num. 6. in 1. q. de immunit. Eccles. meus Marantà cons. 70. num. 8. Ioseph. Ludouicus decis. Perus. 20. nu. 12. Benintend. decis. 79. num. 7.*

33 Quòd si deneganda ei absolutio est, qui ad cõcubinæ domum accedit, ex qua filios habet, vt suos tantùm inuisat natos, eisquè victum suppeditet, quibus tenetur. *ad tex. in cap. cùm haberet. 5. in fin. cùm ibi notat. de eo qui duxit, quam polluit per adulter.* prohibeatq; illam, ne cum alijs rem habeat in honestam; & si planè ipse cum illa carnaliter non committeatur. Ratione solius scandali, quod suo ingressu vicinis affert, atquè etiam iudicij temerarij; dùm putant eum rem habere cum illa carnalem, & nõ dimittendo talem occasionem contra charitatem faciat, & peccet. Quòd vnusquisquè teneatur saluti proximi prouidere. *secundum S. Thom. 2. 2. q. 43. ar. 2. Graffijs d. cap. 28. lib. 1. nu. 8. vers. hinc infertur. Nauar. d. cap. 14. num. 31. S. Antonin. d. cap. 4. tract. 7. vers. similiter cùm quis. §. 4. Frater Petrus Bellocchio de casib. reseruat. par. 2. q. 10. num. 28. fol. 398. optimè Frater Ludouic. à Beia responsi. casuum conscient. par. 1. casu. 14. fol. 62. vers. vltimum, quòd scilicet.*

Deneganda multò magis, vtiquè illa erit homini huic, & si planè diuiti, ac nobili; ni mulierē hanc domo pepulerit, suiq; ipsius, atq; illius saluti consuluerit, populiq; notorio occurrerit scandalo.

35 Quia vitare scandala, atquè peccati mortalis pericula abscindere, Dominicum est prece-
„ ptum. *Matth. 5. num. 30. & 18. num. 9.* Si oculus
„ tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te. *vt Caietan. eod. loco adnotauit, & Dionys. Carthus. d. art. 32. Abulens. in eund. locum. q. 41. in fin. ex S. Hieronym. ibid. & sequitur Lopez. d. par. 1. Instruct. cap. 22. col. 3. in fin. quem etiam sequitur Rodriquez. d. cap 49. par. 1. sum. nu. 8.* & Homobonus *d. par. 1. in exam. tract. 7. cap. 23. q. 106. col. 2. fol. 491.* ex S. Petro, relato à S. Clemente *lib. 7.*
36 *recognition.* non ab re nostra aduertit: Non dixisse dominum, si oculus tuus. aut manus tua scandalizauit te, sed si scandalizat, aut ad peccandum prouocat. Quia non vult te expectare, donec cecideris, sed tempestiuè, & quando periculum imminet eum remoueas. Et, vt *Euthymius ad notauit:* Non dixit dominus per-
„ cute, sed amputa; manifestans omnimodam
„ separationem. Dicens quoquè (*amputa*). non
„ ibi permansit, sed vlterius sermonem extendit,
„ addens: Et proijce abs te; ne si in proximo re-
„ maneas, fiat rursus familiaris. hæc ille. Et sequi-
„ tur auream hanc perpensionem *Pater Barradius. tom. 2. in Euangelia. lib. 7. cap. 19. vers. erue*
„ *eum fol. mihi 778.* Quia (inquiens) non satis est,
„ quocunquè modo peccati occasiones tollere;

sed

„ sed longè etiam proijcere oportet, ne redeant.
„ Et eodem modo S. Ioan. Chrisostomus. *homil.*
17. in eundem locum. Matth. cap. 5. ad rem no-
„ stram de muliere amica dimittenda loquens.
„ Non enim dixit (inquiens) à talium societate
discede, sed maximam separationem indicens
erue (inquit) ac ꝓijce. Et *sequitur Pater Mal-*
donatus. in eod. loco num. 29. & Abulens. q. 38. *in*
fin. Erue (inquit) id est eradica.
37 Potissimùm verò, vbi in ipsiusmet potesta-
te est, vitare scandalum, neq; ab alterius id po-
testate pender *Lopez. d. cap.* 2. *& Rodriq. d. cap.*
49. num. 8. docet limitando Nauar. doctrinam
d. cap. 3. in man. num. 21. Victorell. in lib. 3. Tolet
cap. 18. vers. petat occasiones. Ioan. Baptista Cor-
radus d q. 15. in addit. vers. in hac graui quæstione
& seq. & Bonacin. d. q. 4. punct. 14. nu. 11. 12. 13.
& 14.
38 Et quidem si bona temporalia propria, atq;
etiam spiritualia, sed quæ sunt de consilio, non
verò de necessitate salutis, dimittenda sunt,
propter scandalum passiuum aliorum, quando
illud oritur ex ignorantia, vel infirmitate, non
verò ex malitia (saltim donec per admonitio-
nem cesset scandalum) *secundum S. Thom. d. q.*
43. 2. 2. ar. 7. & 8. tex. in d. cap. 2. §. super eo quo-
què. de noui operis nunciat. Dionys. Carthus. in d.
cap. 17. Lucæ art. 40. vers. circa hæc quæritur
Vasquez in opusc. moral. q. 43. ar. 7. & 8. Ema-
nuel Sà verbo. scandalum. num. 2. post Syluest. eod.
1. num. 3. & Armill. eod. num. 2. plenè Pater Fer-
dinandus à Castro palao in opere moral. tom. 1.
tract. 6. de charitat. disput. 6. punct. 16. num. 6.
Pater Iacob. Gordon. tom. 2. Theolog. moral. lib. 6.
q. 16. de scandalo, cap. 5. num. 14. & 15.
Multò magis vtiquè dimittere homo hic
debebit mulierem hanc, propter exortum
scandalum; non sanè passiuum, sed actiuum.
39 Quod est dicto, vel facto, alteri occasionem
ruinæ dare. *secundum S. Thom. 2. 2. d. q. 43. art. 1.*
& 2. & in catena aura in cap. 18. Matthæi, super
verba, si autem manus tua, vel pes tuus scan-
dalizat te *& S. Hieronym. in Matthæum cap. 15.*
super verbis illis scis, quia Pharisæi audito ver-
bo *hoc scandalizati sunt. & Dionys. Carthus. in*
cap. 17. Lucæ artic. 40. in princ. Saltim donec
per admonitionem certam, quòd ipse cum mu-
liere prædicta omnem peccãdi absciderit oc-
casionem, violentum Populi iudicium sedarit,
41 iuxta allatam superius doctrinam. Nam, vt in-
quit Hieronymus *super Micheam. cap. 3.* Dan-
tes occasionem scandalo, rei sunt eorum,
qui pereunt scandalo. *relatus in can. hi quos-*
cunquè. 45. 1. q. 1. vbi & Gloss. verbo. scandalum.
Vnde nihil ad rem, quod Regularis quidam
asserebat, esse hoc passiuum scandalum, atquè
proinde nequaquam attendendum. Cùm, quòd
42 (vt paulò antè diximus) magis sit scandalum
actiuum, & datum, quàm passiuum, & acceptũ
ex opere malo; sicuti malum est, ex se, domi
concubinam habere; sed per accidens, concur-
rentibus circumstantijs aliquibus (vt supra di-
ceebamus) possit tolerari, vt concubina ꝑ prius
non amplius nunc; domi remaneat. Quamuis
34 scandalum passiuum, actiuum quoquè dici
possit, quatenus qui scandalizatur ex actione
alterius, scandalum patitur, ac accipit, vt vo-
luntariè in ruinam impingat. *secundum S. Tho.*
d. q. 43 art. 2. & 3. Abulen. d. q. 28. in fin. ibi per
quem scandalum venit. *& Carthus. d. art. 40. in*
17. Lucæ
44 Tùm, quòd id profectò locum haberet,
vbi scandalum oriretur ex malitia Populi, non
ex actu ex se inordinato, vel saltim ex ignoran-
tia, vel infirmitate, vt paulò antè diximus, Neq;
enim malitiosè agit populus, si ex violentis
præsumptionibus (cùm videat, ita magnifieri,
& æstimari hanc mulierem à diuite hoc iuue-
ne, & soluto, qua cum scit, certoquè nouit
per prius peccasse) putet adhuc cum illa car-
nale perdurare commercium *ad tex. in cap.*
litteris. 12. & cap. tertio loco. 13. de præsumptio-
nib. Ast quilibet tenetur, nè dum à malo, sed
ab omni quoquè mali specie, præcauere, vt su-
pra diximus. *& docet. S. Thom. d. q. 43. art. 2. Ioã.*
Azor. Instit. moral. par. 2. lib. 12. cap. 16. 3. & 4.
notab. q. 1. Reginald. d. lib. 14. nu. 22. 23. 24. & 25.
46 Nimirùm quòd cuiq; mandauit Deus de pro-
ximo suo. *Ecclesiastici 17. num. 12.* vbi ad rem
„ nostram *Dionys. Carthus.* vt scilicet (inquiens)
„ diligat illum sicut se ipsum, & ordinatè, ac
„ exemplariter se habeat circa illum, nec aliquẽ
scandalizet. hæc ille. Hinc est, quod scandalum
47 alteri præbens, atq; proinde ad peccandum
48 inducens (ex quo Deo, qui animæ vita est, spi-
ritualiter moritur) homicida dicitur. *vt August.*
(inquit) *relatus can. noli putare. 27. de penit. dist.*
1. sequitur Homobonus de casibus reseruat. par.
2. casu. 3. de homicid. in 4. excep. fol. 290. Et Diuus
49 *Ambrosius. in cap. 7. Epist. 1. ad Corinth.* Et peri-
bit infirmus in tua conscientia frater, propter
„ quem Christus mortuus est. In tua cõscientia,
„ idest in tua peritia (inquit) illum occidis, quan-
do in te fieri videt, quod ille aliter intelligit;
„ & tu eris occasio mortis fratris, quẽ Christus
vt redimeret, Crucifigi se permisit. hæc Am-
bros.
Nec quicquam amplius superiùs allatę cau-
sæ, habendi domi hanc mulierem posse aliud,
videbantur, ad ęxcusandum Populi tam eui-
dens scandalum. Profectò, quòd illæ, proficerẽt
quidẽ cæteris paribus, ac concurrentibus illis
quatuor, vel saltim tribus prioribus ꝑ Nauar. su-
50 pra requisitis *d. c. 3. n. 15.* q̃ nõ ita passim à Cõ-
fessarijs vsurpãda erũt, sed trutinãda priùs rectè
omnia; vt Homobonus aduertit *in examin. Ec-*
cles. tract. 5. cap. 16. q. 96. col. 2. vers. vnde sit hec
prima assertito. Corrad. dict. q. 15. in additi onib.
Rodriq. d cap. 49. nu. 6. circa fin. Bonacin. d. punct.
14 num. 17.
51 Nec pœnitens dici possit, qui tanto, tàmq;
notorio populi scandalo, cum aliquali proprio
incommodo, voluptatis remittendæ magis,
quàm erga bona, vel famã consistente, occur-
rere, & negligit, & recusat. *secundum S. Thom.*
d. art. 2. potissimùm, quod facilè eam eijceret,
omni-

omnibus amotis retinendi eam vrgentissimis
causis per eum allatis, si in odium eum ea inci-
deret; vt perperdit optimè *Ioan. Sanchez. d.*
52 *disput.10.num.23.* Pœnitentia autem non datur
nisi correpto. *regula peccati venia.5.de reg.iur.*
in 6. etiam eum graui temporali sui incom-
modo, *vt Victorellus ad Tolet.d. cap.17. verbo.*
petat occasiones peccatorum, non ab re aduertit.
Non itaq; vltrà tolerandi erunt, vt simul per-
maneant; ne salutis propriæ, & hi, & populus
detrimentum incurrant; & sanguis eorum de
nostris requiratur manibus, *vt inquit tex. in*
cap.fin.in princ.de regular. Frater. Ludouicus. à
Beia d.casu.14.in fin. vers.Confessoris ergo mu-
nus fol.26. Et si hominis istius, pœnitentis for-
53 tasse, commodi ratio aliqua habenda erit, ma-
ior tamen totius populi cura tenenda. ad re-
gulam, quòd, vtilitas publica, priuatæ præferē-
da sit. *cap.bonæ.2.vbi glos.verbo commune.de po-*
stulat.prælat. & maximè gloriæ Dei super om-
nia benedicti, ne nomen eius sanctissimum
54 blasphemetur, *vt post Suarez.sequitur Reginald.*
dict.lib.5.cap.2.sect.2. Haud admittendos igitur
ad sacramēta, ni omnē prius abstulerint scādali
55 exorti causā. & dixi; & decreui. Ne videremur
(in caput nostrum) peccatis alienis oscitanter
conniuentes, communicare. Et iurè exproba-
,, retur nobis illud *Isaiæ 56.num 9.* Speculatores
,, eius cæci omnes, nescierunt vniuersi. Canes
,, muti non valentes latrare, videntes vana, dor-
mientes, & amantes somnia. Quem locum de
Præsulibus exaudiri inquit. *Pinctus, in eundem*
,, *locum*; subsequens: Hi, quibus regendi gregem
,, domini cura committitur, debent latrare, &
,, lupos abigere, arguere, obsecrare, increpare
,, in omni patientia, & doctrina. hæc ille. Et ita
exequutum. Quæ annotare, operæ pretium me
facturum existimaui. Suppositis tamen om-
nibus Sanctæ Matris Ecclesiæ iudicio, atquè
correptioni, & cuiuscunquè rectiùs sentien-
tis.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Vicarius Generalis Auersanus.

SVMMARIVM.

1 *Diligere inimicos tenemur ex necessitate diuini præcepti; diligite inimicos vestros.*
Quod quomodo exaudiatur expenditur. nu.2.
3 *Inimicis de necessitate præcepti, secluso necessitatis articulo, specialia amoris signa exhibere nō tenemur.*
4 *Præceptum de diligendis inimicis est affirmatiuum, vnde non obligat nisi in casu necessitatis.*
5 *Inimicus melioris conditionis non efficitur, vt maiora eis debeamus amoris signa, quam quibusuis alijs, secluso scandalo.*
6 *Actionem, quam quis aduersus inimicum habet, iurè prosequi potest, dimisso animi rancore: & quòad interesse;*
& quòad iniuriæ satisfactionem. & n.22.
Quinimò, & apud iudicem instare poterit, vt debitæ pœnæ subyciat delinquentem. n.7.
Et benè facit qui dimisso rancore iniuriarum agit. n.8.
Cum delinquentis correptionem negligere haud debeamus. n.9.
10 *Magistratus potest, ac debet reum punire, & eodem modo pars læsa petere, vt puniatur.*
11 *Rem sibi subtractam, sicuti potest quis petere restitui, ita quoq; famā & honorem, quæ altioris sunt ordinis; etiam in iudicio.*
12 *Inimico possumus tuta conscientia velle malum, quatenus per illud resipiscat à malo, et ita lætari de malo eius.*
13 *Locus Apostoli ad Romanos.12.non vos metipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ, expenditur.*
14 *Principes sunt ministri diuini iudicij.*
15 *Dilectionis, & amoris signa in speciali inimico ostendere, duobus in casibus quilibet tenetur.*
16 *Veniæ petitio determinat tempus dilectionis erga inimicum.*
Ex illo Lucæ 17. Si reuersus fuerit ad te dicens; Pœnitet me dimitte illi. n.17. & n.19.
18 *Peccare nemo debet in alium, ex quo ille in eū peccauit.*
19 *Locus Lucæ. 17. Si peccauerit in te frater tuus increpa illum, si pœnitentiam egerit dimitte. expenditur.*
20 *Inimico veniam petenti non dimittens, peccat contra præceptum de diligendis inimicis, & absolui non meretur.*
21 *Ordo seruandus circa præceptum de diligendis inimicis.*
23 *Inimicum satisfactionem offerentem boni viri arbitratu, repellere haud possumus.*
vnde actionem quoq; remittere debemus. n.24
alioquin graue damnum ei inferimus. n.25.
36 *Damnum notabile proximi impedire debemus.*
27 *Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.*
28 *Inimico pacem petenti, etiam in scriptis pacem donare debemus.*
potissimum si necessitate prematur, vt ei dimittatur nu.30.
29 *Sensualibus in rebus difficilè est animum à rancore abstrahere, & vindictam petere.*
31 *Pœnitentia falsa est, si pœnitens offenso non satisfaciat, vel si offendenti non indulgeat.*

AR-

ARGVMENTVM.

Teneatur ne Chriſtianus inimico reciliationẽ, & veniam petenti, & offerenti emendationem damni, ac ſatisfactionem, remiſſionem facere, etiam in foro exteriori, atquè in ſuam pacem eum recipere? Non iniucunda, nec inutilis reſponſio, eiuſq; deciſio.

RESPONTIO. V.

Mulier quædam vidua, ætate grãdeua, ita peſſimè eſt affecta erga filij ſui interfectorem, vt vt ne verbum quidem audire velit, de habendo cùm eo pacem; quamuis ipſe obnoxè id precetur; omnemq; aliam legitimam offerat ſatisfactionẽ. Sacerdotibus verò, ac præſertim Confeſſario, pacem vt tribuat, ſuadentibus, cùm, ob grandem ætatem, & aſſiduas, quibus laborat corporis infirmitates, in dies, atq; horas mortem propinquam, & in ianuis iàm eſſe ſentiat, ſe rancorem remiſiſſe reſpondet; pacem autem cum eo habere nolle, nollequè ei condonare actionẽ edicit neq; ſatisfactionẽ aliam recipere; eò quòd turpè exiſtimat pro ſangine filij pretium recipere. Re ad ſuperiorem relata; ille, vt oníbus conſulat, ſalutiquè proſpiciat eorum, peritos adhibet, petitquè: Denegari iurè nè poſſit huic mulieri ſacramentalis abſolutio, quòd impœnitẽs videatur; vel dimitti in ſuo ſẽſu debeat, cùm remiſiſſe ſe animi rancorem aſſerat?

Et ſanè, licet difficilis viſa fuerit huiuſcemodi quæſtio: ex facti circumſtantijs, perpenſiſq; omnibus hinc, illincq; denegandam interim abſolutionem, diximus.

1 Nam & ſiquidem, diligere inimicos tenemur de neceſſitate diuini præcepti: Diligite inimicos veſtros, benè facite his, qui oderunt vos *Matth. 5. Luc. 6.* hanc tamen erga inimicos
2 dilectionem, de neceſſitate præcepti, interiùs habere tenemur; vt in communi illos diligamus, nequè malum eis velimus, nequè in communi ab oratione illos ſecernamus. In ſpeciali verò non abſolutè, ſed ſecundum animi præparationem dumtaxat diligere tenemur. Vt habeamus ſcilicet paratum animum in ſingulari, & particulari inimicum diligere, ſi neceſſitas occurrat, ſecundum id quod *Prouerb. 25. n. 21.* habetur, ſi eſurierit inimicus tuus ciba illum, ſi ſitit potum da ei. *& ad Roman. 12. nu. 20.*

3 Non itaquè tenemur de neceſſitate præcepti (extrà tamen neceſſitatis articulum) inimicis ſpecialia, & in particulari, amoris ſigna oſtendere, & exhibere, ſecluſo etiam ſcandalo. *Pater Paulus à Layman. libr. 2. tom. 1. Theologiæ moral. tract. 3. cap. 4. numer. 1. & 2. Petrus Binsfeld. de iniurijs, & damno dato. cap. primo. quæſt. 10. concluſ. 5. & in Enchyrid. Theolog. Paſtoral. par. 3. capit. 3. de charitate. §. 2. Emanuel Sà verbo. charitas. numer. 9. in aphoriſmis. Philiarcus de offic. Sacerdotis tom primo libr. 4. cap. 2. verſic. occurrit hoc loco Nald. in ſum. verbo. inimicis. numero. 4. Bonacin. tom. 2. circa primum decalogi præcept. diſputatione. 3. quæſt. 4. punct. 3. Pater Fernandus à Caſtro Palao in opere moral. par. 1. tract. 6. de Charitate. diſputat. 1. punct. 6. num. 2. 3. 4. & ſeq.*

4 Quoniam præceptum hoc de diligendis inimicis, eſt præceptum affirmatiuum. Vnde non obligat ſemper, & ad ſemper; ſed tantùm tempore neceſſitatis, *ita S. Thom. 2. 2. quæſt. 25. artic. 8. & 9. & quæſt. 83. artic. 8. vbi Caietan. & idem S. Thom. in 3. diſtinct. 30. artic. 2. in reſponſ. Syluester verbo. Charitas. numer. 3. quæſt. 5. Tabien. eodem verbo. numero 15. quæſt. 13. Armilla eodem. num. primo. notatur in gloß. fin. in §. fin. in. ſtitut. de iniurijs. Couar. libr. 2. variar. reſolut. cap. 10. numero 7. in princip. & verſic. tenetur item. circa medium. Pater Ioan. Baptiſta Corrad. par. 2. quæſt. 262 & part. prima. quæſt. 197. in princip. Philiarcus dict. cap. 2. Pater Valerus. de different. inter vtrumquè forum. verbo. remiſſio. different. 2. numero. 4. Pater Reginald. in praxi libr. 17. cap. 12. ſect. 1. numer. 21. Tolet. lib. 4. cap. 10. num. 5. & latè Ioan. Azor. par. 2. lib. 12. capit. 8. per totum. & capit. 5. quæſt. 3. Comitulus. latè libr. 4. reſponſ moral. quæſt 32. per tot. Homobonus in examine Eccleſiaſtico. to. 2. tract. 10. quæſt. 9. in 3. ſuppoſito. capit. 4. Pater Luiſius Turrianus. in 2. 2. D. Thom. diſput. 98. dub. 2. col. 5. verſ. reſtat expli-*
5 *care tom. primo.* Neque inimicus melioris efficitur conditionis, quàm quiuis alius, cui neq; ſpecialia amoris ſigna exhibere tenemur, ſecluſo tamen ſcandalo. *Bonacin. tom. 2. d. diſput. 3. quæſt. 4. punct. 3. numero. 4. & dixit antè eum Bela part. ſecunda caſu primo. in Congregatione die 27 Iunij. 1582. verſiculo tamen quia ille. fol. mihi. 302. & Philiarchus dicto. capi2.*

6 Iurè itaquè, animi rancore dimiſſo, actionem proſequi poſſumus aduerſus inimicum, qui nos iniuria affecit, ad intereſſe, atquè illatæ iniuriæ ſatisſactionem; nec teneri nos actionem ipſam relaxare. *eſt gloß. notabilis, & recepta. in can. ſi quis contriſtatus. 90. diſtinct. Gloſſ. in can. ſi is qui prælatus. 24. verbo. poſſumus. 23. quæſt. 4. & Gloſſ. in cap. 1. de maledicis. extrà vbi Abb. num. 6. & Butr. num. 4. Anan. ibidem. col. 8. circa finem. & colum. 9. Gloſſ. in capit. ad Apoſtolicæ. 2. verbo. ſatiſfactionem. de ſentent. & re iudicat. libr. 6. Gloß. in capit. prælatis. 2. verbo. emendam. de homicid. in 6. Felin. in cap de cætero. 14. numer. 10 de*

teſtib. Speculator. libr. 4. de tregna, & pace. numer. 2. verſic. & nota quod actionem. Bart. in l. ſi tibi decem millia. 18. §. primo. num. 3. ff. de pact. & in l. non ſolùm. 11. §. iniuriarum. num. 3. de iniur. Bald. in cap. primo. §. iniuria punitur. de pace iuramen. firman. in vſibus feudorum. numero. 7. Roman. in l. 2. ff. ad Senat. Conſult. Syllan. numer. 6. cum ſequent. Maranta. in ſpeculo. 6. par. in princ. tit. de inquiſit. num. 88. Paulus Fuſcus ſingul. 18. littera. I. infirmus ſi dicat &c. Syluest. verbo charitas. numero. 4. in 6. quæſt. & Tabien. eod. numer. 16. quæſt. 14. Armilla eodem. numero. primo. Nauarr. in man. cap. 14. numero. 25. circa finem. & de horis canonicis. cap. 19. numero. 119. verſic. tùm deniquè, & libr. 5. de pœnitent. & remiſſion. conſil. 3. num. 2. Couarr. dict. cap. 10. numer. 7. verſic. tertio conſtat. Azor. d. lib. 12. cap. 3. quæſt. 7. verſ. dubiæ verò quæſtionis. Reginald. dict. lib. 17. num. 125. in fin. Binsfeldius dict. quæſt. 10. concluſ. 6. 7. & 8. & dict. cap. 3. §. 2. Theolog. paſtoral. Pater Valerus. de different. inter vtrumq; forum. verbo. remiſſio. differt prima. & ſecunda Bonacina. dict. punct. 3. num. 5. verſ. ſecundo debemus. Cenallos communium contrà commun. quæſt. 389. Philiarcus dict. capit. 2. verſic. ex hac doctrina. Fernand. à Caſtro. dict. punct. 6. numer. 9. verſic. fateor regulariter.

7. Quinimò licitè, tutaquè conſcientia, animi rancore abiecto, atquè odij liuore expulſo, apud Iudicem inſtare poterimus, vt debitæ pœnæ ſubijciat delinquentem, vſquè etiam ad ſuſpendium. Nauarr. conſil. 1. de accuſat. libr. 5. Hoſtienſ. in ſum. de maledic. col. 2. circa med. verſic. vel dic, quod benè poteſt quis. idem. Nauar. in man. d. cap. 14. numer. 25. verſic. dixi odium circa finem. Anton. Fernandez. in medulla caſuum. par. 1. cap. 3. §. 7. numer. 2. Layman. dict. cap. 4. numer. 3. in 3. aſſert. verſic. deinde actionem iniuriarum. Philiarc. dict. cap. 2. verſic. tertium autem. tex. cùm gloſ. in can. & qui emendat. 45. diſt. Gloſ. in d. can. ſi quis contriſtatus. in fin. 90. diſt.
8 ,, dicens: Imò benè facit, qui dimiſſo rancorè
,, agit iniuriarum. Gloſ. in d. can. ſi is qui prælatus verbo poſſumus. 23. quæſt. 4. imò bene facit (inquit) qui proſequitur iniuriam ſibi factam dimiſſo ſcilicet rancore. tex. apertus. in can. de occidendis. 23.
,, quæſt. 5. vbi Auguſtin. ad Publicam his loquitur
,, verbis: Ne nos vindicta delectet, quæ alieno
,, malo animum paſcit; non tamen, vt corre-
9 ,, ctionem hominum negligamus. hæc ille. & eſt tex. in can. eſt iniuſta miſericordia. 23. q. 4. quem ad rem hanc noſtram perpendit Philiar. vbi ſupra d. verſ. tertium autem. & ſequitur Pater Comitulus. lib. 4. reſponſorum moralium. quæſt. 32. num. 12. ſecundum doctrinam S. Thom. 2. 2. q. 108.
,, art. 1. Si intentio (dicentis) vindicantis non
,, fertur in malum vindicati principaliter, ſed
,, ad aliquod bonum, ad quod peruenitur, per
,, pœnam peccantis, puta ad emendationem
,, peccantis, vel ſaltim ad cohibitionem eius, &
,, ad quietem aliorum, & ad iuſtitiæ cōſeruatio-
,, nem, & Dei honorem, poteſt eſſe vindicatio
,, licita; alijs debitis circumſtantijs ſeruatis. hæc ille.

10 Quia nimirùm ſicuti poteſt Magiſtratus reum punire, & ab eo pœnam expetere; ita & pars læſa petere, & curare poteſt, vt puniatur. vt inquit Bonacin. d. punct. 3. num. 5. Pater Valerus dict. verbo remiſſio. different. 3. col. 5.
11 verſic. præterea ſi iudex. & ſicuti poteſt quis (vt nequè remittere teneatur) rem ſibi ſubtractam repetere in iudicio, ita & famam, ſiuè honorem, quæ altioris ſunt ordinis. Comit. d. q. 32. n. 13. verſ. confirmatur. Fernand. à Caſtro. d. pun. 6. n. 9. & nouiſſimè, acutiſſimus, ac doctiſsimus pariter Io. Sanchez. in ſelect. diſp. 2. tot. num. 11.
12 Et hoc ſanè modo poſſumus etiam inimico, tuta conſcientia, velle, & optare malum, & lætari de malo ipſius, atq; de bono contriſtari. Nō planè quatenus malū, ſed quatenus bonū eſt, & per illud quis reſipiſcit à malo, & emēdatur, nec alios lædit. Quamobrem dolemus de bono alterius, quatenus quidē ex eo timemus nocumentum, vel nobis ipſis, vel alijs bonis. ſecundum S. Thom. 2. 2. quæſt. 36. art. 2. in reſponſ. & ſequitur Azor. dict. libr. 12. par. 2. capit. 3. quæſt. 2. Reginald. d. ſect. 2. numer. 119. Couar. vbi ſupra dict. cap. 10. num. 7. Corrad. d. par. 1. quæſt. 197. verſic. ſi autem offenſor. Valerus. d. verbo. remiſſio. different. 2. numer. 3. Turrianus. dict. dub. 2. col. 6. verſic. ſecundo licitum poteſt eſſe. Anton. Fernandez d. §. 7. num. 3. & 4. Pater Layman. dict. tract. 3. cap. 4. numer. 1. Emanuel Sà. dicto verbo. charitas. numer. 8. Bonacin. dict. punct. 3. numer. 1. Fernand. à Caſtro. d. punct. 6. n. 2 Sanch. in ſelect. d. diſp. 2. tot. num. 6. & diſp. 3. num. 9.

13 Hinc idem S. Thom. ad rem noſtram, explicans verba illa Apoſtoli Pauli ad Roman. 12. Non vos metipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ. lect. 3. col penult. circa medium.
,, Sed, date locum iræ, ideſt diuino iudicio (in-
,, quit) quaſi diceret: Committatis vos Deo,
,, qui ſuo iudicio poteſt vos defendere, & vindi-
,, care, ſecundum illud. 1. Petri vlt. Omnem ſol-
,, licitudinem veſtram proijciētes in eum, quo-
,, niam ipſi cura eſt de vobis; ſed hæc intelligē-
,, da ſunt in caſu in quo nobis, non adeſt facul-
,, tas aliter faciendi ſecundum iuſtitiam; ſed
,, quia, vt dicitur Deuteronom. 1. Domini eſt
,, iudicium, cum aliquis authoritate iudicis,
,, vel vindictam quærit ad comprimendam ma-
,, litiam, non propter odium, vel etiam cùm
,, authoritate alicuius ſuperioris ſuam defen-
,, ſionem procurat; intelligitur locum dare iræ, ideſt diuino iudicio, cuius miniſtri ſunt Prin-
14 cipes. hæc S. Thom. & ſequitur Graffijs deciſ. aurear. lib. 2. cap. 72. num. 9. Claud. Guilliaud. in dict. locum pauli. num. 7. & Gloſ. interlinearis. ibid. Date locum iræ, ideſt iudicio Dei (inquit) & Sà in annotationibus in eundem locum. num. 19.
,, Puniendi curam (inquit) Deo relinquite. & Pater Cornel. à Lapide in eundem locum. verſ. 19. ex Chryſoſtom. Theodoret. Oecumen. et S. P. Auguſt.

15 Nihilominus tamē, quia ex cōmuni Doctorū

omnium

omnium doctrina, duobus præsertim in casibus tenetur homo inimico, nedùm communia, verùm & specialia amoris signa ostendere. Primò quidem in necessitatis articulo, vt etiã diximus in superioribus. Secundò verò cùm veniam petit. *sm Magistrũ sēt. lib. 3. dist. 30. S. Th. 2. 2. q. 25. art. 8. & 9. & q. 83 ar. 8. in respõs. et in 3. dist. 30. art. 2. ad 1. Sà d. verbo. charitas num. 9.* Alioquin, *vt d. q. 83. verbo. ad hoc dicitur. Caiet.* loquitur: Daretur occasio recidiuæ inimicitiæ, ex quo locum veniæ non inuenit, & alijs scanda-
16 lum. Vnde ipsa petitio veniæ, tempus determinat, quo charitas debet necessariò exire in actum manifestationis cordis sui erga inimicum, & sic tempus petitionis veniæ, est tempus necessitatis. hæc ille.

Quoniam (vt inquit, *S. Thom. in 3. d. dist. 30. art. 2. ad 5.*) Negare homini signa familiaritatis, quando necessitas expeteret, esset vindicta; vel etiam, quando veniam peteret, vel quando se illi, qui hostis habetur, ad familiaritatem ingereret, si habeatur præsumptio, quòd non simulatè, vel iniuriosè facit; quia tunc diligit, & inter amicos deputandus est. hæc ille. & sequitur *Nauarr. io m. n. d. cap. 14. num 19. Emanuel Sà verbo. charitas num. 9. Tolet. lib. 4. cap. 10. in fin. vers. rursus omnes. post Bart. in d. l. si tibi decem. §. 1. ff. de pact num. 3. Abb. d. cap. 1. de maledic. num. 6. Reginald. vbi suprà. nu. 123. Pater Ioan. Baptista Corrad. d. par. 2. q. 263. & par. 1. d. quæst. 197 Binsfeld. optimè d cap. 3. §. 2. in Theolog. pastol. & addens ad eundem. Bonacin. d. punct. 3. num. 5. d. à Castro d. punct. 6. num. 3. & 4.*

Cùm habeamus hac in facti specie, quòd interfector hic filij mulieris huius, nedùm veniam humiliter, & obnixè petat, verùm & satisfactionem legitimam offerat: nullus vtiquè supererit locus excusandi se (animi rancore
17 rem dimisisse asserendo) Cùm veniam petenti inimico specialia amoris signa ostendere debeat, vt diximus *ex doctrina. S. Thom. Magistri, & Caiet. et aliorũ* iuxtà illud Domini nostri *Luc. 17. nu. 4.* Si reuersus fuerit ad te dicens: Pœnitet me: dimitte illi. *vbi Dionys. Carthus. art. 40.* Semper enim (inquit) dimittenda est iniuria quantum ad culpam. Vt scilicet, qui offendit non odiatur, sed diligatur: & quantò maiorem pœnitentiam monstrat, tantò plus ignoscendũ est ei, non solùm culpã nõ imputando, sed etiã pœnã, seu satisfactionẽ relaxãdo, in parte, vel toto, nisi relaxatio pœnæ vergat indetrimẽtũ Reipublicæ, seu boni, & pacis cõis, aut in derogationẽ obseruationis iustitiæ, aut in nocumentũ offensoris, vt si ex tali ignoscẽtia impunitior redderetur ad perpetrandũ iniqua. hæc Dionys. *& Sylnest. d. verb. charitas. n 4. q. 6.* Cæteroquin esset vindicta, ac proinde malum; quia esset delectari in malo alterius, atq; proinde peccatũ. *iuxtà S. Thom. 2. 2. q. 108. art. 1. in respõs.*
18 Cùm pertineat ad odiũ, quod charitati repugnat. Nec excusatur aliquis si malũ intendat illius, qui sibi iniustè intulit malum, sicut nõ excusatur aliquis, per hoc, quòd odit se odiẽtem. Non enim debet homo in alium peccare propter hoc, quod ille peccauit priùs in ipsum. *vt idem loquitur S. Thom. eod. loco.* Et præceptũ
19 Domini est. *Lucæ 17.* dicentis: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die cõuersus fuerit ad te, dicens pœnitet me, dimitte illi. vbi Beda, *vt eum refert. S. Thom. in catena aurea eod. cap. 17.* Intuendum est autem (inquit) quia nõ passim peccanti dimittere iubet, sed pœnitentiam aganti. Hoc enim ordine scandala declinare possumus, si nullũ lędamus, si peccantem zelo iustitiæ corripimus, si pœnitenti misericordiæ viscera pandimus. hæc ibi. *& Pater Io. Maldonatus. in c. 18. Matth. n. 22.* super illud Domini: Nõ dico tibi vsq; septies; sed vsq; septuagies septies. *in fin.* Duobus modis iniuriã, remittimus (inquit) & dùm ei, à quo sumus offẽsi, nõ male volumus. quòd semper, etiam si nõ pœniteat, facere debemus, vt Deus nobis nostra debita dimittat: aut dùm eum non accusamus. Nam non accusare, non deferre, nõ puniendum curare, parcere est. Atq; hoc modo intelligendum est, quod Christus significat, non debere nos peccati fratri parcere, nisi eũ prius pœniteat. Hoc enim agebat, vt diceret non esse fratrẽ ad Ecclesiã deferendũ, nisi priùs priuatim, deinde coram duobus, vel tribus testibus admonitus, obstinatus in peccato perseuerasset. hęc ibi ille, *et Pater Barradius. to. 2. enarrat. in Euangelia. lib. 10. c. 37. vers. vsq; septuagies, septies. fol. mihi. 1247.* Significat autem Dominus (inquiens) his verbis semper fratri pœnitenti peccatum condonandum. *& Gloss. interlinealis in Matth. cap. 18. super verbis illis.* Quoties peccabit in mè frater meus, & dimittam
20 ei? *Pœnitenti quidem.* (inquit). Non ostendendo itaq; spiritualia amoris signa erga inimicũ veniam rogantem, atq; satisfactionen offerẽtem; Domini præceptum de diligendis inimicis non implet, vt implendum est; atquè proinde in peccato perseuerat, & incapax absolutionis efficitur.

21 Talis est enim ordo seruandus circa præceptum hoc de diligendis inimicis. Vt primò quidem omnem animi rancorem ex corde dimittamus, etiam erga inimicum; eumq; in cõmuni, amore prosequamur. vt in superioribus exposuimus.

Secundò verò, vt in necessitatis articulo, etiã in particulari eidẽ succurramus per eleemosynas, & alia quibus indiget.

Tertiò, deniq; vt si veniam petierit singularia, & particularia eidẽ amoris signa ostẽdamus. Quæ quidẽ omnia suo ordine de necessitate præcepti obseruanda occurrunt.

22 Repellere ergò haud poterimus veniã petẽtẽ inimicũ; & si quidẽ actionẽ, quã ergo illũ habemus, ex iniuria nobis illata, & interesse, adhuc remittere nõ teneamur; sed illam iurè, nec temerè prosequi valeamus, ex superioribus traditis. *argument. etiam tex. in cap. quoniam. 4. in fin.*

C 2 vbi

vbi gloss. de immunit. Eccles. lib. 6. Syluest. d. verb. charitas. q. 6. in fin. Tabiens. ibid. q. 14. Armilla eod. nu. 1. Couar. d. cap. 10. n. 7. vers. quarto eadem iure. Graffijs, vbi supra d. cap. 72. num. 7. Tolet. d. cap. 10. lib. 4. in fin. Bonaciu. vbi supra d. punct. 3. nu. 5. vers. ex quo sequitur.

23 Verùm si offert pro posse satisfacere, boni viri arbitrio, repellere inimicum non possumus ampliùs. *ita Syluest. d. verbo. Charitas. q. 6.*
,, *in fin.* dicens his verbis: Tertium autem (actio-
,, nem scilicet) homo remittere non tenetur, nisi
,, ille pro posse satisfecerit. hæc ille. *& ijsdem verbis Tabiens. eod. q. 14.*

24 Si igitur satisfecerit pro posse, actionem quoquè remittere debet, quam erga inimicum ob illatam iniuriam habet. Quod sequitur *Armilla eod. verb. num. 1. in fin.* sic loquens: Petenti
,, autem veniam verè, & non simulatè, parcen-
,, dum est. Non tamen tenetur remittere actio-
,, nē iuris contrà iniuriantē, nisi pro iniuria satis-
faciat. hæc Armilla *Ioan. quoq; Azor. instit. moral. d. lib. 12. par. 2. cap. 3. q. 7. vers. dubia verò quæ-*
,, *stionis est.* An remittere quoquè debeamus
,, iniuriam nobis illatam; dicendum est nemi-
,, nem ad id faciendum præcepto compelli, nisi
,, is, qui nos offendit, idoneè, & debitè satisfece-
,, rit; *ex cap. si quis contristatus. 90. dist. & ex gloss.*
,, *in cap. ad Apostolicæ, de sent. & re iudic. in 6. &*
,, *cap. innotuit.* & infrà. An dimittere debeamus
,, pœnam lege taxatam? Respondeo nos mini-
,, mè ad id præcepto obligari; cùm is, qui nos
,, offendit; soluendo est; secùs verò si soluendo non sit. hæc Azor. *& Layman. d. cap. 4. num. 2. in fin.* vbi de obligatione præcepti teneri nos inimico veniam petenti, tribuere, dicit. *& Sá d. verbo charitas. num. 9. Bonaciu. vbi supra. d. punct. 3. num. 5. à Castro d. punct. 6. num. 3. & num. 9.*

Apertè ex his Doctorum sententijs colligitur, præcepto nos teneri ad dimittendam etiam actionem, cùm is, qui nobis actione
25 ipsa tenetur, satisfacit pro iniuria. Graue enim est damnum, quòd recōciliato inimico, inde exoritur; cùm eum reconciliatum, & sa-
26 tisfacere paratum, recipere nolumus. At ex charitate impedire tenemur, notabile proximi damnum. *Bonaciu. d. num 5. vers. ex quo sequitur d. punct. 3 Homobon d. q. 9. tract. 10. cap. 4. in 2. q. resolut. addens ad Binsfeld. d. §. 2. in Theol. pastor.*
27 Solutione enim eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio. *§. 1. instit. quibus modis tollitur obligat. l. nulla. 5. in fin. C. de solut. l. sol. uitur. 5. ff. quib. mod. pignus. vel hypoth. soluatur Barbos. axiomat. 210. num. 1.*

Quòd latiùs omninò prosequitur *Pater Ludouicus à Beia,* qui mordicùs viuis rationibus rem hanc probat; vt etiam in scriptis
28 pacem donare debere concludat. *in responsionibus casuum consuet. par. 1. casu. 10. per tot.* & si quidē cōtrà eū obstrepat Pater Paulus Comitulus tacito eius nomine. *lib. 4. respons. moral. d. quæst. 32.* cuius rationes non ita stringunt aduersus Beiam, vt ipse fortassè existimauit.

29 Satis nempè difficilè redditur, vt in rebus hisce sensualibus, ita vindictam quis abstrahat ab animo, & rancorem; vt eo purificato possit apud Iudicem instare pro vindicta inimici, cùm ille iam satisfactionem offerat, atque pacem ex animo petat. Et eo in casu constitutus cum sit, vt signa externa etiam erga inimicum veniam petentem, ostendere teneatur; vt suo arbitratu dimissa lege præcepti, eidem satisfecisse putet, hoc solum asserendo; Animi se rancorem dimisisse. Quod perpendit etiam *Nauar. d. cons. 3. lib. 5. de pænitent. & remissionib. num. 5. & Rodriq. in sum par. 1. cap. 17. conclus. 1. & 2. sequitur Pater Valerus d. differēt. 3. vers. in foro verò conscientiæ. Est doctrina Archid. in cap. si quis contristatus. 90. dist.* qui sequētibus vere aureis loquitur verbis: *Nec sat est*
,, *dicere; sufficit dimittere. Quia non sufficit sed opta-*
,, *re vitam æternam, & gaudere de damno eius tem-*
,, *porali; quia ita dimittere debeo, vt mihi postea di-*
,, *mittatur. Quia quod tibi non vis, &c. & sequitur etiam Præpositus. eod. cap contristatus. ijsdem verbis, quibus Archidiacon. et probat Beiæ sententiam, in praxi potissimùm, Bonaciu. d. punct. 5. num. 5.*

30 Quibus omnibus accedit, quòd rixæ causā dedit ipsemet filius mulieris huius viduæ, qui interfectus fuit. Neque interfector ipse, homo sit facinorosus, vnde damnum in Republica timeri possit, vel alijs. Quinimò nobilibus ortus natalibus, & qui multa ex hac re perpessus fuit damna, & incommoda. Nunc verò, quia vxorem duxit, necessitate præmitur, nè profugus semper permaneat, & vt domum redeat, rebusq; suis consulat. Vnde si in longum res protrahatur, multa possint expectari incōmoda, maioraq; mala, & scandala: quæ omnia perpendit etiam ipse *Comitul. d. q. 32. nu. 17.* Et satis diuersus est casus hic noster, ab eo, de quo Comitulus respondit. Et ita etiā resoluit *Homobon. d. q. 9. in 2. q. resol. Philiarchus d. c. 2. circa fin. vers. potest nihilominus dari casus. addens ad Binsfeld. d. §. 2. & Bonac. vbi sup. nu. 5. & dict. à Castro d. punct. 6. num. 9.*

Denegandam itaq; ex his absolutionem mulieri huic diximus. Verùm, vt cum suauitate spiritus ad remittendum ex amore induceretur, & ex nolente volens liberè fieret. *iuxtà tex. in can. consuluit. 9. 74. dist.* & sexui fragili cōpateremur, & ætati; adiunximus; quòd accedat alius confessarius, prudens, & peritus, ac pius, qui exprimat ei, q̄d sit animi rācorē dimittere, & quomodo p̄ceptum impleatur de diligendis inimicis. Omnia tamen incassū tētata, & induratū est cor Pharaonis. Vnde iurè dilata, ei fuit
31 ,, absolutio. Falsa enim est pœnitētia, si pœnitēs
,, offenso cuilibet nō satisfaciat. aut si offendēti
,, offensus nō indulgeat. *vt loquitur Innoc. Papa in can. fin. §. fin. de pœnit. dist. 5.*

Quæ quidem annotare libuit: deseruient. n. non minimi cùm similis acciderit casus. sub censura tamen.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Vicarius Generalis Auersanus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hierosolymitanæ Religionis milites verè religiosi sunt.*
præsertim verò clerici, qui simpliciter castitatem vouent. n.3.
2 *Religionem veram, & approbatam tria vota substantialia faciunt, Castitatis, paupertatis, & obedientiæ.*
4 *Milites Hierosolymitani cùm verè Regulares sint, testandi facultate carent.*
Limita fauore piæ causæ, & pro exoneratione conscientiæ, atque seruitiorum remunaratione. nu. 5.
6 *Decretum Sacri Concil. sess. 25. cap. 15. de regular. de professione post annum probationis emittenda, habere locum in his Militibus, quòd verè regulares sint, docetur.*
Secus tamen in alijs militaribus ordinibus, quòd castitatis votum non ita strictè emittant. n. 7.
Vnde non verè regulares æstimantur. n. 8.
9 *Matrimonium ratum, non consumatum, soluitur per professionem in hac Hierosolymitana religione emissam.*
Secus tamen in alijs militaribus ordinibus, vt Alcantaræ Calatrauæ, & alijs n. 10.
11 *Monialibus eum sermocinari prohibitionis decretum regularibus factum, ad hos Hierosolymitanos milites extenditur.*
12 *Decretum Sacri Concilij sess. 6. cap. 3. de reform. ad hos milites extenditur, si extrà claustra deliquerint, vt abordinarijs cognoscantur.*
Etiam si extrà claustra facultate facta eis per suos superiores, degant n 13.
Quid seruauerint Auctor refert. n. 14.
15 *Regulares ad processiones accedere tenentur.*
16 *Sacerdotes Cappellani ordinis Hierosolymitani ad processiones, vt reliqui regulares, accedere tenentur.*
17 *Regulares, vt ad processiones accedant etiam censuris compelli poterunt, & si aliqui id negent. num. 25.*
18 *Iudex in arbitrarijs reprehendendus minimè est.*
19 *Lex, vel constitutio generaliter loquens, generaliter quoq; exaudiri debet.*
20 *Res quæ generali aliquo nomine nuncupatur, sub se comprehendit omnes species.*
21 *Species generi subest.*
22 *Censurarum exercitium subsidiarium est, vbi scilicet, alia non suppetunt remedia.*
23 *Facultas à lege concessa frustratoria, & inanis esse non debet.*
24 *Priuilegia omnia decretis Sacri Concilij aduersantia, abrogata sunt.*
26 *Omne, qui dicit, excludit nihil.*
27 *Regulares, si vltrà dimidiũ miliare à Ciuitate abfuerint, ad processiones accedere non tenentur.*
28 *Extensio haud fit de vno ad alium casum, ad reprimendam potissimùm ordinariorum iurisdictionem.*
Atq; præsertim in odiosis, & vbi diuersa est ratio disponendi. n. 29.
30 *Sacerdotes cappellani professi ordinis Hierosolymitani, quamuis verè Religiosi sint, ex quo tamen in commune nõ viuunt, non satisfaciũt voto Religionis per prius emisso, secundum aliquorum sententiam Theologorum.*
Licet contraria probabilis asseratur. nu. 31.
32 *Episcopus fundatã habet intentionẽ in exercitio iurisdictionis quoad omnes in sua diœcesi residentes*
Et proinde in ea manuteneri, donec de contrario doceatur. nu. 33.
Habet enim iuris assistentiam. n. 34.
Præsertim in dubio. nu. 35.
36 *Ioannes Baptista Pamphilius olim Nuntius Neapol. nunc Eminentissimus S.R.E. Cardin. laudatur.*

ARGVMENTVM.

Debeant ne ad processiones accedere Generales, Sacerdotes Religionis S. Ioãnis Hierosolimytani Cappellani; & nùm nè pœnis, ac censuris, si accedere renuerint, cogi possint? Quòd si deliquerint, cùm extrà claustra degant, nùm iure animaaduersionem in eos loci Ordinarius, in cuius Diœcesi delinquunt, exercere valeat iuxtà S. Trident. Concilij decreta?

RESPONSIO. VI.

TEneri Fratrem Hieronymũ de Donato Casalis Sancti Antimi, Presbyterum Religionis Sancti Ioannis Hierosolymitani, ad solemnes accedere processiones, quæ in Ciuitate habentur Auersana, sicuti cæteri Regulares, & ex Clero alij, iurè, & respondi, & decreui, cùm in Diœcesi prædicta Illustrissimi Domini D. Caroli Carafæ Episcopi apud Cæsaream Maiestatem Sanctissimi D. Nostri Nuntij Vices gererem anno 1621.

1 Quippè inficias ire nemo iurè potest, Hierosolymitanos Equites verè Religiosos esse.
2 Quoniam nihil deest illis eorum, quæ ad verã, & apprabatam Religionem requiruntur, vt tria sunt substantialia vota, castitatis, paupertatis, & obedientiæ. *tex. in cap. cùm ad Monasteriũ. 16. in fin. de statu Monachor. et Regul. S. Thom. 2. 2. quæst. 186. art. 6. & 7. Calderin. cons. 7. de foro*

compet.num.2. Nauar.lib.3. de regular. conf 12.
num.1.& conf.10. ibid.atq; conf.2 de conuerf. con-
iugat.eod.lib.3.Rota par.1.diuerf.decif.591.nu.5.
& par.2.decif.216.num.3. Cæfar de Graffis. decif.
47. aliàs 1. de probat. d num.11. Rota in recenfio-
ribus.par.2.decif.87.nu.1.et decif.333. per tot. &
apud Sanctiffimum D.N. Ludouif. Gregor.XV. de-
cif 87.num.2. Anton. Faber.in Cod.tit.3.lib.1. de
Epifcopis, & Cleric. definit.27. Sanchez.tom.1.
oper.moral. lib.4.cap.16. num.11.et 12. Vafquius
Illuftrium controuerf.iuris lib.3.tom.1.cap.105. nu.
48.49.et 50. cum feq. Frater Ludouic. à Beia. re-
fponf.cafuum confcient.par.4. cafu 28. Gratian.fo-
renf.difceptat.par.2.cap.363.num.21.et par.3.cap.
475.num.23.cum feq. Farinac. confil.197. lib.3.
num.1. Reuerendiffimus Campanilis. in diuerf.rub.
12.cap.16.num.44 Polidorus Ripa. obferuat.185.
num.10.et 11.Duegna.regul.100.ampliat.5.nu.5.
Barbof.de offic.Epifc.par.2. allegat.12. num.45. et
46.Pater Alfonfus Villaut.decif.34.num.1. et n.5.
Carolus de Graffis de effectibus. Clericatus effect.
1.num.109.et feq. fol.mihi 121.et num 112.et 116.
Ioan Stephan. durantes Tholofates quæftion. iuris.
q.6,col.6.verf.fed quæritur.fol.40.et 41.Maynard.
lib.1.quæft.17.num.1.Maftrillus decif.290. nu.35.
par.3.Ioan. Azor.inftit.moral.par.1.lib.13.cap.3.
3 q.2.præferrim verò fi fuerint Clerici. qui fim-
pliciter caftitatem vouent,vt ibid Azor.nouiffi-
mus Pater Diana refolut.moralium lib.1.tract. 11.
de bulla cruciatæ refol.77.fol.300.Maurus Burgius
de modo procedendi ex abrupto.q.65. num.58. Bo-
nacin.de cenfur.in Bulla Cœn.tom.3. difput.1. q 16.
fect.1.punct.3.num.16.idem Diana. par.3. tract. 2.
refolut.30.verf.hoc autem fuppofito. et par.2.tract.
16.mifcellan.refolut.38.
4 Quamobrem,ficuti cæteri Regulares,teftandi
carent facultate. cap. in præfentia. 8. de probat.
auth. ingreffi.poft l.13.C.de Sacrofanct Ecclef. de-
cifum refert coram Ludouif.nunc Sanctiffimo D.N.
Papa Gregor. XV. in vna Interamnen. Bonorum
in anno 1603. Gratian.d.cap.363. num.24. et eft in
impreffis eiufdem Sanctisfimi d. decif. 87. num. 3.
Rota in recentior.par.2. decif 87. num.1. Aluarus
Valafcus.confult.108. nu.25.et feq. Dominus Mar-
chio.et Regens Carol. Tapia in auth. ingrefsi.ver-
bo.ideoq; nec de his.cap. 1.num.8.Maynard.d.q.17.
5 lib.1 num.3. vbi etiam decifum refert, & fi qui-
dem notabiliter limitet fauore piæ caufæ, &
pro exoneratione confcientiæ, & in compen-
fationem acceptorum feruitiorum.
6 Nec non Sacri.Trident.Concilij decretum
feff.25.cap.15.de regul.de profeffione intrà pro-
bationis annum non emittenda, nec admittē-
da;ad Hierofolymitanos hos extendi milites.
ex Sacræ Congregationis declaratione; quòd
hi verè Regulares fint;refert idem Gratian.eod.
cap.363.num.27.& 28.& d cap.457.num.31.Fa-
rinac.d.conf.197.num.2.Genuenf.in praxi. cap. 21.
de vifitatione.num.12.in fin.impreff. 1609. Riccius
par.1.collect.216.verf.infero feptimo, & fecuta
etiam fuit Rota in Tullen. nullitatis profeffionis.7.
Nouembris 1616. coram Buratto, impreff. tom.1
pofthum.decif.279.num.11. in fin.poft Sanch.de
matrim.tom.2.lib.7.difput.44.fub num.8. verf. licet
poftea.Quicquid.aliàs à Beia d.refponfo. 28. p.4.
7 in contrarium obmuffitarit.Quod fanè in alijs
Militaribus Ordinibus exaudiri debet, in qui-
bus Caftitatis votum non ita ftrictè emittitur;
8 fed in matrimonio. Quò fit, vt ipfi,non verè
Regulares ęftimētur, quemadmodum Hiero-
folymitani.Milites Io.Azor.d.lib.13. par. 1. c.3.
q.2. & fuit dictum in Rota d. decif. 591. num.1.
par.1.diuerf.Sanchez d.lib.4.cap.16.num.11. Bo-
nacin.d.q.16.punct.3.num.16.verf.an autem huiuf-
modi confuetudo.Viuian.in praxi iur.patronat. par.
2.lib.6.cap.2 num.16.&.17.vbi plures refert Ro-
manæ Rotæ decifiones. fequitur Pater Diana par.
3.tract.2.refol.64.verf.adde etiam.
9 Cùm alioqui per profeffionem in ordine
Militari Hierofolymitano emiffam foluatur
matrimonium ratum,non confumatum. fecun-
dum gloff. in cap.ex publico.7.de conuerf.coniugat
quam communiter approbatam, & à Canoni-
ftis,& Theologis dicit Nauar.in d.conf.2. quidam
10 Nobilis. de conuerf.coniugat. lib.3.Quòd in alijs
Militaribus Ordinibus, (veluti Alcantaræ, &
Calatrauæ) in quibus Caftitatis votum in ma-
trimonio dumtaxat promittitur, non proce-
dit. fecundum Sanchez de matrim.lib.2. difput. 18.
n.8.quē fequitur Gratian. d.c.457. n.25.par.3.&
idem Sanchez d.lib.4.cap.16.num.12. in opere mo-
rali.Et Pater Diana alios referens. d.refol.77. &
in 3.par.tract.2.refol.30.verf.quinto notandum.
11 Pariterq; Sacrę Cōgregationis decretū,quo
vetitum eft Regularibus cum Monialibus fer-
mocinari, ad Hierofolymitanos hos extendi
Milites, eiufdem Sacræ Congregationis litte-
ris ad Vicarium Neapolitanum datis, refert
Quaranta.in fum.bullar.verbo. Monafterium. verf.
decretum hoc.fol.349.& fequitur Reuerendiffimus
Campanilis in diuerfor.rub. 12.cap.16. num.44. &
innouauit eadem Sacra Cōgregatio in decre-
to, quo conceditur, & præfcribitur facultas
ordinarijs circa acceffum regularium ad Mo-
nafteria Monialium ad alloquendum cum eis,
facto verbo cum Sanctiffimo D. N. Vrbano
Octauo 1623.in compilatione,Bullæ.& decreta
recentiora.fol.mihi 111. et fequitur Homobon. de
cafib.referuat.par.2.caf.5.verb. Milites.S.Ioannis.
fol.mihi.481.
12 Nec ab fimiliter Sacrofanctæ Synodus de-
cretum, quo facultas tribuitur ordinarijs in
exceffus animaduertendi Regularium extrà
clauftra degentium, & delinquentium. feff.6.
cap.3. de reformat. Hierofolymitanos comple-
cti Milites: quòd verè regulares fint, nec dif-
fitetur Nauar.d.conf.12.de regular. lib.3. quem
fequitur Sayr.dec.26.eod.tit.lib.3. et atteftatur etiā
Gratian.forenf.par.3.d cap.457.num.30. et decla-
raffe eandem Sacram Congregationem refert Fari-
13 nac. Fac etiam, Milites præfatos extrà locum
fuorū ordinum,cū facultate degere fuorum fu-
periorū refertq; etiā Genuenf.in praxi c.59.de po-
teftate Epifcopi fuper Regularib.fub num.2.et cap.
21.num.12.in addit. in impreff.Romana anni 1609.
fequitur Riccius.dec.277.par.2.et p.3.collect.503.

Barbofa

Barbosa de offic. Episcop. par. 3. allegat. 105. nu. 15.
et 16. Reuerendissimus Episcopus Campanilis in
diuersor. rub. 12. cap. 13. num. 12. et facit decretum
Sacri Concil sess. 24. cap. 11. de reformal in fin. ibi:
„ Exceptis tamen ijs, qui prædictis locis, aut
„ militijs actu seruiunt, & intrà eorum septa, ac
„ domos resident, subquè eorum obedientia
viuunt &c. Triuisan par. 1. decis. 36. sub num. 2.
in 4. argumento. Quod etiam per Sacram Con-
gregationem declaratum fuisse in vna Tranen.
refert Marius Antonin. ad terminos dicti Cōcilij
d. cap. 11. & Constitutionis, & reductionis fœli-
cis recordationis Gregorij. 13. in anno. 1580.
incipien. Circumspecta. lib. 1. variar. resolut. re-
solut. 18. nu. 4. et 8, et refert quoq; nouissimus An-
ton. Naldus in summa. verb milites. num. 11, et Io.
Petrus Moneta. de conseruat. iudicib. cap. 6. nu. 52.
versic. quod autem. ibidem. in fin. Maurus Burgius.
14 d. quæst. 65. num. 63. Et seruatum per me aliàs
fuit, cum his Cappellanis Hierosolymitanæ
Riligionis, qui persæpè, quòd ab ordinariorũ,
iurisdictione se exemptos putant, ad iniqua
frena relaxant, & de albatam crucem ferentes,
ipsi à suaui Christi Cruci suffixi iugo perdeuia
vitiorum currentes, & euagantes, extorres
se redunt, non sine aliorum maximo scandalo,
& ruina. Quod planè. aduertere decet ordi-
narios, nè suprà quàm libeat huiuscemodi ho-
mines insolescant, vnde nomen Dei blaspema-
tur tota die. Et aduertit etiam, nec ab re Re-
uerendissimus Episcopus Genuens. d. cap. 21.
num. 12. in addit. Riccius. d. collect. 503. & respon-
det dictæ Constitutioni præfati Gregor. XIII.
in anno 1680. sub die 25. Nouembris. incipiē-
ti circumspecta. in Bullar. tom. 2. constit. 57. fol.
mihi 448. quam etiam refert Quaranta in sum. Bul-
lar. verb. priuilegia regularium fol mihi 412. vers.
insuper Gregor. XIII. et Marius Antoninus, vbi
supra.
15 At qui verò Regulares ad Generales pro-
cessiones accedere tenentur ex decreto Sacri
Concilij sess. 25. de regular. cap. 13. Tenebuntur
16 vtiquè, & Sacerdotes Ordinis Sancti Ioannis
Hierosolymitani professi; & ni accesserint,
compelli poterunt. Aperta nempè satis verba
sunt, sacri textus Concilij.
„ Exempti autem omnes (loquentis) tàm clerici
„ seculares, quàm Regulares, quicunq; etiam Mona-
„ chi, ad publicas processiones vocati, accedere com-
„ pellantur, ijs tantùm exceptis, qui instrictiori clau-
17 „ sura perpetuò viuunt. hæc ibi. Compulsionem
verò hanc etiam per censuras Ecclesiasticas
fieri posse: resolutum Papiæ refert idem Marius
Antonin. variar. lib. 1. resolut. vltim. casu. 35. Cùm
per Sacrum Concilium hac in re Regulares
Episcopis subijciātur, quorum arbitrio remit-
titur, vt cōpellantur. vt decisum in Curia Ar-
chiepiscopali Neapolitana refert. idem Genuēs.
in praxi d. cap. 59. num. 9. Gratian. decis. 232. num.
13. 14. & seq. sequitur etiam Riccius. in praxi
fori Ecclesiastici. resolut. 308. num. 6. in maiori im-
pressione par. 1. et d. collect. 503. in 5 casu. et de-
clarasse Sacram Congregationem refert Pater Sor-
bo. in compend. priuileg. verbo. Processiones fol.
mihi 489. quem refert, et sequitur etiam P. Laurent.
de Portell. ad dubia regularia. verbo. processiones
num. 2.
18 In arbitrarijs autem nemò reprehendus est.
Aymon cons. 78. num. 8. Marius Antonin. variar.
lib. 3. resolut. 12. num. 5. in fin. Franciscus Merlin.
decis. Lucens. 9. num 5. et decis. 13. num. 7. Rota
apud Sanctissimum D. N. Ludouis Gregor. XV. de-
cis. 105. num 2. Paulus à Castro. cons 299. visa iu-
quisit. sub num. 4. in fin. volum. 2. Triuisan. decis. 23
num. 16. lib. 2.
19 At Sacrum Concilium Generaliter loquitur
per verbum compellantur; vnde generaliter
etiam exaudiri debebit per omnem modum
compulsionis. ex regula tex. in cap. solita. 6 circa
fin de maior. & obedient & tex. in l. 1. §. Genera-
liter. ff. de legatis præstandis. faciunt, quæ habet
Nauar. de oration. & horis canonic. cap. 22. mi-
scellan. 18. num. 80. per doctrinam Alciati lib. 1.
de verbor. significat pag. 1. circa finem. vers. præ-
20 ter Fabij declarationem. Quòd vbi res genera-
li aliquo nomine appellatur, sub ea comprehē-
duntur omnes species eius. Cùm dubitandum
21 minimè sit, quin species generi suo subesse
censeantur. Et sequitur Surdus decis. 122. nu. 1.
22 Præsertim quòd censurarum exercitium non
nisi in subsidium adiberi debeat, vbi alia
scilicet compellendi remedia, non suppetunt,
vt per ipsum met Sacrum Concilium definitũ
fuit. cap. 3. sess. 25. de reformat.
23 Alioquin inanis omninò esset facultas à Sa-
cro Concilio ordinarijs tributa, compellendi
regulares ad processiones accedere. ad tex. in
cap. ex litteris. 29. & cap. significasti. 7. vbi gloss.
in verbo resistentibus. de offic. & potestate dele-
gat. l. vltima. in fin. ff. de offic. eius, cui mandata
est iurisditio. vt suffugari eis haud valeat priui-
legiũ, quòd excommunicari non possint. Potis-
simùm cùm ex Bulla Pij Quinti. In Principis
Apostolorum in anno. 1565. quæ est ad calcem
24 Sacri Concilij fol. mihi 384. priuilegia omnia
decretis Sacri Concilij aduersantia, abrogen-
tur omninò, quòd aduertit etiã Genuen. dicto.
cap. 59. num. 9. in fin. Quamuis non desint alij,
qui velint haud posse censuris cogi regulares
pdictos, sed alijs pęnis, etiã pecuniarijs cōpelli;
quòd Sacrũ Conciliũ nō exprimat. vt idē Por-
tel. vbi supra in addit. nu. 1. post Rodriq. in sum.
par. 1. cap. 74. conclus. 45. & Sanchez de matrim.
tom. 2. lib 7. disput. 33. num. 23. Barbosa in d. cap.
13. Sacri Concil. nu. 5. & nouissimè Frater Hie-
ronymus Rodriq. in compend. resolut. 60. num. 15.
& resolut. 118. num. 1.
Nec effugium est, aliquod sacerdotibus ordi-
nis Hierosolymitani, cùm & ipsi sub generali-
tate verborum Sacri Concilij apertè compre-
hendantur per verbum omnes, & quicunquè,
26 vt qui omne dicit, nihil excludat d. cap. solita. in
fin. de maiorit. & obed.
Et declarauit Sacra etiam Congregatio Cō-
„ cilij in hæc verba. Nulla immunitates Religioni
„ Hierosolymitanæ concessa obstant, quò minus
„ eius

,, *eius facer dotes inseruientes Eeclesijs, vocari de-* ,, *beant, ad processiones, ac nisi accedant, etiam cō-* ,, *pelli. vt refert Farinac. par. 4. decis. 1. Zerola* ,, *in praxi. Episcop. par. 1. verbo. processiones, ad 2.* ,, *& post alios etiam Barbosa de offic. & potestat.* ,, *Episcopi. part. 3. allegat. 78. num. 11.* Et alibi ,, etiam eadem Sacra Congregatio respondit. ,, *Sacerdote inseruientes Ecclesijs Religionis* ,, *Equitum Hierosolymitanorum, compelli pos-* ,, *sunt ab ordinario, vt ad processiones publicas acce-* ,, *dant.*

27 Nec officit, quod ex aduerso obijciebat dictus Frater Hieronymus; Indultum esse Monachis, verè vltrà dimidium miliare à Ciuitate distantibus, ne compelli valeant ad processiones accedere; *vt habetur per Quarant. verbo præcedentia. fol. 397.* Cùm, quòd decretum hoc de Monachis loquatur in Monasterijs vltrà dimidium miliare à Ciuitate distantibus, sic enim inquit; *vt idemmet refert. Quarant. verbo pri-* ,, *uilegia regularium. fol. 406. Cōgregatio Concilij* ,, *etiam censuit, Regulares monasterij, vltrà dimi-* ,, *dium miliare à Ciuitate distantis, non posse ab* ,, *Episcopo compelli accedere ad processiones.* vt secus sit in Monachis, & Religiosis (vt sunt hi sacerdotes Religionis Hierosolymitanæ) extrà claustra degentibus, nec enim iure de vno, ad alium casum fit extensio, ad reprimendam præsertim ordinariorum iurisdictionem, vt ad rē aduertit. *idem Marius Anton. d. resolut. 18. lib. 1.*
29 *num. 4. & 5.* Cùm primis autem in odiosis, & vbi diuersa militat ratio disponendi. *Proauus meus Maranta. cons. 83. num. 3. & 4. Rota par. 1. diuersorum decis. 139. num. 6. Aluarus Valascus. d. consult. 108. num. 23.* Potissimùm, quòd in hoc Fratre Hieronymo, neque concurrebant requisita, quæ ad hoc enumerat. *Moneta. d. cap. 6. num. 52. vers. verùm respondetur.* Et propter hanc vnam rationem, quod hi Regulares, quāuis verè Religiosi sint, & dicantur; quòd non in communi viuant; subsistinet ex aliorum quoq; Theologorum sententia, non satisfieri voto Religionis per profitentem Religionem aliquam militarem, & etiam hanc Sancti Ioan. Hierosolymitani *Sanchez. d. lib. 4. cap. 16. num.*
31 *11. & 13.* Et si sanè contrariam, vti probabilē in religione Hierosolymitana hac, quòd verè Religio sit; & tria in illa vota, vt in cæteris religionibus nō militaribus emittūtur, sequatur. *Diana variar. resolut. lib. 2. misctellan. 2. resol. 38. fol. 123.*

Tùm etiam quòd ipsemet Frater Hieronymus non habet, quòd se diffugio hoc tueatur, cùm semper aliàs ipse, sicuti etiam Frater Horatius Garoffalus, ad processiones accesserint, & in eum transgressorem passim; & pecuniariis pœnis, & multis, atquè etiam Ecclesiasticæ censuræ acrimonia sit animaduersum; vt durum satis, superquè nunc sit ei, contrà stimulum calcitrare. *actor. 9.*

32 At fundatam habet intentionem Episcopus in tota sua Diœcesi, quoad iurisdictionis exercitum ad omnes in illa degentes; vt in ea man-
33 tenendus sit interim, donec de contrario constiterit. *tex. in c. cùm persona. 7. de priuileg. in 6.* Planè quia iuris habet assistentiam in sua iurisdictionis possessione, vel quasi, *vt decisum refert Caputaquens. decis. 306. par. 1. & decis. 203 & 204. par. 2. Rota apud Illustrissimum Seraphin. decis. 595. & 1104. et 1278. Triuisan. par. 1. decis. 36. num. 2. vers. decimo additur.* præsertim verò in dubio. *Rota apud eund. Seraph. decis. 1067. num. 7.*

Sileat itaquè ipse Aduersarius, atquè Sacrorum pareat Cōciliorum decretis. Alioquin patiatur se debitis feriri pœnis.

Et ita seruatum fuit, & per me Ecclesiasticis censuris suppositus dictus Frater Hieronymus, cedulonibus publicè affixis. Quamuis apud Nuncium Religionis apud Sanctissimum Dominum in vrbe aduersum mē non minimā habuisset quærelam, & apud Illustrissimum
36 Nuntium Neapolitanum, tunc Ioannem Baptistam Pamphilium (virum vndequaquè, & doctrina, & numeris omnibus virtutibus, ac prudētia præditum, & absolutissimum; nunc verò sic tanti viri exigentibus meritis, ac Diuina disponente bonitate, qui disponit omnia suauiter, Sāctæ Rom. Ecclesiæ merit issimum Cardinalem, quem diù Ecclesiæ Sanctæ Deus optimus maximus incolumem feruet.) Quòd nō potuissem aduersus eum, ad præscriptum agere cēsurarum. Verùm neque per dictum Illustrissimum Nuncium, neque etiam per Sacram Congregationem eius quærelis delatum fuit; sed parere mandatis eum oportuit. Hæc igitur sub censura adnotasse iuuabit.

CAROLUS MARANTA I. V. D. Vicarius Generalis Auersanus.

SVMMARIVM.

1 *Nominatus, atq; primo vocatus, primò quoquè admittendus est.*
Et excludit secundo loco nominatum. n. 20.
2 *Conditio nihil positiuum deducit, sed suspendit dispositum in tempus purificatæ conditionis, & num. 4.*
neque actio datur pendente conditione, cùm nata illa adhuc minimè dici possit. nu. 3.
5 *Conditionis existentiā probare debet, qui nititur dispositione conditionali.*
6 *Dispositio cōditionalis, interim illiquida dicitur, donec conditio existat, & habetur ac si facta non fuisset.*
7 *Linea dupliciter dicitur, paterna, atquè materna.*
& linea nomen si absolutè proferatur, & in genere, vtramquè comprehendit paternam, & maternam, & num. 11.
8 *Genus Complectitur sub se omnes species indeterminatè, atq; potentialiter.*
9 *Gabella pro vino imposita, comprehendit etiam vinum mustum, & nouum.*

10 Genus

10 *Genus, cùm sit terminus communis, verificatur in pluribus.*

11 *Lineæ nomen tàm masculos, quàm fœminas, atq; ex eis descendentes, comprehendit.*

13 *Linea duplex, effectiua, atq; contentiua, siuè cõprehensiua.*

& lineæ nomen cum de effectiua exaudiri non potest, de contentiua verificatur.

14 *Dispositio generaliter loquens, est quoq; generaliter exaudienda.*

16 *Testator si indistinctè loquitur, indistinctè etiã exaudiri debet.*

& linea indistinctè vocata, tàm masculos, quàm fœminas complectitur.

Limita in materia feudali, vel maioratus. num. 16.

17 *Sacerdos, nomen, comprehendit omnes in sacris constitutos, atq; etiam clericos.*

18 *Sacerdos dicitur quasi sacrorum ductor, vel sacra dans.*

19 *Sacerdotis nomen si per verba affirmatiua vocetur, comprehendit etiam habitu sacerdotem, quamuis non actu; potissimum in materia beneficiali.*

ARGVMENTVM.

Sacerdotis nomine nùm complectatur is, qui in sacris constitutus est, si ad beneficium per fundatorem vocetur Sacerdos de linea; Et nùm, qui de linea est materna fundatoris, admitti possit, excluso simplici clerico de linea paterna? In dubium non inutili disceptatione reuocatur.

RESPONSIO. VII.

PRæterea, quæ doctè satis perpensa fuere in suis scriptis per consanguineum meum V.I.D. Pirrhum Antonium Lanzam. Dico, omninò instituendum esse in beneficio hoc iuris patronatus Laicorum Primicerium Hieronymum Lanzam eius filium, vti primo loca vocatum à fundatore, excluso Clerico Hieronymo de Donato, posteriori nuncupato loco.

Aperta enim satis sunt verba fundatoris, ordine successiuo ad assecutionem patronatus prædicti, proximiores ex linea, siuè etiam ex genere vocantis. Vt primò sacerdotes, altero autem loco clerici admittantur.

„ Sic nempè loquitur testator. *Et post mortem*
„ *ipsius Clerici Angeli, bona, vt supra legata, cum*
„ *onere, & seruitute perpetua ire habeant propin-*
„ *quiori sacerdoti de linea ipsius fundatoris. Et si*
„ *non extaret sacerdos, propinquiori clerico de linea*
„ *prædicta.* hæc ille.

Vocat itaquè primò fundator ad bona, & beneficium prædictum propinquiorem de linea sacerdotem; ac sequenti loco, si non extiterit sacerdos, propinquiorem de linea clericum.

1 At Primicerius Lanza est propinquior de linea Sacerdos. Ipse igitur primò loco admittẽdus, & instituendus erit; quia primo loco vocatus. *ad tex. in l. cum ita 33. §. in fideicommisso. ff. de legat. 2. tex. apertus. in l. qui soluendo. 60. ff.*
„ *de heredib. instit. l. quoties. 40. in princ. ibi: Siqui-*
„ *dem ita legatum fuerit Titio, & Mæuio. potest*
„ *dici primum Titio, deinde Mæuio legatum datum ff. de vsufruct. ad tex. in l. 1. ff. de albo scribend. cap. si quis iusto impedimento. 46. de elect. lib. 6. Perez de Lara de cappellis, & cappellan. lib. 2. cap. 3. nu. 46. 47. & seq. Tiraq. de iure primogent. q. 19. num. 2. & 3. Card. Mantica de coniectur. vltim. vol. lib. 6. tit. 11. nu. 13. & lib. 8. tit. 4. nu. 12. Barbos. axiom. 188. n. 5. & 6.*

Nullum ergo Ius est interim clerico Hieronymo de Donato (& si sanè propinquiori de linea paterna fundatoris) cùm adsit Primicerius Lanza Subdiaconus, propinquior etiam ex linea materna fundatoris eiusdem. Est nempè ipse Clericus de Donato sub conditione vocatus ad beneficium, non simpliciter; si scilicet non extaret sacerdos propinquior de linea.

2 Conditio verò nihil omninò positiuum ex dispositiuis in actum deducit; sed suspendit omnia, atquè differt in tempus vsquè purificatæ cõditionis. *l. cedere diem. 213. §. vbi sub conditione. ff. de verb. signific. tex. in l. non omnis 19. ff. si certum petatur l. hoc iure vtimur. 10. ff. de ver obligat. l. vnica §. si autem aliquid sub conditione. C. de caduc. toll. cap. fin. in finalib. verbis. de translat Episcopi. Cephal. cons. 73. num. 17. & cons. 56. num. 31. lib. 1. Cardinal. Tusc. tom. 2. litt. C. conclus. 593. num. 1. & 8. Camill. Borell. cons. 47. nu. 44. & 45. Monald. cons. 16. num. 11. & 13. vol. 2. Surd. decis. 209. Iocob. Thoming. decis. 10. num. 5. Rota apud* Caualer. *decis. 181. nu. 1. & decis. 183. num 2.*

3 Vt interim nequè actio detur ad dispositum consequendum; cùm nata adhuc illa non sit, prepedita ab ipsa conditione, quæ positiuum nihil habet, sed totũ priuatiuũ. *secundum Griuell. decis. Senat. Dolani. 105. n. 30. & decis. 133. num. 9.*

4 Atquè proinde suspendit dispositum, ac si dispositio ipsa facta minimè fuisset. *l. legata sub conditione. 41. ff. de condit. & demonstrat. cap. 1. §. fin de sponsal. in. 6. cum. ibi notat. Cephal. cons. 608. num. 80. vol. 4. Tuscus d. conclus. 593. num. 44.*

5 Probare itaquè primitùs debebit conditionis existentiam clericus de Donato, eamquè purificatam ostendere; nullumquè adesse proximiorem de linea sacerdotem, qui eum præcedat,

cedat, in apertum deducere, vt obtinere ipse valeat. Alioquin ex se ipso repelletur ius nullũ habens. *tex. est apertus in l.eum qui.34.ff.ad Senat.Cõs.Trebell.tex cum glos. in verbo conditio in l.ex bis 5. C. quando dies legati cedat Rota apud Card. Manticam decis.257.num. 1. Tuscus d.conclus.593.num.49. & dictum fuit in simili facti specie, in Tarraconen.beneficij.9.Decembris 1590. coram Cardinali Seraphino. decis. 489. num.49.*

6 Quippe cùm conditionalis dispositio interim conditionis existentia non purificata, illiquida habeatur, vt executioni demandari minimè gentium possit. *Bald.in l.siquidem.9.num. 4.C.de exceptionib.sequitur Camill.Burell. cons. 98.num.5.& 6.* Et perinde æstimetur ac si dispositio facta minimè fuisset. *l. pecuniam quam 36.ff.de rebus credit.& si certum petatur.l.necessario.8.§. quod si pendente.ff.de periculo, & commodo rei vendit. Cephal.d.cons.56.n.11.Tuscus d. conclus.593.n.1.*

Quòd verò sit Primicerius Lanza propinquior de fundatoris linea Sacerdos; quod in minori assumebatur propositi Syllogismi, astruitur nec futiliter.

Est etiam ipse fundatoris pronepos ex linea Materna, quamuis in eodem gradu ex linea paterna constitutus sit Clericus Hieronymus de Donato nullo alio in propinquiori gradu exstante.

Nullam quippè facit in hoc fundator ipse differentiam, sed in genere, atquè sub nomine collectiuo, omnes de linea ipsius vocat. At qui vnusquisquè duplicem habet lineam, paternã, & maternam. *secundum tex. in cap. vnico §.contra natos: ibi: Per masculinam, & fœmininam lineam.de schismatic.is.lib.6.tex.in l. si quis prioris.8.post auth.§ in illo ibi: vel ex materna linea C de secundis nuptijs.Peregr.de fideicomis. art. 22.num.24.Ioan.Gritell. in responso pro Marchione de Guadalest.post decis. Senatus Dolani. col.6.vers.2.præmitto.fol. 440.& in decis. eiusdē Senatus.109.num.14. cum seq.* Vtramq; igitur ipse, per genus illud (de linea) complexus videtur.

8 Planè quia Genus, cùm laxum quid, atquè diffusum sit, omnes sub se indeterminatè, atquè potentialiter comprehendit species. *ad tex. in l.omnes.3.vbi Angel. C. de præscript. 30. vel. 40. annor.l.si duo.52.in fin.ff.de administrat.Tutor. Natta.cons.98.num.14.lib.1.Surd.decis.255. nu. 20.Tuscus tom.4.litt: G. conclus. 40. Maceraten. variar.lib.2.resolut.33. num.2 & 4.* vbi ad quæstionem; Num statutum Imponens, quòd pro

9 vino soluatur Gabella, debeat exaudiri, vt illa soluatur pro musto? Ex hac ratione generis; quòd sub se species comprehendat, affirmatiuè respondet. Quia nimirùm Genus illud (vinum) species sub se complectitur: vinum scilicet vetus, ac nouum. *est tex.in l.cùm quid 3.ff. si certum petatur.*

10 Genus nempè, cùm sit terminus quidam communis, verificatur in pluribus. *vt inquit Bald.in cap.cùm ordinem.col. 2. num. 3. de rescript. Barbosa axiom.107.num.29 & 30.Tuscus. d.conclus.40.num.5.& seq.*

11 Cùm sit itaquè verbum illud (de linea) Genus, atquè terminus proindè communis, ac nomen collectiuum, plura sub se complectens, ac de pluribus verificari aptum. Tàm vtiq; paternam, quàm Maternam lineam, suas species, cõprenhēdet. *Paris.cons.22.num.44. lib. 2. Cephal.cons.664.num.23 lib.5.Couar.de Sponsalib.in 4.decretal.par.2.relect.cap.6. §. 6. de consanguinitate.num.5.Polidor.Ripa obseruat.306. num.8.& 9.cum seq.Gratian forens. par. 4. cap. 773.nu.1.Card.Tuscus.d.conclus.40. tom.4. præsertim num.17.*

12 Ac etiam tàm masculos, quàm fœminas includet, & ex eis descendentes. *Peregr.de fideicommiss.d. art.22.num.24.Tiraq. de retract. lignaiger.§.1.gloss.9.in princ. & num.244. Tusc. tom.5.litt.L.conclus.357. num.3.Rota in vna Pampilonen.sepulturæ 10.Nouembr. 1608. corã Illustrissimo Bononien.Ludouisio.postmodum ad Pontificatus apicem assumpto, Gregorio.XV. par.2.tom.1.in recentiorib.decis.226.num.3. quæ est in impressis eiusdem. decis. 383. num. 3. vbi etiam. Beltramin. addens. Barbosa de appellatiua. verborum itur. significat. appellat. 135. num.13.*

13 Cùm enim de linea effectiua fundatoris exaudiri haud possint verba illa (de linea fundatoris) cùm nullos ipse filios susceperit; de contentiua vtiq; atq; comprehensiua eiusdem exaudietur. *ad tex. in l.quotiens.13.ff. de rebus dubijs.* Atquè proindè, tàm de paterna, quàm de materna linea, de qua est, & in qua comprehēditur, ac continetur testator ipse, interpretabuntur. *Decius cons.379.num.1 sequitur Paris. cons.40.num.42.lib.2.Cephal.cons.3.num. 39. & num.40.lib.1.& melius cons.313.num. 57.& 58. lib.3.Tiraquel.d.glos.9.num.244.& Peregrin.d. art.22.num.14.Tuscus d.litt. L conclus. 357. nu. 5.Menoch.de præsump.lib.4.præsumpt.88.nu.11. Griuellus in d. responso ad calcem. suarum decisionum Senatus Dolani. col. 6. vers. tertio. præmitto.fol.440.& in decis. eiusdem Senatus. 109. num.15. Fabius Anna cons. 132. num. 5. vol. 2. Perez de Lara.lib. 2.cap. 2.num. 15.& seq.& nu. 20.Couar.d.cap.6.§.6.nu.5. Cæphal. d.cons.664. num.23.lib. 5. Aymon. optimè cons.243. num. 4. circa 2.difficultatem. & num. 5. Vincen. Fusar. de substitut.q. 345 num. 13. Barbos. d. appellat. 135.num.6.Donat. Antonius de Marinis. quotid. resolut.cap.132.n.3.*

14 Nec ratio vlla est, cur de paterna dumtaxat linea, verba ipsa interpretari nos oporteat, cũ generaliter lineam nuncuparit fundator; vt generaliter nos illam accipere, & exaudire deceat, tàm, scilicet, de paterna, quàm etiam de materna, *vt optimè Cæphal.d.cons.5. num.34.& 35. Tiraq.d.glos.9.num.244.Caualcan.decis.18. num.91.par.3.Tusc.d.conclus.257.num. 3. Rota in recentiorib.par.2.tom.1.decis.424.num.1.in fin.Polidor.Ripa.d. obseruat.306.num.8.cum seq.*

Gri-

15 *Griuell.d.decis.109.num.15.* Et cum indistinctè testator locutus fuerit, proximiorem vocando de sua linea, nulla admittenda distinctio erit, neque prælatio lineæ, vel masculinæ, vel fœmi-
16 ninæ. Potissimùm, cùm nec vertamur in materia feudali, neque maioratus. *Vt declaratum fuit per Rotam in Legionen. Cappellaniæ. 9. Iunij 1581. coram Cantucio. decis. 105. num. 8. par. 2. diuers. Tusc. d. litt. L. conclus. 357. num. 3. Perez. de Lara. d. cap. 2. nu. 33. & dictum fuit in d. Tarraconen. Beneficij coram Seraphino d. decis. 889. num. 2.*

Quòd autem sit sacerdos Primicerius Lanza, probatur: Quia nimirùm est in Subdiacona-
17 tus ordine constitutus. Nomen, verò sacerdos, omnes, qui sacris initiati sunt, siuè Subdiaconos siuè Diaconos, siuè quoquè Præsbyteros, siuè
18 etiam Clericos complectitur. Omnes enim sacri sunt, atque Sacrorum Ductores, ac sacra ipsa dantes. *secundum Isidor. relat. can. Cleros. 1. §. sacerdos autem 21. dist. sequitur. Albericus in dictonar. verbo sacerdotes quomodo olim. Bertacchin. in repertorio. verbo. sacerdos. Andræas Hispanus in reg. de decimis. q. 5. num. 1. vol. 15. tract. fol. 310. col. 3. est tex. apertus in can. 1. in fin. vbi etiam glos. 15. q. 5. tex. in cap. 2. vbi post Glos. Bald. num. 1. & tex. in cap. vestra. 7. de cohabit. Clericor. & mulier. Abb. in cap. clericis. 5. num. 8. ne cleric. vel Monac. Petrus Gregor. Tholos. Syntagmat. iur. par. 1. lib. 16. cap. 8. num. 8. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. Glos. 5. num 85. & 86. Toletus instruct. sacerdotal. lib. 1. cap. 37. num. 7. Sayr. in Thesauro. lib. 3. cap. 32. num. 6. Et est interminis nostris cons. 22. Fabij de Anna num. 13. lib. 1. quem sequuta fuit Rota, in recentiorib. par. 1. tom. 2. decis. 469. num. 8. & dictum etiam fuit in Pamplonen. beneficij 11. Februarij 1591. coram Cardinali Mantica. decis. 129. num. 3. Pater Saurez. tom. 2. de religion. lib. 4. cap. 16. num. 8.*

19 Neque testator Sacerdotes per verba negatiua vocauit, vt puta si dixisse. (Nō eligatur nisi sacerdos) Sed per verba affirmatiua, videlicet; ire habeat propinquiori sacerdoti de linea. Vt sufficiat propterea illum in habitu sacerdotē, & si non actu esse. Modò tamen intra annum promoueri possit. *ad tex. in cap. 2. de instit. lib. 6. tex. in cap. licet canon. 14 §. is autem de elect. lib. 6. Abb. in cap. cùm in cunctis. 7. §. inferiora num. 10. cum seq. de elect. Ferrett. in terminis. cons. 305. Didac. Spino de testam. glos. 4. in princ. num. 68. Fab. Anna d. cons. 22. num 14. Gratian. latè in terminis quoq; nostris forem. par. 1. cap. 133. per tot. Rota in recent. par. 1. d. decis. 496. nu. 4. 5. & 6. faciunt notata ad rem, & perpensionem hanc nostram per Perez de Lara de anniuersarijs, & cappellan. lib. 2. cap. 4. num. 114. Barbosa de offic. episcopi par. 2. allegat. 24. num. 41.* Neque onus vllum missarum prædicto vocato iniunctum per fundatorem reperitur, vt dici pōssit, actu sacerdotem esse debere vocatum ad beneficium. Sufficiet igitur si habitu sacerdos fuerit. *vt perpendit Rota d. decis. 469. nu. 8. in fin.*

20 Præter, quàm quòd, cùm testator, generis voce vsus fuerit; primo loco sacerdotem vocādo: Et Primicerius Lanza in genere sacerdos sit, quia in Subdiaconatus ordine constitutus, sacris initiatus est. Excludet vtiquè clericum de Donato secundo loco, & sub conditione (si non extaret sacerdos propinquior de linea) vocatum. Vt propterea instituendus omninò sit Primicerius Lanza in beneficio prædicto. Vt ex his respondi sub censura &c.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

Fuit deniquè institutus dictus Primicerius Lanza, nunc Archidiaconus Melphitten, per Episcopalem Curiam Melphitten, excluso Clerico Hieronymo de Donato. Atquè ita executioni demandatum. Non iniucunda igitur quæ parauimus erunt legenti, si non toruis inspiciantur oculis. Quòd si minus arriserint, meliora præstet.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus fundatam habet intentionem suam quoad iurisdictiones in omnes, qui in sua sunt diœcesi, vt manutenendus in ea sit, donec de alterius constiterit iurisdictione.*
etiam priuatiuè quoad alios. n. 2.
quia in hoc iuris habet assistentiam, quare competit ei manutentio. n. 3.
etiam aduersus priuilegium per alium allegatū, donec de eo discutiatur. n. 4. potissimū si allegans nullam habet possessionem.
5 *Domicilium aliud naturale, accidentale aliud.*
naturale, quod per originem quæritur, & immutabile est. n. 5.
accidentale, quod sibi quisq; sua quærit voluntate num. 7.
8 *Domicilium naturale multiplicari haud potest, quòd vno, non pluribus quis nasci potest locis.*
9 *Domicilium naturale, si quis in confinio nascatur duplicis territorij, in loco sortitur in quo caput oritur.*
10 *Domicilium accidentale potest quis pluribus in locis sortiri, si æqualiter in illis se instruxerit.*
Quamuis in vno magis, quàm in alio versetur num. 11.
& sufficit si solemniores anni dies festos in vno agat, quamuis in alio assiduò demoretur. nūm. 12.
13 *Domicilia plura sortiri quis potest, plurium specierum respectu.*
neq; duo vel tria, sed etiam plura n. 14.
interq; ea præualet illud, in quo maiora coincidūt requisita n. 15.
16 *Originis propriæ causa semper est potior.*
17 *Naturale quod est, magis propriè dicitur, & vincit.*

18 Do-

18 *Domicilium Clericus illo in loco habere dicitur, in quo beneficij causa residere tenetur.*
potest tamen domicilium habere etiam alio in loco altarum qualitatum respectu, quibus domicilium haberi potest n. 19. & n. 20.
20 *Stultus melioris haud esse conditionis debet, quã sapiens.*
21 *Forus patrimonij ratione nõ perditur, quamuis Clericus in loco beneficij resideat.*
22 *Domicilij originis Iudici remanet quis subiectus, quamuis extrà illud quis reperiatur, unde poterit citari, etiam si absens fuerit.*
23 *Citatio in domicilio iudicis decernitur, quamuis eius executio extrà territorium quoque fiat.*
24 *Citare potest Episcopus subditum sibi, quamuis ille in Romana fuerit Curia degens.*
præsertim data præuentione ad alios, qui possent illum citare n. 25.
26 *Subiectus efficitur quis iurisdictionis Episcopi multiplici iure; ratione originis, ratione beneficij, domicilij, & bonorum, ac etiam patrimonij, cuius ad titulum promouetur, & num. 67.*
27 *Clericali Tonsura initiatus debet seruitio ascribi Ecclesiæ, & sibi subditus efficitur.*
28 *Domicilij ratione, & bonorum subiectus quis efficitur Episcopo loci illius.*
29 *Bonorum ratione, quæ quis in loco habet, & conuenire, & conueniri potest.*
30 *Forum quis sortitur etiam ratione in certi domicilij & vagationis.*
multòq; magis ratione certi domicilij, præsertim originis n. 31.
sicuti etiam ratione beneficij, præsertim si non cõtemnendorum redituum sit. n. 32.
& ratione patrati criminis quis forum sortitur. num. 33.
34 *Subiectorum Crimina is coercere debet, qui iurisdictionem in eos obtinet.*
35 *Reipublicæ conducit, eo loco criminum reos pœna plecti, quo ea admiserunt. & numero. 63.*
36 *Priuilegij Innocentij III. Cassinensibus concessi verba referuntur.*
& expenduntur. n. 37. & n. 67.
38 *Priuilegiorum extentio de casu ad casum, in re præsertim odiosa, & in tertij præiudicium, nimè admittitur.*
etiam si casus essent à iure æquiperati num 39.
40 *Priuilegium priuata lex dicitur.*
41 *Priuilegium tunc est, quando aliquid Princeps contrà ius commune concedit. & n. 49.*
42 *Priuilegium ita exaudiri oportet, vt nullum per eum præiudicium tertio inferatur.*
43 *Princeps nunquam id velle æstimatur, vt tertio præiudicium ex priuilegio inferatur, præsertim sine causa.*
44 *Clausula (sine tertij præiudicio) priuilegio inserta nil noui operatur, quia semper sub intelligitur.*
45 *Priuilegium ex subreptione excessum censetur, quod tertio præiudicat. vnde obseruatione dignum non est.*
46 *Priuilegium ex Principis voluntate contrà ius tertij concessum, dilatandum præter expressa non est.*
Quin magis posse exaudiri, ac comprimi, quatenus tertij præiudicium complectitur. num. 47.
potissimùm si maximum sit præiudicium. num. 48.
49 *Priuilegium exaudiri debet, vt aliquid vltrà ius commune operetur.*
dato tamen aliquo effectu, non est ad alios distendendum.
50 *Priuilegia latam admittunt interpretationem quoad concedentem.*
non tamen in præiudicium iuris communis, & iuris tertij n. 51.
52 *Priuilegia exaudiri debent, vt æquitati conueniant.*
53 *Principi placere non debet, nisi quod verùm est, & iustum*
54 *Iuri absonum videtur, vt quis perfruatur loci alicuius priuilegiis, & si deliquerit in eo loco, pœna plecti non possit.*
55 *Sacri Trid. Concilij decreta de reformatione morum expenduntur.*
56 *Prælati Ecclesiæ morum correptioni diligenter intendere debent.*
& nemo ab eorum decernitur iurisditione, vt procedant etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegati ex decreto Concilij. & n. 57.
58 *Milites Hierosolymitani comprehenduntur decretis Concilij, nisi de eis fiat expressa mentio.*
59 *Pij Quarti Constitutio fauore prælatorum reddatur, vt de omnibus criminibus cognoscere possint.*
60 *Clericus delinquens nullo priuilegij exemptionis tutamine se tueri potest. quin ab Ordinario loci cognosci, & corrigi valeat, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegato.*
61 *Forum quis sortitur pluribus ex causis; at potissima est patrati criminis.*
vnde cessat quodcunq; priuilegium exemptionis. num. 62.
63 *Subditum esse, & forum sortiri, diuersa sunt.*
64 *Funiculus triplex difficilè rumpitur.*
65 *Iudex ille in delinquentem iurisditionem exercet, qui primò reum præuenit.*
declara. n. 67. & seq. & n. 73.
Si potissimùm in fraudem fiat præuentio. num. 74.
68 *Priuilegium in casu simplici loquens, locũ haud habet in facto qualificato.*
70 *Facto qualificato prohibito, non censetur prohibitum simplex factum.*
71 *Dispositio, si qualificatum aliquid exposcit, non sufficit simplex.*
72 *Qualitas dictorum in dispositione, si adaptari nõ potest, nec dispositio congruit.*
75 *Affectatum quod est, et in fraudem excogitatum, non prodest.*

76 Iu-

76 *Iudex ille præuenisse dicitur, apud quē primò criminis quærela peruenit, & in informādo processum prior fuit. num.76*

vel, qui primo citauit, ad iudiciū reū vocās. nu.78.

79 *Iurisdictio perpetuatur citatione decreta, quamuis non adhuc executa.*

70 *Causæ ab ordinarijs in prima instantia auocari non possunt.*

ARGVMENTVM.

Núm nè exemptionis Priuilegium competat Parocho, qui in Diœcesi deliquit Episcopi, eius aliàs Ordinarij, & ratione Originis, beneficiorum, atquè patrati criminis, ex eo dumtaxat, quòd curam exerceat animarum in Parochiali nullius diœcesis, iurisdictioni subiectæ Patrum Congregationis Cassinen Ordinis Sancti Benedicti, vi priuilegij Innocentij Papæ Tertij? Vbi plura ad ornatum decretorum Sacri Tridentini Concilij sess. 6. cap. 3. & sess. 14. cap. 4. de reformat. Et quotuplex dicatur dumicilium, & núm pluribus in locis illud haberi possit?

RESPONSIO VIII.

Vincentius Buscianus Sacerdos Terræ Cayuani Auersanen Diœcesis, cùm Parochialem obtineret Ecclesiam Castri Cardeti Auersanen Diœcesis, permutauit cum Parochiali Ecclesia Casollæ Velanzanæ nullius diœcesis, quæ iurisdictioni subest Reuerendissimi Abbatis Sancti Laurentii extrà muros Ciuitatis Auersanen, Ordinis Sancti Benedicti, Congregationis Cassinen. Cùmquè nonnulla alia obtineat beneficia simplicia in eadem Terra Cuiuani, & diœcesi Auersanen, consueuit sæpissimè ad domum fratris, aliorumquè consanguineorum, propriumquè larem, ac patriam accedere. Quare contingit die quadam, vt verbis contenderet cum alio ciue honestæ familiæ, eumquè graui afficeret iniuria publica in platea, bacillo, siuè virga eum cedens. Sedatoquè tumultu, cùm certior facta fuisset Episcopalis Curia Auersana de notorii Sacerdotis, & Parochi excessu cum scandalo aliorum adstantium, accedente quoquè graui quærimonia verberati hominis. In eum superior animaduertere statuit; excessumquè notorium, notoria castigatione comprimere; captaquè informatione; citatione ad iudicium delicto notatum Sacerdotem compellat. Renuit ille. Verùm pro eo procurator Monasterii comparet; atquè ad Illustrissimi Episcopi Iurisditionem labefactandam, proruendamquè Priuilegium obtundit Innocentii Papæ Tertii; quo inter cætera sequentibus disponitur.

„ *Ita quòd in nullo Episcopali iure, seu contentiosa*
„ *iurisdictione Monachi, seù Clerici Seculares,*
„ *& Parochiani in vestris Monasterijs, Ecclesijs,*
„ *seu Cellis commorantes, respondere diœcesanis Epi-*
„ *scopis teneantur, neque coram eis Ordinarijs*
„ *conueniri valeant, etiam si in loco non exempto*
„ *delinquant forsitan, contrahant, vel res litigio-*
„ *sæ existant.*

Vt prætendat proinde, obsistente Priuilegio prædicto, animaduersionem in Buscianum admissi criminis ad Reuerendissimum Abbatem spectare, non ad Illustrissimum Episcopum; debereque Curiam Episcopalem Auersanam ab incepto desistere.

Ast contrà repetebam. Cùm, quòd priuilegium, quatenus subsistat, in casu satis à nobis diuerso loquatur, vt infrà patebit. Tùm, quòd obsistat aduersus priuilegium præfatum, decretum Sacri Tridentini Concilii. *sess. 6. capit. 3. & sess. 14. num. 4. de reformat.*

Hoc autem, vt adstruerem supponebam.

1 Primò habere Episcopum fundatam intentionem, quòad iurisdictionem in Vniuersa sua Diœcesi quòad omnes, qui in illa sunt. Vt in ea interim manutenendus sit, donec de alterius constiterit iurisdictione. *cap. conquærente. 16. ibi: iurisdictionem quoquè causarum extrà de offic. ordin. cap. cùm Episcopus. 7. eodem tit. in 6. cap. cùm personæ. 7. de priuileg. in 6. Rota par. 1. diuersorum. decis. 736. num. 3. cum sequent. & apud Cardin. Seraphin. decis. 1104. & decis. 1278. num. 1. & apud Coccinum Decanum. in Baren iurisdictionis 16. February 1609. decis. 448. num. 1. & seq. & apud Cardinal. Caualer. decis. 306. & decis. 506. num. 4. Riccius in praxi par. 1. resolut. 346.*

2 Etiam priuatiuè quòad alios. *Rota par. 4. diuers per Farinac. collecta decis. 568.*

3 Quia nimirùm Episcopus in iurisdictionis exercitio quòad omnes, qui in sua sunt diœcesi, iuris habet assistentiam, vnde competit ei manutentio. *Caputaquens. decis. 306. num. 2. & 7. par. 1. & decis. 103. & 104. par. 2. Rota diuersorum. eadem par. 4. decis. 712. num. 1. & apud Caualer. d. decis. 306. num. 1. Marescottus variarum. resolut. libr. 1. cap. 11 num 2. 3. & seq. nouissimè Ludouic. Postius tractat. de mandato de manutenendo. obseruation. 45. num. 6. & 7. vbi plures refert Rotæ decis. post eundem tractat. per eum insertas.*

4 Etiam aduersus priuilegium per alium allegatum, quia donec de illius discutiatur releuantia, manutenendus interim erit Episcopus in suæ iurisdictionis quasi possessione, pro qua iuris habet assistentiam; præsertim si de possessione in contrarium minimè doceatur *Mariscott. d. cap. 11. num. 5.*

5 Supponebā secundo ad rē; dupliciter cōsiderari posse domiciliū; vt aliud quidem naturale

6 dicatur, accidentale aliud. Naturale planè, quòd per originem quæritur; quod cùm non facto cuiusquam, sed ipsa ab natura quæra-

tur, ſtatim quis nanciſcitur illud, ac in loco
aliquo oritur; vt immutabile proinde efficiatur;
neque ei renunciatione præiudicium inferri
valeat; neque mendacio dicentis ſe
eſſe, vnde non ſit, deponatur. *vt Vlpianus
loquitur in l. aßumptio. 6. in princip. ff. ad munici-
pal. Gloß. in cap. cùm nullus. 3. verbo. oriundus
de tempor. ordination lib. 6. plenè Marianus So-
cinus. in cap. licet ratione fin. num. 8. & 14. de
foro compet. Rebuff. in Conſtitutionibus Galliæ. tit. de
domicilij alienatione. lib. 3. num. 3. cum ſequent.
Boer. decif. 13. num. 3. Gaillus ſingul. obſeruat.
libr. 2. obſeruat. 37. numer. 2. cum ſequent. Ber-
nardin. Greuen. practat. obſeruat. libr. 2. concluſ.
36. per tot. poliſſimum numer. 4. & ſequent. Fari-
nac. in fragment. criminalib. par. 1. verbo. domi-
cilij ratione. num. 194. & ſequent. Viſcont. in
ſuis concluſ. iur. verbo. domicilium habitationis.
fol. mihi 56. Zerola in praxi par. prima verbo. di-
miſſoriæ. §. 1. verſ. moneor quarto per ea quæ dicit.*

7 Accidentale verò, quòd ſibi quiſquè ſua
quærit voluntate, vt ibi perpetuò habitet.
*d. l. aßumptio. 6. in princ. & §. viris prudentibus. ff.
ad municipal. Socin d. n. 8. Farinac. vbi ſupra. n. 196.*

8 Hinc propterea ſequitur. Naturale domi-
cilium multiplicationem haud admittere,
quòd vno, non ſanè pluribus quis naſci po-
teſt locis. Quam ob cauſam ſi in confinio
9 quiſquam ex vtero eijciatur duplicis Territo-
rij, naturale domicilium, quòd vnum eſt, in
loco eũ ſortiatur, quo caput effuſum fuit. *argu-
mento tex. in l. cum in diuerſis. 44. ff. de religioſ.
& ſumpt. fund. Socin. d. cap. fin. num. 21.*

10 Cùm contrà, accidentale, quod propria vo-
luntate, & facto quiſquè ſibi quærit, poſſit
multiplex illud diuerſis in locis ſortiri, ſi æqua-
liter ſe in illis inſtruxerit, vt non minùs in vno,
atquè in alio degere videatur. *d. l. aſsumptio. 6.
§. iuris prudentibus. tex. in cap. 3. de ſepult. Gloß.
in cap. cùm capella. 16. verbo. in quantum. circa
fin. de priuileg. & in d. cap. fin. verbo. aut domici-
lij in fin. vbi Socin. num. 21. de foro compet. Na-
uarr. conſ. 1. num. 5. de decim. lib. 3. Gaillus lib. 2.
obſeruation. 35. num. 8. Gratian. forenſ. diſcept. par.
3. cap. 484. num. 18. & cap. 592. num. 13. Gallet-
tus. in Margarita caſuum. verbo. domicilium. 4. Fa-
rinac. d. verbo. domicilij ratione. num. 199. & ſeq.
Gonzalez. ad 8. regul. Cancellar. Gloß. 43. num.
166. Bellett. diſquiſit. Clerical. par. 1. de exem-
ptione clericor. à ſtatut. ſecular. §. 5. num. 10. & 11.*

11 Quamuis planè in vno magis, quàm in alio
verſetur. *l. eius, qui manumiſit. 27. §. Celſus. ff.
ad municip. Melchior. Thæbus dec. Luſitan. 34. n. 10.*

12 Cùm ſufficiat ſi ſolemniores anni dies feſtos
in vno agat, licet aſſiduò in altero demoretur.
*ex tex. in l. libertus. 17. cum ibi notat. ff. ad muni-
cipal. Vinc. Anna alleg. 74. nu. 7. Bellett. d. §. 5. n. 11.*

13 Neq; enim inconuenit (*vt Socin. loquitur d. c.
fin. n. 22.*) quin pluriũ ſpecierum reſpectu, plu-
ra quiſquã ſortiri domicilia poſſit. Vnũ in loco
originis propriæ, aliud paternæ cauſa originis;
aliud deniq; incholatus ratione. *ex tex in l. 1. C.
de municip. & orig. lib. 10. notat. Gl. in c. ſtatutũ. 11.
§. eũ verò. verbo. eiuſdẽ ciuitatis. de reſcrip. in 6. d. l.
aßũptio. 6. §. 1. ff. ad municip. Gloß. in c. 1. de ſepult.*

14 Quamobrẽ, nedùm ſanè duo, aut tria, verùm
quatuor, & plura poteſt quis diuerſarum ſpe-
15 cierum ſortiri domicilia. Interq; ea, licet vnum
principaliùs altero ſit, vno reſpectu; quia tamẽ
in alio dua coire ſimul vincula poterunt, adiũ-
cti proinde vinculi ergo præualebit. *Socin.
dicto cap. fin. num. 21. in fin. Farinac. d. verbo
domicilij ratione. numer. 199. in fragment. Bel-
lettus. d. §. 5. numer. 14. probat Riccius in pra-
xi. part. 1. reſolut. 264.*

16 At potior ſemper originis propriæ cauſa
,, erit. *d. l. libertus. 17. §. cùm ſimul. ad munici-
,, pal.* Cùm *ſimul igitur* (Papinianus ibi loqui-
,, tur) *vtrobiquè deferuntur, potior eſt originis
17 cauſa.* hæc ille. Quia profectò quod natu-
raliter dicitur, & eſt, magis propriè dicitur. *ad
tex. in l. qui habent tutorem. 3. vbi Bart. in
ſummar. ff. de tutorib. & l. fin. C. de ijs, qui ve-
niam ætat. impetrau. Socin. d. cap. fin. nu. 23.
Barboſ. de appellatiua verborum. iuris ſignifi-
cat. appellat. 77. num. 4. 5. & 6.*

18 Supponebã propriis deniq; ad rem noſtrã; q.
& ſiquidẽ clericus illo in loco domiciliũ habere
dicatur, in quo beneficij cauſa reſidere tenetur.
*Innoc. in c. ex ore. 17. de priuil. Rebuff. vbi ſupra
19 ,, n. 14.* Secluditur haud tamẽ, quo minùs poſ-
,, ſit etiã habere domiciliũ reſpectu aliarũ quali-
,, tatũ domiciliũ inducentiũ; vt natiuitatis, ori-
,, ginis, vel vbi habet patrimonium, vel maiorẽ
,, partem bonorum, & vbi fuit ordinatus, atquè
,, etiam vbi habet larem, & habitationem, *vt lo-
,, quitur Socin. vbi ſupra d. c. fin. n. 22.* vbi etiã ſub-
,, dit. Quòd ſi poſt adeptũ beneficium requirens
,, reſidentiam, conſtituat larem alibi, vltrà de-
,, cennium, quòd videtur ibi perpetuò conſti-
,, tuiſſe domicilium. *arg. l. 2. C. de incolis. lib. 10.*
20 ,, Nec obſtat quòd teneatur ibi perpetuò re-
,, ſidere; quia non debet eſſe melioris conditio-
,, nis ſtultus, quàm ſapiẽs; vnde ſaltim in ſui præ-
,, iudiciũ videtur habere ibi domicilium. *arg. c.
,, cùm qui de præb. lib. 6.* ita vt potiùs conſideretur
,, illud quod fieri debeat, quàm illud, quod fit. hæc
Socin. & docuit etiã Anchar. *in repet. c. poſtulaſti.
,, de foro compet. n. 6 dicẽs:* Quòd licet ratione be-
,, neficij, quòd exigit reſidẽtiam, ſortiatur Cleri-
21 ,, cus forum; tamen forus, patrimonij ratione
,, nõ perditur. Dignitas. n. Sacerdotii ſuperueniẽs
,, domicilii adiectionẽ dediſſe potiùs, quàm per-
,, mutaſſe videtur. *ff. de Senatus Conſulto. l. Senatus
Conſulto.* hæc Anchar. *& ſequitur Rebuff. d. lib.
3. tit. de domicil. election. n. 13. Thomas. Triuiſan. lib.
22 1. deciſ. 18. n. 5. & ſeq.* Hinc igitur ſequitur, quòd
vbiq; locorũ quis fuerit, remanebit tamen ſub-
iectus iudici domiciliũ originis, quod naturale,
ac cõſequẽter eſt potẽtius, & immutabile. *Boer.
d. dec. 13 n. 3. Zerol. d. ver. dimiſſoriæ d. §. 1. ver. mo-
ueor. 4. per ea.* Vnde poterit per eum citari,
23 etiã ſi abſens fuerit. Quia citatio in domicilio
proprij iudicis decernitur, quãuis executio illius
fiat quãdoq; extrà territoriũ. *vt Rebuff. vbi ſupr.
num. 22. ex Oldrad. conſ. 88. loquitur, & facit,*

quod

quod refert. Abb. in cap. meminimus. num. 5. de ap-
24 pellation. Posse vtiquè Episcopum citare sibi
subiectum, quamuis fuerit in Curia Romana
degens. & sequitur Marius Antonin. variarum. re-
solut. lib. 3. resolut. 12. num. 7.
25 Data potissimùm præuentione ad alios, qui
possent de causa cognoscere. ex tex. in cap.
proposuisti. 19. de foro compet. cap. cùm plures. 8.
de offic. delegat. in 6. l. si quis postea. 7. ff. de
iudic. Rebuff. vbi supra, numero. 24. Vincent. de
Franch. decis. 37. num. 3. et ibidem Viscontus ad-
dens.

Ex his autem ita suppositis inferebam, nec
iniuriâ; inficias iri haud posse per patres ni-
gros Congregationis Cassinen; esse Buscianum
26 multiplici iure Iurisdictioni suppositum Il-
lustrissimi Episcopi Auersanen. Et quidem
originis ratione, quia natus, & educatus in
Terra Caiuani; atquè quòd ad sacros promo-
tus ordines, & ipsa clericali tonsura initiatus,
27 seruitio ascriptus fuit Ecclesiæ Sancti Petri
Parochialis dictæ Terræ. iuxtà Sacri Tridentini
Concilij præscriptum. cap 16. sess. 23.
28 Et prætereà ratione domicilij, quòd la-
rem ibi habeat, & bona omnia, cùm stabilia,
tùm mobilia, & domum, in qua degit, ac pa-
trimonium, cuius ad titulum Sacro subdiaco-
natus ordine insignitus fuit. iuxtà Sacrosanctæ
Tridentinæ Synodus decretum. sess 21. cap. 2. de
29 reformat. Propterquam causam inibi, & con-
ueniri, & alios ipse vicissim conuenire potest.
iuxtà notabilem doctrinam Innocent. in cap. ex par-
te B. 15. de foro compet. tex. in cap fin. eodem. tit.
& in cap. Romana. 1. §. contrahentes. vbi Franch.
num. 2. in 3. notab. & Geminian. numero. 3. de foro
compet. in 6. l. fin. C. vbi in rem actio. sequitur no-
tabiliter Vincent. Grilenzon. cons. 76. numero. 31.
Francis. Merlin. Rotæ, Lucens. decis. 42. numer. 10.
30 Et deinceps, quod forum, cùm multis quis
sortiatur ex causis, ratione etiam incerti do-
micilij illum nanciscitur, ac vagationis; vt Po-
lidorus Ripa, vir non vulgaris eruditionis, satis
perbellè ad rem nostram adnotat. & aduertit.
singularium obseruationum obseruation. 111. nu-
mero 10.
31 Vt multò proinde magis, certi domicilij er-
gò, præsertim originis, obtineat illum. argum.
tex. in auth. multò magis. C. de Sacros Eccl. tex. in
„ cap dilecti filij. 17. ibi cùm ibi, & vbi domicilium
„ habent, valeant cõueniri. vbi Gloss. verbo. domici-
lium. & d. cap. fin. de foro compet. vt ibi respon-
dere cogi possit, vbi bona possidet, delicti po-
tissimùm causa. vt aduotat Matthæus Colerus. de-
cis Germaniæ. 206. num. 4. Grilenzon. d. cons. 76.
num. 31.
32 Quibus accedit forus, quem beneficia; quæ
in loco, ac diœcesi quis obtinet, (si præsertim
non cõtemnendorum fructuum, ac reddituum
fuerint) possidenti ea tribuunt. ad text. dict. cap.
„ cùm nullus. 3. ibi: seù in cuius diœcesi beneficium
obtinet Ecclesiasticum. de temporibus. ordinat. in
6. Couar. practicar. quæstion. cap. 11. num. 6. versic.
his etiam authorib. col. 2. cap. postulasti. 14. vbi Bar-
bos. num. 9. de foro compet.
38 Ac demùm patrati criminis ergo, qui satis
potens æstimatur. cap. 1. de priuileg. in 6. & d.
cap. postulasti. 14. plenè Barbos. num. 2. & d. cap.
vltim. de foro. compet. Caldcrin. cons. 13 de iudic. et
foro competent. Clarus. §. fin. q. 38. vbi plenè & ibid.
Baiard. Couarr. d. cap. 11. num 3. Ranchin. ad Gui-
donem Papa. decis. 202. Coler. d. decis. 206. num.
3. Dominus meus D. Regens Carolus Tapia. tom. 3.
Iur. Regni. tit. vbi de crimine agi oportet. fol. 38.
num. 7. & seq.
34 Iurisdictioni itaquè, si ex his omnibus, Illu-
strissimi Episcopi Auersanen, Buscianus subij-
citur; in eum vtiquè delinquentem, ac crimi-
ne notatum animaduertere ipse poterit, & de-
bebit, quòd ad eum subditorum coercere cri-
mina spectet. tex. in l. 1. C. vbi de crimine agi
oport. & auth qua in prouincia. cod. d. cap. postulasti.
14. & d. cap. fin. de foro compet. Clar. d q. 38. Due-
gnas. regul 387. num. 1. & seq. Farinac. in prax. cri-
min. quæst. 7. num. 1. & seq. optimè Couar. d. cap.
11. practic. quæstion. numer. 3. vbi rationes re-
35 fert, ac potissimùm eam. Quòd Reipublicæ
maximè conducit, eo loci criminum reos pœ-
na plecti, quo crimina ipsa, ac scelera admisere.
Facchinæus Illustrium Controuers. lib. 9. cap. 20.
Intrigliol. decis. Siciliæ 49. numero. 7. lib. 1. Pe-
guera decis. Catalun. 65. numero. 2. & seq.

Nec refragatur assertum priuilegium Inno-
centij Tertij aduersus Ordinarij iurisdictio-
nem.
36 Nam, si rectè verba expendantur priuilegij
prædicti, illa satis diuersimodè loqui inueneri-
mus, atquè per patres afferuntur, ad iurisdi-
tionem labefanctandam Episcopi Ordinarii.
„ Sic nempè illa se habent. Vt quietiùs, & tran-
„ quilliùs omnium creatori pro Salubri statu Vniuer-
„ salis Ecclesiæ seruiatis, ab omni iurè Episcopali exi-
„ mimus de nostra speciali, & plenitudine potestatis.
„ Ita quòd in nullo Episcopali iurè, seù contentiosa
„ iurisdictione Monachi, seù Clerici seculares. & Pa-
„ rochiani in vestris Monasterijs. Ecclesijs, seu cellis
„ commorantes respondere Diœcesanis Episcopis te-
„ neantur, nequè coram eis Ordinarijs conueniri va-
„ leant etiam si in loco non exempto delinquant forsi-
„ tan, contrahant, vel res litigiosæ existant.
37 Loquuntur itaquè verba priuilegij, de iis
Monachis, Clericis seculeribus, seù Parochia-
nis (non verò Parochis) qui simpliciter sunt
iurisdictioni Monachorum subiecti; atquè in
eorum Monasteriis, Ecclesiis, seù Cellis com-
morantur; non verò de iis, qui sunt aliàs iuris-
dictioni suppositi Episcopi, & si pariter ex alia
causa etiam subiecti Monachorum iurisdictio-
ni; vt si in loco deliquerint Episcopi, cui sunt
aliàs subiecti, ab eo, non sanè à Monachis iu-
dicio subiici possint, pœna debita feriendi.
38 Quoniam profectò haud extensio admitti-
tur de casu, ad casum, in re præsertim odio-
sa, & quæ in præiudiciũ tendit tertij, vnde scã-
dala oriri poterunt, & grauiora crimina expe-
ctari; habito præsertim respectu ad priuile-
39 gium alicuius personæ, etiam si casus essent

à iure æquiparati. *vt Gloss. loquitur in §. ex maleficijs. 4. item mixta est actio. in verbo. in iudicium. in fin. in addition. institution. de actionibus, quam notabilem apppellat Bald. in cap. 1. §. porrò. numero. 7. in fin. quæ fit prima cauf. benefic. amittend. in vsibus feudorum. sequitur Gratian. forens. part. 2. cap. 215. numero. 33. regul. quæ à iure communi exorbitant. 28. de regul. iur. in 6 Rota apud Card. Seraph. dec. 555. n. 5. Farin. in fragm. p. 1 verb. exti ctio. n. 115. cũ seq. et n. 122. Mãdos. de priuil. ad instar. Gloss. 11. n. 4. Tiraq. de retract. lignagier. §. 1. Gloss. 14. num. 97.*

40 Quòd potissimùm Priuilegium (quod priuata lex dicitur. *cap. priuilegia. 3. distinct. Iurigliol. d. decis. 49. numero. 12.* Quia nimirùm priuile-
41 gium tunc est, quando aliquid Princeps contrà ius commune concedit. *Fernand. Vasquius*
42 *illustr. controuers. lib. 1. part. 2. cap. 3.*) Ita exaudiri oporteat, vt nullum per eum præiudicium tertio inferatur. *cap. super eo. 15. de offic. delegat. vbi Gloss. verbo. intentionis. & ibid. Barbos. numero. 3. in collectan. Gloss. 1. in fin. l. beneficium. 3. & Doctor. ibidem. ff. de constitut. princip. l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. Rota in Pampilonen sepulturæ. 10. Nouembris 1610. coram Sanct. memor. Gregor. XV. Ludouisio. decis 383. numer. 2. quæ est etiam inter impressas in recent. part. 2. tom. 1. decis. 226. num. 1. idem Barbos. de clausulis. cla us. 157. num. 2.*

43 Nusquam enim Princeps, ac præsertim Papa (& sine causa) id velle æstimatur, vt tertio præiudicium, ex priuilegio, quod alteri cōcedit ingeneretur. *Marius Antonin. variarum resolution. libr. 2. resolut. 105. numer. 6.* vbi alios refert. *Beccius. consil. 12. numer. 35. volum. 1. Surd. cons 40. numero. 20. libr. 1. Menoch. lib. 2. præsumpt. 9. numer 5. & sequent. Marta de clausul. part. 1. clausul. 158. sub numer. 5. vers. hac claus.*
44 *Barbos. dict. clausul. 157. numero. 3.* Quinimò etiam si in rescripto hæc addatur clausula (*sine tertij præiudicio*) nil tamen ampliùs operabitur, cùm inserta semper exaudiatur. *Marta dict. num. 5. Barbos ibidem. num. 1. Rota apud Seraphin. decis. 398. num. 18.*

45 Adeò quidem, vt ex subreptione magis, quàm Principis voluntate priuilegium datum censeatur, per quod iuri detrahitur alterius; vnde obseruatione dignum minimè æstimabitur. *vt ex communi Doctorum sententia in fin. cum Gloss. C. si contra ius, vel vtilit. public. sequitur Vasquius d. cap. 2. num 4. part. 2. lib. 1. ad text. in l. nec damnosa. 3. & l. rescripta. 7. C. de precib. Imperat. offerend.*

46 Neque possit priuilegium, quod apertè ex Principis voluntate contrà ius tertij concessum est, in longas philacterias, præter expressa, distendi, quin magis contrahi debeat. *ad tex. in cap. dudum. 31. in fin. vbi Gloss. verbo. nullatenus derogetur de decimis. & cap. dudum 31. de priuileg.*
47 *Melchior Phœbus. decis. Lusitan. 70. num. 5.* Atque præsè illud exaudiri; quatenus præsertim ius, ac præiudicium tertij complectitur. *Oldrad. cōs. 206. Roman. cons. 108. in fin. Abb. in cap. licet. nu. 2. de decimis. Rota in Valentina Decimarum. 28. Nouembris. 1603. coram Cardin. Lancellotto. apud Marchesan. par. 1. decis. 55 num. 2. & 3. fol. mihi. 639. & est etiam in impressis tom 2. posthum. per Farinac. decis. 40. num. 3. Triuisan. decis. 65. num. 4. lib. 1.*

48 In his potissimùm, quæ maximi ponderis sunt, ac præiudicij. *vt Menoch. loquitur d. lib. 2. præsumpt. 9. sub num.* 18. & 19. vt in facto hoc nostro est.

49 Quā ob causam, licet planè priuilegia exaudiri debeant, vt aliquid vltrà ius cōmune operentur; dato tamen aliquo effectu, quem contra illud inferant, extendenda, ac dilatāda haud erunt ad effectus alios, ad quos concedentis mens minimè se porrexit. *vt Nauarrus docet cons. 22. concessit Sanctissimus. nu 3. lib. 5. de priuil.*
50 Quia profectò, & si priuilegia laxam recipiāt interpretationem aduersus concedentem. *Foller in praxi crimin. verbo. & admittantur excusatores. nu. 69. Triuisan. d. decis. 65. num 1. & seq.*

51 Haud tamen id admittitur in præiudicium iuris cōmunis, & iuris tertij. *Card. clem. 1. nu. 2. vers. si tamen de priuil. Vinc. de Franch. dec. 544. nu. 15. & 16. Gratiau. forens. discept. p. 3. cap. 421. n. 41. & 51. Ottauian. Cacheran, cons. 9. n. 28. & seq. Vis. cont. ad d. dec. de Franch. 544. n. 15.*

52 Cùm alioqui priuilegia exaudiri debeant, vt æquitati conueniant. Quòd Principi placere
53 non debeat, nisi quod verum est, ac iustū, *vt loquitur Menoch. d. præsumpt. 9. n. 3. & 4.*
54 Nihil autem tàm iuri absonum, & æquitati aduersum, rectæquè rationi repugnans esse, aut æstimari potest, quàm quòd patiatur in sua diœcesi Illustrissimus Episcopus Auersanus Buscianum, qui omnibus vti, & frui valeat priuilegijs, & gratijs beneficiarijs, ac Clericis alijs concessis: Si verò in territorio, ac diœcesi ipsius delinquerit, animaduertere minimè in eum possit delinquentem; sed remittere eum debeat nigris patribus coarguendum; qui nihil omninò curabunt, si delicta impunita abibunt, quæ in eorum propria iurisditione ad missā non fuere; in damnum Reipublicæ, & iurisdictionis, atquè Episcopalis dignitatis contēptū. Et insolesceet hic vnus (vt qui assumptus aliàs delinquere, nec leuibus criminibus) atq; in ipsiusmet Episcopi caput machinabitur, & Illustrissimus Episcopus tacere cogetur, vt ne mutire quidem aduersus eum valeat, clypeo munitū exemptionis ab Episcopi iurisditione?

55 At non ist hæc mens est Sacro Sanctæ Tridentiæ Synodi, subditorum deprauatorum correptioni morum, Ecclesiasticarum præsertim personarum, insistentis, Spiritu sancto Deo sic edocente ad Ecclesiæ Sanctę reformationem.

Propterea nempè, cùm de morum reformatione ageret. *cap 3. sess. 6. & cap. 4. sess.* 14. in Spirito sancto legitimè congregata, illoquè docēte, decreuit, *cap. quidem;* 3. sequentibus verbis.

56 „ *Ecclesiarum prælati ad corrigendum subditorum*

rum

rum excessus, prudenter, ac diligenter intendant:
„ *Et nemo secularis Clericus, cuiusuis personalis,*
„ *vel Regularis extrà Monasterium degens, etiam*
„ *sui ordinis priuilegijs prætextu tutus censeatur,*
„ *quò minus si deliquerit, ab ordinario loci, tamquã*
„ *super hoc à Sede Apostolica delegato, secundum*
„ *canonicas sanctiones visitari, puniri, ac corrigi*
valeat. hæc Sancta Synodus.

Si igitur neque Regulares ipsi extra monasterium degentes, etiam sui ordinis priuilegijs prætextu, nec secularis Clericus, etiam prætextu personalis priuilegij, tutus redditur, si deliquerit, quin corrigi ab ordinario loci valeat; etiam tamquam Sedis Apostolicæ in hoc delegato; quo pacto equidem Buscianus effugiet, qui iurisdictioni triplici ex capite Illustrissimi Episcopi Auersani subiectus est, (vt supra animaduertimus) quin corrigi, & ipse valeat, & puniri; saltim vti à Sedis Apostolicæ Delegato; priuilegio nihil obsistente Innocentij Tertij Patribus tantò ante Concilium concesso?

57 Potissimùm, quod Sacra Congregatio Sacri Concilij interpretum consulta: An Milites Hierosolymitani cõprehendantur in decreto Concilij, etiam vbi de eis non fit expressa mẽtio? Respondit comprehendi, nisi specialiter priuilegijs post Concilium muniantur. *vt Barbosa refert. in eundem locum Concilij, & Cardinal. Bellarminus eod. loco, referens Pij V. declarationem, & in obseruationibus doctrinæ ibid. vers. item quæsitum fuit fol. mihi* 53. *Nauar. cons.* 21. *An Milites Sancti Ioannis lib.* 3. *de regularib. Ioan. Azor. institut. moral. par.* 1. *lib.* 13. *cap.* 4. *q.* 3. *Rodriq. quæst. regular. tom.* 2. *q.* 2. *art.* 7. *& q.* 63. *art.* 7. *vers. quinto inferitur & facit constitutio Gregor. XIII. in anno* 1580 *quam nos supra quoque retulimus responsione nostra.* 6. *num.* 13. *&* 15. At non plusquam Milites Hierosolymi-

58 tani Buscianus. *Et cap.* 4. *sess.* 14. sic fatur, disponitque Sancta Synodus: *Omnes Ecclesiarum*
„ *prælati, qui ad corrigendum subditorum excessus*
„ *diligenter intendere debent, & à quibus nullus*
„ *Clericus per huius Sanctæ Synodi statuta, cuius-*
„ *uis priuilegij prætextu, tutus censetur, quominus*
„ *iuxta canonicas sanctiones visitari, puniri, ac*
„ *corrigi possit; si in Ecclesijs suis resederint, quos-*
„ *cumque seculares Clericos, qualitercumque exẽ-*
„ *ptos, qui aliàs suæ iurisditioni subessent, de eorum*
„ *excessibus, & delictis quoties, & quãdo opus fue-*
„ *rit, etiam extrà visitationem, tanquam ad hoc*
„ *Apostolicæ Sedis Delegati, corrigendi, & casti-*
„ *gand facultatem habeant: quibuscumq; exemp-*
„ *tionibus, declarationibus, consuetudinibus, senten-*
„ *tijs, iuramentis, concordijs, quæ tantum suos obli-*
„ *gent authores, ipsis Clericis, ac eorum consangui-*
„ *neis, cappellanis, familiaribus, procuratoribus, &*
„ *alijs quibuslibet, ipsorum exemptorum contem-*
„ *platione, & intuitu, minimè suffragantibus.*

Dilucidius nihil omninò aliud desiderandũ superest in hac re verbis prędictis Sacro Sanctæ Synodi, quibus facultas datur Ecclesiarum Prælatis suos subditos, qui alias suæ iurisdictioni subessent, de eorum excessibus, criminibus, & delictis, corrigendi, etiam tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ Delegatis; priuilegijs quibuscumq; non obstantibus. Vt multò magis valeant illos corrigere, & castigare Clericos delinquentes, & criminis reos, qui actu ei, suæq; subiacent iurisditioni quamuis aliàs ex alia causa exemptos. *& conuenit tex. eiusdem Sacri Trid. Concilij sess.* 24. *cap.* 11. *de reformat.*

59 Arridetque optimè constitutio Pij Papæ Quarti *sub die* 13. *Septembris* 1560 *De salute gregis Dominici, constitut.* 10. *tom.* 2. *in nouo Bullar. & apud Quarant. verbo residentia fol.* 446. *&* 447. Qua constitutione. §. 5. fauore residentium Episcoporũ sequentibus decernit Pius Quartus: *Volumus* (inquiens) *tamquam à dicta Sede*
„ *Delegati, in quibuscumque Ciuilibus, criminali-*
„ *bus, vel mixtis causis contrà quosc unque Clericos*
„ *seculares particulares; ac etiam extrà eorum mo-*
„ *nasteria seu regularia loca degentes Regulares,*
„ *quomodolibet exemptos, authoritate nostra proce-*
„ *dere, & causas ipsas cognoscere, fineque debito*
„ *terminare, ac quicquid terminauerint exequi, &*
„ *obseruari facere, ipsosque exẽptos pro tempore de-*
„ *linquentes, iuxta eorum excessus, & delicta pu-*
„ *nire, corrigere, & omnem iurisditionem in eos*
„ *exercere, omniaque illa & singula in præmissis,*
„ *& circa ea quomodolibet necessaria, & opportu-*
„ *na, quæ nos met exercere, & exequi possemus, in*
„ *omnibus, & per omnia facere, exequi, liberè, &*
„ *licitè valeant, plenam, & liberam licentiam, ac*
„ *facultatem authoritate, & tenore prædictis con-*
„ *cedimus, & indulgemus. &c. & sequitur Gonzal. ad* 8. *regul. cancellar. Gloss.* 41. *num.* 6.

60 Non valebit igitur iurisdictionem effugere Illustrissimi Episcopi Auersanen, eiusque animaduersionẽ Buscianus; quòd Clipeo se tueatur exemptionis per nigros Patres. Cùm sit ipse etiam subiectus eidem Illustrissimo pluribus ex causis, vt supra perpendimus, ac præsertim patrati criminis ergò, vt si non valeat, vti ordinarius eum suæ subijcere iurisdictioni, (quod tamen haud admittimus) veleat tamen vti Sedis Apostolicæ delegatus, ratione patrati criminis; vt nullo possit priuilegij exemptionis tutamine se tueri, vt in superioribus diximus paulò antè ex Sacri Concilij, atque Pij Quarti Constitutione. ad quod facit. *dictum cons. Nauarr.* 12. *de regular. num.* 4. Cùm nemo sit exemptus à iurisdictione Papæ. *& sequitur Rodriq. d. quæst.* 2. *art.* 7.

61 Ast, cùm inter causas, quæ forum dant, patrati criminis causa potissima sit, vt etiam, non aliàs subiectum, iurisdictioni addicat iudicis loci, in quo quis deliquit. *l.* 1. *C. de iurisdict. omn. iudic. auth. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet ibid. Bald. cap.* 1. *de priuileg. in* 6. *Abb. c. fin num.* 11. *& Felin. num.* 6. *de foro compet. plenè Clar. §. fin. quæst.* 38. *num.* 1. *cumseq. vbi etiam plenè Baiard. Caeberan. d. cons.* 9. *num.* 33. *& sequent. Bellencinus. de charitatiuo subsidio. quæst.* 91. *num* 3. *vol.* 15. *tract. fol.* 304. *Vincent. de Franch. decis.* 37. *num.* 1. *Stephan. Ranchin. ad Guidon. Papa decis.* 202. *Anton. Faber. in suo C. lib.* 3. *tit.* 14. *vb*

D 3 de

de crimin.agi oporteat.diffinit. 2. Marius Antonin.
variar.lib.3. resolut.4.num.3.& resolut.36. nu 4.
Farinae.de inquisit.q.7.num.1.& seq. Reuerendissi-
mus Episcopus Vici Riccius variar. resol. & prax.
part.2.resolut.88.vbi plura cumulat, & nos supra.
num. 33.

Multò magis vtiquè iurisdictioni addictus
etit Buscianus Episcopi Auersanen, cui,ne pa-
trati criminis causa dumtaxat, sed & originis,
ac beneficij, ac demum bonorum suppositus
62 est;vt cesset proinde exemptionis priuilegiũ,
vt nec nominari quidem valeat,vt ex Riminald
Ioan. Maria. cons 463.num.6.cum seq. vol.2.sequi-
tur Marius Antonin. d.resolut 4.sub num. 3. in fin.
Faber.d.tit 14.C.vbi de crimin.agi oport.diffinit.1.
num.4. Baiard.d.q.38.num.3.
63 Et planè diuersum non minimi est; subditũ
esse,atq; forum sortiri. Namquè cùm hoc pa-
trati facinoris etgo accidat; illud ex prænarra-
tis causis,& originis,& domicilij,ac beneficio-
rum,& bonotum euenit, Gloß. in clem. vnica,
§. eisdem etiam. verbo. subditot.in fin. de foro com-
pet.Conar.pract resolut.d.cap.11.num.3. Zerola
in praxi par.1.verbo. remißio.§.1. vers.hic accidit.
Francis.Marchus.decis.179.par.2.nu.1.& 2. An-
ton. Faber.d.tit.14.C.vbi de crimin.agit oport. diffi-
nit. 1. Gaillus pract.obseruat lib.2. obseruat.37 nu.
15. Gratian.forens par.3.cap.431.nu.15. Ranchin.
ad Guidon.Pap.d.decis.202. Riccius d. resolut. 88.
num.2.par.2 Intrigliol.d.decis.49.num.7.

At Buscianus, nedùm forum patrati crimi-
nis ergo sortitur;verùm,& subditus est, vt dif-
64 ficilius triplex funiculus dirumpatur Ecclesia-
stet.4.num 12.cap 1.§. & quoniam. de tregua. &
pace. Iureq; meritissimo ab Illustrissimo Epi-
scopo cognosci,atquè puniri, valeat. Quòd in-
65 tersit non minimi Reipublicæ, ad aliorum
exemplum, in loco patrati criminis delinquen-
tes puniri. vt sequitur Duegna d. regul.378. in
1.limit.vers ratio potest eße. Conar.d. cap.11.nu.6.
circa fin.ante vers.quamobrem. facit tex in cap. in-
ter solicitudines. 10. §. ipsum igitur.de purgat. ca-
non.tex.in clement. 1. vbi apostilla ad illum locum.
in fin de offic.ordin Saliect.in auth. si verò.C.ad leg.
Iul.de adulter.l.capitalium.28.§.famosos. ff. de
pœnit.§.si verò quis comprehensorũ.in auth vt nul-
li iudic.cap.2.collat.9.& §. hæc considerantes. cap.
1.in auth. vt omnes obediant Iudic. prouinc.collat.
5.plenè Peguera d. decis.65.num.2.3.4.& sequent.
Baiard.ad Clar.d.quæst 38.num.65.
66 Nequè permagni refert,quòd obijciunt Pa-
tres; ipsos ptiotes fuisse in capiendo Buscia-
num, vt ad ipsos proinde animaduersio in il-
lum spectare debeat.
67 Cùm,quòd (vt diximus) id locum haud ha-
bet aduersus Episcopi ordinarij iurisdictionem
ex Sacri Trident. Concilij decretis, ex quibus
ad ordinarium cognitio spectat patratorum
ctiminum clericorum, qui aliàs suæ subessent
iurisdictioni exemptione cessante, saltim tan-
quam Sedis Apostolicæ delegatum.
68 Tùm quòd cessat priui. giũ in hoc facti
genere, quod in casu simplici loquitur (vt in
superioribus ostendimus) in his, scilicet, qui
sunt Monachorum iurisdictioni subiecti, si aliàs
extrà locum deliquetint exemptum; vt ad hoc
qualificatum,& contra ius tertij,extendi mini-
mè debeat. Cùm sit Buscianus non eò dumta-
67 xat, quòd deliquit,de foro Episcopi Auersani,
sed, & quòd originarius,& beneficiatius,atquè
larem,patrimonium, & bona possideat omnia
in Terra Caiuani Auersanen Diœcesis; Card.
d.Clem. 2 num. 3.vers.si tamen. de priuileg. Na-
uar. de Indulgenz. not. 28.n.10. & nos supra di-
ximus.
70 Quemadmodum contrà; Qualificato facto
prohibito, non ex hoc tamen simplex factum
vetitum censetur. Vnde est, quòd prohibitus
extrà territoriũ ius dicere, vel feriatis diebus,
vel in æde sacra. Ius vniuersim dicere prohi-
bitus minimè censetur. l fin.ff.de de iurisd.omn.
iudic.cap.fin.de fer.cap.2. de constitut. in 6. & cap.
decet. 2.de immunit.Eccles.in 6.
71 Vbi verò dispositio,vel priuilegium,siuè lex
aliquid exposcit certa vestitum qualitate; sim-
plex illud si adsit, haud satisfacit. cap. licet cau-
sam.9. de probat. Gloß. in can. notificasti. 2. verbo.
cum omni.33 q.5. Nauar de oration. & horis ca-
nonic.cap.20. num.27. paulò antè vers. post resolut.
& cap.21.num.40.
72 Quia nimirùm qualitas dictorum in aliqua
dispositione, si adaptari minimè potest, nec
dispositio ipsa congruit. l. 4. §. prætor ait. ff. de
damnò infecto. Rota in Sutrina Monasterij. 1598.
coram Orano. decis.126.num.3.post primum volum.
cons. Farinae.
73 Tùm præterea, quòd licet, quidem occu-
passe, siuè præuenisse ille dicatur iudex,qui pri-
mò reum apprehendit. Anton. Faber d. lib.3. tit.
14.C.vbi de crimine agi oport.diffinit. 3. Farinac. d.
q.7.num.53. Marius Antonin. variar.lib.3.resolut.
38.num.5.
74 Id tamen haud locum sibi facit, si in frau-
dem accidat Iudicis, qui præuenerat,vel citan-
do,vel etiam festinando,vt apprehenderet. se-
cundum Carauit. ritu.269.num.15. & sequitur Pe-
tra in addition.ad Grammatic.decis.26.num.11.
75 Nec equidem prodesse vllo potest modo,
quod affectatum est, & in fraudem molitum.
l. 2. ff. si quis cautionib. l. 3. §. subuenitur. ff. ad
Senatus Consult. Syllan. Alexand. Raudens. variar.
resolut.cap.17.nu.36.
76 At verò occupasse, ac præuenisse ille iudex
dicitur, apud quem deferente offenso, crimi-
77 nis quærimonia primò peruenit; quiuè in in-
formando processum prior præoccupauit. de
Franchis d decis 37.num.3.
78 Siuè,qui, ad iudicium vocando reum,præ-
79 maturus fuit. Quoniam perpetuatur citatio-
ne iurisdictio, quamuis exequuta illa adhuc
minimè fuerit. Gloß. in cap. quamuis.6. de offic.
delegat. in 6 vbi Dominic. tex. in cap. gratum. 20.
de offic.delegat.extrà. Gloß. in cap. ex parte. 30.de
verborum significat.verbo.litis contestatio. Carocius
decis.79.num.12. 16.& 21. Cappella Tholosan.dec.
341. vbi Aufrer. addent.Guido Papa. d.dec. 202.
num.4.

num.4. Zerola d. verbo remissio. §. 1. vers. hic accidit. Minsynger. centur. 4. obseruat. 26. num. 3. Afflict. decis. 219. num. 3. Vincent. de Franch. decis. 722. num. 8. par. 4.

Præuentionem itaq; obtundere haud possunt Patres, vt iurisditionem præpediant Episcopi Auersani in Buscianum animaduertendi, quòd ipsi incapiendo illum præuenerint, cùm neq; priuilegium locum in hoc habeat, nequè præmatura arrestatio, quòd in fraudem fuerit, quatenus subsisteret priuilegiū, operari quicquam possit; vt cessare proindè eos ab inceptis oporteat.

Vt ex his, Aristarchi iudicio, virgæq; subiectis, respondendum censui.

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Vic. Generalis Auersanus.

Non acquicuere patres, sed recursum habuerunt ad illustrissimum A. C. à quo inhibitio emanauit, & introducta causa coram eo; moderatus fuit inhibitionem suam, quòd in prima
89 instantia, causa ab Ordinario auocari minimè potuisset, ex Sacri Trident. Concil. dispositione cap. causæ omnes. 20. sess. 24. de reformat. Verùm, vt nos à Patrum molestijs expediremus, dato supplici libello in Sacra Congregatione Sacri Concilij interpretum pro nobis illa partibus auditis respondit de mense Augusti 1622.

Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini.

CVm Vincentius Buscianus Presbyter Auersanen Diœcesis nonnulla delicta in dicta Diœcesi, & loco non exempto commisisset, Ordinarius Auersanen cepit agere contrà illum.

Abbas verò Monasterij S. Laurētij Auersan. Ordinis Sancti Benedicti Congrationis Cassinen se opposuit, prætextu, quòd dictus Vincētius sit Rector Parochialis Ecclesiæ Sāctæ Mariæ de Casolla Velanzana iurisdictionis dicti Monasterij, prætendens Ordinarium non posse agere contrà dictum Vincentiū, obstante priuilegio eis concesso à Sanctæ mem. Innocentio Tertio, & concordiæ inter Ordinarium, & Abbatem initæ in anno 1311. Vnde supplicatur, vt declaretur.

An dictus Parochus pro delicto extrà locum exemptum commisso ab Episcopo Auersano carcerari, & puniri possit?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, partibus auditis, censuit posse.

R. Cardinalis Vbaldinus.

Loco † sigilli.

S V M M A R I V M.

1 *Facti variata narratione, varia quoq; iuris succedit dispositio.*
2 *Facti narratione variata, difficilè est certam iuris responsionem ferre.*
3 *Præcedendi honor antiquiori debetur Canonico.*
4 *Prælationes, & praecedentiæ fructus possessionis sunt, & dantur primo possessori, etiam si per vnius momenti tempus possessio præcedat.*
limita si impedimētū quis deerit, vt aliter priùs acciperet. n. 69.
5 *Cessante causa, eiusdem quoquè effectus cessat, à qua pendet.*
6 *Legis ratione cessante, dispositio quoquè eius corruit.*
7 *Antecedente deficcto, consequens quoq; pari ratione destruitur.*
8 *Causa cùm ad non iustam redit causam, ad non causam deducitur.*
9 *Commodum, vt is ferat, qui pondus portauit, rationi consentaneum est.*
10 *Honorem ferre debet, qui onus sustinuit.*
11 *Cassante causa Priuilegij, & ipsum quoq; corruit Priuilegium.*
12 *Fructus à radice degenerare haud debent, sed e i correspondere.*
13 *Nullum quod est, & vitiosum, nullum, vel vitiosum producit effectum.*
14 *Possessio violenta, & turbatiua æstimanda haud est.*
Imo vti attentata sequestranda erit. n. 15.
16 *Præcedentiam fouet, bullarum exequutoribus præsentatio facta.*
17 *Bullarum Apostolicarum executoribus facta præsentatio, magis operatur quòad præcedentiam, quàm earundem data.*
18 *Bullarum præsentatione Collatoris manus ligantur.*
19 *Ius quæritur per solam collationem, etiam possessione non adhuc adepta. & n. 32.*
20 *Præuentio, inter plures contendentes, magis operatur.*
21 *Ius primò quæsitum, per Priuilegiū alteri postmodum concessum, non vitiatur.*
22 *Gratia qualibet exauditur absquè tertij præiudicio.*
Quibuscunq; verbis vtatur Princeps, nisi expressè iuri quæsito deroget. 23.
24 *Regula de non tollendo iure quæsito, conditionē importat.*
25 *Iuris quæsiti nomine quid importetur.*
26 *Dictio (Quomodolibet) quid denotet, & importet.*
27 *Executoris Apostolici manuū appositione, cuiuscumq; alterius manus ligantur.*
Vt etiam ad ignorantes extendatur. nu. 28.
& quicquid in contrarium fit, vti innouatum, in irritum reducendum sit. nu. 29.
etiam si ad actum possessionis deuentum fuisset. n. 30.

31 *Ius*

31 *Ius tertij inquacumq; concessione semper exceptum esse censetur.*
33 *Collatio, & institutio sola sufficit in beneficialibus.*
34 *Collatione sola ius in re quæritur beneficiario.*
*nedùm ad rem, verùm etiam, & in rè.num.*44.
35 *Vacatio consumata dicitur per solam Papæ prouisionem, etiam non secuta possessione prouisi.*
36 *Beneficium vacare dicitur per mortem, facta collatione, etiam ante possessionem adeptam.*
37 *Reseruatio consumata dicitur per vacationem facta collatione, etiam non secuta possessione.*
38 *Acceptatio sola, litteris expeditis, plenum ius tribuit.*
39 *Intrusus non dicitur, qui propria authoritate possessionem beneficij ingreditur expeditis bullis.*
40 *Citari quilibet debet, qui ex actu, quod geritur, lædi potest.*
41 *Actus factus citatione omissa eius, qui ex eo lædi potest, nullus, & vitiosus euadit.*
42 *Citationis omissio, defectus dicitur insanabilis.*
43 *Citatio non requiritur si citatus opponere se ei, qui geritur actiui, minimè potest.*
Sufficit tamen, vel coloratum Ius habere. nu. 45.
*vel quod aliquo modo lædatur num.*46.
*Etiam per actum extrà iudicialem num.*47.
45 *Ius vel coloratum habens, potest se actui, quod cõtra ius ipsum habet, geritur, opponere; Iudicemq; saltim ne faciat monere. vnde citari debet.*
48 *Citatio, vt fiat, semper comprehensa videtur, nisi speciatim ex lege, vel dispositione exclusa appareat.*
49 *Citari debet, qui est legitimus contradictor.*
50 *Contradictor legitimus dicitur, qui parem habet titulum.*
51 *Collatione ius quæritur beneficiario, ita, vt cuicumq; alteri in eo præferri debeat.*
52 *Iuris quæsiti nomen latum est, & omnia comprehendit.*
53 *Immitti in possessionem, & postulare immitti, æquiualent, & pro eodem habentur.*
54 *Mora imputari haud minimè ei debet, qui solers, ac diligens in assequendo fuit.*
55 *Pro admisso habetur, qui admitti instetit, et postulauit, vt gaudere proinde debeat prærogatiuis.*
56 *Conditio pro adimpleta habetur, si per eum non stetit qui adimplere illam debebat.*
57 *Factum dicitur, quod ne fieret, per facere debentem non stetit.*
58 *Protestatio reseruat iura protestanti.*
*& sufficit ad constituendum aduersarium in mora. n.*59.
60 *Protestatione ligantur manus alterius, ne quid fiat aduersus protestantem.*
Protestatio in hoc etiam vnica sufficit. num. 61.
62 *Protestatione, nedùm præsentia, verùm etiam & futura iura præseruantur.*
63 *Executoris Apostolici decretum transfert nedum Ciuilem, verùm & naturalem possessionem,*
*atquè etiam actualem numero.*64.
65 *Possessionem beneficiario sufficit, vel per aqui pollens acquirere.*
66 *Possessio retrotrahitur ad tempus præsentationis bullarum, vbi per eum non stetit.*
& paria sunt possessionem acquisisse, vel quòd per eum non steterit, quin eam acquireret. ibid.
67 *Possessio pendente lite capta, ac de facto, turbatiua dicitur, & non officit.*
68 *Iuri iam quæsito præiudicari haud potest per præoccupationem aduersarij.*
70 *Fraus, & dolus authori suo patrocinio esse haud debet.*
71 *Mora non imputatur impedito.*
*potissimum impedito facto iudicis n.*72.
73 *Impedito facto iudicis protestatio necessaria non est.*
74 *Tempore concesso pendente, quod fit, nullum, & inualidum redditur, in præiudicium eius, cui tẽpus signatum fuit.*
75 *Festinantia nimia fraudem arguit.*
*sicuti temporis breuitas, & vicinitas. n.*76.
77 *Fraus fieri dicitur, vbi id fit, quòd fieri non debuit.*
77 *Clàm facere quis quidquam dicitur, si celauit aduersarium.*
79 *Nemo ex improbitate consequitur actionem.*
80 *Succurrendum est oppresso, vt defendatur, nõ, vt calumnietur.*
81 *Factum iniustè iudex corrigere debet.*

ARGVMENTVM.

Debeatur nè loci prærogatiua, atque præheminentia Canonico anteriori in data bullarum, & qui primò suas præsentauit bullas, vel anteriori in possessione dumtaxat? Et quid si per impedimentum per Capitulum anteriori in bullis datum, prior ille possessionem capere nequiuit; debeat ex hoc antecessionis ius posteriori cedere, in damnum prioris præsentantis? Latè nec inutiliter dissetitur.

Re-

RESPONSIO. IX.

DIſcuſſa licet pluries quæſtio videatur, & in Rotis poſſeſſo-
1 ribus palma conceſſa. Quia
tamen ex facti varia diſpoſitione, iuris quoquè diuerſimoda ſuccedit deciſio.*l.ſi ex plagis.53.§.in cliuo. ff. ad leg.*
„ *Aquil.l.in fundo. 39. ibi: Bonus Iudex variè*
„ *ex perſonis, cauſiſquè conſtituet. ff.de reiuindic.l.*
Neſennius.36. ibi: Reſpondi*, hæc diſceptatio in*
„ *factum conſiſtit.ff.de negot.geſtis.Roland.à Valle conſ 23. in princ. lib. 3. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ.24.num.1.& deciſ.50. num 4. Marc. Ant. de Amat.deciſ.75.num.26.Gratian. deciſ. 7. in princ.*
2 Ac proinde facti ſuppoſito variato, certam, determinatamquè difficilè factu ſit ferri reſponſionem *ad tex.in l.precibus.*8.*C.de impuber. & alijs ſubſtitut.l.vt reſponſum congruum.* 15. C.*de tranſact Boer.deciſ.* 44. *num.* 6. *circa med. Card.Mantica de coniectur.lib.4.tit.5. num. 26. & 27.optimè Nauar.conſ.vnico de apoſtat.num. 2.lib.5.*Rota *apud eund. Mantic.deciſ.292. nu. 6. in fin.*

Variato in præſenti facto ſuppoſito, non mirum vtiquè ſi varia quoquè iuris diſpoſitio quæratur, atq; diuerſimoda à deciſis ſententia deſideretur.

Vnde nec erit, quòd de præoccupara poſſeſſione ſe iactet aduerſarius; cùm illa in præiudicium iurium Reuiglionis inſurgere nullo valeat modo, ni mea me fallit opinio. Quòd ex ſequentibus oſtendere conabor.

Duo verò ſunt, quæ aduerſam contra nos ſententiam ſectantes, pro ſe plurimum extollunt.

3 Primùm, quòd honor præcedentiæ antiquiori debetur Canonico, ꝓpter maiora exantlata onera, atq; frequentiora, quæ præſtitit ſeruitia. *ad tex.in l.2.in fin.ibi: Vt is gradu cæteros antecedat, quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire.C.de offic.magiſtri officiorum, & ſequitur gloſ in cap.de mulcta.28. verbo litteratas.de præbend.extrà.tex.in cap.miramur.in fin. 61.diſt.gloſ.in cap fin. in verbo antiquiores.de conſuetud. lib. 6.Reuerendiſſimus Epiſcop.Genuenſ.in ſua praxi.cap.64.de proceſſionib.num.8. Gratian. in ſuis nouis addit. ad deciſ. 16. Rotæ Marchiæ.num. 1.cum ſeq. Gonzal. ad 8. regul. Cancellar. in præem.§.3. num. 25. cum ſeq. Riccius in praxi præcedentiar.deciſ.480.num.4.in 1. impreſſ.& reſolut.555 in impreſſ.maiori. Auguſtin.Barboſ.de offic.& poteſtat.Epiſc.par.3. allegat. 78. num. 33 nouiſſimè meritiſſimus Regens, & Marchio Fuluius Conſtantius.in tres libros C.tit.de conſulib.l.1.lib.12.n.22. & 23.*
4 Alterum, quòd præheminentiæ, & prælationes huiuſmodi, fructus ſunt poſſeſſionis, vt nō mirum ſi poſſidentibus dentur, quibus loci fructus reſeruantur. *Gratian.d.deciſ. 16. in addit.num.5.Gonzal.d.§.3.no.27.* etiam per vnius puncti, vel momenti, nedùm vnius horæ, vel diei poſſeſſionis præoccupationem. *vt inquit Barboſ.d.allegat.78.num.33.in fin.Ricius in praxi.par.2.reſolut.103.idem Gratian.forenſ.par.5. cap.940.n.6.& n.26.*

Verùm horum nullum contra nos eſt.
5 Nō primū. Quia ſi ceſsāte cauſa, effectus, à qua depēdet, decidat oportet. *Diuus Thom.in 1.par. q.2.art.3.in corpore.in ſecūda via.cap.cum ceſſāte.60.de appellationib. cap. magnæ. 7. in fin. de voto.cap.& ſi Chriſtus.26. cum gloſ.de iureiurādo.l.generaliter.41.C.de Epiſc.& cleric.l.ſi pater 3.C.de hæredib.inſtituend.l.adigere.6. §.quamuis*
6 *ff.de iure patronat.* Ac legis ratione ceſſante, eius quoquè diſpoſitio in caſſum abit *l.quod dictum.33.ff.de pact.Barboſ.in locis communib.littera.L.num.14.* Cùm dentur propter maiora exantlata onera, atquè præſtita ſeruitia, præcedentiarum prærogatiuæ: Nullaquè ſubierit onera, nullauè ſeruitia, prænaturus hic noſter poſſeſſor, præſtiterit: nulla vtiquè debebitur ei
7 prælatio. *arg.tex.*(vt Paulus Iurecōſ. loquitur)
„ *in d.l. quod dictum in fin.Igitur ſi mandati actio*
„ *nulla ſit* (inquiens) *dicendum eſt non prodeſſe*
„ *exceptionem fideiuſſori.ff de pact.* Et cauſa, cùm
8 ad non iuſtam redit cauſam, ad non cauſam reducitur. *vt eſt tex.in l.1.in fin.cum l. ſeq.ff.de cōdition.ſine cauſa. Andreas de Iſer. in rubrica quæ ſint regalia in vſib.feudor.n.5.*
9 At rationi admodum conſentaneum eſt, vt is ferat commodum, qui pondus portauit. *reg. qui ſentit.55.de regul.iur.in 6.gloſ.in cap. 1. de ſepultur.verbo.conſolationum.Clem. 1. de cenſib.*
10 Atquè is in honore ſubſtituatur, qui exantlauit onus.*tex.in cap.aduerſus.7.in finalib.verbis. de Immunit.Eccleſ.* Nullum verò pondus reuexit Canonicus Carlucius. Vllum nec igitur referet emolumentum.
11 Quoniam ceſſante cauſa priuilegij, & ipſum quoquè cadat priuilegium, vſus eſt. *cap. ſugeſtum.9.de decimis gloſ.in d.cap.& ſi Chriſtus 26.verbo. ceſſante cauſa. circa fin de iureiurando.*

Non eſt item contra nos ſecundum, quod
12 magis vrgere videbatur. Ne à radice fructus degenerent, & vitioſa ex arbore boni carpantur fructus, contra Domini ſententiam *Matthæi.7.*
13 Nec enim vitioſæ poſſeſſionis radix, præheminentiæ, atquè prælationis hos fructus, qui verè poſſidentibus dantur, parere potis fuit. *arg.tex.notab.ad rem in l.4. §.condemnatum.ff. de re iudic.* Ibi enim (inquit Vlpianus) ſi aliqua ratione ſententia nullius momenti ſit, dicendū eſt condemnationis verbum non tenere, *& eſt tex.in cap.illud.8.de iure Patronat. optimus tex. ad rem in l.non dubium.5.C.de legib.*
14 Et quidem violenta, & turbatiua poſſeſſio poſt habenda ſemper eſt. *Rota apud Illuſtriſſimum Seraph. deciſ. 964.num.6.* Nec ſuffragari

poteſt

poteſt priuatiuè ad alium, non data acquieſcientia *idem Seraph.decif.637.nu.5.*

15 Quinimò vti attentata ſequeſtranda erit. *Rota in recentior.per Farinac.par. 2. tom. 1. decif.185.num.5.* Huiuſmodi autem poſſeſsio eſt Carlucij:non igitur ſuſtinenda in præiudiciū Reuiglonis.

Verùm enim verò, vt quæ pro noſtra ſentē-
16 tia ſunt, ſolidemus, valentioraquè efficiamus, ſupponendum puto,

Præſentationem bullarum, quæ executoribus ſit, vel etiam ordinariis, non minimi præcedentiam ad attruendam operari, *vt eſt aperta reg. Cācellariæ Apoſtolicæ in fin. 16. in ordine tùm Gregor. XIII. tùm Clemen. VIII. tùm etiā Pauli V.* vbi ita loquitur Sum. Pontifex. *In reli-*
„ *quis verò ſinguli, qui priùs Apoſtolicas deſuper*
„ *litteras executoribus præſentauerint, alijs in*
„ *ipſorum, de quibus agi contingerit, beneficiorum aſſecutione præferātur. Vbi Mandoſ. latè, præſertim q.47. num. 2. Alfonſ. Gloſſator. ac nouiſsimus etiam Ioannes à Coccbier. n.19.*

17 Ideoq; nec inıuria tēpus hoc præſentationis à iure cōmuni longè magis attenditur ipſa data litterarū *tex. cap. dilectus. 27. vbi gloſ. in verbo. receperunt. de præbend. extra tex. cum gloſ. in verbo. receptionem. in cap. audita. 4. de reſtitut. ſpoliat. tex. in cap. duobus. 14. m. 2. reſponſo. de reſcript. in 6. Rota deciſ.5. aliàs 100. de præbend. in nouiſ.* Præſertim verò ſi præſentatio facta fuerit eis, ad quos ſpectat Canonicorū receptio, *ſecundum intellectum d. tex. cap. duobus. 14. vt aduertit. additionator. ad dictam deciſ. Rotæ 5. de præbend. in nouiſ. & videndus ad rem Mandoſ. d. q.47. num. 2. & Alſonſ. Gloſſator. d. reg. 15. num. 18.*

18 Quippè quòd, per litterarum præſentationem collatoris manus colligantur, vt nè innouare alioquid poſſit in præiudicium præſentantis. *cap. propoſuit. 4. ſecundum ſummarium Abbat. de conceſſ. præbend. cap. ſi capitulo. 5. eod. tit. lib. 6. gloſ. in d. cap. ſi dilectus. 27. verbo receperunt de præben. Geminian. conſ.44. Mandoſ. conſ. 51. num. 8. Oldrad. conſ. 136. quod ex productis, n. 2. in fin.*

Cùm itaquè, primò ſuas preſentauerit bullas Reuiglionus, & fuerit proinde ei primitiùs
19 ius quæſitum, quod per ſolam collationem, ſiuè prouiſionem, etiam ante adeptam poſſeſſionem, quæritur. *tex. in cap. gratia. 7. de reſcript. & cap. ſi tibi abſenti. 17. de præbend. lib. 6. Abb. in Theſauro deciſorio verbo. ius acquiritur. in beneficio, & Miles in repertorio. eod. verbo. ius acquiritur fol. mihi 231. Oltrad. d. conſ. 136. num. 5. in fin. Rebuff. in praxi par. 2. tit. de publicand. reſignat. regul. 18. num. 8. Couar. lib. 3. variar. reſolut. cap. 16. num. 1. & 2. Paris. de reſignat. benefic. lib. 10. q. 6. n. 2. & ſeq. Gonzal. ad reg. Cancel. gloſ. 12. n. 45. 46. & 47.*

Non vtiq; potuit quiſquam iuribus ei iam quæſitis præiudicium inferre.

20 Pluribus enim prætendentibus ſe ius habere ad aliquid; præueniens præferri debet præuēto. iuxta regulam, quam fundat. *Calderin. conſ. 14. num. 1. de reſcript. per tex. in id apertos in l. cùm quædam puella. 19. ff. iuriſdit. omnium iudic. tex. in cap. capitulum Sanctæ Crucis. 30. cum ſua gloſ. verbo prius de reſcriptis. tex. in cap. propoſuiſti. 19. de foro competent. & cap. vt debitus. 59. de appellat.*

Quamobrem Gratia per ordinarium Carluccio Collata; Reuiglonis iuribus piudicare
21 minimè potuit. Quia ius vni quæſitum, per priuilegiū poſtea conceſſum alteri; non vitiatur. *vt loquitur Calderin. eod. conſ. 14. num. 1. in fin.*

22 Nimirùm, quod gratia quælibet à Pontifice elargita, exauditur, vt ne per eam tertio præiudicetur. *tex. in cap. quamuis. 8. in fin. ibi: Cùm*
„ *talis reſtitutio (vbi aliud non exprimitur) intel-*
„ *ligatur fieri ſine iuris præiudicio alieni. de reſcrip. in 6. & ſequitur gloſ. in cap. tibi qui 12. verbo proximè in fin. eod. tit. & lib.* & dūmodò ius alteri quæſitum non tollatur *poſt tex. in l. nec Auus. 4. ibi nec in cuiuſquam iniuriam C. de emācipation. liber. tex. in l. 1. §. ſi quis à Principe ibi;*
„ *vt cum incōmodo alicuius id fiat. ff. ne quid in loco publico. d. cap. quamuis 8. in fin. & cap. ſi propter tua. 10. de reſcript. in 6. eſt reg. Cancellar. 17. Pauli. 5. de non tollendo ius quæſitum,* ſic loquēs
„ *Quod deinceps per quamcumquè ſignaturam, ſeù*
„ *cōceſſionem pro cōmiſsionibus huiuſmodi per Sāctitatem ſuam, vel de eius mandato faciendam, nulli ſibi ius quæſitum quomodolibet tollatur Alfonſ. Gloſſator in antiqui ibid. Gratian. forēſ. par 3 cap. 588. n. 6. Rot. in recentior. par. 2. tom. 1. deciſ. 226. n. 1.*

23 Quibuſcumquè verbis, & clauſulis vtatur Pontifex niſi expreſsè deroget regulæ. *Rota apud Seraph. deciſ. 1082. num 6. & poſt Alfonſ. Gloſſatorem, nouiſſimus Ioan. à Coccbier. ad d. reg.*
24 *17. num. 23.* Cùm hæc clauſula conditionem importet, ita vt inanis. & vacua gratia euadat, ſi conceſsionis eius tempore, ius alteri quæſitum inueniatur, ſiuè in re, ſiuè etiam ad rem. *Felin. in cap. ſuper litteris 20. in 5. reg. num. 11. de reſcriptis. Mandoſ. ad d. reg. 17. q. 2. nu. 4. Coccbier ibid num. 6. & 7. & ante eum Rebuff. in praxi. par. 1. in forma, & declaratione nouæ prouiſionis verbo. Dummodò tempore datæ. nu. 5. Rota apud Caualer. in Romana domus de Cardellis. 1. Decēbris. 1617. deciſ. 446. num. 4. & 5. & notat Beltramin. ad deciſ. Ludouis. 332. num. 6. verſ. in his terminis. Marta de clauſul. par. 1. clauſ. 158. ſinè præiudic. n. 7. Barboſ. clauſ. 157. n. 9.*

25 Iuris verò quæſiti nomine (vt puta generico & lato) omne, & quodcumquè ius venit ſuper quibuſcumquè, quomodocumq; & quacumq; occaſione, ſiuè ſit ius in re, ſiuè ad rem. vt loquitur *Mandoſ. d. reg. 17. q. 1. num. 1. Creſcent. deciſ. 7. de iure patronat. nu. 2. facit Rota par. 1. diuerſ. deciſ. 364. num. 2.* Attenta potiſſimùm dictione illa quomodolibet, per quam comprehēditur ius qualecumquè, & cuiuſcūque generis, ſiuè directè, ac etiam impropriè ſumptū. *iuxta gloſ. in Clem. 1. §. ſtatuimus. verbo*

lo.quomodolibet.de statu Monachor. Rota apud Seraph. d.decis. 1082. *num.* 2.*Cocchier. ad d.reg.* 17 *num.*7.Etiam quantumcumquè minimum, *Rota d.decis.*364.*nu.*1.*par.*1.*diuers. Barbos.dict.* 330.*per tot.ac num.*6.*&* 7. *Mandos. in Gloss.facultat.§.& in ipsa.verbo quomodolibet. fol.* 288. *& §.ac tam eod.verbo fol.*309.

Quis nunc(quęsò te)inficias ire poterit, præiudicium Reuigliono nullũ in iure sibi quæsito ex præoccupata aduersarij possessione generari potuisse?

Vel enim ordinarii voluntate præoccupasse Carluccium possessionem immaturo tempore & instante iam prima noctis hora, eademquè ipsamet die mortis Venetiæ prædecessoris Canonici, & cadauere nec dum sepulturæ mandato,*cõtra tex.in cap.bona* 36.*de elect.* ne locus sequenti die Sabbati superesset eius aduersa-

27 rio, asseuerauerimus. Et cùm ligatæ fuerint cuiuscumq; alterius, Pontificii executoris appositis manibus. *vt est tex. in cap. exequutor.*

28 & *in fin.de conceß.præbend.lib.*6. Decreto ab eo lato,quod ita afficit,vt ignorantes quoq; comprehendat. *tex.in cap.si postquam.*13.*de præbẽd. in* 6.*tex.in Clemen.vnic. de conceß.præbend. vbi etiam glos.verbo attentari.tex.in cap.tibi qui* 12. *vbi Franc. num.* 4. *& ibi etiam Glosell. Fontanelle.in verbo decretum de rescriptis in* 6.*ibidẽ, Ioan.Monach.nu.*2. *vbi etiam Probus num.*1. *& seq.*

29 Nihil vtiquè innouari potuit ad præiudicãdum iuribus Reuigliono quæsitis,quin innouatum, vti attentatum decidat, atquè deficiat. *tex.in cap.executor.*4.*in finali b.verbis de conceß. præbend.ex reg. attentatorum.in cap non solum.*

30 7. *de appellat. lib.* 6. Ipsaquè possessio quoad præheminentiã quoq; proruat, prouoluaturq; *tex. in cap.proposuit.*4.*de conceß.præbend. extrã, & in cap.illa deuotio.*2.*ne Sede vacante,cap cùm dilectus.*28.*circa fin. vbi glos. verbo præsentare. extrã de iure patronat. Lapus allegat.* 16. *num.*2. *circa fin vbi Mandos litt.E plenè Ioan. Baptista Ferret.consil.*188.*n.*2.*& seq.&n.*15.

Vel verò suo ductu, & voluntate præoccupasse aduersarium possessionem concesserimus. Et hoc in præiudicium tertio quæsitorum iu-

31 rium fieri cùm minimè potuerit; vt quod ex-

„ ceptum semper esse debeat ius tertii. Nã quo-

„ ties aliquid in publico fieri permittitur, ita oporteri permitti,vt sine iniuria cuiusquã fiat. *vt loquitur Vlpian.in d.l.*2.*§.meritò.ff.ne quid in loco publico.* Ne nobis ius quæsitum sine facto nostro,& inuitis nobis abstrahatur *l.id quod nostrum.*11.*ff.de regul.iuris.*

Et nec ita,modo aliquo possessionem prædictam Reuigliono officere,illo primitùs non citato,permiserimus.

32 Enim,enimverò, cùm per solam collationẽ & acceptionem,multoq; magis per bullarum expeditionem ius Reuigliono quæsitum fuerit, vt nulla proinde traditio, vel quasi in beneficialibus perquiratur, vt ius beneficiato quæratur,sed acceptatio ipsa vna sufficiat. *tex.in cap.si tibi absenti.*17.*& cap. penult. vbi glos. fin. cum alijs supra relatis.de præbend.in* 6.

Nequè ius illud conditionale, sed purum dicatur. *Mohedan.d.decis.* 33.*de præbend.num* 1.

33 & 2.Quòd in beneficialibus non sanè possessio, sed facta attendatur institutio, & collatio *adtex in reg.ben ficium* 1.*de regul.iur.in* 6. *Rota par.*3.*diuersor.lib.*3.*decis.*678. *num.* 3. Vt pet

34 solam collationem ius in re acquiratur;præferaturq; proinde institutus in beneficio,licet non capiatur possessio;consumataquè propte-

35 rea vacatio dicatur per solam Papæ prouisionem,etiam possessione non adhuc capta. *Rota decis.*24.*de præbend.in antiquis, & sequitur. Gomesius in regula de triennali q.*30.*col.* 2.*littera.E. vers.si tamen prouisus.Couar.d cap.*16.*nu.* 2.*Rota in Vercellen. Canonicatus coram Coccino Decano.in recentior.per Farinac.par.*2.*tom.*1.*de-*

36 *cis.*498.*num.*1.*in fin.* Vnde, si diem claudere cõtingat extremum, qui beneficium obtinuit, dùm è Romana Curia litteris expeditis ad possessionem deproperat nanciscendam; beneficium ipsum(iuris quæsiti ratione, nedùm ad rem, verùm etiam, & in re. *iusta tradita per Bellamer decis.*358.*num* 4.) per obitum vacare dicetur.*post Rebuff.consil.*48.*num.*1.*Ioan.Azor. institut moral par.*2 *lib.*7.*cap.*23.*q.*3 *Gonzal.ad d.regul.*8 *gloss* 15.*§.* 1. *nu.* 33. *Garsias de benefic. tom.*1.*par.*4. *cap.* 2. *num.* 1. *&* 2.*Regens Carolus Tapia longè post hæc scripta prælo pressus decis. Supremi Italiæ Senatus.* 18 *nu.*8.*&* 9. Vt consumpta etiam dicatur reseruatio per vacationem in Curia *Rota decis.*24.*num.* 2. *de præbend.*

38 *in anti quis.*Quia acceptatio litteris expeditis tribuit plenum ius. *Caputaquens.decis.*175.*nu.* 3.*par.*2.*Ioan.à Cocchier. ad d. regul.* 16 *fine* 17. *num.*13.*&* 14*fol.*197.*ex tex.in d.cap. fin. de cõceß.præbend.in* 6.Vnde(fac propria authoritate possessionem ingrediatur prouisus) haud propterea intrusus dicitur. Quia canonicum habet ius, & titulum ex bullis, vt secundum magis receptam sententiam testatur, *Paris.de resignat.benefic.d.lib.*10.*q.*6.*nu.* 30. *& sequitur Azor.d.cap* 23.*q.*3.*in princ.& disputat.plenè Couar. d. cap.* 16. *num.* 6. *vers.secunda igitur huius capitis.pars & num.*7.*& seq.Garsias d.par.*4.*cap.* 2.*n.*6.vbi de communi testatur. *Rota par.* 2. *diuers.decis.*21.

40 Haud vtiquè potuit Carluccius inaudito Reuigliono, nequè eo citato præiudicare eidem. Profectò, quòd iuris ratio postulat *(vt loquitur Innoc.*3.*in c.inter quatuor.* 8.*de Maiorit. &*

„ *obed.)*vt in eorũ præiudiciũ, quibus eædẽ Ec-

„ clesię sunt subiectæ,nihil ordinemusde ipsis,cũ

„ nec citati sint,nec cõuincti,nec per contuma-

„ ciam se absentent.hæc ibi.Quod si hoc in Pontifice Summo,quid in priuato vtiquè homine faciendum erit? *tex.in cap. Ecclesia S. Mariæ.* 10.*in fin.de Constitution extrà*. Quia de vnoquoq; negotio pręsentibus omnibus, quos causa cõtingit,iudicari oportet. *secundũ Paul. Iure Consil. in l. de vnoquoque* 47.*ff. de re iudic. Mohedan decis.*7.*de restitut.spoliator.sub num.*3.

Rota

Rota apud Caualer.decis.464.nu. 3. Card. Tusc. tom.1.litt.C.conclus.268.n.1.& seq.

41 Alioquin actus sequens, citatione ommissa, (quæ iuris est diuini, ac naturalis. *Clem.pastoralis.s.de re iudic Mohedan.d.decis.7.de restitut. spoliat.num.4 Afflict.decis.245 num. 10. Rota apud Illustrissimum Manticam decis.299.nu.3.* Vt præire proinde semper debeat in quolibet actu præiudiciali *d l. de vnoquoque 47. de re iudic.Clem sepè.2. §. citationem verò.de verbor significat Caputaquens. decis.375.num.2. & 3. par. 2. Mantica decis. 5. num. 2.*) Nedùm planè vitiosus, verùm, & nullus euadit. *d.Clem. pastoralis.de re iudic.tex.in cap 1.§.quia verò de reb Ecclesiæ non alienand.in 6.can.2.3.q. 9. Cardinal.Zabarella.cons.65.num.6 glos.in d.cap.inter quatuor verbo.citati.de maior.& obedient.cap.1. in fin vbi glos.fin. de causa possess.& propriet. extra plenè Ioachim. Mynsingerius singular.obser.centur.6.obser.6.num.1.& seq* vbi plures refert regulæ limitationes *Melchior Phoebus decis.Lusitan. 3.num.13. in fin.*

42 Est nempè omissæ citationis defectus insanabilis. *Rota apud Caualer.decis.35.num.1.& decis. 53. nu.1. & 2.* vbi rationem redit: Quia tollit naturalem defensionem iure naturali, & diuino competentem.

43 Nec ad rem facit, citationem non præreqniri vbi citatus se se actui opponere minimè potuit. *ex reg.qui potest inuitis.27.ff.de regul. iur.meus Maranta cons.65.nu.23. Alciat.lib 4. responsor cons.8.num. 10 Ioseph Ludouic.decis. Perus.17.num.11.Bellon cons.28. num 14. Rota apud Seraph.decis.104 num.1.& Rota collecta per Farinac.4.par.diuers.decis. 533. nu.4.quæ est etiam in Impress. per Illustrissimum Mant. decis.350.num.5.Nauarr.cons.1.num.16.ad 4.de foro competent.lib.2.Abb.cons.68.nu.4.circa fin. par.2.*

44 Præter quàm quod enim, erat iam quæsitum ius Reuigliono, nedùm ad rē, verùm etiam & in re *d.cap penult.de præbend. in 6. & d.cap.vlt. de concess.præbend.etiam in 6.* vt etiam in superioribus ostendimus.

45 Sufficiebat tamen illum, vel coloratum ius habere, vt se actui opponere potuisset, si presēs, ac sciens fuisset, iudicemq; monere, ne faceret. *ad tex.in c.licet Episcopus.28.in fi.cùm ibi notat. de præbend.in 6. & notat per Roman.cons. 483. sub num.14.in fin.& num.15.sequitur Tuscus d. litt.C.conclus.272.num 51. Latud.d.allegat. 16. num.2.& Ferrett.d.cons.188.lib.1.per tot. notat. Philippus Portius Imolen. commun. conclus.reg. 43.in 16.limitat.in fin. fol. mihi 324.& eod.modo Gabriel in communib. conclus. tit. de citationib. conclus.1.in 16.limit. num. 348. 349. & 350. & n 465.in 78.limit.*

46 Vel, quòd aliquo sibi modo præiudicium ingenerari potuisset, atquè proinde lædi. *Angelus §.curare.instit.de actionib. col.fin. num. 18.*

47 *vers.sed ego credo.* Etiam per actum extra iudicialem, *Tusc.d. conclus. 268. num. 46. & seq. Miles verbo citanda est pars.in 2.fallent.& ineod.littera.num.27.col.2. vers. citari non oportet ad actum fol.mihi.67.Abb.d.cons.68.nu. 4. vers.*

48 *præterea regulariter.* Quia vbicunque citatio non est exclusa, inclusa vtiquè videtur. *Bald.cōs. 186.num.3.vol.2. sequitur Tusc. d. conclus. 268. num.30.Caputaquens.decis.148. num. 12.par. 2.*

49 Vel esse eum prætérea contradictorem legitimum. *Rota apud Caualer.decis.596. num.2.& d. decis.533.n.4.par.4.diuers.*

50 Legitimus autem Contradictor Reuiglionus erat, quia parē titulum, quinimò potiorem, & anteriorem Carluccio obtinebat. *vt dictum fuit in Tiburtina Archidiaconat.coram Caualerio decis.450.nu.4.& decis.478.sub nu.4.& decis. 485. nu.2.*

51 Nec item obstabit si instetur, quæsitū quidē ius Reuiglono fuisse ad beneficium ipsum, & Canonicatum, de quo nullus inficias iurè ibit, quin cuicunquè alteri in illo præferri deberet *iuxta tex.in cap.eum cui.7.de præbend.in 6.d.cap. tibi qui 12. de rescript.eod.lib.*

Non autem, vt Carluccio, quoad præheminentiam in Choro, stallo, ac voce in capitulo anteferretur, qui sane possessionis sunt fructus, vt in superioribus diximus.

52 Præter quàm, quod enim, iuris quæsiti nomine, quod latum, & genericum in superioribus ostendimus, omne id etiam comprehendatur nihilquè omninò excipiatur. *ad reg.tex.in cap.solitæ 6.circa fin.de maiorit. & obedient.tex. in l.3.in final.ib.verbis ibi: Nec distinguitur, vnde sit.vbi glos.ff.de offic præsid.l.à procuratore, 13.vbi glos.in verbo,& omnem culpam. C. mandat.* Et hoc vnum est, de quo quæstio nunc agitur, potuerit nec ne Carluccius per suam præoccupationem in possessione, Reuiglono quoad præcedentiam præiudicare?

53 Sufficiebat tamen petijsse se in possessionem immitti ad excludendum aduersarium. Aequivaleat enim in hoc possessionis postulatio, & instantia pro illa assequenda, ipsimet captæ possessioni *Rota par.1.diuers.decis. 395. num. 1. & apud Achill.de Graff.decis.2. in reg. de publicand.& in Hypporegien. præpositure. 16. Maij. 1588.coram Bubalo.par.4. diuersor. collecta per Farinac. decis.156.nu. 1.* in terminis loquens Constitutionis Gregorij XIII. de publicandis resignat. *Sarnen. in reg. de publicand. resignat q.11.*

Præsertim, quod per Reuiglonum vllo nec steterit modo, quin actu possessionem caperet.

54 Vt nulla ei ob id mora imputari potuerit. *per. tex.apertum in d.cap.tibi qui 12 .in fin.ibi: Dum tamen dolus tibi non possit, vel notabilis negligentia imputari. de rescript. in 6. Caputaquens. decis.108.par.2.Gonzal.d.§.3.in prohemio n. 45. Gratian.d.decis.16.in addit.num.4. faciunt notata per Mandos.d.cons.51.nu.9. in fin.& num.10. et per Paris de resignat.benefic.[illegible].2.lib.11.q.13. nu.95.& seq.*

55 Quemadmodum quoad Antianitatem in Religione Hirosolymitana, haberi pro admisso, quoad omnem illius effectum ab ipsa, qua

qua admittendus fuerat die, si per eum, quin
admitteretur, minimè stetit, vt tentum fuisse
in Ciuitaten. habitus, & Antianitatis in anno
1607. *Sanctissimus D.N. Ludouis. Gregor. XV.*
decis. 341. referr.

Et in Canonico, cui fuerat à Capitulo dene-
gata possessio (quod sanè adamussim facto huic
nostro seder) quòd haberi deberet pro admis-
so, ad effectum gaudendi prerogatiuis, & emo-
lumentis aliorum Canonicorum. *pluries in Ro-*
ta decisum refert. Olineriut Beltraminus. in anno-
tationib. ad d. decis. Sanctissimi D.N. 341. *num.* 1. *in*
Pacen Canonicatus: anno 1612. *coram Manzane-*
do, & in Toletana Canonicatus 1610. *coram Lan-*
cellotto, & decis. 364. *coram eodem Sanctissimo*
Gregor. VX. num. 2. *& in Pistorien Canonicatus.*
17. *Iunij* 1615. *coram Card. Canaler. decis.* 359.
num. 4. *& sequuta quoquè fuit Rota in Alexandri-*
na Archipresbyteratus. 28. *Iunij* 1627. *coram*
Merlino, quam refert Lauorius variarum elucu-
brationùm. tit. 4. *de elect. cap.* 13. *sub n.* 17. *in fin.*

Cùm sufficere debuerit Reuigliono ad Car-
luccium præueniẽdum, ipsum primo loco per
Capitulum receptũ fuisse, constituta, ac dicta
iam certa die pro capienda possessione, vt ad-
notat optimè etiam *Rebuffus, vbi decisum refert*
in anno 1537. *pro* Capitulo *Carnoten. in tract. no-*
minat. q. 21. *nu.* 6. 7. & 8. & sequitur *Regens* Con-
stantius d. l. 1. *de consulib. nu.* 88.

56 Et iure ciuili receptum est (*vt Iulianus* (in-
quit) *lib.* 55. *digestorum. in l. iure ciuili.* 24. *ff. de*
condit. & demonstrat.) quoties per eum, cuius
interest conditionem impleri, fit, quò minùs
impleatur, vt perinde habeatur, ac si impleta
fuisset. *tex. in l. iure* Ciuili. *ra*2. *ff. de regul. iur.*
d. l. si post. 5. *§. item si qua conditio. ff. quando dies*
legati cedat. regula cùm non stat. 66. *de regul. iur.*
in 6. *Rota d. decis.* 395. *num.* 2. *par.* 1. *diuers.* Cre-
scent. decis. 16. *num.* 2. *de rescript. Grammatic. dec.*
102. *num.* 107. *mens* Maranta. *in suis singulari-*
bus. verbo. legatum factum sub conditione. col. 1.
fol. 61. *Afflict. decis.* 302. *num.* 1. *Gratian. dec.* 35.
num. 10. & 17. *Carocius. decis.* 51. *num.* 16. *Surdus*
cons. 374. *num.* 2. & 4. *volum.* 3. & *num.* 7. vbi ha-
57 betur pro facto id, quod fieri debet, si per eũ
non stet, quin fiat. *plenè per Paris. d. lib.* 11. *q.* 13.
à num. 95. *Gonzal. d. §.* 3. *in proœm. num.* 38. & *seq.*
& *num.* 41. *Gaspar Anton. Thesaur. forens. quæst.*
lib. 1. *q.* 88. *num.* 6. *de Ponte decis.* 24. *num.* 17. Ioan.
Merlin. decis. Lucens. 14. *nu.* 3. *plenè Viu. dec.* 383.
lib. 2. *Lanarius cons.* 20. *num.* 20.

Imputari nempè haud debet ei, per quem
non stat, si non faciat, quod per eum fuerat fa-
ciendum *reg. imputari.* 41. *de reg. iuris lib.* 6.

58 Tùm etiam, quòd protestatus semper
fuerit Reuiglionus, excepta in omnibus sibi
quomodolibet competentia iura permansu-
ra; vt protestationis huiusceè vi, nulli du-
bium fieri possit, salua illa sibi etiam quòad
præcedentiam fuisse. *tex. in l. si debitor.* 4. *§.*
„ *primo. ibi. Nisi salua causa pignoris sui, consen-*
„ *sit, vel venditioni, vel cæteris. ff. quibus mo-*
dis pignus, vel hypoteca soluatur. can. saluo. 49.
quæst. 3. *cap. suborta.* 21. *circa finem. versic Ita*
„ *tamen, vt nullum per hoc Apostalicæ Sedi præ-*
iudicium generetur. extrà de sentent. & re iudic.
Calderin. consil. 8. *in fin. de regularibus. Bisignett.*
decis. vnica. numer. 10. *de donat. inter virum. &*
vxor. Gratian. forens. par. 2. *cap.* 246. *num.* 28.
Rota apud Seraphin. decis. 1303. *numer.* 5. *&*
apud Mantic. *decis.* 270. *numero.* 15. *Maran-*
ta dicto consil. 6 *numero.* 11. 12. & 13. *Lana-*
rius cons. 19. *num.* 3.

59 Quinimò suffecisse illam, ad constituen-
dum aduersarios in mora, & culpa. *vt est tex.*
in l. qui Romæ. 122. *§. cohæredes. vbi gloss. &*
Bart. ff. de verborum. obligat. Rota in recen-
tior. per Farinac. part. prima. tom. 1. *decis.* 216.
num. 2.

60 Cuius protestationis vi erant iam liga-
tæ manus Capituli, ne possessionem tra-
dere interim Carluccio valuisset, pendente
termo Reuigliono dicto. *vt tentum fuit in Ro-*
mana Alneariorum. 19. Decembris 1614. *coram*
Cardinal. Canalerio. decis. 329. *num.* 1.

61 Etiam si vnica tantùm protestatio fuisset.
Siuè in extra iudicialibus. *Mohedan. decis.* 2. *de*
iudicijs. aliàs 44. Siuè etiam in iudicialibus,
vbi protestatio ipsa facta est ex causa, quæ
semper durat, durante ipsa causa. *vt dictum*
fuit apud Achill. decis. 11. *aliàs* 423. *num.* 3.
de pensionibus in regul. Cancellar. quam sequitur
Bonfiolus in addit. ad Mohedan. dicta. decis. 2.
62 *de iudic.* Vt nedùm præsentia, verùm etiam
futura iura salua per eam fiant. *ad tex. in dict.*
l. Nesennius. 56. *§. quid enim si est etiam*
protestata. ff. de negot. gest. tex. in l. pro hære-
de. 20. *§. primo. ff. de acquir. hæredit. Gratian.*
forens. part. 2. *cap.* 356. *num.* 38.

Quibus accedit, quòd nec iurè se ges-
sit Capitulum Neapolitanum in deneganda
actuali prædicta, atquè corporali possessio-
ne sœpè dicto Reuigliono, iam sibi ex vi de-
63 creti Domini executoris Apostolici acqui-
sita; quod non naturalis tantùm; verùm
& ciuilis possessionis translationis est causa.
Magon. decis. 120. *Rota Florent. num.* 3.

64 Quinimò operatur, ac si actualiter posses-
sionem nactus fuisset. *ad tex. in l. cùm vnus.* 12.
§. final. ff. de bonis auth. iudic. possidend. nota-
biliter Afflict. decis. 302. *num.* 1. *Mandos. d. cons.*
51. *num.* 10.

65 Et nihilominus sat erat illam per æquipol-
lens acquisitam fuisse. *ad tradita per Rotam d.*
decis. 395. *num.* 3. 1. *par. diuersorum. Castador.*
decis. 26. *super regul. de publicand. Sarnen. dict.*
quæst. 11. *in regula de publicand. faciunt notata*
per Nauarr. cons. 15. *instante quadam vniuersi-*
tate. num. 6. *lib.* 4. *de consanguinitat. & affinit.*
vbi nil referre (inquit) quid de æquipollenti-
bus fiat.

66 Vt retrotrahatur propterea, ad tempus
ipsum præsentationis bullarum, & decreti de
immittendo; cùm per ipsum non steterit,
quin actu possessionem adeptus fuerit; ad tra-
dita latè, ac notabiliter (vbi etiam decisum

refert per tres conformes) per *Bisignett. in antiquiorib. decis. 6. de consuetud. per tex. in id*
„ *apertum. in dict. l. 1. C. de consulib. lib. 12.* Quis
„ enim (*inquiunt ibi Imperatores Theodosius*
„ *& Valentianus*) in vno etiam, eodemquè ge-
„ nere dignitatis prior esse debuerat, nisi qui
„ prior meruit dignitatem *? plenè Rebuff. dict. quæst. 21. numero. 6. & sequent. dict. tract. nomi-*
„ *nat.* Quia ista beneficiolia sunt inæstimabilia
„ (*vt inquit Bisignett. ibidem. num. 2. in principio.*)
& propter hoc reseruatur primo sua priori-
tas, ex quo per cum non stetit. *facit notabiliter tex. in l. 2. §. final. ff. si quis conditionibus.*
„ Simili modo (*loquitur ibi Vlpian.*) exceptio
„ datur ei, qui cùm ad iudicium venire vole-
„ bat, à magistratu retentus est; & retentus
„ sine dolo malo ipsius. hæc ibi, *& est text. in l. vter ex fratribus. 23. in fin. ff. de condit. institution, sequitur Rota in Lucana iuris patronatus. 4. Iunij. 1607. coram Coccino decis. 241. num. 4. post. libr. 2. cons. Farinac. quæ est decis. 351. in impressis per dict. Coccinum. numer. 4. & per Sanctissimum Gregor. XV. dicta decis. 341. num. 2. & sequuta fuit Rota in terminis nostris in Auersana fructuum. 18. Iunij 1607. coram Damasceno. tom. primo. posthum. decis. 155. numero. 2.* vbi paria esse dixerunt Domini, acquisisse possessionem, vel quòd per eum non steterit quin eam acquireret.

67 Neque modo vllo officit possessio de facto, & turbatiuè lite pendente capta, per Carluccium, neque præiudicat; vnde nec attenditur. *Rota in recentior. per Farinac. par. 1. tom. 2. decis. 511. num. 4.*

68 „ Satis nempè absurdum est dicere, quòd
„ per cursum tuum, tù me præueneris in iure
„ iam mihi acquisito; vt verbis vtar *Gloss. notab. & fin. in dict. cap. eum, cui. 7. de præbend. in 6. & est tex. in dict. cap. tibi, qui. 12. de rescript. eod. lib.*

69 Et apertè regula supra pro aduersarijs expensa; præheminentias dari eis, qui primò possessionem nacti fuere; temperatur, simulq; restringitur, ne faueat ei, qui impedimēto, fuit ne anterior possessione potiretur, quā moliebatur. *vt notabiliter Gonzal. d. §. 3. in proæm. n. 38. cum seq. & Gratian. in addition. ad dict. decis. 16. nu. 6. & 7.*

70 Commodo igitur carere debet possessionis, quam præoccupauerat. Quia fraudem, doluq; patrocinari æquitatis et ratio haud patitur. *vt loquitur Innocent. III. in cap. Sedes Apostolica. 15. in fin. & capit. ex tenore. 16. in fine, extrà de rescript. Aymon. cons. 100. num.*

71 11. Nec mora imputatur impedito. *ad tex.*
„ *in l. petendæ. 5. ibi: Quia nequaquam steterat in*
„ *in ipsius potestate, quin litigio pulsaretur. C. de tempor. in integr. restitut. gloss. notab. in element. vnica. in verbo. finiri. in principio. de restitut. in integrum. & sequitur Rota in Calaguritana fructuum. apud Cæsarem de Grass. decis. 3 num. 3.*

72 &] *5. de constitution.* Præsertim verò facto
73 iudicis impedito, Vt neque proinde protestatio necessaria fuerit, cùm sat esse debeat, quòd constet de diligentia, & quòd per cum non steterit; vt secundum æquiorem, humanioremquè Doctorum sententiam, sequuta fuit Rota apud *Cresent. decis. 234. sine 5. de exceptionibus. in Hispalen. Scolastriæ coram Aragonia. & apud Verallum decis. 73. libr. 2. Afflict. decis. 50. num. 5. Mascard. de probat. tom. 2. conclus. 885. de probat. impedimenti. num. 23. & 24.*

Nec Capitulum, cùm iam, antequam fatis concederet Venetia prædecessor Carluccij; certam diem destinasset Reuigliono (diem videlicet Sabbati) ad corporalem possessionem eidem tradendam; potuit antecedenti die (feria scilicet sexta) Carluccium, in præiudicium iurium Reuigliono (quòad possessionem quoquè ipsam) quæsitorum, in possessione Canonicatus sic tumultuariò, ac festinanter, & clàm, noctis tempore, ad-
74 mittere; dùm Reuigliono tempus pendere adhuc. *ad tex. in element. prima. in 2. responso. de concess. præbend. & tex. in l. vltima. C. qui admitti ad bonorum possess. possunt. & notat in terminis nostris Oldrad. dict. cons. 136. num. 3. & dictum fuit in dict. Romana Aluetorum coram Caualerio. dict. decis. 329. num. 1.*

75 Quin in fraudem id fecisse præsumatur, Nimia enim festinantia fraudem arguit. *Crauett. cons. 6. numer. 34. & cons. 129. numer. 11. Rota coram Sanctissimo Ludouis. per Farinac. in Hispalen. Matrimonij post tom. 2. cons. decis. 241. numer. 27. & est in impressis nouissimè per eundem*
76 *decis. 326. num. 36.* Quemadmodum, & breuitas temporis, ac vicinitas. *ad text. in l. post contractum 15. ff. de donation. Gratian. decis. 102. numer. 8. Verall. decisio. 143. num. 5. par. 1.* Et litis pendentia. *Caual can. par. 4. dec. 5. num. 11.*

77 At fraus fieri dicitur, vbi id fit, quod fieri non debuit. *tex. in l. fraus. 29. ff. de legibus.*
78 „ Clàm autem facere videri (*Cassius scribit*)
„ cum, qui celauit aduersarium, neque ei denū-
„ ciauit, si modò timuit eius controuersiam, aut
„ debuit timere. *vt loquitur Vlpian. in l. 2. §. fin. ff. quod vi, aut clàm.*

79 Sed nemo ex improbitate sua consequitur actionem. *idem Vlpian. scribit in l. itaquè fullo. 12. ff. de furtis.*

80 Tunc verò succurrendum est alicui, cùm defenditur; non vt faciliùs calumnietur; Paulus inquit *in l. in eo quod. 111. ff. de regulis iur.*

Non igitur ex vitiosa possessione aduersario per Capitulū data, fraus fieri potuit Reuigliono quæsitis iuribus, ne prædecētia iurè ei decerneretur. *ad tradita per Lapum d. alleg. 16. nu. 2.*

Inciuile itaq; factū Præses coerceat; rēq; restitui iubeat; vt verbis vtar Vlpiani *in l. Medicus. 3. in fin. ff. de varijs, & extraordinarijs cognit.*

Et ita ex his respondendum censui, censoris virga non recussa; emunctiorisquè naris iudicio, nec posthabito.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

Censit

Cessit tandem sponte sua Reuiglionus liti, Illustrissimo D. Archiepiscopo, & Cardinali Carafæ, vt morē gereret. Nolui tamen dimittere, quin, quæ congesseram, in medium proferrem; ex vsu enim quandoquè succedent. Nihil porrò eorum, quæ semel accidere, non iterum fieri poterit; cùm vicissitudini res omnes sub sole seruiant.

S V M M A R I V M.

1 *Quod omnes tangit, hoc ab omnibus debet approbari.*
2 *Qui commodum sentit, vt ferat bonus iustum est.*
3 *Emolumentum sequitur, qui expensas fert.*
4 *Naturam secundum, est, vt eum commodum sequatur, quem sequuntur incommoda.*
5 *Incommoditas comes est commoditatum.*
6 *Prouerbium, neque mel, neque apes; explicatur.*
7 *Statera dolosa abominatio est apud Deum.*
8 *Locupletari eum detrimento nemo debet alterius.*
9 *Onus suum quisq; portabit.*
10 *Commodū, qui pro rata percipit, pro eadem, vt ferat onus, abhorrere non debet.*
11 *Pensionarij vsufructuarijs æquantur.*
12 *Vsufructuarius tenetur ad expensas, & onera, quæ pro fructuum perceptione fiunt.*
13 *Pensionarius tenetur ad expensas litis, quæ tàm ipsum, quàm beneficiarium respiciunt.*
14 *Expensæ pro conseruandis, & percipiendis fructibus ex re dotali ad maritum spectant.*
15 *Maritus tenetur ad onera rerum dotalium.*
16 *Possessor tenetur ad impensas rei possessæ, quæ eius curam concernunt.*
17 *Expensæ pro tuenda, & recuperanda rē fideicō-misso subiecta, et legatis, ad legatorios, & fideicommissarium pertinent.*
nec refert quod gerat hæres negotium proprium. num. 18.
19 *Collectarum partitio, si inæqualiter fiat, datur appellatio ad reuocationem quoquè exactorum.*
20 *Pensionarius tenetur pro rata ad onera soluenda, nisi specialiter sit ab illis exemptus.*
21 *Colonus partiarius tenetur ad solutionem onerum pro parte fructuum, sicut Dominus de sua.*
22 *Beneficiarius retentionem habet pro oneribus, quæ soluit, ad pensionarium spectantibus.*
23 *Conciliatio tex. in l. ex parte. 40. ff. famil. hercisc. cum tex. in l qui aliena. 33. § fin. ff. de negot. gest. & n. 25.*
24 *Sumptus, qui fecit necessarios, aut probabiles in re communi, negotiorum gestorum actionem sortitur ad illos redibendos.*
26 *Negotium commune, expensis, vt agitetur cōmunibus, æquitatis ratio dictat.*
27 *Expensæ factæ pro communi castro rehabendo, pro rata ab alio resarciendæ sunt socio.*
28 *Pensione libera reseruata, est pensionarius exemptus ab omni onere.*
29 *Negotiorum gestorum actio datur ei, qui vtile negotium pro alio gessit, ad expensarum repetitionem.*
neque obstabit si pro se etiam egerit, si vtriusquè commodum respiciat negotium ipsum n. 30.
31 *Expensæ, quæ in necessariam defensionem conferuntur inter onera agnoscendæ haud sunt.*
32 *Onus non æstimatur, quod in leuamen, & lucrū confertur.*
33 *Hæreditas lucratiua causa dicitur, dummodo damnosa non sit.*
34 *Lucratiua causa dicitur, quæ lucrum habet admixtum, & si secundariò onus aliquod contineat.*
Merces onus minimè dicitur.
35 *Defensio inter onera non agnoscitur.*
potissimum si principaliter non accessoriè veniat num. 37.
36 *Lucrum dicitur quicquid ex voto, & ex sententia succedit.*
& quod in defensionem cedit litis motæ. num. 38.
39 *Non debet esse peioris conditionis diligens, quàm negligens.*
40 *Lucrum cum alterius iactura, vt quis referat, rationi reluctat.*
41 *Fauendum magis est ei, qui de damno vitando agit quàm qui de lucro cum alterius iactura captando.*

ARGVMENTVM.

Pensionarij, an contribuere teneantur ad litis expensas, quæ super beneficio vertitur, si litis palma commodum respiciat pensionariorū, sicuti & beneficiarij? & quomodo exaudiatur, pensionem debere esse liberam ab omni onere.

RESPONSIO. X.

Vacante Canonicatu Cymiliarchali per mortem Abbatis Floccari in Cathedrali Neapolitana, fuit ille per Illustrissimum Dominum Cardinalem Carafam, Archiepiscopum Neapolitanum, vigore indulti Apostolici, D. Fabritio Carafa collatus, reseruatis super fructibus non nullis pensionibus ad fauorem familiarium eiusdem Illustrissimi, & expeditæ Bullæ per Sedem Apostolicam cum clausula quatenus dictus Cymiliarchatus in Ecclesia Neap. prima dignitas non fuerit. Deinde dictus D. Fabritius canonicatui cessit ad fauorem Abbat. Ioan. Baptistæ Re-

à iure æquiparati. *vt Gloss. loquitur in §. ex maleficijs. 4. item mista est actio. in verbo. in iudicium. in fin. in addition. institution. de actionibus, quam notabilem apppellat Bald. in cap. 1. §. porrò. numero. 7. in fin. quæ sit prima caus. benefic. amittend. in vsibus feudorum. sequitur Gratian. forens. part. 2. cap. 215. numero. 33. regul. quæ à iure communi exorbitant. 28. de regul. iur. in 6 Rota apud* Card. *Seraph. dec. 555. n. 5. Farin. in fragm. p. 1 verb. extēsio n. 115. cū seq. et n. 122. Mādos. de priuil. ad instar. Gloss. 11. n. 4. Tiraq. de retract. lignagier. §. 1. Gloss. 14. num. 97.*

40 Quòd potissimùm Priuilegium (quod priuata lex dicitur. *cap. priuilegia. 3. distinct. Intrigliol. d. decis. 49. numero. 12.* Quia nimirùm priuile-
41 gium tunc est, quando aliquid Princeps contrà ius commune concedit. *Fernand. Vasquius*
42 *illustr. controuers. lib. 1. part. 2. cap. 3.*) Ita exaudiri oportet, vt nullum per eum præiudicium tertio inferatur. *cap. super eo. 15. de offic. delegat. vbi Gloss. verbo. intentionis. & ibid. Barbos. numero. 3. in collect. n. Gloss. 1. in fin. l. beneficium. 3. & Doctor. ibid. m. ff. de constitut. princip. l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. Rota in Pampilonen sepulturæ.* 10. *Nouembris 1610. coram Sanct. memor. Gregor. XV. Ludouisio. decis 383. numer. 2. quæ est etiam inter impressas in recent. part. 2. tom. 1. decis. 226. num. 1. idem Barbos. de clausulis. claus. 157. num. 2.*

43 Nusquam enim Princeps, ac præsertim Papa (& sine causa) id velle æstimatur, vt tertio præiudicium, ex priuilegio, quod alteri cōcedit, ingeneretur. *Marius Antonin. variarum resolution. libr. 2. resolut.* 105. *numer. 6.* vbi alios refert. *Beccius. consil.* 12. *numer.* 35. *volum. 1. Surd. cons 40. numero. 20. libr. 1. Menoch. lib. 2. præsumpt. 9. numer 5. & sequent. Marta de clausul. part. 1. clausul. 158. sub numer. 5. vers. hac claus.*
44 *Barbos. dict. clausul. 157. numero. 3.* Quinimò etiam si in rescripto hæc addatur clausula (*sine tertij præiudicio*) nil tamen ampliùs operabitur, cùm inserta semper exaudiatur. *Marta dict. num. 5. Barbos ibidem. num. 1. Rota apud Seraphin. decis. 398. num. 18.*

45 Adeò quidem, vt ex subreptione magis, quàm Principis voluntate priuilegium datum censeatur, per quod iuri detrahitur alterius; vnde obseruatione dignum minimè æstimabitur. *vt ex commun. Doctorum sententia in fin. cum Gloss. C. si contra ius, vel vtilit. public. sequitur Vasquius d. cap. 2. num 4. part. 2. lib. 1. ad text. in l. nec damnosa. 3. & l. rescripta. 7. C. de precib. Imperat. offerend.*

46 Neque possit priuilegium, quod apertè ex Principis voluntate contrà ius tertij concessum est, in longas philacterias, præter expressa, distendi, quin magis contrahi debeat. *ad tex. in cap. dudum. 31. in fin. vbi Gloss. verbo. nullatenus derogetur de decimis. & cap. dudum 31. de priuileg.*
47 *Melchior Phœbus. decis. Lusitan. 70. num. 5.* Atque præsè illud exaudiri; quatenus præsertim ius, ac præiudicium tertij complectitur. *Oldrad. cōs.* 206. *Roman. cons.* 108. *in fin. Abb. in cap. licet. nu. 2. de decimis. Rota in Valentina Decimarum. 28. Nouembris. 1603. coram Cardin. Lancellotto. apud Marchesan. par. 1. decis. 55. num 2. & 3. fol. mihi. 639. & est etiam in impressis tom 2. posthum. per Farinac. decis. 40. num. 3. Triuisan. decis. 65. num. 4. lib. 1.*

48 In his potissimùm, quæ maximi ponderis sunt, ac præiudicij. *vt Menoch. loquitur d. lib. 2. præsumpt. 9. sub num.* 18. & 19. vt in facto hoc nostro est.

47 Quā ob causam, licet planè priuilegia exaudiri debeant, vt aliquid vltrà ius cōmune operentur; dato tamen aliquo effectu, quem contra illud inferant; extendenda, ac dilatāda haud erunt ad effectus alios, ad quos concedentis mens minimè se porrexit. *vt Nauarrus docet cons. 22. concessit Sanctissimus. nu 3. lib. 5. de priuil.*

50 Quia profectò, & si priuilegia laxam recipiāt interpretationem aduersus concedentem. *Follet in praxi crimin. verbo. & admittantur excusatores. nu. 69. Triuisan. d. decis. 65. num* 1. *& seq.*

51 Haud tamen id admittitur in præiudicium iuris cōmunis, & iuris tertij. *Card. clem. 2. nu. 2. vers. si tamen de priuil. Vinc. de Franch. dec. 544. nu. 15. & 16. Gratian. forens. discept. p. 3. cap. 421. n. 41. & 51. Ottauian. Cacheran, cons. 9. n. 28. & seq. Vis. cont. ad d. dec. de Franch. 544. n. 15.*

52 Cùm alioqui priuilegia exaudiri debeant, vt æquitati conueniant. Quòd Principi placere
53 non debeat, nisi quod verùm est, ac iustū, *vt loquitur Menoch. d. præsumpt. 9. n. 3. & 4.*

54 Nihil autem tam iuri absonum, & æquitati aduersum, rectæque rationi repugnās esse, aut æstimari potest, quàm quòd patiatur in sua dioecesi Illustrissimus Episcopus Auersanus Buscianum, qui omnibus vti, ac frui valeat priuilegijs, & gratijs beneficiarijs, ac Clericis alijs concessis: Si verò in territorjo, ac dioecesi ipsius delinquerit, animaduertere minimè in eum possit delinquentem; sed remittere eum debeat nigris patribus coarguendum; qui nihil omninò curabunt, si delicta impunita abibunt, quæ in eorum propria iurisditione ad missā non fuere; in damnum Reipublicæ, & iurisdictionis, atquè Episcopalis dignitatis contēptū. Et insolescet hic vnus (vt qui assumptus aliàs delinquere, nec leuibus criminibus) atq; in ipsiusmet Episcopi caput machinabitur, & Illustrissimus Episcopus tacere cogetur, vt ne mutire quidem aduersus eum valeat, clypeo munitū exemptionis ab Episcopi iurisditione?

55 At non ist hæc mens est Sacro Sanctæ Tridentiæ Synodi, subditorum deprauatorum correptioni morum, Ecclesiasticarum præsertim personarum, insistentis, Spiritu sancto Deo sic edocente ad Ecclesiæ Sanctę reformationem.

Propterea nempè, cùm de morum reformatione ageret. *cap 3. sess. 6. & cap. 4. sess. 14.* in Spirito sancto legitimè congregata, illoquè docēte, decreuit, *cap. quidem;* 3. sequentibus verbis.

56 „ *Ecclesiarum prælati ad corrigendum subditorum*

rum

rum excessus, prudenter, ac diligenter intendant:
„ *Et nemo secularis Clericus, cuiuuis personalis,*
„ *vel Regularis extrà Monasterium degens, etiam*
„ *sui ordinis priuilegijs prætextu, tutus censeatur,*
„ *quò minus si deliquerit, ab ordinario loci, tamquā*
„ *super hoc à Sede Apostolica delegato, secundum*
„ *canonicas sanctiones visitari, puniri, ac corrigi*
valeat. hæc Sancta Synodus.

Si igitur nequè Regulares ipsi extra monasterium degentes, etiam sui ordinis priuilegijs prætextu, nec secularis Clericus, etiam prætextu personalis priuilegij, tutus redirur, si deliquerit, quin corrigi ab ordinario loci valeat; etiam tamquam Sedis Apostolicæ in hoc delegato; quo pacto equidem Buscianus effugiet, qui iurisdictioni triplici ex capite Illustrissimi Episcopi Auersani subiectus est, (vt supra animaduertimus) quin corrigi, & ipse valeat, & puniri; saltim vti à Sedis Apostolicæ Delegato; priuilegio nihil obsistente Innocentij Tertij Patribus tantò ante Concilium concesso?

57 Potissimùm, quod Sacra Congregatio Sacri Concilij interpretum consulta: An Milites Hierosolymitani cōprehendantur in decreto Concilij, etiam vbi de eis non fit expressa mētio? Respondit comprehendi, nisi specialiter priuilegijs post Concilium muniantur. *vt Barbosa refert. in eundem locum Concilij, & Cardinal. Bellarminus eod. loco, referens Pij V. declarationem, & in obseruationibus doctrinæ ibid. vers. item quæsitum fuit fol. mihi 53. Nauar. cons. 21. An Milites Sancti Ioannis lib. 3. de regularib. Ioan. Azor. institut. moral. par. 1. lib. 13. cap. 4. q. 3. Rodriq. quæst. regular. tom. 2. q. 2. art. 7. & q. 63. art. 7. vers. quinto inferitur & facit constitutio Gregor. XIII. in anno 1580 quam nos supra quoquè retulimus responsione nostra. 6. num. 13. & 15.* At non plusquam Milites Hierosolymi-
58 tani Buscianus. *Et cap. 4. sess. 14.* sic fatur, dispo-
„ nitquè Sancta Synodus: *Omnes Ecclesiarum*
„ *prælati, qui ad corrigendum subditorum excessus*
„ *diligenter intendere debent, & à quibus nullus*
„ *Clericus per huius Sanctæ Synodi statuta, cuius-*
„ *uis priuilegij prætextu, tutus censetur, quominus*
„ *iuxta canonicas sanctiones visitari, puniri, ac*
„ *corrigi possit; si in Ecclesijs suis residerint, quos-*
„ *cumquè seculares Clericos, qualitercumquè exē-*
„ *ptos, qui alias suæ iurisditioni subessent, de eorum*
„ *excessibus, & delictis quoties, & quādo opus fue-*
„ *rit, etiam extrà visitationem, tanquam ad hoc*
„ *Apostolicæ Sedis Delegati, corrigendi, & casti-*
„ *gand facultatem habeant, quibuscumq; exemp-*
„ *tionibus, declarationibus, consuetudinibus, senten-*
„ *tijs, iuramentis, concordijs, quæ tantùm suos obli-*
„ *gent authores, ipsis Clericis, ac eorum consangui-*
„ *neis, cappellanis, familiaribus, procuratoribus, &*
„ *alijs quibuslibet, ipsorum exemptorum contem-*
„ *platione, & intuitu, minimè suffragantibus.*

Dilucidius nihil omninò aliud desiderandū superest in hac re verbis prędictis Sacro Sanctæ Synodi, quibus facultas datur Ecclesiarum Prælatis suos subditos, qui aliàs suæ iurisditioni subessent, de eorum excessibus, criminibus, & delictis, corrigendi, etiam tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ Delegatis; priuilegijs quibuscumq; non obstantibus. Vt multò magis valeant illos corrigere, & castigare Clericos delinquentes, & criminis reos, qui actu ei, suæq; subiacent iurisditioni quàmuis aliàs ex alia causa exemptos. *& concinit tex. eiusdem Sacri Trid.* Concilij *sess. 24. cap. 11. de reformat.*

59 Arridetquè optimè cōstitutio Pij Papæ Quarti *sub die 13. Septembris 1560 De salute gregis Dominici. constitut. 10. tom. 2. in nouo Bullar. & apud Quarant. verbo residentia fol. 446. & 447.* Qua constitutione. *§. 5.* fauore residentium Episcoporū sequentibus decernit Pius Quartus: *Volumus* (inquiens) *tamquam à dicta Sede*
„ *Delegati, in quibuscumquè Ciuilibus, criminali-*
„ *bus, vel mistis causis contrà quoscunquè Clericos*
„ *seculares particulares; ac etiam extrà eorum mo-*
„ *nasteria seu regularia loca degentes Regulares,*
„ *quomodolibet exemptos, authoritate nostra proce-*
„ *dere, & causas ipsas cognoscere, finequè debito*
„ *terminare, ac quicquid terminauerint exequi, &*
„ *obseruari facere, ipsosquè exēptos pro tempore de-*
„ *linquentes, iuxta eorum excessus, & delicta pu-*
„ *nire, corrigere, & omnem iurisditionem in eos*
„ *exercere, omniaquè illa & singula in præmissis,*
„ *& circa ea quomodolibet necessaria, & opportu-*
„ *na, quæ nos met exercere, & exequi possemus, in*
„ *omnibus, & per omnia facere, exequi, liberè, &*
„ *licitè valeant, plenam, & liberam licentiam, ac*
„ *facultatem authoritate, & tenore prædictis con-*
„ *cedimus, & indulgemus. &c. & sequitur Gonzal. ad 8. regul. cancellar. Gloss. 41. num. 6.*

60 Non valebit igitur iurisdictionem effugere Illustrissimi Episcopi Auersanen, eiusquè animaduersionē Buscianus; quòd Clipeo se tueatur exemptionis per nigros Patres. Cùm sit ipse etiam subiectus eidem Illustrissimo pluribus ex causis, vt supra perpendimus, ac præsertim patrati criminis ergò, vt si non valeat, vti ordinarius eum suæ subijcere iurisdictioni, (quod tamen haud admittimus) valeat tamen vti Sedis Apostolicæ delegatus, ratione patrati criminis; vt nullo possit priuilegij exemptionis tutamine se tueri, vt in superioribus diximus paulò antè ex Sacri Concilij, atquè Pij Quarti Constitutione. ad quod fa ir. *dictum cons. Nauarr. 12. de regular. num. 4.* Cùm nemo sit exemptus à iurisdictione Papæ. *& sequitur Rodriq. d. quæst. 2. art. 7.*

61 Ast, cùm inter causas, quæ forum dant, patrati criminis causa potissima sit, vt etiam, non aliàs subiectum, iurisdictioni addicat iudicis loci, in quo quis deliquit. *l. 1. C. de iurisdict. omn. iudic. auth. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet ibid.* Bald. *cap. 1. de priuileg. in 6. Abb. c. fin num. 11. & Felin. num. 6. de foro compet. plenè* Clar. *§. fin. quæst. 38. num. 1. cum seq. vbi etiam plenè* Baiard. *Cacheran. d. cons. 9. num. 33. & sequent. Bellencinus. de charitatiuo subsidio. quæst. 91. num 3. vol. 15. tract. fol. 304. Vincent. de Franch. decis. 37. num. 1. Stephan. Ranchin. ad Guidon. Papa decis. 202. Anton. Faber. in suo C. lib. 3. tit. 14. vb*

de crimin.agi oporteat.diffinit. 2. Marius Antonin. variar.lib.3. resolut.4.num.3.& resolut.36. nu 4. Farinac.de inquisit.q.7.num.1.& seq. Reuerendissimus Episcopus Vici Riccius variar. resol. & prax. part.2.resolut.88.vbi plura cumulat, & nos supra. num. 33.

Multò magis vtiquè iurisdictioni addictus erit Buscianus Episcopi Auersanen. cui,ne patrati criminis causa dumtaxat, sed & originis, ac beneficij, ac demum bonorum suppositus

62 est;vt cesset proinde exemptionis priuilegiū, vt nec nominari quidem valeat,*vt ex Riminald Ioan. Maria. conf 463.num.6.cum seq. vol.2.sequitur Marius Antonin. d.resolut 4.sub num. 3. in fin. Faber.d.tit 14.C.vbi de crimin.agi oport.diffinit.1. num.4. Baiard.d.q.38.num.3.*

63 Et planè diuersum non minimi est; subditū esse,atq; forum sortiri. Namquè cùm hoc patrati facinoris ergo accidat; illud ex præenarratis causis,& originis,& domicilij,ac beneficiorum,& bonorum euenit, *Gloss. in clem. vnica, §. eisdem etiam. verbo. subditos.in fin. de foro compet.Couar.pract resolut.d.cap.11.num.3. Zerola in praxi par.1.verbo.remissio.§.1. vers.hic accidit. Francisc.Marchus.decis.179.par.2.nu.1. & 2. Anton. Faber.d.tit.14.C.vbi de crimin.agi oport. diffinit. 1. Gaillus pract.observat lib.2. observat.37 nu. 15. Gratian.forens par.3.cap.431.nu.15. Ranchin. ad Guidon.Pap.d.decis.202. Riccius d. resolut. 88. num.2.par.2 Intrigliol.d.decis.49.num.7.*

At Buscianus, nedùm forum patrati criminis ergo sortitur;verùm,& subditus est, vt dif-

64 ficilius triplex funiculus dirumpatur *Ecclesiastes.4.num 12.cap 1.§. & quoniam. de tregua. & pace.* Iureq; meritissimo ab Illustrissimo Episcopo cognosci,atquè puniri, valeat. Quòd in-

65 tersit non minimi Reipublicæ, ad aliorum exemplum, in loco patrati criminis delinquentes puniri. *vt sequitur Duegna d. regul.378. in 1.limit.vers.ratio potest esse. Couar.d. cap.11.nu.6. circa fin.ante vers.quamobrem. facit tex in cap. inter solicitudines. 10. §. ipsum igitur.de purgat. canon.tex.in clement. 1. vbi apostilla ad illum locum. in fin de offic.ordin Salicet.in auth. si verò.C.ad leg. Iul. de adulter.l.capitalium. 28.§ famosos. ff. de pœnis.§.si verò quis comprehensorū in auth. vt nulli iudic.cap.2.collat.9.& §. hæc considerantes. cap. 1.in auth. vt omnes obediant Iudic. prouinc.collat. 5.plenè Peguera d. decis.65.num.2.3.4.& sequent. Baiard. ad Clar.d.quæst 38.num.65.*

66 Neque permagni refert,quòd obijciunt Patres; ipsos priores fuisse in capiendo Buscianum, vt ad ipsos proinde animaduersio in illum spectare debeat.

67 Cùm,quòd (vt diximus) id locum haud habet aduersus Episcopi ordinarij iurisdictionem ex Sacri Trident. Concilij decretis, ex quibus ad ordinarium cognitio spectat patratorum criminum clericorum, qui alias suæ subessent iurisdictioni exemptione cessante, saltim tanquam Sedis Apostolicæ delegatum.

68 Tùm quòd cessat priuilegium in hoc facti genere, quod in casu simplici loquitur (vt in superioribus ostendimus) in his, scilicet, qui sunt Monachorum iurisdictioni subiecti, si alias extrà locum deliquerint exemptum; vt ad hoc qualificatum,& contra ius tertij,extendi minimè debeat. Cùm sit Buscianus non eò dumta-

69 xat,quòd deliquit,de foro Episcopi Auersani, sed,& quòd originarius,& beneficiarius,atquè larem,patrimonium, & bona possideat omnia in Terra Caiuani Auersanen Diœcesis; *Card. d.Clem. 2 num.3.vers.si tamen. de priuileg. Nauar. de Indulgenz. not. 28.n.10.* & nos supra diximus.

70 Quemadmodum contrà; Qualificato facto prohibito, non ex hoc tamen simplex factum vetitum censetur. Vnde est, quòd prohibitus extrà territoriū ius dicere, vel feriatis diebus, vel in æde sacra. Ius vniuersim dicere prohibitus minimè censetur. *l fin.ff.de iurisd.omn. iudic.cap.fin.de fer.cap.2.de constitut. in 6. & cap. decet. 2. de immunit.Eccles.in 6.*

71 Vbi verò dispositio,vel priuilegium,siuè lex aliquid exposcit certa vestitum qualitate; simplex illud si adsit, haud satisfacit. *cap. licet causam.9. de probat. Gloss. in can. notificasti. 2. verbo. eum omni.33 q.5. Nauar. de oration. & horis canonic.cap.20. num.27. paulò antè vers. post resolut. & cap.21.num.40.*

72 Quia nimirùm qualitas dictorum in aliqua dispositione, si adaptari minimè potest, nec dispositio ipsa congruit. *l. 4. §. prætor ait. ff. de damno infecto. Rota in Sutrina Monasterij. 1598. coram Orano. decis.126.num.3.post primum volum. cons. Farinac.*

73 Tùm præterea, quòd licet, quidem occupasse, siuè præuenisse ille dicatur iudex,qui primò reum apprehendit. *Anton. Faber d. lib.3. tit. 14.C.vbi de crimine agi oport.diffinit. 3. Farinac. d. q.7.num.53. Marius Antonin. variar.lib.3.resolut. 38.num.5.*

74 Id tamen haud locum sibi facit, si in fraudem accidat Iudicis, qui præuenerat,vel citando,vel etiam festinando,vt apprehenderet. *secundum Carauit. ritu.269.num.15. & sequitur Petra in addition.ad Grammatic.decis.26.num.11.*

75 Nec equidem prodesse vllo potest modo, quod affectatum est, & in fraudem molitum. *l. 2. ff. si quis cautionib. l. 3. §. subueniatur. ff. ad Senatus Consult. Syllan. Alexand. Raudens. variar. resolut.cap.17.nu.36.*

76 Ait verò occupasse, ac præuenisse ille iudex dicitur, apud quem deferente offenso, crimi-

77 nis querimonia primò peruenit; quiuè in informando processum prior præoccupauit. *de Franchis d decis 37.num.3.*

78 Siuè,qui, ad iudicium vocando reum,præ-

79 maturus fuit. Quoniam perpetuatur citatione iurisdictio, quamuis exequuta illa adhuc minimè fuerit. *Gloss. in cap. quamuis.6. de offic. delegat. in 6. vbi Dominic. tex. in cap. gratum. 20. de offic.delegat.extrà. Gloss. in cap. ex parte. 30.de verborum significat.verbo.litis contestatio. Caroccius decis.79.num.12. 16.& 21. Cappella Tholosan.dec. 341. vbi Aufrer. addeus.Guido Papa. d. dec. 202. num.4.*

num. 4. Zevola d. verbo remissio. §. 1. vers. hic accidit. Minsynger. centur. 4. obseruat. 26. num. 3. Afflict. decis. 219. num. 3. Vincent. de Franch. decis. 722. num. 8. par. 4.

Praenentionem itaq; obtundere haud possunt Patres, vt iurisditionem praepediant Episcopi Auersani in Buscianum animaduertendi, quòd ipsi incapiendo illum praeuenerint, cùm neq; priuilegium locum in hoc habeat, nequè praematura arrestatio, quòd in fraudem fuerit, quatenus subsisteret priuilegiū, operari quicquam possit; vt cessare proindè eos ab inceptis oporteat.

Vt ex his, Aristarchi iudicio, virgaeq; subiectis, respondendum censui.

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Vic. Generalis Auersanus.

Non acquieuere patres, sed recursum habuerunt ad illustrissimum A. C. à quo inhibitio emanauit, & introducta causa coram eo; moderatus fuit inhibitionem suam, quòd in prima
89 instantia, causa ab Ordinario auocari minimè potuisset, ex Sacri Trident. Concil. dispositione cap. causae omnes. 20. sess. 24. de reformat. Verùm, vt nos à Patrum molestijs expediremus, dato supplici libello in Sacra Congregatione Sacri Concilij interpretum pro nobis illa partibus auditis respondit de mense Augusti 1622.

Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini.

CVm Vincentius Buscianus Presbyter Auersanen Dioecesis nonnulla delicta in dicta Dioecesi, & loco non exempto commisisset, Ordinarius Auersanen cepit agere contrà illum.

Abbas verò Monasterij S. Laurētij Auersan. Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cassinen se opposuit, praetextu, quòd dictus Vincētius sit Rector Parochialis Ecclesiae Sātae Mariae de Casolla Velanzana iurisdictionis dicti Monasterij, praetendens Ordinarium non posse agere contrà dictum Vincentiū, obstante priuilegio eis concesso à Sanctae mem. Innocentio Tertio, & concordiae inter Ordinarium, & Abbatem initae in anno 1311. Vnde supplicatur, vt declaretur.

An dictus Parochus pro delicto extrà locum exemptum commisso ab Episcopo Auersano carcerari, & puniri possit?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, partibus auditis, censuit posse.

R. Cardinalis Vbaldinus.

Loco † sigilli.

SVMMARIVM.

1. *Facti variata narratione, varia quoq; iuris succedit dispositio.*
2. *Facti narratione variata, difficilè est certam iuris responsionem ferre.*
3. *Praecedendi honor antiquiori debetur Canonico.*
4. *Praelationes, & praecedentiae fructus possessionis sunt, & dantur primo possessori, etiam si per vnius momenti tempus possessio praecedat.*
   limitasi impedimētū quis dederit, vt aliter priùs acciperet. n. 69.
5. *Cessante causa, eiusdem quoquè effectus cessat, à qua pendet.*
6. *Legis ratione cessante, dispositio quoquè eius corruit.*
7. *Antecedente disiecto, consequens quoq; pari ratione destruitur.*
8. *Causa cùm ad non iustam redit causam, ad non causam deducitur.*
9. *Commodum, vt is ferat, qui pondus portauit, rationi consentaneum est.*
10. *Honorem ferre debet, qui onus sustinuit.*
11. *Cassante causa Priuilegij, & ipsum quoq; corruit Priuilegium.*
12. *Fructus à radice degenerare haud debent, sed e i correspondere.*
13. *Nullum quod est, & vitiosum, nullum, vel vitiosum producit effectum.*
14. *Possessio violenta, & turbatiua aestimanda haud est.*
    Imo vti attentata sequestranda erit. n. 15.
16. *Praecedentiam fouet, bullarum exequutoribus praesentatio facta.*
17. *Bullarum Apostolicarum executoribus facta praesentatio, magis operatur quòad praecedentiam, quàm earundem data.*
18. *Bullarum praesentatione Collatoris manus ligantur.*
19. *Ius quaeritur per solam collationem, etiam possessione non adhuc adepta. & n. 32.*
20. *Prauentio, inter plures contendentes, magis operatur.*
21. *Ius primò quaesitum, per Priuilegiū alteri postmodum concessum, non vitiatur.*
22. *Gratia qualibet exauditur absquè tertij praiudicio.*
    Quibuscunq; verbis vtatur Princeps, nisi expressè iuri quaesito deroget. 23.
24. *Regula de non tollendo iure quaesito, conditionē importat.*
25. *Iuris quaesiti nomine quid importetur.*
26. *Dictio (Quomodolibet) quid denotet, & importet.*
27. *Executoris Apostolici manuū appositione, cuiuscumq; alterius manus ligantur.*
    Vt etiam ad ignorantes extendatur. nu. 28.
    & quicquid in contrarium fit, vti innouatum, in irritum reducendum sit. nu. 29.
    etiam si ad actum possessionis deuentum fuisset. n 30.

31 *Ius*

RESPONSIO. IX.

1 Diſcuſſa licet pluries quæſtio videatur, & in Rotis poſſeſſoribus palma conceſſa. Quia tamen ex facti varia diſpoſitione, iuris quoquè diuerſimoda ſuccedit deciſio. *l. ſi ex plagis. 53. §. in cliuo. ff. ad leg.*
„ *Aquil. l. in fundo. 39. ibi: Bonus Iudex variè*
„ *ex perſonis, cauſiſquè conſtituet. ff. de reiuindic. l. Neſennius. 36. ibi:* Reſpondi, *hæc diſceptatio in*
„ *factum conſiſtit. ff. de negot. geſtis. Roland. à Valle conſ. 23. in princ. lib. 3. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 24. num. 1. & deciſ. 50. num. 4. Marc. Ant. de Amat. deciſ. 75. num. 26. Gratian. deciſ. 7. in princ.*

2 Ac proinde facti ſuppoſito variato, certam, determinatamquè difficilè factu ſit ferri reſponſionem *ad tex. in l. precibus. 8. C. de impuber. & alijs ſubſtitut. l. vt reſponſum congruum. 15. C. de tranſact. Boer. deciſ. 44. num. 6. circa med. Card. Mantica de coniectur. lib. 4. tit. 5. num. 26. & 27. optimè Nauar. conſ. vnico de apoſtat. num. 2. lib. 5. Rota apud eund. Mantic. deciſ. 292. nu. 6. in fin.*

Variato in præſenti facto ſuppoſito, non mirum vtiquè ſi varia quoquè iuris diſpoſitio quæratur, atq; diuerſimoda à deciſis ſententia deſideretur.

Vnde nec erit, quòd de præoccupata poſſeſſione ſe iactet aduerſarius; cùm illa in præiudicium iurium Reuiglionis inſurgere nullo valeat modo, ni mea me fallit opinio. Quòd ex ſequentibus oſtendere conabor.

Duo verò ſunt, quæ aduerſam contra nos ſententiam ſectantes, pro ſe plurimum extollunt.

3 Primùm, quòd honor præcedentiæ antiquiori debetur Canonico, ꝑpter maiora exantlata onera, atq; frequentiora, quæ præſtitit ſeruitia. *ad tex. in l. 2. in fin. ibi: Vt is gradu cæteros antecedat, quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire. C. de offic. magiſtri officiorum, & ſequitur gloſ. in cap. de multa. 28. verbo litteratas. de præbend. extrà. tex. in cap. miramur. in fin. 61. diſt. gloſ. in cap. fin. in verbo antiquiores. de conſuetud. lib. 6. Reuerendiſſimus Episcop. Genuenſ. in ſua praxi. cap. 64. de proceſſionib. num. 8. Gratian. in ſuis nouis addit. ad deciſ. 16. Rotæ Marchiæ. num. 1. cum ſeq. Gonzal. ad 8. regul. Cancellar. in præem. §. 3. num. 25. cum ſeq. Riccius in praxi præcedentiar. deciſ. 480. num. 4. in 1. impreſſ. & reſolut. 555 in impreſſ. maiori. Auguſtin. Barboſ. de offic. & poteſtat. Epiſc. par. 3. allegat. 78. num. 33 nouiſſimè meritiſſimus Regens, & Marchio Fuluius Conſtantius in tres libros C. tit. de conſulib. l. 1. lib. 12. n. 22. & 23.*

4 Alterum, quòd præheminentiæ, & prælationes huiuſmodi, fructus ſunt poſſeſſionis, vt nõ mirum ſi poſſidentibus dentur, quibus loci fructus reſeruantur. *Gratian. d. deciſ. 16. in addit. num. 5. Gonzal. d. §. 3. no. 27.* etiam per vnius puncti, vel momenti, nedùm vnius horæ, vel diei poſſeſſionis præoccupationem. *vt inquit Barboſ. d. allegat. 78. num. 33. in fin. Ricius in praxi. par. 2. reſolut. 103. idem Gratian. forenſ. par. 5. cap. 940. n. 6. & n. 26.*

Verùm horum nullum contra nos eſt.

5 Nõ primũ. Quia ſi ceſsãte cauſa, effectus, à qua depẽdet, decidat oportet. *Diuus Thom. in 1. par. q. 2. art. 3. in corpore. in ſecũda via. cap. cum ceſſãte. 60. de appellationib. cap. magnæ. 7. in fin. de voto. cap. & ſi Chriſtus. 26. cum gloſ. de iureiurãdo. l. generaliter. 41. C. de Epiſc. & cleric. l. ſi pater 3. C. de hæredib. inſtituend. l. adigere. 6. §. quamuis*
6 *ff. de iure patronat.* Ac legis ratione ceſſante, eius quoquè diſpoſitio in caſſum abit *l. quod dictum. 33. ff. de pact. Barboſ. in locis communib. littera. L. num. 14.* Cùm dentur propter maiora exantlata onera, atquè præſtita ſeruitia, præcedentiarum prærogatiuæ: Nullaquè ſubiuerit onera, nullauè ſeruitia, præmaturus hic noſter poſſeſſor, præſtiterit: nulla vtiquè debebitur ei
7 prælatio. *arg. tex.* (vt Paulus Iurecõſ. loquitur)
„ *in d. l. quod dictum in fin. Igitur ſi mandati actio*
„ *nulla ſit* (inquiens) *dicendum eſt non prodeſſe*
„ *exceptionem fideiuſſori. ff. de pact.* Et cauſa, cùm
8 ad non iuſtam redit cauſam, ad non cauſam reducitur. *vt eſt tex. in l. 1. in fin. cum l. ſeq. ff. de cõdition. ſine cauſa. Andreas de Iſer. in rubrica quæ ſint regalia in vſib. feudor. n. 5.*

9 At rationi admodum conſentaneum eſt, vt is ferat commodum, qui pondus portauit. *reg. qui ſentit. 55. de regul. iur. in 6. gloſ. in cap. 1. de ſepultur. verbo conſolationum. Clem. 1. de cenſib.*
10 Atquè is in honore ſubſtituatur, qui exantlauit onus. *tex. in cap. aduerſus. 7. in finalib. verbis. de Immunit. Eccleſ.* Nullum verò pondus reuexit Canonicus Carlucius. Vllum nec igitur referet emolumentum.

11 Quoniam ceſſante cauſa priuilegij, & ipſum quoquè cadat priuilegium, vſus eſt *cap. ſugeſtum. 9. de decimis gloſ. in d. cap. & ſi Chriſtus 26. verbo. ceſſante cauſa. circa fin de iureiurando.*

Non eſt item contra nos ſecundum, quod
12 magis vrgere videbatur. Ne à radice fructus degenerent, & vitioſa ex arbore boni carpantur fructus, contra Domini ſententiam *Matthæi. 7.*

13 Nec enim vitioſæ poſſeſſionis radix, præheminentiæ, atquè prælationis hos fructus, qui verè poſſidentibus dantur, parere potis fuit. *arg. tex. notab. ad rem in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic.* Ibi enim (inquit Vlpianus) ſi aliqua ratione ſententia nullius momenti ſit, dicendũ eſt condemnationis verbum non tenere, *& eſt tex. in cap. illud. 8. de iure Patronat. optimus tex. ad rem in l. non dubium. 5. C. de legib.*

14 Et quidem violenta, & turbatiua poſſeſſio poſt habenda ſemper eſt. *Rota apud Illuſtriſſimum Seraph. deciſ. 964. num. 6.* Nec ſuffragari

poteſt

potest priuatiuè ad alium , non data acquiescientia *idem Seraph.decis.637.nu.5.*

15 Quinimò vti attentata sequestranda erit. *Rota in recentior.per Farinac.par. 2. tom. 1. decis.185.num.5.* Huiusmodi autem possessio est Carlucij;non igitur sustinenda in præiudiciū Reuiglonis.

Verùm enim verò, vt quæ pro nostra sententia sunt, solidemus,valentioraquè efficiamus,
16 supponendum puto,

Præsentationem bullarum , quæ executoribus fit,vel etiam ordinariis , non minimi præcedentiam ad astruendam operari, *vt est aperta reg. Cācellariæ Apostolicæ in fin.16.in ordine tùm Gregor. XIII. tùm Clemen.VIII.tùm etiā Pauli V.* vbi ita loquitur Sum.Pontifex. *In reli-*
„ *quis verò singuli, qui priùs Apostolicas desuper*
„ *litteras executoribus præsentauerint, alijs in*
„ *ipsorum, de quibus agi contingerit , beneficiorum assecutione præferātur.V bi Mandos. latè,præsertim q.47.num. 2. Alfons. Glossator.ac nouissimus etiam Ioannes à Cocchier.n.19.*

17 Ideoq; nec iniuria tēpus hoc præsentationis à iure cōmuni longè magis attenditur ipsa data litterarū *tex.cap.dilectus. 27. vbi glos. in verbo. receperunt. de præbend.extra tex.cum glos. in verbo. receptionem. in cap. audita. 4. de restitut. spoliat.tex.in cap.duobus.14.in.2.responso. de rescript.in 6.Rota decis.5.aliàs 100. de præbend. in nouis.* Præsertim verò si præsentatio facta fuerit eis,ad quos spectat Canonicorū receptio , *secundum intellectum d.tex. cap. duobus. 14 vt aduertit.additionator.ad dictam decis. Rotæ 5. de præbend.in nouis.& videndus ad rem Mandos.d. q 47.num.2.& Alfons. Glossator. d.reg.15.num.* 18.

18 Quippè quòd, per litterarum præsentationem collatoris manus colligantur, vt nè innouare alioquid possit in præiudicium præsentantis.*cap.proposuit.4. secundum summarium Abbat.de concess. præbend. cap.si capitulo. 5. eod. tit. lib.6.glos.in d.cap.si dilectus.27.verbo receperunt de præben.Geminian.cons.44.Mandos. cons. 51.num.8.Oldrad.cons.136. quod ex productis. n. 2.in fin.*

Cùm itaquè , primò suas presentauerit bullas Reuiglionis , & fuerit proinde ei primitiùs
19 Ius quæsitum,quod per solam collationem.siuè prouisionem , etiam ante adeptam possessionem,quæritur.*tex.in cap.gratia.7.de rescript. & cap.si tibi absenti. 17. de præbend.lib.6.Abb.in Thesauro decisorio verbo.ius acquiritur.in beneficio,& Miles in repertorio. eod. verbo.ius acquiritur fol.mihi 231.Oltrad.d.cons.136. num. 5. in fin.Rebuff.in praxi par. 2. tit. de publicand. resignat.regul.18.num.8.Couar.lib.3. variar. resolut.cap.16.num.1.& 2.Paris.de resignat.benefic. lib.10.q.6.n.2.& seq.Gonzal.ad reg.Cancel.glos. 12.n.45.46.& 47.*

Non vtiq; potuit quisquam iuribus ei iam quæsitis præiudicium inferre.

20 Pluribus enim prætendentibus se ius habere ad aliquid; præueniens præferri debet præuē-to.iuxta regulam,quam fundat. *Calderin.cons. 14.num.1.de rescript. per tex. in id apertos in l. cùm quadam puella.19.ff.iurisdit. omnium iudic. tex.in cap.capitulum Sanctæ Crucis.30. cum sua glos.verbo prius.de rescriptis. tex. in cap. proposuisti.19.de foro competent.& cap.vt debitus.59. de appellat.*

Quamobrem Gratia per ordinarium Carluççio Collata ; Reuiglonis iuribus piudicare
21 minimè potuit . Quia ius vni quæsitum, per priuilegiū postea concessum alteri ; non vitiatur . *vt loquitur Calderin.eod.cons.14.num.1.in fin.*

22 Nimirùm,quod gratia qualibet à Pontifice elargita , exauditur,vt ne per eam tertio præiudicetur.*tex.in cap.quamuis.8.in fin.ibi : Cùm*
„ *talis restitutio(vbi aliud non exprimitur) intel-*
„ *ligatur fieri sine iuris præiudicio alieni.de rescrip. in 6. & sequitur glos. in cap. tibi qui 12. verbo proximè in fin. eod.tit. & lib.*& dūmodò ius alteri quæsitum non tollatur *post tex.in l. nec Auus.4.ibi nec in cuiusquam iniuriam C.de emācipation.liber. tex. in l.1.§.si quis à Principe ibi;*
„ *vt cum incōmodo alicuius id fiat.ff.ne quid in loco publico.d cap.quamuis 8. in fin. & cap.si propter tua. 10. de rescript. in 6. est reg. Cancellar. 17. Pauli.5.de non tollendo ius quæsitum*,sic loquēs
„ *Quod deincept per quamcumquè signaturam, seù*
„ *cōcessionem pro cōmissionibus huiusmodi per Sāctitatem suam,vel de eius mandato faciendam, nulli sibi ius quæsitum quomodolibet tollatur Alfons. Glossator in antiquis ibid. Gratian.forēs. par 3 cap.588.n.6.Rot.in recentior.par.2.tom. 1. decis.226.n.1.*

23 Quibuscumquè verbis , & clausulis vtatur Pontifex nisi expressè deroget regulæ. *Rota apud Seraph.decis.1082. num 6. & post Alfons. Glossatorem,nouissimus Ioan.à Cocchier.ad d.reg.*
24 *17.num. 23.* Cùm hæc clausula conditionem importet,ita vt inanis,& vacua gratia euadat,si concessionis eius tempore,ius alteri quæsitum inueniatur,sinè in re,siuè etiam ad rem . *Felin. in cap.super litteris 20.in 5. reg.num. 11. de rescriptis.Mandos.ad d.reg.17. q. 2. nu. 4. Cocchier ibid num. 6.& 7. & ante eum Rebuff. in praxi. par.1.in forma,& declaratione nouæ prouisionis verbo.Dummodò tempore datæ.nu. 5. Rota apud Caualer.in Romana domus de Cardellis 1. Decēbris.1617.decis.446. num. 4 & 5. & notat Beltramin.ad decis.Ludouis.332.num. 6. vers. in his terminis.Marta de claũsul.par.1. clausu.158. sinè præiudic.n.7.Barbos.claus.157.n.9.*

25 Iuris verò quæsiti nomine(vt puta generico & lato)omue, & quodcumquè ius venit super quibuscumquè,quomodocumq; & quacumq; occasione , siuè sit ius in re , siuè ad rem . vt loquitur *Mandos.d.reg.17.q. 1. num. 1. Crescent. decis.7.de iure patronat.nu.2.facit Rota par.1.diuers.decis.364. num. 2.* Attenta potissimùm dictione illa quomodolibet, per quam comprehēditur ius qualecumquè , & cuiuscūque generis, siuè directè , ac etiam impropriè sumptū. *iuxta glos.in Clem.1.§.statuimus. verbo*

la.quomodolibet.de statu Monachor. Rota apud
Seraph. d.decis. 1082. *num.* 2.*Cocchier. ad d.reg.*
17 *num.*7.Eriam quantumcumquè minimum
*Rota d.decis.*364.*nu.*1.*par.*1.*diuers. Barbos.dict.*
370.*per tot.ac num.*6.*&* 7. *Mandos. in Gloss.fa-*
cultat.§.& in ipsa.verbo quomodolibet.fol. 288.
*& §.ac tam eod.verbo.fol.*309.

Quis nunc(quęsòte)inficias ire poterit, præ-
iudicium Reuigliono nullũ in iure sibi quæsito
ex præoccupata aduersarij possessione gene-
rari potuisse?

Vel enim ordinarii voluntate præoccupasse
Carluccium possessionem immaturo tempore
& instante iam prima noctis hora, eademquè
ipsamet die mortis Venetiæ prædecessoris Ca-
nonici, & cadauere nec dum sepulturæ man-
dato,*cõtra tex.in cap.bonæ 36.de elect.* ne locus
sequenti die Sabbati superesset eius aduersa-
27 rio, asseuerauerimus. Et cùm ligatæ fuerint
cuiuscumq; alterius, Pontificii executoris ap-
positis manibus. *vt est tex. in cap. exequutor.*
28 4.*in fin.de concess.præbend.lib.*6. Decreto ab eo
lato,quod ita afficit,vt ignorantes quoq; com-
prehendat. *tex.in cap.si postquam.*13.*de præbẽd.*
in 6.tex.in Clemen.vnic. de concess.præbend. vbiq;
etiam glos.verbo.attentari.tex.in cap.tibi qui 12.
vbi Franc. num. 4 *& ibi etiam Glosell. Fonta-*
nella.in verbo decretum de rescriptis in 6.ibidẽq;
*Ioan.Monach.nu.*2. *vbi etiam Probus num.*1. *&*
seq.
29 Nihil vtiquè innouari potuit ad præiudicã-
dum iuribus Reuigliono quæsitis,quin innoua-
tum, vti attentatum decidat, atquè deficiat.
tex.in cap.executor.4.in finali b.verbis de concess.
præbend.ex reg.attentatorum.in cap non solum.
30 7. *de appellat. lib.* 6. Ipsaquè possessio quoad
præheminentiã quoq; proruat, prouoluaturq;
tex. in cap.proposuit.4 de concess.præbend. extrà,
& in cap.illa deuotio.2.ne Sede vacante,cap cùm
dilectus.28.circa fin. vbi glos. verbo præsentare.
extrà de iure patronat.Lapus allegat. 16. *num.*2.
circa fin.vbi Mandos litt.E plenè Ioan. Baptista
*Ferret.cons.*188.*n.*2.*& seq.& n.*15.

Vel verò suo ductu, & voluntate præoccu-
passe aduersarium possessionem concesserimus.
Et hoc in præiudicium tertio quæsitorum iu-
31 rium fieri cùm minimè potuerit; vt quod ex-
„ ceptum semper esse debeat ius tertii. Nã quo-
„ ties aliquid in publico fieri permittitur, ita
oportet permitti,vt sine iniuria cuiusquã fiat.
*vt loquitur Vlpian.in d.l.*2.*§.meritò.ff.ne quid in*
loco publico. Ne nobis ius quæsitum sine facto
nostro,& inuitis nobis abstrahatur *l.id quod no-*
*strum.*11.*ff.de regul.iuris.*

Et nec ita,modo aliquo possessionem præ-
dictam Reuigliono officere,illo primitùs non
citato,permiserimus.

32 Enim,enimverò, cùm per solam collationẽ
& acceptionem,multoq; magis per bullarum
expeditionem ius Reuigliono quæsitum fuerit,
vt nulla proinde traditio, vel quasi in benefi-
cialibus perquiratur, vt ius beneficiato quæ-
ratur,sed acceptatio ipsa vna sufficiat. *tex.in*
*cap si tibi absenti.*17.*& cap. penult. vbi glos. fin.*
cum alijs supra relatis.de præbend.in 6.

Nequè ius illud conditionale, sed purum
dicatur. *Mohedan.d.decis.* 33.*de præbend.num* 1.
33 *&* 2.Quòd in beneficialibus non sanè posses-
sio, sed facta attendatur institutio, & collatio
ad tex in reg.beneficium 1.de regul.iur.in 6. Ro-
ta par.3 diuersor.lib.3.decis 678. *num.* 3. Vt per
34 solam collationem ius in re acquiratur; præ-
feraturq; proinde institutus in beneficio,licet
non capiatur possessio; consumataquè propte-
35 rea vacatio dicatur per solam Papæ prouisio-
nem,etiam possessione non adhuc capta. *Rota*
*decis.*24.*de præbend.in antiquis, & sequitur. Go-*
*mesius in regula de triennali q.*30.*col.*2.*littera.E.*
*vers.si tamen prouisus.Couar.d cap.*16.*nu.* 2.*Ro-*
ta in Vercellen. Canonicatus coram Coccino
Decano.in recentior.per Farinac.*par.*2.*tom.*1.*de-*
36 *cis.*498.*num.*1.*in fin.* Vnde, si diem claudere
cõtingat extremum, qui beneficium obtinuit,
dùm è Romana Curia litteris expeditis ad
possessionem deproperat nanciscendam; be-
neficium ipsum(iuris quæsiti ratione,nedùm
ad rem,verùm etiam,& in re. *iusta tradita per*
*Bellamer decis.*358.*num* 4.) per obitum vacare
dicetur.*post* Rebuff.*cons.*48.*num.*1.*Ioan.Azor.*
*institut moral par.*2 *lib.*7.*cap.*23.*q.*3 *Gonzal.ad*
*d.regul.*8 *gloss.*15.*§.* 1. *nu.* 33. *Garsias de benefic.*
*tom.*1.*par.*4. *cap.* 2. *num.* 1. *&* 2.*Regens Carolus*
Tapia longè post hæc scripta prælo pressus decis.
Supremi Italiæ Senatus. 18 *nu.*8.*&* 9. Vt con-
sumpta etiam dicatur reseruatio per vacatio-
nem in Curia *Rota decis.*24.*num.* 2. *de præbend.*
38 *in antiquis.*Quia acceptatio litteris expeditis
tribuit plenum ius. *Caputaquens.decis.*175.*nu.*
3.*par.*2.*Ioan.à* Cocchier. *ad d. regul.* 16 *siuè* 17.
*num.*13.*&* 14.*fol.*197.*ex tex.in d.cap. fin. de cõ-*
cess.præbend. in 6.Vnde(sac propria authorita-
te possessionem ingrediatur prouisus) haud
propterea intrusus dicitur. Quia canonicum
habet ius, & titulum ex bullis, vt secundum
magis receptam sententiam testatur, *Paris.de*
*resignat.benefic.d.lib.*10.*q.*6.*nu.* 30. *& sequitur*
Azor.d.cap 23.*q.*3.*in princ.& disputat.plenè Co-*
uar. d. cap. 16. *num.* 6. *vers.secunda igitur huius*
*capitis pars & num.*7.*& seq.Garsias d.par.*4.*cap.*
2.*n.*6.vbi de communi testatur. *Rota par.* 2. *di-*
*uers.decis.*21.

40 Haud vtiquè potuit Carlucius inaudito Re-
uigliono, nequè eo citato præiudicare eidem.
Profectò, quòd iuris ratio postulat *(vt loqui-*
*tur Innoc.*3.*in c.inter quatuor.* 8.*de Maiorit. &*
„ *obed.)*vt in eorũ præiudiciũ, quibus eædẽ Ec-
„ clesię sunt subiectæ,nihil ordinemus de ipsis,cũ
„ nec citati sint,nec cõuincti,nec per contuma-
„ ciam se absenteut.hæc ibi. Quod si hoc in Pon-
tifice Summo,quid in priuato vtiquè homine
faciendum erit? *tex.in cap. Ecclesia S. Mariæ.*
10.*in fin.de Constitution extrà*. Quia de vno-
quoq; negotio pręsentibus omnibus, quos
causa cõtingit,iudicari oportet. *secundũ Paul.*
Iure Cons. in l. de vnoquoque 47.*ff. de re iudic.*
*Mohedan decis.*7.*de restitut.spoliator.sub num.*3.

Rota

Rota apud Caualer.decis.464.nu.3.Card. Tusc. tom.1.litt.C.conclus.268.n.1.& seq.

41 Alioquin actus sequens, citatione ommissa,
(quæ iuris est diuini, ac naturalis. *Clem. pastoralis.2.de re iudic Mobedan.d.decis.7.de restitut. spoliat.num.4 Afflict.decis.245 num.10. Rota apud Illustrissimum Manticam decis.299. nu.3.* Vt præire proinde semper debeat in quolibet actu præiudiciali *d. l. de vnoquoquè 47. de re iudic.Clem sepè.2. §. citationem verò.de verbor significat Caputaquens. decis.375.num.2. & 3. par.2. Mantica decis. 5. num.2.*) Nedùm planè vitiosus, verùm, & nullus euadit.*d.Clem. pastoralis.de re iudic.tex.in cap 1.§.quia verò de reb Eccles non alienand.in 6.can.2.3.q. 9. Cardinal.Zabarella.cons 65 num.6 glos.in d.cap.inter quatuor verbo.citati.de maior.& obedient.cap.1. in fin vbi glos.fin. de causa possess.& propri tat. extrà plenè Ioachim.Mynsingerius singular.obser.centur.6.obser.6.num.1.& seq* vbi plures refert regulæ limitationes *Melchior Phoebus de-*
42*cis.Lusitan.3.num.13.in fin.* Est nempè omissæ citationis defectus insanabilis. *Rota apud Caualer.decis.35.num.1.& decis.53.nu.1.& 2.* vbi rationem redit: Quia tollit naturalem defensionem iure naturali, & diuino competentem.

43 Nec ad rem facit, citationem non prærequiri vbi citatus se se actui opponere minimè potuit. *ex reg.qui potest inuitis.27.ff.de regul. iur.meus Maranta cons.65.nu.23. Alciat.lib 4. responsor cons.8.num.10 Ioseph Ludouic.decis. Perus.17.num.11.Bellon cons.28. num.14. Rota apud Seraph.decis.104.num.1.& Rota collecta per Farinac.4 par.diuers.decis.533. nu.4.quæ est etiam in Impress. per Illustrissimum Mant. decis.350.num.5.Nauarr.cons.3.num.16.ad 4.de foro compctent.lib.2.Abb.cons.68.nu.4.circa fin. par.2.*

44 Præter quàm quod enim, erat iam quæsitum ius Renigliono, nedùm ad rē, verùm etiam & in re *d.cap penult.de præbend. in 6.& d.cap.vlt. de concess.præbend.etiam in 6.* vt etiam in superioribus ostendimus.

45 Sufficiebat tamen illum, vel coloratum ius habere, vt se actui opponere potuisset, si prȩsēs, ac sciens fuisset; iudicemq; monere, ne faceret. *ad tex.in c.licet Episcopus.28.in fi.cùm ibi notat. de præbend.in 6. & notata per Roman.cons.483. sub num.14.in fin.& num.15.sequitur Tuscus d. litt.C.conclus.272.num 51. Lapud.d.allegat. 16. num.2.& Ferrett.d.cons.188.lib.1.per tot. notat. Philippus Portius Imolen.commun. conclus.reg. 43.in 16.limitat.in fin. fol. mihi 324.& eod.modo Gabriel in communib.conclus.tit.de citationib. conclus.1.in 16.limit. num. 348. 349.& 350.& n 465.in 78.limit.*

46 Vel, quòd aliquo sibi modo præiudicium ingenerari potuisset, atquè proinde lædi. *Angelus §.curare.instit.de actionib. col.fin.num.18.*
47 *vers.sed ego credo.* Etiam per actum extra iudicialem, *Tusc.d.conclus.268.num.46.& seq. Miles verbo citanda est pars.in 2.fallent.& in ead.littera.num.27.col.2. vers.citari non oportet ad actum fol.mihi.67.Abb.d.cons.68.nu.4.vers.*
48 *præterea regulariter.* Quia vbicunquè citatio non est exclusa, inclusa vtiquè videtur.*Bald cōs. 186.num.3.vol.2. sequitur Tusc. d.conclus.268. num.30.Caputaquens.decis.148. num.12.par.2.*
49 Vel esse eum præterea contradictorem legitimum.*Rota apud Caualer.decis.596. num.2.& d. decis.533.n.4 par.4.diuers.*

50 Legitimus autem Contradictor Reuiglionus erat, quia parē titulum, quinimò potiorem, & anteriorem Carluccio obtinebat. *vt dictum fuit in Tiburtina Archidiaconat.coram Caualerio decis.450.nu.4.& decis.478.sub nu.4.& decis. 485.nu.2.*

51 Nec item obstabit si instetur, quȩsitū quidē ius Reuiglono fuisse ad beneficium ipsum, & Canonicatum, de quo nullus inficias iurè ibit, quin cuicunquè alteri in illo præferri deberet *iuxta tex.in cap.cum cui.7.de præbend.in 6.d.cap. tibi qui 12.de rescript.eod.lib.*

Non autem, vt Carluccio, quoad præheminentiam in Choro, stallo, ac voce in capitulo anteferretur, qui sane possessionis sunt fructus, vt in superioribus diximus.

52 Præter quàm, quod enim, iuris quæsiti nomine, quod latum, & genericum in superioribus ostendimus, omne id etiam comprehendatur nihilquè omninò excipiatur. *ad reg.tex.in cap.solitæ 6.circa fin.de maiorit.& obedient.tex.*
,, *in l.3.in fin.alib.verbis ibi: Nec distinguitur, vn-*
,, *de sit.vbi glos.ff.de offic præsid.l.à procuratore, 13.vbi glos.in verbo,& omnem culpam. C.mandat.*. Et hoc vnum est, de quo quæstio nunc agitur, potuerit nec ne Carluccius per suam præoccupationem in possessione, Reuiglono quoad præcedentiam præiudicare?

53 Sufficiebat tamen petijsse se in possessionem immitti ad excludendum aduersarium. Aequiualeat enim in hoc possessionis postulatio, & instantia pro illa assequenda, ipsimet captæ possessioni *Rota par.1.diuers.decis. 395.num.1. & apud Achill.de Grass.decis.2. in reg. de publicand.& in Hypporegien. præpositure. 16. Maij 1588.coram Bubalo.par.4. diuersor. collecta per Farinac. decis.156.nu.1.* in terminis loquens Constitutionis Gregorij XIII. de publicandis resignat. *Sarnen. in reg.de publicand.resignat q.11.*

Præsertim, quod per Reuiglonum vllo nec steterit modo, quin actu possessionem caperet.
54 Vt nulla ei ob id mora imputari potuerit.*per tex.apertum in d.cap.tibi qui 12.in fin.ibi: Dum*
,, *tamen dolus tibi non possit, vel notabilis negli-*
,, *gentia imputari. de rescript.in 6. Caputaquens. decis.108.par.2.Gonzal.d.§.3.in prohemio n.45. Gratian.d.decis.16.in addit.num.4.faciunt notata per Mandos.d.cons.51.nu.9.in fin.& num.10. et per Paris de resignat.benefic.[illegible]r.2.lib.11.q.13. nu.95.& seq.*

55 Quemadmodum quoad Antianitatem in Religione Hirosolymitana, haberi pro admisso quòad omnem illius effectum ab ipsa,

qua

qua admittendus fuerat die, si per eum, quin
admitteretur, minimè stetit, vt tentum fuisse
in Ciuitaten. habitus, *& Antianitatis in anno*
1607. *Sanctissimus D.N. Ludouis. Gregor. XV.*
decis. 341. refert.

Et in Canonico, cui fuerat à Capitulo dene-
gata possessio (quod sanè adamussim facto huic
nostro sedet) quòd haberi deberet pro admis-
so, ad effectum gaudendi prerogatiuis, & emo-
lumentis aliorum Canonicorum. *pluries in Ro-*
ta decisum refert. Oliuerius Beltraminus. in anno-
tationib. ad d. decis. Sanctissimi D.N. 341. *num.* 1. *in*
Pacen Canonicatus; *anno* 1612. *coram Manzane-*
do, & in Toletana Canonicatus 1610. *coram* Lan-
cellotto, & decis. 364. *coram eodem Sanctissimo*
Gregor. VX. num. 2. *& in Pistorien Canonicatus.*
17. *Iunij* 1615. *coram Card. Caualer. decis.* 359.
num. 4. *& sequuta quoquè fuit Rota in Alexandri-*
na Archipresbyteratus. 28. *Iunij* 1627. *coram*
Merlino, quam refert Lauorius variarum elucu-
brationùm. tit. 4. *de elect. cap.* 13. *sub n.* 17. *in fin.*

Cùm sufficere debuerit Reuigliono ad Car-
luccium præueniẽdum, ipsum primo loco per
Capitulum receptũ fuisse, constituta, ac dicta
iam certa die pro capienda possessione, vt ad-
notat optimè etiam *Rebuffus, vbi decisum refert*
in anno 1537. *pro* Capitulo *Carnoten. in tract. no-*
minat. q. 21. *nu.* 6. 7. *&* 8. & sequitur *Regens Con-*
stantius d. l. 1. *de consulib. nu.* 88.

56 Et iure ciuili receptum est (*vt Iulianus* (in-
quit) *lib.* 55. *digestorum. in l. iure ciuili.* 24. *ff. de*
condit. & demonstrat.) quoties per eum, cuius
interest conditionem impleri, fit, quò minùs
impleatur, vt perinde habeatur, ac si impleta
fuisset. *tex. in l. iure* Ciuili. 122. *ff. de regul. iur.*
d. l. si post. 5. *§. item si qua conditio. ff. quando dies*
legati cedat. regula cùm non stat. 66. *de regul. iur.*
in 6. *Rota d. decis.* 395. *num.* 2. *par.* 1. *diuers.* Cre-
scent. decis. 16. *num.* 2. *de rescript. Grammatic. dec.*
103. *num.* 107. *meus* Maranta. *in suis singulari-*
bus. verbo. legatum factum sub conditione. col. 1.
fol. 61. *Afflict. decis.* 302. *num.* 1. *Gratian. dec.* 35.
num. 10. *&* 17. *Carocius. decis.* 51. *num.* 16. *Surdus*
cons. 374. *num.* 2. *&* 4. *volum.* 3. *& num.* 7. vbi ha-
57 betur pro facto id, quod fieri debet, si per eũ
non stet, quin fiat. *plenè per Paris. d. lib.* 11. *q.* 13.
à num. 95. *Gonzal. d. §.* 3. *in proœm. num.* 38. *& seq.*
& num. 41. *Gaspar Anton. Thesaur. forens. quæst.*
lib. 1. *q.* 88. *num.* 6. *de Ponte decis.* 24. *num.* 17. Ioan.
Merlin. decis. Lucens. 14. *nu.* 3. *plenè Vin. dec.* 383.
lib. 2. *Lanarius cons.* 20. *num.* 20.

Imputari nempè haud debet ei, per quem
non stat, si non faciat, quod per eum fuerat fa-
ciendum *reg. imputari.* 41. *de reg. iuris lib.* 6.

58 Tùm etiam, quòd protestatus semper
fuerit Reuiglionus, excepta in omnibus sibi
quomodolibet competentia iura permansu-
ra; vt protestationis huiuscè vi, nulli du-
bium fieri possit, salua illa sibi etiam quòad
præcedentiam fuisse. *tex. in l. si debitor.* 4. *§.*
,, *primo. ibi. Nisi salua causa pignoris sui, consen-*
,, *sit, vel venditioni, vel cæteris. ff. quibus mo-*
dis pignus, vel hypoteca soluatur. can. saluo. 49.
quæst. 3. *cap. suborta.* 21. *circa finem. versic Ita*
,, *tamen, vt nullum per hoc Apostolicæ Sedi præ-*
iudicium generetur. extrà de sentent. & re iudic.
Calderin. consil. 8. *in fin. de regularibus. Bisignett.*
decis. vnica. numer. 10. *de donat. inter virum. &*
vxor. Gratian. forens. par. 2. *cap.* 246. *num.* 28.
Rota apud Seraphin. decis. 1303. *numer.* 5. *&*
apud Mantic. *decis.* 270. *numero.* 15. *Maran-*
ta dicto consil. 6 *numero.* 11. 12. *&* 13. Lana-
rius cons. 19. *num.* 3.

59 Quinimò suffecisse illam, ad constituen-
dum aduersarios in mora, & culpa. *vt est tex.*
in l. qui Romæ. 122. *§. cohæredes. vbi gloss. &*
Bart. ff. de verborum. obligat. Rota in recen-
tior. per Farinac. part. prima. tom. 1. *decis.* 216.
num. 2.

60 Cuius protestationis vi erant iam liga-
tæ manus Capituli, ne possessionem tra-
dere interim Carluccio valuisset, pendente
termo Reuigliono dicto. *vt tentum fuit in Ro-*
mana Aluceariorum. 19. Decembris 1614. *coram*
Cardinal. Caualerio. decis. 329. *num.* 1.

61 Etiam si vnica tantùm protestatio fuisset.
Siuè in extra iudicialibus. *Mohedan. decis.* 2. *de*
iudicijs. alids 44. Siuè etiam in iudicialibus,
vbi protestatio ipsa facta est ex causa, quæ
semper durat, durante ipsa causa. *vt dictum*
fuit apud Achill. decis. 11. *alids* 423. *num.* 3.
de pensionibus in regul. Cancellar. quam sequitur
Bousiolus in addit. ad Mohedan. dicta. decis. 2.
62 *de iudic.* Vt nedùm præsentia, verùm etiam
futura iura salua per eam fiant. *ad tex. in dict.*
l. Nesennius. 56. *§. quid enim si est etiam*
protestata. ff. de negot. gest. tex. in l. pro hære-
de. 20. *§. primo. ff. de acquir. hæredit. Gratian.*
forens. part. 2. *cap.* 356. *num.* 38.

Quibus accedit, quòd nec iurè se ges-
sit Capitulum Neapolitanum in deneganda
actuali prædicta, atquè corporali possessio-
ne sœpè dicto Reuigliono, iam sibi ex vi de-
63 creti Domini executoris Apostolici acqui-
sita; quod non naturalis tantùm; verùm
& ciuilis possessionis translationis est causa.
Magon. decis. 120. *Rota Florent. num.* 3.

64 Quinimò operatur, ac si actualiter posses-
sionem nactus fuisset. *ad tex. in l. cùm vnus.* 12.
§. final. ff. de bonis auth. iudic. possidend. nota-
biliter Afflict. decis. 302. *num.* 1. *Mandos. d. cons.*
51. *num.* 10.

65 Et nihilominus sat erat illam per æquipol-
lens acquisitam fuisse. *ad tradita per Rotam d.*
decis. 395. *num.* 3. 1. *par. diuersorum. Castador.*
decis. 26. *super regul. de publicand. Samen. dict.*
quæst. 11. *in regula de publicand. faciunt notata*
per Nauarr. cons. 15. *instante quadam vniuersi-*
tate. num. 6. *lib.* 4. *de consanguinitat. & affinit.*
vbi nil referre (inquit) quid de æquipollenti-
bus fiat.

66 Vt retrotrahatur propterea, ad tempus
ipsum præsentationis bullarum, & decreti de
immittendo; cùm per ipsum non steterit,
quin actu possessionem adeptus fuerit; ad tra-
dita latè, ac notabiliter (vbi etiam decisum

refert per tres conformes) per *Bisignett. in antiquiorib. decis. 6. de consuetud. per tex. in id*
„ *apertum. in dict. l. 1. C. de consulib. lib. 12.* Quis
„ enim (*inquiunt ibi Imperatores Theodosius*
„ *& Valentianus*) in vno etiam, eodemquè ge-
„ nere dignitatis prior esse debuerat, nisi qui
„ prior meruit dignitatem? *plenè Rebuff. dict. quæst. 21. numero. 6. & sequent. dict. tract. nomi-*
„ *nat.* Quia ista beneficiolia sunt inæstimabilia
„ (*vt inquit Bisignett. ibidem. num. 2. in principio.*)
& propter hoc reseruatur primo sua priori-
tas, ex quo per eum non stetit. *facit nota-biliter tex. in l. 2. §. final. ff. si quis conditionibus.*
„ Simili modo (*loquitur ibi Vlpian.*) exceptio
„ datur ei, qui cùm ad iudicium venire vole-
„ bar, à magistratu retentus est; & retentus
„ sine dolo malo ipsius. hæc ibi, *& est text. in l. vter ex fratribus. 23. in fin. ff. de condit. insti-tution, sequitur Rota in Lucana iuris patronatus. 4. Iunij. 1607. coram Coccino decis. 241. num. 4. post. libr. 2. cons. Farinac. quæ est decis. 351. in impressis per dict. Coccinum. numer. 4. & per Sanctissimum Gregor. XV. dicta decis. 341. num. 2. & sequuta fuit Rota in terminis nostris in Auersana fructuum. 18. Iuny 1607. coram Damasceno. tom. primo. posthum. decis. 155. nu-mero. 2.* vbi paria esse dixerunt Domini, ac-quisisse possessionem, vel quòd per eum non stererit quin eam acquireret.

67 Neque modo vllo officit possessio de facto, & turbatiuè lite pendente capta, per Carluccium, neque præiudicat; vnde nec attenditur. *Rota in recentior. per Farinac. par. 1. tom. 2. decis. 511. num. 4.*

68 „ Satis nempè absurdum est dicere, quòd
„ per cursum tuum, tù me præueneris in iure
„ iam mihi acquisito; vt verbis vtar *Gloss. notab. & fin. in dict. cap. eum, cui. 7. de præbend. in 6. & est tex. in dict. cap. tibi, qui. 12. de rescript. eod. lib.*

69 Et apertè regula supra pro aduersarijs ex-pensa; præheminentias dari eis, qui primò possessionem nacti fuere; temperatur, simulq; restringitur, ne faueat ei, qui impedimẽto, fuit ne anterior possessione potiretur, quã molie-batur. *vt notabiliter Gonzal. d. §. 3. in proœm. n. 38. cum seq. & Gratian. in addition. ad dict. decis. 16. nu. 6. & 7.*

70 Commodo igitur carere debet possessio-nis, quam præoccupaverat. Quia fraudem, dolúq; patrocinari æquitatis et ratio haud pa-titur. *vt loquitur Innocent. III. in cap. Sedes Apostolica. 15. in fin. & capit. ex tenore. 16. in fine, extra de rescript. Aymon. consi. 100. num.*
71 *11.* Nec mora imputatur impedito. *ad tex.*
„ *in l. petendæ. 5. ibi: Quia nequaquam steterat in*
„ *in ipsius potestate, quin litigio pulsaretur. C. de tempor. in integr. restitut. gloss. notab. in clement. vnica. in verbo. finiri. in principio. de restitut. in integrum. & sequitur Rota in Calaguritana fructuum. apud Cæsarem de Grass. decis. 3 num. 3.*
72 *& 5. de constitution.* Præsertim verò facto
73 iudicis impedito, Vt neque proinde prote-
statio necessaria fuerit, cùm sat esse de-beat, quòd constet de diligentia, & quòd per eum non steterit; vt secundum æquiorem, humaniorem què Doctorum sententiam, se-quuta fuit Rota apud *Crescent. decis. 234. sine 5. de exceptionibus. in Hispalen. Scolastriæ coram Aragonia. & apud Verallum decis. 73. libr. 2. Afflict. decis. 50. num. 5. Mascard. de probat. tom. 2. conclus. 885. de probat. impedimenti. num. 23. & 24.*

Nec Capitulum, cùm iam, antequam satis concederet Venetia prædecessor Carluceij; certam diem destinasset Reuigliono (diem videlicet Sabbati) ad corporalem possessio-nem eidem tradendam; potuit antecedenti die (feria scilicet sexta) Carluccium, in præiudicium iurium Reuigliono (quòad pos-sessionem quoquè ipsam) quæsitorum, in possessione Canonicatus sic tumultuariò, ac festinanter, & clàm, noctis tempore, ad-
74 mittere; dùm Reuigliono tempus pende-ret adhuc. *ad tex. in clement. prima. in 2. res-ponso. de concess. præbend. & tex. in l. vltima C. qui admitti ad bonorum possess. possunt. & no-tat in terminis nostris Oldrad. dict. consi. 136. num. 3. & dictum fuit in dict. Romana Alua-reorum coram Canalerio. dict. decis. 329. num. 1.*
75 Quin in fraudem id fecisse præsumatur. Ni-mia enim festinantia fraudem arguit. *Crauett. consi. 6. numer. 34. & consi. 129. numer. 11. Rota coram Sanctissimo Ludouic. per Farinac. in His-palen. Matrimonij post tom. 2. cons. decis. 242. numer. 27. & est in impressis nouissimè per eundem*
76 *decis. 326. num. 36.* Quemadmodum, & bre-uitas temporis, ac vicinitas. *ad text. in l. post contractum 15. ff. de donation. Gratian. de-cis. 102. numer. 8. Verall. decisio. 143. num. 5. par. 1.* Et litis pendentia. *Canal ean. par. 4. dec. 5. num. 11.*

77 At fraus fieri dicitur, vbi id fit, quod fie-ri non debuit. *tex. in l. fraus. 29. ff. de legibus.*
78 „ Clàm autem facere videri (*Cassius scribit*)
„ cum, qui celauit aduersarium, neque ei denũ-
„ ciauit, si modò timuit eius controuersiam, aut
„ debuit timere. *vt loquitur Vlpian. in l. 2. §. fin. ff. quod vi, aut clàm.*

79 Sed nemo ex improbitate sua consequitur actionem. *idem Vlpian. scribit in l. itaquè fullo. 12. ff. de furtis.*

80 Tunc verò succurrendum est alicui, eùm defenditur; non vt faciliùs calumnietur; Paulus inquit *in l. in eo quod. 111. ff. de regulis iur.*

Non igitur ex vitiosa possessione aduersario per Capitulũ data, fraus fieri potuit Reuiglio-no quæsitis iuribus, ne præcedẽtia iurè ei de-cerneretur. *ad tradita per Lapum d. alleg. 16. nu. 2.*

Inciuile itaq; factũ Præses coerceat; rẽq; re-stitui iubeat; vt verbis vtar Vlpiani *in l. Medi-cus. 3. in fin. ff. de varijs, & extraordinarijs cognit.*

Et ita ex his respondendum censui, censoris virga non recussa; emunctioris què naris iudi-cio, nec posthabito.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

Censit

Cessit tandem sponte sua Reuiglionus liti, Illustrissimo D. Archiepiscopo, & Cardinali Carafæ,vt more gereret. Nolui tamen dimittere, quin, quæ congesseram, in medium proferrem; ex vsu enim quandoquè succedent. Nihil porrò eorum, quæ semel accidere, non iterum fieri poterit; cùm vicissitudini res omnes sub sole seruiant.

SVMMARIVM.

1. *Quod omnes tangit,hoc ab omnibus debet approbari.*
2. *Qui commodum sentit,vt ferat bonus iustum est.*
3. *Emolumentum sequitur,qui expensas fert.*
4. *Naturam secundum,est,vt eum commodum sequatur,quem sequuntur incommoda.*
5. *Incommoditas comes est commoditatum.*
6. *Prouerbium, neque mel, neque apes; explicatur.*
7. *Statera dolosa abominatio est apud Deum.*
8. *Locupletari cum detrimento nemo debet alterius.*
9. *Onus suum quisq; portabit.*
10. *Commodū,qui pro rata percipit,pro eadem, vt ferat onus, abhorrere non debet.*
11. *Pensionarij vsufructuarijs æquantur.*
12. *Vsufructuarius tenetur ad expensas, & onera, quæ pro fructuum perceptione fiunt.*
13. *Pensionarius tenetur ad expensas litis, quæ tàm ipsum, quàm beneficiarium respiciunt.*
14. *Expensæ pro conseruandis, & percipiendis fructibus ex re dotali ad maritum spectant.*
15. *Maritus tenetur ad onera rerum dotalium.*
16. *Possessor tenetur ad impensas rei possessæ,quæ eius curam concernunt.*
17. *Expensæ pro tuenda,& recuperanda re fideicōmisso subiecta,et legatis,ad legatorios,& fideicommissarium pertinent.*
nec refert quod gerat hæres negotium proprium. num.18.
19. *Collectarum partitio,si in æqualiter fiat, datur appellatio ad reuocationem quoquè exactorum.*
20. *Pensionarius tenetur pro rata ad onera soluenda,nisi specialiter sit ab illis exemptus.*
21. *Colonus partiarius tenetur ad solutionem onerum pro parte fructuum, sicut Dominus de sua.*
22. *Beneficiarius retentionem habet pro oneribus, quæ soluit,ad pensionarium spectantibus.*
23. *Conciliatio tex.in l. ex parte. 40. ff. famil.hercisc.cum tex.in l qui aliena.33.§.fin.ff. de negot.gest.& n.25.*
24. *Sumptus, qui fecit necessarios,aut probabiles in re communi, negotiorum gestorum actionem sortitur ad illos redibendos.*
26. *Negotium commune, expensis, vt agitetur cōmunibus,æquitatis ratio dictat.*
27. *Expensæ factæ pro communi castro rehabendo, pro rata ab alio resarciendæ sunt socio.*
28. *Pensione libera reseruata, est pensionarius exemptus ab omni onere.*
29. *Negotiorum gestorum actio datur ei,qui vtile negotium pro alio gessit, ad expensarum repetitionem.*
neque obstabit si pro se etiam egerit, si vtriusquè commodum respiciat negotium ipsum n.30.
31. *Expensæ, quæ in necessariam defensionem conferuntur inter onera agnoscendæ haud sunt.*
32. *Onus non æstimatur,quod in leuamen,& lucrū confertur.*
33. *Hæreditas lucratiua causa dicitur, dummodo damnosa non sit.*
34. *Lucratiua causa dicitur,quæ lucrum habet admixtum, & si secundariò onus aliquod contineat.*
Merces onus minimè dicitur.
35. *Defensio inter onera non agnoscitur.*
potissimùm si principaliter non accessoriè veniat num.37.
36. *Lucrum dicitur quicquid ex voto,& ex sententia succedit.*
& quod in defensionem cedit litis motæ. num. 38.
39. *Non debet esse peioris conditionis diligens,quàm negligens.*
40. *Lucrum cum alterius iactura, vt quis referat, rationi reluctat.*
41. *Fauendum magis est ei, qui de damno vitando agit quàm qui de lucro cum alterius iactura captando.*

ARGVMENTVM.

Pensionarij, an contribuere teneantur ad litis expensas, quæ super beneficio vertitur, si litis palma commodum respiciat pensionariorū,sicuti & beneficiarij? & quomodo exaudiatur,pensionem debere esse liberam ab omni onere.

RESPONSIO. X.

Vacante Canonicatu Cymiliarchali per mortem Abbatis Floccari in Cathedrali Neapolitana, fuit ille per Illustrissimum Dominum Cardinalem Carafam, Archiepiscopum Neapolitanum, vigore indulti Apostolici, D. Fabritio Carafa collatus, reseruatis super fructibus non nullis pensionibus ad fauorem familiarium eiusdem Illustrissimi, & expeditæ Bullæ per Sedem Apostolicam cum clausula quatenus dictus Cymiliarchatus in Ecclesia Neap. prima dignitas non fuerit. Deinde dictus D. Fabritius canonicatui cessit ad fauorem Abbat. Ioan. Baptistæ Reuiglioni,

viglioni, qui per Bullas Apostolicas possessio-
nem cepit. Mota lite, an esset Cimiliarchatus
prædictus prima dignitas, Reuiglionus prætẽ-
dit teneri pensionarios contribuere in expen-
sas litis, & ius proinde esse sibi ad retinendũ
prorata expensas iam factas, ex portionibus pẽ-
sionum, quas soluere tenetur. Quòd scilicet ita
commodum respicit eius, sicut & pensionariũ
si palma obtineatur. Vnde contribuere pen-
sionarios teneri in expensas litis prædictæ, Re-
spondi.

Pari quippè modo cùm respiciat lis prædi
cta commodum, & damnum beneficiarij, si-
cuti & pensionariorum; debent vtiquè ipsi
1 in expensas litis necessariò contribuere. Quòd
enim omnes tangit, æquè decet ab omnibus
approbari. *regula quod omnes. 29. de reg. iur. in 6.*
2 Quiquè sentit commodum, onus pariter, vt fe-
rat iustum est. *l. vnica C. de Caduc. tollend. regul.*
3 *qui sentit. 55. de reg. iur. lib. 6.* Ad quem verò
spectat emolumentum, vt expensas quoquè
patiatur, rationi consentaneum est. *cap. 64. ec-*
4 *clesiasticis. in princip. 12. q. 2.* Nec est enim
quidquam tàm secundum naturam proprium,
& correspondens, quàm, quòd eum cuiusquè
rei commodum sequatur, quem sequuntur in-
commoda. *l secundum naturam. 10 ff. de reg iur.*
Marc. Mantua. cons. 177. num. 1. plenè Card. Tusc.
5 *tom. 5. litt. O. conclus.* 144. Res enim mortalium
ita temperauere superi, vt semper incommo-
ditas, comes sit commoditatum. Vnde est Plau-
tinum illud: *Fortiter malum qui patitur, post*
potitur bonum. & *in Anphit. Est in ætate homi-*
num (inquit) *ita Diis placitum, voluptati, vt*
mæror comes consequatur. Et paremiæ illi lo-
cus factus est, cuius meminit etiam *Gloßella*
6 *ad d. l secundum naturam. Nequè mel, nequè Apes.*
Quia si quis Apes, quòd sint aculeatæ, nolit
perpeti; is nec mellis quidem, quod optat, dul-
ce perfruetur. Vnde dixit, nec ab re Alter, sed
concinnè satis: *Feras quod lædit, vt quod prodest,*
perferas. & Horatius. *Oda. 2.*

Nihil est ex omni parte beatum.

Huc etiam prouerbia illa:

Dulce & amarum. &

Nè quære mollia ne tibi dura contingant. &

Fæcem bibat, qui vinum bibi.

Et illud Catulli ad Mallium.

Multa satis lusi non est Dea nescia nostri.

Quæ dulcem curis miscet amaritiem.

vt refert Claudius Minoes in Alciati emblema. 112.
& in sacris litteris *Prouerb. 14.* 13. Risus dolore
miscebitur. & extrema gaudij luctus occupat;
habetur. Quia (*vt Lyranus ibidem loquitur*)
exultationem vitæ præsentis in honoribus, &
delicijs comitatur remorsus conscientiæ
propter peccata, quæ committuntur frequen-
ter in tali vita, & extrema gaudij huius vitæ,
luctus occupat inferni. hæc ille.

Abhorrere itaquè ab expensis litis huiuscè
non debebunt pensionarij prædicti, ne & ipsi
in contributionem coeant pro rata; cùm pari-
ter commodum ex ipsis cum beneficiario ex-
7 pectent. Ne stateram dolosam amplecti vi-
deantur, sed æqua lanx vtriusquè sit, & vna.
Statera namquè dolosa abominatio est apud
dominum, at pondus æquum voluntas eius.
Prouerb. 11. in princip. vbi Lyrar. loqui Salo-
monem de actibus iustitiæ, dicit. & *Gloß. Ordin.*
ibidem. de statera; vel pecuniæ, vel iudicij. *iuxta*
illud Gregorij in moralib. relati can. omnis. 10. 45.
distinct. Omnis, qui iustè iudicat (inquientis)
stateram in manu gestat. Vnde *Leuitic. 19 in fin.*
præcipiebat Dominus dicens; *Statera iusta, &*
æqua sint pondera, iustus modius æquusq; sextarius.
Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra
8 *Aegipti.* Ne aliàs contrà æquitatem, à natura
comparatam, cum alterius detrimento locu-
pletari, affectare videantur. *secundum Pomponij*
dicta in l. nam hoc naturæ. 14. ff. de condit. indebit.
9 *reg. locupletari. 48. de reg. iur. lib. 6.* Vnusquisq;
autem onus suum portabit. *vt Apostol loquitur*
Paulus ad Galatas. cap. 6. in princip. plenèq; Cas-
saneus. In Consuet. Burgund. rubrica. 4. §. 6. in
tex. & supporter la moitie. des carges. num. 7. in ad-
dit. vers. in contrarium faciunt. fol. mihi. 154. Et
qui pro rata commodum percipit, pro eadem
quoquè, vt onus ferat absurdum minimè æsti-
matur. *ad tex. in l manifestissimi. fin. §. sed cùm*
in secundam. C. de furt. l. Seio. 10. in fin. princip.
ff. de annuis. legat. Alex. cons. 47. perspectis bis
num. 4. volum 5. Cardin. Tusc. tom. 5. littera O. con-
clus. 144. & tom. vlt. litt. V. conclus. 374. Barbos.
assiom. 44. Rota in recent. par. 2. tom. 1. dec. 149 n. 7.
in fin.

11 Sicuti verò vsufructuarius, cui in omnibus
æquatur pensionarius. *ex Caccialupo de pensio-*
nib. q. 17. num. 2. Gigant. de pension. q. 38. num. 1.
& q. 53 num. 4. & q 57 num. 1. & cons. 114. nu. 1.
Gratian. decis. Marchiæ 20. num. 11. Mobedan. de-
cis. 4. de locato. & conducto. num. 7. Intrigliol. dec.
Regni Siciliæ. 18. num. 2. & 3. Rota par. 1. diuers.
decis. 597. num. 3. in fin. in Oscen. Cantoriæ. *coram*
Lancellotto. 11. Februarij 1577. (vt Rota propte-
rea iisdem in omnibus metiri regulis, & diffini-
re pensionum controuersias consueuerit, qui-
bus, & vsusfructus. *Rota diuers. decis. 401. num. 4.*
par. 1. & decis. 678. in princip par. 4. diuers. per Fa-
12 *rinac. collecta*) temporales, ac modicas expen-
sas, præsentemquè rerum statum concernen-
tes, oneraquè alia, quæ pro fructuum perce-
ptione imponuntur, ac fiunt, ipse soluere, atquè
subire tenetur. *l. hactenus. 8. l. si pendentes. 33. §. si*
quid Cloacarij. ff. de vsufruct. l. cum, ad quem. 7.
C. eod. gloß. 1. circa med. in cap. G. perpetuus. 12.
vbi Felin. num. 8. de fide instrum. Frederic. de Senis.
cons. 209. num. 3. Natta cons. 352. num 7. lib. 2. Pa-
rij. cons. 93 num. 24 lib. 2. Roland. cons. 79. num. 12.
& 14. lib. 4. Afflict. decis. 252. num. 2 Gigans. cons.
117. num. 5. cum seq & eum sequitur Paris. de con-
fident. benefic q. 35 num. 51. Rota apud Seraphin.
decis. 514. num. 2 & 3. Melchior. Phæb. decis. Lusi-
tan. 1. num. 10.

13 Eodem quoquè modo rationi consentaneũ
erit, vt hi teneantur pensionarij ad expensas li-
tis huiusce, quæ ita commodum respicit
ipsorum

ipsorum, sicuti & beneficiarij, & sicuti ei, ita
ipsis damnum sit allatura, si pro aduersarijs
palmam succedere contingat.

14 Quemadmodum modicæ expensæ proser-
uandis, atquè percipiendis ex re dotali fructi-
bus, ad maritum spectant. *ex tex. in l omnimodo.
12. cum omnibus sequentibus ad fin vsquè tit. ff. de
impens. in reb dotalib fact Afflict. decis 359. nu. 2.
& Vrsill. ibid nu. 1. & sequitur, refertq; Io. Baptista
Thoro in Compendio. decis. par. 1. verbo. expensæ*
15 *necessariæ fol. mihi. 200.* Et onera rerum dota-
lium maritus ipse soluit. *gloss. in verbo. possident.
vbi Bar. in l. vnica C. de mulierib. in quo loco mu-
nera. lib. 10. Io. de Amici. cons. 69. num. 14. Viu.
decis 197. lib. 1. nu. 6. Peregrin. de fideicomm ar. 50.
num. 12.*

16 Veluti etiam impensas in curanda re ipsa,
quæ possidetur, ad possessorem pertinere do-
cet *Vlpian. in l. sed & si hæredias. 11. §. 1. ibi: pluaè*
,, *pascere seruum. vestire, curare possessorem oportere.
ff. ad exhibendum. & sequitur gloss. in l. quòd
dicitur impensas 15 in verbo tueri ff. de impens. in
reb. dotalib. fact. est tex. in l. nequè stipendium. 13.
ff. de impens in reb dot. fact. vbi Paulus Stipendia,
& tributa ob rem dotalem soluta, ad maritum spe-
ctare (inquit) Onus enim fructuum, hæc impendia
sunt & sequitur ad rem nostram. Paris de confidēt.
benefic d. q 35. num. 48. Peregr. d. art. 50. num. 21.
& 22.*

17 Expensas quoquè necessarijs in litigijs pro
tuenda, siuè reuocanda re fideicommisso sup-
posita factas, & legatarij, & fideicommissarii
reficere tenentur. *ex tex. in l. fin. §. in computa-
tione vbi Bald. num. 1. in 1. notab in fin. Alex. nu. 3.
C. de iure delib erand. cum alijs relatis per Rotam
apud Illustriss Seraphin. decis 925. n. 3 Pereg. de
fideicomm. d. art 50. num. 11. Vinc. nt. Fusar. alios
referens. de fideicommissis. q. 670 num. 6.*

18 Nec ratio habenda sit, quòd gerat hæres ne-
gotium proprium; cùm sat fuerit rei hæredita-
riæ auocationem, atquè defensionem; & lega-
tariorum, & fideicommissorum lucro cedere.
*post Bald. 1. notab. in fin. d. l. fin. §. in computatione.
idem Seraph. d. decis. 925. num. 4. Pereg. d. art. 50. nu.
11. 12. & 13.*

Debebunt itaquè pensionatii, & ipsi, hu-
iuscemodi in lite, ita instituta, cùm ipsorum
quoquè commodum respiciat, & vtilitatem,
in expensas pro rata concurrere, ne iustæ que-
relæ locus aduersus eos beneficii sit Rectori,
19 si inæqualiter onera distribuantur. Quemad-
modum æqualis ni fiat collectarum partitio,
iurè grauatus, appellationis remedio, reuo-
cationis pro rata, ius obtinet. *ad tex. in l. 1.
& l qui grauator. 5. C. de censib. lib. 11. Polidorus.
Ripa. obseruat. 278. num. 1.*

Nec est. n. omninò immunis ab onerib. omni-
bus pensionarius, si nō sit specialiter hoc ei tri-
butum. Quinimò concurrer pro rata ad onera
20 collectarum, atquè subsidii, aliarumquè con-
tributionum, fructus ipsos respicientium; velu-
ti etiam fructuarius. *Cassan. d. §. 6. vers. & sup-
porter. num. 7. in addit. Mohedan. d. decis. 4. de locat
& conduct. num 6 Gigas d. q 38. & q. 59. num 2.
cum s q & q 90. & d. cons. 157. num. 6. Bellencin de
charitat subsidio q. 37. volum. 15. tract. fol. mihi.
294. col 1. Rota par. 2 diuers. decis. 161. num. 3. Put.
decis. 386 alids 275. in vna Vicentina lib. 2. in
nouissima impressione Romæ. Gars. de expensis &
meliorationi. cap 11 num. 57. & 58 Gratian. d. de-
cis. 20. num. 13. Intrigliol. d decis. 18. num 3. &
seq.* latè *Gars d benefic. cap. 5. par. 1. num. 171 fa-
cit tex. in cap. tua nobis. 26. circa fin. extrā de de-*
21 *cimis.* Quòd sicut Dominus fundi ad decimam
tenetur soluendam, ita etiam Colonus partia-
rius de parte fructuum, quæ sibi remanet ra-
tione culturæ, vt deminet *Gigas* perpēdit. *d. q.
38. num. 1. & d. cons. 117. num 5. Bellencin d q 37.
num 7. Io. Azor. in tit. moral. par. 1 lib. 7. cap. 35.
quæst. 4.*

22 Rectè igitur retentionis iure pro rata expē-
sarum vti poterit beneficiarius ex pensione
ipsa, quam soluere deber. *secundum Gars. d. c. 5.
par. 1. num. 171.*

23 Nequè est, quòd ita plaudant sibi aduersarii.
de tex. in l. ex parte. 40. ff. familiæ hercis. vt op-
positioni ex illo factæ respōsionem aptari haud
plenè posse, sibi persuadeant. Nam, & si ipsis
ita optimè cantare videatur tex. prædictus, nō
est tamen, quin discantum, & quidem dulciorē
nobis faciat Papinianus. *in l. qui aliena. 33. §. fin.*
24 ,, *ff. de negot gest.* dicens: Quod, qui sumptus
,, necessarios, aut probabiles in communi lite fe-
cit, negotiorum gestorum actionem habet. *&
est tex. in l. 4. §. 1. sed & si mensor. ff finium re-
gundor.* vbi ita loquitur Paul. Iure Consult.
,, Sed, *& si mensor ab altero solo conductus sit, con-*
,, *demnatio erit facienda eius, qui non conduxit in*
,, *partem mercedis. facit quoquè tex. in l. fin. §. 1.* C.
de bonis authorit. indic. possidend. Vbi Iustinianus
,, Imperator his loquitur verbis: *Expensas secun-*
,, *dum quantitatem debitorum persoluant eis, qui sen-*
,, *tentias consecuti sunt.* hæc ibi.

25 Qua de re ne contrà nos omninò esse vi-
deatur tex. prædictus. *in d. l. ex parte:* Aduertē-
dum sanè erit. Textum illum exaudiri in causa
diuidua, textum verò *in d. l qui aliena. §. fin.* in
indiuidua. *vt loquitur gloss. ibid. verbo prædio. in*
,, *2. par. vbi* Castrens *et Bald. in fin.* dicens: Nota,
,, quòd quando plures sunt consortes eiusdem
,, litis, ratione rei indiuiduæ, sumptus facti ve-
,, niunt pro parte resarciendi. *allegat d. tex. in l.*
,, *fin. §. 1. C. de bonis auth. indic. possidend.*

Tùm etiam, quòd lis, quæ mouebatur aduer-
sus hæredes *in d. l. ex parte,* personas ipsas respi-
ciebat hæredum, non res hæreditarias. Cau-
sam enim ibi patiebantur, quòd inultam testa-
toris mortem reliquissent. *secundum Glossell. ibi-
dem.* vt non mirum si non repetat ibi (Sceuolæ
responso) ab cohærede partem sumptuum, si
idcirco amplius erogatum non esset, quòd co-
hæredis quoq; causa defensa fuisset.

At *in tex. d. l. qui aliena. §. fin.* causa de com-
muni re instituebatur, & lis rem respiciebat, nō
personas tantùm; quod aduertit quoq; *Alex.
d. l. fin. § in computatione. n. 3. C. de iure deliberand.*

Rectè itaquè negotiorum gestorum ibi actio datur ad partem sumptuum repetendam, quæ erogata fuerat.

26 Aequitati quippè consonum omninò est, & correspondens, vt commune negotium communibus agitetur expensis; nec admittatur qs ad commodum victoriæ teportandum, nisi refundat expensas, quæ contingunt eum pro parte sua. *vt l. quitur Florian. d. l. ex parte. num. 3. in 2. notab. ff. famil. hereisc.* Vt non in perpetuum,,, aliorum negligētia, illi, qui pro suis debitis ala-,, criores creditoribus aliis, ostendantur fuisse, prægrauentur. secundum Iustinianum Imperatorem *d. l. fin. §. 1. C. de bonis auth. iudic. poss.*

27 Sicuti expensæ factæ ꝓ recuperando cōmuni Castro, resarciendę sunt per socium pro rata, quam habet in dicto Castro. *ad tex. in l. si ii, contra quę. 5. C. de ædific. priuat. et tex. in d. l. qui aliena. 33. §. fin. ff. de negot. gest. et tex. in l. si quis putans. 6. §. siuè autem ff. communi diuidundo. Alex. cons. 162. aliàs 168. Requisitus, vt breuibus dicā. nu. 8. vers. vlt. in quantum quæritur. volum. 2. quem sequitur Alciat. lib. 5. respons. cons. 156. num. 5. Peregrin d. art. 50. num 21 vers. interdum verò.*

Cùm sit ergo in casu hoc nostro, non aduersus personas agitata quæstio, sed aduersus beneficium ipsum. Quod enim in controuersiam nunc vocatur, id planè est, sit Canonicatus, & Cymiliarchatus in Ecclesia Neapolitana prima dignitas, nec ne? Atquè respiciat ob id illius decisio, ita beneficiarij commodum, sicuti, & pensionariorum, qui à pensione ipsa cadent, si fuerit pro aduersatijs victoria; nec causa diuisionem patiatur vllam, sed vna sit, & indiuidua; succedet vtiquè teneri pro rata pensionarios, qui lucrum ex lite captant, in expēsas contribuere.

Nec obstabit, quod Dominus meus *Riccius*, qui hæc nostra dimidiatè transcripsit. *in praxi variarum resolut. par. 2. resolut.* 428. obtundit no-

28 bis: Pensiones liberas reseruatas fuisse ab omni onere, vt liberi esse debeant pensionarii à contributione expensarum prædictarum. *ex Gigant. d. q. 59. num. 6. 1. limit. et q. 90. num. 2. et Tut. decis. 386 lib 2. atquè Garf. cum alijs per eum relatis. d. 1. par. cap. 5. nu. 171. et 172. Gratian. forens. par. 3 cap. 548 num. 26.*

Præter quàm, quòd, Pensio eatanus à Summo Pontifice reseruata fuit, quatenus Canonicatus, & Cymiliarchatus prædictus prima dignitas non esset in Archiepiscopali Neapolitana, & ob id ad Illustrissimum Archiepiscopū Cardinalem, vigore indulti pertineret; vt conditionalis, proinde reseruatio ipsa pensionis fuerit, non libera; atquè non minimi proinde pensionariorum interfit, litem ipsam defendi, ne à pensione cadant; sicuti & beneficiarii, ne titulum amittat; vt vtilè interea pro pensionariis negotium gesserit beneficiarius litem tuen-

39 do; rectèquè propterea agat ad expensarum repetitionem pro rata, etiam ab inuitis, & reluctantibus, negotiorumq; gestorum actionem habeat. *secundum tex. in d. l. si qui aliena. 33. §. fin. in fin. ff. de negot. gest. & notata per Doct. in l quod in vxorem. 13. C. de negot. gest. & sequitur Surd. de alimen. tit. 6. q. 5. num. 20. & 21. quem etiam sequitur Viscont. in conclusionib. iuris verbo. impensam esse factam. fol. 119.*

30 Nec referat, quòd etiam proprium gesserit negotium beneficiarius litem tuendo. Cùm sat fuerit, quòd nedùm de cōmodo ipsius; verùm etiam, & pensionariorum actum sit. *vt aduertit Rota d. decis. 925. n. 4. apud Seraphin.*

31 Nihilominus tamē, non inter oneta tepurandæ expensæ huiusmodi erunt, quæ in necessariam defensionem collatæ sunt pensionum

32 reseruatarum. Nequè enim onus æstimandum est, quòd in leuamen, & lucrum confertur pēsionariorum, ne pensionem ipsam ammittant. *arg. tex. ad rem notabilis in l. apud Celsum. 4. §. si* ,, *quis autem ex causa. ff. de doli mali except.* Ego ,, puto (*inquit ibi Vlpianus.*) exceptione eos esse repellēdos, cùm lucratiuam causā sint nacti, *& §. proindè ibidem.* Proindè (inquit) ex qua cumquè alia causa, quæ propriè lucratiuam habet acquisitionem. *faciunt notata per Ias. in §. item si quis in fraudem nu. 28. & 29. instit. de action. arg. etiam tex. in l. 1. §. lucratiuas. C. de imponenda lucratiua præscript. lib. 10. vbi Io. de Platea. col. 3. vers. in tertio dicto.* lucratiuā causā hæreditatē existimat, licet cōmoda, & incōmoda contineat, dummodò damnosa omninò non sit. & faciunt notata *per Bellettum disquisit. clerical. par. 1. tit de exempt. clericorum, et eorum bonorum §. 6. num.* 3. vbi mercedem, quæ custodi agrorum soluitur, onus haud dici, substinet, vt ab illa Ecclesia immunis minimè dicatur.

34 Nequè profectò onerosa dicetur causa, quæ lucrum admistum habet, sed ea dumtaxat, quæ verè, & absolutè onerosa est; & si consequenter sit onerosa, modo principaliter sit lucratiua. *secundum Bar. in l. Meuius. 68. §. duobus. num. 12. in 5. opposit. ff. de legat. 2. Card. Tusc. l. b. 5. litt. O. conclus. 141. nu 2.* Vt sufficiat si effectus causæ sit lucratiuus, etiam si eius initium onerosū videatur. *vt sequuta fuit Rota in Portuen. bonorum de columna 16. Octobr. 1579. coram Card. Seraph. decis. 416. n. 11. 12. & 23. & 24.*

35 Tātū itaq; abest, vt defēsio sit onus, vt naturali illa iure, veluti tutela, vel corporis, vel rerū, ꝑmittatur. *l. vt vim. 3. ff. de iust. & iur. vbi glos. verbo iūre. est tex. in l. 1. C. vnde vi. l. 3. §. cum*

36 *igitur ff. de vi, et vi armat.* Cùm alioquin lucrū dicatur quicquid ex voto, & sententia succedit *vt notat plenè Card. Tusc. tom. 5. litt. L. conclus. 450. num. 3. ex Paulo Castrens. notabiliter cons. 259. omnis difficultas. num. 5. vers. & considero vltrà prædicta. lib. 1. Gloss. in l. Paulus. 99. ff. de solut. gloss. in l. penult. in glos. fin. ff. de condit. causa data, causa non secuta Neuizan. cons. 74. num. 13. Royas de heretic. par. 2. num. 105. Phanuc. de inuentario par. 5. nu. 93. vol. 8. tract. par. 2. fol. 291. Barbos. in cap. 1. num. 7. de eo, qui mittitur in possession. caus. rei seruan. Monterius à Cuona decis. Senatus Aragoniæ 14. n. 31.*

Nec item obtundi poterit; quod defensio ad fauo-

fauorem pensionariorum, non veniat principaliter, sed potiùs in quandam consequentiam. Cùm sit enim conditionaliter reseruata pensio (& siquidem libera ab omni onere) quatenus scilicet Canonicatus, & Cymiliarchatus prima dignitas non fuerit in Cathedrali Neapolitana
37 vt diximus, defensio vtiquè principaliter, non accessoriè venire dicetur. Cæteroquin, si indefansa lis dimissa fuerit, à pensione deficient
38 Pensionarij; vt lucro æstimari debeat, quod in ipsorum pensionarium commodum litis defessio cedat, & siquidem illa è re quoquè sit beneficiarij, ne titulum amittat; vt in superioribus *ex Seraphin. d. decis. 925. num. 4* perpendimus. *& Alex. d. §. in computat. num. 3. ad. tex. in l. iam tamen. 5. §. in hac stipulat. hoc tractatur. ff. iudicatum solui, cum ibi notat.*

Quid enim si titularis litis iacturam facere voluerit; an ipsi quoq; litem perdere amabunt? Vt nolint proinde in expensas contribuere. At à pensione cadent, pro qua neq; in litis expēsas contribuere volunt.
39 Non debuerit igitur peioris esse conditionis beneficiarius, quòd diligens fuerit. *secundum tex. in d. l. fin. §. quid. n. iustiùs. C. de bonis auth. iudic. poss.* Nequè pensionarios lucrum cum alterius iactura referre æquitatis ratio patiatur, *l. nam hoc natura 14. ff. de condit. indebit. l. iure naturæ. 270. ff. de reg. iur. l. fi. C. de vsucapion. pro emptore. cap. suam ad nos. 9. in fin. de pœnis.*
„ Ne occasionem iuris ad iniquum quis trahat
„ compendium, *vt loquitur tex. in d. l. fin. C. de vsucapionib. pro emptore, & sequitur gloss. in cap. Sedes Apostolica. 15. in verbo multitudinem. de*
41 *rescript.* Et fauendum sit magis ei, qui de damno agit vitando, quàm qui lucrum captare cum alterius iactura perquirit. *ad tex. in l & si qui. 14. §. sed si adhita. ff. de religios. & sumpt. funer. Aymon. consi. 22. num. 24. in fin. & consi. 120. num. 2. Rota apud Ludouis. decis. 439. n. 9. & apud Caualer. decis. 220. nu. 8. & decis. 239. in fin. Tuscus. d. conclus. 450. & 451. Rota apud Seraphin. decis. 454. num. 6. Gratian. forens. par. 4. cap. 798. num. 18.* Retentionis ergo iurè rectè agit beneficiarius pro rata expensarum aduersus pensionarios. Vt ex dictis, iuris esse respondi sub censura.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

Quem sanè finem causa habuisset, satis cōpertum mihi non fuit, quòd aliò euocatus fuerim extra vrbē; æstimo tamen (vt relatum mihi fuisse recolo) rem inter partes concordia diremptā. Neq; enim Dominus meus Riccius, quid de cisū fuerit refert, sed quid ipse consultus dixerit, effatur. Boni igitur, æquiq; nos in medium attulimus consule. Erit quippè tēpus, cùm hæc ipsa lectitasse iuuabit. Nihil nempè nouum sub sole; sed omnia tempus habent. *Ecclesiastes. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Quæ differentia sit inter mobilia, & se mouentia.*
confunduntur tamen inter se, ni aliud de mente constet proferentis. n. 2.
3 *Campana an inter mobilia computetur, vel immobilia.*
4 *Campana dupliciter consideratur, vt inter mobilia, vel immobilia computari valeat.*
Dupliciter item campana perpendi potest, vt inter mobilia, vel immobilia habeatur n. 5.
6 *Nomen rei consequens esse debet.*
7 *Argumētum valdè ducitur ab ipso rei nomine, eiusq; ethimologia.*
mutuum quasi de meo tuum fiat dicitur, & furtum à furuo, quod in abscondito fiat. ibid.
9 *Argumentum ab ethimologia validum dicitur, si rei definitio nomini quoq; aptatur.*
9 *Argumentum optimè venatur ab inferiori ad superius in his, quæ consecutiua sunt ad inuicem.*
10 *Campana campanili affixa inter immobilia agnoscitur. & n. 16.*
11 *Mobilia immobilibus affixa immobilium naturam sortiuntur.*
12 *Affixa solo cebercre dicuntur.*
13 *Seruus rusticus prædio deputatus inter immobilia computatur.*
14 *Mancipia prædijs deputata, partes fundi æstimantur.*
15 *Maius dignum dignitate inferius in se absorbet.*
17 *Seruitutes inter immobilia agnoscuntur.*
18 *Vsusfructus immobilium nomen sortitur, quòd in corpore consistat.*
19 *Castro Concesso, vel legato, instrumenta quoq; ad pugnam, & ad tuendum Castrum concessa videntur.*
20 *Molendini appellatione mola, ferrum, aliaque ad molendum necessaria omnia complectuntur.*
21 *Campanilis appellatione campana quoq; accedit, quod pars eius sit.*
21 *Totum qui dicit omnes eius includit partes, nihilq; earum excludit.*
23 *Partes totius naturam sequuntur,*
24 *Pars omnis ad totum ordinatur, vt imperfectū ad perfectum.*
25 *Pars omnis naturaliter est propter totum.*
26 *Beneficij titulus diruta Cappella, aliò transferri debet.*
27 *Principali destructo corruit accessorum.*
28 *Campana campanili diruto inter mobilia agnoscitur.*
29 *Affixa omnia re integra immobilium naturam sortiuntur, resoluta verò, mobilium.*
30 *Qualitas rei accedens, illam in aliam speciem transmutat.*
31 *Res eadem varijs respectibus considerata, variè quoq; nomen sortitur.*
32 *Beneficij titulo aliò translato, res omnes prioris Ecclesiæ, & beneficij ad secundam spectant.*

AR-

ARGVMENTVM.

Campana inter mobilia nè, vel immobilia numeretur? Et num diruta cappella, in qua affixa erat, possit illa per beneficiarum alienari, vel ad Ecclesiam in quam dirutæ Capellæ facta translatio est, spectet? Non iniucunda, neque in curiosa disceptatio.

RESPONSIO. XI.

INter mobilia, nec nè, vel verò immobilia Campana dinumeretur, in difficultatem non minimi reuocatur.
1 Vnde ad dissoluendum quæsitum, respondendum censeo, sermonis proprietate perpensa, differētiam constitui inter mobilia, & se mouentia. Vt mouentia dicantur ea, quæ actiuè se habent ad motum, quia aptitudinem habent, vt se ipsa moueant, vt Equi, Boues, & animantia cætera. Mobilia verò ea dicantur, quæ passiue tantùm ad motum se habent, vt quæ apta sint de loco ad locum moueri, atquè transferri, non tamen se ipsa mouere possint, nequè de loco ad locum trāsducere, vt vestes, sellæ, tabulæ, lapides, & cætera huismodi.

Quòd rectè deduci videtur *ex tex. in l. 1. §. cùm autem antiqui. ibi: In rebus mobilibus, vel se mouentibus. C. de vsucapione transformanda. tex. in l. à diuo pio. 15. §. 2. ff. de re indic. l. mouentium. 93. vbi Alciatus. ff. de verbor. significat. Abb. in cap. nulli. 5. num. 9. vers. nam mobilium d. reb. Ecclesi. optimè omniscius Petrus Greg. Tholosan. syntagmat. iuris vniuersi lib. 1. cap. 9. num. 6. & 7. & seq. Anast. Germon. de sacrorum. immunit. lib. 3. cap. 17. num. 195.* Marta voto. 82. *par. 1. num. 2. cum seq. Euerardus. cons. 170. num. 13.* Rota *apud Sanctissimum Ludouis. decis. 257. num. 2. Redoan. de reb. Eccles. non alienand. rubr. 13. num. 19. tom. 15.*
2 *tract. par. 2. fol 415. col. 3.* Et si sanè vnum pro altero vsurpetur quandoq; ex vocabulorum confusione; nisi aliter de mente constet disponentis, vel loquentis. *vt ex ipso tex. Alciat. aduertit. d. l. mouentium. in princip. Petrus Peckius. de testam. coniug lib. 5. cap. 3. num. 1. & post eos, quos ipse refert. Illustrissimus Mantica. de coniecturis vltimar. vol. lib. 9. tit. 3. num. 1.*

3 Campana igitur, & si quidem, inter sese mouentia minimè computetur, si in proprietate stemus sermonis, quòd ex se motu careat, nequè aptitudinem vllam natura sua habeat, vt se se mouear; vt inter immobilia, propterea materialiter computari debeat. Non est tamē quin inter mobilia formaliter, numeretur; cū aptitudinem habeat, vt de loco ad locum moueri, atquè transferri possit.

4 Quare ad rem nostram, campanam ipsam dupliciter considerari posse dicimus. Vel scilicet; vt contra distinguitur à rebus se se mouentibus, ac motu prædictis, & hoc pacto inter immobilia computari in confesso est apud omnes; eò quòd motu careat, nequè ad se mouendum aptitudinem vllam obtineat; sed priuatiuè ad motū se habeat, materialiter, & formaliter, ac ex natura sua. Vel verò, vt contra distinguitur ab immobilibus, & quæ aptitudine quoquè carent, vt etiam passiuè moueantur, & de loco ad locum transferantur, vt montes, domus, Turris, affixa, & cætera huiusmodi. Et hoc planè pacto inter mobilia illam numerari, ac censeri, nemo ibit inficias; eò, quòd passiuè aptitudinem, vt moueatur, habeat, atquè de loco ad locum, hominum voluntate, transferatur.

5 Et hoc modo accepta Campana dupliciter etiam considerari potest. Vel ex se simpliciter, & vt sic, vt Campana scilicet, tùm materialiter, tùm formaliter, & antequam ad vsum, & munus suum deputetur, atquè campanili affigatur. Et hoc pacto inter mobilia illam computari debere, nemo vnquam negabit. Quòd nihil desit, illi eorum, quibus mobilia appellantur; & quòd aptitudinem habeat, vt de loco ad locum transferri, ac transportari valeat. Vnde cùm qualitas ei conueniat mobilium, nomē quoq; vt eidem sedeat, iuris est, atquè inter mobilia nuncupetur. Quippè cùm
6 nomen, rei consequens esse debeat. *ad tex. in §. est & aliud genus inter viuos. instit. de donat. tex. in l. decernimus. 26. in fin. C. de episcop. & cleric.*

7 Validum autem, ac firmum ducitur argumentum à nomine ipso, & à nominis allusione, & ethymologia. *iuxta tex. in cap. cùm secundum Apostolum. 16. in princip. ibi: vt ipsa nominis ratio persuadet. vbi gloß. de præbend. l. 2. §. appellata. ff. si certum petat.* vbi Mutuum quasi de meo tuum fiat appellatum dicit Paulus. *& in l. 1. ff. de furt.* ab ethymologia vocabuli furtum à furuo dictum, quòd in occulto fiat, docet. *& in l. 1. ff. de testament. & alibi quoq; Abb. cons. 82. quanquam. num. 2. lib. 1. Paris. cons. 67. num. 10. volum. 4. Aymon. cons. 111. num. 18. plenè Euerard.*
8 *in loco ab etymologia.* Præsertim verò, vbi rei ipsius definitio eidem quadrat, & sedet. *vt Abb. notat. d. cap. cùm secundum Apostolum. num. 5. Card. Tusc. tom. 1. littera A. conclus. 500. num. 1. & seq. Barbos. in locis argum. loco 44.*

9 Et ab inferiori ad superius valet argumentum, in his, quę consecutiua sunt ad inuicem. *secundum Dialecticos.* Vt puta mouetur, ergo est mobile. Est homo, ergo est animal. *Ias. in l. 2. §. appellata ff. si certum petatur.*

10 Vel verò attendetur campana, vt puta ad

ad munus suum, & vt campanili affixa; & hoc modo inter immobilia numerabitur, & cognoscetur, sicuti campanile ipsum; eò, quòd pars illius sit; vt nisi destruatur, & ab illo amoueatur, ac totum mancum, atquè diminutum reddatur, aliò, ac de loco ad locum transferri minimè possit.

Alioquin, si aliter senserimus immobilia omnia, mobilia aliquo modo fecerimus. Vt putà templa, ædes, Montes, atq; ædificia alia; si ea in partes componentes redegerimus, illæsuè postmodum aliò transtulerimus.

11 Absolutum verò est. Mobilia, immobilibus affixa, immobilium ipsorum naturã nancisci, vt & ipsa immobilia quoquè dicantur, sicut, & quibus adherent. *ad tex. in l. si ita legatum. 84. vbi argumentatur. Bart ff. de legat. 3. l. ex facto. 35. §. rerum autem Italicarum. ff. de hæredibus. instituend & probat tex. in l. si aliena rei. 10. §. hoc iure vbi gl. ff. de vsucapionibus. tex. in cap. vnico, §. sciendum. vbi Bald. num. 1. de feudi cognitione. in*

12 *vsibus feudorum.* Quia affixa solo coherent. *Abb. in cap. nulli. 5. num. 2. in 2. notab. de rebus*

13 *Ecclesi. alienand.* vbi, rusticum seruum, prædio scilicet deputatum, inter immobilia computari dicit. *Nam videtur* (inquit ipse) *inherere prædio: & cùm sit rei immobilis, communicat naturam suam seruo deputato ad eius culturam.* hæc Abb. Quod probat manifestè *tex. in l. 3. ff. de diuers et temporalib. præscript* sic enim ibi loquitur Modestinus: *Longæ possessionis præscriptionem, tàm in prædijs, quàm in mancipijs, quæ partes fundi sunt locum habere manifestum est. tex. in cap nulli liceat. 5. ibi: Siuè agrum, siuè rusticum mancipium. de reb. Eccles. non alien. tex. in l. lex quæ. 22. §. præcipimus. C. de administrat. tutor. et tex. in §. vult enim illa. in auth de alienandis, aut permutandis reb. Ecclesiasticis. collat. 2. tit. 1. in procemio. et sequitur plenè, alia plura connectens. Petrus Greg. d. cap. 9. num. 6. et Hartaman Pastoris obseruat. 56. nu. 3. Ioann. Koppen. decis. 31. num. 19. et 20. Ioann. Guttierez pract. quæst. lib. 5. quæst. 91. num. 6 et seq.*

14 Mancipia ergò prædijs deputata, partes fundi esse, nuncupat ibi Modestinus. Ea sanè ratione. Quia prædio ipsi adhærent.

Si itaquè seruus, qui inter se se mouentia numeratur natura sua, nedùm inter mobilia, prædio tamen deputatus, quòd pars eiusdem censeatur, Immobilium tamen naturam sorti-

15 tur. Quòd maius dignum, dignitate inferius in se absorbeat, & trahat; vt inquit *Tiraquell. de retractu lignagier. §. 1. Glos. 7. num. 82. Barbos. axiom. 72. num. 1.*

16 Quantò magis, vtiquè Campana affixa cãpanili, eiusquè pars effecta, ita vt nullo pacto moueri, aliouè transferri valeat, campanilis ipsius assumet naturam, vt inter immobilia dignoscatur, ac numeretur? *ad tex in auth. multò magis. C. de Sacr. sanct. Eccles. Hartman d. obseruat, 56. num. 3. Koppen. d. decis. 31. num. 19.*

17 Veluti quoquè, seruitutes, eò quòd immobilibus hæreant rebus, immobilium ius, nomenq;, atquè naturam assiscunt, vt inter immobilia computentur. *probat gloss. in l. vnica. verbo. intelliguntur. C. de vsucapione. transformanda. tex. cum gloss. in cap. 2. verbo. iura. vbi Philipp. Franc. num. 4. de reb. eccles. alien. lib. 6. Alex. consil. 211. ponderatis verbis statuti. num. 4. lib. 6. pluribus. Tiraquell. d. retractu lignagier. §. 1. Glos. 1. nu. 2. Rodoan. d. rub. 13. num. 22. Francis. Liparulus. in annotationibus ad summam Odofredi de feudis. tit. in quibus rebus consistit feudum. col. 1. in fin. fol. mihi. 24. Gratian. forens. par. 3. cap. 564. num. 8.*

18 Et vsusfructus, quòd in corpore consistat, vt eo sublato, & ipse quoq; euanescat. *vt probat Celsus. l. 2 et Paulus in l. 4. ff. de vsufructu.* & probatur *in cap. fin. de pignoribus.* inter immobilia computari, *docet Petrus Gregor. d. cap. 9. num. 6.*

19 Quemadmodum etiam, concesso, vel legato castro, instrumenta ad pugnam, & ad tuendum castrum, comprahendi, proindequè concessa, ac legata quoquè censeri, Quòd pars Castri æstimentur. *probat apertè Oldradus. cons. 163. Quod nomina. vers. arma verò. quem sequitur Martin. Laudens. tract. de castellanis, et castris. q. 4. volum. 10. tract. antiq. fol. 322. Tiraquell. d. Gloss. 7. num 96 97. et seq. Pecchius d. lib. 5. cap. 30. num. 3 col. 3. Ioan. Vincent. Anna allegat. 29. num. 5. par. 1.*

20 Molendini item appellatione, molam, ferrũ, aliaquè ad molendum instrumenta complecti, vt sine his molendinum dici haud quaquam possit. *probat Bald. in cap. contingit. col. fin. num. 3. vers. quæro nunquid molæ. de dolo. et contumac. siuè sub rub. de restitut. spoliat. in meo. Cattellin. Cotta in memorabil. verbo castro mihi concesso. Tiraq. d. §. 1 gloss. 7. num. 92. et seq. Gratian. d. cap. 564. per tot. Pecchius d. lib. 5 cap. 30. num 2. Marta d. voto, 82. num. 4. et pluribus alijs exemplificat. Petr. Greg. d. cap. 9. nu. 6. et 7. Guttierez d. q 91. num. 7. Card. Tusc tom. 5. littera M. conclus. 303. num. 1. Barbosa de appellat. verbor. iur. significat. appellat. 117 num. 5.*

21 Campanilis itaquè appellatione, campana quoquè, vti pars eius, comprehendetur, & sicuti illud, ita hoc immobilium nomine cõpu-

22 tabitur. Qui enim totum dicit, nihil omninò excludit, sed partes eius omnes comprehẽdit.

23 *l. Iulianus. 66. in princ. ff. de legat. 3.* Et eiusdem rationis partes esse solent, cuius est totum. *latè Dec. in l. cuius effectus. 189. ff. de reg. iur. Sarment. de reditib. Eccles. cap. 3. nu. 7. par. 3. Marta d. voto. 82. num. 3. Card. Tuscus tom. 1. littera C.*

24 *conclus. 18. num. 1.* Quia omnis pars ordinatur

25 ad totum, vt imperfectum ad perfectum, & ideò omnis pars naturaliter est propter totũ, *vt loquitur S. Thom. 2. 2. q. 64. art. 1. reg. in toto. 80. de regul. iur. in 6. l. in toto 114. ff. eod. Barbos. axiom. 220. num. 1. Rota in recent. par. 2. tom. 1. decis. 144. num. 3.* vnde sicuti totum immobile dicitur, et est, ita, et partes eius in immobili ipso comprehendẽtur, & concludẽtur, vt immobilia nuncupentur. *Petr. Gregor. vbi supra.* Veluti, ecce tibi quoquè Ecclesiæ nuncupatione, etiã

cam-

campanile, & annexa omnia comprehendũtur *Lanus allegat. 12. nu. 4. & seq. Card. Tuscus. tom. 3. litt. E. conclus. 20.*

Verùm enim verò, Quia in facti specie, de qua nunc cõtrouertitur, cappella, cuius est cãpana, superioris authoritate, eò quòd diruta & absq; spe vlla reparationis, profana dicta,
26 atquè promulgata est; & beneficij titulus, aliò translatus in Cathedrali Ecclesia. *iuxta tex. Sacr. Trid. Concilij. sess. 21. cap. 7. de reformat. ad tex in cap. 1. & penult. de Eccles. ædificand. plenè Zerol. in praxi Episcopal. par. 1. verbo visitatio §. ad 6. dub. 9. fol. mihi 372.*

27 Et campana prædicta, principali iam destructo, vti accessorium ad illud, auelli ab eo liberè
28 possit. *ad tex. in cap. 2. de noui operis nunciat.* Vt auulsa non amplius eius pars dicatur; & inter immobilia, non vtiquè cognoscatur; vt ad mobilium naturam, eò quòd de loco ad locum transferri iam possit, translata videatur. *Bald. in cap. contingit num. 35. de dolo, & contum. Tiraq. d. gloss. 7. num. 99. in fin. Nauar. in tract. de vsur. q. 25. num. 118. sequitur Cencius* de mola molendini loquens. *in tract. de censib. par. 3. cap. 1. q. 1. art. 3. num. 12 fol. 225.*

29 Quemadmodum domus, tegulas, trabes, columnas, marmoreosquè lapides, aliaque affixa omnia, eiusdem domus partes numerabimus integra domo. *ad tex. in l. eum. qui ædes. 23. ff. de vsucapionib. Bald. d. cap. contingit n. 35. Petr. Greg. d. cap. 9. num. 7.* Ea verò resoluta, atq; in suas per prius componentes diuisa partes; per se ipsa omnia distinctim perpendentes; sicuti non amplius domum dicere possumus; ita per se ipsas, partes componentes considerantes, vnamquamquè per se numeramus, vt non amplius immobilia, vt per prius domui affixa appellabamus; sed mobilia: Quòd illa de loco ad locũ transferre liberè iam valeamus; suamq; potentiam, & aptitudinem, quàm passiuè habebant, vt transferrentur; & ammiserant domum componentes; seiuncta repererint. Quod post *Guttierez pract. quæst. q. 91. num. 7. cum seq.* perpendit. *idem Gratian. d. cap. 564. nu 38. Nauar. in can quiescamus. 24 dist de eleemosyna. n. 4. & probat tex. in d l. eum qui ædes. Cencius d. art. 3. num. 13. & seq. Bonacin. tom. 2. de contract. disput 3. q. 4. punct. vnic. n. 29. Rota d. decis. 144 n. 3. in recēt. par. 2.*

Nec mirum videri debet, si vnam, eandemq; rem, diuersimodè, accedente, vel recente qualitate aliqua, perpenderimus. Quippè cùm qua-
30 litas rei accedens, variare illam faciat in nomine, & effectu; cùm illam in aliam transducat speciem. *est tex. in cap. statutum. 22. de elect. lib. 6. cap. cùm Martha. 6. §. quo sinisti. de celebrat. Missar. contra. tex. in §. præterea cùm ibi: notat. in gloss in. stit. de inutil stipulationibus. probat pluribus Marsil singul. 520. qualitas adueniens, quem sequitur Menoch. consil. 3 num. 13. colum. 1. & de arbitrar. q. 11. num. 23 & de recuper. possess. remed. 6. num. 8. & remed. 9. num. 397. Barbos. axiom. 196. num. 5.*

Scrupulus ergò haud ingenerari cuipiam potest, si inter immobilia campanam numerauerimus, turri affixam campanariæ, quòd tunc scilicet pars constitueretur eiusdem; ab illo verò semotam, inter mobilia agnouerimus; quòd moueri, atq; de loco ad locũ transferri iam possit.

31 Quia aliud est, pars vnius, cùm consideratur, vt separata à toto, vel cùm in toto ipso perpenditur, vel secundum aliquam aliam qualitatem eidem aduenientem. *probatur per tex. in cap à collatione 11. de appellat. lib. 6. & in cap. cùm in Ecclesia. 25. de præbendis. in 6.* in quibus habetur, vnum, atq; eundem hominem, alium esse, vt Episcopum acceptum, & alium, vt Canonicum. Nequè etiam obscurè *tex. in d l. eũ qui ædes. 23. §. separatis. & §. sin autem. ff. de vsucapionib sequitur, & notat Nauarr. d. can. quiescamus. 42. dist. nu. 4. Gonzal. ad* regul. 8. *Gloss 43. num. 156.*

32 Verùm enim verò, possit nè beneficiarius de dicta campana, vti de alijs mobilibus disponere? Negatiuè respondendum censeo, quòd illa vnà cum alijs omnibus iuribus, emolumentis, & oneribus ad Ecclesiam, in quàm facta est translatio, spectēt. *vt tex. idem Sacri Concilij d.*
„ *cap. 7. disponit, ibi: Cum omnibus emolumentis, &*
„ *oneribus prioribus Ecclesijs impositis. Rota apud Illustrissimum Seraphin. decis.* 1148. *num.* 16. *Zerol. vbi supra d. §. 6. dub* 10.

Et ita ex his dictis respondendum censeo, meliori consilio semper, & vbiquè præhabito.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

Responsionem hanc dedi iussu Reuerendissimi Domini mei Hieronymi Campanilis, tunc Episcopi Laquedonen, ac Ministri Sanctissimæ Inquisitionis, cui quoquè ordinarius consultor assidebam; postea verò Episcopi Isernien. Sed non longo interiecto temporis spatio fatis præmaturè concessit; non sine maximo amicorum omnium dolore, & luctu. Et ita executioni demandari fecisse mihi ipsemet retulit. Vnde adnotatione digna existimaui à tanto probata viro. Et fortassis, cùm similis casus acciderit, (vt res sunt omnes humanæ vicissitudini subiectæ; vt nihil sub sole nouum sit, nec valet quisquam dicere: Ecce hoc recens est; iam enim præcessit in seculis, quæ fuerunt ante nos; vt Salomon inquit. *Ecclesiastes 1. num. 10.*) vsui legentibus erunt. Et iuuabit quandoquè hasce in vnum collegisse lucrebationes, neq; talentũ (quamuis exile) sudario colligatum terræ infodisse, sed ad mensam numularijs proposuisse. Boni igitur Consulant legentes. Et asina quandoquè aduersus ariolum Balaam, Domino cogente, loquuta fuit. *numer. 22. n. 23.* vnde ille cõmodum hausit.

SV M-

SVMMARIVM.

1 *Dos non soluta donationem propter nuptias, siue antefatum non meretur; declara.n.15.*

quatenus vero pro parte soluta sit, pro parte dũtaxat illam lucratur.n.2.

Limita si dos promissa fuerit, & exbibita exigenda à debitoribus, virquè contentus fuerit, & antequàm exigat, fatis concedat.n.3.

4 *Dos soluta censetur, si vir babita fide de prætio, & solutióni die adiecta, interim naturæ debitũ soluat.*

5 *Actionem qui babet ad rem consequendam, rem ipsam babere videtur.*

6 *Idem ius est de feudo, atquè de actione ad feudum.*

7 *Ioannes Baptista Thoro laudatur.*

8 *Dos promissa, etiam non data, dotarium mulieri lucratur.*

9 Dos *promissa, & constituta parem vim babent.*

10 *Matrimonium sine dote esse potest, non tamen contrà.*

11 *Antefatum lucratur mulier, etiam dote non soluta, si illud promissum fuerit babito respectu ad virtutes, virginitatem, & ad matrimoniũ, non verò ad dotem.*

12 *Antefatum mulieri honeroso, non lucratiuo titulo cedit, præmio amissæ virginitatis.*

13 *Antefati medietatem lucratur mulier ob osculũ tantùm, si vir fatis concedat.*

Ruborem enim contrabit mulier per osculum, virum difficilius inueniendi.n.14.

16 *Virginitas amissa semel rebaberi minimè potest amplius.*

17 *Iocalia prætiosa, non donata sponsæ, sed accõmodata, vt ornatior, honoratiorq; ad virum ducatur videntur.*

Potissimùm si maximi sint valoris.n.18.

& consuetudo, atq; magis necessitas mittendi non liberalitas donandi videatur.n.19.

Vel si pœnis viri bæredes reperiantur non pœnes mulierem n.20.

ARGVMENTVM.

Dos non soluta donationem propter nuptias, siuè antefatum non meretur. Et quid si Maritus habita fide de pretio, solutioni diem adijecerit, & interim, antè diei aduentum, fatis concedat? Et an torques aureæ, aliaquè prætiosa iocalia, die nuptiarun vxori data, sibi mulier acquirat, vel magis restituere ea debeat viri hæredibus? Non in vtilis Responsio.

RESPONSIO. XII.

Debeatur, nec ne antefatum D. Iudittæ Fideli Ciuitatis Auersæ per hæredes quondam D. Fabritij Lanza, dissoluto matrimonio per mortem ipsius, vigesimum post diem consumati matrimonij. Et an torques aureæ donatæ, debeantur per dictos hæredes? controuersum redditur.

1 Quoniam non soluta dos donationem propter nuptias, siuè antefatum minimè commeretur, nequè lucratur; quinimò quatenus pro parte soluta fuerit, pro parte dumtaxar donationem nanciscitur, & antefatum. *tex.in auth. de non eligendo. 2. nubent.§.illud in fin. Auth.sed quæ nihil.C.de pactis conuent.auth.dos data.C.de donat.ante nuptias. Andræas de Isern.in Constit. licentiam de dotib.col.2. Afflict.in constit. Regni. mulier, quæ dotarium de dotarijs costituend.num. 5.& 6.& decis.242.& ibid. Vrsillus num.1. Bartholom de Capua.in capit. Regni mulier dotariũ de dotib.mulierum num.1. Boer.decis.22.num. 6. cum seq. Guid.Papa cons.19.& decis.274 & 565. num.2. Gramat.decis.97. Tuscus.tom.2.littera D. conclus.634.num. 12. & seq. & num. 23. Anton. Faber.lib.5. tit.6.C. de dotis promiss. difinit. 12. Mastrill.decis.Siciliæ.73.num.12.par.1. Cabed. decis. Lusit.177.par.1. nu.2.& 3. & ante eum Gamma etiam Lusitan.decis. 270. num. 2. Pater Molina de iustit.& iur.tom.2. de contract. tract. 2.disput. 431. num. 10. sequitur Sanchez de matrim.tom.1.lib.6.disput.37.num. 2. Griuellius in Senatu Dolano decis.41.nu.46.47. & seq. Iacob. Cancer.lib.1. variar.resol.cap.9.nu. 82. Prosper. Perta.in addition.ad Capic.decis.65. vers. vsusfructus antefati. Riecius.in d.auth.dos data colle. 87. par.1. Molfes. ad Consuetud. Neapolit. tom. 1.par.7.q.6.num. 1. nouissimè Donminus Regens Scipio Rouit.cons.50.n.10.& seq.lib.2.*

Verùm in hac re deberi antefatum dixi.

3 Cùm, quòd dicta Iudittha dotem promisit, & exhibuit dicto Frabritio eius viro; exigendã ex hæreditate eius Patris, atquè etiam sororis; constituendo dictum eius virum procuratorẽ veluti in rem propriam ad exigendam dotem prædictam; vnde in mora soluendi, non videtur fuisse, si fati vir tempus impleuit, dotem antequam redhiberet. Soluisse nempè dotem vxor videtur, si maritus, habita fide de prætio, solutioni terminum adiecit, eoquè interim pẽdente, faris concedat, naturæquè debitum soluar. decidit nec obscurè *tex.in l.quod vẽdidi.19. ff.de contrabend. empt. vbi Gloss. & scribent. § venditæ verò vers.sed si is; qui vendidit, vbi etiã Gloß.verbo fidem emptoris. institut. de rerum diuis. decisum refert Afflict.decis.333. vbi optimè Vrsill.* qui etiã aliàs ita decisũ fuisse refert. *& decis.242.num.3.& sequitur Gramat.d.decis. 97. num.5. post. Boer.d.decis.22.num.14.& 15. Guido*

Papa

Papa decis. 430. *& d.decis.* 565. *Sylua nuptialis. lib.*2.*tit.diuiti non est nubendum.num.*75.*fol.*73. *in minori impress.Tuscus d.conclus.*634.*num.*12. *est aperta doctrina Bartholomei de Capua super capit.Regni, mulier dotarium,de dotibus mulierũ fol.*88.*num.*8.vbi *Ioan.Crispus Episcopus Theanen.in addit.*retionem dicti reddit, quę à priori
5 videtur. Quod, qui actionem habet ad rem consequendam, rem ipsam habere videatur *l.qui actionem.*15.*ff.de regul.iur.Capic.decis.* 18. *nu.*13.*in fin.*

6 Quemadmodum idem omnino iudicium æstimatur de feudo, atq; de actione ad feudum ipsum.*vt post Præsidem de Franc.decis.*75.*sequitur Dominus Rgenes, & Marchio Carolus Tapia decis.Sacri Cons.*12.*n.*1.

Neque imputandum est mulieri, quod dotẽ non soluit: solutionis tempore non purificato adhuc. *Surd.de alimentis tit.*1.*q.*42.*nu.* 55. 56. *&* 57.*Molfes.d.par.*7 *q* 6. *num.* 7. *&* 8. *& hanc eandem sententiam sequitur Ioan.Baptista Tho-*
7 *rut, vir sanè doctus, ac probus, omnique virtutum genere præditus in Compend. decisionum par.* 1. *verbo antefatum an debeatur.faciunt, quæ habet Thomas Gramat. in adidit.ad Napodan. in consuetudine quartam autem de iure quarta in ver-*
8 *bo constitutam fol.*253.*in fin.*dicens: Quod lu-
„ cratur mulier dotarium, etiam dote non data
„ modò sit promissa constitui. Et ita decisum in S. Neapolitano Consilio refert. *Et dixit etiã Dominus Anton. de Alexandro eod.loco num.* 2. *verbo constitutam fol.*252.*vers.nota ex morte. & Iacob.Anellus de Bottis eod.loco.fol.*253.*facit*
9 *decis.Afflict.* 61.*num.*1.quod parem vim habet dos promissa, & constituta.*Anton Faber. in C. lib.*5.*tit.*7.*de iure dotium definit.*1.*& definit,* 16. *& definitione* 8. *in fine de dote cauta non numerata eod.lib.*5.*tit.*10. *Aluar. Valascus consult.* 3. *num.* 6. *plura refert Gratian. forens.par.* 4. *cap.* 666.*nu.*22.*cum seq.ad* 26 *Pater Molin. d.disput.* 431. *num.* 10. *in fin. & Pater Sanchez d. disput.* 37.*num.*2.*in fin.Senatus Dolani apud Griuell.d. decis.*41.*num.*48.*Cancer dict.cap.*9. *lib.*1. *nu.*83.
10 Neque necesse sit dotem intercedere, vt matrimonium constituatur, & siquidem sine matrimonio dos ipsa esse minimè possit, *l. cum multa* 20.*aliàs fin.C.de donat.ante nupt.l.*3.*ff.de iure dotium. §. penultimo instiut. de nupt. l.fin. C.de dotis promis.Gloss.in l. de diuisione.*5.*verbo. tradita ff.soluto matrimon. Iacob. Thuming.decis.*29.*n.*33.
11 Tùm etiam; quòd in facto hoc nostro, dotarium, siuè antefatum constitutum fuit per dictum Frabitium Iudithæ; nõ quidem respectu dotis, sed respectu ad matrimonium, virtutem,
„ & Virginitatem d.Iudithæ coniugis. Vnde soluere tenebitur quartam, siuè dotarium, & antefatum. *vt tradit Napodan. in d. consuetudine quartam.num.*15. *vers. nota ex ista glos. fol. mihi.*252. vbi etiam dat cautelam, ad hoc, vt dotarium semper debeatur. Vt scilicet constituatur, tàm respectu dotis, quàm respectu matrimonij, quia respectu matrimonij constituta, semper videtur extare.*& sequitur ibidem Ioan. Angelus Pisanellus.*
12 Antefatum porrò vxori oneroso, non lucratiuo titulo debetur; quia pudicitiæ præmio cessit, & virginitatis, quàm amisit. *vt est tex.in l.res vxoris.*24.*C.de donat.inter virum & vxorem. vbi Bald. in fin. sequitur Vrsill.ad Afflict. decis.*291.*num.*4.*& Molfes d tom.*1.*par.*7.*de iure quartæ.q.*8.*num.*1.*Mastrill.decis.* 212. *num.* 24. *par.*3.*Tuscus d.conclus.*634.*num.*10.*Sanchez.de matr.d.disp.*37.*n.*1.*Rou.d.cõs.*50.*n* 1.*& seq. Fontanella de pact.nupt.tom* 1.*claus.*4.*gloss.*1. *num.* 11.*& tom.*2.*claus.*7.*Gloss.*1.*par.* 1. *num.*3. *& sequitur pluribus nouissimus longè post hæc scripta prælo pressus D. Marius Cutelli siculus de donation.inter patr.& fil.tract.* 1. *discur.* 3. *partic.* 3. *num.*4. 5. *& seq.* Vnde dixit per pulchrè satis Apuleus *apolog.*2.*Virginitate except a,quicquid*
„ *aliud in dotem acceperis, potes cum libuerit, omne*
„ *vxori retribuere.*
13 Sicuti, ob hanc eandem causam, per osculũ dumtaxat (quòd pro medietate videatur tunc sponsæ corrupta caro) lucratur illa, ob sponsi suprema funera, medietatem donationis ante nuptias, vel sponsalitiæ largitatis. *secundum tex.in l.si à sponso.*16.*C.de donat.ante nupt.Napod.d.consuetud.quartam autem.verbo à quondã viro suo.num.*28.*fol.*255.*& nu.*31.*fol.*556. *Gramat.decis.*103 *num.*88.*&* 89. *Anton Faber.C.de iure dotium defin.* 1. *&* 15. *&* 16. *Vincent. de Franch.d.cis.*503.*num.*7. *& num.*8.*&* 18.*& seq & num.*23.*Couar.de sponsalib.par.*1.*cap.*7. *§.* 4. *num.*12.*Sanchez de matrim.lib.*6.*disput.* 18. *nu.*
14 5.*in* 4.*conclus.* Quod ruborem, ac damnum contrahat ex hoc sponsa, virum alium difficiliùs inueniendi. *sequitur Vinc. de Franch.d. decis.*503.*nu.*7.vbi ita decisum in Consilio Neap. refert.*& nu.*18.*&* 19.*& in fin.num.*23. *Molfes. d.q.*8.*n.*6.*& seq.par.*7. *Mastrill.d.decis.*73.*n.*14. 15.*&* 16.*Cutelli vbi supra n.*9.
15 Debetur itaque huic mulieri antefatum à viro promissum, cum ipsa in nulla fuerit mora soluendi, quæ sola perpensa videtur in allegatis supra iuribus.*d. §. illud in auth.de nõ eligend.* 2. *nubentes.& d.auth. dos data. C. de donat.ante nupt.* Tùm, quòd tempora in eius non fuere
16 potestate, vt superuiuens vir dotem redibere valuisset; ipsaque corrupta, virginalique spoliata corona, ad illam restitui humanitus amplius minimè possit. *can.si Paulus* 11.*§. cù omnia.*32. *q.*5.*l.vnic.in princ. C.de raptu virgin.*

—Nulla reparabilis arte.

Læsa pudicitia est, deperit illa semel.

vt Ouidius.*epist. Oenoui ad Parid.* inquit.

Ei igitur imputari haud debebit, *vt aduertit optimè Guido Papa d.cõs.*19. si dotem vir morte præoccupatus non repetijt.

Non tamen deberi, neque lucratam fuisse dictam Iudittham torques aureas, secundò cõsequenter respondi.

17 Quod hæ pretiosæ res, vt ornatior, atque honoratior appareret, honestiusque culta ad virum deduceretur. *iuxtà tex.in l.sicut certò* 5. *§.inter-*

§.interdum ff. commodati. quàm, quòd dono illas reciperet, datæ magis videantur; vt vteretur illis, non quòd proprietatem nanciscere-tur. *ad tex.in l. mortis suæ.54. §. fin. ff. de donat. inter vir & vxor. Bart. communiter receptus. in l. 1.§. nec Castrense num. 10. ff de collat. bonor.* latè *Afflict. decis. 315 vbi plenè Vrsill. num. 1.* Surd. *decis 166. per tot. præsertim. numer. 2. & numer. 27. & 28. Rota in recentiorib. 1. par. tom. 1. decis. 113. numero 3. & apud Sanctissimum Ludouis. Gregor. XV. decis. 474. Clarus. §. donatio. quæst. 10. num. 3 vers. successiuè quæro. vbi Giacchar. littera B. de vestibus. nu. 4. Capyc. ad Neapol. in consuet. si qua moriens. tit. de muliere habente filios. nu. 43. incip. nota ex ista gloß. fol. mihi. 203. Roland. consil. 10. nu. 12. lib 1.* de iocalibus prætiosis loquens. *Natta cons 147. num. 8. & seq. Gratian. forens. par. 1. cap. 189 num 26. & decis. 118. in fin. & in add. num. 3. Tusc. tom. vlt. littera V. conclus 395. nu. 10. Palatios Ruuios in rubr. de donat inter virum. & vxorem. § 11. num. 1 & sequent. plenè, & optimè more suo Sanchez de matrimon. tom. 1 lib. 6. disp. 25. num. 10. ad fin. vsquè disp.* de vestibus loquens pretiosis, & de annulis, ac iocalibus. *num. 11. Gaspar Anton. Thesaur. libr 3. forens. quæst. 15. numer. 2. & 5. Hieronymus. de Laurent. decis. Auen. 105. num. 5. Anton. Gamma decis. Lusitan. 71. num. 1. & num. 3. 4. & ibid Flores de Mena in add. Marc. Anton Peregrin. decis. Patauin. 83. num. 11. D. Francisc. del Castillo. par. 1. decis. 33. num 13. & seq. Ioan. Baptista Thor. par. 2. verbo. vestes, & alia iocalia col. 2. & par. prima. verbo. vestes, & iocalia. Fontanella. post hæc scripta visus de pactis nuptialib. tom. 2. d. clausul. 7. Glos. 3. par. 6. à numero 65. ad vsquè num. 82.* & sequitur, etiam nouissimè *D Petrus de Luna Siculus inter consilia diuersorum per eum collectorum cons. 36. num. 6. & seq.*

18 Potissimùm verò, quòd non modici sint
valoris; vt consuetudo mittendi magis, atq;
19 proinde necessitas, non liberalitas, attendatur:
secundum Afflict. d. decis. 315. num. 8. & 9. & ibid. Vrsill. Surd d. decis. 166. numer. 28. & 29. Vinc de Franch. d. decis. 503. num. 5. Rota in Romana. iocalium. 19. Martij. 1590. coram Seraphino. dec. 914. num. 3. & in recen. d. decis. 113. numer. 3. num. 5 & 11. Clar. dict quæst. 10. num. 3. Thesaur. dict. quæst. 15. num. 2. Gamma d. decis. 71. num. 4. Sanchez dict disp. 25. num 10. & seq. Tuscus dict. conclus. 395. num. 10. Gratian. forens. d. cap. 189. nu. 3. Francis. Molin. de pactis nuptialib. lib. 3. q. 18. nu. 20. & 21. Thor. d. verb. vestes, & alia iocalia col. 3, et ita quoq; in 1. par. eod. verb. Fontanell. vbi sup. n. 72. D. Petr. de Luna d. cons 36. num. 6.

20 Neq; pœnes D. Iuditthā, sed penes viri hæredes reperiātur, vt hinc multò magis ad vtēdū cōcessæ, quàm, quòd dono datæ videantur, insurgat nō leue argumentū, vt perpēdit optimè *Surd. d. dec. 166. n. 29. in fin. Afflict. d. dec. 315. n. 5. et num. 14.*

Atq; ita ex his respondendū cēsui, sub cēsura.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

Transactione litigiū direptū fuit, fineq; accepit.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonio contrahendo ex Sacri Triden. Cōcilij decreto, præter Parochum duo saltim testes exquiruntur; aliter contractum matrimonium nullum euadit.*

2 *Testes de matrimonio deponentes concordes esse debent.*

alioquin si discordes fuerint matrimonium non probatur ad formam Sacri Concilij. n. 3.

4 *Actus contra formam factus nullus euadit.*

5 *Sacrum Concilium Tridentin. de forma, præter parochum duos testes in matrimonio contrahēdo exquirit, vt si secus fiat, matrimoniū nullū, inuiolandumq; efficiatur.*

Quia de mutuo contrahentium consensu interim legitimè haud constat. n. 6.

7 *Testes de verborum formalitate deponentes, concordes esse debent in ipsa verborum formalitate.*

Nec sufficit si in substantia concordent, modò discordent in verbis formalibus n. 9.

Potissimùm verò si formalitas ipsa verborū probationi subijciatur n. 10.

8 *Matrimonium est plenè probandum, si vnus coniugum matrimonium contractum fuisse neget.*

11 *Testes variantes in substantia non probant, & falsitatis suspitione notantur.*

12 *Testes, qui non nouerunt contrahentes, quàmuis eorum vocem audierint, perceperintq; debent etiam deponere se habere notam contrahentium vocem.*

13 *Testes deponentes habere notam vocem contrahentium, quamuis eos non viderint, debent tamen deponere quòd nullus alius adesse poterat, qui alterum consingeret.*

& quod sint vicini n. 14.

15 *Vicinus præsumitur scire facta vicini, atq; vocē notam habere.*

Limita non procedere in quolibet ciue. 16.

Neq; in ijs, quæ in occulto fiunt. n 19.

17 *Vicini dicuntur quorū voces ad inuicem exaudiri possunt.*

Quiue verisimiliter veritatem nosse poterint. num. 18.

20 *Matrimonium suspectum redditur, quod in libro matrimoniorum descriptum non reperitur per parochum.*

Potissimùm si, vt describeret, rogatus asseratur. num. 21.

22 *Parochus tenetur librum habere matrimoniorū, in quo contracta discribat matrimonia, ex Sacro Trid. Concil.*

23 *Libro parochi fides adhibetur, & probat contractum matrimonium.*

24 *Negatiua probatur per reuolutionem libri.*

25 *Omne, quod in actis scriptum non inuenitur, non actum præsumitur.*

26 *Renunciatio, & impunitas petita matrimonium suspectum reddunt.*

27 *Operari quem temerè minimè, præsumitur.*

8 *Verbum nullum in contractu appositum censetur sine effectu aliquid operandi.*

29 *Verba exaudiri debent secundum naturam rei in contractum deductæ.*

30 *Impunitatis verbum crimen præcedens supponit.*

31 *Impunitas, proprio suo vocabulo, veniam paccati significat, cum is, qui peccauit nulla multatur pœna.*

32 *Testes exeminati parte non citata nihil probant.*

Quamuis iudicis officio examinati testes fuissent. num.33.

Nec iuuat posse illos repeti, cùm satis esse debeat, illos nunc non legitimè examinatos fuisse. num.34.

Potissimùm accedentibus nullitatibus alijs, & defectibus. n.35.

36 *Repetitio testium tollit defectum solemnitatis, non verò defectus alios, quibus testes laborant.*

37 *Testis dictum nullũ ob non seruatum iuris ordinationem, nullum facit indicium.*

38 *Mala fama parochi, facit præsumere cõtrà matrimonium, si illud nutet.*

39 *Semel malus semper præsumitur malus.*

Sed in eodem genere mali. nu.40

41 *Testium mala fama, & vilitas pro matrimonio examinatorum, facit, vt fides eis non præstetur.*

42 *Fides quanta sit adhibenda testibus iudicis remittitur arbitro.*

43 *Testes, etiam viles, & alias inhabiles matrimonio contrahendo adesse poterunt.*

Neq; exquiritur illos omni exceptione maiores esse, sed sufficit idoneos esse idoneitate iuris naturalis.

limita si data opera viles adhibiti fuere, & suspitio sit de matrimonio. n.44.

& poterant alij meliores adhiberi. n.46.

45 *Matrimonium vtriusq; contrahentis consensu perficitur.*

47 *Qualitas rei in iudicio deductæ probenda est.*

Alioquin probatio insufficiens redditur. num. 48.

49 *Recognitio loci plenè, concludenterq; fieri debet, ac partibus citatis.*

50 *Probatio corruit, quam recognitio, & aspectus loci mendacem reddit.*

51 *Testis, qui vnam rem diuersimodè deposuit, si nõ doceat de diuersitate rerum, vel factorum, suspectus redditur.*

ARGVMENTVM.

Matrimonium per rimulam, siuè sagittariam contractum, an iurè subsistat, validèquè probetur, & nùm testes matrimonij interessentes contractui, omni exceptione maiores esse debeant? Et quid si vnus coniungum matrimonium contractum fuisse abneget: An probationes sufficientes exquirantur? Et ex quibus fides nutet parochi? Non inutilis responsio, ac votum non iniucundum.

RESPONSIO. XIII.

NEdùm sanè ex actis non constat de prętenso matrimonio clanculum contracto inter Pomã, & Fabritium; verùm illud satis, superq; falsitatis suspectum redditur.

Et porrò, quòd de contracto matrimonio prædicto minimè constet, deducitur apertè ex his, quæ in facto latiùs perpensa fuere.

1 Quòd. cùm ex *S. Trid. Conc. decreto sess.24.c.1.§. qui aliter. de reform. matrim.* præter Parochũ, duo saltim testes requirantur.

„ *Qui aliter* (Sacrum loquitur Cõcilium) *quàm*
„ *præsente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Pa-*
„ *rochi, vel Ordinarij licentia; et duobus, vel tribus*
„ *testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos*
„ *Sancta Synodus ad sic contrahendum omninò inha-*
„ *biles reddit; et huiusmodi contractus irritos, esse de-*
„ *cernit.*

2 Hic duo concordes testes haud sunt; sed discordes, vt duo dici minimè possint, vt Sacrũ eos Concilũ exquirit. *ad tex in can. si testes 2. in princ. 4. q. 2. et 3. S. Tho. 2.2. q. 70. ar. 2. ad 2.* & tequitur *Fr. Io. de la Cruz. in director. conscient. p. 1. in 8. præcep. ar. 4. dub. 15. in 2. conclus. n. 8. Rebuff. cons. 117. in add. nu. 1.*

Secundus nẽpè testis, Antonius Pilone, nõ de Fabritio Rozera deponit, qui nunc pro matrimonio agit; sed de Fabritio Petturutorculn. õtrà Parochus, & Honufrius Vecchio alter testis, de ipso Fabritio Rozera deponãt. Minimè igitur de contracto matrimonio ad formã Sac. Trid. Conc. cõstat, quod duos adminus testes,

3 præter Parochum, desiderat. Nõ ergo adstruitur matrimonium ex testibus supradictis ad ad formam Sacri Concilij. *Bonac. alios referens. tom.1. de magno matrim sacram. q.2. punct. 8. in 2. proposit, num. 41.*

4 Validum itaq; haberi haud illud poterit. Quoniam actus contra formã factus, nullus euadit. *l. non dubium. 5. C. de legib. cap. quæ contrà. 64. de regul. iur. in 6. cap. qui ex timore. 8. de regul. iur. extrà. cap. pisanis. 19. de restitutione. spoliat. cap. cùm dilecta. 22. de rescrip. Rota apud Sanct. memor. Gregor. XV. decis. 23. num. 2. et decis. 518. n. 3. & 4. et par. 1. diuers. dec. 226. num. 2.* Sa-

5 erũ verò Concilium. *d. §. qui aliter.* formã omninò

ninò præcisam præstituit, vt si secus fiat, ma-
trimonium nullum, inualidumquè, atquè im-
6 probabile, contestatur. Quòd sanè interim
de mutuò contrahentium consensu legitimè
non constet. *Guttierez de matrimon. cap. 61. num 4.*
in fin. et nu. 5. & seq. Petrus Cenedus, alijq; apud eũ
Canonic. quæst. q. 30 num 2. 3. & 4.
7 Deinde, nequè testes ipsi conformes inui-
cem sunt in referendis verbis, quibus mutuũ
consensum contrahentes exposuisse fatentur.
Ac cùm primis præfatus Antonius Pilone,
qui primò de Fabritio Pettoruto, verba
fecit. Ipse enim inquit, formalia verba refe-
rens.
„ *E cosi detti Signore Fabritio* (Puctorutus vti-
„ què, de quo loquebatur) *Si voltò à detta Signo*
„ *ra Portia, e disse: Signora Portia. V. S. m'accetta*
„ *per suo marito, e legitimo sposo? E detta Signora*
„ *Portia li disse: Signore sì, che vi voglio per*
„ *mio marito e legitimo sposo. E detto Signore Fabri-*
„ *tio disse ad essa Signora Portia; & io voglio V.S.*
per moglie, e legitima sposa datemi la fede.
Cùm alij, Parochus videlicet, & Honufrius
Vecchio, alijs verbis vtantur, nequè verbum
illud, volo, exprimant.
8 Vt maxima hinc falsitatis insurgat suspitio:
eò præsertim, quòd examinata Portia, sacra-
mento asserit, se nunquam matrimonium di-
cto cum Fabritio contraxisse; quinimò, nequè
cum illo verba habuisse, locutamq; fuisse. Vt
sit proinde nunc mattimonium plenè proban-
dum. *ad tex. in cap. sicut. 9. de testibus. & plenè*
deducta per Geminian. cons. 27. super dubijs forma-
tis. num. 5. 6. & 7. quod canonizatum pluries fuit
in Rota, ac præsertim par. 1. in recent. tom. 1. decis.
198. num. 1. & decis. 310. num. 1. & 7. & par. 2.
tom. 1. decis. 341. num 1. Vincent. Grilenzon. cons.
11. num. 10. & dictum fuit in Toletana matrimo-
nij. 6. Iunij. 1622. coram Buratto, quæ infrà dabitur.
9 At deponentes super verborum formalita-
tes, satis haud est, si in substantia concordent,
ni in ipsa quoq; verborum formalitate cõcor-
des fuerint *Ripa in cap. cùm* Ecclesia *Sutrina.*
num. 69. in Gloss. verbo vacillare. de causa possess.
& propriet. Decius. cons. 163. num. 21. in fin. meus
Maranta cons. 19. num. 11. doctrina est originaria
Bald. in cap. bonæ memoriæ Maguntino. 24. sub nu.
10. vers. si autem fuissent interrogati de qualitate.
extrà de elect. quem sequitur notabiliter Barbatia.
cons. 80 num. 2. volum. 4.
Cùm præsertim in hoc facto testes depo-
nant per verba formalia Fabritij, & Portiæ,
nequè nunc inuicem concordent, *vt declarat*
idem Maranta. cons. 47. n. 3. Butrius in c. nihil. 7. nu. 2.
& Abb. ibid n. quoq; 2. de verbor. signif. Reg. Frãc.
de Ponte cons. 63. nu. 1. vol. 1. Farinac. alios refe-
rens. de testib. q. 64 ampliat. 11. num. 67.
10 Accedente quoq; falsitatis suspitione; atq;
quòd verborũ ipsa formalitas, Probationi sub-
ijcitur *secundũ Abb. d. c. nihil. n. 2. & 3.* & impu-
tet sibi, qui super verborum formalitate ipsa
voluit se fundare. *vt idem de Ponte prosequitur.*
d. cons. 63. n. 2. & 3.

11 Deficit prætea probatio in eo, quòd exami-
nati primò testes, ac de matrimonio (& siquidẽ
clanculum) contracto deponẽtes; vt se vidisse,
ac cognouisse Portiam ostendant, illam ad fe-
nestellam quandam in pariete viridarij, siuè
horti domus suæ existentem, palàm se fecisse,
atquè per illam, & verba protulisse, & fidem
contracti matrimonij Fabritio præbuisse, asse-
runt: Cùm tamen in alio examine super reco-
gnitione loci præfati, in quo matrimonium cõ-
tractum fuisse attestantur; quam primò fene-
stellam nũcuparant, postmodùm sagitteriam,
non amplius fenestellam, in pariete prædicto
existentem, dicunt. Vt (præterquàm quòd fal-
tatis non leui suspitione notentur) nihil omni-
12 nò probent. Quòd videlicet Portiam mini-
mè nouerint; quamuis (vt asserunt) vocem
perceperint, audiuerintq;. Haud enim eius vo-
cẽ se notã habere fatentur; quòd quidem ne-
cessarium omninò fuerat; atquè item, quòd
13 nulla alia, præter Portiam, adesse poterat post
parietem illum, vnde ipsa loquebatur; cùm
potuerit esse alia, quæ se Portiam confingeret,
ac simularet. *vt optimè probat Alex. de Neuo in-*
ter consilia Alex. cons. 99. num. 4. & 5. lib. 3. Me-
noch de arbitrar centur. 5. casu. 475. num. 16. & seq.
& num. 22. Farinac. de testib. q. 69 cap. 6. num. 175.
cum seq et num. 194. et dictum fuit in d. Toletana
matrimonij coram Buratto. quæ sanè decisio in ip-
sis nostris terminis est, de matrimonio contra-
cto per foramẽ, & rimulam in pariete existen-
tem, loquens.
14 Præsertim verò; quòd nequè vicini essent.
Vt cesset proinde præsumptio, qua præsumi-
15 tur vicinus vicini scire facta. & notam conse-
quenter vicini vocem habere, *ad tex. in c. quos-*
dam. 7. vbi Gloss. et cap. quantò. 8. vbi etiam Gloss.
de præsumpt. cap. cùm dilectus. 11. de purgat. canon.
Cardinal. *Tuscus. tom. vlt. litt. V. conclus. 201.*
17 *meus Maranta cons. 6 num. 36.* vbi limitat non
procedere regulam in quolibet ciue; quia non
ita stringuit notitia, sicut in vicino. *Dueguas. re-*
gul. 125.
17 Vicini autem in hac re, ij dicuntur, quorum
voces ad inuicem exaudiri possunt. *ad tex. in l.*
1. §. eo autem tecto. ff. ad Senat. *Consult. Syllanian.*
Duegna. d. regul. 125. vers. quis autem propriè. Tusc.
d. littera. V. conclus. 202.
18 Quiuè verisimiliter veritatem nosse pote-
rint. *secundum Menochium. de arbitrar. cent. 2. casu.*
282. num. 21. et 22.
19 Cæteroquin haud protenditur regula ad ea,
quæ in occultò fiunt, *vt post alios sequitur Bru-*
nor. à Sole in proposit. iuris. litt. V. verbo. vicinus, et
consanguineus.
20 Mancam quoq; in posterùm, matrimonij hu-
ius probationem reddit, quòd ne q; in matri-
moniorum libro, alboquè redactum, scriptũq;
inuenitur, quòd vt facerer (vt ipsemet fatur
Parochus) à Fabritio requisitus fuerat. Vt
non leue hinc argumentum, indiciumquè in-
surgat, matrimoniũ contractum (vt asseritur)
21 haud fuisse. Vt quid enim (quæsò tè) si verè

matrimonium prædicto modo contractum
fuisset, non in album retulisset parochus, qui
enixè, vt id efficeret, sicuti ipsemet fatetur,
à Fabritio, cui gratum se reddere anebat, ro-
,, gabatur; & cui responderat: *Farò tutto quel-*
,, *lo, che spetta al mio officio, e sono obligato?*
22 Cùm id potissimùm ex Sacri Tridentini
Concilij decreto, *dicto capit. primo. §. ha-*
beat Parochus librum. sess. 24. facere omninò
teneretur. In quo coniugum, testiumquè
nomina, diemquè, & locum contracti ma-
trimonij describeret. *vt aduotat ad rem hanc*
nostram Gutierez de matrimonio. cap. 44. numero.
77. Pater Paulus Laym in. Theolog. moral. tom.
2. lib. 5. tract. 10 de matrim. par. 2. cap. 4. num. 6.
vers accedit secundo.
Satis nempè proficuam ad matrimonium
rem fecisset Parochus; si illud in librum (vt te-
23 nebatur) redegisset. Cùm stetur libro huic
Parochi, eiquè fides habeatur, contractumq;
probet matrimonium. *vt dictum fuit in Roma-*
na hæreditatis coram Pirouano. par. 2. tom. 1. in
recent. decis. 341. num. 2. et par. 2. diuers. decis.
340. num. 2. Monald. cons. 116. num. 1. et consil.
154. num. 11. lib. 2. Viuius decis. 480. num. 9. lib. 3.
Sanchez de matrimon lib. 3. disput. 15. numer. 22.
Barbos. de offic. Episcop. par. 2. allegat. 32. nu. 175.
et 174. Rota apud Cardinal. Caualer. decis. 434. nu.
1. Layman. d. cap. 4. num 6. vers. accedit secundo.
24 Negatiuã autẽ hãc, nõ fuisse matrimoniũ hoc
in album, ac matrimoniorũ librũ redactũ, satis
superq; est, per reuolutionẽ libri ipsius pbari,
quòd peruoluto eo, minimè in illo inueniatur.
ex Gloss. 1. in fin. et recepta in l. iustũ 6. C. de edend.
Bart. in l. fin. C. *de rebus credit. Vant. de nullitatib.*
tit. de nullit ex defectu mandati. n. 62. fol. mihi. 148.
Rota p. 1. diuers. dec. 54. n. 1. et apud Card. Caualer.
dec. 35. n. 2. et dec 110. nu. 2. et dec. 535. nu. 4. et 5. et
apud S. memor. Greg. XV. dec. 416. nu. 5. et 8. Tuscus
tom. 5. littera. N. conclus. 30. n. 10. Gratian. forens.
par. 4. c. 737. n. 3. et par. 5. c. 907. n. 26. et 27. Anna
allegat. 131. n. 16. Monald. cons. 125. n. 5. vol. 2. Surd.
cons 28. n. 114. vol. 1. Rota in posthum. tom. 1. dec.
429. n. 1. et apud Farin. post 2. vol. cons. dec. 366. n. 7.
25 Quia nimirùm omne, quod in actis scriptũ nõ
inuenitur, nõ actũ præsumitur. *l. fin. C. de iuris,*
et facti ignorãt. Parisius. de resignat. lib. 11. q. 14. n.
67. Rota apud S. mem. Greg. XV. dec. 13. num. 10.
Cui pfectò pbationis insufficiẽtiæ, ad præsu-
mendũ, cõtractũ minimè matrimoniũ hoc fuis-
se, sed confictũ; nec minorẽ addit Lapidem re
26 nunciatio eidem facta per Fabritium, atq; pe-
tita, exactaq; impunitas de non offendendo,
tàm D. Bartholomæum Parochum, matrimo-
nio qui intercessisset, assertum, quàm testes
alios pro matrimonio examinatos. Quã planè
impunitatẽ impetrare haud opus fuerat, si verè
matrimonium contractum, ipsiquè verita-
tis testes verè etiam, iurèque fuissent. Nec
enim frustrà impunitatem impetrasse putan-
dus est Fabritius pro Parocho, & testibus, nisi
27 falsum eos deposuisse certò nosset. Alioquin
temerè operari videretur, quod præsumi
minimè debet. *ad tex. in l. 1. in fin. ff. ad muni-*
cipal. et l. vnica. C. de Thesaur. lib. 10. Rota in Ro-
mana hæreditatis. 14. Iunij. 1610. coram Piro-
uano. decis. 292. num. 2. in fin. apud Fariaac. post 2.
28 *vol. cons.* Et quòd verbum nullum in contra-
ctu appositum censeatur sine effectu aliquid
operandi. *ad tex. in l. hac lege. 22. ff. de contra-*
hend. empt.
29 Et, quòd verba exaudiri debent secundum
naturam rei in contractu ipso deductæ. *vt post*
Innocent. in c. ex litteris. de iure patronat. sequitur
Bald. in rubrica. C. de contrahend. empt. num 9. Rota
apud Card. Mantic dec. 4. n. 7. Alciat lib 9. respons.
cons. 103. nu. 12. Gratian. forens. par. 2. cap 201. nu.
11. Rota tom. 1. in posthum. decis. 597. num. 5.
30 Impunitatis autẽ verbum, crimen præcedẽs
supponit. *ad tex. in l. impunitas. 7. C. de pœnis. tex.*
in c. vlt. de immunit. Eccl. ibi: Non nulli impunitatẽ
suor. excessuũ tex. in can. loci nostri. 2. in fin. 35. q.
9. Alberic. de Rosata in ditionar. verbo. impunitas.
31 *Lexicon nouũ iuridicum eod. verb.* Significat nãq;
impunitas, proprio suo vocabulo; veniã pec-
cati, licẽtiã, siuè libertatẽ. Cùm scilicet is, qui
peccauit, nulla mulctatur pœna. *iuxtà illud Sa-*
,, *lustij in Catilinã. Si quis indicasset de coniuratio-*
,, *ne, quæ contrà Rẽpublicam facta erat, præmium de-*
,, *creuere; seruo libertatem, & libero impunitatẽ eius*
,, *rei, et sestertiorum ducenta milla.* Cicero quoquè
,, *2. de finib. Quæ libido se non proripiet, ac proijciet,*
,, *aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licẽ-*
,, *tia?* & scelerum impunitatem dixit: *pro domo*
,, *sua. 14. Et impunitas, peccatorum data videtur eis,*
,, *qui ignominiam. et infamamiam ferunt siue dolore.*
Tusculan. quæst. lib. 4. et Calepin. verbo. impunitas.
32 Cæterùm, est probationum defectus in his
actis euidens, isq; insanabilis, quòd totus ipse
processus, atq; cùm primis testes pro prætenso
matrimonio examinati; parte non citata re-
cepti fuere, vt nihil proinde probent. *c. 2. de te-*
stib. vbi Barbos alios referens. l si quãdo. 15. in fin.
C. de testib plenè Farinac. q. 72. nu. 1. et seq. Rota in
Bergomen matrimonij coram Penia. dec. 64. n. 2. post
2. vol. cons. Farinac et in Parisien. pecuniaria 1610.
coram Card. Lancellotto decis. 296. n. 2. 3. et 4. et 5.
apud eund. Farinac. eod. vol. Rota apud Cardin. Ca-
ualer. decis. 275. num. 1. Viscontus in suis conclu-
sionib. verbo testis parte non citata fol. 274.
33 Quamuis iudicis officio examinati testes
fuissẽt. *vt dictũ fuit in d. Bergomẽ matrimonij. n. 2.*
34 Nec refert si instetur: posse nunc repeti testes
citata parte. Sat nempè est, illos minimè nunc
probare ad effectum habendi matrimoniũ pro
legitimè contracto, *vt in dicta Bergomen d. decis.*
35 *64. sub n. 2. dictũ optimè fuit.* Santibus præsertim
alijs nullitatibus, & quòd de matrimonio haud
contracto, ex alijs defectibus euidenter appa-
reat. *vt dictũ fuit in d. Toletana matrimonij coram*
36 *Buratto.* Et repetitio, quatenus legitimè illa
fieret, suppleret quidẽ solemnitatis defectum
quòad nullitates examinis. *iuxtà tex. in d. c. 2. de*
testib. et ibi notat: Non ex hoc tamen defectus
alij tollerẽtur, & falsitatis; & insufficiẽtiæ pba-
tionũ, ex causis supra narratis, atq; in facto p-
pensis

37 pensis. Dictum namq; testis, quod ex se nullū est, ob non seruatum iuris ordinem, nullum facit indicium. *vt ex Bart. in l. maritus. ff. de quæstionib. sequitur Aretin. in cap. cùm à nobis. 28. num. 41. in fin. de testibus. & in d. Bergomen matrimonij. d. nu. 2.*

38 Accedente his quoquè mala fama, qua Parochus prædictus laborat, consuetus in similibus aliàs delinquere; vt præsumatur, nunc quoquè deliquisse; facientibus plurimi aduersus eum tot inuerisimilitudinibus supra per-
39 pensis. Vt succedat, nec temerè *regula. 8. semel malus. de regul. iur. in 6. argumento tex. in cap. scribam. 9. vbi gloss. & cap. mandata. 6. in fin. de præsumpt.* sicuti argumentatur in simili *Hieronym. de Federicis optimus criminalista. resolut. criminal. 44. nu. 4. post 2. volum. cons. Farinac.* In eodem
40 potissimùm genere mali. *vt idem sequitur de Federic. resolut. 55. num. 9. Barbosa alios referens axiom. 142. præsertim. num. 4.*

41 Quibus, nec minorem addit lapidem mala quoq; fama, ac vilitas examinatorum testium, qui matrimonio intercessisse, asseruntur.

Honofrius porrò, præterquàm, quòd se hortulanum fatetur, & eius Germanum porcos pascere, & custodire, atquè in instrumento cessionis p Fabritiū, eius asseritur famulus: Vt non minima hinc falsitatis insurgat suspitio; prætet quàm, quòd vilissimæ qualitatis est, veluti etiam & Antonius Pilone. Vt nulla proinde fides præstari eis debeat. *tex. d. can. si testes. 2. §. Item testium fides. 4. q. 2. & 3. & l. testium fi-*
42 *des. 3. ff. de testib.* Quod iudicis remittitur arbitrio. *d. l. testium fides. §. 1.* ex rescripto Diui Adriani Viuio Varo legato Prouinciæ Ciliciæ.
„ *Tu magis* (aientis) *scire potes, quanta fides adhi-*
„ *benda sit testibus: qui, & cuius dignitatis, & cu-*
„ *ius existimationis sint. Et notatur in d. Colimbricen matrimonij coram Buratto. sub num. 5. & in d. Toletana matrimonij. coram eod.*

43 Nàm, & si planè testes, etiam viles sufficiāt, qui contrahendo intersint matrimonio; nequè exquiratur, vt omni maiores exceptione illi sint. Verùm sufficiat idoneos illos esse per idoneitatam iuris naturalis. *ex tex. in d. cap. super eo. 22. vbi Doctor. de testib. & cap. videtur 3. qui matrimoniū accusare possunt. Pater Ledesma de matrim. in addit. ad 3. par. Diui Thom. q. 45. art. 5. ad 3. punct. dub. 4. §. circa testes verò fol. mihi. 205. Rebuff. d. cons. 117. in addition num. 2. & 3. Gutierrez de matrim. d. cap. 44. nu. 68. & seq. Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 41. num. 5. tom. 1. Farinac. de testib. q. 62. limit. 6. num. 100. & seq. Franeis. Molin. de ritu nuptiar. lib. 1. comparat. 8. à num. 11. cum seq.* & si fanè ipse distinctione vtatur. *n. 35. & seq. Bonacin. d. q. 2. punct. 8. num. 43. Layman. d. cap. 4. num. 6. vers. secundo neceße non est. Barbos. in collect. ad dict. cap. 1. Sacri Concil sess. 24. vers. & duobus, vel tribus testib. alios referens, & dictū fuit in Tullen. matrimonij coram S. mem. Clement. VIII. Aldobrandino decis. 209. num. 6. & 7. par. 1. diuers. & in Colimbricen matrimonij coram Buratto. d. decis. 775. num. 1. in posthum. tom. 1.*

44 Non hinc tamen sequitur huiusmodi testes sufficere ad probandum matrimonium clandestinum, neq; iuris ordine seruato, contractum, nequè publicationibus præcedentibus, neq;
45 sponsalibus præeuntibus: Quòd potissimùm vtriusquè contrahentis consensu matrimoniū contrahi debet. *can. sufficiant. 2. 27. q. 2. capit. cùm locum 14. & cap. fraternitati. 35. & cap. tua nos. 26. in finalib. verbis de sponsalib. can. 1. 29. q. 1. l. cùm fuerit. 15. in fin. ff. de condit. & de monstrat. l. nuptias. 31. ff. de regul. iur. Layman. d. cap. 4. n. 6.*

46 Et potuerant alij meliores adhiberi testes, quàm viles, & defectibus notati, vt non leuis hinc falsitatis suspitio insurgat. *Sanchez. d. disp. 41. n. 5. Guttierez. d. c. 44. n. 71. & 72. Farinac. d. q. 62. limit. 6. num. 102. & 103. optimè Molin. dict. comparat. 8. n. 35. & 36. Genuens. in pract i cabilib. Eccles. q. 702. in fin. & dictū fuit in d. Tullen. matrimonij coram Clement. VIII. decis. 209. par. 1. diuers. & in d. Toletana matrimonij, coram Buratto, atquè d. Colimbricen matrimonij. coram eodem. num. 1.*

47 Adstruunt deinceps partem hanc (matrimonium non probari) quòd nequè deductum fuit in accessu, & recognitione facta super faciem loci, cuius nam qualitatis rimula, siuè sagitteria illa in pariete existens, fuerit; & an per eam manus extendi, & extrà edduci potuerit, vt testes pro matrimonio deponentes professi fuere; quiuè primò, fenestellam (vt dicto fidem maiorem fecerent) non sagiteriam nuncupauere.

Cùm alioquin ex testibus alijs super recognitione receptis, habeatur, sagittariam prædictam arctam ita esse, vt cognosci per eam minimè possit, qui per priùs cognitus non fuerit. Nequè testes cognitam habuisse per priùs Portiam asseuerauere. Vt hinc, & testium varietas pro matrimonio examinatorum, facili
48 carpatur negotio; atquè falsitas eorūdem detegatur, ac consequenter probationem pro matrimonio insufficientem haberi. *vt per Farinac. plenè q. 66. num. 1. & seq. & num. 22.*

49 At recognitio hæc plenè, concludenterquè fieri debebat, partibus citatis; & in actis redigi. Quam ob causam, cùm de ea minimè constet, nullam fidem pro Fabritio illa faciet. *Farinac. quæst. 11. num. 25. Marcell. de Mauro allegat. 83. num. 4. D. Franciscus del Castillo. decis. 179. nu. 25. part. 2. et dictum fuit in sæpè in dicta Toletana matrimonij coram Buratto.*

50 Corruit namquè omnis probatio, quam recognitio, & loci aspectus, contrariam, diuersamq; ostendit. *l. minor viginti quinq; annis adito Præside. 33. in princip. ff. de minor. l. si irruptione. 8. §. ad officium. in fin. ff. fin. regūdor. Rota in Bononien. de Pepulis. 8. Nouembris 1589. corā Card. Mantic. decis. 79. num. 4. quæ est etiam in impressis per Farinac. post 1. volum. cons. decis. 70.*

51 Postremò, cùm Honufrius Vecchio, testis pro matrimonio examinatus, factum hoc de matrimonio contracto satis aliter narret, atq; in prima sua depositione dixerat; & nullum

F 3 alium

alium præsentem fuisse asserat, nequè de Parocho meminit; atquè etiam in die, tempore, & modo differat à priori dicto; nequè ipse distinguat, an secundum hoc factum, aliud sit à priori; concurratquè eum hoc secundo facto Consolida Mancino; & si planè ipsa, præter aliàs falsitatis suspitiones, singularis in dicto suo sit; accedantq; inuerisimilitudines aliæ quãplures; expressaq; negatio Portiæ, iure iurando coram Generali Vicario firmata, matrimonij contracti. Concludendum vtiquè erit, nullo pacto de matrimonio constare contracto; partesquè Domini iudicantis esse, decernere: Non constare de prætenso matrimonio contracto inter Portiam, & Fabritium; & proinde licere, & licitum esse, & fuisse Portiæ prædictæ contrahere matrimonium cum Ioanne de Leonardo in facie Ecclesiæ iuxta ritum S. Rom. Ecclesi. & Sacri Cōcilij Tridentini, modò aliud canonicum impedimentum in contrarium nō obstet. Et ita sum voti, & Consulo in his scriptis.

Ego CAROLVS MARANTA V.I.D. Neapolitanus Aduocatus, Sancti Officij Ordinarius Consultor.

Approbrauit, atq; sequutus fuit votum hoc meum Reuerendissimus Dominus Aloysius Riccius V.I.D. Episcopus Vici Equen. Dominus meus; & ita decreto Curiæ Episcopalis Theanen exequutum. Decisionemq; Sacræ Romanæ Rotę in Toletana matrimonij coram R. P. D. Buratto, hic subnectere, non alienum à suscepto instituto, æstimaui; cùm illa non omnibus obuia sit, & proficiat quàm maximè in hac re legentibus, atquè in foro versantibus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij de fœdere vbi agitur, & vnus coniugum negat matrimonium contractum, plena, & concludens exquiritur probatio*

2 *Probatio in causa matrimonij non resultat ex duobus testib. examinatis in iudicio criminali contra parochum, & alios.*

Parte potissimùm nō citata, nec repetitis, testibus; præsertim si deponant de matrimonio valdè suspecto, & per foramen seu rimulam in pariete nu.3.

4 *Testes, qui vnus post vnum viderunt per rimulam mulierem, non probant matrimonium, sed sunt singulares,*

Quia actus non est continuatus, sed momentaneus.

5 *Testes videre contrahentes non est necessarium, sufficit autem illos verba audire contractus, etiam intermedio pariete, vel cortina.*

Debent tamen habere notam vocem contrahentium nu.6.

alioquin non probant n.7.

8 *Vicinus præsumitur cognoscere personam vicini, & notam habere eius vocem.*

9 *Testes dicentes habere notam vocem contrahentium, nec probant, nisi addatur, quòd in loco non aderant, neq; adesse potuissent aliæ personæ, quin ipsi sciuissent.*

10 *Parochus, qui affectauit matrimonium cōtrahi videtur suspectus.*

Præsertim si missæ fuerint denunciationes n.11. & 14.

12 *Denunciationes non sunt de substantia matrimonij.*

Illarum tamē omissio absquè licentia, & legitima causa, & sine præsentia parentū, et consanguineorum, maximam inducit suspitionem num.13.

15 *Testis inimicus repellitur, etiam in causa matrimoniali.*

Sicuti, & forensis, & qui non caret suspitione num.16.

Toletana matrimonij Lunæ 6. Iunij. 1622.

R.P.D. BVRATTO.

1 DIxerūt Domini nō cōstare de matrimonio contracto inter Catherinam, & Franciscum. Nam cùm agatur de ipsius fœdere, & per Catherinam negetur fuisse contractum, plena, & concludens probatio requiritur *iuxta cons. Gemen. 27. num. 8. passim Canonizatum in Rota, & in decis. 320. num. 1. & 407. num 4. par. 1. recent. & decis. 341. num 1. par. 2. & fuit dictum in Romana bonorum 17. Maÿ. anni præteriti coram mè, & in alijs.*

2 Quæ non resultat ex duobus testibus in iudicio Criminali ex officio examinatis per Vicarium Generalem contrà Parochum, partes contrahentes, & testes super clandestinitate dicti matrimonij, sine citatione Catherinæ examinatis, & non repetitis. *Bald. in l fin. in princ. num. 9 ff de quæstion. Abb. in cap. 2. num. 8. & Felin. num. 9. de testib. latè Gabriel. de citat. conclus. 1. num. 105. & in his terminis fuit dictū in Bergomen. matrimonÿ. 17. Aprilis. 1592. corā bon. memor. Penia, quæ est decis. 64. n. 2. post cons. Farinac. vol. 2.*

3 Tantò minùs, quia deponunt de matrimonio valdè suspectè contracto in domo priuata vicini domus paternæ dictæ Catharinæ, mediante angusto foramine, & rimula per lineam rectam in dicto pariete existente latitudinis costæ vnius piastræ, vt deponunt 3. & 6. testes formiter, vt supponitur, examinati, & in qua, vt dicit secundus, vix calamus capere poterat; cuius delineatio fuit de ordine iudicis redacta in actis, & oculis Dominorum subiecta. Licet

deinde

deinde artificiosè ampliata, quam dicti testes considerantes, dicunt per illam videri non potuisse, nisi id, quod erat in fine porticus, & quod personæ videri, & cognosci non poterant.

4 Et quamuis etiam vnus separatim ab alio mulierem videre potuissent, matrimonium non probarent, sed essent singulares. Cũ actus non sit continuatus, sed momentaneus. *Gloss. in cap. nihilominus vers. simul. 3. q. 9. & ibid. Praposit. num. 5. Caccialup. in l. admonendi. nu. 89. ante med. ver. si verò. ff. de iureiur. Hyppolit. Rimin. cons. 7. num. 82. latè Petra de fideicommiss. q. 12. num. 625. & Farinac. de testib. q. 64. num. 88. & seq.*

5 Et licet non sit necessarium testes videre partes contrahentes, sed sufficiat illos verba contractus etiã intermedia cortina, vel pariete

6 audire. Id tamen procedit, quando habent notam vocem contrahentium, *ad notat. in l. 2. §. item habeo, & ibi Castrens. num. 3. vers. doctores dicunt. Roman. num. 8. & alij doctor. ff. de aqua pluu. arcend. Cyn. in l. testium num. 8. C. de test. Angel. in l. si non speciali num. 3. Ias. num. 49. C. de testam. Abb. in cap. præterea num. 6. Imol. eod. num. vers. facit quod notat. Felin. nu. 4. vers. extrà istos casus de testib. Trigon. singul. 98. nu. 4. de communi Alex. de Neuo. inter cons. Alex. 99. num. 5. lib. 5. Menoch. de arbitrar. casu. 475. nu. 16. & 22. latè Farinac. d. tract. q. 69. num. 175. & in puncto. Decius cons. 163. num. 3. Alex. de Neuo. d. cons. 99. num. 4 Menoch. d. casu. 475. nu. 2. Farinac. vbi proximè num. 177. Speculat. de testib. §. 1. vers. quid ergo num. 53. & fuit tentum in Tullen. matrimonij 15. Nouembris. 1566. coram bon. memor. Oradino.*

7 Quam vocem Catherinæ non constat dictis testibus fuisse notam.

8 Nam primus, licet tanquam vicinus posset præsumi cognouisse personam *ad l. octaui. ff. vnde cognati.* Non inde sequitur notam habuisse vocem. Et vlterius videtur inimicus Patris Catharinæ. vt infrà.

Secundus verò forensis, & dicit, quòd non cognoscebat dictam Catherinam, quia nunquam viderat, nisi vnica vice sibi ostensam à dicto Francisco. vt dicto Summ. num. 8.

9 Et nihilominus, etiam si notam habuissent vocem, & concludenter probarent identitatem personæ, quàm contraxisse deponunt, requirebatur, quod in loco, in quo dicunt verba contractus fuisse prolata, non adessent aliæ personæ, nec adesse potuissent, quin testes sciuissent. *Alberic. in d. l. 2. §. Item labeo. nu. 3. vers. & tunc dices. Roman. num. 8. vers. cum autem contrahentes. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. num. 22. Farinac. vbi supra. nu. 144. & facit d. decis. Tullen. matrimonij coram Oradino.* de quo tamen dicti testes nihil dicunt.

Vlterà quòd omnes personæ adhibitæ visæ fuerunt valdè suspectæ.

10 Nàm Parochus est Frater dicti Francisci, qui matrimonium summoperè affectabat. vt in sum. num. 5. dictamq; Puellam in confessione detinebat vltrà duas horas, etiam cum scãdalo, & murmuratione adstantium. vt per testes d. sum. n. 1.

11 Et suspitio augetur eùm fuerint omissæ denunciationes. *iuxta Concilium Tridentinum, sess.*

12 *24. cap. 1. de reform.* per Parochum faciendæ. Quæ licet non sint de substantia ex communi Theologorum, & Canonistarum opinione, *de qua per Sanchez de matrimon. lib. 3. disputat. 5. num. 3. Rota decis. 390. numer. 5. part. 2. in recent.*

13 Tamen illarum omissio, absquè Ordinarij licentia, & absq; alia legitima causa, magnam inducunt suspitiooem; deficiente præsertim præsentia, & consensu patentum, vel consan-

14 guineorum Et propterea etiam Parochus nõ est integer fidei. *Sanch. d. tract. disput. 41. num. 5. vers. quid si dicas. lib. 3.*

15 Primus verò testis videtur inimicus Patris dictæ Catherinæ, vt deponunt testes sum. nu. 9. & inimicitia comprobatur, cùm propterea domum ad prætensum matrimonium contrahendum insolito modo, sine licentia patris, accõmodauerit; quòd non nisi p̃ maleuolum factum fuisset, & ideò repellitur. *l. 3. vbi Doct. ff. de testib. l. 1. §. præterea. ff. de quæstionib. & in his terminis Ferrett. cons. 169. num. 10. 11. et 17.*

16 Secundus verò testis erat forensis, vt suprà, conductus à Francisco, & non caret suspitione.

Et ita decisum parte dictæ Catherinæ tantùm informante.

SVMMARIVM.

1 *Sepulturam quisquè eligere potest vbi vult, eamquè semel electam variare. & num. 6. & 12.*

2 *Voluntas defuncti ad supremum vsq, vitæ exitum se protendit.*

3 *Actus omnes volumtatis vltimæ, sunt natura sua reuocabiles.*

Etiam si per Principis placitum confirmentur. num. 4.

5 *Sepulturæ electio pars est vltimæ voluntatis.*

6 *Sepulturæ electio actus est liberæ voluntatis.*

7 *Sepulturam eligere potest quoq; impubes, & qui sub patria est potestate.*

8 *Sepulturæ electio variari minimè potest, si Sacramento confirmetur.*

9 *Stipulationis sermo attendendus est.*

10 *Iuramentum non extendit stipulationem vltrà id, quod est actum.*

11 *Sepultura electa, vt alibi non immutetur, agi minimè potest.*

13 *Donatio vbi semel perfecta fuerit inreuocabilis perseuerat.*

14 *Donare, & si ex libera procedat facientis voluntate, post donatum tamen in irritum illud dicere non superest donanti.*

Præsertim fauore piæ causæ n. 15.

61 Dona-

16 *Donatio ob benè merita, & causa beneficiorum, est irreuocabilis.*
Quia permutatio magis, quàm donatio censetur num. 17.
18 *Donare est dominium in alium transferre.*
19 *Vsusfructus reseruatione per donantem, nedùm dominium, verùm, & iuris possessio in donatarium transfertur.*
20 *Vsusfructus reseruatio traditionis vim obtinet.*
21 *Clausulæ (ex nunc, pro tunc, & constituti, & precarij) dominij, atq; possessionis traditionem operantur.*
22 *Instrumenti tenor, & verba attendi debent.*
23 *Donans si de ingratitudine viuens non dixit aduersus donatarium, id facere hæredes haud poterunt post suprema defuncti funera.*
24 *Prælati ingratitudo non nocet Ecclesiæ.*
25 *Ecclesiæ donata Deo consecrata sunt.*
26 *Deus ingratus nobis dici haud potest.*
27 *Donatio reuocari potest, si reseruauerit sibi facultatem donans reuocandi in casibus per eum expressis.*
28 *Donatio ob causam est irreuocabilis, etiam ob ingratitudinem.*
29 *Merita non probātur ad validandam donationem ob ea factam, vbi non vertimur in casu prohibitionis.*
Vel si donatio facta est piæ causæ, & pro anima num. 30.
31 *Quod non mutatur stare non prohibetur.*

ARGVMENTVM.

Reuocari ne possit semel facta sepulturæ electio; & quid si sacramento, vel voto confirmata fuerit? Et num donatio facta Ecclesię reuocari possit, etiam ob ingratitudinis vitiū? Quidue in donatione ob benemerita, & causa beneficiorum receptorum?

RESPONSIO XIV.

Liberator de Prēta Terrę Agnoni Triuentinæ Diœcesis. in anno 1613. donauerat bona sua omnia præsentia, & futura in reuocabiliter inter viuos, venerabili Monasterio Sāctæ Mariæ de Mayella ordinis Cælestinorum extrà menia dictæ Terræ, ob beneficia, & ob benemerita, reseruato tamen sibi vsufructu vita sua durante, & eius vxoris; & sepulturam elegerat in Ecclesia Monasterij eiusdem, iniuncto quòd Patres Monasterij iusta sibi facerent, & officium celebraret iuxtà morem dictæ Terræ. Verùm (vt sunt res huius vitæ mutabiles, & mutabilis, & versibilis est hominum voluntas) persuasionibus fortasse motus aliorum, quod vir simplex esset Liberator; in anno 1622. donationem reuocat nulla adiecta causa; eamquè rogat in beneficiū Ecclesiæ Parrochialis Sancti Emidij eiusdem Terræ, inibiquè sepulturam eligit. Sequenti postmodum anno 1623. diem claudit extremū. Vnde factus est quæstioni locus (agentibus coram me Priore Monasterij prædicti de Mayella, & Procuratoribus, siuè factoribus, ac Parocho Ecclesiæ Prædictæ Sancti Emidij, in qua sepulturā etiam in supremo vitæ spiritu Elegerat Liberator.)

Primò, quo nam in loco humari debuisset Liberatoris prædicti cadauer, eiquè iusta fieri, ac funus celebrari?

Secundò nùm ne subsisteret reuocatio donationis prædictæ?

Et sanè quo ad primum sepeliendum cadauer decreuit in Ecclesia Sancti Emidij, & in ea iusta, ac funus celebrari.

1 Profectò, quod liberum est cuiq; (modo per ætatem ei liceat) vbilibet sepulturam eligere, & semel factam electionem variare. *can. vnaquæquè. 3. §. è contrà Adam. 13. q. 2. cap. 1 cap. cùm liberum. 6. & cap. sequenti extrà de sepultur. cap. 1. in principio ibi: Vel iam electam vlterius non immutent. de sepulturis in 6. Clem. cupientes. 3. §. fin. de pœnis. ad tex. in l. 1. C. de Sacro Sanct. Eccles. Felin in c ad audientiam el secondo. aliàs 31. col. 6. num. 9 vers. primo fallit. de rescriptis. Ioan. Sylua de benefic. 1. par. q. 6. num. 7. vol. 15. tract. fol. 23. col. 4. Petr. de Vbald. de Canonica Episc. cap. 6. nu. 14. vol. 15. tract. fol. 277. Frater Bernardinus de Bustis in Rosario sermonum tom. 2. sermo 1. par. 1. §. 4 quæritur. Angelica in sum. verbo sepultura num. 5. & num 40 Syluester eodem q. 5. & 6 Armilla. eod. num. 6. Aymon. cons 10 num 1. Rota par. 1. diuers decis. 492. num. 1. eadem apud Cæsarem de Grassis. decis. 1. num. 5. & decis. 2. num. 1. de sepulturis Rota in recentioribus par. 2. tom. 2. decis. 745 num. 3. Monald. cons. 91. num. 1. vol. 2. Tuscus vol. vltimo littera V. variatio non admittitur conclus. 21. num. 24. ex Ancharan. cons. 214. num. 7. vers. secundo veniamus. idem Tuscus ibidem conclus. antecedenti 20. num. 8. Sebestian. Medices tom. 2. oper. de sepulturis q. 8. nu. 1. par 1. Ioann. Maria Bellectus Episcopus Hieracen. disquisit. clerical. par. 1. tit. de Clerico debitore §. 3. num. 13. fol. mihi. 425. Barbos. in d. cap. cùm liberum num. 2. de sepultur. nouissimus Iulius Lauorius variarum elucubrationum. tit. 2. cap. 11. n. 1. & seq.*

2 Ambulatoria quippè est voluntas defuncti, vsq; ad vitæ supremum exitum, vt Vlpianus loquitur. *in l. 4. ff. de adimend. legat. & in l. cùm hic status 33. §. ait oratio. ff. de donationib. inter virum, & vxor. est tex. in cap. cùm Martha 6. §. cæterum de celebrat. Missarum Barbos. axiom.*
3 *238. nu. 9.* Et omnes actus vltimæ voluntatis, naru-

natura sua, reuocabiles sunt, ita, vt (sac etiam per Principis placitum confirmentur) reuocabiles nihilominus perdurent. Vt confirmati quidem censeantur iuxta naturam suam, quatenus scilicet, non reuocentur per secundam voluntatem, *vt plenè notatur per Rotam in vna Pientina apud Rubeum, vbi de communi testator par.1.diuers.decis.47.num.2.cum seq. & sequitur Gratian.forens.par.5.cap.854 num.10.11.& 22. & 41.*

5 Sepulturæ autem electio pars est vltimæ voluntatis. *Monaldus d.consil. 91. num. 2. Sebestian. Medices d.q.8. num. 1. Lauorius d. cap. 11. num.1.*

6 Libera ergo cuiquè facultas stat semel factam sepulturæ electionem peruertere ad vsquè supremam vitæ auram. Nempè quod sit actus liberæ voluntatis, & quòad spiritualia vel saltim spiritualitati annexa, ita vt neq; impubes, & qui aliàs sub patria potestate est, retineri valeat, quin suæ ad libitum voluntatis, sepulturam deligere sibi possit. *d. §. è contra Adam.13 q.2.tex in cap.2.& cap.licet.4.de sepulturis in.6.Armilla verbo sepultura. num. 6. Ancharan. consil. 214. Franciscus antiecus. num. 20. Nauar consil.2.num.6.lib.3.de sepultur. Maceraten variar.lib. 1.resolut.vlt.casu.59. Mandos.ad Lapum allegat.59. littera A. verbo non electo Dilectus de arte testandi tit.9 de sepulturis caut. 6.n.1.vol.8.tract par 1.fol mihi 139.col.4.Lauorius d cap.11.n.109.& 110.*

8 Nequè obstare visum est, quod ex aduerso refricabatur; voluntariè semel factam sepulturæ electionem, si Sacramento, vel etiam voto confirmetur; irreuocabilem perseuerare. *ad tex.in cap.si verò.8 de iureiurand. Angelic. verbo sepultura.d.num.40.Syluester.eod.q.5.Armilla eod.num.4. Medices de sepulturis.q. 15. num. 50. 51.& 52.Rota apud Cæsarem de Graffis.d. decis. 2.de sepulturis. num. 12. Genuens. in prax. cap. 76. de sepulturis num.15. in annotation. Ioan. Dilectus d. caut. 6. num. 2. Lauor.d. cap. 11. num.16.*

At hic Liberator ipse Sacramēto sepulturæ electionem confirmasse visus est, in ipso donationis instrumento. Non igitur ab illa discedēdi liberum postmodum mansit arbitrium.

Respondebatur enim; iuramentum referri quidem ad obseruantiam donationis, non verò ad sepulturæ electionem, ad quàm specificè iuramentum relatum non fuit. Neq; actum fuerat, vt reuocare non valeret sepulturæ electionem, vt sanè conuentum fuerat, vt donatio, quæ irreuocabiliter inter viuos fiebat, reuocari

9 haud minimè posset. Attendendus ergo stipulationis est sermo, vt Pomponius inquit. *in l. si quis stipulatus sit Stichum 112.in princ.ff. de verbor.obligat.*

10 Nequè iuramentum vltrà id, quod actum est, dispositionem protendit. *Rota apud Sanctissimum Lodouis.Gregor.XV.decis.15 num.7.* Sed regit, ac dirigit illam secundum naturam ipsiusmet dispositionis, secundum quā actum esse dignoscitur. *Rota apud Caualer.decis.109.nu. 9.& 10.*

11 Nequè Monasterium agere hoc poterat, ne electam sepulturam immutaret Liberator. *secundum tex.in d.cap. 1. de sepultur in 6.* Ni in pœnas dare voluissent Monachi *in d.cap. 1. & in d.Clem cupientes §.fin.* contentas.

12 Seruanda itaq; defuncti voluntas erat, quò ad sepulturam, quā immutare valuit ad supremum vsq; vitæ suæ halitum. *d.cap 2.de sepulturis in 6.*

Et ita quòad hoc primum caput pronunciaui.

Quòad secundū verò, dato termino in causa, compilatoq; processu, auditisquè partibus in contradictorio.

Reuocationem donationis subsistere haud potuisse pronunciaui, ac proinde ipsā donationem firmam, ac stabilem declaraui.

13 Tùm, quòd perfecta cùm fuerit donatio, irreuocabilis perseuerauit, vt per pœnitentiā reuocari minimè potuerit. *l. perfecta.4. C. de donationib. quæ sub modo l. 1. l. si donationem 5. l. seq & l penult. & fin. C. de reuocand. donatiō. l. 1. & l. Aristo.18 ff. de donation. §. aliæ. instit. de donat Iul. Clar. §. donatio. q 1. num. 3. Anton. Faber. lib. 4. tit. 22. C. de non numerat. pecun. diffinit. 5. num. 11. in allegat. Caualcan. decis. 42. num. 2. par. 1. Iacob. Thominguis decis. Lipsien. 8. num. 12. & num. 17. Tuscus tom. 2. littera D. conclus. 621. num. 4. Genuens. in practic. Eccles. q. 447.*

14 Quia, & si quidem ex libera procedat donantis voluntate, donationem facere, nec nè, ea tamen perfecta, adimendi facultas non superest, vt nequè imperiali rescripto pœnitentiæ locus maneat ampliùs. Quòd inciuile, atq; insuetum sit, translato iam in donatarium domino, palinodiam canere, & reuocare donationem. *secundum tex. in l inciuile. 12. C. de reiuendicat. l. si donationem 5 & l. velles. 6. C. de reuocand donat. l. sicut. 5. C. de action. & obligat. l. in cōmodato. 17. §. sicut. ff. commodati. l. si quis argentum 35. §. si autem. C. de donation. Thomingius. d. decis. 8. num. 17. Gratian. Forens. par. 5. cap. 854. num. 32. Cabedus decis. Lusitan par. 2. decis. 92. num. 12. Hartman. Pistoris obseruat. 41 num 9.*

15 Tantòquè magis, si Pijs actibus, vel religiosis personis donatio deputata sit. *vt loquitur tex. in d. l. si quis argentum §. fin. Rota in recent. part. 1. tom. 1. decis. 270. n. 3. Ioseph. Ludouic. decis. Perusin. 29. n. 19.*

16 Tùm quòd non simpliciter donatio hæc fuerat, sed ob benemerita, & causa beneficiorū receptorum; vt hoc vnum reuocationi modū,

17 ac viam obstruat. Nec enim mera, sed magis permutatio censetur, ob causam facta donatio *secundum Papiniani responsum in l. Attilius Regulus 27. ff de donat. Abb in cap. fin. num. 11. de donation. Franc. Ripa in l fin. C. de reuocand. donat. q. 43. num. 148 & 140. Iul. Clar. d. §. donatio q. 2 & q. 21. n. 4. vers. sed quæro. Vtuius dec 450. nu. 1.*

num.1.lib.3.Tiraquell.in l.si vnquam. verbo donatione largitus.num. 142. C. de reuocandis donat.Tuscus,d.conclus.621.nu.17.& conclus. 636. Gratian.forens.par.2.cap.202. num. 2.& par. 4. cap.782.num.23. Anneus.Robert. rerum iudicatarum lib.4.cap.2. in 2.par.pro Oeconomo col. 5. fol.mihi 736.Mastrill.decis.Sicil. 212. num. 20. par.3. vbi donationem ob merita non merè lucratiuam,sed onerasam appellat.

Tùm quoquè, quod per donationem ipsam ab initio ius omne in donatarium translatum
18 fuerat,atquè etiam dominium. Donare enim est dominium in alium transferre, *est tex.in §. sic itaq; instit. de action. Griuellius decis. 145. Senatus Dolani nu.7. Afflict. decis.350.in 2.dub. num.7.*

19 Multòquè magis ob reseruationem factam vsusfructus per donantem,per, quàm,ne dumtaxat dominium,verùm etiam, & iuris possessio in donatarium translata fuisse videbatur, *vt est tex.apertus in l.quisquis rem aliquam 28. & d.l.si quis argentum 35.§.sed si quidem.C.de reuocand.donat.Tiraq.de iure constitut: possessory par.1.num.23.& seq.tom.4. oper. Rota in recent.par.2.tom.1.decis.520.num.2 Tuscus tom. 2.littera D,conclus.603.num.42.Peregrin.decis. 109.num.4 nouissimus Antonius de Amato Siculus.resolut.24.num.3. multò post hæc scripta impressus Cæsar.Bartius decis.Bononiens. 66. num. 42.& 43.* vbi addit. Non posse fieri vsusfructus reseruationem, nisi translata iam proprietate
20 in donatarium,*arg.l.1.ff.de vsufructu.* Quia ipsa vsusfructus reseruatio vim traditionis obtinet.*idem Bartius decis.49.num.24.Tuscus d.conclus. 603. num. 42. Marcus Anton.de Amatis. decis. Marchiæ 46. num. 43. vers. quando vult. esse.*

21 Accedente potissimùm clausula (ex nunc pro tunc, atquè constituti, & præcarij) quæ operantur dominij, ac possessionis translationem à die initi contractus.*l.quod meo nomine 18.in princ.ff.de acquirend.possess.l.certæ 6.ff.de præcario.Vincent.de Franch.decis.213. num. 1. Ioseph.Ludouic.d.decis.29.num.6.& num 13. & 19.Tiraquel.de Iure constituti par. 1. num. 24. & seq.Guido Papa decis.105.vbi addent.& decis. 278.Thesaur.decis.38.num.1.Rota d. decis. 520. num.2.in fin.Tuscus d.conclus.603 num. 43.de Amato d.resolut.24.num. 5. cum alijs cumulatis per Viscont ad dictam decis.de Franchis 213.nu. 9.& nouissimè per Modernos in allegationibus diuersorum, post decisiones Regentis Salernitani allegat.4.per tot. Rota d. decis. 270. sub num. 1. par.1.tom.1.in recent.plenè Barbos.claus.61. nu. 11,12,13.& 14.*

Reuocare itaq; haud iurè potuit donationē Monasterio prædicto Sanctæ Mariæ de Mayella factam Liberator. Stabilis igitur illa perseuerat. Nequè momenti facienda esse æstimaui, quæ oretenus factores Ecclesiæ Sancti Emidij obtendebant.Reuocationem prædictam factā fuisse per Liberatorem ; Et quòd promissa ei seruata non fuissent per Patres Monasterij, & quòd ingrati aduersus eū se exhibuissent postmodum.

Porrò,quòd minimè id probabatur, & contrarium ex reuocatione prædicta ostendebatur; cùm alioqui nec verbum quidem de his omnibus obiectis Liberator in illa fecisset.

22 Attendi itaquè debet tenor instrumenti ipsius,& eiusdem verba inspici.*d.l.si quis stipulatus sit stichum 112.in princ. & l.si ita stipulatus fuero,la sesta,quæ est.126.§.Chrysogonus.in fin. vers.plerumquè enim.ff.de verb.obligat. Caualcan. d.decis.42. n.1. & 3.par.1.*

23 Nequè ius vllum erat factoribus prædictis ad dicendum de ingratitudine aduersus patres Sāctæ Mariæ de Mayella. Cùm id nec Liberator dixisset, vnde nec hæredes dicere poterant *l.fin.in fin.C.de reuocand.donationib. cap fin. in fin.vbi glos.fin.extrà eod. Ioseph Ludouic. decis. Perus.93. nu.40. cum seq. faciunt notata in simili per hanc eādem rationem per Cabedum decis. 63.num.6. par.1. Ioan.Baptista Thoro. in sum. priuil.piar.causar.priuil.212.*

24 Nec prælati ingratitudo, Ecclesiæ,ac Monasterio officere vllo modo poterat,ad in validè factā reuocationē,firmādā. Quòd donatio Deo, Beatissimæq; Mariæ sēp Virgini, cui Ecclesia, & Monasterium dicata sunt, facta videbatur, *arg.tex in cap.mancipia. 3. in fin. & cap. seq. de rerum permutat.* quatenus habent,quòd Ecclesiæ donata,Deo consecrata censetur. Deus autem ignatus nobis haud esse potest, qui bonorum omnium fons est,& origo, & à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit. *Iacob.1.* atquè à quo bona cuncta procedunt.*cap.tua nobis.26.§.verùm de decimis Abb.d.cap.fin.num.11. & 12.de donationib. Ripa d.l.fin.C.de reuocand.donationib q 15.nu. 170.& 171.Clarus d.q. 21. num. 5. vers. item quæro Ioseph.Lodouic.d.decis.93.num.6.& 7.Caroc. decis. 7.num. 8. & in terminis Reuerendissimus Episcopus Genuens. in practicabilib. Ecclesiasticis. q. 307.Marc.Anton.de Amat.d decis. 46.sub num. 37.in fin plenè Viscontus in conclusionib. iuris. verbo.donatio facta Titio de re immobili fol. 60. per tot. Thoro.priuil. 122. in fin. & melius priuil.60.*

27 Nisi fortassis in specie donans reseruasset sibi facultatem reuocandi donationem ob ingratitudinis vitium,vel ob modum in illa adiectum non impletum.*Abb.d.cap.fin.num. 11. & 12.Ioseph Ludouic. d.decis.93.num.49. Genuens. d.q.307. Hartman.d obseruat.41 .num.9.*

Eratquè prætereà donatio non simplex, sed ob benemerita;& ob accepta beneficia,atquè
28 demùm ob causam ; vt irreuocabilis propterea facta fuisset ; etiam vitio accedēte ingratitudinis, atquè etiam ob non præstita alimenta. *Gloss.in d. l. fin. in verbo inueniatur. in fin. vbi Tiraquell.d.verbo.donatione largitus.num 142. C.de reuocand. donat. ib.d.Ripa num.148.sequitur Surd.de aliment.tit.1.q.48. num.21. & 22. & seq.Gratian. forens.par.4 d.cap.782.num.23.*

Nec

Nec referebat præterea, non probati meri-
29 ta, neque beneficia. Nimirùm quòd cùm non verteremur inter personas donare prohibi-
30 tas, & res pro anima ageretur, atquè pro piæ causæ fauore; standum vtiquè erat assertioni donãtis, qui de rebus suis consultò disponebat. *Gratian. d. par. 4. forēs. cap. 657. n. 51. Tusc. tom. 1. litt. A. conclus. 536. n. 35.*

Dixi tamen teneri Patres Monasterii prædicti ad iusta facienda, & officium decantandum iuxtà morem Terræ, & tenorem donationis.
31 Quod enim non mutatur quare stare prohibeatur? *iuxtà tex. in l. Sancimus. 27. in princ. C. de testam.*

Et ita pronunciaui manu Notarii Antonii Pizi Russi Presbyteri Bisatien. Curiæ Episcopalis Actuarii anno. 1624.

Ego CAROLVS MARANTA V. I. D. Vicarius, & Locumtenens Generalis Triuent.

SVMMARIVM.

1 *Res omnes ad Cultum diuinum per Episcopos destinatæ, Pij Quinti constitutione sub spolio non comprehenduntur; sed ad Ecclesias spectãt, quibus illi dum viuerent præfuere.*

2 *Pij Quinti constitutio quoàd vasa aurea, & argentea in vsus sacrorum deputata, expenditur.*

Quid, quòad alia bona, non sacra neque benedicta, ad cultum tamen diuinum destinata? num. 3.

Quid verò si ad diuinum cultum distinata, non tamē in Cathedrali, vel si non ad diuinum cultum? num. 4.

Quid autem si tantum quandoq; argenteis vasis Episcopus, dum sacris operaretur, vteretur; verùm haberet illa ad vsus profanos; ad hæredes ne accedant, vel verò sub spolio comprehendãtur, vel ad Ecclesiam spectabũt? num. 5.

6 *Aulea, & tapetes an quoque sub spolio veniant, si ea consueuerint prælati Ecclesiæ commodare?*

7 *Causa faciendi, non sanè factum exquiritur.*

8 *Res deputata dicitur ad eum vsum, ad quē principaliter determinata est.*

9 *Animus inspicitur destinantis, vt determinatio agnoscatur.*

ARGVMENTVM.

In meteria Spolij ad Bullam Pij Quinti. An vasa aurea, & argentea, quibus vtebatur assiduò Episcopus ad vsum domus, verùm quondoquè dùm etiam sacris operaretur; Hæredibus debeantur, vel verò Ecclesiæ, stante facultate Sanctissimi Episcopo disponendi factà? Discutitur.

RESPONSIO. XV.

Stante facultate Illustriss. Domino D. Placido de Marra Episcopo Melphien, olim Nuncio apud Cæsaream Maestatem, disponendi à Sanctissimo Domino eidem facta. Mallubria, siuè pelues duas argenteas, aureasquè, hæredum lucro, cedere, non verò Ecclesiæ, vt Reuerendum prætendit Capitulum, iuris esse censeo, fac illis quandoquè, cùm sacra faceret, vteretur Dominus Episcopus

1 Aperta nemqè sunt verba constitutionis Pii Papæ Quinti, quibus illa tantùm complecti vasa argentea, certum est, quæ in vsum destinata fuere suatum Ecclesiarum, vel Cappellarum, siue oratorium fuerit, etiam priuatis in ædibus Episcopalibus. Sic enim loquitur constitutio.

„ *Hac nostra perpetuò valitura Constitutione*
„ *statuimus, ordinamus, decernimus, & declara-*
„ *mus, quòd de cætero omnia, et singula ornamenta,*
„ *& paramenta, ac vasa; nec non Missalia, & gra-*
„ *dualia, ac cantus firmi, & musicæ, aliquè quomo-*
„ *dolibet nuncupati libri, & aliæ res sacræ, etiam*
„ *auri, & argenti, ac quæcunquè alia bona, quæ*
„ *per quoscunq; Patriarchas, Archiepiscopos, Epis-*
„ *copos, Abbates, suè Commendatarios &c. ad vsum*
„ *& cultum diuinum, etiam in eorũ priuatis ædi-*
„ *bus, et Cappellis, vel Oratorijs destinata, tempore*
„ *eorum obitus ex testamento vel ab intestato re-*
„ *licta, sub quibusuis facultatibus testandi, & aliàs*
„ *disponẽdi minimè comprehendantur, nec sub ap-*
„ *pellatione spoliorum veniant, sed ad singulas*
„ *Ecclesias, Monasteria, etiam conuentu carentia,*
„ *& beneficia huiusmodi, in quibus resederint, aut*
„ *quibus præfuerint, siuè quæ aliàs obtinuerint,*
„ *omninò spectent, & pertineant.*

2 Quoad vasa igitur ista; duo ex verbis constitutionis requiruntur. Et, quòd sint res sacræ; & quòd ad vsum, & cultum diuinum destinata fuerint, etiam in priuatis ædibus, & Cappellis; vel Oratoriis.

3 Nam quòad alia bona (non sanè vasa argentea, neque aurea) comprehenduntur ea, etiam si nulla sint benedictione sacra facta, modò ad cultum diuinum destinata, ac deputata fuerint Complectuntur enim paramenta, & missalia, libri cantus firmi, & musices, quę nusquam, vt pluriùm benedicuntur, vt inquit, ad interpretationem constitutionis eiusdem. *Nauar. de Spol. Clericor. § 8. nu. 4. & sequitur Ioan. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 8. c. 3 q. 6. et q. 7. vers. dices bacbona, circa med. Riccius in praxi. par. 3. resolut. 425. nu. 1.*

num.1. Filliuccius.tom.3. tract.43.cap.4 num. 3.4.& 5. Bonac.tom.2.de contract.disp.3.q.ult. punct.2.§.3.n.5.

4 Vnde,licet fuerint ab Episcopo,vel aliò Beneficiario,huiusmodi res emptæ, illæque non ad vsum diuinum destinatæ;vel si destinatæ, nō tamen pro ipsa Ecclesia Cathedrali; siuè etiam in priuatis ædibus, Cappellis, vel Oratoriis, sed ad donandum aliis Ecclesiis, sub hac constitutione non vtiquè includentur. vt idem Nauar. & Ioan. Azor. in locis paulò antè relatis, docent.

5 Cùm itaquè Illustrissimus Episcopus prædictus pelues illas aureas, siuè argenteas, & mallubia non in diuinos vsus destinasset, neque sacræ res alioqui essent, sed in vsus profanos domus suæ haberet, quibusq; ad mensam vtebatur; licet quandoq; cùm sacris operaretur, vteretur etiam illis, Ecclesiæ lucro (vt Reuerendum prætendit Capitulum) non vtiquè cedēt; sed hæredum beneficio, secundum facultatem disponendi à Sanctissimo D. N. eidem factam, accedent. Quod satis apertè Constitutionis ipsa verba supra allata ostendunt. Et docent non obscuris verbis. Nauar. & Azor. loco su-

6 „ pra citat. dicentes: Qua ratione etiam, non cō-
„ prebenduntur in prædictis aulea, & tapetes, va-
„ sa aurea, vel argentea, quæ habent beneficiarij
„ ad suarum ædium ornatum, quamuis ea consue-
„ uerint commodato dare Ecclesijs ad diuinos vsus.
„ hæc illi. & sequitur Riceius. d. resolut. 425. nu. 3. Bonacin. vbi supra d. §. 3. num. 8. Quare cessat difficultatis ratio omnis secundum mentem Reuerendi Capituli.

7 Nec enim factum quæritur sed causa faciendi; vt Vlpianus, inquit in l. verùm la seconda, quæ est. 40 ff. de furtis sequitur gloss. in cap. vniuersitatis. 24 verbo subestet. de sententia. excommunicat. cum alijs per Crauet cons. 201. num. 25. et cons. 253. num. 1. et cons 319. num. 7. Causa autem faciendi pelues ipsas, non, vt illas in vsus haberet diuinos, fuit; sed ad vsus domus suæ.

Ideòquè habebit illas hæres, non Reuerendum Capitulum. vt apertè ex tex. prædicto colligitur l. verùm. 40. de furt. faciunt, notat. per Calde-

8 rin. cons 2. de reb. Eccles. alienand. Res nempè deputata dicitur ad eum vsum, ad quem principaliter determinata est; licet aliquando ex accidenti, ad alium vsum conuertatur. vt Roman. loquitur cons. 5 viso puncto. num. 3. allegat. ipse tex. in l. quamuis quædam. 28. cum l. seq. ff. de aur. et argent. legat. vbi Bar. dicit: Illud debet attendi,
„ ad quod res principaliter paratur, nō ad quod
„ secundariò; & quod perpetuò destinatur.

9 „ In destinatione autem inspiciendus est animus destinantis. vt ex Vlpian. in l. ex facto. 35. §. verum. ff. de hæredib. instituend. sequitur Rota apud Seraphin. decis 504. num. 22. quæ est etiam in impressis. ad calcem tractat. diuersor de spolys. Clericor. decis. 1. n. 22. fol. mihi 698. Hæredum igitur commodo Pelues accedent hæ, non Reuerendi Capituli.

Vt ex his, consutæ tamen suppositis, respondendum censui.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Aduocatus.

Habuere hæredes dicti Illust. Episcopi pelues has, & ab incepto quieuit Reuendum Capitulum Melphien; quamuis in Tribunali Nūtiaturæ Apostolicæ iudicium instituisset pœnes acta spolij Illustr. prædicti quond. Episcopi.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à minori compatrorum numero reijcitur.*

2 *Ius patronatus gentilitium esse dicitur, vbi sub nomine familiæ erectum inuenitur.*
Et vbi familiæ tantùm in genere fit mentio, non verò personarum n. 4.

4 *Familiæ nomen dupliciter perpenditur, contentiuè, & effectiuè.*

5 *Dictio ab ipso (da esso) voluntatis est declaratiua, ac restrictiua.*

6 *Familiæ nomine omnes comprehenduntur, qui ex eodem sanguine prodiere, siuè masculi, siuè fœminæ.*

7 *Fœminæ ex masculis prognatæ, & ipsæ ex familia dicuntur masculorum.*

8 *Nati ex fœminis, familiæ maternæ nomen non sortiuntur.*

9 *Descendentium tamen nomine, ex fœminis nati cōprehenduntur, tàm masculi, quàm fœminæ.*
limita in materia feudali, siuè primogenituræ. num. 11.
vel maioratus. num. 11.

12 *Ius sepulchrorum, & patronatus est ad hæredes extraneos transitorium.*

13 *Dictio (vtriusq; sexus) fœminas includit, & masculos.*

14 *Fœminæ comprehenduntur quoq; in dispositione, si verba ita lata sint, vt eas complectī valeant.*

15 *Dictio (in infinitum) perpetuitatem indicat.*

16 *Ius patronatus Gentilitium, in quo differat ab hæreditario.*

17 *Ius patronatus hæreditarium necessariò qualitatem hæreditariam in subiecto exposcit, nec sufficit esse filium.*

18 *Gentilitium verò contentatur præsentatem ex familia esse fundatoris.*

19 *Feudum hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia, in quo differant.*

20 *Filius, quamuis exhæredatus, succedit in feudo ex pacto, & prouidentia.*

21 *Argumentum à feudo ad ius patronatus, validum.*

22 *Illatio haud sequitur à diuersis, & à se inuicem dissitis.*

23 *Stipulatione in vnaquaq; semper hæredum memoria facta censetur.*
Nequè sibi soli, sed hæredibus, & successoribus suis prospicere quilibet præsumitur. ibid.

24 *Dispositiuæ instrumentorum, non verò narratiuæ standum.*

25 *Narratiua instrumentorum præambulum conti-*

continet disponendorum, vnde in illa contrahentium voluntas haud sistit.

26 Conclusio *attenditur in contractibus, non antecedens tractatus.*

27 *Hæredum, & descendentium nomen, secundum subiectā materiam de familia effectiua exauditur, vt scilicet sint de liberis, & descendentibus fundatoris.*

28 Relatio *non magis operatur, quàm id, ad quod se refertur.*

29 *Relatum in referente dicitur esse cum suis qualitatibus omnibus.*

30 *Referentis, & relati vna, vtq; eadem vis est, & potentia.*

31. Ralatum *magis attenditur, quàm referens.*

32 *Relatio facta censetur, cùm qualitatibus eisdem relati.*

33 Relatio *non fit, vt aduersetur intentioni disponentis.*

ARGVMENTVM.

Quando Gentilitium, & quando hæreditarium dicatur ius patronatus esse, ita vt fœminæ, vel admittantur, vel repellantur ab eo? Latè differitur.

RESPONSIO XVI.

GEntilitium dixi, atquè decreui esse, ius patronatus familiæ delli Santucci in Cathedrali Auersana erectum per Camillum de Sātuccio in hæc verba:
„ *Cùm onere celebrandi, et celebrari faciendi per Cappellanum, qui pro tempore erit in dicta Cappella, vnam missam quolibet mese in perpetuū, et quòd dicta Cappella inclusa sepultura, esse debeat de iure patronatus laicorum delli Santucci, descendentium da esso Magnifico Camillo vtrinsq; sexus in infinitum.*

Inrèq; proinde instituendum pronunciaui D. Alexandrum Camera Præsbyterum Auersanum presentatū à duabus filiabus testatoris, & à Fratre Vincentio Santuccio filio etiā testatoris, Religionis S. Ioannis Hierosolymitani Religioso; reijecto Clerico Francisco Antonio Sanctuccio nepote ex filio testatoris in minori ætate decem annorum constituto, atquè proinde incapace, ex decreto Sacri Trid.
1 Concil. *sess. 23. cap 6. de reformat.* Et nihilominus à minori quoq; comparronorum parte præsētato. *ad tex. in cap. quoniam. 3. de iure patronat. vbi Abb. num. 13.*

2 Planè, quoniam sub nomine illo (de iure patronatus laicorum delli Sanctucci) nulli dubiū esse poterat, contemplatione familiæ in genere ius patronatus prædictū fuisse erectū: atquè proinde Gentilitiū esse, ipsorū delli Sātucci. *ad tex. in l. pronūciatio. 195. §. itē appellatur. vbi Alciat. ff. de verb. signif. l. fin. C. eod. tit. glos. in l. si quis corpore. 13. in verbo. prosapiam.* C. *de murilegulis lib. 11. gloss. in l. vnic. C. de conductor. et procurator. fiscalib. verbo. dilatio. lib. 11. vbi in verbo. domum. (illos de domo exaudit) et sequitur Bar. ibid. nu. 4. tex. in l. peto. 71. §. fratre herede. vbi Bar num. 1. ff. de legat. 2. tex. in l. cognatis. 20. in fin. vbi Bar. n. 5. de reb. dub. idem Bas. in l. tutelas. n. 4. in fin ff. de capit. diminut. Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. col. penult. n. 56. ff. ad Trebell. et cons. 213. ponderatis his, quæ in themate. n. 3. lib. 6. et cons. 91. Repetitus in causa nu. 5. lib. 7. Anebaran. cons. 152. plura sunt dubia. n. 5. Bertacch. in repertor. verbo. familiæ appellatione. tex. in l. ædiles, etiam 25. §. familia. ff. de ædilitio edicto. Calcan. cons. 8. num. 3. in fin. et nu. 4. et 5. Gabriel cons. 132. in 6. q. n. 59. lib. 1. Card. Tusc. tom. 3. litt. F. conclus. 75. Canalean. dec. 19. p. 3. n. 74. et 75. Illustr. Card. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. n. 1. cum seq. Pereg. de fideicom. ar. 22. n. 20. Menoch. alios quoq; referens. lib. 4. præsumpt. 88. nu. 12. et seq. et fuit dictum in Pientina iuris patronatus coram Litta de anno. 1602. quàm refert Maceraten variar. resolut. lib. 1. cap. 82. in 2. dec. Rotæ, et in Papien iuris patronat. Collegij Ghislerij. 19. Februarij 1601. coram Lancellotto. apud eundem Maceraten d. cap. 82. in 1. decis. Vincent. Fusar. de fideicom. q. 351. nu. 38. et cons. 16. per tot. Hieronym. Gratus. cons. 87. nu. 10. 11. et 12. lib. 2. Viuian. in praxi iur. patronat. lib. 4. cap. 9. num. 35. Barbos. de appellatiua verbor. iur. signif. appellat. 94. num. 9. et nu. 34. Rota in Ilcinen iuris patronat. 18. Decembris 1615. coram Remboldo. in recen. part. 1. tom. 2. dec. 697. n. 5. 6. et 8. et iterum coram eodem. 22. Iunij. 1616. in eadem causa, quam refert Anton. Monachus dec. Florent. 72. nu. 44. et etiam dec. 71. num. 16.*

3 Solùm enim nomen familiæ (*delli Sanctucci*) perpēsum fuit, non alicuius personæ; vnde ipsi familiæ in genere ius patronatus ascriptum videtur, ac propterea Gentilitiū, non hæreditariū. *ad tex. in id satis aptū in cap. quoniam Abbat. 14. de offic. delegat. ibi*: Nempè, quia nomen officij in delegatione penpensum fuit, in eo tantùm sistitur, nec alterius persona attenditur. *vt perpendit Ancharan. cons. 27. non seruato ordine dubiorū. n. 10. et 12.* quem sequitur *Rim. cons. 153 n. 3. vol. 2. Melchior Lotterius. de re beneficiat. lib. 2. q. 11. num. 5. et seq.*

4 Nequè enim simpliciter familia considerata fuit; vt illa passiuè, siuè contentiuè perpensa videretur, atquè in ea ascendentes, quoquè cum collateralibus complecterentur, quòd vnà cum disponente de familia eadem sint: sed effectiuè tantùm, siuè actiuè, & materialiter, dum ait (*delli Sanctucci descendentino da esso Magnifico Camillo vtriusquè sexus in infinitum*) vt ij comprehenderentur dumtaxat, qui ex ipso testatore effectiuè siuè originaliter, & actiuè descenderent, quiuè ab ipso origina-

lem.fiuè effectiuam caufam traherent. *Gabriel d.conf.132.num.60. in 6. quæft.volum.1. Crauetta conf. 243.num.4. circa fecundam difficultatem. et num.5.Ruin d.conf.153.num.10. lib.2. Caualcan. d.decif.19.num.74. in fin. et num.75. et num 80. Illuftr.Card.Mant.d.lib.8.tit 12.num.12 Gratian. difceptation. forenf.par. 4. cap. 645.num.2.Peregrin. de fideicommiß. artic. 22. num.24. et numer. 26. Ioan. Griuellius Senatus Dolani. decif. 109. num.14. et 15. Rota apud Cardinal. Seraphin.decif.1438.num.11. et in Mediolan. iur. patronat. 30.Octobr. 1619. coram Pirouano. apud Viuian.de iure patronat. decif.73. num.5. Moneta de commutat.vltimar.volunt.cap.9 nu.392. optimè Barbofa alios referens. de appellatiua. verborum fignificat. d. appellat. 94. num. 1. & 2. Peregrin. conf.57.num.9.& feq. volum.5. & decif.Patauin. 134. num 4. & 5. & feq. Donatus Anton. de Marin quotidianar.refolut.cap.132.num.3.& 4.*

5 Attenta præfertim dictione illa (*da eßo Magnifico Camillo*) quæ eò magis voluntatem explicat difponentis, ipfum de effectiua familia intellexiffe, non fanè de contentiua. *fecundum Ruin.d.conf.153. num. 11. Rota apud Seraphin.d. decif.1438 num.11. ead. Rota in recentior. par.2. tom.2. decif. 707.num.2. & 3. Gratian. dicto cap. 645.num.5. Menoch. lib. 4. præfumpt.88. num.2. Barbof.d.appellat.94.num.2.Peregrin d decif.134. nu.5. & d.conf.57.nu.9. Lotterius.d.q 11.nu.56.et 57.& n.61.& 62.Fufar.de fideic.q.345.n.6. & 7.*

6 Nam & fi quidem fub nomine familiæ cõnumerentur omnes, qui ex eodem fanguine prodiere, tàm mafculi, quàm fœminæ, atq; ex ma-
7 fculis prognatæ fœminæ, cùm & ipfæ ex familia quoq; dicantur. *tex. in l.volũtas.4.C.de fideic. d.l.fin.C.de verbor.fignific.Calderin. conf.4. in fin.de iure patronat. Parif.conf.51.num 12. & 13. & 27.vol 2.Ruin.d.cõf.153 n 9. Gabriel cõf 159. n.3.lib.1.Menoch d præfumpt.88.n.3.Marta. voto. 71.n.26.par.1.Gratian.forenf.par.3.c.530. nu.16. 17.et 18.Fràcif.de Ponte.dec Regij Colla .Cõfil 11. n.16.Rot.apud Seraph d d c.1438.n.2.& apud SS. D.N.Ludouif Gregor.XV. decif 464.nu.2. Tufc.d. conclu f.75.n.15. Molin.de Hifpan. primog. lib.3. cap.4.num.7.8.10.& 11.Rota in Placentina Cappellaniæ. 16.Martij 1620 coram Pirouano. apud Viuian.de iure patronat.decif.69.num.8.Moneta d. cap.9. num.384. & feq.Barbof. dict appellat.94 num.34.& num.14. Peregrin. d. decif.134. & d. conf.57.Rota in d. Ilcinen. iuris patronat.coram Remboldo Marius Antonin.d.refolut.82. Fufar.d. q.351.nu.38.& dict.conf.16.per tot.*

8 Exclufis tamen ex fœminis natis, qui non matris, fed patris familiam fequuntur. *l. familiæ. 196.§.fœminarum.ff.de verbor.fignific.§.fin.inftit. de patria poteftat. Parif.d. conf.51.num.27.vol.2. Rota apud Seraphin.d. decif. 1438. num.3. Tiraquell.in l.1. connub.num.35. quem fequitur Gratian.d.cap. 530. num. 19.par.3. meus Maranta conf.7.n.18.Moneta d.c.9.n.385. Griuellius d.decif.109.n.17.*

9 Non excluduntur tamen, quando defcendẽtes vocantur. Defcendentium enim nomine omnes continentur, tàm mafculi, quàm fœminæ, nulla facta fexus diftinctione. *l.fin.C.de fuis, & legitim.§.1.in auth.de hæredib. ab inteftat. venient. collat. 8. Parif d.conf.51. num 30. volum.2. & conf. 25.num.34. volum. 3. Natta conf. 531. num.24. Gabriel de verb. fignific.conclu f.6. in 12. ampliat num. 40. Cardinal. Tufcus tom.2. litt. D. conclu f.220. numer. 1. Molin. dict. cap. 4. numero. 10.& 11. & Rota in recentior. par 2.tom 1. decif. 225. numer.3.in fin. & decif 318. numer.1. in fin. & par. 1.tom 1. decif. 10 numer.4. in fin. & decif. 193. numero 3. Rota apud Seraphin. decif. 939. numero 1. Mantic. de coniectur. lib.8. tit. 11.num 1. cum fequent. Rota apud Sanctiffimum D. N. Ludouif. decif. 293. numero 5. et decif. 383. numer. 3.et 4. Peregrin de fideicommiß. artic.19.numer.11. Brognin. Caualcan. par.3.decif. 5. numer.76. et decif.18.num.27.cum fequent. eadem par. Rota collecta per Farinac. decif.491. num.4. par. 4. diuerfor. et apud Cardinal. Cauauler. decif.454 num.11. Barbof. de appellat. verborum. fignificat.appellation.70 num. 1. et 2.et numer.9.& 17.Gratian.forenf.par.5. cap.959 nu.1.*
10 *cum fequent.* Præfertim verò cùm non vertamur in materia feudali, fiuè primogenituræ. *fecundum Gratian. forenf.par.3. cap.530 numer.5.*
11 *et 6. et numer.16. et 18.* Neque etiam maioratus. *fecundum Rotam decif. 15.num.1.et 2.par.2. diuerf. quam fequitur Gonzal. ad regul.8. Cancellar. gloß. 5. princip. num. 117. fol. mihi. 110. post Molin. de primogen.lib.3. cap. 5. numer. 48.*
12 Sed in tranfitoria ad hæredes, etiam extraneos, vt ius eft fepulcrorum, & patronatus. *Rota d.par. 2.tom.1. in recentior. decif.226. nu.3. in fin. et apud Ludouif. dict. decif. 383. numer.4. quæ eft eadem cum dict. decif.226. per tex. in l. familiaria. 5. ff.de religiof. et fumpt. funer. Molin. de Hifpan primogen. lib. 1. cap. 24. num. 9. Monald. confil 47.numer.7. et 8. volum.2. Maceraten variar. libr. 1. refolut.60. num.1. Garfias de benefic. tom. 1. par.5.cap.9. numer. 143. Viuian. in praxi iuris patronat. par.1. lib 4. capit. 2. num.15. et 17. et dictum fuit in Tiburtina Cappellaniæ coram Coccinio. decif.250.num.2.*

13 Quòd planè, vt multò magis aperiret hic animi fui fenfum difponens, addidit verbum illud, (*vtriufq. fexus*) quod ex fui potentia fœminas includit cum mafculis, & mafculinum, atq; fœmininum fimul fexum complectitur. *eft tex. in l.penult. alias. 10.C. de impuber. et alijs fubftit. l. rectè dicimus. 25. §. quod quintus Mutius in fin. ff. de verborum. fignification. l. prima. in princip.* ibi: *vtroquè loquente: vbi glof. et Alberic. num.5. ff. de verbor. obligat. optimus tex. in capit. 3.* ibi: *vterquè coniungendorum de confanguinitat.et affinit. l. fi ita fcriptum. 13.* ibi: *cùm ex vtroq; nato.ff.de lib r.et pofth. Nicholaus Feftas. de æftimo, et collect. cap.8. numer.22. volum.12. tract.fol.mihi.193. col.4. Barbof. de dict.dict.442.*

14 Rectè etiam fœminæ comprehenduntur, vbi verbum aliquod adfuerit in difpofitione, quod tàm mafculos, quàm fœminas continere aptũ eft.

est. ex tex. in l. 1. vbi Aleiat. ff. de verbor. signific.
Gabriel. eodem tit. conclus. 6. numer. 46. vers. de-
clara primam opinionem. faciunt notata per Rotam
in recen. par. 2. tom. 1. d decis. 318. nu. 2. quæ st etiam
in impress. apud Caualer. decis. 125 sub num. 3. Lot-
terius. d. q. 11. num. 69. cum seq.

15 Attenta potissimùm dictione illa (*in infini-*
tum) per quam perpetuitatē in descendentes
mediratum fuisse disponentem, apparet. *ad tex.*
in l. apud Celsum. 4. § in hac exceptione. vbi Gloss.
verbo. in infinitum. ff. de doli. & met. except. Paris.
cons. 74 nu 80. lib. 3. Rota par. 1. in recentior. dec. 10.
num 5. Gratian. forens. par 4. cap. 648. num 14. &
& 15. Marta. de clausul. claus 11 n. 1. et 3. par 3. &
sequitur *Barbos. de dictionib. dict. 163. num. 1. &*
num. 4 Rota apud Caualer. d. decis. 454. num. 11.
Alba Maudell. cons. 54 n 2 Intrigliol. decis. 3. n. 19.

16 Gentilitium igitur cùm sit ius, hoc præsen-
tandi; admittúrur ad illud, qui ex familia sunt
descendentes Magnifici Camilli, estò hæredes
minimè sint eiusdem, sicuti sunt, qui D. Alexā-
drum præsentant.

In hoc enim à iure Patronatus hæreditario
17 disiungitur Gentilitium. Quòd in illo hæredi-
taria qualitas requiritur omninò, vt non suffi-
ciat descendentem esse, vel filium disponen-
tis; ni eiusdem quoquè heres fuerit. hæredi-
tatemquè adhiuerit. *Abb in cap cùm seculum.*
13. num. 4. & 5. de iure patronat. Lambertin. par.
2. lib. 1. art. 34. q 2. princ Ioan Baptista Ferrett. cons.
134. num. 4. & 5. lib. 1. Conar. variar resolut lib. 2.
cap. 18. nu. 6. Peregrin. de fideicomm. ar. 6. num. 37.
Qua propter non probando se hæredem, de-
ficiet à iure præsentandi. *Rota apud Seraphin.*
d. decis. 436. num. 1. & in recentior. par. 2. decis. 756.
num. 1. in fin. Maceraten. variar. lib. 1. resolut. 109.
num. 53. Riccius decis 50 num. 2. par. 2. Gratian.
forens. par. 3. cap. 521. num. 35. & cap. 577. num 45.
& 46. Viuian. de iure patronat. lib. 4 cap. 2. num. 8.
& num. 42. Lotterius d. q. 11. num, 28. & num. 46.
Rota in Auersana iuris patronatus. 15. Martij.
1610. coram Pirouano decis. 265 num. 3. lum. 1. in
posthum Farinac. quæ est repetita vol. 2. etiam post-
hum. decis. 77. n. 2.

18 In Gentilitio verò constare sat fuerit, presē-
tantem de familia esse, atq; ex descendentibus
fundatoris. *l. 1. & l. seq ff. de probat. Paris. cons 23.*
num. 233. lib. 1. Rota in recentior. par. 2. d. decis. 456.
num. 4. Maceraten. variar. lib. primo resolut. 60.
numer. 6. & Rota in dict. Pientina. iuris patrona-
tus. coram Litta. *apud eundem Maceraten d. reso-*
lution. 82. lib. 1. Riccius dict. decis. 60. num. 1. Rota
in d. Mediolanen. iuris patronat. decis. 73. num. 1.
& 2. apud Viuian. Lotterius *d. q. 11. nu. 44. & 45.*
& num. 123

19 Veluti inter feudum hæreditarium, &
feudum ex pacto, & prouidentia, eadem
intercedit distinctio; quòd in illo, vt succe-
di valeat, hæreditaria qualitas omninò præ-
requiratur, siuè filius is fuerit, siuè Agna-
tus; alioquin inutiliter successio ambitur.
Iacobutius de Franchis. in prælud. feudorum. in
sexta diuisione. num. 108. & 110.

In feudis verò ex pacto, & proui-
dentia, in quo ex prouidentia succeditur
concedentis, hæreditaria qualitas, nihil om-
ninò proficit; sed quòd ex vocatis tantum-
20 modò sint. Vnde filius, & si à patre exhæ-
reditatus, succedet nihilominus in hoc feudo,
cùm sat sit illum filium esse. *Idem Iacobutius*
eodem loco num. 112. & 113. notabiliter Paris.
consil. 2. num. 25. & num 26. cum sequent. vo-
lum. 1. & numer. 28. Iul. Clar. lib. 4 § feudum.
quæst 9 numer. 1. cum sequent. Francis de Ponte.
in prælud. feudorum. lect. prima. num 112 113.
& 114 cum sequent. Gabriel de verbor. signific.
conclus. 3. per tot. ac num. 6. et seq. et numer. 22.
cum sequent. Rota in Mediolanen. iuris Patro-
nat. 18. Aprilis 1616. coram Pironano. apud Vi-
uian. d. decis. 70. num. 5.

21 Validè autem argumentum ducitur à feu-
do ad ius patronatus. *vt dictum fuit in d. Pienti-*
na iuris patronat. coram Litta *apud Maceraten. d.*
resol. 82. plures alios refert Barbos *in locis cōmunib.*
arg. loco. 47. num. 5. Lotterius d. q. 11. num. 43. Rota
apud Coccin. *decis. 232. num. 4.*

Nec ad rem facit Aduersariorum obiectio,
quod in instrumento emptionis loci pro Cap-
pella, & sepultura, in principio Instrumenti
prædicti, stipulatio, & cōcessio facta fuerit pro
se, hæredibus, & successoribus vtriusq; sexus.

Tùm, quòd illa non fuit fundatio iuris patro-
natus, sed emptio. & concessio loci pro fundā-
da Cappella, atq; proinde res distincta, & sepa-
22 rata. Vt non mirùm si à diuersis illatio non se-
quatur. *ad tex. in l. Papinian. exuli. 25. ff. de mi-*
norib.

23 Tùm, quòd regulare est in vnaquaq; stipula-
tione, atq; in vnoquoq; cōtractu, vt sub exau-
diantur semper, & vbiq; hæredes, & successo-
res contrahentis. *l. si pactum 9. ff. de probat. l. ve-*
teres. 23. C. de contrah stipulat. in iis præsertim
quæ transitoria sunt ad hæredes. *secundum Flo-*
rian. d. l. si pactum n. 4. cum seq. & sequitur meus
Maranta cons 55. n. 3. Rota in recent. par. 1. tom.
2. decis. 587. nu. 2. Cùm quilibet non sibi soli, sed
hæredibus, & successoribus suis prospicere
velle præsumatur *Hartaman. Pistoris obser. 22.*
n. 3. & 4. Cæsar Bartius decis. Bonon. 66. num. 46.

24 Tùm etiam, quòd dispositiuæ non sanè nar-
ratiuæ standum est instrumēto, quę quidem
dispositiua in hac re nostra perpenditur in illis
„ verbis. *(Et) quod dicta cappella inclusa sepultura*
„ *esse debeat de iure patronat. Laicorum delli San-*
tucci, da esso Magnifico Camillo vtriusq; sexus
in infinitum) vt post glos in Clem. si Romanus. 4.
in verbo validam. de prebend. & Cardin ibid. no-
tat. Verall. decis. 203. num 6. par 1. Rota *par. 2.*
diuers. decis. 34. num. 12. & apud Sanctissimum
D. *N. Ludouis. Gregor. XV. decis. 522. nu. 4. Ma-*
25 *ceraten. variar. lib. 1. d. resolut. 60. num. 5.* Nec
enim in narratiua, contrahentium voluntas
consistit. Illa namquè præambulum, siuè pro-
hemium continet disponendorum, non plenā
ipsam dispositionem. *Afflict. decis. 83. num. 1.*
Card. Tusc. to. vlt. litt. V. conclus. 81. nu. 7. & seq.

26 Et in contractibus conclusio attenditur, non contractus antecedens. *l. si voluntate. 8. vbi Bald. & Salicet. in 1. notab. C. de rescind. vendit.* sequuta fuit *Rota apud Ludouis. in Bononien pecuniaria. decis. 168. numer. 2. et decis. 278. numer. 4.* Neq; obstabit, quod in assensu, facta sit mentio hæredum, & successorum vtriusq; sexus, non familiæ.

27 Præter quàm, quòd enim verba hæc (dici vtiquè, nec temerè potest) vt referantur ad demonstrandam familiam effectiuam, non côtentiuam, vt verba illa hæredum, & successorum, exaudiantur non quidem, vt descendentes omninò debeant esse hæredes fundatoris, sed quòd sint de liberis, & descendentibus, atquè de familia proinde effectiua fundatoris. *ad tradita per Paris. cons. 31. num 42. 45. et 46. lib. 2. Natta d. cons 531. num. 20. et 21. Peregrin. de fideicomm d. ar 9. num. 10. Mantic. de coniectur. d. lib. 8. tit. 14. num. 14.*

28 Est tamen dictus assensus relatiuus per omnia ad dispositionem fundatoris, vt nihil magis operetur, quàm ipsamet dispositio, ad quam se refert. *l. asse toto. 77. ff. de hæredib. instit.* Cùm

29 relatum in referente dicatur esse cũ suis qualitatibus omnibus. *Aymon. cons. 45. num. 4.* Ter-

30 mini enim referentis, & eius ad quem fit relatio, vna, atquè eadem vis est. & potentia. *post Bald. in l. si prior. ff. solut. matrim. Lanar. cons. 76.*

31 *num. 2. vers. ex hoc infero.* Vnde magis relatum attenditur, quàm referẽs. *meus Maranta cõs. 67. num. 2. Rota par. 1. diuers decis. 121. num. 6. Cardin. Mantic. decis. 352. numer. 2. plenè Barbos. axiomat. 201.*

32 Relatio enim censetur facta cum eisdem qualitatibus; vt omnia in relato contenta repetita videantur in referente. *l. ait prætor. 5. §. si index. ff. de re iudic. idem Illustrissimum Mant. decis. 336. num. 3. Lanar. d. cons. 76. num. 12. Rota apud Sanctissimum Gregor. XV. decis. 286. num. 3. d. decis. 522. num. 9. et 10. Francisc. Merlin. decis. Lucens. 9. num. 9. Gratian. forens. par. 3. cap. 414. num. 8. 9. et 10.*

33 Nec relatio fieri dicitur, vt aduersetur intẽtioni disponentis. *idem Sanctissimus D. N. Ludouis. d. decis. 286. num. 10.*

Nihil est ergò, quòd obsit, quin gentilitium dicatur beneficium hoc, non hæreditarium. Et ita proposita causa in Congregatione decisum fuit.

CAROLVS MARANTA I.V.D. Vicarius Generalis Auersanus.

Licet sanè victi ab lata sententia appellandum duxerint, atquè causam committi obtinuerint; consulti tamen rectiùs, desistendum putauere; quòd malam fouerent causam. Vnde institutus fuit Camera à Gẽtilibus præsentatus fundatoris, qui vsquè nunc viuit, & beneficio potitur, Canonicus Cathedralis Auersanæ Ecclesiæ; cuius Titularis est Doctor Gentium Magnus Sanctus Paulus, vas electionis, cuius patrocinio, ne peream us in hora mortis, nos liberari confidimus.

SVMMARIVM.

1 *Ligna ex cædua excisa sylua naturales interfructus computantur.*
2 *Sylua cædua, quæ dicatur.*
3 *Sylua, vt cædua dicatur, quæ requirantur.*
4 *Rei qualitas, & natura ex circum adiacentium locorum vsu, & consuetudine rectè dignoscitur.*
5 *Res qualis censenda sit, finis designat.*
6 *Contractus qualis fuerit, rei modicitas pretij apertè designat.*
7 *Animi secreta compositio, vel in æqualitas, ex corporis qualitate, vel incompositione, & ex vestibus non obscurè venatur.*
Incompositio corporis, in æqualitatem indicat mẽtis. nu. 7.
8 *Arbitrium iudicis multum operatur ad rerum occultas peruestigandas qualitates.*
9 *Qualitas enti aduenient, illud in diuersa speciæ collocat, & nouum quasi ens nuncupare facit.*
10 *Consuetudo locorum, ex adiacentibus alijs locis porbatur, si nulla in loco illo peculiaris contraria consuetudo vigeat.*
11 *In habentibus Symbolum facilis est transitus.*
12 *Consuetudo loci principalis, agentis intentionem indicat indubio.*
13 *Consuetudo Ciuitatis extenditur quoq; ad subiecta castra.*
14 *Extensio iurè fit de loco ad locum, vbi ratio in vtroq; est eadem.*
15 *Veritate Rei pro habenda fit ad eonuicina loca recursus.*
16 *Consuetudo vicinarum diœcesum attendenda, atq; sequenda est in ambiguis.*
17 *Mentem Testatoris dubiam, ex vicinorum cõsuetudine locorum interpretamur.*
18 *Actus dubius interpretationem admittit ex consuetudine vicinorum locorum in similibus actibus seruata.*
19 *Decimarum solutio in ambiguis ex locorum consuetudine vicinorum, præsertim dominantis loci, lumen admittit, atquè interpretationem.*
20 *Sylua cædua dicitur si vicinorum locorum Syluæ ex vsu, & cõsuetudine ceduntur, vnde fructus eius in arborum præcisione erit.*
21 *Emphyteuta potest excindere syluam, si id vicinorum consuetudo locorum permittat, modò aliter per partes conuentum non fuerit.*
22 *Consuetudo legem interpretatur, vnde rebus alijs modum dare non iniuriâ potest.*
23 *Consuetudo Patriæ, lex æstimatur.*
24 *Interpretatio ex cõsuetudine accepta, etiã propriæ significationi vocabuli antefertur.*
25 *Beneficiarius dum vitali perfruitur aura, vsufructuario æquatur.*
26 *Vsusfructuarius cæduas arbores præscindit, & pro-*

proprios in fructus conuertit, modò præcisio ad destructionem non tendat.

27 *Beneficiarius ex sylua cædua ligna in proprios conuertere potest vsus, quemadmodum vsusfructuarius.*

28 *Aequiparatorum idem est iudicium, eademquè ratio.*

29 *Arbores fructiferæ, vt puta castanearium, in præcisione, vti cedua traditæ, non æstimantur vt fructiferæ, sed vt ceduæ,*

Quod declara si in hoc primariò æstimentur, vt fructus pariat, secus si vberiorem fructum ex lignis præcisæ reddant. n. 30.

31 *Sylua Glandibus onusta cædua dicitur, si in hoc primariò, vt cædatur destinata fuerit.*

32 *Sylua pascua dicitur, quæ pecudum pastui primariò destinata est, secus verò si secundariò.*

33 *Sylua cædua dicitur, & habetur, quamuis post longum tempus renascatur, si duo concurrant. quòd in hoc habeatur, vt cædatur, & quòd excisa rursus ex stirpibus renascatur.*

Neq; lōgeuus temporis inter lapsus, quin infructu arbores sint, operari poterit n. 34.

35 *Fructus alij temporanei, alij serotini ex arboribus producuntur.*

36 *Fauori suo quilibet renunciare potest, neq; ex hoc successori præiudicium parat.*

37 *Negligentia prædecessoris haud obstare debebit successoris solertiæ, ac diligentiæ,*

38 *Vigilantibus, ac solertibus, non pigritantibus, & somno deditis suppetias iura ferunt.*

39 *Successor ratum habere haud debet, quòd malè, ac perperam prædecessor effecit, quinimò in irritum reuocare.*

40 *Prælatus prædecessor non potest futura concedere in damnum successoris.*

ARGVMENTVM.

Cædua ne dici valeat beneficialis sylua? ex vsu, & consuetudine adiacentium aliarum, vt liceat proinde beneficiario eam cedere, absquè scrupulo pœnarum in extrauaganti ambitiosæ de rebus Eccles. alienan. Non inutilis disceptatio.

RESPONSIO. XVII.

EX his quæ in facto supposita latè fuere, in eo quæstionis vniuersæ cardo verti videtur: Dicatur, nec nè cędua sylua, de qua quęritur? Vt si cedua; liberum beneficij Rectori cedat, natas in illa excidere arbores illisq; vti fruiq; veluti de alijs fructibus, qui in illa enascuntur.

1 Et quidem naturales inter fructus compuputari ligna ex sylua cedua excisa, absolutum est. ex *tex. in l. fructus. 45. ff. de vsur. & l frugem. 77. de verbor. significat. Cæphal. cons. 595. num. 1. lib. 4.*

Affirmatiuè itaq; respondendo, secundum ea quæ proponuntur, supponendum censeo.

2 Primò ceduam dici syluam, quæ in hoc posita est, vt cedatur, & quæ succissa rursus ex stirpibus, aut radicibus nascitur. *vt ex Seruio, Caius loquitur in l. sylua cedua. 30. ff. de verbor. signific. vbi etiam Gloß. & Aleiat. tex. in l. ex sylua. 11. ff. de vsufruct. cum Gloß. Bartholom. Cæpolla de seruit. rusticorum. prædior. cap. 22. tit. de montibus. num. 6. volum. 6. par. 2. tract. fol. 236. Caßaneus in Consuetud. Burgund. rub. 13 de forenz & pasturages. num. 3. Paris cons 111. num 32. lib. 1. Molina de Hispan. primog. cap. 22. num. 1. lib. 1.*

3 Copulatiuè namquè duo requiruntur, vt cedua sylua dicatur; vt in hoc, scilicet, habeatur, vt cedatur, idest cuius vtilitas in eo sit, quòd fructum cæsa pariat; & quòd excisa, denuò renascatur, vel ex stirpibus vel ex radicibus. *Alex. cons. 118. col. 1. vers sed istis non obstantibus. volum. 5. Pinell ad l. 1. C. de bonis matern. par. 2. num. 59 fol. mihi 222. Garsias de expens. & meliorat. cap. 11. nu. 21.* æquè enim incedua permanebit licet excisa renascatur, si in hoc non habeatur, vt cædatur. *d. l. sylua cedua. in princ.* & rursus, licet vt cædatur vsui sit, si nihilominus excisa non renascatur. *Pinell. d. num. 59. Petr. Barbos. in l. diuortio. 8. §. si fundum. ff. solut. matrim. num. 2. 3. & num. 10.*

4 Suppono secundò circum adiacentium locorum vsum. & consuetudinem apprimè proficere ad dignoscendam. de qua vertitur quæstio, rei qualitatem, & naturam. *arg. tex. in can. omnes Basilicæ. 16. q. 7. cap. Ecclesijs. 9. de censib. cap super eo. 3. de cognat spirit. arg. tex. in l. 1. §. cùm vrbem ff. de offic. præfecti vrbis. & tex. in l. quæ religiosis. 43. ff. de re iudic. Abb. cons. 47. illud de iure quæritur. num. 4. par. 2.*

5 Sicuti. qualis res censenda fuerit finis designat. *l. sed & si quis. 30 ff de vsufruct. §. quia verò hactenus. in auth. de nupt. collat. 4. Andræas Gaill. pract. obser. lib 2. obser. 53 num. 7.*

6 Rei quoq; pretij modicitas, qualis contractus fuerit, non obscurè demonstrat. *l. per diuersas. 22. C. mandati. tex. in cap ad nostram. 5. vbi Gloß. verbo dimidiam. de empt. & vendit. Ias. cons. 150. num. 3. volum. 4. Roland. cons. 58. numer. 11. volum. 4. Maranta cons. 64 num. 12. Carolus de Graffis de except. excep. 28. num. 34. 35. & sequen. Afflict. decis. 55. numer. 2. Anton. Gamma decis. Lusit. 138.*

7 Veluti etiam ex adiacentibus corpori vestibus, corporisq; motu, & agitatione, inaccessibilis, & impenetrabilis, ac imperuia, nedùm incognita, & occlusa aliàs animi compositio, & status, rationis puigili discretione indicatur nobis, & aperitur. Incompositio enim cor-
„ poris (*vt Augustinus ait*) inæqualitatem indi-
cat mentis. *in can. fin, vbi Card. Turrecrē. 41. dist.*

& impudicus oculus impudici cordis eſt nũ-
cius *(vt idemmet inquit Auguſtin.) can. nec ſolo*
affecta.32 q.6.

8 Ideoquè plurimùm iudicis operatur arbi-
trium ad rerum dignoſcendas qualitates, atq;
rectum conſonumquè legibus, rebuſq; petitis
conueniens efformandum iudicium. *ad tex. in*
l.plenum. 12.§.equitij. ff. de vſu & habit. Menoch.
de aribitrar.lib.1.q.11.num 10.

9 Quòd porrò enti qualitas adueniens, illud in
aliam, & diuerſam à priori, naturam cõſtituit,
atq; in diuerſa quoquè ſpecie collocet, vt no-
uum propterea nuncupetur ens à priori. *cap.*
licet canon.14 & cap.ſtatutum.22.de elect. lib.6.
cap.cùm Marthæ.6.§.quæſiuiſti.de celebrat.Miſſa-
rum.extrà. Marſil. ſingul.520.adueniens.Iaſ.conſ.
74.n.4.lib.3.Menoch.conſ.35.n.13.& de recuper.
poſſeſſ.remed.6.num.8.& remed.9 nu 397. Barboſ.
aſſiom.196.num.5.

10 Ad inferendam igitur peculiarem loci con-
ſuetudinem, ſat erit in dubio probaſſe; con-
ſuetudinem fore circum adiacentibus in alijs
locis; si nulla in illo peculiaris inueniatur con-
traria conſuetudo. *Imol. in cap. Eccleſia Vulter-*
rana.num.4.in vlt.notab. de elect. quem ſequitur
Monald.conſ.13.num.21.vol.2.Gloſſ.notab & fin.
in cap.dilecto.10.de offic. Archid. vbi Abb. num 8.
potiſſimàm verſ.ſimiliter ſit extenſio.in 3. quæſito.
,, vbi iurè fieri extenſionem (inquit) de loco ad
locum ex conſuetudine, ſi paria fuerint loca.
11 In habentibus quippè ſimbolum facilis eſt
tranſitus. *vt Bald. ait in l.2. C. de ſeruit. & aqua*
num.51. ſequitur *Surd.deciſ.119.num.11. all gat.*
tex.in l.ſi vnus.28.§.pactus ne peteret.in fin. ff.de
12 *pactis.* Et conſuetudo loci principalis fundare
potis eſt agentis intentionem, etiam quòad lo-
ca annexa. Sicuti conſuetudo caſtri princi-
palis locum ſibi facit etiam in caſtris ſibi adiũ-
ctis, atq; vicinis. *Alciat. lib.5.reſponſoram. conſ.*
154.*num.8.& 9.* Probata in hoc profectò Bart.
eſt doctrina. *in l.1. C.quæ ſit longa conſuet. q.36.*
13 *num.41.* Quòd conſuetudo Ciuitatis, locum
ſibi vendicat in ſubiectis caſtris, quæ in diſtri-
ctu, & iuriſdictione Ciuitatis ſunt, modò in ca-
ſtris ipſis aduerſa conſuetudo minimè vigeat.
argumento tex. in l. nulli. 28. §. quod ſi in vico.
C.de epiſcop.et cleric.l.ſi quis.3 §.quod ſi cui C.de
naturalib. liber.l. qui ex vico.30. ff.ad municipal.
Vincent.Houdedeus.conſ 13. num.11. & num.58.
volum.1. Maſcard.de probat. tom.1. concluſ.423.
num.14. ſecundum impreſſionem Taurinen Moneta
de diſtribut.quotidian. par.2.q.12.nu.28. Gratian.
14 *forenſ par.3.cap.456.num.71.* Nequè enim eſt
quòd ſe obijciat, atquè obſiſtat, quin de loco
extenſio fiat ad locum, vbi eadem, ac par ratio
in vno ſicuti, & in alio ſubeſt. *notatur in auth.*
quas actiones ſia C.de Sacroſanct. Eccleſ. tex.in l.
illud.32.ff.ad leg.Aquil.l.à Titio. 108. de verbor.
obligat Dec conſ 444.concurrit patruus num.17.

15 Veluti rei veritas, vt habeatur, ſit iurè re-
recurſus ad conuicinos. *l.ſi vicini.9.C.de napt.*
l.Chriſtianos proximus. 12. C. de epiſcop.audient.
16 Quemadmodũ vicinarum conſuetudo Diœ-
ceſũ attenda eſt, atquè ſequenda in ambiguis.
Oldrad.conſ.267.quod Domino Epiſcopo.num.9.&
num.10, vbi in terminis noſtræ quæſtionis ſe-
,, quentibus loquitur verbis: *Quòd ſi dicat ali-*
,, *quis, quòd in agro ſuo, enianito nuaquam lapides*
,, *fuerunt cæſi; tamen quia in territorio illo erat*
,, *conſuetudo, quòd data pecunia cederentur; patietur*
,, *hanc conſuetudinem iſte talis. tex.in l.venditor.14.*
§.ſi conſtat. ff. communia prædior.tex.in l.ſi ſeruus
plurium.53.§.fin.de legat.1. Vbi ad dignoſcendã
17 dubiam teſtatoris mentem, ad conuicinas re-
giones ſit iurè concurſus, vt ſecundum locorũ
conſuetudines eorundem interpretatio ſucce-
dat. ſequitur *Caſtrenſ. conſ 438.ſuper dictis quæ-*
ſitis in 2.dub.num.2.lib 2 Aymon de antiquit.tem
por.par.4.incip.transeamus nunc ad 4 par. num.57.
,, vbi ſequentibus loquitur. *ſexto limitatur in con-*
,, *ſuetudine vniuerſali totius territorij, quin extendi*
,, *tur etiam ad loca eiuſdem territorij, in quibus nun-*
,, *quam fuit obſeruata.* hæc ille.

18 Moralè eſt enim apud omnes, cum de in-
terpretando, & declarando actu aliquo in du-
bio eſt diſceptatio, ad circum vicina loca, &
adiacentia, vt fiat non iniurià recurſus. Nẽpè,
quòd actus, qui in vno vicinorum locorum
expenduntur, interpretationem recipiunt à
conſuetudine circum adiacentium locorum.
tex.in cap.ex parte.18.& cap ſuper eo.22. in fin.
vbi Gloſſ.& Abb.de cenſib tex d. cap. ſuper eo.3.
vbi Barboſ num.4 de cognat.ſpirit. Lucas de Penna
de priuileg Vrbis Conſtantinop.lib.11.Cod.in prin.
Crauett.d par.4.nu 49.de antiquit.

19 Quemadmodum ſeruandum quidnam ſit
in materia ſolutionis decimarum, vbi res in
dubium vertitur, ad conſuetudinem loci vici-
nioris, ac præſertim dominantis, vt recurſus
habeatur, edicit. tex. *in cap ad Apoſtolicæ 20. in*
fin.de de decimis. ſecundum intellect. Hoſtienſ. &
Ioan. Andr. in d.cap.ſuper.eo. de cognat. ſpirit. ſe-
quuta fuit Rota apud Achillem. decif 308. alids.3.
num.7. & 8. de decimis. Gratian. forenſ. par. 3.
cap.595.num.25 Rota apud Caualer.deciſ.73.n.4.
& deciſ 95: num.1. & 3. faciunt notata per Bella-
mer deciſ.2. de verbor.ſignific. num.2. vbi dixit:
,, Inſpiciendam ſemper eſſe conſuetudinem loci
,, vbi res ſita eſt, de qua agitur. *ex tex. in l.pupillo.*
27.ff.de tutor.& curat. datis ab his.l.Titium.48.§.
fin.ff.de adminiſtrat tutor.

20 His ita ſuppoſitis, cùm ſylua hæc, de qua
quæritur, ex adiacentium locorum conſuetu-
ne, & vſu, in hoc poſita ſit, vt cædatur, ipſaquè
exciſa ex ſtirpibus rurſum renaſcatur; vtiquè
ceduam dici ſequetur; ac proinde fructum, &
vſum eius in præciſione arbitrum eſſe. *d. l. di-*
uortio.8.§.ſi fundum.& §.ſi vir. & l ſi fundus.9.
ff.de ſolut.matrim.l.ſi abſente.55.§.ſyluam. ff.de
vſufruct.l.ſi fundi.10.l.ex ſylua 11.ff.eod Franciſ.
Curt.ſenior.conſ.71 ſuper controuerſia vertente.
in 4.dub.num.28.Alex.d conſ.118.col.1.verſ. iſtis
non obſtantibus.& col.2. verſ. non obſtat. Loffred.
conſ.28.num.3.& 4. et num.6. Tiraquell.de retract.
conuent.§.3.gloſſ.1.nu 25. Garſias.d.cap 11.n.35.
Rodoan.de reb. Eccleſ.non alienan. q.24.tit. de cu-
dacat.

durat. ob rei deteriorat. §. 2. sine tit. emphyteuta quid possit in fundo.num. 15. et 23 volum. 15 tract. par. 2. fol. 522. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. c. 22. num 2. Barnabas Cornazan. decis. Lucens. 65. nu. 8.

21 Ex vsu enim, & locorum consuetudine adiacentium, syluam emphyteuta excindere permittitur, qui à præcisione aliàs prohibebatur; ni fortassis aliter inter partes conuentum fuisset. *tex. in l. semper in stipulationibus. 35. ff. de „ regul. iur. Semper in stipulationibus.* (Vlpianus „ loquitur) *et in cæteris contractibus in sequimur, „ quod actum est. Aut si non pareat quid actum est, „ consequens erit, vt id sequamur, quod in regione, „ in qua actum est, frequentatur.* hæc Vlpian. *Bartholom. Cæpol. d. cap. 22. quæst. 5. num. 10. Tiraq. d. §. 1. Gloss. 3. num 23. 24. et 25. Anton. Gamma decis. 147. num. 5. Curt. senior. d. cons. 71. num. 28. Barbos. d. l. diuortio. §. si fundum nu. 10.*

22 Et quid ni (me herclè) his rebus modum dare valeat consuetudo, quæ legem interpretari potis est? *l. si de interpretatione. 36. et l. de quibus. 31. ff. de legib.*

23 Veluti enim lex, patriæ consuetudo æstimatur. *Ioseph. Lodouic. decis. Perus. 62. num. 9. 10. et 11. et seq. Bernard. Græuen pract. quæst. lib. 1. obseru. 36. Camillus Borrell. in sum. omn. dec tom. 1. tit. 14. num.* 88. vt proinde etiam propriæ significationi vocabuli præferatur. *vt not. Abb. d. cons. 47. num. 4.*

25 Præterea, cùm æquetur beneficiarius vsufructuario. dù n inhumanis adhuc agit. *Gloss. in cap. fin. verb. obitus. de peculio clericorum. extrà et in cap. præsenti. 9. verb. reseruari de offic. ordin. in 6. Caccial. sup. de pensionibus. quæst. 17. num. 2. Gigas eod. tract. q. 38. num. 2 Guid. Papa decis. 110. nu. 2. Villalobos. tom. 1. comm. opin. lit.* C. *num 9 . et 93. fol. mihi. 78. Cuall pract. quæst communium contrà communes. par. 1. q 388 num* 8. *Molin. de Hispan. primog lib 2 cap. 10. nu. 33. et 37. Gratian. dec. 20. num. 11. Mohedan decis. 4. de locat. et cond. num. 7. Rota par. 1. diuers. decis. 401. nu. 4. et apud Illustrissimum Seraphin decis. 594. num. 7. apud Illustrissimum Caualer. decis. 104. num 7. et in Romana pensionatis 4. Iunij. 1593. coram Blanchetto. quæ est in impressis ad calcem tract. diuers. de spolijs. fol. mihi. 905. num. 7. Riccius in praxi variar. resolut.*

26 *par. 1. resolut. 50.* Valeatq; vsusfructuarius cęduas arbores præscindere in proprios sus, illasquè, vt libet, diuendere; ita tamen; vt incisio ad fructum, non sanè destructionem pertineat. *d. l. ex sylua. de vsufruct. Molin. de Hispan primog. d. cap. 22 num. 1. Paris d. cons. 111. num. 32. Garsias d. cap. 11. nu. 35. Barbosa d. l. si fundum num. 3. vers. his ita explicatis. Cornazan. d. decis. 65 num. 7. et 8.*

27 Poterit vtiq; & beneficiarius hic noster, nec dissimiliter has ex sylua hac arbores, vtputa in fructu existentes, excindere, & alienare, sicuti vsusfructuarius posset. *ita Riccius. d. resolut. 50. num. 3.*

28 Aequatorum enim idem in omnibus iudicium, & vna eorum inuicem, atq; par est ratio, *l. mater. 3. C. de instit. et substit. l. fin. §. fin. ff. mandati. l. Gallus. 29. §. et quid si tãtùm, vbi Bart. ff. de lib. et posthum. cap. inter cæteras. 4. in fin. vbi Gloss. de rescript. cap inter corporalia. 2. §. sicut ergo episcoporù. in fin. de translat episcop. cap. dudum. 53. §. licet autem positiones vbi Gloss. verb. id m de elect. Roman. cons. 147. licet hæc. num 2. vers. tertio quia. Card. Tuscus tom. 3 littera E conclus. 308 per tot. Marius Anton. variar. resolut. lib. 3. resolution. 25. numer. 10.* vbi extendit etiam in criminalibus, stante paritate rationis. *Barbos. axiom. 14. nu. 2. et 3.*

29 Nec quidquam facessit negotij, quod producant syluæ hæ castanearum fructus, & si sanè non insitos, sed syluestres, porcorum in cibum, & pastum; vt veluti fructiferæ arbores æstimandæ sint, & excidi prohibeantur. *ad tex. in d. l. ex sylua. de vsufructu et tex. in l æquissimum. 17. §. fructuarius. ff. eod.*

30 Nimirùm, quòd primariò, cùm in hoc destinati hi fructus in adiacentibus aliorum syluis, non sint; vt his nihil obstantibus excidantur; cùm fructum vberiorem excisæ lignorum ex venditione, referant; non erit, quòd nobis negotiũ facere possit, quin excidi quoq; valeant per beneficiarium hunc nostrum.

31 Sylua nempè glandibus licet onusta, cedua nihilominus pertineat, si in hoc primariò destinata sit, vt cædatur. *tex. in l. cùm manu sata.* 80. *§. sylua cedua. ff. de contrahenda. empt. secundum intellectum in concordiam. tex. in d. l. sylua cedua. 30 §. fin. ff. verbor. signific.* quatenus habe-

32 tur. Pascuam dici syluam, quæ pecudum pastui destinata est, primariò scilicet, ac principaliter, non secundariò. *quemadmodum docet doctissimus Petrus Barbosa. d. l. diuortio. §. si fundum. num. 2. vers. ex hac igitur.*

33 Nec refert omninò, statim nè, ac breui, an verò longum post tempus in pristinam altitudinem excisæ semel arbores, reuertantur, & crescant, si duo illa in priori nostro supposito tradita, coincidant: Quod in hoc habeantur, scilicet, vt cedantur, & quod excisæ rursus renascantur. Quòd multò sanè magis hic concedendum erit nunc in facto hoc nostro, cùm supponatur, excisas has arbores non longum post tempus, nonum scilicet post annum, in pristinam crescere altitudinẽ, *vt aduertit quoq; Abb. in cap fin num. 6. ne prælati vices suas.* Neq; enim longæuus temporis inter lapsus operari quidquam poterit, ne in fructu hę sint arbores. *Vt post Paris. d. cons. 111. num. 32. & Curt. d. cons. 71 num. 28. sequitur etiam Garsias de expens. d. cap. 11. n. 35.*

35 Cùm nec omnibus arboribus æquale fructus pariendi tempus natura concesserit; Vt aliæ sanè maturiùs temporaneos; tardiùs verò aliæ serotinos, non ingratos, nec iniucundos expectantibus fructus edant. *tex in d. l. diuortio. 8. §. quod in anno. ff. solut. matrim.*

Neq; demùm officiet, Prædecessorem beneficiarium, non excidisse arbores. Vt indiciũ pręstet inceduam syluam esse, & æstimari.

36 Quid (si, amabo tè) voluerit ipse suo renunciare fauori? *l. si quis in conscribendo. 39. C. de Episc.*

Episcop. & cleric. & *l. si quis in conservenda.* 29. *C. de pactis. cap. ad Apostolicam.* 16. *de regular. Hyppolit singul.* 361. extat iuris regula. Vel si excisæ aliàs non dùm excreuerint, vitali adhuc aura eo perfruente? Vt quod non potuit ipse, nec successorem posse velle putent.

37. Quid verò si negligens, ac resupinus esse voluerit? Quemadmodum, nec officere successori poterit, quòd resupinus prædecessor, perire fructus passus magis fuerit, quàm, quòd illos colligeret. Numquid ne successori præiudicare valuit, *vt Alciatus aduertit. d. conf.* 154. *num.* 9.

38 *in fin.* At sicuti dormientibus auxilium iura denegant, ità vigilantibus, ac solertibus apprimè fauent. *§. Quorum autem institut. in proœm. l. pupillus.* 24. *in fin. ff. quæ in fraud. credit. Gloss. in c. ex parte.* 10. *in verbo curare de consuet. Hypp. singul.* 360. *scribitur apud Legistas* Neq; quod irrationabiliter prædecessor in bonis effecit Ecclesiæ, ratum habere successor tenetur; quinimò magis in irritum reuocare. *tex. in c.* 2. *de precar.* Haud enim prædecessoris incuria arctare successorem valet, vt ratum is habeat, quod perperam, ille operatus fuit. *Gloss. verbo terminum in cap. fin. ne prælati vices suas vbi Abb. num.* 5. & 6. *Maranta conf.* 107. *nu.* 11. *Vincent. de Franch decis.* 35. *num.* 7. Quemadmodùm neque valet prælatus antecessor, successoris cum præiudicio, & damno futura cõcedere. *Bald. in cap.* 1. *qui success. tenean̄tur in vsib. feudor. nu.* 3. *Afflict. decis.* 101. *num.* 2. dixitque notabiliter *Bald. in d. cap.* 1. *num.* 1. sequentibus verbis; quæ cum ad rem faciant, subijcere superuacaneum minimè visum mihi fuit: *Quod benè fit à prædecessore debet habere ratum successor, secus si prædecessor supplantet successorem in præueniendo ante tempus, vt hic. Et notatur per Archid.* 25. *q.* 2. *cap. decessor. Et hoc in eo, qui habet administrationem Ecclesiæ, secus in præbendario, qui non habet administrationem (nisi nomine personæ suæ) & ideo non obligat successorem, cap. fin ne prælati vices suas. per Innocent.* hæc Bald. & *est tex. satis ad rem nostram hanc aptus Sacri Trid. Cõcil. sess.* 25. *cap.* 11. *de reformat.*

Quid mirùm igitur si per prædecessorem nõ benè gestis, stare successor in sui præiudicium minimè arctetur? Licebit itaquè eidem vsu potiri, fruiquè, quo Ciuitas, & totum eius fruitur territorium adiacens; vt syluas excidat, & excisa vendat legnamina, cùm in fructu illa sint, vt dictum fuit.

Et ita ex his, censori virgæ suppositis, respõdendum censui,

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Eligendi ius ex professione regulari oritur.*

2 *Coniuncti plures sangine possunt in eadem religioni, eodemq; monasterio profiteri.*

3 *Euangelica præcepta, & consilia æquè omnibus, & absq; personarum acceptione à Christo Domino data sunt.*

4 *Religionem quilibet ingredi potest, atquè in ea profiteri, nisi impedimento aliquo notetur.*

5 *Pater eligere filium potest ad publicos honores, & filius patrem, ac frater fratrem.*

6 *Filius legitimus obtinere non prohibetur beneficium in Ecclesia, in qua pater est Episcopus.*

Et beneficium quoquè in Ecclesia, vbi pater est beneficiarius, si beneficia ipsa distincta sint. num. 7.

8 *Filij præsbyterorum non legitimi incapaces sũt beneficiorum in Ecclesijs, in quibus Parentes beneficium obtinent.*

etiam si per subsequens matrimonium legitimati fuerint. ibid.

9 *Electio, vt legitima sit, vocari debent omnes, qui de Capitulo, Collegio, vel Monasterio sunt.*

10 *Electionem irritam reddit, vel vnius contemptus eorum, qui vocandi sunt.*

11 *Lex vbi non distinguit, neque nos distinguere oportet.*

12 *Asserendum minimè est, quod dictum non reperitur.*

13 *Concessa intelliguntur omnia, quæ probibita non sunt.*

14 *Iudex non inde à iudicando repellitur, quòd eius familiaris, consanguineus, vel etiam filius causæ sit patronus, modò non propterea nisi proea parte iudex propendeat.*

15 *Electio superioris, cùm æquè inferiores omnes tangat, debet ab omnibus approbari, & num.* 16.

16 *Moniales omnes, vi voti in professione emissi, obedientiam Abbatissæ debent, quibus illa omnibus præcipere potest.*

17 *Eligere debentes, iurè possunt amicum, vel sanguine iunctũ eligere, modò qui eligitur dignus, æquene idoneus sit.*

18 *Præsentare potest Pater filium ad beneficium iuris patronatus, si idoneus ille sit.*

19 *Episcopus potest nepoti beneficium conferre, vel etiam filio ex legitimis nuptijs ante Episcopatum suscepto, si digni inuenia ntur.*

20 *Exequutor relictus, vt aliqua inter pauperes dispertiatur, potest ea iurè consanguineis pauperibus elargiri.*

21 *Pater executor potest nominare filium in pauperem, si verè ille egeat.*

22 *Ita quoquè, & sibi ipsi distribuet executor, si egeat.*

23 *Charitas ordiarta à se ipso incipit.*

ARGVMENTVM.

Ex principio patet.

RE-

RESPONSIO XVIII.

NOn repelli ab eligendo Abba-
tissam Moniales, quòd plures
ex eis simul sanguine iunctæ,
etiam si sorores sint, vel quòd
eiusdem sint familiæ, iuris esse,
consultus respondi.
Cùm, quòd eligendi ius ex
professione regulari, siuè taci-
1 ta, siuè expressa oritur. *tex. in cap. ex eo. 32. §. 1. tex. in cap. nullus. 28. vbi gloß. verb. eligatur, & cap. indemnitatibus. 43. de elect. lib. 6. Syluest. sum. elect. 3 q. 6. num. 7. Rodriquez. in sum. par. 1. cap. 105. conclus. 4. vers. notetur etiam Zerola in praxi Episcop. verb. Abbatißa. par. 1. ad 2. Frater Ludouic. à Miranda. in man. prælat. tract. de sacris monialib. q. 7. ar. 1. conclus. 2. & ar. 2. conclus. 1. nouissimus Iulius Lauorius. variar. elucubrat. de electione. canonica. tit. 4. cap. 24. num. 1. & 2. Castellinus. de elect. cap. 5. num. 52.*
2 Atqui non repelluntur sanguine simul iunctæ, quin plures in eodem Monasterio profiteri possint. Cùm, quòd id prohibitum non reperitur. *argumento tex. in l. 1. per tot. ff. de postuland.*
3 Tùm, quòd Euangelica præcepta, & consi-
lia, ad quorum obseruantiam religio obstrin-
git, æquè omnibus, absquè personarum acce-
4 ptione, à Christo Domino data sunt; vt liberum cuilibet maneat se ad illorum obseruationem per professionem in aliqua ex religionibus approbatis addicere; nisi impedimento legitimo notetur, quo à Religionis ingressu prohibeatur, vt plenè notat *Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 18. cap. 25. q. 4. n. 376. Azor. institut. moral. par. 1. lib. 12. cap. 1.* in quo enumerat eos omnes, qui impedimento detinentur, ne religionem ingredi valeant.

Non repellentur vtiquè moniales hæ, quin eligere simul possint, vbi electionis casus euenerit; quòd plures eiusdem familiæ, ac sanguine sibi cognatæ sint.

5 Quemadmodum pater filium, & filius Patrē, ac frater fratrem vicissim ad publicos honores eligere se se possunt. *tex. in l. illud. 5. vbi Bar. Bal. & alij & in l. sequenti. ff. quod cuiusquè vniuersitatis nomine.* & sequitur *Francisc. Marc. decis. Senat. Delfinat. 629. nu. 6. 1. par. Gaspar. Anton. Thesaur. forens. quæst. par. 1. cap. 3. num. 2.*
6 Nec filius legitimus, in Ecclesia, in qua pa-
ter Episcopatum habet, Ecclesiasticum bene-
ficium obtinere prohibetur. *tex. in cap. ad hæc.
12. de filijs presbyter. vbi Barbos. num. 3. 10. Azor.
7 instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 4 q. 20.* & beneficium
quoquè obtinere, vbi pater beneficium item obtinet, modò distincta sint ipsa beneficia, vt p *Abb. d. cap. ad hæc. & Calderin. cons. vnico de filijs presbyter. num. 3. vers. quòd autem istud &c. Azor. d. cap. 4 q. 16. Lauor. de elect. tit. 4. cap. 16. num. 56.*
8 Et si aliter planè per Sacrum Concil. innoua-
tum sit in filijs presbyterorum, non legitimis. *seß. 25. cap. 15.* vt Paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo sacris omninò arceatur. *tex. can. proposuisti. 2. 28. dist. & tot. tit. de filijs presbyter.* plenè *Garz. de benefic. tom. 2. lib. 7. c. 3. per tot. Lauor. d. cap. 16. tit. 4. num. 48. & 49. & d. num. 56.* vbi ex declaratione Sacræ Congregationis extēdit, etiā si per subsequens matrimoniū fuerit filius legitimatus, ne beneficium obtinere possit eadem in Ecclesia, qua illud pater obtinet.
9 Tùm, quòd per sacrorum Canonum constitutiones ij omnes ad eligendum vocandi sunt, qui de capitulo, Collegio, vel Monasterio aliquo sunt, ad quos spectat electio; nisi rationabilis causa illos repellat. *est tex. in cap. 1. & cap. cùm terra. 14. de elect. can. licet. 8. q. 1. & can. Abbatem. 3. & Abbatem. 4. 18. q. 2.* vt vuius tan-
10 tùm eorum contemptus, electionem ipsam infringere potis sit. *tex. in cap. quòd sicut. 28. in 1. par. & in cap. bonæ. 36. vbi Doct. de elect. Nauarr. cons. 12 n. 1. eod. tit. Rodriquez in sum par. 1. c. 104. conclus. 1. Armilla. verbo. electio. num. 19. & 20. Syluest. verbo. electio. primo. num. 6. q. 5. per tot. Miranda. d. q. 7. de sacris monialib. ar. 1. conclus. 2.* & pleniùs ipse deducit *par. 2. q. 23. per tot. Rota in recent. par. 1. tom. 1. decis. 65. nu. 4. & apud Verall. decis. 296. num. 2. par. 1. Lauor. d. tit. 4. cap. 15. num. 24.*
11 Quam ob causam, cùm lex nullam adhibeat distinctionem, nequè nos distinguere oportebit. *l. de pretio. 10. ff. de publician. in rem actione l. non distinguemus. 37. ff. de recept. Arbitr. Achilles. in regula de publicandis. decis. 2. n. 3.*
12 Nequè asserendum sit, quod dictum non
„ reperitur. *can. 18. consuluisti. 2. q 4.* Et quod
„ Sanctorum Patrum documento sancitum non
„ est (inquit ibi Stephanus Quintus) superstitio-
sa adinuentione non est præsumendum. *l. si. seruum. 70. §. prætor ait* ibi: *Non dixit prætor. ff. de acquirend. hæredit. l. item apud Labeonem. 15. §. ait prætor. ff. de iniur. Surd. cons. 173. n. 72. & cons. 222. num. 5. lib. 2. sequitur Nauarr. de orat. & horis canon. cap. 5. num 8 & cons. 6. n. 11. lib. 3. de donat. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 6. disput. 36. sub num. 2.*
13 Concessa igitur omnia intelliguntur, quæ prohibita non sunt. *ex tex. in can. lex diuinæ constitutionis. 29. q. 2. tex. in cap. nuper 29. circa fin. de sent. excommunicat. gloss. in d. cap. consuluisti. verbo superstitiosa. in fin. Oldrad. cons. 228. quod fratres. in princ. Cardin. Tusc. tom. 6. litt. P. conclus. 298. n. 1. & sequitur. Barbos. assiom. 178. num. 1.*

Tùm tertio, quòd sufficiens ratio in contrarium afferri minimè posse videtur, cur ab eligendo Moniales remoueantur, ex eo dumtaxat, quòd plures sanguine, vel familia se se contingant; vt sufficere ratio ipsa debeat, cùm lex in contrarium non reperiatur. *vt Surd. optimè loquitur d. cons. 222. num. 17. quem sequitur etiā Tusc. d. conclus. 298. n. 7. 8.*
14 Veluti, nec sufficiens suffragatur ratio, vt à
iudicando quis repellatur, ex quo eius familia-

ris, consanguineus, vel etiam filius in causa patronus sit; ni pro eo nimis aliàs propendere in causa ipsa iudex videatur. *tex. in cap. 1. vbi Gloss. fin. & Abb. num. 6. de offic. deleg. tex. cum gloss. in cap. ex insinuatione. 50 verbo. aduocatus. & ibi Abb nu. 4. de appellat. Iason. in l. solet. 15. siuè etiam in l. prætor. 16. num. 2. ff. de iurisdict. omnium iudic. Philipp. Francus in cap. postremò. 36. num 19. vers. in gloss. verbo. aduocati. de appellat. Proauus meus Robertus Maranta. in specul. aureo. par. 6. in vlt. par. de appellat. nu 55. & in singularib. verbo. Iudex non potest. fol. 53. Petra ad Capycium. decis. 146. addit. 1. circa med. vers. & in regno, quicquid sit de iure. Carolus de Grassis de except. except. 24. num 112.* Prætertim si nulla adsit suspitio iusti iudicij peruertendi. *iuxta tex. & doct. in d. cap. ex insinuatione. 50. de appellat. Gratian. discept. forens. par. 1. c. 100. num. 23. & 24.*

15 Tùm quoquè, quòd electio superioris, inferiores omnes eùm tangat, quibus vtiquè expedit, idoneum magis sortiri. *d. can. licet. 8. q. 1. & cap. Abbatem. 3. & 4. 18. q. 2. gloss. in cap. 2.*
16 *verbo. Sanctiores. de officio custodis.* Atquè Moniales omnes, vi voti in professione emissi, Abbatissæ obedientiam debeant, quibus illa, nec exceptis consanguineis, præcipere potest & imperare. *Ioan. Azor, par. 1. lib. 13. institut. moral. cap. 10. q. 7. in fin. Gallett. in margarita. verbo Monialis. in fin. vers. moniales parere. fol. 174. col. 2. & Nald. in sum. verb. Abbatissa. num. 3. et verbo monialis. num. 13.*

Cùm hoc omnes tangat, nulla excepta; ab omnibus vtiq; approbari debebit. *regul. quod omnes. 29. de reg. iur. lib. 6. tex. in cap. Archiepi-*
" *scopus. vbi gloss. 66. dist.* Quia ille, qui præest
" *(inquit ibi Anicetus Papa)* ab omnibus Episco-
" pis, quibus præest, debet constitui. *est tex. in d. can. licet. 8. q. 1. l. vlt. in fin.* C. *de auth. præstand. optimè ad rem nostram Griuell. decis. Senatus Dolani. 11. num. 30.* & in terminis electionis, per hanc eandem rationem, *Rota d. decis. 65. num. 5. in fin. Barbos. alios referens. assiom. 196. num. 18.*

17 Tùm præterea, quòd ius eligendi obtinens ad officium aliquod publicum, vel beneficium; licitè potest amicũ, vel sanguine sibi deuinctũ eligere; modò, qui eligitur dignus, æqueuè idoneus sit, vt extraneus. *secundum S. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. ad primum Foller. in praxi censuali. verbo. Nicolaus Episcopus. num. 8. fol. 74. sequitur* Carolus *de Grassis. tract. de effectib. amicitiæ num. 280. est tex. in d. l. illud. 5. cum l. seq. ff. quod cuiusq; vniuersit. nomine Lauor. d. tit. 4. de elect. cap. 21. num. 72.*

18 Quemadmodum pater potest iurè, nec temerè filium præsentare ad beneficium iuris patronatus; modò idoneus ille sit. *gloss. in cap. quia clerici. 6 verbo filij. & in cap consuluit. 15. verbo. authoritate. de iure patronat. Gaspar. Anton. Thesaur. d. cap. 3. num. 2. & seq. Abb. cons. 69. num. 1. par. 2. Paris. lib. 9. de resignat. q. 17. n. 122. Barbosa. de offic. episcop. par. 3. allegat. 72. nu. 93. Riccius decis. 36. num. 3. par. 1. Viuian. in praxi iurispatronat. par. 2. lib. 6. cap. 9. num. 22.*

19 Sicuti etiam potest Episcopus beneficium conferre nepoti, vel etiam filio, legitimis ex nuptijs ante Episcopatum suscepto; modò ad illud digni inueniantur, & scandalum absit. *arg. tex. in can. non satis. 14. vbi gloss. verbo. domesticos. 86. dist. gloss. notab. in can. decenter. 6. 86. dist. post Sanct. Thom. 2. 2. d. q. 63. art. 2. ad 1. Gloss. notab. in d. cap. quia clerici. 6. vbi Abb. num. 6. de iure patronat. & in cap. fin. nu 4 de institut. Abb. d. cons. 96. num. 2. Card. Tolet. lib. 5. instruct. Sacerdot. cap. 4. num. 7. vers. 8. tenetur. Vgolin. de offic. & potestat. Episc. par. 1. cap. 16. §. 10. nu. 2. in fin. & num. 5. Paris. d. q. 17. num. 123. Barbos. de offic. & potestat. Episcop. par. 1. tit. 2. gloss. 9. nu. 30 & par. 3. d. allegat. 72. num. 94. & d. cap. consuluit. num. 3. de iure patronat. Viuian. in praxi iuris patronat. par. 2. lib. 6. d. cap. 9. nu. 23. 25. & seq. Castellinus. de elect. cap. 9. nu. 23. vers. necessarium duxi.*

20 Atq; executor relictus, vt aliqua inter pauperes dispertiatur, potest licitè, nec iniuriâ, ea inter consanguineos pauperes, atquè egentes distribuere. *ad tex. in cap. 1. de cohabitat. clericorũ. & mulier. vbi gloss. verbo subministrent. & Abb. ibid. num. 5. S. Thom. 2. 2. q. 32. art. 9. Nauar. comment. de eleemosyna. in cap. quiescamus. 42. dist. num. 70. can. non satis. 14. vbi gloss. verbo domesticos. 86. dist. Bald. in d. l. illud. 5. num. 3. ff. quod cuiusquè vniuersitatis nomine* dicens:
21 " Quòd patet executor vltimæ voluntatis,
" potest nominare filium in pauperem Christi, dũmodò filius sit pauper re vera *Caualcan. decis. 26. num. 22 par. 3. Foller. d. verbo. Nicolaus Episcopus. num. 9. fol. 75. Card. Mantica. de coniectur. lib. 8. tit. 5. num. 10. & 16.*

22 Veluti etiam post sibi ipsi executor accipere, si verè ipse egeat, sicuti vnus ex pauperibus *S. Thom. 2. 2. d. q. 32. art. 9. ad 3. Nauar. de Orat. et horis canonic. cap. 7. num. 34. & in man. cap 25. num. 123. Paris d. q. 17. num. 120. Vitianus d. cap. 9. num. 26. Mant. d. tit. 5. num. 9. & seq. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glos. 2. num. 54.*

23 Quia profectò Charitatis ita exposcit ordo, vt à se primò incipiat. *tex. in can. qui vult. 19. vbi Gloss. verbo. se ipso. de pœnit. dist. 3. cap. nisi specialis. 3. vbi Gloss. & Abb. num. 6. de Authorit. & vsu pallij. Gloss. in can. scias. 35. verbo. præferenda. circa fin. 7. q. 1. l. præses. 6. vbi Gloss. & Doct.* C. *de seruit. & aqua.* Card. *Tusc. tom. 1. littera.* C. *conclus. 220. num. 3. Barbos. assiom. 42.*

Non repellentur itaq; moniales ab eligendo; quòd plures simul sanguine se contingant; modò aliud eis non obstet impedimentum, & ita ex his respondi sub censura,

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Aduocatus.

Ita quoquè exequutæ fuere Moniales, earumquè superiores, & omnes vnanimiter ad

eligen.

eligendum admissæ. Et declarauit Sacra Congregatio Episcoporum,& Regularum.3. Aprilis 1619.Episcopo Vlissiponen. *vt refert Castellinus de elect.cap.17.n.8.*

SVMMARIVM.

1 *Parochus tenetur residere in sua Parochiali,& curam per se ipsum exercere.*
2 *Residentia est de iure diuino.*
3 *Pastoralis dignitas propter officium est constituta,& vt Pastor Christi oues ad sempiterna dirigat pascua.*
4 *Residere personaliter quid sit; & quomodo exauditur.*
5 *Verba indefinitè prolata, sunt ciuiliter intelligenda.*
6 *Residere non dicitur, qui quamuis corpore resideat, curam tamen per se non exercet.*
& peccat, & ad fructuum restitutionem tenetur.n.8.
7 *Residentia ex duobus constat.*
9 *Industria personæ electa videtur in Pastore, vt residere cogatur.*
10 *Parochus in Ecclesia domo degere debet, noctu potissimùm.*
11 *Parochus intrà fines suæ Parochiæ residere potest in paterna, vel consanguineorum domo.*
Potissimùm si Ecclesia domos non habeat. & num.22.
12 *Parochus parum omninò distans à confinio suæ Parochiæ, residendi satisfacit præcepto.*
13 *Parum,& nihil pro vno æstimatur & n.21.*
14 *Dotem paruam mulierem habere, vel nullam, æquantur.*
15 *Minima non sunt in consideratione.*
16 *Abesse non dicitur, qui aliquantisper abest.*
17 *Modica non nocent.*
18 *Mortale quod est ex genere, fit veniale ex paruitate materiæ.*
19 *Riccius declaratur,& expeditur.*
20 *Fines intrà esse dicitur, qui parumà finibus distat.*
23 *Distantia, quæ modica dicatur, arbitrio remittitur iudicis.*

ARGVMENTVM.

Residere quomodo dicatur Parochus in sua Parochiali Ecclesia; Et quæ distantia condonari possit, vt (semoto scrupulo) residere dicatur, etiam si in domo Ecclesiæ non resideat? Non contemnenda responsio.

RESPONSIO. XIX.

Talis ad Parochialem Ecclesiam eligi debet persona, quæ residere in loco,& curã eius per se ipsam exercere valeat. Vt in Lateranẽsi Cõcilio definitum fuit. *in cap. quia non nulli.3. & per Alexandrum. 3. in cap. relatum 4& c. conquærente. 6 in fin. vbi etiam Gloss. fin. extrà de cleric. non resident. cap. licet canon. 14. §. is autem de elect. in 6. quæ innouata quoq; fuere per Sacrum Trident. Concil. cap. 3. sess. 7. de reformat. & per Pÿ Papæ Quinti Constitution Cupientes, quam refert etiam Quaranta in sum. verbo residentia. fol.439. & meminit Tuscus de visit. lib.2.cap.4.n.2.& 3.*

Cùm præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura cõmissa est; oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbiq; diuini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum operum exemplo pascere; pauperum, aliorumquè miserabilium personarum curam paternam gerere; & in cætera munia pastoralia incũbere; quę nequaquam ab ijs præstari possunt, qui gregi suo non inuigilant, nequè assistunt; sed mercenariorum more deserunt. *Vt sacro sancta loquitur Tridentina Synodus sess.23.cap.1.in princ. de reform. & sess.9.cap. etiam 1. in ead. mat. de reformat.*

2 Vt hinc succedat residentiam de iure diuino esse; nequè posse illam per Summum Romanũ Pontificem aboleri.

3 Dignitas enim pastoralis propter officium est instituta, & vt Pastor Christi oues ad sempiterna dirigat pascuam. *S. Thom. vbi etiam Caiet. 2.2.q.185. Sotus de iust.& iure lib. 10.q. 3. art.1. Lælius Zecchius. de casibus Episc. reseruat. casu.3.num. 1.& 2. decisum apparet per Sacrum Tridentinum Concil. d.cap.1. sess. 23. paulò antè relato. ibi. Cùm præcepto diuino mamdatum sit omnibus. Nauar. cons.21.num.1. lib 3 de cleric. nõ resid.& in man. cap.25. num. 121. vers. secundo prædictum concilium. Couar. lib.3. variarum resolut. cap.13.num.9. Garsias. de benefic. tom. 1. par.3.cap.2.num. 16 Salzed. ad Diaz. in praxi. cap.54.num.1. littera. A. Cœnedus collect 30 in 6. decretal. cap. licet canon. num. 2. Gonzalez. ad 8. reg. Cancell. gloss. 43. num. 131. & num. 163. Pater Ioan. Valerus de different. inter vtrumq; forum verbo. Parochus. different. 2. num. 5.& differen.3. Possevin. de offic. curati. cap. 1. num. 1. Riccius in praxi resolut. 393. num.5. par. 1. Barbosa de offic. Episc. par.3. allegat.53.num.2.& 11. & 18. Pater Anton. Sanctarellus variar. resolut. q.1. per tot. Tuscus tom 6. littera E. conclus. 247. Homobonus de Bonis. in exam. Ecclesiast. par. 3. cap.1.q 5. resol.2. fol. mihi 7.& cap.11.q 32. in 5. supposito. fol. mihi. 117.*

4 Verùm

4 Verùm enim verò, non ita amarè, ac presſè verbum illud *(perſonaliter reſidere)* exaudiendum eſt, vt debeat Parochus continuò in Eccleſia demorari, ac veluti funibus colligatus, perſonalem, atquè corporalem, ſiue magis materialem in illa præſentiam exhibere; ſed ciuili modo, ac moraliter, non ſanè Phiſicè: Vt reſidere perſonaliter, exaudiatur, Eccleſiæ per ſe ipſum deſeruire, non per ſubſtitutum. *ex tex. in d. cap. conquerente. 6. ibi: Vel quòd eidem Eccleſiæ non deſeruiat. de cleric. non reſid. Gloſſ. in d. cap. licet canon. §. is etiam. verbo perſonaliter de elect. in 6. vbi Anchar. num. 3. verſ. item nota. Franc. ibid. num. 3. verſ. in Gloſſ. verbo. perſonaliter tex. in cap. extirpandæ. 30. §. qui verò. de præben. extrà Lapus allegat. 5. num. 7. 8. & 9. Card. in Clem. vn. n. 21. in 12. q. de foro compet. Bertacchin. in repert. verbo. reſidere. 3. Rota apud Caſſadorum. deciſ. vn. de cleric. non reſident. num. 1. Pater Paulus Comit. reſponſ. moral. lib. 1. q. 62. nu. 1. vbi reſidere, dicit eſſe, in ſuo ordine miniſtrare. Garſias. d. cap. 2. num. 52. & 53. Barboſ. d. alleg. 53. nu. 20. Gonzal. d. Gloſſ. 43. num. 2.* faciunt, quæ habet *Philipp. Prob ad Ioan. Monach. in cap. 2. de iudic. lib. 6. num. 4.* Quòd diſpoſitio; vt teneatur quis cum alio morari; non intelligitur valle ſingulis

5 horis, vel momentis. Quia verba indefinitè prolata, ſunt ciuiliter intelligenda, non amarè *l. 1. ff. ſolut. matrim* hæc ille.

6 Alioquin parum omninò eſſet corporaliter reſidere, ac materialiter; & curam negligere, & dormire; *vt loquitur. Anchar. d. cap. licet canõ. num. 3. & Card. d. Clem. vn. num. 21. d. q. 12. Syluest. verbo reſidentia. num. 1. Armilla eod.* Pater *Iacob. de Graffijs lib. 2. deciſ. Aurear. cap. 97. num. 57. Vgolin. de Offic. Epiſc. par. 1. cap. 15. §. 3. num. 2. verſ. quòad ſecundum.*

Nec reſidere dicitur, qui corpore quidem præſens eſt materialiter, mente verò abeſt, ac formaliter, non reſidet, *ad tex. in l. poſtliminio. 5. § captiuus. ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ.* Rota *par. 4. diuerſ. collecta per Farinac. deciſ. 613. num. 3.*

7 Ex duobus nempè reſidentia conſtat: Altero quidem per ſe intereſſe Eccleſiæ: Altero verò per ſe ipſum exequi, quæ exequenda ſunt *Comit. d. q. 62. num. 3.*

8 Qua de cauſa, ita materialiter tantùm, corporali ſcilicet præſentia per ſe in Eccleſia reſidens Parochus, neque in interiori, neque exteriori foro, præcepto ſatisfacit reſidendi, quin ſe etiam mortali macula coinquinet, ſi culpa grauis fuerit, & negligentia, vt pœnis plecti proindè poſſit non reſidentibus inflictis. *Poſſeuin. d. cap. 1. num. 11. Comit. d. q. 62. nu. 2.*

9 Quoniam eſt in hoc electa induſtria perſonæ, vt non detur facultas per alium exercendi, ceſſante cauſa. *tex. in cap. fin. §. 1. de offic. deleg. Couarr. d. cap. 13. num. 9. Fuſcus. d. cap. 4. n. 3. Vgolin. d. cap. 15. § 3. num. 3. Sanctarell. d. q. 1. num. 7. verſ. obijcies ſexto.* Probans: Epiſcopum, cùm ſit Paſtor, teneri per ſe gregem ſuum paſcere, atquè per ſe exercere actus Epiſcopalis dignitatis. *& refert longè poſt hæc ſcripta prælo preſſus Pater Diana par. 3. tract. de ſacrament. reſolut. 156. ex Sancio in ſuis ſelectis diſput 47. contra Garſiam ſupra per nos citatum.*

10 Licet vtiquè vtiliùs, atq; commodiùs eſſet Populo, ſi Parochus in Eccleſiæ domo, noctu præſertim, degeret. *ad tex. in can. neceſſaria. 3. vbi Præpoſit. & Turrecrem. 12. q. 1.* Vt faciliùs petentibus, eiuſquè egentibus opera præſtò eſſe poſſet.

11 Non eſt tamen, quòd ſcrupulus ob id ei fiat, ſi intrà fines ſuæ Parrochiæ, in paterna, vel propria, vel cognatorum domo, ob ſui maius commodum, atquè honeſta viuat ſeruitia. Modò tamen vocatus facilè ſuum poſſit obire munus. *ita Poſſeuin. d. cap. 1. num. 7. & pluribus ante eum* Frater *Ludouicus à Beia reſponſ. caſuũ conſcientiæ. par. 4. caſu 21. in 2. q. fol. mihi. 653. verſ. quocirca illum.* Quo loco addit: Reſidere videri illum, qui intrà ambitum ſuæ Parrochiæ commoratur, neq; ab illius confinio vltrà miliare italicum diſtat. *probatq; ex tex. Deutoron. cap. 12. & 16.*

12 Vt multò proinde validiùs reſidere dicatur, qui ita propè confines Paroechiæ ſuæ degit, vt parùm omninò ab illis diſtet (ſicuti in facto hoc ſupponitur) *ſecundum eundem à Beia d. caſu 21. verſ. Et ſi dubites. fol. 652.*

13 Quia parum, & nihil trutina penduntur vna. *ad tex. in cap. licet cauſam. 9. §. quanquam.* ibi: *Nulla, vel modica eſt fides adhibenda. de probat. extrà l. quamuis. 32. ff. de condit. & a monſtrat. §. 1 inſtit. de lege falcid.* ibi: *Pro nullo, aut minimo lucro hæreditatem adhire. Gloſſ. in l. ſi pupillus 21. §. ſi ego. verbo. ex contrario. ff. ad l. g. falcid. Hyppolit. de Marſil. ſing. 267. parum, aut nihil. Surd. deciſ. 293. num. 8. Nauarr. de orat. & horis canonic. cap. 7. num. 27. verſ. tertio quod. & in reſponſione ad tertium. Marius Antonin. variar. reſolut. lib. 2. reſolut. 18. num. 6. plura cumulat Riccius in praxi. par. 1. de alienat. rerum Eccleſ. reſolut. 36. nu. 3. & ſeq. Colerus deciſ Germaniæ.*

14 *61. num. 47.* Vbi mulierem dotem nullam, vel paruuam illam habere, æquiparari dicit, per rationem eandem: Quia parùm, & nihil æquiperantur. *Damouderius. in enchirid. parium, vel ſimilium iuris. verbo dos exigua. lib. 1. commun. concluſ. fol. mihi. 447. Sanctarell. d. q. 4. num. 11. in fin. & nu. 14.*

15 De minimis autem nulla apud Prætorem eſt ratio. *l. in rebus commodatis. 18. §. poſſunt. in fin. vbi Gloſſ. verbo. ad eum pertinere. ff. commodati. l. Seio 4. vbi Gloſſ. ff. de reſtitut. in integrum. l. omninò. 12. vbi Gloſſ. verbo. modicas. ff. de impenſ. in rebus dotalib. factis. c. ſignificaſti. 18. de homicid. extrà.* Nequè lex de modico ſpatio æſtimationẽ habet. *Gratian. forenſ. par. 3. c. 413. num. 29. & ſeq. tex. Sacri Trident. Concil. d. c. 1.*

16 *§. quoniam aliquantiſper. d. ſeſſ. 23.* Non abeſſe, dicens, eos, qui ex cauſa, per tres menſes abſunt; quòd aliquantiſper abeſſe videantur. *& probat pleniùs Gonzalez. d. Gloſſ. 43. num. 2. & ſequitur nouiſſimè Paulus Bellon. de poteſt. corũ,*

qua

*quæ fiunt in continent.lib.2.cap.97.num.2.*in ferens, quòd parua temporis intercapedo horarum canonicarum recitationi præiudicium non infert.

17 Modica nempè nocere haud videntur. *vt docet Gloss. in cap. si proponente. 42. de rescript. vbi Panormit. & Ioan. Azor. institut. moral. par.2.lib.6.cap.10.q.3.vers. ex altera parte videtur. Barbos. axiom.151.n.1.*

18 Sicuti aliàs quod ex genere mortale est, veniale fit ob paruitatem, atque materię modicitatem, quę in vnaquaque re semper excusat. *S.Thom.1.2.q.88.art.5 ad 1.& 2. 2.q.35. art. 3. & q.59.art.4.ad 2.Nauar. man.prælud.9.nu.12. & cap.11.num.4.& cap.17.num.2.& cap.18.nu.7.vers. dixi notabilis.& cons.3.num.4.in fin.de celebrat missar.lib.3.& comment. de datis, & promiss.pro iust.vel grat.notab.10.num.20.vers. contra quos.Tolet.lib.3.cap.2.num. 2.Iacob. de Graffiis.decis.aur.lib.2.cap.23.nu.1.& seq. Sayr. lib.3.de celebrat.missar.decis.2. Anton. Fernand. in Medulla casuum par.1.cap 6.§.2.n.2.*

19 Neque his nostris aduersa sunt, quæ habet Reuerendissimus Riecius.*par.1.decis.145.*

Eius nempè rationes non magis stringunt, quàm ea, quæ in superioribus diximus. Residere scilicet esse, per se deseruire, non per alium. Et quòd possit cogi parochus per Episcopum intra fines suæ residere parochiæ, vel in Ecclesiæ domibus. Quod declarauit etiam Sacra Congregatio. *vt refert Zerola in praxi Episc. par.1. verbo. parochus. §. Quinto, an parochus. Fuscus de visit.lib.2.cap.3.num.6.& d.cap.4.n.3. Barbosa de offic. Episc.par.3.allegat.53.num.71. Homobonus.in exam.Eccles.par.3.d.c.1.q.5.in 2. resolut.* Haud enim nos hoc diffitemur. Verùm in difficultatem reuocamus: An residere dicatur, qui ita propè confines suæ degit parochię, vt nullo ob id impedimento remoretur, quin suo optimè fungatur officio?

20 Profectò, quod intra fines esse dicitur, qui ita parum à finibus ipsis distat, vt pœnè insensibilis videatur distantia.*ad tex.notab.in l. diuus. 8. ibi: Sed parum exaudita. ff. de restitutione in in-*

21 *tegrum.* vbi ad verbum illud *(parum) Gloss. (id est non)* explicat *& tex.in cap. licet causam. 9. §. ad reprobandum. ibi nulla, vel modica est fidei adhibenda. de probat. & aduertit ibid. Barbosa. num.10.* Vt non esse videatur, quod parum est. *& notat. Anton.Franc.in Additionib. ad Abb. in d.cap.si proponente.42. de rescript. & docuit etiã Arist.2.phisic.tex.56.cap.2. ac tex.d. Sacri Trid. Concil. cap.1.§. Quoniam qui aliquantisper, quę supra quoque perpendimus. & plenè Tiraquell. tom.4.oper.in tract.de iudic.in rebus exiguis.fol. mihi 88.vers.octauo dicit.Bald.*

Quod potissimùm in re hac nostra asserendum esse videtur. Cùm (vt supponitur) nullum omninò parochianis incommodum ingeneretur. *Gratian. forens. par. 3. cap. 480. num. 8. & 9.*

22 Prærerquàm, quòd item, neque Ecclesia ipsa parochialis commodas ad residendum parochò ædes habeat. Vt sufficiat si intra fines suæ resideat parochiæ.*vt declarauit Sacra Congregatio secundum Zerol. d. verbo parochus. § 4. Vgolin.d.§.5.num.3.& cap. 15.vers. quinto residere. Barbosa d.alleg.53.num.71.& sequitur idemet Riecius par.4 decis.41. num. 4 & in fin. vbi ita decisũ in Curia Archiepiscobali Neap. refert. & Riecium iure sequitur Diana d. resol. 156. in fin.*

Nihil igitur obstabit, quin permittatur parocho huic in domo residere, in qua degit, pro-

23 pè suæ confines parochiæ. Cùm alioquin Quæ modica dicatur distantia, cùm iure definitum non sit, arbitrio remittatur iudicis *Damouder. in Enchirid.parium, vel similium verbo paruum fol.481. Ludouic.Peguer. decis.Cathalun.24. nu. 24.in fin.*

Et ita ex his respondendũ censui, Aristarchi virga non excussa.

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Dictio (nec non) resoluitur quandoq. in copulã, & est q. præcedentium repetitiua.*

2 *Tex. in cap. super specula. 10. ne Clerici, vel Monachi, etiam ad simplices presbyteros extẽditur.*

Limita si non ob curiositatem sciendi, sed meliùs sacros Canones addiscendi, leges ciuiles didicerit num.3. idque priuatim non publica, & nu. 12.& nu.18.

Et ratio est, vt auferatur personis Deo sacris occasio ingerendi se s. anfractibus secularium iudiciorum, atq; sacræ Theologiæ studium dilatarctur.n 4.

5 *Sacros Canones addiscendi omnibus facultas facta est.*

6 *Sacrorum Canonũ scientia Ecclesiæ Dei admodum proficua, ac necessaria est.*

Quoniam per eam genus humanum, vt honestè viuat, alterum non lædat, ac ius suum cuiquè tribuat, informatur.n.7.

8 *Sacris in Canonibus multa sunt, quæ absque ciuilis scientiæ notione sciri, & addisci minimè possunt.*

9 *Leges ciuiles quàm multæ sunt sacris canonibus insertæ.*

Atque in ipsis Glossis iuris Canonici referuntur, quæ adperstiam faciunt sacrorum Canonum. num.10.

Vnde earum notitia & scientia necessaria est, & num.11.

13 *Sacri Canones, ac Sancta Ecclesia legum secularium non respuit famulatum.*

14 *Leges ciuiles absq; Praeceptore sciri haud possunt.*

15 *Qui per se ipsũ studet, per se ipsum ignorat. Ancharani dictum.*

16 *Concesso aliquo, & permisso, permissum quoquè videtur omne id, per quod ad illud peruenitur.*

17 *Principali dato, accessorium quoq; eius concessũ censetur.*

18 *Leges ciuiles licet addiscere, vt meliùs sacri Canones sciri, & addisci possint. refertur Sacræ Congregationis decisio n. 20. & 21.*

19 *Seculares litteras licet scire, vt ad vsum sacræ eruditionis vertantur, & n. 24.*

21 *Clericis absurdum videtur, quinimò opprobriosum se peritos ostendere forensium disceptationum.*

22 *Legibus licet vti in Ecclesiasticis negotijs, quando adiuuant, nec offendunt. & quando consonat iuri diuino, & naturali, atq; Canonico. numero. 23.*

25 *Leges non dedignantur sacros Canones imitari & è contrà.*

26 *Leges ciuiles audiens presbyter, non ob curiositatem, sed, vt meliùs sacros Canones intelligat, non peccat.*

Potissimùm si in priuata domo, non in publico Gymnasio audiat n. 27.

& declaratur Suarez sententia, quæ in contrariũ adducebatur n. 28.

29 *Bonarum mentium est ibi culpam timere, vbi culpa non est.*

Et quomodo id exaudiatur n. 30.

31 *Conscientiam contrà faciens peccat.*

32 *In dubijs, quod certiùs æstimamus, tenere debemus, fauore animæ.*

33 *Leges audiendi ciuiles facultatem non potest Episcopus concedere suis Presbyteris.*

34 *Episcopus potest concedere facultatem, vt absit quis ex causa studiorum.*

35 *Martæ sententia refellitur ad intellectum tex. in cap. 2 ne Clerici, vel Monachi in 6.*

46 *Lex, vel constitutio pœnalis restringenda magis, quàm dilatanda est.*

37 *Verba pœnalia in simplici casu exaudienda sunt.*

38 *Doctoribus excommunicatis, licentiati non comprehenduntur.*

39 *Verba in pœnalibus strictè interpretanda sunt.*

40 *Clericorum appellatione, Monachi non comprehenduntur in odiosis.*

Et è contrà, & ratio n. 44.

41 *Fratrum appellatione in odiosis, Monachi non includuntur.*

42 *Fratres qui dicantur, & qui Monachi?*

43 *Sermonis proprietati seruiendum est; in materia stricta, & odiosa præsertim.*

45 *Extensio non fieri debet de vno in alium casum in odiosis.*

Potissimùm vbi non eadem intrat ratio. num. 46.

47 *Verba in odiosis retinere debent eorum proprietatem.*

ARGVMENTVM.

Ex principio capitur.

RESPONSIO XX.

NVm nè sanè Præsbyter, nequè beneficium obtinens Ecclesiasticum, nequè dignitatem, vel personatum habens, possit iuri ciuili operam dare, vt in pœnas non propterea incidat. *cap. super specula. 10. ne Clerici, vel Monachi?* Requisitus; dare illum in pœnas, & censuras *in d. cap. super specula* contentas. Respondi.

Quippè satis aperta verba sunt tex. *prædicti cap. super specula. §. quia verò.* Quibus sic loquitur: Honorius III. Summus Pontifex: Ad
" Archidiaconos, Decanos, plebanos, præposi-
" tos, Cantores, & alios Clericos, personatus
" habentes. *Nec non presbyteros (nisi ab his intra*
" *spatium præscriptum destiterint) hoc extendi volu-*
" *mus, & mandamus, et appellatione postposita firmi-*
" *ter obseruari.* hæc Pontifex.

1 Dictio nempè illa (*Nec non*) in copulam (&) resoluitur; *secundum gloss. in Clem. 1. verbo nec non. de offic. delegat.* Et est repetitiua præcedentiũ. *sm Bar. in l. Sciæ. 20. §. Caio Seio. nu. 1. ff. de fundo instit. instrum. legat. sequitur Cæsar. de Grassis decis. 1. nu. 5. re reb. Eccles. non alienãdis. Rot. par. 1. diuers. decis. 791. num. 2. Faris. de resignat. benefic. lib. 3. q. 6. num. 22. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 3. nu. 3. & 4. et gloss. 5. §. 7. num. 78. Gratian. forens. discept. par. 1. cap. 70. num. 31. & 32. Rota apud Caualer. decis. 343. num. 2. et decis 612. n. 50. Mandos. in Gloss. facultat. §. nec non electioni. fol. 339. Rota par. 1. tom 1. in recent. decis. 41. sub numer. 13. Barbos. dict. 209.*

2 Quare sicuti prohibitio in dicta decretali Monachis facta, ne leges ciuiles audiant, & Phisicam, ad Archidiaconos, Decanos, Plebanos, Præpositos, Cantores, & alios Clericos personatus habentes, vt in censuras, & pœnas dent, nisi intra duorum mensium spatium destiterint, Pontificis mandato extenditur. Ita quoq; ad Presbyteros, quàmuis illi nec beneficium, neq; dignitatem, vel personatum habuerint, extendetur.

Quoniam sic voluntas est disponentis, legemq; rogantis Pontificis, prohibendo eis ciuilium legum, & Phisicæ auditum, ratione ordinis Sacerdotalis dumtaxat; vt communis est omnium commentantium sententia. *in d. cap. super specula.* & sequuntur *Syluest. verbo. excommunicatio. 9. q. 6. num. 22. Tabien. eod. 5. casu. 22. num. 2. Angel. eod. 7. casu. 7. Caiet. verbo excommunicatio. cap. 50. Nauarr. in man. c. 27. nu. 116. & cons. 5. S. N. Lictor num. 1. ne clerici, vel Monachi. lib. 3.*

lib. 3. Emanuel Sa verbo excommunicationet nulli reseruatæ.num 7.Sayr.in thesauro lib. 3.cap 32.n.9. Tolet. in sum.lib. 1.cap.37. num.4. vers. quarta habetur.& lib.8.cap. 12. num. 3. vers. tertio siuè res sunt probibitæ. Pater *Suar. tom. 5. de censur. disput. 23.sect. 3.in secunda excommunicat.num. 19.* Carolus *de Grassis.de effectib. clericat.effect.29.num.1. fol.619.Pater Filliucius tom. 1.tract. 14.de censuris in particulari.cap.7 q.3 num.101.Bonacin. tom. 3. de censur in partic.disput.2.q.4.punct.6. n.9.et 10. in 2. proposit.*

3 Excusabitur tamen à pęnis, & censutis prædictis præfatus Presbyter, si non ob curiositatem, vel voluptatem sciendi leges ciuiles, illas audiuerit; sed in ordine dumtaxat melius intelligendi, & addiscendi sactos canones, ciuilium legem notitiam adsciuerit, atquè priuatim, & non publicè.

4 Cùm, quòd *secundum Caiet.d.cap.50. quem sequitur Sayr.d.cap.32. num 9.* Curiositas siuè voluptas addiscendi, propter se ipsas leges ciuiles, & physicam, tùm *d.cap.super specula*, tùm etiam *in cap.magnoperè.3.eod.tit.* prohibetur; vt ita auferretur, cùm religiosis, tùm personis Ecclesiasticis alijs, & presbyteris, occasio ingerendi se se anfractibus secularium iudiciorum; indeq; Sacræ Theologiæ studium dilataretur; quod sequitur etiam *Zerola in praxi epis. par. 1.verbo studium q.5.vers.ad primum.de Grassis. d.effect.29.num.3.*

5 Tùm etiam, quòd omnibus facultas facta, cùm sit sactos canones addiscendi, eosquè in decreto, ac decretalibus contentos, omnibus, tùm in scholis, tùm in iudicijs sequẽdos, Summus Pontifex proposuerit. *in Proœm. decretal.§.*
6 *fin.* Eorumq; scientia, & notitia sit admodum Ecclesiæ Dei, & proficua, & necessaria, eùm
7 per eos genus humanum, vt honestè viuat, alterum non lædat, ius suum vnicuiquè tribuat,
8 Informetur; *d.proœm.decret.§.ideoquè.* Multaq; in ipsis sacris canonibus contineantur. quæ absquè ciuilis scientiæ notione, sciti, & addisci
9 minimè possint; multæquè etiam leges ciuiles sint in corpore decreti inclusæ, atquè incor-
10 poratæ; ac in ipsis glossis, multa etiam ex ciuilibus legibus afferantur; quorum notitia omnimodo necessaria est, vt ipsi sacti canones intelligi valeant: cum *secundum Bald. in cap. cùm*
11 ,, *causam de probat. num.2.* Nisi quis cum ca-
,, nonibus leges sciat, non potest practicam le-
,, gum, & iudiciorum perfectè scire. *quem etiam sequitur Menoch. de arbitrar.lib.2.casu.425.n.30.* Nè frustra sacrorum canonum compilatio facta videatur, ipsiq; frustra addiscendi propositi, frustraq; etiam in scholis, & iudicijs sequendi exhibeantur.

12 Facta vtiquè facultas etiam videtur leges ipsas ciuiles (quatenus tamen ad ipsam sacrorum canonum notionem, necessariæ fuerint) audiendi, atquè intelligendi, siuè etiam legen-
13 di, & addiscendi. Sanè quia Sancta Ecclesia Legum secularium non respuit famulatum, vt loquitur Honosrius Papa. *in c.super specula.28.*
14 *de priuileg.* Nec enim illæ absq; præceptore sciri poterunt. Nam (*vt Ancbar.inquit d. cap.*
15 *super specula.7.num.5. in fin.*) Qui per se ipsum studet, per se ipsum ignorat.

16 Cùm verò aliquid conceditur, concessum quoq; videtur omne id, per quod peruenitur ad illud. *Vt est tex.in cap. præterea. 5.in fin. & c. suspitionis causa.39.de offic.delegat.tex. in l.ad rem mobilem.56.& l.ad legatum.62.ff.de procurat.l.2.*
17 *ff.de iurisdict.omn.iudic.* Veluti etiam principali permisso, accessorium quoquè eius concessum videtur. *vt gloss.inquit in d.cap. præterea vers.ex eo quod. Barbos. assiom.4. numero. 1. & num.9.*

Et hanc sententiam probat apertè *gloss. singularis.in can.Episcopus.1.37.dist.* quæ his loqui-
,, tur verbis: *Dic, quòd ad hoc licet audire leges, vt*
18 ,, *per eas melius intelligantur canones. Glossam*
,, *sequitur Turrecremat.ibid qui subdit: Quòd cùm*
,, *hoc facere ad Ecclesiæ vtilitatem videantur, veni-*
,, *re contra canonem, non sunt censendi.* facit ad rem etiam *tex in can.turbant.q.§. sed seculares litteras*
19 *37.dist.* Seculares litteras (inquiens) quidam legunt ad voluptatem; Poetarum figmentis,
,, verborumq; ornatu delectati; quidam verò ad
,, eruditionem eas addiscunt, vt errores genti-
,, lium, eas legendo detestentur, & vtilia, quæ in
,, eis inueniunt, ad vsum sacræ eruditionis de-
,, uoti vertant. Tales laudabiliter seculares lit-
,, teras addiscunt. hæc ibi. *Et facit quoquè gloss. in cap.cùm ex eo.34.in verbo litterarum, per illum tex. de elect. lib. 6.* Fit enim in d.tex. facultas Episcopis dispensandi, cum promotis ad parochiales Ecclesias, vt vsquè ad septennium litterarum studijs insistere valeant. *vbi gloss. in d.*
,, *verbo litterarum.his verbis infert; Cùm non distin-*
,, *guat, intelligo generaliter. siuè in Grammatica, siuè in iure canonico, vel ciuili, vel scientia Theologiæ studeat.* hæc gloss. *Proficit quoq; tex. in cap.2.* ibi:
,, *Canonici videlicet, & ciuilis.de priuileg.in 6.* quẽ ad hanc rem expendit *Farinac. in fragment. criminalib.tom.1.verbo clerius.num.207.Hieronymus de Zannettinis in tract. different. vtriusquè iuris. num.73.volum.1.tract.fol mihi 202. Moneta de*
20 *distribut.quotidian.q.10.num.6.par.2.* Et ita determinasse Sacram Congregationem Sacri Tridentini Concilij interpretum, in vna Triuentina fructuum, in absentia causa studij: in his verbis inueni iner litteras originales Sacrę Congregationis in archiuio Episcopalis Curię Triuentin. asseruatas, cùm ibi pro Domino Hieronymo de Cõstantio Episcopo (postmodum Capuanæ Ecclesiæ Archiepiscopo) Vices
,, ac locum tenerem. *Ad tertium deberi ei, qui tri-*
,, *gesimum annum non excedit, modo iuri ciuili operã dederit, causa ad discendi postmodum ius canonicũ.* hæc ibi.

Principale ergo studium, ac primariò ciuilium legum auditio interdicta videtur per Summum Pontificem. *d. cap. super specula.*
21 ,, Absurdum etenim est clericis, imò etiam
,, opprobriosum, si peritos se velint ostendere,
,, disceptationum esse forensium. vt loquitur

tex.in l.repetita.37.C.de Episcop.& Cleric. Non
verò quatenus ad sacrorum canonum intelli-
gentiam proficiunt. *vt recepta videtur* Doctor.
sententia,per Host.num.3. in verbo studentes,di-
„ cens: *Subaudi.principaliter Ioan. Andr. Abb.*
num.17.Ancharan.num.4.Henric.Boich num.6.
& 9.d.cap.super specula.Calderin.cõs.2. an Abb.
col.2. circa med. de Magistris. sequitur Syluest.
d.verbo excommunicatio.9.q.6.num.22. Tabien.
col.5.casu 22.num.3.Tolet.d.cap.37.num.4.vers.
habetur.in fin.& num.6. vers. requiritur vlte-
rius.Salzedus ad Diaz.in pract.crimin. cap. 62.
vers.nec ea Archidiaconi. Pater Iacob. de Graf-
fiis decis.aurear.par.2 lib.1.cap.11.nu.29.Zerola
in praxi par.1.d.verbo studium.q.5. vers. ad pri-
mum.Carolus de Graffiis de effectib. clericatus d.
effect.29.num.3.Farinac.dicto num.207. verbo
clericus.Menoch.d.casu 425.n.26.& seq. Io.Ma-
ria Bellectus disquit.clericalis.tit.1.de disciplina
clericali.§.30.num 3.fol.165. Barbosa in d.cap.
super specula.num.3.
22 Namquè licitum est vti legibus in Ecclesia-
sticis negotijs,quando adiuuant,& non offen-
dunt.*vt probat tex in can.si in ad'utorium.7.* 10.
„ *dist.*Si in auditorium vestrum (*inquit ibi Au-*
„ *gust. contra Petilianum*) terreni Imperij leges
„ assumendas putatis,non repræhendimus.
23 „ Quia,*vt loquitur*, ibi *Turrecremat. in*
„ *respons.* Quomodo licet vti doctrinis Philo-
„ sophorum in studio diuinorum, sic eodem
„ modo, cùm legibus ciuilibus aliquid consonũ,
„ iuri diuino, aut naturali,aut Sanctorum Patrũ
„ inuenitur, licitum est vti eis in vtroquè foro,
„ tàm Ecclesiastico, quàm ciuili. *Et in respon-*
sione ad primum ad tex. in d.can.turbant. §. cur
24 „ *ergo.37. dist.*Litteræ seculares(inquit)legi
„ prohibentur, Ecclesiasticis, scilicet ad volu-
„ ptatem, sicuti quidam legunt; Poetarum fig-
„ mentis, & verborum ornatu delectati; benè
„ autem conceduntur legi ad eruditionem, vt
„ errores gentilium legendo detestentur,& vti-
„ lia, quæ in eis inueniunt,ad vsum sacræ erudi-
„ tionis conuertant; tales enim laudabiliter lit-
„ teras seculares addiscunt. Dicitur ergò: Quod
„ sicut licitum est sacræ Scripturæ Doctoribus,
„ sciẽtias scire,vel discere,& eas interdum per-
„ tractare, non vt in eis sistat eorum finalis intẽ-
„ tio; sed vt de sacra Scriptura per eas habea-
„ tur clarior notitia; sic clericis licitum est legi-
„ bus Imperialibus, siuè ciuilibus vti, vt per eas
„ quandoquè canones clarius intelligantur in
„ causis, in quibus canones non reperiuntur
„ plenè ordinasse. In talibus enim sicut dicit
„ Lucius Papa *extrà.de noui oper. nunciat. cap.1.*
25 „ Sicut leges non dedignantur sacros cano-
„ nes imitari, ita & sacrorum statuta canonum
„ Principum cõstitutionibus adiuuari. *hac Tur-*
recremat.
26 Qua de re nec peccabit, sic audiens. *post*
Abb. vbi supra Syluest. & Tabiens. d. verbo ex-
27 *communicatio. in locis citatis.* potissimùm verò
si in priuata domo, non in publico studio au-
dierit.*secundum Archid.d.num.4. Abb. num.13.*
& 14.& plenè Barbos.ibid.num.3.& 7.Tolet.d.
cap.37.num.4.Suar. d.sect. 3. num. 19. Filiucius
*d.cap.7.q.3.nu.*103. nec improbabilem senten-
tiam dicit *Barbos.d.num.3.Zerola d.q.5. ad pri-*
mam.Salzed.ad dict.cap.62.vers.vnde sing. scri-
bit. Bonacin.d.q.4.punct.6.in 1. proposit.num.5.
Ita enim vagandi occasio præcisa videtur
personis prædictis Ecclesiasticis. *vt inquit Ze-*
rola loco supra citato.
28 Nec contra nos esse vidẽtur.*Suar.& alij eũ*
sequentes, qui asserunt incidere in hanc censu-
ram sacerdotes, siuè alios hic prohibitos, etiã
si in priuata domo audierint phisicam, vel le-
ges ciuiles. Nam illi exaudiendi erunt, si pri-
mariò leges audierint, & ex curiositate,non
verò ad finem, & ordinem, meliùs sactos ca-
nones audiendi,& addiscendi,vt à nobis cita-
ti Doctores ex nostra sententia docent. & pro
nobis est etiam *Bonacin.d.punct.6.num.5.* sibi
non probari aduersam sentẽtiam,dicens, quã-
uis probabilem appellet.
29 Verũ enimverò,qa de incursu agitur cẽsura-
„ rũ:Et bonarũ mẽtiũ est,ibi culpã timerè,vbi cul
„ pa minimè reperitur.*canon.ad eius.in fin.5.dist.*
*cap.2.§ cùm autem de obseruat. ieiun.*Non sanè
quòd id,quod peccatum non est,malum,atquè
peccatum æstimari oporteat, quòd fieri non
debet; nè contrà conscientiam agi, & ædificari
contingat, & inde peccetur. *vt Nauarr. ad-*
uertit in cap.cùm contingat. in 2. rem ed. nu.17.
& 18.de rescript.& in man.cap.27.& miscellan.
5.nu. 284.
32 Sed quod in his, quæ dubia sunt, quod cer-
tius existimatur, tenerè debemus (iuxtà ver-
ba Eugenij Papæ *in cap.iuuenis.3.de sponsalib.*)
fauore animæ.*sequitur Mascard.alios referens*
de probat.tom.1.conclus.496.verbo.delictum non
teneri præsumitur.nu.6.in 3.limit. Cotta.in me-
morabilib. verbo. delictum in dubio non præsu-
mitur.fol.mihi.165.Barbos. d.cap.2. de obseruat.
*ieiun.num.4.*Non improbarem vtiquè ad om-
ne submouendum dubium, & scrupulum om-
nem ablegandum, facultatem à Summo Pon-
tifice obtineri, leges ciuiles audiendi.
33 Quoniam hanc in specie concedere Episco-
pus nullo pacto potest. *vt de communi testatur*
Nauarr.cons.2.in fin.lib.3.ne cleric.vel monach.
& sequitur Salzedo ad dictum cap.62. in princ.
vers.solus tamen Romanus Pontifex. Farinac.d.
d.verbo. clericus.num.206.Barbos. d. cap. super
specula. num.2.
34 Et si quidem facultatem facere possit Epi-
scopus studiorum causa à propria abesse Ec-
clesia.*cap.tuæ fraternitatis.12.de cleric. non re-*
sident.extrà.d.cap.cùm ex eo.34.de elect. lib.6.
latè Nicolaus Garsias de benefic.par.3.c.2.n.82.
87.& 88.cum seq Barbos.de offic. & potest. Epis.
par.3.allegat.56 num.38.
35 Nec obaudiendum esse puto *Martam. de*
iurisd.par.4.cent.2.casu 168.num.3.& seq. dùm
probare conatur, dispositionem *tex. in cap. 2.*
ne clerici,vel monach.lib.6. prohibentem, nedũ
Monachis sub excommunicationis pœna ipso
facto

facto, si dimisso religionis habitu, leges, vel Physicam audire præsumpserint; verùm etiam Doctoribus scientias præfatas docētibus sub eadem pœna, si illos in scholis suis scienter susceperint. Extendi etiam ad clericos, aliásque Ecclesiasticas personas. *in d. cap. super specula.* enumeratas.

Cùm enim dispositio. *dicti tex. c.* 2. expressè de religiosis loquatur, qui habitu dimisso religionis, ad studia iuerint litterarum, atq; etiam Doctoribus, qui religiosos habitu sic dimisso, leges, vel Physicam audientes, scienter docere, aut in scholis suis præsumpserit retinere.

Non vtiquè extendenda erit ad clericos, aliasquè personas *in d. cap. super specula* contentas, habitu clericali non dimisso, leges, vel Physicam audientes, neque ad Doctores, hos recipientes, & docentes.

36 Quoniam constitutio pœnalis restringenda magis est in proprijs terminis, de quibus loquitur. *tex. in cap. odia restringi.* 15. *de regul. iuris. in 6. reg. in pœnis.* 49. *eod. tit. tex. apertus in cap. statutum.* 22. *de elect. lib. 6. Gloss. singular. in Clement. vnica. verbo scienter. & verbo contrahere. de consanguinit. & affinit. quam sequitur Nauar. cons. 98. quit dicatur n. 2. lib. 5. de Simon. Benedictus Capra conclus. 90. num. 79. Geminian. in cap. licet canon.* 14. *num. 4. vers. quæro an iste. de elect. lib. 6. Abb. in cap. de multa.* 28. *num.* 24. *in*

37 *fin. de præbendis.* Et verba pœnalia intelligi debent in casu simplici. *Cephal cons.* 204. *num.* 44. *lib. 2. tex. in l. non aliter 67. de legat. 3. est doctrina Bald. in l. 1. solut. matrimonio. n. 9. col. penult. in fin. vers. quod si filius non est Doctor. vbi in*

48 *quit.* Quod si Episcopus excommunicat omnes doctores, non disputantes, non includuntur licentiati; quia in pœnalibus, & odiosis, sermones sunt strictè interpretādi. videndus. *Crescent. decis. 6. aliàs* 187. *num. 2. & seq. de iure patronatus. Benedictus Capra d. conclus.* 90. *nu.* 79. *Abb. notabiliter cons.* 40. *venio ad primum dubiū col. 3. ad 3. quæsitum in fin. nu. 5. vol.* 1. vbi quòd in pœnis, quæ ipso iurè imponuntur, debeat stricta fieri interpretatio. Multò minus igitur excedere debebit casum suum, vt extendatur

40 ad clericos contra mentem statuentis. Porrò quòd, sicuti clericorum appellatione Monachi non comprehenduntur, præsertim in odiosis, multò minus vtiquè Monachorum appellatione complecti debebunt clerici, *vt toto tit. ne Clerici vel Monachi, & tex. apert. in cap.* 1. *in fin. ibi. Ecce talia, & his similia ministris altaris Domini, nec non, & Monachis, omninò contradicimus. eod. tit. vbi Abb. num. 7. Ioann. Maria Bellett. Episcopus Hieracens disquisit. Clerical. par. 1. tit. 1. de disciplina Clericorum. §. 2. n. 26. 27. & 28. Barbos. de appellat. verbor. iur. significat. appellat.* 51. *num.* 7.

41 Et quemadmodum Fratrum nuncupatione in odiosis, Monachi non comprehenduntur.

42 Quoniā Fratres dicuntur, qui de Ordine Medicātiū sunt, Monachi verò sm̄ cōmunē vsum, qui de Ordine sunt Sācti Benedicti exaudiuntur *secundum Abb. in cap. causam quæ 9. el. 1. nu. 2. per eumdem tex. de iudicijs.*

Ita, multòq; minùs monachorum appellatione Clerici comprehendi debebunt.

43 Cùm Clerici monachi non sint. Et seruiendū sit proprietati sermonis; in materia præsertim stricta. & odiosa. *secundum Abb. ibid. num. 2. & idem notabiliter cons. 47. num. 4 circa fin. par. 2.*

44 Quia Monachi habent qualitatem religionis, vltrà clericatum. quam qualitatem clerici non habent. *vt notat Abb. d. num. 7. Bellettus. d. §. 2.*

45 *num.* 28. Non iurè igitur ad eos fiet extentio.

56 Præsertim, quòd non eadem sit ratio in vno,

47 sicut in alio casu. Et in materia odiosa verba retinere debent eorum proprietatem. *post Calder. cons. 1. in princ. de consanguinit. & affinit. Rota decis. 47. num. 9. par. 1. diuers. Cæsar. Bartius decis. 435. num. 2. & in terminis d. § super specula. 10. n. Clerici, vel Monachi, sequitur Suar. d. disput. 23. sect. 3. in 2. excommunicat. nu. 12. in fin.*

„ Quia in legibus, præsertim pœnalibus (in-
„ quiens) recedendum non est à proprietate lit-
„ teræ, & ea restringenda potiùs est, quàm ampliandá: hæc ibi. *& alia etiam nu. 18. & melius eadem d. disput sect. 4. in 14 excommunicat. vbi latè expendit hunc tex. cap. 2. ne Clerici, vel Monach. in 6. à num. 26. cum seq. & sequitur plenè totam materiam enuncleans Bonacina tom. 3. de censuis in particulari d. disput. 2. q. 9. punct. 7. & q. 32. eod. disput. 2.*

Atquè ita ex his requisitus respondi Aristarchi virga non reuulsa.

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis adhitione, bona hæredis patrimonium efficiuntur.*

2 *Hæreditatis adhitione bonorum dominium in hæredem transfunditur.*

& hæredis patrimonium efficiuntur. n. 3.

4 *Hæredi competit rei vendicatio hæreditatis adhitione facta.*

5 *Consequens necessariò ex antecedentibus infertur.*

6 *Occupare quid nam dicatur.*

7 *Calepinus rectè allegari potest ad verborum ambiguitates diluendas.*

8 *Creditor falsus in debitum exigens à bona fide soluente, furtum committere dicitur.*

Accedente potissimùm dolo. num. 9.

10 *Sacri Trid. Concilij dispositio cap. 11. sess. 22. perpenditur, ac proderatur,*

11 *Dictio (si quem) distributiuè inter plures se habet, omnesq; comprehendit.*

12 *Concordatur tex. Sacri Trid. Concil. d. cap. 11. & can. 17. processus fulminati in Bulla Cœnæ.*

13 *Pronomen (Quodcumque) ex sua laxitudine, nihil non comprehensum dimittit.*

H 3 V

Vt comprehendat etiam, quæ impropriè includitur. nu. 14.
Etiam si materia odiosa esset. n. 15.
16 *Consentiens in malum, agentis pœna feritur.*
17 *Restrictio exploditur cum de salute animæ agitur.*
18 *Animæ de salute cum agitur, delictum potiùs præsumitur, quàm contrà.*
19 *Certum tenendum, dimittendum in certum.*
20 *Animæ pro salute Tutior pars seligenda in dubio.*
21 *Contractus in dubio, pro anima, potius illicitus, quàm licitus iudicandus.*
22 *Iudex pro anima magis inclinare debet, vt cõtractum illicitum æstimet.*
23 *Animæ vtilitas, etiam publicæ præferenda.*
24 *Animæ fauore potiùs vsura, simonia, & hæresis præsumenda, quàm contrà.*
25 *Episcopus speculator, & custos super grege suo constitutus, dicitur.*
26 *Episcopus cum ordinatur iurat bona Ecclesiæ tueri, & non alienare.*
27 *Iudicis arbitrium præualet in probationibus.*
28 *Iudex in arbitrarijs coargui minimè potest.*
29 *Transactio ex falsa causa facta non prodest. & est ipso iure nulla. num. 31.*
30 *Causa finalis attendenda ad transactionem annullandam.*
32 *Transactio registratur ad causam expressam.*
33 *Consensu cessante obligatio omnis corruit.*
34 *Iuramentum tacitam habet conditionem, si error, vel falsa causa minimè intercedat.*
35 *Falsa causa contractum nullum redit.*
36 *Contractus dolo intercedente rescinditur.*
37 *Transactio ex instrumento nouissimè reperto, haud rescinditur, nisi ex illo præteritus dolus detegatur. num. 38.*
39 *Dolus dans causam contractui, rescindit, infringitq; illum.*
40 *Conditionalis dispositio, conditione non existẽte, effectum non habet.*
41 *Conditio nihil ponit in esse.*
42 *Transactio vnius alteri haud nocet, ipso non consentiente.*
43 *Quod omnes tangit, hoc ab omnibus approbari debet.*
44 *Sacrilegus, latè sumptus, quisnã dicatur. et n. 45.*
46 *Instrumentum, vel etiam testamẽtum iurè falsitatis redargui potest per testes.*
47 *Testes duo ex instrumentarijs satis sunt ad illud conuincendum.*
Vnus verò, & si falsum omninò illud non probet, facit tamen illud vacillare, eique falsitatis notam, & suspitionem inurit, atquè de fide non minimi detrabit. num. 48.
49 *Falsitatis præsumptiones, onus scripturam firmam astruendi, in aduersarium reijciunt.*
In testamentis potissimùm, atq; vltimis voluntatibus. num. 50.
51 *Testamẽtum ex defectu numeri testium claudicat.*
52 *Testamentũ, nedũ per testes testamentarios, verũ & extrà illos, firmitatis defectũ sentit.*
53 *Testamentum etiam ex vnico teste testamentario vacillat.*
54 *Iudicis arbitrio remittitur, quæ fides, & quanta haberi testamentis debeat ex testibus.*
55 *Testis vnus testamentarius de visu, simplenè probat.*
56 *Testis non recordare se dicens, quæ verè memoria retinere debet, non minimi suspectus redditur, potissimùm in facto proprio, atquè delicti circumstantiam tangente.*
57 *Testes si non recordari se dicant, testamentum, haud reprobant, nisi fortassis omnes id affirmarent.*
quod iudicis arbitrio committitur. num. 58.
Quod tempera, si non longum effluxit tempus, vt verisimile non sit illos non meminisse. num. 59.
60 *Inuerisimilia, quæ sunt, falsitatẽ redolent, eãq; augent. num. 93.*
61 *Falsitatem instrumenti ad probandam sufficit probatio per verisimile.*
62 *Obliuio ex longo, non verò modico præsumitur tempore.*
63 *Testis eorum non meminisse dicens, quorum memoriam verisimile est habere, suspectus auadit.*
Sicuti non recordari dicens eorum, quæ vnico gesta fuere contextu. num. 64.
65 *Testes singulares semiplenam probationem faciunt, si ad eundem potissimùm finem tendant; quamuis diuersa per media.*
66 *Testes singulares fraudem probant, & simulationem.*
67 *Testibus singularibus probatur, quid in generẽ Siue etiam confessio extra iudicialis, si illa multiplicata asseratur. num. 68. et plures fuerint testes. num. 76.*
ac iunctis adminiculis, etiam ad condemnandum extraordinaria pœna. num. 77.
vel si de successiuis agatur actibus, nam probant testes singulares. num. 69.
70 *Testibus singularibus probatur actuum frequentia.*
71 *Singularitas cumulatiua, siuè adminiculatiua non officit ad quid in genere probandum.*
72 *Testes singulares, si ratione finis in vnum conconueniunt rectè probant.*
vel saltim plusquam semiplenè. num. 73.
74 *Testes singulares de confessionibus extra iudicialibus deponentes, & siplenè illas non probant, adstruunt tamen illud vnum in genere.*
75 *Testis vnus de veritate, & alter de confessione extra iudiciali, plusquam semiplenam probationem implent.*
78 *Testi vnico, accedentibus coniecturis, & præsumptionibus ex circumstantijs facti petitis, statur in quacumq; matria.*
Potissimùm ad verificandas censuras relaxatas num. 79.
80 *Testes singulares admittuntur ad id probandũ, quod occultum est, atq; difficilis probationis.*
Potissimùm in foro pœnitentiali, atq; ad purgationem inducendam. n. 81.

82 Pec-

83 *Peccatum non remittitur, si ablatum non restituatur.*
83 *Sententia damnationis æternæ, inreuocabilis perseuerat;*
84 *Falsitas ex præsumptionibus probatur.*
85 *Qualitas personæ Notarij præsumptionem pro astruenda falsitate facit.*
86 *Protbocolli euidens vitium falsitatis præsumptionem non minimi iuuat.*
87 *Falsitatis suspectus redditur, qui à consueto recedit.*
88 *Papiri diuersitas, falsitatis suspitioni lapidem adiungit.*
89 *Falsitas arguitur ex pecuniæ receptione.*
Pecunia omnia facta, quinimò infecta dicuntur ibid. Quæ & Regina appellatur, ibid.
90 *Falsitatem arguit repugnantia verborum.*
91 *Testator non præsumitur paucorum interiectu verborum repugnantia sibi loquutum fuisse, in detrimentum potissimum animæ.*
92 *Verba illa (donna, e patrona) filijs existentibus, alimenta tantùm important cum bonore, & præbeminentia.*
94 *Verisimile quod non est, falsitatis habet imaginem.*
95 *Voluntatis mutatio non præsumitur.*
96 *Præsumptiones duæ sufficiunt ad falsitatis præsumptionem, ac etiam ad plenam probationem, ne scriptura fidem faciat.*
Plures verò, etiam ad condemnandum, n. 97.
98 *Falsitatis præsumptionem adstruit reorum contumacia.*
99 *Contumax habetur pro comparente, & litem substinente in suimetipsius damnum.*
100 *Notario falsitatis coarguto, potest per Episcopum interdici exercitium quoad res Ecclesiasticas, & spirituales, ex decreto Sacri Concil. Trid.*
101 *Excommunicationis sententia post appellationem interpositam lata, nulla est.*
102 *Appellatio autem debet esse legitima, & num. 105.*
103 *Appellans, ad fundādam iurisdictione Iudicis, ad quem. ostendere debet, se legitima ex causa appellasse.*
104 *Appellasse minus legitimè, & non appellasse, idem omninò sunt.*
106 *Appellatio nulla, nullum parit effectum.*
Neq; etiam attentata, & Iudex ei parere non tenetur. n. 107.
108 *Appellationis remedium est præsidium innocētia, non verò iniquitatis defensio.*
109 *Excommunicatio est actus merè Ecclesiasticus, atq; à potestate Canonum pendens, atq; propterea omninò incompetens Iudici sæculari.*
110 *Excōmunicandi potestas descendit à clauibus, quam Christus Ecclesiæ suæ sanctæ traddidit, & Apostolis, & num. 119.*
111 *Excommunicandi potestas, non est ordinis, sed iurisdictionis spiritualis, nec competit laycis, sed clericis, n. 112. Neq; etiam Clerico coniugato, qui in hac re, quasi laycus æstimatur, n. 113.*
114 *Clericus coniugatus, Episcopi Vicarius esse non potest.*
115 *Excommunicatio, & animam afficit, atq; spiritualibus eam priuat auxilijs, & ab externo Christianorum spoliat contubernio.*
116 *Ad excommunicandum virtus supernaturalis clauium requiritur.*
117 *Pauli locus, 1. ad Corinth. 5. expenditur.*
119 *Excommunicatio, spiritualis gladius, & Ecclesiasticus, mucro spiritualis, nernus Ecclesiasticæ disciplinæ nuncupatur.*
118 *Excommunicandi authoritatem in Ecclesia esse negans, hæreticus est. cum affirmatiua sit de fide. n. 119.*
120 *Laicus pro bonis, & iuribus Ecclesiæ subest iudicio Ecclesiæ; præsertim vbi de incursu agitur censurarum, pro occupatione bonorum Ecclesiæ. n. 121.*
122 *Appellatio inanis, & friuola attendi per Iudicē minimè debet.*
123 *Decimarum causa, etiam inter laicos, iudicio subijcitur Ecclesiæ.*
124 *Declaratoria se esse Iudicem competentem, interlocutoria dicitur, & datur ab ea appellatio.*
126 *Lex vbi non distinguit, neq; nos distinguere debemus.*
127 *Declaratoria incursus censurarum appellationem admittit.*
128 *Appellatio non datur, neq; admittitur à citatione ad dicendum causam quare, quia citatio omninò præcedere debet.*
Præsertim, si factum notorium non fuerit. numer. 129.
130 *Appellatio non datur à sententia legis, excommunicantis.*
131 *Probationes necessariæ omninò sunt ad declarationem incursus, audito reo, vbi factum notorium non fuerit.*
132 *Declaratoria incursus dicitur sententia hominis, nō iuris, vndè potuit Iudex decipi in facto, meritò ab ea datur appellatio.*
133 *Denunciatio in sententia incursus, & publicatio differunt.*
134 *Intellectus cap. peruenit. de appellat. & cap. pastoralis, eod.*
135 *Citatio ad dicendum non requiritur in facto notorio.*
136 *Sententia iuris, iusta semper præsumitur.*
137 *Citatus contumax potest excommunicari publicari, neq; auditur appellans.*
138 *Contumax pro conuicto, & confesso habetur.*
139 *Interpretatio fit semper in odium contumacis.*
140 *Volenti, & consentienti, nulla fit iniuria.*
141 *Tacens, consentire videtur.*
142 *Contumax, quòd Iudicem contemnat, non auditur, & condemnatur, quia confiteri videtur.*
143 *Contumax non debet præmium ex peruicacia referre.*
144 *Contumax est, qui licet compareat, in iurisdictionē tamen se nō consentire protestatur, vnde*

de excommunicari poterit,

145 *Contumacia cum dolo decertat, & insimul coæquantur.*

146 *Contumacia culpa non caret, & pro delicto reputatur.*

147 *Turpe est, vt ex dolo, & fraude, lucrum quis captet.*

148 *Regula iuris semper firma perseuerat, donec de exceptione doceatur, & specificè n. 149.*

150 *Regulæ, qui se innititur, fundatam habet intentionem suam.*

151 *Sententia Iudicis rationabiliter semper prolata præsumitur, & ideò pro ea semper tenendum.*

152 *Pro sententia Iudicis magis præsumitur, quã pro appellatione.*

153 *Præsumitur pro facto Iudicis, potissimùm in arbitrarijs.*

ARGVMENTVM.

Occupare Ecclesiæ bona quisnam dicatur, vt in censuras det à Sacris Canonibus inflictas, ac potissimum à Sacro Tridentino Concilio sess. 22. cap. 11. de reformat.? & multa ad ornatum eiusdem text. Et num ne testamentum falsitatis redargui possit, & quomodo? Et an subsistat appellatio à citatione ad dicendum causam quare? vt ligatæ per illum dicantur manus Iudicis à quo?

RESPONSIO XXI.

PRopugnanda mihi, & à calumnijs aduersariorum vindicanda sententia est, quam ad fauorem protuli Ecclesiarum Terræ Agnoni Triuentinæ Diœcesis super occupatione bonorum per Annam de Buco, & alios factam, vt in actis. Atq; supponendum proinde mihi est:

1 Hæreditatis adhitione bona ipsa hæreditaria, ita in hæredem trahijci, vt vnum hæreditatis fiat patrimonium; nec amplius hæreditas, sed patrimonium, & bona dicantur adheuntis, deperdito primæuo hæreditatis nomine. *text. in l. per procuratorem. 89. in fin. ibi: Quia castrensia esse mutatione personæ, desierunt. ff. de acquir. hæredit. l. fin. §. fin. C. de inoffic. testam. l. sed si plures. 10. §. filio impuberi. ff. de vulg. & pupill. gloss. in l. 1. §. veteres. verbo. per vnum. vbi Ias. num. 14. ff. de acquir. possess. Proauus meus Robert. Maranta cons. 92. num. 4. in fin. Paris. cons. 56. num. 4. vol. 2.* Capra *cons. 28. num. 2. Menoch. cons. 81. num. 24. lib. 1. & cons. 115. num. 49. lib. 2. Rota part. 2. diuer. decis. 47. num 4. & apud Sanctiss. Ludouis. Gregor. XV. decis. 219. num 6. Gratian forens part. 4. c. 685. num. 1. Illustr.* Cardin. Mantica *de tacit. & ambig. tom. 2. lib. 23. tit. 25. num. 23.* Quoniam hæredita-
2 tis adhitione dominium bonorum in hæredem transit. *l. cum hæredes. 23. ff. de acquir. possess. l. in suis. 11. ff. de liber. & posthum. Rota per* Farinac. *collecta. part. 4. diuers. decis. 730. num. 2.* eiusq; pa-
3 trimonium efficitur. C*ephal. cons. 398. num. 26. lib. 3.* potissimum verò hæreditatis bonorum possessione apprehensa, *Natta cons. 619. nu. 11.*
4 *lib. 3.* vnde iure rei vendicatio hæredi competit, vt contra detinentes experiri valeat, & occupatores bonorum hæreditatis. *l. si sorori suæ. 14. C. de iure deliberan.*

Hæreditatem igitur cum adhiuerint quondam Lulli de Pedone, facto casu mortis filiarũ, hæredes institutæ Ecclesiæ, & per Herculem fratrem, iuxtà voluntatem defuncti, electæ; vt ex iudicis decreto in actis præsentato manifestum fit. Defuncti vtriq; bona, Ecclesiarum patrimonium prædictarum effecta fuisse, sequetur: dominiumq; eorum, hæreditatis adhitione prædictæ, in Ecclesias ipsas translatum, atque transfusum fuisse, inficias ibit nemo. Qua de re occupatis bonis prædictæ hæreditatis post eius adhitionem; Ecclesiarum bona occupata fuisse, vltrò qui sapit omnis concedet; vindicationemq; eorum ad Ecclesias ipsas spectare, nec contradicet, ex allata superius hypothesi. Ac randem in censuras dedisse occupatores in decreto Sacri Tridentini Concilij *sess. 22. de reformat. cap. 11.* contentas, consequentet loquetur, & affirmabit. Ex antecedenti nempè, consequens necessariò infertur. *ex regula Aristotelica, & venatur nec obscurè* ex *tex. in l. oratio. 16. ff. de sponsal.* vbi matrimonio prohibito, spõsalia quoq; vetita esse, necessario consequenti respondet Vlpianus; Quia ad matrimonium per sponsalia peruenitur, illudq; antecedunt. *text. in l. illud. 76. ff. de acquir. hæred. Aymon. cons. 9. num. 4.* Rota *in recent. part. 1. tom. 1. decis. 44. num. 72. & dec. 105. num. 5. Barbos. in princ. Iur. lit.* C. *num. 47. & 48. ad reg. Qui vult consequens.*

Verùm enimuerò cardo omnis quæstionis huiusce in eo vertitur; An verè occupata bona prædicta fuerint, vt non iniuria, nec temerè textus prædicti Sacri Tridentini Concilij dispositio locum sibi faciat aduersus Annã prædictam, vt in pœnas, & censuras in decreto præfato contentas incidisse declarari potuerit.

Et in dubium renoeari haud id posse, ex sequentibus persuasum mihi habui.

6 Profectò, quod occupare is dicitur, qui capit, inuadit, arripit, sibiq; vendicat, vel vi detinet bona, vel res alterius. *vt ex Ambrosio Calepino. verbo (occupo)* manifestum fit. Nec mirere,
7 quod Calepinum in medium adduxerim. Est

enim

enim id permissum ad Iuris verborum ambiguitates dissoluendas, atq; proprietates aperiendas. *secundum Vincent. de Franch. decis. 662. num. 17. Author Lexicon Iuridici verbo. occupare. Et probatur ex tex. Instit. de rer. diuis. § feræ igitur. ibi: Quod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur.* occupanti, dixit, hoc est, accipienti, capienti, arripienti. Nec enim aliũ verba illa sensum admittunt. Et declarat tex. *sequens. in cod. tit. § illud autem. Quod si desieris persequi) inquit ibi Imperator) desinere esse tuam, & rursus fieri occupantis, quod multa accidere soleant vt eam non capias.* Parificat nempè hic tex. hæc duo, occupare, & capere. *text. quoque in l. domum. 5. in princip. vbi gloss. verb. occupatam. C. de rei vendic. est etiam text. in cap. fin. § quia eas. vbi gloss. verb. occupasse. de restit. spoliat. in 6. similis text. in Clement. vnic. § si quis autem. vbi gloss. verb. occupare. & ibid. Cardin. de sequestr. possess. & fruct. gloss. etiam in cap. generali. 13. verb. occupare. de elect. in 6. text. in l. fin ff. ad legem Iuliam de vi priuata.* quibus in locis (*occupare*) in malam partem accipitur. *sequiturq. Petrus Vendramin. in annot. ad repertor. inquisitor. verb. occupare fol. mihi 577. Vgolin. de censur. reseruat. part. 2. cap. 20. nu. 5.* vbi (occupare) captum vi detinere; significare dicit, *fol. 405. Illustr. Cardin. Tuschi tom. 5. lit. O. conclus. 64.* vbi occupare is dicitur, qui rẽ ingreditur animo acquirendi sibi eius possessionem. *Barbos. de diction. dict. 235. & Alterius tom. 2. de censur. disput. 21. lib. 1. cap. 1. col. 1. lit. E. fol. mihi 756.* vbi occupare, vel inuadere; iniustè, atq; de facto rem capere, interpretatur. siuè eam rapere, & vsurpare. *vt Bonac. de censur. in Bulla Cænæ. tom. 3. disput. 1. q. 21. punct. 1. num. 7.* sequitur. Dolo ergo, fraudeue cùm acceperit ex bonis Ecclesiarum prædictarum, ducatos mille biscẽtum, Anna prædicta, sibiq; appropriarit: Vtiq; bona ipsa, & nummos occupasse, ac consequenter furatam fuisse, negabit nemo. Falsus quippè creditor indebitum

8 exigens à bona fide soluente, furtũ facere, furtiq; actione teneri docet. *tex. in l. falsus creditor. 43. ff. de furt. Falsus creditor* (loquitur ibi Iureconsultus) *hoc est is. qui se simulat creditorem, si quid accipit, furtum facit, nec nummi eius fiunt. text. in l. quoniam furtum. 18 ff. de condit. furt. Quoniam furtum fit (inquiens) cum quis indebitos nummos sciens acceperit.* Quod potissimum procedit, vbi

9 dolo suppositius creditor ad soluendum incautum induxerit debitorem. *vt pluribus deducit Farinac. de furt. q. 170. part. 2. nu. 36. 38. & 39. Corn. cons. 121. num. 17. volum. 2. Tuscus. volum. 4. lit. F. conclus. 553. num. 16.*

Iure igitur, nec iniuria aduersus hanc mulierem locum sibi inueniet dispositio dicti decreti Tridentini Concilij *dict. cap. 11.*

10 Dispositio nempè prædicta talis est, vt comprehendat omnes, *siuè clericos, siuè laycos, quacunq. ij dignitate perfulxerint, qui alicuius Ecclesiæ, aliorumq. piorum locorum, iurisdictiones bona, census, ac iura etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, & emolumenta, seu quascunq. obuentiones, per se, vel per alios, vi, vel timore incusso, seu etiam per interpositas personas clericorum, aut laycorum, seu quacunq. arte, aut quocunq. quæsito colore in proprios vsus conuertere, illosq. vsurpare præsumpserit, seu impedire, ne ab ijs, ad quos iure pertinent, percipiantur.* Hæc Sacrum Concilium.

Est enim hoc decretum satis amplum, laxũ, & genericum, ita vt omnes complectatur, nullumq; excludat, siuè masculus, siuè fœmina fuerit, & quacunq; dignitate præfulgeat; vt ostẽdit dictio illa, *si quem*, quæ distributiuè se habet

11 inter plures; vndè omnes comprehendit. *l. qui filiabus. 17. § si quis ita legauerit. ff. de legat. 1. vbi Bart. & alij. melior, & apertior text. in l. si necessarias. 8. § si annua. ff. de pignorat. act argum. etiam text. in l. hominis appellatione. 152. vbi gloss. ff. de verbor. signific. Dec. cons. 693. num. 2. lib. 2. Cardin. Tusc. tom. 2. lit D. conclus. 353. num. 1. Tiraquell. in l. si vnquam verb. omnia. sub num. 40. in fin. C. de reuoc. ud. donat. Paris. de confid. benefic. quæst. 27. num. 23. & seq. Barbos. de diction. dict. 373 num 3. nouissimus Anton. Augel. Grat. cod. tract dict. 250.*

Et tàm facientes, quàm etiam mandantes includit, ex dictiõne illa (*per se, vel per alios*) vt pluribus, concordantes enumerans, inter hũc text. & canonem decimum septimum fulminati processus Bullæ in Cœna Domini, prósequitur *nouissimus Fr. Leonard. Duard. in comment. in bull. cœn. lib. 2. canon. 17. quæst 2. per tot. & ante eum Marius Antonin. variar. resolut lib. 1. resolut. 73. num. 12. & 13.*

Comprehenditq; occupantes quocunq; modo, etiam non authoritatiuè: tum ex verbis tex. ipsius: ibi, *vel qui ad eum quomodocunq. etiam ex donatione suppositæ personæ, peruenerint. vt idem Duard. perpendit dict. loc. dict quæst. 2. num. 3. & quæst. 3. in 2. conclus. num. 15. in fin. vers bene verum puto, & c. 4. & Mar. Antonin. dict. resolut. 73. n. 13. ad 4. argum.*

Tùm etiam ex verbis superioribus eiusdem text. ibi: *vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorum, aut laycorum seu quacũque arte, aut quocunque quæsito colore, in proprios vsus conuertere, illosq. vsurpare præsumpserit.* Quibus verbis omnes modos, vel occupandi, vel vsurpandi includit. *vt per Barbos. lit. O. num. 4. in locis comunibus.* Et ostendunt, non sub modio, sed super candelabrum, verba illa: *quacunq. arte, aut quocunq. quæsito colore*; cum pronomen

13 illud, *quodcunq* ex sua amplitudine, nihil omninò secernat, atque excludat. *Est text. in cap. solitæ. 6. de maiorib. & obediend. ibi: Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in Cœlis, nihil excipiens, qui dixit quodcũquè. vbi gloss. & Abb. nu. 7. Gigas de pens q. 28. n. 12.* vbi his loquitur verbis: *Cuius dictis adde, quòd dictio quodcunquè importat omnimodam generalitatẽ; itaq; vbi apponitur in lege, vel canone, si lex, vel canõ nõ distinguit, nec nos distinguere debemus.* hæc ille. Quinimò extenditur ita, vt comprehendat omnes modos, qui excogitari possunt *post Decian. cons. 27. lib. 1. num. 16. Rota in vna Romana de Zambeccarijs. 24. Martij 1569.*

1589.per Farinac.ad calcem. tom. 1. conf.decif.
68.num.5. vbi Centolin. addens. Rota apud San-
ctißimum D.N.Ludouif.Gregor.XV. decif.267.
nu.5.vbi ita amplam,& expanfam dictionem
hanc appellat,vt potenté æftimet comprehen-
14 dere etiam ea, quæ impropriè dici poffent, &
15 fecundum Beltramin.addent.ibid.nu.12. locum
fibi faciat,etiam fi aliàs materia effet odiofa,
& ftrictè interpretanda. ex Rota in Cæfaragu-
ftana penfionis.18. Iunij 1610. coram Illuftrif-
mo Cardin. Lancellott. decif. 2. impreffa penès
Picum ad ftatutum Vrbis num.3.& feq.ample-
ctaturquè etiam ea, quæ aliàs non venirent.
Seraphin.decif.235.num.7. plenè etiam Barbof.
d.dict 317.num 1.& num.45.& feq.

Effugere itaq; haud potuit difpofitionem
hanc Anna prædicta, quæ fub tranfactionis
quæfito colore,& arte (addita per Notarium
particula in teftamenro, illam relictam vfum-
fructuariam fuiffe) bis centum fupra mille du-
catos, ex bonis Ecclefiarum hæredum inftitu-
tarum, occupauit, vfurpauit,& in proprios
conuertit vfus.

Non iniurià ergò cenfuræ in prædicto tex.
inflictæ, fuppofita fuit. Quid ni enim? Con-
niuentibus fanè oculis, id præterire haud po-
tuiffet Ecclefiafticus iudex;ni confenfu in ma-
16 lum, agentium culpæ, & pœnæ fubiicere fe
voluntariè voluiffet. vt Apoft. Paul. loquitur
„ ad Roman.1.nu.32. Non folum. qui talia agũt,
„ fedqui confentiũt facientibus digni funt morte
(inquiens)& explicat tex. in cap.1. vbi gloff. cùm
concordant.de offic.delegat. melior tex.ad rem
noftram.in cap.qui cùm fure.4.de furt.cap.quã-
ta.47.de fentent.excommunic.extrà. Eos enim
(inquit ibi tex.) delinquentibus fauere inter-
prætamur,qui cùm poffint, manifefto facinori
definunt obuiare. tex. in terminis noftris ad
amuffim faciens in d.cap.generali.53.§.fin. de
elect. in 6.

Præferrim cũ in interpretatione difpofitio-
nis tex. huius Sacri Concilij,nulla facienda re-
17 ftrictio fit. Agitur quippè de falute animarũ.
vt optimè ad rem dicit Marius Antonin.dict.re-
folut.73.num.12. verf quartum. ad tex.in l.funt
perfonæ.43.ff.de religiof.& funt.funer.

18 Nimirùm, Quòd cùm de falutè agitur ani-
mę,eiufq; periculum vergit,certa iuris, facro-
rumue canonum eft regula, vt delictum magis
præfumatur, viaq; animæ ipfius faluti confu-
lens,feligatur magis, quàm contraria. tex. eft
in cap.fin. 14.dift. vbi Leo Pontifex his loqui-
„ tur verbis: Illa confideratione femper feruata,
„ vt in ijs, quæ vel dubia fuerint, vel obfcura, id
„ nouerimus fequendum,quod nec præceptis Euan-
„ gelicis contrarium, nec decretis Sanctorum Pa-
trum inueniatur aduerfum.tex. in cap.2. §.cùm
autem.de obferuat. ieiun. vbi Sum. Pontifex ad
dubium eorum,qui neceffitate coacti diebus
„ Quadragefimæ carnes ederant: Refpondemus
„ (inquit) quòd in tali articulo illos non credimus
„ puniendos;preces tamẽ Domino pro illis, & cùm
„ illis effundas, ne ipfis aliquatenus imputetur.
„ Quia bonarum mentium eft, ibi timerè culpam,
„ vbi culpa minimè reperitur.tex.in c. cum iuue-
nis.2.vbi gloff.de fponfalib. Quo in tex.ad pro-
pofitam ibi quæftionem refpondet Eugenius
„ Papa, Quia igitur in his, quæ dubia funt,quod
certius exiftimamus,tenere debemus. Iuxtà il-
lud Auguftin. relatum.can.fi quis pofitus. in fin.
19 „ de pœnit. dift. 7. Tene certum (inquientis)
„ dimitte incertum. gloff. notab. & fin.in c. vnico.
de fcrutin.optimus,& aureus tex.ad rem noftrã.
in cap.cùm defideres.15.§.fecundæ quæftioni. de
fent.excommunic. vbi Clemens III. interroga-
„ tus ita refpondet.fecundæ quæftioni hunc finem
„ duximus imponendum: Quòd fi publica fama eft,
„ aliquem verberaffe clericum, nec Epifcopus, nec
„ alius communicare fibi debet,nifi ad arbitrium
„ Epifcopi de hoc fe purgauerit,vel ad cautelam
„ abfolutionis beneficium confequatur. hæc Põtif.
„ plurib. Quintilian. Mandof.ad reg. 30. Cancell.
q.6.num.6. Horat. Mandof. Quintil. filius in
addit. ad Roman. conf. 419. Qui fic loquitur.
20 „ In dubio, vt pro falute animæ tutior via eli-
„ gatur,delictũ præfumi debet. Anchar.cõf.179 in-
„ cip.prima facie, vbi dicit.Cũ quæritur de falute
„ animarum,eft fanciendum peccatum, vbi non
„ eft, & timenda culpa, vbi culpa non eft,plenè
Marfil.fingul 151.incip.femper in ambig.et poft
Alciat.reg.3.præfumpt.1.num. 13. Menoch.lib.5.
præfumpt.2.num.40.41.& feq. Caualcan.decif.1.
21 par.2. aliàs.47.num.102. & 103. vbi in caufa
fœneris, in dubio.potiùs iudicandum effe cõ-
„ tractum illicitum, quàm licitum,dicit. Quoniã
„ in hac materia (inquiens) agitur quoad exone-
„ rationem confcientiæ, & fic fauore animæ; &
22 „ Iudex in hac materia,potiùs debet inclinare
„ in hanc partem, quàm determinare contractum
„ licitum; & ifta eft nobilior, & vtilior interpre-
„ tatio; Quia primo cafu concernitur fauor ani-
„ marum creditorum,fi eft contractus vfurarius,
„ & illicitus; fecundo cafu refpicit detrimentum
23 „ burfale ipforum tantùm. Sed vtilitas Animæ
„ potiùs eft præferenda, etiam vtilitati publicæ,
„ quàm detrimentum burfale. notatur in cap. in-
„ firmitas.de pœnit.& remiff.& l. Sancimus. C.de
„ facro fanct. Ecclef. Et hæc opinio præcipuè proce-
„ dit in Curia Epifcopi, vbi ius canonicum eft fer-
„ uandum,& non ius ciuile.& num.110. ibid. circa
„ med.dicit. Hæc effe notanda, & confideranda,
„ cùm frequenter accidant, & tendant in falutem
„ Animarum. Quarum gratia in dubio potiùs Iu-
„ dex debet iudicare, quem incidiffe, in hærefim.in
„ Symoniam.& in vfurariam prauitatem, ad hoc,
„ vt fatisfaciat,& pœnitentiam agat, & rem re-
„ ftituat;quàm delictum non commififfe,& inftru-
„ mentum illicitum;fecus fi ageretur criminaliter
„ ad pœnam corporalem tantũ. Et meliùs aptiùfq;
„ & notabilius ad rem noftram. eadem. par. 2.
„ decif.29.aliàs 73 num.16.his verè aureis loqui-
„ tur verbis.
24 „ Quia fauore Animæ potiùs præfumanda eft
„ vfura,excommunicato,Symonia,hærefis, ac fur-
„ tum, & vfurpatio bonorum Ecclefiafticorum,
„ quàm aliter,& quàm non delictum, fecus quòad

" *pœnam corporalem. Ideo bonus, & timoratæ Iu-*
" *dex in dubio habet condamnare ad relaxationem*
" *dictorum bonorum Ecclesiæ, aliàs iudicium sibi*
" *manducaret & ambò in foueam caderent*. hæc
" ille.

O verè aureis litteris exaranda verba, cordibusquè omnium insculpenda sententia; quæ etiam per eundem angelico extenditur afflatu. " *decis.30. aliàs.74. num. 50. ead. par. 2. Et cum sint excommunicati* (inquit) *& agatur de excōmunicatione, & satisfactione, in dubio, potiùs est dicendum esse excommunicatum, quàm non, & sic teneri ad relaxationem bonorum Ecclesiasticorum, quàm non, vt dicta bona possidendo vsq; ad mortem; morlatur excomunicatus, & sine satisfactione, et non vadat (dritto dritto à cà del Diauolo, e s'habbia vn emphiteusi eterna, e fitto perpetuo) pro se suisq; descendentibus, & cui, vel quibus dederit scientibus supradicta, & non restituentibus*. hæc Caualc. verè sancta, & è Cœlo allata doctrina.

Conniuentibus igitur oculis, rem ita perniciosam suo malo, & in caput suum, dignum ne verè est, & iustum, vt prætereat Episcopus, qui
25 Speculator constitutus est, & Custos, qui de nocte super gregem Domini, à quo tremebundus Ezechielis voce audit (*c. 18. Et extrauagāti inter cunctas. 1. in princ. de priuileg. inter communes.*) *Et sanguinem earum de manu tua requiram.* Et qui sacramento firmauit, cum Episcopus ordinatus est, bona Ecclesiatū tueri, eaqi à furibus, ne diriperentur, censuarum gladio tutari? *optimè Genuens. in man. pastorum. c. 56. per tot.*

27 In hac præsertim probationum materia, in qua iudicis arbitrium potiora obtinet. *l. 3. §. tu magis scire potes, quanta fides sit ad hibenda testibus. ff. de testib. Ioseph. Ludouic. decis. Lucens. 3. num. 9.*

28 In arbitratijs autem coarguendus minimè Iudex videtur, vt neque in syndicatu teneatur, quia iusta semper ex causa motus præsumitur, vt ait *Aym. cons. 78. num. 8. Ioseph. Ludouic. d. decis. 3. num. 12. quem sequitur idem Caualcan. decis. 45. aliàs 16. par. 1. num. 67. Rota apud Santissimum D. N. Ludouic. Gregor. XV. decis. 106. nu. 2. Marius Anton. variar. lib. 3. resolut. 12. num. 5. in fin. Francis. Merlin. decis. lucens. 13. num. 7. Thom. Triuis. decis. 23. num. 16. lib. 2. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 70. num. 7. & 8. Farinac. q. 17. num. 27.* Quinimò, quod Iudex arbitratus fuit, in his, quæ eius de mandata sunt arbitrio, iustū ac Sanctum æstimari debet *secundum eund. Merlin. decis. 9. num. 5. & Ludouic. d. decis. 3. n. 11. & 12. Castrens. cons. 299. sub num. 4. in fin. vol. 2.* quòd collato sibi arbitrio Iudex Principi æquetur. *Rota Maceraten. apud Thomati. decis. 14. num. 25. 26. & 27. Regens Rouit. decis. 55. num. 10.*

Nec proficit Annæ prædictæ, transactionis effugium, vt putet occupasse dici haud posse, nec in censuras incidisse, quod transactionis ex contractu, non planè furto, acceperit.

Præter, quàm, quòd enim transactio illi prodesse minimè gentium potuerit: Cùm,
29 quòd expressa falsa causa, extorta, non obtenta. Vnde nulla, & cassa, nulliusq; roboris, ac momenti. Sicuti in terminis, transactionem factam ex falso præsupposito restamenti, nullā declaratā fuisse per Rotam *corā iusto 10. Maij. 1601. in vna Camerinen. transactionis 16. Septēbris 1602. corā se ipso, refert. Sanctissimus Ludouic. Gregor. XV. decis. 81. in princ. & in ead. causa. 16. Ianuarij. 1604. idem decis. 149. num. 1. Rota apud Coccinum decis. 362. num. 4. ad tex. in l. 4. §. condemnatum. vbi Bart. aliiq, ff. de re iudic.*
30 Quòd nimirùm causa finalis attendi debeat ad annullandam transactionem *Francisc. Marcus decis. Delphinat. 733. nu. 2. 1. par. est tex. in l. si ex falsis 42. C. de transact.*
31 At stante falsitate, & errore causæ, transactio ipso iure nulla est. *vt dictum fuit in Tarantina Viuidarij 3. Maij. 1596. coram Illustrissimo Seraphin. decis. 1190. num. 2. & 3.* & alias in causis alijs *Prænestrinæ transactionis. 21. Nouēb. 1575. et Ariminen. Castrorum 2. Martij 1592. et in Viterbien. bonorum 27. Ianuarij 1597. coram Pamphilio par. 4. diuersor. collecta per Farinac.*
32 *decis. 765. nu. 2.* Quia transactio registratur ad causam expressam. *idem Sanctiss. Gregor. XV. Ludouic. decis. 158. nu. 1.* Quamuis iuramentum intercesserit. *d. l. si ex falsis.* Ea sanè ratione,
33 Quòd deficiat consensus, quo cessante obligatio nulla subsistit, vt neque necessaria sit absolutio. *Surd. cons. 37. num. 7. 8. & 9. cum seq. lib. 1. Gratian. post alios, quos citat. forens. par. 4. 788. num. 2.* subnectens rationem dicti, *num. 3.* Quia
34 transactio, sicuti etiam iuramentum, tacitam seruant conditionem, si error minimè inter-
35 cesserit, vel falsa. Profectò, quòd falsa causa, contractum nullum reddit, etiam si aliæ solemnitates, à statuto fortasse requisitæ, interuenerint (estò etiam iudicis decreto firmatus, vallatusq; fuisset) *idem Gratian d. par. 4. cap. 691. num. 31. & 32.* vbi potissimùm, error, falsaque causa, finalis transactionis causa fuissent (vt in facto hoc nostro) qua fine, facta non vtiquè fuisset. *Mariscōttus variar. resolut. lib. 2. cap. 84. num 3. Rota apud Seraphin. decis. 705. nu. 1.* præsertim vbi error ipse certus esset, & clarus. *ibid nu. 2.*
36 Multòquè magis id operabitur dolus, cuius interuentu contractus, & rescinditur, & nullus omninò euadit. *l. & eleganter. 7. ff. de dolo. vbi gloss. in verbo. & in hoc ipso. Doctor. in l 3. §. fin. ff. pro socio. Gratian. decis. Rota Marchiæ. 13. num. 19 & 28. Griuell. Senatus. Dolani. decis. 48. nu. 1. cum seq.*
37 Nam, & si quidem instrumentum postea repertum, simpliciter transactionem minimè proruat, atquè præscindat, secus tamen erit si
38 eodē ex instrumento præteritus aperiatur dolus. *tex. in l. interpositas. 13. & l. subpratextu.*
39 *19. C. de transactio. Anton. Faber in suo C. lib. 2. tit. 4. de transact. diffinit. 13.* Quia dolus dans trāsactioni causam illam omninò perimit, atq; infrin-

infringit *Ioseph. Ludouic. decis. Perus.18.par. 1. num.51.cum seq.*

Tùm, quòd conditionalis transactio ipsa fuit; quatenus scilicet Apostolicus, & Episcopalis accessisset assensus; qui cùm non interuenerit, & desideretur adhuc, transactio vtiquè
40 ipsa nulla euasit. Quoniam conditionalis dispositio non habet effectum, nisi verè conditio extiterit. *l. cedere diem. 213. ff. de verb.signific.*
41 *Surd.decis.206.num. 2.* Conditio nempè nihil in esse ponit. *l.si quis sub conditione.7. ff. de códit. instit. l.1. ff. de donat.l.itaquè.39 ff.si cert. petat. §.sub conditione.& §.conditionis.instit. de verb. obligat. & in terminis nostris Marius Anton. variar.lib.1.resolut 56.num.3.*

Tùm prætereà, quòd nec etiam cum omnibus Ecclesijs, & interesse habentibus, transactio inita fuit; defuit.n.Ecclesia Sãctissimæ An-
42 nuntiationis, vnde firma esse non potuit. Quia transactio vnius, alteri nocere minimè valet, sed omnium cõsensus exquiritur. *ad tex. in l.1. C.de transact.ita in terminis Caualcan.decis.13. par 1.nu.37.sequitur Marius Antonin. variar.*
43 *lib.1.resol.108.nu.19.* Quoniam, quod omnes tangit, hoc ab omnibus debet approbari. *reg. quod omnes.29.de regul. iur.in 6.*

Nihilominus tamen cùm Sancti Concilij dispositio, occupandi modos omnes comprehendat; nequè in sola occupatione, quæ fit vi subsistat, vt innuunt apertè verba illa *(seu quacunquè arte, aut quocunquè quæsito colore)*, vt supra aduertimus; etiam si authoritate Iudicis secularis possideret Ecclesiæ bona; in præfata nihilominus dispositione Sacri Concilij comprehenderetur adhuc: *ita in terminis Marius Antonin.d.resolut.56.lib.1.num.8.vers.nec dicto. & resolut.73.nu.7. vers.præsertim.Pater Duar-*
44 *dus. vbi supra d.q.2.num 3.* Nam largo sumpto vocabulo sacrilegus dicitur ille, qui rem Ecclesiæ, etiam non datam; sed relictam, & debitam, iniustè detinet. *per tex in can.indignè.circa med.vers.valdè enim iniquum, & ingens sacrilegium.12.q.2. Archidiacon.post Hugon.in can sacrilegium.17.q.4.sequitur Bellenem. de charitatiuo.subsidio.q.92.num.8.vol.15. tract. fol. 364. col.3.*

Nullam igitur poterit sibi excusationis causam configere Anna, quin Ecclesiarum bona occupasse dicatur, atquè in censuras consequenter impegerit in d. sacro Concilio descriptas, vnà cum consortibus, & cooperatoribus omnibus, & consultoribus. *vt idem Antonin. aduertit.d.resolut.73. num. 11.vers.tertium fuit reputatum*, & sequitur ad rem nostram, atquè animaduertit in simili facti specie, & respondit,
45 etiam non dum hæreditate consecuta. *Pater Paulus Comitulus lib.7.respons.moral.q.16.n.18. in fin. & nu.19.*

Verùm enim verò, An rectè probatum sit falsitatem confictam fuisse in additione particulæ prædictæ in testamento quondã Lulli (Annam videlicet, vsufructuariam per eum relictã fuisse) vnde occupatio subsequuta fuit bonorũ Ecclesiarum, successiuè, & perpendendum, & discutiendum se offert; cùm ex probationibus, tùm etiam ex præsumptionib.

Ac primo ex probationibus. Certum sanè est, atquè indubitatum, & ab omnibus commu-
46 ni calculo receptum assioma, Instrumẽtum, vel testamentum falsitatis redargui iurè posse ex testium depositionibus. *per tex. in cap. cum Ioannes, Heremita. 10. de fide Instrument. vbi Canonistæ omnes in sum. & glos. verbo. quodlibet instrumentum, & ibid. Barbos. num. 9. & 10. Mascard.post alios de probat. in procem. q.6.nu. 36. & seq. & conclus.741. num. 1. tom. 2.* Et pro regula firmat pluribus *Farinac. de Falsitat. q. 158.num.2. cum seq. Menoch. de arbitrar. casu. 105. num. 22. optimè Surd. cons.414. num. 10. lib.3.*

47 Duos verò testes, ex instrumentarijs, si, vel inter fuisse se confectioni testamenti, vel instrumenti negent, vel his etiam, quæ in instrumento scripta sunt aperto ore contradicant, ad illud vti falsum reprobandum sufficere. *ad tex. in l. cùm precibus.18. C. de probat. tex. in l. 1. §. si quis neget. fin. ff. quemadmodum testam. aper. Menoch. de arbitrar. l.2.d. casu 105. num. 32. &*
44 *Mascard d.q.6.nu.36. & seq. & conclus. aliàs 920.num.2. & 9. ex communi, ac receptiori sentẽtia Doctorum subnectit ibid. Farinac. d.q.185.n.4. cum seq. Pedemontan. Osasci Dominus decis. 117. n. 12. in fin.*

48 Et sanè, licet vnus ex instrumentarijs testibus, vel testamentarijs, asserens, vel non inter fuisse testamento, siuè instrumento, vel non ita scriptum per notarium, vt per contrahentes, vel disponentem dictum fuerat; instrumentum ipsum, falsum omninò, non adstruat; non est tamen, quin ei de fide plurimum detrahat, & suspectum falsitatis reddat, atq; vallicare faciat. donec saltim melius testamenti, vel instrumenti firmitas, a'ijs ex test bus probetur. *in d.l.1.§. fin. ff. quemad. testam. aper. vbi gl. Couar. variar. lib.2.variar. cap.13. num. 11. vers. secunda conclusio. Menoch. de arbitrar. lib.2. d. casu. 105. nu. 13. Farinac. d.q.158.num.13. 14. & 15. cum seq. Ioseph. Ludouic. decis. Lucens.13. num. 16. & 17. & num. 18. de communi asserentes, ac plenè omnium Osasc. d.decis.117.num.6.* quoniam falsitatis præsumptiones in aduersarium onus traijciunt scripturæ veritatem, & firmitatem, in apertum adducendi *Farinac. cons. 108. lib. 2. num.107.* Quia interim absquè debito, ac requisito testium numero remanet testamẽtum, siuè instrumentum, *vt Ludouic. inquit d.decis. 12.num.19. & Menoch. dicto casu 105.nu.14. & Surd.d.cons.414.n.18. et Socin.cons.82.n.1. & seq. vol.3.*

50 Præsertim verò in testamentis, atq; vltimis voluntatibus. *ex d.l.1.§.si quis neget. ff. quemad.*
51 *test.aper.* Planè quia defectus in his numeri testium, dispositionis infirmitatem operatur *Farinac.d.num.15.ad med.q.158.& num. 20. Surd. d.cons.414.n.18.*

52 Nec dùm autem per testes ipsos instrumentarios, reprobatur, atquè deijcitur instrumentum, vel testamentum, verùm etiam, & per alios

alios testes, etiam non descriptos in testamento, vel instrumento, *vt ex Innoc. in c. tertio loco, in fi. de probat. extrà. probat idem Farinac. d. q. 158. num. 29.*

Cùm habeamus itaque nostro hoc in facto, ex testibus; vnum in testaméto descriptum, qui Hieronymus est Vascherius, negantē particulam illā; Annam vsufructuariā, testatoris dispositione describtam; sed post mortē testatoris, per Notarium (ipso teste, aliovè etiā testamentario, D. Argento Porphilio cooperantibus) additā, testamenti vtique fidem minutā ex hoc esse, ac vacillantem redditam, negabit nemo.

53 Cùm testis vnus, ex necessarijs, faciat vacillare fidē testaméti, *vt dicit Ioseph Lud. d. dec. Lucen. 13.*

54 *n. 16.* Quod totū Iudicis arbitrio cōmittitur, qui, qualitate potissimùm perpēsa Notarij, vel ex alijs adminiculis ex scriptura resultantibus, facilè animi sui motū accōmodare poterit, vt instrumētum, vel testamentū vacillare à firma fide æstimare valeat. *Mascard. d. concl. 920. n. 10.*

55 Præsertim quòd testis vnus ex testamentarijs, de visu semiplenè probat. *vt dictum fuit in Romana dotis de Sfortia 14. Nouembris 1612. coram Mar zanedo decis. 368. apud Farinac. post 2. volum. consiliorum.*

Neque Vascherij dicto aduersatur ipse Don Argentus, qui rogatus, an verè, vsufructuaria relicta fuerit Anna prædicta, rei huius se haud meminisse respondet. Obtundit verò infirmitatis impedimentum, ad memoriam labefactādam, cùm in reliquis omnibus rectè respon-

56 dear, & recordetur eorum. Non minimi ergò suspectus redditur (proprio in facto præsertim) de dictione circumstantiam tangente, *vt idem aduertit Farin. lib. 1. conf. 40. n. 15.*

57 Nam, & si quidem, testes se non recordari dicentes, testamentum, vel instrumētum haud reprobent; nisi fortassis omnes se non meminisse affirmarint. *Farinac. dicta q. 158. num. 118. & sequen. Rota in Spoletana beneficij 26. Ianuarij 1587. post 1 volum consiliorum. Farinac. decis. 49. num. 2. Mascard. in proœm. d. q. 6. num. 39. 40. & 41.*

58 *Menoch. dicto casu 105. num. 31.* vbi quoque id

59 Iudicis remitti arbitrio concedit. Secus id tamen est, quando tàm longum tempus nō effluxit, vt verisimile nōn sit, illos non meminisse. *idem Farinac. d. q. 158. num. 122.*

Ita planè in facto hoc nostro, in quo quinque non adhuc effluxere anni; & cùm de alijs optimè dictus D. Argentus memoriam seruet, hac in re dumtaxat ea laborare conqueritur. Cùm id tamen suis in articulis articulare asseueranter non destiterit, licèt non adhuc probauerit, nec probaturus fortasse. Cùm semper, & vbique suis inconstitutis, non recordari affirmarie, remittendo se testamento *(se pure ci stà scritto)* vt ipse dicit.

Quinimò addit in priori suo constituto,
„ *Che lo detto Lullo lasciò, che detta Anna non*
„ *volendo stare con li figli di detto Lullo, cioè con*
„ *Genua, e con lo Posthumo; che detta Anna hauesse hauuto ducento ducati, cioè cento cinquanta*
„ *dell'antefato promessoli, e gli altri cinquanta ce*
li donaua per ben seruire. Hæc ipse. Quibus accedit, quòd, vt ostendat, se meminisse omnium, in eodem priori suo constituto, recor-
„ dari se asserit, *Che detto Lullo dispose, che mo-*
„ *rendono le sopradette due sue figlie, cioè tanto la*
„ *detta Genua, quanto lo posthumo, fussero heredi*
„ *trè Chiese di tutte le sue robbe, da nominarsi dette*
„ *trè Chiese da Ercole Pedone suo fratello.*

Qui fieri ergo (bone Deus) potuir, vt cùm tot particularium, & indiuidualium, vt ita dicam, minutatim recordetur, huius rei tantùm memoriam deperdiderit? Quod inuerisimile satis omninò est.

60 Ast inuerisimilia, quæ sunt, falsitatis specimen præseferunt, & redolent. *Crauett. conf. 28. per totum. Mascard. de probat. tom. 2. conclus. 730. nu. 35. & 36. Menoch. lib. 5. præsumpt. 20. nu. 12. 13. & 14. Ioseph Ludouic. d. decis. 13. num. 29. Farinac.*

61 *de falsit. q. 153. nu. 176. & 177 in fi.* vbi ad probandam falsitatē instrumenti, sufficere (asserit) probationem per verisimile, quod ante dixerat *Pedemontan. d. decis. 117. nu. 8.*

62 Obliuio verò post lapsum decem annorum, non modici temporis, præsumitur. *glos. in l. 1. C. de seru fugitiu. Aym. d. cons. 28 num. 4. Castrens. cons. 28; In facto præs uti. num. 2. col. 2 in princ. vers. non ergo, lib. 1. sequitur Cardin. Tusch. tom. 5. littera O. conclus. 8 num. 1. Rota in recent. par. 2. tom 1. decis. 131 sub num. 3. in fi. & ead. par. tom. 2.*

63 *decis. 774. sub num. 4. in fi.* Testis autem de his, quorum verisimiliter meminisse debet, non

64 recordari dicens, suspectus redditur; sicuti suspectus etiam dicitur testis, qui non recordari respondet eorum, quæ eodem contextu gesta fuere, *ex Bal. in l. Presbyteri, col. 1. C. de Episc. & cler. Aymon cons. 9. n 9.*

Neque vis facienda est vlla aduersum nos,

65 super testium singularitate. Tùm, quòd singulares testes non repelluntur omninò; cùm semiplenam saltim probationem faciant; potissimùm si ad eundem finem tendant, & si quidem per diuersa media. *tex. in cap fin. de success. ab intest. pluribus Aym. cons. 35. num. 15.* vbi subnectit posse Iudicem testibus singularibus plenam fidem habere, si ex illis inducitur ad credulitatem. *& sequitur idem Crauetta consil. 78. num. 7.*

66 Tùm, quòd testes singulares probant fraudem, & simulationem, *vt per Farinac. d. conf. 40. lib. 1. nu. 7.*

67 Tùm quoque, quòd testes singulares idonei sunt, & sufficiunt, vbi agitur de probādo vnum quid in genere, vel diffamationem, vel crimen aliquod in genere, & malam famam. Sicuti in

68 crimine hæresis, symoniæ, vel alio simili; eodemquè modo ad probandam confessionem extraiudicialem, si præsertim deponant de diuersis confessionibus (vt in casu nostro) *ad textum in l. qui sententiam 16. ibi: In vnum conspirantes, concordantesquè, C. de pœnis, & ibi glossa singularis in can. Nihilominus 15. verb. simul, 3. quæst. 9. Felinus in cap. licet ex quadam, num. 2.*

in 3. lim. de elect. Crau. d. consil. 98. n. 6. optimè Gaill. pract. obseruat. lib. 2. obser. 66. n. 10. 11. & 12. plenè. Farin. de testib. q. 64. lim. 1. n. 112. & limit. 4. n. 146. & seq. & nu. 150. & 152.

69 Nec repellūtur testes singulares de successiuis actibus deponentes, ficuti est in casu nostro, in cōfessionibus factis tàm per Notarium, quàm

70 per dictū D. Argentum. Quia testibus singularibus optimè actuum probatur frequentia, qui multiplicari vtique potuere. *Maranta consil. 71. n. 15. Farin. consil. 41. lib. 1. n. 6. & d. q. 64. in 3. lim. n. 131. & 133.* Cùm prædicti testes de multiplicatis deponant, atque diuersis confessionibus, quæ quin repetitæ fuerint, minimè repugnat. *Portius Imol. commun. conclus. lib. 1. concl. 34. in 19. illatione. Farin. alios cumulāt d. lim. 3. n. 131.*

71 Neque singularitas hæc obstatiua, sed cumulatiua, siue adminiculatiua dicitur, quæ nihil officit ad probandum vnum quid in genere. *idem Port. Imol. d. concl. 34. in fi. limit. 4. principa-*

72 *lis conclus.* Quinimo hac in re plenè singulares testes probabunt, cùm ratione finis in vnum conueniant. *Gaill. practic. obseruat. d. obser. 66. n. 12. Mising. singular. obser. cent. 3 obser. 76. n. 3.*

73 vel saltim plus quàm semiplenè. *Farinac. de testib. d. q. 64. n. 112. alios cumulans.*

74 Et in specie, quòd testes de confessionibus extraiudicialibus, licèt singulares sint, & si plenè confessiones ipsas non adstruant, probent tamen illud vnum in genere, quod asseritur per ipsas confessiones, *dicit Vinc. de Franch. decis. 105. nu. 21.*

75 Potissimùm verò vbi vnus testis de veritate ipsa facti deponit, & alius de confessione extraiudiciali. Quamuis enim plenam omninò probationem minimè faciant, semiplenam tamen facient, imò plusquàm semiplenā, Iudicis arbitratu. *latè Farin. de testib. d. q. 64. n. 121. cum*

76 *seq. & nu. 128. & 129.* Multoq; magis, si plures testes (esto singulares) de pluribus extraiudicialibus ipsis confessionibus deposuerint, quia vnus alteri adminiculabitur, *secundum magis communem sententiam.* & saltim plenè per cōfessionem ipsam extraiudicialem probabunt. *idem Farin. d. q. 64. n. 131. & 133. cum seq. et 138.*

77 Maximè verò, iunctis adminiculis, etiam ad condemnandum; & siquidem non ad pœnam ordinariam. *ibid. Farinac. num. 302. & 303. glos. in verbo vnus testis. d. cap. vltimi, de success. ab intest. Card. Mantica decis. 266. nu. 2.*

78 Quinimò, vbi cùm vnius testis dicto, concurrunt coniecturæ, & præsumptiones ex circumstantijs facti, statur vnico testi, etiam in quacunque materia. *Cæsar de Graffis decis. 3. alias 49. de probat. num 6. & sequuta fuit Rota coram S. mem. or. Greg. XV. decis. 172. num. 5. vbi optimè Beltramin. & decis. 247. sub num. 6. & apud Card. Mantic. decis. 325. nu. 4. & fuit etiam dictum in Interamen. pecuniaria 12. Iunij 1606. apud Coccinum Rotæ Decanum decis. 297 num. 2.*

79 *Farinac. de testib. q. 63. num. 35.* præsertim ad veritatem andas censuras relaxatas. *vt in d. decis. idem Cæsar* loquitur.

80 Tum prætorea quòd singulares testes rectè admittuntur ad probandum id, quod occultum est, atque difficilis probationis. *glos. in cap. veniens 38. il secondo, de testib. Farin. de testib.*

81 *dicta quæst. 64. num. 297.* In foro potissimùm pœnitentiali, & ad indicendam purgationem canonicam. *Farinacius ibidem num. 299. & num. 300.*

Probabunt itaque nostro hoc in facto singulares testes; miserrimi, vt hi è faucibus egredianturOrci, restitutione facta eorum, quæ iniustè ex bonis Ecclesiarum occupauere; præ-

82 sertim eùm ita Iudex arbitratus fuerit. Nec enim peccatū remittitur, nisi restituatur ablatum. *regula peccatum, 4. de regulis iuris, in 6.*

83 Ast, reuocare gradum, superasque euadere ad auras, postquam in Auernum dilapsus fueris, desperatum, deploratumquè opus. Insuper liminaribus enim tetterrimi huius carceris, celte æterno in silice sculptum est adamantino,

„ *Vscite di speranza ò voi ch'entrate.*

Et irreuocabilis manet sententia, quòd ibunt hi in ignem æternum, vbi erit fletus, & stridor dentium. *Matth. 8. nu. 12. & c. 13. nu. 41. & n. 50. & cap. 22. n. 13. & cap. 24. n. 51. & Lucæ 13. n. 28.* Et sicut consumitur nubes, & pertrāsit; sic qui descenderit ad inferos, non ascendet, nec reuertetur vltra in domum suam, neque cognoscet eū amplius locus eius, *vt Iobc. 7.* loquitur. Et apud Ethnicos ipsos cognita veritas fuit. *apud Senec. in Hercule furente*, dicentem,

„ *Atqui audium Chaos,*
„ *Gratumquè retro flectere haud vnquam sinunt*
„ *Vmbræ tenaces.*

E ibid.

„ *Sed nemo ad inferos venit, vnde numquam*
„ *Cùm semel venit, potuit reuerti.*

Idemque Hippol.

„ *Non vnquam amplius*
„ *Conuexa tetigit supera, qui mersus semel,*
„ *Adyt silentem nocte perpetua domum.*

84 Præsumptionibus verò admissam falsitatem fuisse deducitur.

85 Primò ex qualitate personæ, præsertim vbi de eodem crimine malè alias audiuerit. *Farin. de falsit. q. 153. n. 146.* Non modica quippè falsitatis oritur suspicio ex qualitate personæ Notarij, si aliàs de falsitate fuerit inquisitus; licèt non adhuc condemnatus. Sat profectò est, eius nomen inter reos receptum fuisse, vt saltim extra ordinē pœna mulctari possit. *idem Farin. de falsit. q. 156. num. 154. cum seq. Ofascus d. decis. 117. nu. 11.* Potissimùm vbi in ipso instrumento, vel testamento vitium aliquod apertè, & ad hominem pateat, aliæve etiam accesserint coniecturæ. *idem Farin. d. q. 156. nu. 157. & 161.* Vt in facto hoc nostro. Notarius enim ipse etiam penès secularem Iudicem, vt ex attestationibus tàm Actuarij, quàm Iudicis patet, falsitatis delatus reperitur.

86 Accedit secundò, euidēs vitium in ipso protocolli libro. Cùm enim totus ipse liber protocolli, ita paginis, atque folijs sit inuicem connexus,

nexus, compaginatusquè, atquè compactus, vt vna supra aliâ iniecta, connexa, atque deducta sit, & pagina paginæ inserta; solum tamen folium, in quo testamentum hoc descriptum est, ex se tantum infirmum, nouoq; folio ab alio totius libri, assutum inuenitur; vt facili modo auferri hoc, ac nouum reponi folium possit; præsertim, cùm plures etiam paginæ, pluraquè alia alba folia sequerentur, queis præsens testamẽtum describi potuisset, vt non opus fuisset, (rectè, inrèq; procedenti,) nouum, diuersum, atquè distinctum folium quærere. Tùm maximè, quòd sequentia folia, postmodũ descripta per dictum Notarium fuere. Vnde manifestè ex hoc falsitatis redarguitur, atque conuincitur. *ita in terminis Ioseph Ludouic. d. dec. Lucen. 13. num. 21. in fi. Mascar. de probat tom. 2. conclus. 740. Rota in Burgen. Præsidij. 3. Iunij. 1588. corã Orano.*

87 *decis. 61. n. 2. post 1. vol. cons Farin.* Quia, qui recedit à solito, falsitatis suspectus redditur. *ad tex. in c. quàm graue 6. de crim. falsi. Farin. d. q. 153. de falsitat. nu. 168. & 169. Rota in Romana hæreditatis. 14. Iunij. 1610 coram Pirouano. decis. 292. num. 7. post 2. vol. cons. Farinac. Hieron. de Federic. resol. crim. 1. nu. 5. post idem vol. 2. cons. Farinac.*

88 Deinde ac tertiò ex diuersitate papyri, vt apertè in hoc testamento videntibus oculis conspicitur. *Farinac. d. q. 153. nu. 166.*

89 Quartò, quòd pecunia mediatrice, per quã omnia facta, quinimo infecta, sunt (vt vulgate fert adagium) falsitatem hanc commisisse Notarius hic adstruatur; vnde rectè falsitatis præsumptio deducitur. *Farinac. d. q. 153. num. 213.* Omnia enim pecunia effici possunt, *vt Cicer. 5. Att. in Verrem.* inquit. Ipsa nempe Regina est, *vt Horat. loquitur,* dicens,

„ *Vxorem cum dote, fidemquè, & amicos,*
„ *Et genus, & formam Regina pecunia dedit.*

90 Quintò, ex repugnantia testamenti inter ea, quæ verè ipse testator disposuit, eaq; quæ addita fuere.

Cùm enim instituisset hæredes sibi Genuam filiam, & posthumum, vel posthumam nascituram pro æquali portione in omnibus bonis: subnectit: *Verùm morendono dette figliole in*
„ *pupillari atate, ouero senza figli legitimi, e na-*
„ *turali; in tali caso in detta sua herdità debbano*
„ *succedere trè Ecclesie di detta Terra d'Agnone,*
„ *da eliggersi, e nominarsi da Ercole Pedone suo*
„ *fratello. Quali Ecclesie da mò le sustituisce he-*
„ *redi vniuersali, & particulari in caso prædicto.*
„ *Item lassa esso testatore, che detta Anna Buco*
„ *sua moglia sia donna, & patrona sopra tutte sue*
„ *robbe, volendo stare in detta sua casa, è volendo*
„ *osseruare letto viduale, e stare con detta sua fa-*
„ *meglia, e posthumo nascituro; ilche non possa esse-*
„ *re cacciata da nissuno, e ne da sua famiglia.*
„ *E volendosene vscire, li lascia per ben seruire, &*
„ *amore reciproco, che è stato frà loro, che li sia da-*
„ *to ducati duecento d'argento; cioè ducati cento*
„ *cinquanta, donatili nel tempo del matrimonio, &*
„ *altri ducati cinquanta ce li dona adesso.* Hucusq; testator. Subsequuntur verò immediatè, quæ
„ addita fuere: *E succedendo morte, quod absit, di*
„ *detta sua figlia, e figlio, e figlia nascitura, simil-*
„ *mente volendo stare in detta sua casa, lassa che*
„ *ci possa stare, e che sia donna, patrona, & vsufru-*
„ *ctuaria di tutte sue robbe, vita eius durante,*
„ *e poi la morte sua succedano le dette Chiese, come*
„ *di sopra.*

91 Nec enim credere dignum est, vnico contextu, & paucorũ interiectu verborum, testatorem, voluntate tàm citò mutata, repugnãtia sibi, in detrimẽtum animæ suæ, pro qua Ecclesias substituerat, facta morte filiarum, loqui voluisse. *Paris. cons. 70 nu. 12. volum. 3. per text. vulgat. in l. non ad ea. 88. vbi glos. verb. præsens, in fi. ff. de condit. & demonstrat. Menoch. lib. 4. præsumpt. 140. n. 32. & lib. 5. præsumpt. 20. n. 12. Osasc. decis. 50. nu. 13. Rota par. 1. diuers. dec. 640. nu. 20. Surd. cons. 430. nu. 23. lib. 3. Bellon. cons. 6. nu. 12. in fi.*

Et qui iam mortuis filijs, optimè omnia disposuerat, Ecclesijs hæredibus institutis, iterũ eadem repetere voluisse *(e succedendo morte, quod absit)* vt Annæ, cui *(volendo stare con detta sua famiglia, e seruando il letto viduale)* victum duntaxat reliquerat, per illa verba,

92 *(sia donna, e patrona)* (quæ alimẽta tantũ important cum honore, & præeminentia, quam habebat viuente viro. *ex tex. in l. 1. C. de secund. nupt. Bar. cons. 9. lib. 1. Signorol. cons. 204. in quastione vertente, n. 6. vers. item est aduertendum, Maranta,* qui de communi testatur *cõs. 33. n. 5. Marcus Mantua,* qui etiã de communi testatur *cons. 261. n. 14. Marc. Ant. de Amatis dec. 84. n. 33. Vinc. de Franch. decis. 58. n. 1. Berous cons. 33. n. 3. & cons. 34. num. 1. vol. 2. Armilla verb. legatum, nu. 32. Ruin. cons. 38. in princ. vol. 1. plures refert Horat. Viscont. conclus. iuris, verb. vxor à viro, fol. 29. Cephal. cons. 550. n. 54. vol. 3. & cons. 299. num. 14. eodem lib. Gaill. practic. obseruat. lib. 2. obseruat. 144. nu. 2. & 3. Pecchius de testament. coniug. lib. 5. cap. 4. n. 7. & 8.)* Mortuis filiabus, Ecclesiarum iam, & animæ suæ oblitus, simpliciter (sac esse ad secundas etiam conuolaret nuptias) integrum relinqueret vsumfructũm, vt ea vita functa, Ecclesiæ succederent: quod

93 satis inuerisimile est, vt ex hac inuerisimilitudine dumtaxat, suspicio falsitatis non modicè augeatur ad scripturæ fidem minuendam. *Crau cons. 134. n. 36. Farin. cons. 108. lib. 2. n. 116. Rota in Perusina pecuniaria 28. Nouemb. 1612. coram Manzanedo dec. 366. n. 4. post 2. vol. cons. Farin. et apud Card. Caualer. dec. 455. n. 1. et seq.*

94 Quod autem verisimile nõ est, falsitatis habet imaginem. *in terminis Marc. Anton. de Amat. dec. 60. n. 7.*

95 Nec voluntatis mutatio præsumatur, *ad tex. cũ gl. in c. maiores 3. ver. perdurare, de Baptismo. Mastrill. dec. 268. n. 12. par 3.* Et ex repugnantia recti sermonis, falsitatis exurgit præsumptio, *vt post Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 3. tit. 4. n. 14. sequuta fuit Rota in Maceraten. hæreditatis, 10. Decemb. 1612 corã Manzanedo dec. 367. n. 4. post 1. vol. cons. Farin.*

I 2 Qui-

96 Quibus omnibus præsumptionibus (quarũ duæ saltim sufficerent ad falsitatem præsumendam, quinimo ad plenã probationem, ne scriptura fidem sortiretur, & probaret. *secundum Cravett.d.conf.134.num.39. & Farinac. de falsit. q.152.num.28. Rota in Cathanien. legitimationis. 23.Februarij 1598. coram Orano decis.123.num.2. vbi etiam Centolin.addens.post 1.vol.conf.Farinac.*

97 Pluresq; si fuerint, etiam ad condemnandum. *vt ibid.Farinac.num.29.*)

98 Nec minorem addit lapidem, ad falsitatem adstruendam, reorum contumacia; quæ facit,
99 vt contumax habeatur pro comparente, & litem substinente in sui ipsius præiudicium, & damnum, vt ait *Rota decis. 314. num.3. par.1. diuersor.*

100 Non iniuriâ igitur, nec temerè ex his ad sacri Tridentini Concilij præscriptum. *cap.10. sess.22. de reformat.* Notario huic, qui ita pessimè in Ecclesias deliquit, omni futuro tempore in negotijs, litibus, caussisquè ecclesiasticis, ac spiritualibus suo fungendi munere interdictum fuit.

101 Nec aduersariorum obstabit diffugium; nullitatem acclamantium sententiæ declarationis incursus per prætensam appellationem à citatione ad dicendum causam quare; vt proinde subsequentem declarationem, nullam euasisse, ac nullam aduersus eos latam excommunicationis sententiã autument, *ex pluribus per Sayr. lib.1.Thesaur.cap.16.nu.18. Lancellott.de attentat. par.2.cap.12.limit.1.nu.53.& nu.98.*

102 Tùm, quòd allata limitatio in appellatione locum habet legitima, si causa scilicet allegata vera fuerit. *vt loquitur glos. in cap. licet. 14. de sententia excommunicat. lib. 6. verb. legitimam.* vel saltim talis, quæ probata sufficiens reputaretur. *vt loquitur idem Greg.Sayr.d.c.16.nu.22.*

Nempè, quòd legitimam requirũt sacri Canones appellationem, qua nulla reddatur censura, pendente appellatione lata. *est tex.in cap. per tuas litteras. 40. §.nos igitur, de sent.excomm. extrà.* vbi ad dubitationem in terminis nostris propositam, sic respondet Summus Pontifex *Nos igitur credimus distinguendum, vtrũ quis proponat se post appellationem legitimã interpositã, excõmunicatione fuisse notatum.* hæc ibi. Loquitur itaquè tex.de appellatione legitima. *& sequitur etiã tex.in c.solet.2.de sent.excom.in 6.ibi. Se post appellationẽ legitimam, excommunicatione nodatũ. melior, & apertior tex.in d.c.licet.cum glos.de sent.*
103 *excom.in 6.* Vnde inter cætera, quæ probare debebit appellans, ad Iudicis appellationis iurisdictionẽ fundandam, vnum est, nec vulgare; legitima se appellasse ex causa. *vt Granatius ad prax.Vestij lib.7.c.3.n.78. aduertit, et docet tex.in cap.Romana.3. §.si vero.de appellat.in 6. Cæsar de Grass.decis.8. alids 2.de rescript.nu.2.*

104 Quippè, quòd à pari procedunt, non appellare, vel minus legitimè, & sollẽniter appellare. *vt dixit Rota.in vna Calaguritana de Amuzzio. 25.Maij 1612.coram Manzanedo per Farin.par.2. tom.1 decis.396.nu.3.in recent. & alids quoque in Mediolanens. de Alepardis. 16.Ianuarij. eiusdem anni 1612. coram Vbaldo.*

Et ex sentẽtia doctorum virorũ è Societate Iesu, vt refert Pater Auila eiusdem Societatis. *de censur.par.2.c.5.disp.5.dub.12.vers.quid si non*
105 *est.in fi.*ita dicens. *Secundò dicunt, quòd si non habet iustam causam appellandi, nec admittitur eius appellatio, sed proceditur contra eum, & declaratur excommunicatus, incurrit eam; quoniam appellatio videtur omninò nulla.* hæc ille.

106 Nulla verò appellatio siuè futilis, friuola, atq; calumniosa, nullũ potis est causare effectũ. *c.pastoralis.53.in princ.de appellat.ibi: Nos verò attendentes, quòd per appellationẽ frustratoriã, etiã si non fuisset inhibitũ, negotiũ nõ debet impediri, etc. cap.solicitudinem.54. vbi Panormit.de appell. c vt appellationibus.5.& cap.non solùm.7. eod.tit.lib.6. clem.1.de dolo, & contum. Maranta in spec.6.par. tit.de appellat.n.182.Scaccia de appellat.q.2.n.48. & q.3.nu.15.*

107 Vnde neque causat attentata, & Iudex ei parere non tenetur. *ad tex.in c.2.sinè fin.de dolo, & contum.in 6.& clem.vnic.eod.tit.Achill.dec.6. de appell.Seraphin.decis.310 nu.1.*

108 Profectò, ꝙ appellationis remedium nõ sit ad defensionẽ iniquitatis, sed ad præsidiũ innocẽtiæ institutũ. *vt loquitur tex.in c.cũ speciali.61. §.porrò.de appell.extrà.& in terminis Sayr.d.c.16. n.26.& 27. Vestrius in praxi.d.lib.7.c.3.n.14.*

Quid autem tam futile, inane, atquè calumniosum excogitari vnquam poterit, quàm inde appellationem instituere à cõminata declaratione incursus censurarũ; quòd incompetẽs & æstimetur, & acclametur ecclesiasticus Iudex in causa censurarum, & competens laicus?

109 Atqui excõmunicatio est actus merè ecclesiasticus, & à potestate canonũ, & ipsius cõstitutionibus procedens. *vt loquitur Calder. cons.9. de Iudic.& foro compet.* Et omninò incompetẽs Iudici, & potestati seculari. *ex tex.in c.2.de Iud. apertis verbis sac.Trid.Conc.sess.25.c.3.§.nefas aũt id seculari.ibi: Cùm non ad seculares, sed ad ecclesiasticos hæc cognitio pertineat. Marius Ant.variat. lib.1.resol.48.n.7.facit tex.in c.si Iudex laicus.12. in princ.vbi glo.verb spirituali.de sent.excom.lib.6.*

110 Descendit .n. potestas hæc excõmunicandi à clauibus; quã potestatem Christus Dñs noster Ecclesiæ suæ sãctæ tradidit, & Apostolis sãctis, eiusq; successoribus, nõ laicis Iudicibus. *ex illo Matt.18.Si Ecclesiã non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, et publicanus. &, Quæcunque alliganeritis super terrã, erunt ligata et in cælis. D.Th.in 3.par.in supplem.q.21.ar.2.Sotus in 4.dist.22.q.1.ar.1.in princ. Couar.in c.alma Mater.in 1.par relect.in princ.n.7. & 8.latè Sayr.d.lib 1.c.4.n.5.et 6.Suarez tom.5.in S.Th.de censur.disp.1.sect.2. Reuerendiss.Ricciullus de iure personarum.extra Eccl.lib.4.c.42.n.1.et seq. Alfon.à Cast.aduer.hæres.lib.6.verb excõmunicatio. fol.mihi 353. in minori impress.Parisijs. Barbosa in c.reprehensibilis.26. sub n.4.in fi.de appell. Conink de censur.disp.13.dub.3.n.24.in 1.concl.Bonac.to.1. de censur.in genere, disp.1.q.2.punct.1.n.2.P.Diana nouissimè par.4.tract.1.resol.98.per tot.*

111 Li-

111 Licet enim huiusmodi excommunicandi; potestas, simpliciter ordinis potestas non sit est tamen potestas iurisdictionis spiritualis.ita
112 vt non Sacerdotibus, clericali tamen militiæ ascriptis, competere quidem possit, non tamẽ purè laicis, quibus spiritualium potestas data non est. *S.Thom.ead.3.par. in addit.q.19. art.3. in corp.& ad 2.can. in noua actione.19. 16. q.6. Suar.d.disput.1.sect.2.*

113 Adeò, vt nequè clerico coniugato (cum vidua præsertim) competere possit, quia in hac re, quasi laicus reputatur. *Conink. d. disput.23. dub.4.num.32. in 2.conclus.*

114 Vnde coniugatus clericus, quia spiritualis iurisdictionis incapax est, neque Episcopi Vicarius esse poterit. *ad tex. in cap.2.de iudic Panormit.in cap.2.de cleric.coniugat.Gregor. Sayr. in thesauro.lib.1. cap.5.num 12. Iacob. Sbrozius de offic.vicarij.lib.1.q 31 num.5.& 6. & 7.Barbos.de offic.& potest.episc par 3. allegat.54.n.6. & seq. pluribus Sanchez de matrimon. tom.2. lib.7.disput.46. num.14.*

115 Excommunicatio nempè, nedùm ab eterno Christianorum omnium priuat contubernio, vt Hereticorum fuit fallax commentum, hunc tantùm effectum excommunicationi tribuentium; verùm & in animam peruadit, spi-
116 ritualibus eam priuans auxilijs. Quare virtus supernaturalis clauium requiritur, quæ spiritualis est, vt in animam ipsam, spiritualem substantiã pertingere, atq. operari valeat, vt optimè discurrit. *Sotus d. dist 22. in 4.q 1. art.1. col.6. vers.hanc authoritatem. in fin.* explicans
117 illud Pauli *1.ad Corinth.5.iudicaui* (dicẽris) *eum, qui sic operatus est in nomine* Domini *nostri Iesù Christi tradere huiusmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, vt spiritu saluus sit &c.* Ex verbo illo. *In nomine Domini nostri Iesù Christi*, virtutem supernaturalem clauiũ denotari, dicens: in illo verò, *in interitum carnis*, externum contubernium significari, nec temerè asserens. & ita quoquè *Guilliaudius in eundem locum.num.4 fol.mihi.*103. de excommunicatione verba prædicta exaudiri dicit. *Qui excommunicatur* (inquiens) *& è consortio Ecclesiæ expellitur, cùm non sit Iesù Christi, traditur Sathanæ, vt accipiendi illum corporaliter habeat potestatem, quòad ductus fuerit pænitentia*. hæc ille. *& S. Thom. in eund. locum Pauli lect. 1. in fin.* de excommunicatione exaudit. *Alio modo* (dicens) *intelligi potest, quod dicitur; tradere huiusmodi Sathanæ. scilicet, per excommunicationis sententiam, per quam aliquis separatur à cõmunione fidelium, & participatione sacramentorum, & priuatur Ecclesiæ suffragijs, quibus homo munitur contrà impugnationem Sathanæ. Propter quod Ecclesia dicitur cant. 6. terribilis, vt castrorum acies ordinata. scilicet dæmonibus.* hæc S. Thom. *& habetur. can.omnis Christianus.11.q.3.ex S.Patre Augustino. de verbis Apostoli.& plurib.Corn. à Lapide in eiud. locum Pauli.vers.3.& 4.vsq.ad num.63.*

Quare Chrisostomus.*hom.4.in cap.2.epist.ad Hebræos. relatus can.nemo cõtemnat.3 1.11 q.3. Nemo contemnat* (inquit) *Ecclesiastica vincula; non enim homo est.qui ligat, sed Christus, qui hanc potestatem dedit; & Dominus fecit homines tanti honoris.* Quod apertè etiam docet. tex. Sacri Trident.Concil. *sess.25. de reformat. c.3. in fin Cùm non ad seculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat* (dicens; de excommunicatione verba faciens) *Et in princ. ibid.* Excõmunicationis gladium, neruum appellat Ecclesiasticæ disciplinæ. *est tex. in cap. cùm inter. 5.in fin.de consuetud.et notat Pater Auila par.1. dub.2. in 2.conclus. circa fin.de censur.* Gladium spiritualem, excõmunicationem appellans, & spiritualẽ mucronem. Et gladiũ ecclesiasticum nuncupat.*Innocent. IV.in cap.dilecto.6. de sent. excõmunicat.in 6.* Vt enim S. Cyprianus.*sermone.5 de lapsis*(inquit)*Imperitus est medicus, qui tumẽtes vulnerum sinus manu parcente contrectat, & multis recessibus viscerum, virus inclusum, dùm seruat, exagerat. Aperiendum vulnus est, & secandum, & putredinibus amputatis, medela fortiore curandum: vociferetur, & clamet licet eger, impatiens per dolorem; gratias aget postmodum, cùm senserit sanitatem. Sic oportet Dei Sacerdotem non obsequijs decipientibus fallere; sed remedijs salutaribus prouidere.* Hæc ille.

118 Qua de re excommunicandi authoritatem in Ecclesia nõ esse asserens, hæreticus est, cum Albanẽsibus, Ioannes Vvicleffo, Hus, Erasmo, Luthero, & alijs Herebi monstris, sentiens. *vt ait Sot. d.dist.22 q.1.art.1. Couarr d. cap.alma mater.in princ.relect.nu.6.7. & 8. Sayr.d.cap.4. nu.4.5.6.& seq. Conink d.disput.13.dub.3.n.24.* Fuitquè error Marsilij Patauini, ab Ecclesia damnati. Qui spiritu agitatus maligno, ac vertiginis, tueri conatus fuit; nec Summum Pontificem, nec reliquos Prælatos habere potestatem à Christo, sed à Principibus secularibus; & consequenter Ecclesiæ prælatos non habere potestatem ordinariam ferendi censuras.

119 Sed est de fide (vt contrarium asserere hæreticum sit) in Ecclesia Dei esse potestatem excommunicandi, ferendiquè censuras, Apostolis, eiusquè successoribus à Christo Domino traditã. *plenè Castro. d.verbo excommunicatio. Auila d.par.1.dub.2. conclus. 1. in fin. Conink d. disput.13.dub.3.conclus. 1. Binsfeld. in Enchirid. Pastor.par.5.de censur.cap.1. §. 2. an potestas sit in Ecclesia mihi fol.600 in impressis Duaci. anno 1625.& fol.601.Bonacin.d.disp.1. q. 1. punct.2. num.5.*

Legitimam nè ergò appellationem dixerimus eius; qui Ecclesiam illudens, eiusquè eludens iudicium, incompetentem Ecclesiasticum nuncupat iudicem in causa censurarum; & non magis friuolam, calumniosam, futilem, nullam, atq; omninò pænitus reijciendam, & temerariam? Vt ex hoc solùm, multò magis excommunicationis mucrone feriri debuerit.

120 Cùm alioqui pro bonis, & iuribus Ecclesiæ, iurè laicus iudicio sub sit Ecclesiastico,

apud quem conueniri poterit, *tex. in cap. si clericus laicum 5. vbi Abb. & Felin. de Foro compet. Gloss. notab. in can. si quis erga 15. verbo priuctur, 2. q. 7. Rodoanus de reb. Eccles. non alienād. q. 78. cap. 8. Marius Anton. variar. lib. 1. resolut.*
121 *48. per tot.* Vbi præsertim agitur de occupatione bonorum Ecclesiæ, ac consequenter de incursu censurarum *vt ibid. idem Anton. num. 7. & eod. lib. resolut. 56. & d. resolut. 73.* Et est originalis doctrina *glos. in Clem. quia contingit. in princ. verbo excutere. de religios. domib. quam*
„ *sequitur Abb. ibid. in princ. dicens. Occupatores, &*
„ *vsurpatores bonorum Ecclesiarum, & hospitaliũ*
„ *possunt super illorum repetitione coram iudice*
„ *Ecclesiastico conueniri. meus Maranta in spec. 4. par. in 21. distinct. iudic. num. 5. & 8. plenè Carol. de Grass. de effect. ib. Clericat. effect. 1. num. 521. & seq. fol. mihi 181. & Ioan. Maria Bellett. disquisit. clericalis tit. de fauore clericorum reali. §. 5. num. 1. & seq. fol. 326. cum seq.* explosa præsertim Olakhi sententia *decis. 32. num. 6. & videndus Aufrer. de potest. secular super Eccles. tit. 2. de potestat. Eccles. super laicos num. 31. fol. 426. Pereira de manum reggia. tom. 2. cap. 27. in 2. q. nu. 6. & seq.*

122 Inanis ergò, calumniosa, ac friuola fuit appellatio huiusmodi. Nullum itaq; præiudicium parere potuit, quin iudex ad sententiam, & declarationem, atque publicationem procedere potuerit; cùm illam attendere Iudex non debuerit. *Clem. vnic. in fin. de dolo, & contum. vbi plenè Gloss. fin. Et in terminis declarauit Rota in vna Toletana decimarum coram Piruano 15. Nouembris 1613. in recent. par. 2. tom. 1. decis. 486. num. 4.* in casu decimarum loquens, in qua
123 competens vnus Iudex est Ecclesiasticus, *Guido Papa cons. 4. nu. 3. & decis. 1. Gallus pract. obser. lib. 1. obser. 38. Couar pract. q. cap. 35. nu. 2. Rota apud Coccin. d. decis. 362. n. 1.*

Tùm secundò, quòd non simpliciter à comminata declaratione incerto appellatum fuit, sed magis propter iudicis incompetentiæ inanem, atq; fallacem prætensionem. Vt iurè reijcere illam Iudex potuerit; atq; oppositis non obstãtibus ad vlteriora procedere *ad tex. præfatum in cap. fin. de dolo & contum. in 6. & d. Clementina eod. tit.*

124 Nam, & si quidem interlocutoria dicatur, declaratoria, se iudicem competentem, vel incompetentem esse, vt datur ab ea appellatio *per gloss. in auth. habita. C. ne filius pro patre*, quam communiter receptã nuncupat. *Guido Papa. decis. 11. in princ. & sequuta fuit Rota in vna Dertusen. decimarum coram Lugdonẽ. 1608. per Farinac. par. 2. tom. 1. decis. 214. num. 4. in recent. & apud Cardinal. Caualer. decis. 2. nu. 8. Gamma. decis. Lusit. 159. num. 1. & ibid. Flores de Mena Duegna. regul. 52. in 11 limit. Grauat. ad vestrium in praxi. lib. 3. cap. 10. num. 7. vers. similiter quando quis fol. mihi 69. col. 2. Menoch. de adipiscen. possess. remed. 4. num. 822. Barbosa in cap. cum cessante 60. num. 6. de appellat.*

125 Non est tamen, quin circa interlocutoriam hanc uigeat, *tex. dispositio in cap. non solum 7. de appellat. in 6. et d. cap. fin. de dolo & contum. eod. lib. 6. et d. Clem. vn. eod. tit.*

126 Quoniam, vbi lex non distingit, nec nos distinguere debemus. *d. c. solitæ. in fin. de maior. & obedient. cum concordant. per Barbos. litt. L. num. 28. Maranta in speculo in 6. par. in 1. membro iudicij. de citat. nu. 33. in 26. limit. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. in 1. limitat. num. 1. cum seq. & num. 10. Marc. Anton. de Amat. decis. 59. num. 14.*

127 Tùm deniquè, quòd, & si (ædepol) à declaratoria iudicis, incidisse quem in sententiam excõmunicationis à iurè, vel ab homine inflictæ, concedatur appellatio; vt pẽdente interim appellatione, ad publicationẽ Iudex procedere minimè possit. *Mandos. cons. 62. n. 9.* Vt proinde per *Abb. in c. Parochianos 9. nu. 2. de sent. excom.* Distinctio adhibeatur ex mente *tex. in c. peruenit. 13. de appell. extra.*
„ Quòd, aut factum notorium est, & appellatio nihil prodest; aut verò
„ dubium, & tunc appellatio à declaratoria suspendit publicationem. *Lancellott. de attent. part. 2. c. 12. limit. 21. n. 26. & seq. Marant. in specul. 6. par. de appellat. num. 180. Ricciull de iure personar. extra gremmium. lib. 4. cap. 64. num. 30. & sequitur Alter. de censur. tom. 1. lib. 3. disput. 5. cap. 5. vers. quarto dubitari potest fol. mihi. 318. & Reuerendissimus Episcopus Campanilis. in diuersor. iuris canon. rub. 11. cap. 18. num. 61. Genuẽs. in praxi cap. 28. de excommunicat. Bonacina tom. 1. de censur. disput. 2. q. 2. puncto. 1. §. 1. n. 2. vers quarto requirit. Seaccia de appell. q. 17. limit. 22. nu. 36. & 37. & 38.*

128 Aliter certè erit si appellatio fiat à citatione ad dicendum causam quare, quæ omnimodò præcedere debet; vt denunciandus defendat se, veritatemquè facti ostendat *tex. in d. cap. reprehensibilis. 26. in princ. de appell. vbi Decius num. 9. qui de communi testatur. & ibid. Barbosa* alios more suo cumulans (vbi etiã disputat an possit quis excõmunicationis nodari ligamine, non citatus; & negatiuam tuetur, contrarijs respondendo.) *& cap. sacro. 47. in princ. de sent. excommunicat. glos. in Clem. præsenti 5. verbo constiterit. vbi Speculator num. 6. & Abb. num. 7. & 8. de censibus. & Clem. 2. in fin. eod. verbo, constiterit. de pœnis. Mandos. d. cons. 62. num. 5. vers. & aduertatur. Couar. in cap. alma Mater par. 1. §. 9. nu. 4. 5. & 6. Nauar. man. cap. 27. num. 11. & cons. 55. in quodam. num. 5. lib. 5. de sent. excommunicat. & cons. 9. habens dignitatem. num. 5. de sent. excommunicat. Seaccia de appellat. q. 17. limit. 47. membr. 1. num. 5.* Vt ex verbis ipsis *Abb. in d. cap. Parochianos. num. 2. in fin. quem refert etiam Alterius vbi supra* con-
„ ijci potest: Ait enim. *Item aduerte, quòd vbi no-*
„ *toriè non cõstat de tali excommunicatione, debet*
„ *Ordinarius ante denunciationem facere citare il-*
„ *lum, quem denunciare excommunicatum inten-*
„ *dit, quatenus defendat se, ne denuncietur excom-*
„ *municatus; pro hac vide glos. in Clem. præsenti*
„ *Et debet Iudex receptis probationibus denũciare*

talem

„ *talem incidisse in canonem, & ab hac denuncia-*
„ *tione poterit appellari,nisi notoriè constet de cō-*
„ *trario, quia à sententia legis non appellatur, ta-*
„ *men à sententia iudicis declarantis quem inci-*
„ *disse in pœnam legis,appellari potest.* Hæc Abb.

Apertis itaquè verbis loquitur Abb. in appellatione à declaratoria, non à citatione ad dicendum causam, quæ omninò præcedere debet (vt diximus) vbi excessus notorius non est. *vt loquitur idem Abb. in d. cap. peruenit. num.* 5.
131 „ sic dicens: *Dic quòd vbi excessus notorius*
„ *non est, debet Iudex illum prius vocare, & reci-*
„ *pere eo præsente probationes, super facto; & po-*
„ *stea, constito de facto, declarare illum incidisse*
„ *in sententiam iuris; non debet iudex prius pro-*
„ *cedere ad executionem, quàm declarauit illum*
„ *incidisse in sententiam iuris*, & paulò post. *Ab*
„ *hac tamen declaratione poterit appellari, quia*
„ *licet non possit appellari à pœna iuris, vt in cap.*
„ *quia nos. infra eod. & l. si qua pœna. ff. de verbor.*
„ *significat. potest tamen appellari à sententia Iudi-*
„ *cis declarantis illum incidisse in pœnam iuris;*
132 „ *quia illa declaratio est sententia hominis, &*
„ *non iuris. ad hoc vide gloss. not. ab. in cap. cupien-*
„ *tes. §. quod si per viginti. in verbo priuatos. de*
„ *elect. lib. 6. quæ semper teneas menti; Et si non*
„ *appellatur, tunc, debet procedere Iudex ad de-*
„ *nunciationem, & non prius, vt hic dicitur.* Hæc Abb.

Differentia igitur constituitur inter casum notorium, & non notorium, siuè dubium, vt in hoc secundo casu, & citatio, & declaratio requiratur admissi criminis, à qua declaratoria si appellatur, ad publicationem Iudex procedere minimè poterit appellatione pendente, quia illa sententia habet annexum factum, super quo potuit decipi Iudex. *vt loquitur Rota per Acchill. decis. 370. aliàs. 5. de sent. excommun. nu. 7. Gloss. not. ab. in cap. cupientes. 16. §. insuper etiam verbo priuatos. vers. si. autem Iudex. de elect. lib. 6. quam singularem. ad hoc appellat.*
132 *Card. in Clem. 1. § si quis autem nu. 10. in 11. q. de sequestrat. poss. & fruct. Reuerendissimus Ricciull. de iure personar. extrà gremium Eccles. lib. 4. cap. 64. num. 31. & apertè colligitur ex verbis tex. in d. cap. peruenit. de appellat. Scaccia d. limit. 22. num.* 38 sicuti aduertit quoquè idem *Reuerendissimus Campanil. d. cap. 15. num. 61.*
133 *vers. quod si appellatio.* Distinguit enim tex. prædictus inter denunciationem, & publicationem, quæ per cœdulonum affixionem fit, „ dum his loquitur verbis. *Si verò publicus*
„ *est, & notorius; appellationis obtentu, non præ-*
„ *termittas, quin eos excommunicatos denuncies,*
„ *ipsosq; facias, sicut excōmunicatos cautiùs euita-*
„ *ri.* hæc tex.

Ecce tibi in his verbis denunciationem excommunicationis, dùm inquit: *excommunicatos denuncies* (vtiq; per sententiam) factumq; cum sit notorium, etiam appellatione pendente à denunciatione & sententia. *Ipsos facias sicuti excommunicatos cautiùs euitari.* per cœdulonū sanè affixionem, & publicationem. Tunc enim quis euitatur cum per cœdulones excommunicatus proponitur. Alioqui interim euitari nō debet *ex constitut. Martini Quinti relata per Nauar. man. cap. 27. nu. 34. & 35.*

Quod si verò notorium non erit factum, nec publicum, & declaraueris eos incidisse, illiquè
„ appellauerint. *Eos Ecclesiasticis censuris cōpellas*
„ *(sequitur tex.) vt intra conuenient tempus ap-*
„ *pellationem interpositam prosequantur.*

Quam distinctionem apertiùs etiam innuit, digiroquè quasi palam ostendit. *tex. in cap. pastoralis 53. §. verùm cod. tit. de appellat. extrà* proponit ibi tex. vtrum is, qui est excommunicationis sententia innodatus, si antè denunciationem appellet, possit nihilominus appellatione pendente denunciari? Respondetquè
„ Summus Pontifex. *Quod cùm executionem ex-*
„ *communicatio secum trahat, & excommunica-*
„ *tum denunciare potes, vt ab alijs euitetur* hæc tex.

Habes itaquè hic, & excommunicatum appellatione pendente denunciari posse, quia excommunicatio executionem secum trahit.

Et, differentiam statui inter excommunicatum iam, & publicationem, siuè denunciationem excommunicationis, quæ fit per cedulonum affixionem, vt ab alijs excommunicatus euitetur, vt diximus. Quia publicatio est quodammodo declaratio, *vt ait Achill. d. decis. 4. de sent. excom. num.* 2. Et declaratoriam incursus vt patere potest ex verbis illis. *Excommunicationis sententia innodatus, ante denunciationem ipsius.* Vt differentia dari videatur inter sentētiam, quæ alias declaratoria nuncupari potest, & denunciationem, quæ per cœdulonum affixionem fit. Quod apertius iudicant sequentia
„ verba. *in d. tex. Et quod per appellationem inter-*
„ *positam excommunicantis videatur iurisditio dormitase, ipse denunciare possit eundem.* Dubitabatur nempè ibi, an quia post sententiam excommunicationis, ante denunciationem, & publicationem, siuè cœdulonum affixionem appellauerat; posset denunciari per cœdulonū affixionem? Posse vtiq; Respondet summus Pōtifex Innocentius tertius.

Et hanc eandem differentiam, inter declaratoriā excommunicationis latæ à Iudice, & declaratoriam incursus censurarum, constituit *ad in Achill. d. decis. 4. de sent. excommun num. 5. & 7. Gabri. l. lib. 6. tit. de regul. iur. conclus. 1. nu. 58. 59. & seq. Ricciull. d. lib. 4. cap. 64. n. 30. Ricus decis. 203. lib. 3.*

134 Quem intellectum habuisse etiam videntur *Abb. in d. cap. peruenit. num. 8. & Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 21. num. 26. & seq. & num. 3 in fin.* dum opponens ipse sibi de dicto
„ *cap. pastoralis.* dicit. *Videtur, quòd appellatio*
„ *numquam impedire habeat denunciationem ex-*
„ *communicationis, quia denunciatio non ligat, ideo*
„ *nihil noui faciat Iudex.* Et soluens addit. *Dico contrarium procedere, quando constat de excommunicatione, & sequitur ab ea appellatio, vt causam*

,, *ſam deuoluat ad ſuperiorem, talis enim appella-*
,, *tio non impedit denunciationem futuram. quia*
,, *ex quo non ſuſpendit excommunicationem priùs*
,, *latam, non poteſt ſuſpendere denunciationem,*
,, *quia illa neceſſariò ſequitur excommunicationē*
,, *praecedentem; ſi enim eſt excommunicatus, ergò*
,, *debet vitari: Sed hic loquimur quando reuocaba-*
,, *tur in dubium, vtrum incidiſſet in excommuni-*
,, *cationem, & crimen; quo caſu appellatio debet*
,, *admitti, ne iſte ſine cauſa infametur, & ab alijs*
,, *iniuſtè vitetur* hæc Abb. Qui palam hic loqui-
tur, & prouerbium nullum dicit, cuiusquè ra-
tio nouiſſima (*ne iſte interim ſine cauſa infa-*
metur, & ab alijs iniuſtè vitetur) fundamentalē
differentiam, & rationem à priori, reddere vi-
detur in noſtra propoſita quæſtione, cur à de-
claratoria incurſus, data appellatione, ad pu-
blicationem procedi non poſſit. Quod non ita
eſt ſi appelletur à citatione ad dicendum cau-
ſam quare.

Quia hic itá citatus poteſt comparendo iu-
ra ſua tueri, cum eam ob cauſam potiſſimùm
ad iudicium vocetur, vt defendat ſe, & cauſam
oſtendat, quare in cenſuras non inciderit. Co-
135 *uar. d. §. 9. num. 5. & 6.* Quæ citatio non vti-
què requiritur vbi factum notorium eſt, vt
apertè innuit *tex. in d. cap. peruenit. vbi Abb. &*
alij per Farinac. par. 1. fragmentorum crimin.
verbo excommunicatio. num. 25. & nu 46. & 47.
Binsfeld. de cenſur. cap. 2. in med. fol mihi 602. &
d. Scaccia. vbi ſupra limit. 22. num. 38. 39. 40
& 43.

Equidem iuris excommunicatio, executio-
136 nem ſecum trahit, vt diximus. Et ſententia
iuris ſemper præſumitur iuſta. *Sayr. d. lib. 1. cap.*
16. num. 26. & 27. Atquè etiam quia canon, &
ſtatutum ſupplet locum admonitionis, *vt lo-*
quitur Binsfeld. d. cap. 12. num. 3. in fin. quod ta-
men exaudi, vt latè per *Couar. d. §. 9. n. 5. & 6.*
& Riccium d. decis. 203. lib. 3.

137 Quòd ſi citatus comparere renuerit ad
tuenda ſua iura, appellationis quantumuis op-
ponat ſcutum, cùm contumax reputetur, con-
ſtito, quòd crimen ad miſerit excommunica-
tione dignum, poterit, nihilhominus denuncia-
ri, & publicari. Sanè quia contumax appellans
non auditur. *Gloſſ. in cap. nemo contumax. 31. 11.*
q. 3. & plenius Gloſſ. magna, & fin. in d. Clem. vn.
de dolo & contum.

,, Contumacia enim eorum, qui iusdicenti nō
obtemperant (*vt loquitur tex. in l. contumacia*
53 ff. de re iud.) litis damnó coercetur. Vt ſcili-
cet non appellent *ſecundum gloſſæ explicationē*
ibid. & Mandoſ. d. conſ. 62. num. 13.

138 Quia contumax pro conuicto, & confeſſo
habetur *d. l. contumacia. 53. cap. 2. vbi gloſ. verbo*
pro confeſſo, de confeſſis. lib. 6 poſt Clarum §. fin. q.
44. verſ. licet autem. Marius Anton. in his termi-
nis diſpoſitionis Sacr. Trid. Concil. loquens d. reſo-
lut. 73. lib. 1. num. 6. & declareſſe Sanctiſſimum
Clem. VIII. refert Scac. de appellat. q. 17. limit. 3.
nu. 1. & ſeq.

139 Quinimò in odium contumaciæ ſemper, &
vbiquè interpretatio illi nocens admittenda
eſt. *ex Bar. in l. qua dotis num. 21. ff. ſolut. matr.*
Marius Giurba. Sicul decis. 14. n. 9.

Et imputet ſibi contumax, qui comparendo
potuit ſe defendere, & noluit. Volenti enim,
140 & conſentienti iniuria nulla fit, nequè dolus.
reg. ſcienti. 27. d. regul. iur. in 6. l. 1. §. vſq; adeò
ff. de iniur. Barboſ. litt. 1. nu. 24. in locis commu-
141 *nibus.* Et qui tacet, conſentire videtur, *reg. 43.*
qui tacet. de regul. iur. in 6. Genuenſ. in praxi d. c.
28. n. 9. in annotat.

142 ,, Qui verò omninò non reſpondet contu-
,, max eſt. Contumaciæ autem pœnam hanc fer-
,, re debet, vt inſolidum conueniatur, quemad-
,, modum ſi negaſſet. Quia prætorem contem-
,, nere videtur; vt aureis loquitur verbis. *tex. in*
l. de ætate. 12. §. qui tacuit. ff. de interrogator. act.
Iureq; meritiſſimo contumax, cùm perfictio-
nem confiteri videatur, iuſtè cōdemnatur, nec
auditur appellans. *vt ait Franciſ. Merlin. decis.*
Lucenſ. 18. num. 3. & 9. Scaccia *limit. 3. num. 2.*
143 *& 3.* Alioquin præmium ex cōtumacia refer-
ret, quod non conceditur *ex tex. in cap. ſi verò*
34. de ſent. excommunicat. extrà.

144 Contumax autem ille dicitur, qui licet cō-
pareat, abſolutè tamen proteſtatur, quòd non
intendit in iudicium, & iuriſdictionem conſen-
tire. *Bal. in Margarita. verbo. contumax. 4. q.* vbi
menti tenendam dicit hanc doctrinam. Quæ
originaria fuit *Innoc. in cap. cumana de elect. num.*
4. verſ. ſed ecce aliquis. vbi aſſerit, quòd non ob-
ſtante huiuſmodi proteſtatione, poterit nihilo-
minus procedere Iudex ad pœnam contu-
maciæ per excommunicationem, & aliam pœ-
nā. Quæ doctrina ſatis aperta eſt, atq; adamuſ-
ſim facto huic noſtro adſtipulatur, eamq; ſe-
quitur *Alex. in l. non ſolum. 8. §. morte. in fin. nu.*
53. ff. de oper. noui nunciat. & ſequitur Anibal.
Troiſius Cauenſ. in pragm. 3. regni. de forma procedē-
di. nu. 2. verſ. adde, quòd contumax.

145 Decertat nempè cum dolo contumacia,
& inſimul coæquantur. vt perbellè ſatis, ac no-
tabiliter *ex gloſ. in l. ſi patres tutelam. 39. in verbo*
qua fronte. ff. de adminiſtrat. tutor. quæ quam tex.
ibidem (*contumaciam*) appellat, (*dolum*) ipſa
nuncupat; & aduertit: *Vincent. de Franch. decis.*
146 *662. num. 10.* Et contumacia ipſa non caret
culpa; quinimò delictum æſtimatur, vt poſſit
proinde contumax nec temerè excommunica-
tione nodari. *vt tentum fuit in romana releuationis*
indemnitatis. Iunij. 158 . coram Illuſtriſſimo Seraph.
apud Farinac. poſt 2. volum. conſil. decis. 15. ſub
num. 2.

147 Turpè verò eſt, & deteſtandum, vt ex fran-
de quis, & dolo, lucrum venetur, & capret.
,, *cap. 2. in fin. de dolo. & cōtumac. ibi: Nos attenden-*
,, *tes malitiam, & dolum nulli patrocinari debere. tex.*
,, *in cap. intelleximus. 7. de iudic. in fin. ibi; Ne videa-*
,, *tur de ſua malitia commodum reportare. cum con-*
cordatis per Barboſ. nouiſſimè in locis communibus
litt. F. nu. 54.

Non blandiantur itaquè ſibi aduerſarij,
quòd appellationis obtendant clypeum, quin
verè

verè secundum Iuris regulas coram Deo, & hominibus excommunicationis fune colligati sint.

148 Planè quia à iuris recessum regulis nô videtur, nisi quatenus legitima id exceptione demonstratum fuerit, vt docet *gloss. notab. & recepta,in rub.de reg.iur.lib.6.in fin.* his loquens „ verbis: *Potior est eius causa,pro quo facit regula.* „ *Habet enim aduersarius necessè ostendere rationẽ,* „ *quare in illo casu regula non loquatur,*hæc glos. Ostendant igitur ipsi exceptionem legitimam ad tantas,tamq; claras, & apertas iuris regulas, vt sibi blandiri non iniuria valeant de obiecto appellationis clipeo, *vt est glos. recepta in l.omnis definitio.203.ff.de reg.iur. quam sequitur Nauar.de pænit.& remiss.lib.5.cons.40 nu.11.& cons.12.n.4.in fi.lib.1. de elect.Surd. dec.322.n.4.*

149 vbi inquit,quòd qui se opponit regulæ,tene- „ tur probare specialẽ exceptionem. Qui enim

150 innititur regulæ,habet pro se.fundatam intẽtionem,ita vt in aduersarium probandi transferat onus, versari scilicet se in casu exceptionis.*vt Rota inquit apud Sanctiss.Ludouis.Gregor.XV.decis.182. num.1. & in collect. per Farin. part.4.diuers.decis.688 sub num.3.& apud Caputaq.decis.367. nu. 2. & 3. part. 2.& apud Coccin. decis.383.num.2.* Quod enim limitatum non inuenitur,sub regulæ generalitate manet. *ad tex. in cap.2.de restit.spoliat.in 6. Hieronym.de Feder. resolut.2.crim.num.5.post 2.vol.cons.Farin.*

Tot ergo, cum in vnum coeant ad iustificãdam latam Iudicis sententiam,iuris,& sacrorũ canonum regulæ, atq; in facto perpensiones nihil sanè est cur eam ita infirmam reddere velimus,friuolis, atq; calumniosis, & ne teruntij quidem aduersariorum oppositionibus, ad iurisdictionem proruendam Ecclesiasticam, Ecclesiamq; illudendam, & eludendam.

151 Regulare cùm sit, vt Iudicis sententia rationabiliter semper prolata præsumatur, & siquidem probationem admittat in cõtrarium. *Rota decis.178. num.4. part.1. diuers.* Quia iudex præsumitur pronunciasse, pro vt de iure tenebatur. *Aymon.cons.*188. *num.*8. *Rota apud Ludouis.decis.176.num.4.& decis.406. num.7.* vbi di- „ cit, quòd semper præsumitur pro decreto Iu- „ dicis, & quòd omnes causas legitimitatis ip- „ sius scrutatus fuerit.

152 Quinimò magis pro Iudicis præsumitur sententia, quã Pro appellatione;vt optimis,& notabilibus loquitur verbis *Oldr. cons.89. Episcopus inuocat brachium,num.2.in fin.*dicens. *Sen-* „ *tentia Iudicis semper præsumitur iusta,atq.rationa-* „ *biliter prolata;vnde in dubio magis præsumendum* „ *est pro sentẽtia Iudicis, siuè præcepto, quàm pro ap-* „ *pellatione; quia pro Iudice præsumendum est, extrà* „ *de re iudic.cap.sicut.& c.cùm inter vos.sed pro ap-* „ *pellatione non nisi prout fueris causa. extrà de ap-* „ *pellat.cap.vt debitus. & c.causam.* Hæc Oldrad.

153 Quia præsumitur pro facto Iudicis, *vt dicit Verall.decis.367.nu.5.par.2.* Præsertim verò in his, quæ Iudicis reiecta sunt arbitrio, & fauo- „ rem respiciunt animarum. *Quoniam bonus, &* „ *timoratæ conscientiæ Iudex in dubio habet condem-* „ *nare ad relaxationem bonorum ecclesiasticorum:* vt ex Caualca.in superioribus demõstrauimus. In hac potissimum materia,in qua de intellectu agitur dispositionis sacri Trid. Conc. vnde recurrendum erit ad interpretationem Eminentissimorum,& Reuerendissimorum Dominorũ, & Patrum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, eiusdem sacri Cõcilij Interpretum; & interim fauore animæ pro ecclesiastica censura tenendum.

Quæ dixi, omnia & correptioni suppono Sanctæ Matris Ecclesiæ, & cuiuscunque alius de Iure meliùs sentientis iudicio, atquè censuræ.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Vicarius, & Locumtenens Generalis Triuent.

Ad concordiam tandem deuenerunt partes cum Ecclesijs hæredibus. Verùm Notario, quòd infideliter in agendis Ecclesiæ negotijs se gessisset, decreto Curiæ Episcopalis, ne in posterum ecclesiasticis rebus pro Notario interesset. *iuxta sacri Trident. Concilij dispositionem d.cap.10.sess.22.de reform.*omninò vetitum,atq; interdictum fuit; ne eius scripturis in posterum in rebus Ecclesiæ, fides haberetur; vt saltim pœna docente intelligeret, quantùm deliquisset. *iuxta tex.in c.nisi specialis 3.de auctorit. & vsu pallij.*

SVMMARIVM.

1 *Prospectus vbi patet intra domos honestarum mulierum,& maximè sanctimonialiũ claustra, prohiberi potest ædificans ne fenestrat apriat, ex quibus prospectus haberi valeat.*

Non tamen ædificium prohibebitur.nu.2.

Quoniam habitari potest,etiam obscuritatis ædibus,n.3. & decisum fuit in Neapolitano Regio Consilio,nu.4.

5 *Aedificium suum potest quisque pro libito ad cœlum vsque tollere, & ad centrum vsq; fodere,*

6 *Cœlum (idest aer) eius est, cuius est solum; ita quoquè centrum.*

Limita data seruitute ex aduerso.nu.7.

Quamuis incommodum ex ædificio vicino enascatur; modò spatia seruentur de iure requisita.nu.8.

Etiam si eius officiat luminibus. nu.9.

10 *Iure suo, qui vtitur, nemini facit iniuriam; vt excandescere haud debeat vicinus, si inde incommodi aliquid sentit.*

11 *Interest multùm,an damnum quis faciat, an suo lucro quidquam agat.*

12 *Moniales contentæ esse debent,si prospectus inhibeatur; non tamen ædificium prohibere possunt vicini.*

13 *Quod tibi non nocet, & mihi prodest, prohibere non potes, ex natura principio.*

Quemadmodum, quod tibi non prodest, & mihi nocet. nu.14.

15 Res-

15 *Reipublicæ intereſt ædificijs conſirui Ciuitatem.*
16 *Aedificiorum conſtructio iure gentium inducta.*
17 *Campanariæ turres in Ecclesijs vt fiant, maximè è Republica eſt Chriſtiana.*
18 *Campanarum complures refert vtilitates Gloſſa vno diſtico, & nu. 53. ex Concilio Colonien.*
19 *Vtilitas publica, priuatæ præferri commoditati debet.*
20 *Incommoditas ſatis magna eſſe debet, vt moniales prohibere valeant, ne vicinus ædificet.*
Neq; ſit maximum ex aduerſo vicini damnum. num. 21.
22 *Damnum qui vitat, magis quàm ei, qui lucrum captat, ſuccurrendum eſt.*
23 *Aedificare probiberi poteſt, qui ad æmulationem ædificat.*
Limita ſi ædificium ſit neceſſarium ædificanti; & ſi aliquo modo incommodum vicino; quia ad æmulationem ædificare tunc minimè videtur. num. 24.
25 *Effectus, non affectus diiudicari debet in ædificante.*
26 *Animus iuris ex licentia vincitur.*
27 *Læditur nemo conſilio, qui re non læditur.*
28 *Vtilitas quamuis leuis ſufficit, vt quis ab ædificando in ſuo prohiberi nequeat.*
29 *Aedificare altius nemo prohiberi poteſt, qui ſeruitutem non debet.*
30 *Seruitus prædio duobus inducitur modis, præſcriptione ſcilicet, & conuentione.*
31 *Prohibitum cenſetur, quod iure conceſſum minimè inuenitur.*
32 *Aſſerendum haud eſt, quod dictum non reperitur.*
33 *Lege quod non cauetur, in practica non habetur.*
34 *Seruitutem qui dicit habere aduerſus alium, probare debet.*
35 *Res quælibet natura ſua libera eſt. & n. 37.*
36 *Seruitus accidentariam, non naturalem habet cauſam, ebrietatem ſcilicet.*
38 *Seruitutem religioſa loca non debent.*
39 *Campanarum ſonus prohiberi non poteſt, quòd pſallentibus impedimentum afferat.*
Præſertim ſi non continuus fuerit, ſed ſtatis tantum horis. nu 43.
40 *Faber, qui malleando diuinis officijs impedimentum præſtat, expelli poteſt.*
Limita in Ciuitate Neapolis ex conſuetudine, num. 42.
41 *Illatio à diuerſis, & ſeparatis non admittitur.*
44 *Vicinus debet aliquod pati ipſe incommodum pro vicinorum vtilitate.*
45 *Aedificare quiſque poteſt in ſuo, & quæcunque ædificia, etiam ſtrepitoſa, excitare.*
Potiſſimum pietatis fauore. nu. 46.
Quia non locus, neque perſona in hoc perpenditur ſed opus bonum. nu. 47.
Et attendi debet magis dilatatio cultus diuini, quàm priuatum commodum, etiam in præiudicium antiquioris Eccleſiæ. n. 48.
49 *Campana quantò magis eleuantur, minus in inferiori officiunt per ſonum, quod per aëra expanditur.*
50 *Eccleſia antiqua non dicitur pati incommodum ex noua Cappella contigua, ſi in loco patiebatur per prius aliud ædificium.*
51 *Iudicium qui ad æmulationem intentat, prohiberi poteſt; quòd ſine actione experiatur. & num 52.*
54 *Campanæ benedicuntur. & ſunt tubæ Eccleſiæ militantis. per illarum ſonitum Fideles inuitantur ad preces nu. 55.*
Et dæmones earum tinnitu terrentur. nu. 56.
Ceſſant què tempeſtates, & procellæ. n. 57.
58 *Reuerendiſſimi Epiſcopi Curtius Palumbus, & Aloyſius Riccius laudantur.*

ARGVMENTVM.

Nùm ne impedimentum præſtari poſſit per Moniales, nè contigua eis Eccleſia, turrim erigat ſacram, ſiue campanariam; quòd proſpectus ex illa, intrà earum clauſtra haberi poſſit; tùm quoque, quòd antiquiores in loco ipſæ ſunt, noua hac contigua Eccleſia, atque quòd ob campanarum ſtrepitum, impedimentum eis afferatur, dùm in Choro nocturnis, pariterquè diurnis pſallunt horis? Multaq; de noui operis nunciatione, & quando ad æmulationem ædificare quiſpiam videatur? Compluraq; de campanarum vſu, & effectu: non iniucunda diſceptatio.

RESPONSIO. XXII.

DVo præcipuè sũt, quę aduerſus Patres Domus Profeſſorum Societatis Ieſu, ad proſecutionem præpediendam ædificationis turris campanariæ, per Moniales Venerabilis Monaſterij Sancti Sebaſtiani, obijciuntur.

Et, quòd proſpectus habeatur intra clauſtra Monaſterij in moniales ipſas; & quòd antiquiores cùm ipſe ſint in loco, prohibere poſsũt ne turrim prædictam, in earum damnum, & incommodum Patres excitent.

Verùm, cùm horum neutrum contrà nos ſit; cohibendæ vtrique Moniales erunt, ne moleſtia quoad hoc Patres afficiant. Sitq; proinde remouendum mandatum prohibitiuum proſecutionis ædificij prædicti.

1 Non vtique primum, Nempè, quòd, etſi planè, vbicunque proſpectus patet ex ædificio, quod vicinus molitur, in ædes honeſtarum mulic-

mulierum, atque cum primis intra Sanctimonialium claustra, vnde malum sibi timere viderentur, nequè iniuria illas, inhiberi valeat ædificanti, ne fenestras aperiat, vndè prospectus haberi possit ad tex. in cap primo in fin. princip ibi: *Vt sic à publicis, & mundanis conspectibus separatæ* de statu regular. in 6 argumen. tex. ind. opus 3. ff. de oper. publicis. sequitur S. licet. in l. altius 8. num. 2. C. de seruitutib. et aqua. Abb. in cap. nisi specialis 3. num. 8. vbi Adden. de author. et vsu pall. Cæpoll. de seruit. vrban. præ lior. cap. 62. num. 2. in 3. Fallent. vol. 4. tract. Berous conf. 115 num. 5. et sequ. vol. 3. Cephal. conf. 130. lib. primo. Ioan. de Anic. conf. 104 num. 9 Gaill pract. obseruat. lib. 2. obser. 69. n. 25. Petrus Gregor. Tholosan syntagmat. iur. vniuer. par. 1. lib 4. cap. 11. nu. 2 Marius Muta decis. Sicil. 8 num. 6 Vincent. de Franch decis. 223. Horat. Visc. cont. in conclusion. iuris verbo. ædificare vnicuiq; fol. 64. Gregorius Cabedo decis. Lusit. 152. num. 1. par. prima August. Barbos. in cap. ii cui fin. num 6. de noui oper. nunciat. Pater Ioan. Valerus de different. inter vtrumque for verbo. venditio differēt. 7. num 2. nouissimus Francis. Anton. Costa Siculus conf. 28. num. 4. et seq. Doctiss. Regens Scipio Rouitus decis. 92 num. 1. 2. 3. et seq. et num. 20.

2 Non ex hoc tamen ædificium ipsum prohiberi poterit. Aliud est nempè periculum vitare; quod ex prospectu intra Monasterij claustra, vel honestarum mulierum domos imminere posset; Aliud verò ædificium, quod vicino

3 necessarium est, prohibere. Quoniam habitari potest etiam obscuratis ædibus, Paulus (inquit) Iure Consultus *in l. si is, qui binas 36. ff. de vsufruct.* & iisdem verbis Marcellus *in l. binas 9. §. cum autem ff. de seruit. vrban. prædior. faciunt optimè notata per Vincent. de Franch d. decis. 223.*

4 vbi, & si quidem prohibitus fuit aspectus intra Claustra Monasterij Monialium Sanctæ Claræ ex circumiacentibus ædificiis Domorum secularium virorum; non tamen ædificia ipsa prohibita fuere, *& notata quoque per eund. Dominum Rouit. ad pragm. tt. 3. de monialib. num. 1. cum seq. Cabed. d. decis. 152. n. 2.*

5 Profectò, quòd licitum est cuilibet in suo pro libito ad Cœlum vsque ædificium extollere, & vsque ad centrum fodere fundamenta.

6 Eius est namquè cœlum (aer scilicet) cuius est solum; atque etiam centrum. *tex. in d. l. altius. 8. vbi Gloss. verbo prohibemus. C. de seruitut. et aqua. l. fin. in fin. princ. vbi Gloss verbo. Quia cælum ff. de seruitut. l. fin. § penult in fi. vbi Gloss ff. quod vi, metusq. causa Cepolla de seruitut. vrban. prædior. cap. 45. n. 2.*

7 Nisi fortassis seruitus sit vicino indicta, ne altius ædes tollat. *l. si ædibus. 9. Cod. de seruit. Petrus Gregor. d. lib 4. cap. 50. nu. 6. Berous conf. 134. num. 26. & d. conf. 135 nu. 1. vol 3. Cephal. d. conf. 130. num. 2. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 156. n. 1. & seq. Franc. Marcus decis. 478. num. 1. par. prima Mascard. de probat. tom. 1. conclus. 621. num. 3. Surd. conf. 29. num. 1. lib. 1. & conf. 154. nu. 11. lib. 2. Afflict. decis. 388 num. 1. Vinius decis. 306 num. 2. & 4. Sebastian. Medices Rotæ March. dec. 49.* num. 1. & seq. Card. Tuschus tom. 3. litera E. concl. 36 num. 1. & seq. Rota par. 4. diuers. per Farinac. collect. 1. decis. 853 n 17. & apud Cardin. Caualer. decis. 188. num. 1. Anton. Monach decis. Lucens. 14. num. 45. 46. & 47 Muta d. decis. 8. num. 1. & seq. Cabed d. decis. 152. num. 1. Gomezius Leonius dec. Senatus Hispalen. 7. num. 1. tom. 2. diuers. Gabriel. Pereira decis. 35. num. 1. 2. & 3. vbi loquitur de fodiendo puteum sub terra. Francis Anton. Costa d. conf. 28 num. 1. & seq. Rota Maceraten. apud Marc. Anton. Thomati decis. 119 num. 5.

8 Quicquid igitur sit, quòd incomodum vicino enascatur ex ædificio, quod alter molitur (modo spatia seruentur de iure requisita. *ad tex. in l. fin. ff. finium regundorum* nullum est ius eidem, quo ædificij constructionem prohibere

9 valeat. fac. eius quoque luminibus officiat. *l. cum eo. 8. d. l. binas ædes. 9. §. Marcellus respondit, & §. seq. l. Imperatores 13. ff. de seruit. vrban. præd. l. prima vbi Gloss. verbo. vsitatum. C. de ædific. priuat. Gloss. in d. l. opus 3. verbo. nouum ff. de operib. public. Cepoll. d. cap. 62. num. 2. in fin. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsump. 27. tom. 5. tract. fol. mihi 145. col. 4. Ioan. de Anic. d. conf. 104. num. 2. & 4. Surd. d. conf. 154. num 11. Medices d. decis. 49. num. 1. Berous d. conf. 134. num. 26. & conf. 135. num. 1. 3. et 4. Cephal. d. conf. 130. num. 2. et 12. Gaillus d. obseruat. 69. num. 10. et 16. Menoch. d. casu 156. nu. 2. Marcus d. decis. 498. num. 3. et 5. Mascard. d. conclus. 621. nu. 11. 5. et 21 Guido Papa decis. 298. nu. 1. in fin. Thesaur. decis. 116. num. 1. et seq. Vinius d. decis. 306 num. 4 Gratian. forens. par. 5. cap. 957. num. 44. et 45. Polidor. Ripa. obser. 85 num. 2. Ioan. Koppen. decis. 20. num. 12. Monach. d decis. 14. num. 47. Muta d. decis. 8. num. 2 Pereira. d. decis. 35. num. 1. et seq. Francis. de Clapper. causa 22. q. prima Rota Maceraten. apud. Thomati. d. decis. 119. num. 6. et dictum fuit in Rota apud Caualer. d. decis. 188.*

10 Iure itaquè suo vtuntur Patres Societatis IESV, campanariam sacram Turrim proprio in solo excitantes. Nemini ergò iniuriam faciunt.

Nequè excandescere debent Moniales, incomidi si aliquid ex hoc fortasse acquirant; intrà eas modò prospectus nemini pateat *tex. in l. fluminum 24. § fin. ff. de damno infecto. Neque enim æstimari (Vlpianus ibi loquitur) operis mei vitio damnum tibi dari in eare, in qua iure meo vsus sum. tex. satis etiam apertus ad rem nostram in l. Proculus ait. 26 ff. eod. Quamuis enim (Inquit ibidem Vlpianus) et hic aquam mihi abducas, et illic luminibus officias; tamen ex ea stipulatione actionem mihi non competere (scilicet) quia non debet videri is damnum facere, qui eo, veluti lucro, quo adhuc vtebatur, prohibetur. Multumque interesse, vtrum damnum quis faciat, an lucro, quod adhuc faciebat, vti prohibeatur. Hæc ille. et est tex. in l nullus videtur 56. et in l. factum 198. § vlt videtur ff. de regul. iur. tex. in cap. cùm Ecclesia Vulterrana 31. circa fin. de elect. tex. in d. cap. nisi specialis 3. in fin. vbi Gloss. fin. in fin. et Abb. num. 8. de authorit. et vsu pall. Armilla verbo ædifica. e num. 1. Menoch. d. casu 156 num. 2. Pereira d. decis. 35. nu.*

35 num.5.in fin.Ioan.de Amic.d.conf.104.num.7. & 8.Surd.d.conf.154.n.11 et 12.Francisc.Marcb.decis.478.n.7.par.prima.

12 Contentæ itaq; esse debent, si fenestræ claudantur, vnde in cas ex sacra Turri prospectus patere poterit; quòd vltrò Religiosissimi, Prudentissimiquè Patres offerunt. Quæ sanè ratio perpensa aliàs fuit per doctissimos Patres Sacræ Romanæ Rotę Auditores *in Iannen, Domorum coram Manzanedo* 15.*May* 1615. *pro eisdem Patribus Societatis IESV Ianuæ cum Patribus Clericorum Regularium par.prima tom 2. decis. 676. num.10 recent & sequitur idem Dominus Regens Ronitus d.decis 92 n.6.& seq.*

Moliri ergo haud minimè debent Moniales, vt ab ædificando desistant Patres.

13 Cùm, quòd nullum eis incomodum accedit.
Et naturæ principio docemur, vt quod alteri
prodest, & tibi minimè nocet, intentare haud
14 debeas. Quemadmodum, quod tibi nec pro-
dest, mihi autem nocet, facere haud potes. *arg.
tex.in l.prima §.ijdem aiunt ff. de aqua pluuia ar-
cend. Gloß. in l. 2.in princ.ff.solut.matrim.Gloß.
verbo fas in can.omnes leges prima d.st l 2.§.item
Varus ff de aqua pluuia arceud. §.primo.institut.
de lege fus.canon.tollend.Surd.conf.18. num.6.lib.
prim. Cæpoll.de seruit.rusticor. prædior cap primo
num.22.in penult. q. & sequitur his in nostris ter-
minis Pater Valerus d.different.7.sub num. 2.Hie-
ronym.de Laurent.decis.Auenion.160.n.3.*

Tùm, quòd multa est vtilitas, quæ, cùm Patribus, tùm Reipublicæ vniuersę ex hac re successura est.

15 Et quòd interest Reipublicæ ædificijs con-
16 stitui Ciuitatem. Vndè iure Gẽtium ædificio-
rum constructio inducta fuit. *l. ex hoc iure 5.*
„ ibi: *ædificij collata vbi Gloß. & Bart. num. 7. &
Iason.n 6.ff.de iustit.& iur.*

17 Et, quòd Campanariæ sacræ hæ Turres in Ecclesijs, vt fiant, non minimiè Reipublica est Christiana; vt dato potissimùm per Nolas signo, ad synaxim, & concionem dùm sacra peraguntur mysteria, atque ad Diuini pabula verbi capienda, dùm Scripturæ sacræ panis frangitur, rationabiles euocẽtur Christi oues. *secundum Gloß. in extrauagant. vnic. Quia cunctos verbo. campanam inter communes de offic. custod.*

18 Complures referentem Campanarum vtilitates, quas sequenti complectitur disticho.

„ *Laudo Deũ verũ, plebem voco, congrego Clerũ;*
„ *Defunctos ploro, pestem fugo, festa decoro.*

Et prosequitur latiùs *Ioan. Sylua de benefic.par. prima q.5.à nu.93.cum seq.vol.15.tract.meus Maranta in specul.6.par.in prim.membr.Iudic.de citation.num.174.Petrus Binsfeld. de maleficiar. confessione conclus.7.& vlt.dub.6.fol.mihi 308.Martin.del Rio magicar.disquisit lib. 6. cap.2.sect.3.in vltima accessione fol.451.Barbos.de offic. Episcop. par.2.allegat.27 num 28. & seq. Dominus Regens Ronit.pragmat.prima de persequend. malefactorib. num 28.*

Quicquid igitur commodi ex cessatione ædificij prædicti Monialibus accedere posset, si quod fortasse illud esset; id totum priuata
19 esset vtilitas. Ast publica priuatæ præferri cõ-
moditas debet. *cap.bonæ 3.vbi Gloß.de postulat.
prælat.cap.licet 18.de regular.l. vtilitas 3. C. de
primipilo.lib.12.S Thom.2.2.q.26. art. 3.& 4.ad
3.Nauar.conf 6.num.1.lib. 1.de constitut. & de
orat. ex horis canon. cap. 19. num.91.vers.8.quòd.
Ioan.de Amic.d.conf.104.num. 10.Francisc.Anton.
Costa d.conf.28.n.5.& 6.*

20 Nec quælibet incommoditas sufficiens esset. Verùm satis euidens deberet esse Monialium prædictarum præiudicium, vt ab incepto desistere ædificio compellere possent Patres, *vt perpensum fuit in d.Iannen.Domorum dec. 676. num.7.8.& 9 Cæpolla de seruitut. vrban. cap. 39. num. 3.vers.sed si facit.*

21 Facilèq; esset Patribus prædictis alibi Turrim prædictam ædificare; neque damnum satis euidens eorum verteretur, ob multam pecuniarum summam, vltra quatuor mille ducatorum, iam impensam in constructione ædificij prædicti Cãpanariæ Turris ab ipsis fundamentis, iam diù antè, *vt post Cynum in d. l.altiùs perpendit Couarr.lib. 3.variar resolut. cap.14.num.8. vers.vltima prioris sententiæ in fin. Rota d. decis. 676.Pereira d decis 35.n.5.*

22 Qua de re, tractant Patres de damno vitando; Moniales verò prædictæ de lucro captando. Succurrendum ergo in hoc magis erit Patribus prædictis, quàm Monialibus. *ad tex.in l. & si quis impediat. 14. §.sed si adhita ff.de relig. & sumpt.fun.tex.in l.Proculus ait 26. ff. de damno infecto. Aymon.conf 33.num.24. in fin. & conf. 87.num.5.& conf.157.num.14.in fin. & num.15.* Rota *apud Cassador.decis prima de prebend. num. 6.& apud S.memor.Gregor.XV.decis. 439.num.9. & decis 492.num.11.& 12.Mu'a d.decis.8.nu.8. in fin.& decis. 58 num. 31. Dominus Regens Constantius lib.10.C de vsur.fiscalib.n.26.*

Quàm ob causam, nec obstat, quod obij-
23 ciunt Aduersarij. Ad æmulationem eleuare
videri *Patres* prædictos Turrim prædictam
Campanariam, vt Monialibus officiant, dam-
numquè inferant; vt cohiberi propterea eos
oporteat *ex tex.in d.l.opus 3 ff.de operib.publicis*
Regens *Ronit.d.decis.92 n. 17.*

24 Sat est enim, quòd sit Patribus prædictis è rè, atq; vtilis constructio, atquè eleuatio Turris prædictæ ad campanas excipiendas; & si planè incommodum indè Monialibus succedere possit; fac quoque secundariò, nocendi animo illam extruerent, nõ constructuri aliàs, essetquè causa sine qua non.

25 „ Porrò, quòd non ex affectu, sed ex effectu
26 „ dijudicandum sit. Vinciturquè animus ex
27 „ iuris licentia. Nec læditur Consilio; qui re
non læditur, *vt Bald.perbellè, inquit, in d.c.cum
Ecclesia num.8.vers.sed quid si facit.de elect. quem
sequitur Iason.in l.quominus nu.34.ff. de fluminib.
Surd.d.conf.154.num.14. Polidor. Ripa obser. 85.
num.2.Melchior Phœbus decis. Lusit. 73. num. 12.*
„ *Alciat.d.regul.3.præsumpt. 27.*vbi dicit: Quam-
28 „ libet etiam leuem vtilitatem sufficere, vt

quis

quis permittatur in suo facere quod vult. *Cæpoll. de seruit. d. cap. 39. num. 3. Pereira d. dec. 35. n. 1. & seq.*

Neque secundum consequenter obstabit principale obiectum. Quòd sint ipsę antiquiores Patribus prædictis in loco.

Si namq; ius esset Monialibus, ædificij prædicti prosecutionem prohibendi, ex quo sunt ipsæ antiquiores; esset hæc noua seruitutis
29 speeies. Nemo enim prohiberi potest ne altiùs tollat ædificium, nisi debeat seruitutem. *tex. in d. l. altius 8. in primo responso C. de seruit. et aqua optimè Francisc. de Clapper. d. causa 22. q. prima n. 5. 6. & 7.*

30 At inter modos, quibus prædio seruitus inducitur, duo præcipuè connumerantur. Præscriptio videlicet, & conuentio. *secundum tex. in § fin. instit. de seruit. Cæpoll. de seruit. urban. prædior. c. 19. per tot. Petrus Gregor. d. lib. 4. cap. 21. n. 5. Mascard. tom. 2. concl. 1200. n. 49. Medices d. dec. 49. n. 3. in fi. & n. 4.* Neque modus hic nouus inter illos agnoscatur, quem recenter Moniales adstruunt.

Reijciendus vtique, nec permittẽdus, ad inceptam præpediendam ædificationem, quam in commune bonum in suo, iurè, nec iniuriâ, moliuntur Patres.

31 Quòd enim iure concessum non inuenitur, prohibitum censetur *tex. in cap Romano 1. vbi Gloss. de supplēd. negligent. prælat. lib. 6. Belleum. de caritatiuo subsid q. 2. n. 2. vol. 15. tract.*

32 Neque afferendum est, quod dictum non reperitur. *ad tex. in can. consuluisti 18. 2 q. 4. sequi-*
33 *tur Nauar. de orat. c. 5. n. 8.* Nimirum quòd id, quod lege nõ cauetur in practica non habetur, *vt Bald. loquitur in c. nihil est in fin. num. 25. de elect. sequitur Mastrill. dec. 273. n 11. par. 3.*

34 Qui verò seruitutem aduersus alium se possidere dicit, probare vtiq; debebit. *d. l. altius 8. et l. si in ædib. 9. § sed si tè C. de seruit. & aqua.*

35 Res enim qualibet natura sua libera est.

36 Neque seruitus naturalem, verùm accidẽtariam agnoscit causam, ebtietarem scilicet, *ad tex. in can sexto die vers. manebat autẽ 35. dist. Berous d. cons. 134. n. 6. Mascard. alios referens d. concl. 1200. n. 48. & 49. & concl. 1305. nu. 1. 2 & seq Card. Tusc. d. concl. 36. n. 4. Muta d. dec. 8 n. 1.*

37 „ *Io. de Amic cons. 35. n. 13. in fin.* dicens. *De li-*
„ *bertate rei constare ipso iure naturali.*

38 Neque per sacrum locum, Religiosum, vel Sanctũ seruitus vllo modo deberi potest. *l. seruitutes 14. § fin. ff. de seruit. glo. prima in princ. in c. 1. de obseru. ieiun. Cæpoll. de seruitut. urban. prædior. c. 18. n. 1. Petr. Gregor. d lib. 4. c. 21. nu. 3.* Quas planè rationes, ex his nostris, retulit Nouar. *qui pro Monialib. laborauit. resolut. prima par. 2. forens. quæst. posl n. 18. ad fin.*

39 Quapropter, nec ad rem pertinet, quod de strepitu obijcitur, ob sonum nolarum, quo impediuntur Moniales diurnum horarum canonicarum pensum diũ, noctuq; in Choro persoluere psallentes Domino. *ad tradita per Alex.*

40 „ *in l. prima n. 52. ff. solut. matrim.* *Quod possit*
„ (aiente m) *expelli faber, qui propè Monasterium*
„ *malleando officia diuina impedit celebrari. & apud Ioan de Amic. d. cons. 104. n. 9. in fin.*

41 Neque. n. par est ratio in vtroq; vt nõ mirũ si à diuersis, & separatis ꝑpellatur illatio. *ad tex. in l Papin. exuli 21. ff. de minor. Barbo. assiom. 114*

42 Et in Ciuit. Neap. viget cõsuetudo, ne ꝑpterea expellãtur Fabri, & si propè fuerint Ecclesias, *vt testatur Io. de Amic. d. cõs. 104. n. 14. et 15.*

Nec desunt alia Monasteria ita sibi cõtigua, vt impedimentum sibi afferant, ex campanarũ sonitu. Quod Patres ipsi experiuntur ex nolarũ assiduo, & intempestiuo, nec satis laudato sonitu, ex Turri sacra Monialium S. Claræ, dum ipsæ etiam verbi Dei conciones habentur, nõ sine maximo quandoque frequentis populi scandalo.

43 Neque campanarum sonus continuus est; sed statis quibusdam horis dumtaxat, & modico temporis spatio. Qua de causa fuit quãdoque huiusmodi propulsa obiectio per Patres Sacræ Romanæ Rotæ *in Ciuitaten. constructionis Cappellæ 16. Decembris 1588 coram Ill. Seraphino dec. 847 n. 1.* Et lõgè etiam ante res dirempta reperitur apud *Oldrad.* pro Patribus Dominicanæ familiæ. *cons. 228. Quod Fratres Prædicatores nu. 8.* Cœteròquin satis delectatæ auribus essent Moniales hæ, quæ cùm aliarum Ecclesiarum nolas perferant, has vnas Patrum

44 pati renuãt. At debet vicinus aliquod pati incõmodũ pro vtilitate vicinorũ. *ad tex. in l. prima § sunt qui putãt ff. ne quid in flumin. public.*

45 Potissimũ, quòd potest quis in suo ædificare, & quæcũq; ædificia etiam strepitosa excitare. *secundum Arct. cons. 94. in casu contingente n. 2. quem refert quoque Tuscus d. litt. F. conclus. 35. n. 3. Ioan. de Amic. d. cons. 104. n. 12.*

46 Præsertim verò Pietatis fauore. *secundum Menoch. lib. 2. de arbitrar. casu 237 nu 28. & 29.* vbi nõn potuisse expelli (dicit) Confratriam Battutorum per Doctores, eo prætextu, quod rumor, qui per eos fiebat, esset eorum studijs

47 molestus. Quoniam non locus, neque persona consideratur in hoc, sed opus bonum.

48 Vnde in facto hoc nostro attẽdi magis debebit fauor dilatationis, & augmentũ cultus diui ni, etiã in præiudiciũ antiquioris Ecclesiæ, quã priuatum Monialium cõmodum. *ad tex. in c. ad audientiam 3. de Eccles. ædific. sequitur Butrius in c. cum olim 6. n. 15. de cõsuet. Cæpoll de seruit. urban. prædior. c. 82. aliàs fin. sub n. 5. in fin.* vbi ita Veronæ obtinuisse refert. *sequitur Frãcisc. Marcb. dec. 534. n. 4. & nu. 6. in fin. & dec. 635. n. 5. par. prima. Rota in d. Ciuitaten. Cappella corã Seraphin. dec. 847. nu. 3. Couar variar. lib. 3. c. 14. n. 8. vers. nam & si licitum sit. Rota in d. Ianuen. domorum in recent. d. dec. 676. n. 10. par. prima in recent. Polidor. Ripa d. obser. 85. n. 2.*

Quibus accedit, quòd eædem net Campanæ adsint nunc etiam in muro satis propè locum, in quo Turrim prædictã factã moliuntur Patres; vt nihil noui incommodi Monialibus accedat ex constructione præfata; quin magis

commodi non minimi, quòd campanæ quantò magis eleuabuntur, minùs in inferioribus officient personum, qui expandetur magis per acra, non ad vna redundabit.

50 Præterquam, quòd item, in loco vbi cōstructa est Domus Professorum Patrum Societatis Iesu, aderat ante satis amplum, ac magnificū, & præcelsum Palatium quōdam Principis Salerni. Quæ sanè ratio viguit quoque apud doctissimos Patres Rotæ Auditores *in d. Ciuitatē constructionis Cappellæ d. dec. 847. apud Seraph.*

Vt nullum præiudicium antiquiori fieri Ecclesiæ iudicarint ex constructione nouæ Cappellæ demandatæ in suis supremis tabulis per Illustriss. Cardin. Paceccum, in loco propè dictam Ecclesiam, in quo domus aderat Marchionis Pacecchi, dicti Illustriss. Cardin. Germani. Vt si pati poterat Ecclesia prædicta sæcularium habitationem in domo; multò magis Dei Omnipotentis præsentiam per Cappellæ ædificationem.

Si igitur pati poterant Moniales sæcularium hominum strepitum, & insolentium aulicorū, effrenosquè viuendi mores in Palatio prædicto olim degentium; pati nunc multò magis eas oporteat campanarum sonum, statis dumtaxat horis, in Dei Omnipotentis laudem, & gloriam, proximorumquè commodum, & salutem personantium.

51 Cæteroquin ad æmulationem Patrum prædictorum iudicium hoc instituisse conuingentur Moniales, vt compelli proin debeant ab incepto desistere. *ad tex. in d. l. opus 3 de operib.*

52 *public.* Quòd scilicet iniustè agant, actione carentes. *ad tex. in d. l. cum eo, qui 8. ff. de seruit. urban. prædior. & tex. in l. si prius 17. § fin. ff. de aqua pluuia arcend. meus Maranta cons. 56 n. 1.*

53 Ex campanis autem non minima ab vniuerso populo commoditas excipitur, vt sequentibus docet verbis Coloniense Concilium *par. 9. tit. de Constitutionib. Eccl siast. c. 14 cur benedicantur Cāpanæ tom. 3. concil. fol. mihi 807.*

54 „ *Benedicuntur quoque campanæ* (inquiens)
„ *vt sint tuba Ecclesiæ militantis, quibus vocetur*
„ *Populus ad conueniendum in Templum, & au-*
„ *diendum verbum Dei. Clerus verò ad annunciā-*
„ *dum manè misericordiam* Dei, *& veritatem eius*
55 „ *per noctem. Vt per illarum sonitum Fideles*
„ *inuitentur ad preces, & vt crescat in his deuotio*
56 „ *fidei. Quamuis etiam Patres alio respexerint,*
„ *videlicet, vt dæmones tinnitu campanarū Chri-*
„ *stianos ad preces concitantium, terreantur: quin*
„ *potiùs precibus ipsis territi abscedant, illisq; sub*
„ *motis, fruges, mentes, & corpora credentium ser-*
„ *uentur; vt procul pellantur hostiles exercitus, &*
57 „ *omnes insidia inimici, fragor grandinum, pro-*
„ *cella turbinum, impetus tempestatum, & fulgu-*
„ *rum temperentur, infesta tonitrua, & ventorū*
„ *flamina suspendantur, spiritus procellarum, &*
„ *aeree potestates prosternantur. Breuiter, vt au-*
„ *dientes confugiant ad Sanctæ Matris Ecclesiæ*
„ *gremium, & antè Sanctæ Crucis vexillum, cui*
„ *flectitur omne genu.* Hæc Sancta Synodus, *& se-*

quitur plenè Durantus de ritib. Ecclesiastic. lib. primo cap. 22. præsertim. n. 4. 5. & 6.

Licebit itaque Patribus, seruitute ex aduerso non probata, ad cœlum vsque ædificiū tollere Turris prædictæ Cāpanariæ, fenestris obstructis, ex quibus in Moniales prospectus haberi posset.

Et ita ex his, emunctioris naris expetito iudicio, respondendum censui, &c.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

Causa primùm coram Eminentiss. Cardinali Montio, tunc SS. D. N. Nuntio agitata fuit; postmodùm mandato Sacræ Congregationis coniunctim cum Eminentiss. Dom. Cardinale

58 Boncompagno Archiepisc. Neap. cum quo aderant pariter Reuerendissimi Episcopi Curtius Palumbus Episcopus Syrten. tunc Vicarius Monialiū, & Aloysius Riccius Episcopus Vici Equens. Quorum vtriusque integritas, & doctrina, nemini non obuia, ac patens est. Pro Monialibus autem patronus apparuit Pater Recina Bencucntanus ex eodem Ordine Prædicatorum Dominicanæ familiæ. Non tamen prima sessione litigium finem accepit; sed post ea, quæ subsequuntur.

SVMMARIVM.

1 *Nuntiato, post elapsum trium mensium spatiū à die enunciati noui operis, liberum manet, data cautione de demoliendo, inceptum prosequi opus, quamuis ex tunc in continenti se nuncians probaturum offerat, quia sibi imputare negligentiam suam d. b: t n. 2.*

3 *Nuncians trium obtinet mensium spatium ad probandum, post denunciatum noui operis iudicium, non vltrà; tàm ciuili, quàm sacrorum Canonum iure.*

Quo tempore elapso, ipso iure, remittitur denūciatio, vt non oput sit Iudicem pro remissione ad ire. num. 4.

Neque vltrà expectare tenebitur cum sui præiudicio. n. 5.

Triū horū mensiū spatiū, vt decernatur Iudicis officio non est opus, à iure ipso constitutū. nu. 6.

Poterit tamen Iudex minorem terminum, ex causa, efficere n. 7.

Quod si calumniosa appareat denunciatio, & maxima sit insumpta pecuniarum summa in præparanda materia, poterit incontinenti Iudex satisdatione accepta, etiam non expectato trium mensium spatio, præceptum de non prosequendo remouere. n. 8.

Multoquè magis id efficere poterit elapso trium mensium spatio. n. 9.

Ac, cū primis Ecclesiastici Iudices, quibus manet præceptum ex Sac. Trid. Conc. de resecādis partium calumnijs n. 10.

11 *Nunciatio calumniosa arguitur, vbi non nisi diffugium nuncians affectat, nihilq; probat.*

12 *Leges, sacrique Canones, cùm æquitatem, iustitiamquè super omnia prosequātur; calumnijs locum*

lo luisi dare voluisse per trium mensium spacium concessum, minimè vid ntur.
Quin, iniurias ppellere cōtinuò deproperāt. n. 13
Præsertim verò si damno, quod nuncians expectare posset, per nunciatum occurratur. n. 14.
15 *Aedificium cæcum luminibus potest ædificans prosequi. si in illis dūtaxat nunciantis sit præiudicium, & n. 21.*
16 *Nūciatio noui operis eatenus permittitur, quatenus per nūciatum seruitus debetur, nō aliàs.*
17 *Moniales prospectus seruitutem habere dicuntur, non verò ædificij non prosequendi.*
18 *Causa cessante, cessat causæ effectus.*
19 *Nunciatio noui operis fieri debet causa expressa, ob quam denunciatur.*
Quòd si nō cohereat causa, nūciatio euāescit. n. 20
22 *Rei suæ quilibet est moderator.*
23 *Campanæ Dei gloriam populis nunciant.*
Et lætitiā, deuotionemquè audientium afferunt cordibus. n. 24.

ARGVMENTVM.

An emenso trimestris temporis spatio à noui operis nunciatione, ad tex. in cap. penult. & fin. de oper. noui nunciat. Liberum maneat nunciato, data de demoliendo cautione, inceptum prosequi opus, & si aduersum obstrepat adhuc, qui denunciauit, nec intra data iuris spatia quidquam probauit? Subsequens ad priorem non inutilis responsio.

RESPONSIO XXIII.

AVdiri haud deberi Moniales Monasterij Sancti Sebastiani aduersus Patres Domus Professorū Societatis Iesù, emensis, dilapsisquè iàm tribus, quin quatuor, vel septē circiter mensibus à nunciati noui operis die, & mandati Illustriss. Nuntij de non prosequēdo Campanariæ Sacræ Turris molitionem; sed admittēdos Patres prædictos ad ædificij præfati prosecutionem, data per eos cautione de demoliendo in casu succumbentiæ, iuris esse, ambingendum non equidem censeo.

1 Nimirùm, quòd liberum remanet nunciato, exacto iam trium mensium spatio à die nūciati noui operis per cautionem de demoliendo, intermissum prosequi opus, & si dirempta adhuc per sententiam lis minimè fuerit; fac ofterat pars ex aduerso in continenti se probatu-
2 ram. Cùm sibi imputari debeat, quòd concessum à Iure præter labi tempus siuerit. *ad tex. in l. non solùm 8. §. sciendum. l. prætor ait 20. §. si quis paratus ff. de noui operis nunciat. tex. in l. prima C. eod. tex. in c. fin. extrà eod. l. de pupillo 5. §. si is cui ff. eodem. est aperta dec. Crescent. vnic. de noui oper. nunciat.* vbi sequentibus loquitur.

„ Cautio de demoliendo, ex qua potest quis ceptū
„ opus prosequi, non obstante nūciatione noui ope-
„ ris. si post tres menses offeratur; non impeditur
„ operis cōstructio. sīn Dominos in vna Ariminen.
„ coram Dom. NeoCastren. etiam quòd in continēti
„ nuncians probare se offerat, Ius ædificandi nun-
„ ciato non competere. ad cap. vlt. cum ibi notatis
„ de noui operis nunciat. Hæc ad amussim. Rota

sequitur Lancellott. de attent. post inhibit. par. 2. cap. 20. limit. 2. num. 13. & 14 Rota apud Put. dec. 129. aliàs 125. lib. 2. in nouiss. impress. Roman. Gratian. forens. par. 2. c. 384. n. 2. & nu. 14. ita decisum in Camera Imperiali refert Gaill. lib. 1. obseru. 16. n. 17. in Curia Hispalen. Gomez. Leonius dec. 7. n. 4. lib. 3. diuersorū in Senatu Sabaudiæ Anton. Thesaur dec. 204. n. 5. in Senatu Tudertino Vincēt. Caroc. dec. 19. n. 24. sequitur Ricc. ad rubr. de noui oper. nunc collectau. 1089. par. 4. de cōmuni testatur Viuius lib. 1. cōmun. opin. tit. N. §. nunciatio noui operis n. 5. fol. mihi 251. hāc eandem sequitur sententiā Facibin Ill. controu. lib. 8. c. 48. vers. postrema igitur sententia. Plotus tract. de iuram. in litem. siue in l. si quādo C. vnde vi §. 3. n. 50. circ. fi. fol. mihi 27. in minor. impress. Sebastian Medices Rota Marchiæ dec. 13. nu 2. Sempronius Ascia determinat. 119 nu. 3. & 12. Ferrarien. in forma libelli in actione noui oper. §. ante aliquam remissionem n. 3. fol. mihi 166. col. 4. Barbos. ad d tex. in c. fin. nu 4. de noui operis nunciat. Horat. Viscont. in conclus. Iur. verb. nūciatio col. 3. fol. 203. Bernard Græuens ad Camer. Imper. lib. 1. concl. 16. n. 18.

3 Ceterò quin, nedū sanè triū, verū septem, qui iam instāt, mensiū spatio potirētur Moniales; quod, & ciuili, atque canonum repugnatiori.

Iure nempè Codicis *d. l. prima de noui oper. nunciat.* Causam ipsam triū mensiū spatio dirimendā fore definitū est: *Sin verò data fideius-*
„ *sione de opere dirimēdo, licentiā habere eum, qui*
„ *ædificationē deproperat, opus, de quo agitur effi-*
„ *cere.* Vt Iustinianus Imperat. ibi loquitur.

„ Iure autē sacrorū Canonū *d. c. fin. Is, qui opus*
„ *nouum te nunciasse proponis* (Gregor. nonus in-
„ quit) *non obstante cautione, quæ offertur ab ipso*
„ *de opere destruendo, si non iure ædificatū existat,*
„ *tenetur te per trium mensium spatiū expectare,*
„ *iuris tui præiudicium probare volentem.* Hæc

Gregor. Alioquin trimestre tēpore exacto licebit nunciato ædificare, *vt Gloss. ibid. sequitur.*

4 Non igitur expectare ampliùs nūciato oportebit, trium mensiū emēso tempore: cùm ipso iure fiat remissio; vt nō oporteat Iudicē adire pro remissione obtinēda *ad tex. in l. de pupillo. 5. §. si is cui ff. de oper. nou. nunc.* Grāmat. *alios referēs in terminis consil. ciuil. 73. sub n. 6. Abb. d. c. fin. in primo notab.* vbi sequentibus effatur. *No-*
„ *ta, quòd oblatio cautionis de opere destruendo, nō*
„ *dat facultatem procedendi in ædificio; nisi, vel cō-*
„ *sentiente denunciante; vel post lapsū triū men-*

5 „*v ſium à tempore denunciationis; non enim vltra*
„ *expectare tenebitur cum graui præiudicio ſuo.* hæc
Abb. *cuius ſententiæ eſt etiam Senat. Hiſpalen. apud*
Gomezium Leonium *d decis.7.n.4.*

6 Neque Iudicis officio, vt trium horum mē-
ſium ſpatium decernatur, vti oportet, cùm à
7 iure conſtitutum ſit, & ſi ſanè valeat Iudex,
prout cauſa magis exegerit, tempus prædictũ
nonaginta dierum, minorem efficere; *vt optimè*
Gratian. poſt alios. quos ipſe refert. aduertit d. cap.
384. num.6.7.& ſeq.

8 Cœterùm, vbicunque aduertit Iudex, denũ-
ciationem à calumnia initium ducere, eamquè
ad æmulationem effici, nè ſuum aduerſarius
inceptum proſequatur opus, in quod magnã
pecuniarum iàm inſumpſit ſummam, cœmen-
taquè, & ligna, aliaquè neceſſaria diù antè pa-
rauit, vel ædificium ad aliquam duxit altitudi-
nem (vt in facto hoc noſtro) poteſt inconti-
nenti ſatiſdatione accepta, factum de non
proſequendo præceptum, etiam non expecta-
tio trium menſium curſu, diuellere. Præſertim
verò ſi nihil in continenti probandum per de-
nunciantem offeratur, factoquè ad locum ac-
ceſſu, viſiſquè altercandi cauſis, minus illæ ſuf-
ficientes videantur, quibus ędificio proſequē-
9 do impedimentum dari poſſit. Quòd planè eò
magis ſeruari debebit, emenſo iam trium mē-
ſium ſpatio. *Theſaur. d. decis 204. ſub nu.5. Caroc.*
d. decis.19. num. 23. Gratian. d. cap. 384. num 17.
Franciſ. March. decis.106 num.1 par.2. Aſcia d. de-
terminat. 119. num.6 Barboſ. d. cap. fin. num.2. in
fin. de oper. noui nunciatione. Grauens d. concluſ. 16
n.18. & 19.

10 Quòd porrò ſeruare cùm primis Iudices
debent Eccleſiaſtici; Ordinarij ſiue ſint, ſiue
Delegati, quando Sacri Tridentini Concilij
cenſura *ſeſſ.25. cap.10. in fin. §. admonet de hinc.*
de reformat. Litigantium artibus, atque calum-
nijs occurrere eos oportet. *ad tex. quoque in*
cap finem litibus.5. de dolo, & contum.

11 Arguitur autem calumnioſa nunciatio, vbi
non aliud, quàm diffugium denuncians affe-
ctat, ne inceptum nunciatus proſequi opus
valeat; nihilq; interim probare pertentat; *vt*
proſequitur non ab rè Aſcia *d. determinat. 119. nu.*
5. & 6. Brognin. Canalcan. decis.23. ſub num. 9. par.
2. Lancelloet. de attentat. d. par.2. cap. 20. limit. 2.
num.14. Grauens d. concluſ. 16 ſub num. 19. Caroc.
d. decis.19. n.23.

12 Neque enim veriſimile eſt, voluiſſe leges,
ac ſacros cùm primis Canones (æquitatem,
iuſtitiamq; vndequaq; ſectantes) per noui nũ-
ciationem operis, figmentis, fraudibuſq; atque
deceptionibus viam aperire, atque partium
damnis; verùm damnum patienti conſulere;
13 cùm illæ iniurias propellere continuò depro-
perent, *ſecundum Abb in cap. primo num. 10. de*
noui oper. nunciat quem ſequitur quoque Gaill. d.
obſeruat. 16. in prima limitat. num. 4. ad tex etiam
in d. cap. fin. vbi Butrius *Zabar. & alij in fin. de*
noui operis nunciat.

14 Præterea, quod totum prætendere Monia-
les poſſunt in hac re, id vnum omninò eſt, nè
proſpectus ex Turri habeatur cãpanaria, quã
Patres moliũtur, intrà eorum clauſtra, & ſep-
ta. At huic incommodo ſatis ab initio præ-
ſentaneo occurſum eſt remedio, offerendo fe-
neſtras obſtruere, vnde proſpectus in eas ha-
beri poſſet, quem totis conatibus effugiunt
Patres, quamuis nõ cum minimo eorum dam-
15 no, quòd cæca luminibus Turris prædicta re-
maneat *ad tex. in l. is qui binas 36. ff. de vſufruct.*
l. binas 9. §. nunc autem ff. de ſeruitut. vrban. præ-
diorum, & tentum fuit in Rota in Ianuen. domorum
15. Maij 1615. coram Manzanedo pro ipſiſmet
Patribus Societatis IESV Ianuæ par. prima recent.
tom.2. decis.676. num. 10. & in Neapolitano Con-
ſilio cum Monaſterio Monialium Sanctæ Claræ
apud Vincent. de Franch. decis.223. optimè, atque
perbellè ad rem noſtram ſatis apud Franciſ. de
16 *Clapper. cauſa 22. q.1. num. 5.* Vbi eatenus no-
uum opus nunciari poſſe dicit, quatenus ſerui-
tus debeatur, nõ planè aliàs. *per tex. in l. Proculus*
ait 26. cum Gloſſ. *ibid. verbo iure tuo ff. de dam-*
no infecto Gomezius Leon. *d. decis. 7. n. 1.*

17 Eatenùs ergò per Moniales nouum opus
Patribus nũciari potuit, quatenus ex Campa-
naria hac Turri proſpectus intra Monaſterij
ſepta patere potuiſſet; vt ablato proſpectu,
18 per feneſtrarum recluſionem; ablata videatur
noui operis nunciationis cauſa *ad regul. tex. in*
cap. cum ceſſante 46 cum ibi notat. extrà de appell.
Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa. Surd. conſ. 154.
num 17. vol.2.

19 Præſertim verò, quòd noui hæc operis nun-
ciatio, expreſſa fieri cauſa debet, ob quam de-
nũcians mouetur, vt rectè *Franciſc. March. dec.*
106. n.1. par. 2. aduertit.

20 Nec ad rem pertinent præſentem, quæ de
Campanarum ſtrepitù denuo obijciunt Mo-
niales.

Cùm, quòd obiecto huic ſatis in ſuperiori
informatione reſponſum fuit.

Tùm, quòd nihil ad noui nunciationẽ ope-
ris, Campanarum de ſtrepitu conquæſtus pro-
ficit, cùm poſſit patribus permanere Turris
hæc abſque campanis, *ſicuti de tex. in d. l. ſi is*
qui binas 36. ff. de vſufruct. argumentatur Pau-
lus. *& d. l. binas 9. §. cum autẽ ff. de ſeruitut. vrban.*
21 *prædiorum.* Marcellus. *Quoniam habitari poteſt*
(inquientes) *etiam obſcuratis ædibus.* Quid enim
ſi Turrim habere patres voluerint ſine cam-
22 panis? At moderari pro libito cuilibet rem
ſuam permiſſum eſt *ad tex. in l. in re mandata 21.*
C. mandat.

Et de duobus alterum accidet Patribus; vel
enim ſuccubent in cauſa, ea ſententia diffini-
ta, & demolito Campanili, quo in loco
campanæ maneant, non erit; vel verò vi-
ctores euadent, vt ratio ipſa ſuadet, & li-
23 citum erit eis, nolarum concentu lætitiæ
ſigna dare in Dei Præpotentis gloriam, quam
illæ annunciabunt, Populiquè totius tripu-
dium.

Nihil eſt ergo, quòd impedimento eſſe poſ-
ſit,

sit, quin data fideiussione de opere demoliendo, inceptum prosequi opus valeant Patres, emenso iam trium mensium spatio.

Vt ex his, censoris hud abiecta lima, respõdendum censui.

CAROLVS MARANTA. V.I.D. Aduocatus.

Tandem discussa plenè causa, tàm coram Eminentissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinali Boncompagno Archiepiscopo, quã corã Illustriss Nuntjo Mõrio, nũc Eminentissi. Cardin. & Archiepisc. Mediolanen. dictũ per eos fuit: licere patribus inceptũ ꝓsequi opus, data per eos cautione ducatorum quinque millium de demoliendo illud in casu succumbentiæ. Quam præstitere pœnes acta. Inceptumquè prosecuti fuere opus, quod sanè ita
24 elucet, vt ornatu sit Ciuitati; & sic concinunt sonoro concentu maiorum, minorumq; Nole, vt non minimam afferant audientium cordibus lætitiam, & deuotionem. Vt Glorificetur Omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus in secula sæculorum. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio minimorum in Correctorio cap. 10. reg. 106. expenditur.*
2 *Ordinarius quilibet suas vices alteri demandare potest, & Vicarios constituere.*
3 *Generalis Corrector Minimorum simpliciter Vicarios Generales constituere non potest, & num. 11.*
4 *Permissum vno modo, concessum non videtur si alio modo fiat.*
5 *Permissum vno tempore, alio denegatum censetur.*
6 *Lex potestatem tribuens cum qualitate, si illa non adsit, pot stas cessat.*
7 *Limitata causa, effectum producit limitatum.*
8 *Verbum (expedierit) quid importet, ac denotet.*
9 *Locus Apostoli Pauli primæ ad Corinth. 6. omnia mihi licet, sed non omnia expediunt. declaratur, multa, ac varia afferuntur. ibid*
10 *Lex, vel statutum, siue Constitutio, si aliquid præsupponit vt quid inde fiat; nisi præsuppositum intercedat, non habet locum lex.*
12 *Conditio ante quàm purificata fuerit nihil in esse ponit, vt habitum quidem tribuat, & potentiam, actum verò, & exercitium differas in tempus purificatæ conditionis.*
13 *Conditione pendente si quid fiat, nullum, & inualidum redditur, vti factum cõtra præscriptam formam.*
14 *Conditio formam induuit necessariam.*
15 *Forma specificè impleri debet, vt satisfactum dicatur dispositioni illam danti.*
16 *Iurisdictio in suspenso remanet non purificata conditione, sub qua data fuit.*
18 *Obseruantia subsecuta fidem facit qualis mens fuerit disponentis.*
19 *Obseruantia subsecuta contemnenda haud est.*
20 *Mutanda non sunt, quæ interpretationem certam habuere.*
21 *Lex ex consuetudine optimam sortitur interpretationem.*
22 *Consuetudo, & obseruantia vim legis obtinet.*
23 *Consuetudinis longæ non minima est authoritas.*
25 *Lex interpratationem accipit ex his, quæ alio in loco Legislator dixit.*
26 *Lex antecedens per subsequentem declaratur, atque determinatur.*
27 *Dispositionis vna pars alteram declarat, & sequentia intellectum tribuunt præcedentibus.*
28 *Scripturæ vna pars dubia per alteram declaratur.*
29 *Entia sine causa multiplicanda non sunt.*
30 *Consuetudo legi æquipollet.*
32 *Ratio vbi est eadem, & Ius quoque par esse debet.*
33 *Ratio, dicitur communis lex quò ad omnes casus sub eadem comprehensos dispositione.*
34 *Dispositio à ratione declaratur.*
Neque dicitur casus omissus, vbi eadem, atque vna est ratio. ibid.
35 *Diuersitatis ratio vbi reddi nõ potest, dispositio semper vtrumque casum comprahendit.*
36 *Nouitates discordias pariunt.*
37 *Nouitates (Hispanico adagio non verdades dicuntur) & qua parte fieri potest vitandæ sũt.*
38 *Mutationes omnes periculosæ, Hyppocratis aphorismus.*
39 *Scandalum per quem venit, væh est illi.*
40 *Locus Matthæi 18. exponitur, væh autem illi, per quem scandalum venit.*
Væh damnationem importat, atque peccatum supponit.
41 *Fieri quod consuetum est, sequendum.*

ARGVMENTVM.

Ex principio propositę difficultatis petendum, ac plura de verbo expedierit, etiam ad sensum Sacræ Sripturæ.

RESPONSIO. XXIV.

POssit ne Reuerendiss. Pater Generalis Minimorum, in Prouincia Neapolit. Generalem Vicarium, qui cũ pari, vel limitata potestate, etiam Prouinciali supersit, pro suo libito voluntatis cõstituere, in difficultatem vocatur.

1 Verba enim Constitutionis. *cap.* 10. *Correctorij reg.* 106. sic se habeant. *Prædictus etiam*
„ *Generalis poterit (quoties expedierit) ad quas-*

,, *cunque voluerit Prouincias, cum sua omnimoda* ,, *potestate delegare aliquem Fratrem idoneum* ,, *suæ potestatis plenitudinem habentem, etiam super cunctos huius Ordinis vigiles, & Prouinciales* Hæc constitutio.

2 Nam, & si possit quilibet Ordinarius vices suas alteri demandare, atque Vicarios cum omnimoda, vel limitata potestate creare. *ad tex. in cap. pastoralis 11. in princ. extrà de offic. ord. cap. licet 2. de offic. vicar. lib. 6. Sbrozius de offic. vicar. lib. primo q. 2. & seq.*

3 Non tamen ex hoc sequitur, posse Generalem huius ordinis Correctorem pro suo libito voluntatis Vicarios in quibuscunque Prouincijs delegare; cùm limitatè regulæ verba se habeant; vt sanè possit, cùm id expedierit, si verò cesset expedientia, id facere nequeat.

4 Porrò, quòd vno modo permissum, concessum minimè videatur, si alio modo fiat, *ad tex. in l. Ictu liberum 14. §. Stibiecum ff. de legatis 2.* Si cuti permissum vno tempore, vltra illud permissum nequaquam censetur, *cap. fin. §. si verò post tempus, vt lite non contest. l. 2. C. de iure emphyt. & latè per Tiraq. de retract. conuent. §. primo glos. 2 num. 46. & 47. Surd. decis. 291. num. 21. Cacher. decis. 85. num. 13. Card. Tuscus tom. 6. littera P. conclus. 299. Gonzal. ad 8. regul. Cancell. §. 5. in proem num 34. & seq. Rota in recent. par. prima tom. 2. decis. 617. num. 2. & par. 2. tom. primo decis. 475 num. 1. in fin. Barbos. alios referens axiom. 178. num. 4.*

6 Quia lex potestatem tribuens, cùm sit limitata, & restricta ad terminos expedientiæ, intrà illos vagari quidem potest, vltrà verò non

7 progredi. Quòd limitata causa limitatum producat effectum. *l. in agris 16. ff. de ac quir. rerum dominio cap. ea noscitur 13. de sententia excommunicat. cum alijs latè cumulatis per Tiraq. in tract. cessante causa reg. prima nu. 147. Barbos. in princ. iur. litt. C. num. 12. Rota in recent. tom. 2. par. prima decis. 690. nu. 9. in fin. Gonzal. d. §. 5. in proem. nu. 6.*

8 Verbum quippè illud *expedierit*, non sanè liberam voluntatem, & arbitrium; sed conuenientiam, vtilitatem, vel opportunitatem importat, *vt per Calepin. verbo (expedit) & per Alberic. de Rosata in diction. verbo. expediat. Lexicon iuridicum nouum. verbo expedire, interesse, conducere, vtile, & è re esse, significare dicit.* ita quoque *Thesaur. Ciceron.* in verbis illis *ad Quint. fratr. lib. 2.* Si ita expedit. Idest (inquit) si commodum est, vel necesse est ita fieri, vt melius res se habeat, & dixit *Terent. in Heauton.*

Expedit bonis esse vobis.
Et in Phormion.
Nostrate culpa facimus, vt malos expediat esse;
Dum nimium dici nos bonos studemus, atq; benignos.

Ac deducitur *ex tex. in cap. cùm expediat 29. de elect. in 6. vbi Archidiac. cùm expediat (inquit) idest conueniat, vel oporteat. Et probat tex. in cap. non solum 3. in princ. de regular. lib. 6. ibi: Quia tamen decet, et expedit. Expedit, idest oportet. Idem Archid.* exaudit. atque etiam pro cõsueuit, & prodest, siue etiam vtile est, *vt glos. in d. cap. cùm expediat, dicit (expedientiam) vtilitatem scilicet respicere* asserens, *probat tex. in* ,, *cap. magnæ 7. §. & quidem tria. ibi: Et quod ex-* ,, *pediat secundum vtilitatem extrà de voto can.* *expedit. 13. 12. q. 1. tex in l. magis puto. 5. §. si as* ,, *alienum ff. de rebus eorum, qui sub tutela. Si as* ,, *alienum nõ interueniat (Vlpian. loquitur) Tu-* ,, *tores tamen allegent expedire;* hoc est vtile esse.

9 est tex. Apostoli Pauli *prima ad Corinth. 6. quę refert Leo Papa in can. aliud 65. de pœnit. dist. prima.* Omnia mihi licent (aientis) sed nõ omnia expediunt, *vbi Sanct. Thom. lect. 6.* Non expediens appellat, quod nocuum est: vt expediens sit, quod sine detrimento sit. & sine impedimento consequendi finem, & *Glos. Ordin. Lyrani. Dicitur autem expediens (inquit) quod* ,, *sine impedimento potest fieri. Et non expediens,* ,, *quod præstat impedimentum ad consecutionem* ,, *finis intenti.* Hæc illa. Et secundum *S. August.* *ibid. quem refert Guilliaudus par. 2. eiusdem capitis num. 2. Ea mihi videntur licere (inquiens)* ,, *& non expedire, quæ per iustitiam quidem, qua* ,, *coram Deo est, permittuntur; sed propter offen-* ,, *sionem hominum, ne ob hoc impediantur à salute,* ,, *vitanda sunt. Ea verò non licere, & ideò nõ ex-* ,, *pedire, quæ sic ipsa iustitia vetantur, vt facienda* ,, *non sint, etiam si ab eis, quibus in notitiam fue-* ,, *rint prolata, laudentur. Quoa si ita est, ideò non* ,, *nisi illicita prohibentur à Domino, vt ea, quæ li-* ,, *cita sunt, & non expediunt legis vinculo, sed li-* ,, *bera dilectionis beneficentia caueãtur.* Hæc ille. Quod probat etiã *tex. in d. cap. magnæ 7. §. præterea,* vbi expedire non dicitur, ex quo scandalum alijs generari potest, & *Tobiæ 3. num. 6.* ,, *Et nunc Domine (loquens) secundum volunta-* ,, *tem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi* ,, *spiritum meum. Expedit enim mihi mori ma-* ,, *gis, quàm viuere.* Et concinit illud etiam *Ioan.* ,, *11. 50. Vos nescitis quidquam, nec cogitatis quia* ,, *expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro popu-* ,, *lo, & non tota gens pereat.* hæc Caiphas. vbi optimè *Dionys. Carthusi. ar. 29. Mirum (inquiens)* ,, *quòd tàm segnes estis in considerando; quòd non* ,, *perpenditis, propter bonum Reipublicæ, atque* ,, *totius Communitatis vtilitatem, occidendum es-* ,, *se hominem vnum, qualiscunque existat, &* ,, *quicquid operetur.* Hæc ille. expedit vtique (hoc est vtile) exaudit. *Et ibid. Gloss. ordin. Lyran. est item tex. in § sed & maior asperitas.* ,, *instit. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. ibi: Ex-* ,, *pedit enim Reipublicæ ne sua re quis malè vta-* ,, *tur* vbi dicti rationem reddens *glos. verbo ma-* ,, *lè. Quia interest (inquit) Principis, locupletes* ,, *sub se habere subditos.* Expedit igitur, pro interest. *glos. ibi.* exaudit *tex quoque in l. 2. §. fin. in fin. ff. mandati. ibi: Quia nemo ex consilio obligatur, etiam si non expediat ei, cui dabitur, quia liberum est cuique apud se explorare, an expediat sibi consilium. Et plura cumulat Lancell. de reg.*

reg. iur. lib. primo reg. expedit ei à multis abstinere, in annotationibus verb. expedit fol. mihi 53. *in prima impress. Perusiæ. Mandos. in Gloss. facultat. §. & proprium, verbo expediendis, vers. nonnunquam fol.* 324. *&* 325.

Licebit itaque Generali in quascunq; Prouincias Vicarios Generales delegare: non quidem ex suo libito voluntatis, sed quotiens id expedierit secundum exigentiam negotiorum, vt regulæ prædictæ paulò antè prænarrata verba innuunt, pro emergentibus ibidem negotiis debitè terminandis.

Sed hic non expedit, quia non oportet, non est necessarium, neque vtile, ac conueniens Prouinciæ, vt Vicarius Generalis in ea delegetur, cùm totam iàm Prouinciam per se ipse Reuerendiss. Pater visitarit, ac perlustrarit.

Ergò non licet. Neque facultas est ei per regulam, quæ expedientiam præexigit, Vicarium Generalem suo loco in hac Prouincia constituere.

10 Quippe quòd, vbi lex, vel statutum aliquid prærequirit, vel supponit, ad hoc, vt dispositio locum sibi faciat, omninò id, quod per legem, vel statutum prærequiritur, vel supponitur adesse debet, vt dispositio ipsa operari valeat. *tex cum sua glos. (reputata singulari à Romano sing.* 495. *statut. m, vel lex) in l. mancipia* 5. *in verbo aduocādum C. de seruis fugitiuis, vbi Castrens. num.* 5. *sequitur Det. cons.* 259. *n.* 6 *Surd. decis.* 122. *num.* 14. *& cons.* 150. *num* 78. *lib. prim. & cons.* 430. *num.* 17. *vol.* 3. *Decian. cons.* 19. *num.* 8. *lib.* 2. Debet enim præsuppositum verificari. *meus Maranta optimè cons.* 42. *num.* 2 *Gaill. de pignor. obseruat prima num.* 2. *vers. ita enim disertis. Magon. decis. Lucens.* 25. *num.* 55. *Rota apud Illustriss. Seraphin. decis.* 1090 *nu* 2. *Ambros. tract. d immunit Eccles. cap* 17. *num.* 9. *Alciat. lib* 9 *R sponf. cons.* 164. *num.* 3. *Mascard. de probat. tom* 2. *conclus.* 1216. *num* 5. *Rota in Anconitana census* 24. *Maij* 1613. *coram Vbaldo decis.* 84. *num.* 21. *in impress. per Cencium de censib. & decis.* 271. *num.* 8. *apud eund. Benintēd. decis.* 18 *num.* 3. *Guttierez cons.* 26. *num.* 6. *Cardin. Tuscus tom.* 6. *littera P. conclus.* 636. *per tot. vbi plura cumulat.*

Cùm prærequirat itaque Regula prædicta necessitatem, siuè vtilitatem, vel opportunitatem, vt per verbum *(expedit)* importari diximus; vt Vicarius Generalis deputari valeat. Constare vtique primitiùs debebit de expedientia, vt facultas facta per regulam in exercitium deduci possit per Reuerendiss. Generalem, Vicarios statuendi.

11 Sunt etenim verba illa *(quotiens expedierit)* conditionalia, vt tunc demum facultatem Vicarios delegandi tribuant, cùm expedierit, nō

12 verò aliàs. Conditio nempè, purificata antequàm fuerit, nil omninò ponit inesse; sed suspendit actum; vt habitum quidem tribuat, & potentiam, actum verò, & exercitium in tempus vsquè differat purificatæ conditionis, illumque deneget interim. *tex. in l. cedere diem* 213. *§. vbi sub conditione ff. de verbor. signific. tex. in l. non omnis* 19. *ff. si certum petatur l. hoc iure vtimur* 13. *ff. de verbor. obligat. l. vnica § si autem aliquid sub conditione C. de caduc. tollend. § subconditione, & §. conditiones instit. de verbor. oblig. c. fin. in. si de translat Episc. c. primo in fin. de sponsalib. in 6. l. si quis sub conditione dandorum* 8 *ff. si quis omnissa causa testam. Cardin. Tusc. tom* 2 *litt. C. concl.* 593. *nu.* 1. *& seq. Iacob. Thoming decis. Lipsiens.* 10. *num.* 4. *&* 5. *Rot. in recent par. prima tom.* 2 *decis.* 505 *num. primo. Borrellus cons.* 47. *num.* 44. *& nu.* 45. *Aym. cons.* 10 *num.* 15. *Gratian. for nsi. par.* 5. *cap.* 949. *num.* 10. *Rota apud Caualer. decis.* 181. *num.* 1. *& dec.* 183. *num.* 2. *& decis.* 251. *num.* 1. *Barbos. assiom.* 48. *num.* 2. *Rota apud S. mem. Gregor. XV. decis.* 555. *n.* 2. *&* 3.

13 Quapropter, si quid interim fiat conditione pendente, inualidum, nullum, atquè inutile redditur, ac frustatorium, quòd contrà datam, ac prescriptā formam factum sit, nec existēte

14 Iurisdictionis exercitio. Cùm alioqui conditio formam inducat necessariam. *secundum Bald. in auth. Matri, & Auiæ nu.* 3. *in fin. vers. quidam tamen dicunt C. quando mulier tutelæ offic. fungi potest. Felin. in cap. cum dilecta.* 22. *col.* 5. *num.* 6. *vers. secundum signum de rescript. sequitur Maranta d. cons.* 42. *num.* 5. *in fin. Toming. d. de. is.* 10. *num.* 4. *Rota par. prima diuers. decis.* 226. *nu.* 2. *Rota apud Sanctiss. Ludouis. dec.* 23. *num.* 2. *& decis.* 518. *num.* 3. *Borrell. d. cons.* 47. *num.* 34. *&* 35. *Tuscus d. conclus.* 593. *num.* 8. *Sanchez de matrim. tom.* 1. *lib.* 3. *disput.* 5. *sub nu.*

15 2. *Barbos. d. assiom.* 48. *num.* 1. Specificè igitur impleri debebit forma ipsa, vt menti satisfactum sit regulæ. *secundum Det. cons.* 542. *num.* 7. *Viuius decis.* 2. *num.* 14. *Borell. d. cons.* 47. *num.* 35. 36. *&* 37. *Barbos. d. assiom.* 48. *num.* 3. In suspenso ergò remanet iurisdictio, conditione non purificata, sub qua facultas facta fuerat, quæ nihil inesse ponit. *Rota post Puteum, & Caputaquen apud Coccin. decis* 47 *num.* 2. *Paris. de resignat. lib.* 1 *q* 14. *num.* 9. *Marius Antonin. variar. lib. primo resol.* 56. *num.* 3. *&* 4. *& resol.* 88. *n.* 4 *Barbos. d. assiom.* 48. *n.* 2. *in fin.*

Verùm, quod validiùs obsistit Reuerendiss. Generali, ne Vicarios delegare possit, in Prouincia præsertim Neapolitana, aliud, nec sanè leue, est.

17 Quippè, cùm ex vetusta Religionis obseruantia, ablata videatur facultas in Prouincia hac Neapolitana Vicarios Generales deputandi: Ex quo aliàs satis facilis sit recursus ad ipsummet Reuerendiss. Patrem Generalem, & ad Sanctam Sedem Apostolicam: vt nusquam proindè in memoriam vertatur hominum seniorum Religionis, Vicarios Generales in hac Neapolitana Prouincia deputatos fuisse; vt in desuetudinem abiisse videatur facultas hæc ex vetusta Religionis obseruantia Generales Vicarios in hac Prouincia deputandi; ex quo expediens visum non fuerit. Vt secundum illam, regulam prædictam, interpretari nūc nos oporteat, atq; exaudire. Pla-

18 Planè quoniam obseruantia subsequuta fidem facit qualis mens fuerit Religionis in hac parte, per ea, quæ optimè habet *Aym. Crauett. cons. 101. num. 3 & 4. & cons. 158. num primo, et est tex. ad rem satis apertus in §. Pauonum instit. de rerum diuis. Ioan. Cephal. cons. 272. num. 144. vol. 2. Rota apud Sanctiss. Ludouis. dec. 280. num 5. & apud Ill. Mantic. decis. 296. nu. 3. Rota apud Coccin. dec. 483. n. primo.*

19 Haud spernenda itaque talis nunc obseruā-
20 tia erit. Minimè enim sunt mutanda, quæ interpetrationem certam habuęre, *vt Paul.* loquitur *in l. minimè 22. ff. de leg. Roland. cons. 79. nu. 83. lib. 3.*

21 Potissimùm, quòd lex ex consuetudine, & vsu optimam sortitur interpetrationem. *cap. cum dilectus 8. de consuet. l. si de interpretatione 36. ff. de legibus. Abb. cons. 9 in fin. num. 3. par. 2. Aleiat. lib. 9. respons. cons. 18. num. 13. Rota apud Coccin. d. decis. 483. num. primo. Rota decis. 642. p. 15. par. prima tom. 2. in recent. Barbos. assiom. 56. num. 6.* Cùm alioqui ipsamet consuetudo, & obseruantia vim legis obtineat. *tex. in cap. super quibusdam 26. vbi glos. verbo non extat memoria de verbor. significat. l. prima cum sua glos. magna C. quæ sit longa consuetudo. Roland.*
23 *cons. 52. n. 22. lib. 3.* Neque longæ consuetudinis vilis debeat esse authoritas. *vt loquitur tex. in cap. fin. de consuet. Barbos. d. assiom 56. n. 5.*

Abrogata ergò videtur ex vetusta obseruātia, & vsu in contrarium, in prædicta Neapolitana Prouincia Generalium Vicariorum delegatio; vt nullo pacto, nunc id proficuè per Reuerendiss. Patrem Generalem tentari posse, æstimetur.

24 Quod profectò, eò magis fatēdum est; cùm ex Capitulo Generali 24. Auinioni celebrato. *reg. 17.* id quod aliàs *in cap. 23. Ianuæ 40. celebrato reg. 15.* de Vicarijs Generalibus, & si planè in Prouincijs Gallicarum, & Hispaniarum statuendis, decretum fuerat; vti minus expediens, & non proficuum Religioni, in irritum vocandum, atque cassandum æstimarint Patres in capitulo Generali congregati.

Vt non iniuriā inferendum sit ad rem nostram; vetustam illam cousuetudinem, & obseruantiam, non deputandi Vicarios in Prouincia Neapolitana, ex hoc emanasse, quòd non proficua, quin magis nocens Religioni esse, visa fuerit.

25 Optima nempè semper via ad legis interpretationem visa est occasio, ex his sumpta,
26 quæ alio in loco legis conditor edixit. Cùm antecedens lex per subsequentem declaretur, atque determinetur, *vt est tex. vbi Bar. in l. nō est nouum 25. ff. de legibus Paris. cons. 73. nu. 20. lib. primo.* Quæuè sequuntur, præcedentium
27 declarationi faueant, & opitulentur. Quemadmodum vna pars dispositionis aliam declarat, & quid in vna parte eiusdem, disponens voluerit, per aliam deducitur. *l. si seruus plurīū 53. §. fin. in fin. de legat. primo l. qui filiabus 17. §. primo ff. eodem. Paris. cons. 78. num. 18. lib. prim. Ioan. Cæphal. cons. 765. nu. 37. & 38. lib. 5. P. abb. Anna cons. 22. num. 8. lib. primo Marius Anton. variar. resolut. lib. 2. resolut. 33. num. 6. Gratian. forens. par. 4. cap. 757. n. 7. & 8.*

28 Veluti etiam vna pars scripturę aliam quoque eiusdem obscuram, in apertum deducit. *l. hæredes palam 11. §. sed & si notam in fin. ibi: „ Ex vicinis scripturis ff. de testament. Surd. de alimentis tit. 2. q. prima n. 7.*

29 Quòd rationi quoque consentaneum videtur. Quid .n. multiplicare oportet entia sine causa. *l. prima C. de dotis promiss. Gloss. in clem. 1. §. si. verbo sanctorum circa fin. de sum. Trinit. & fide catholic.* Profectò, quòd causa Vicarios delegandi fuit, ne propter distantiam Reuerēdissimi Patris Generalis, cùm facilis alioqui non esset ad eum recursus à grauaminibus, vel Vigilum, vel Prouincialium, in Prouincijs potissimùm Gallicarum, & Hispaniarum; tribueretur grauatis ansa ad Indices sæculares cum scandalo laicorum, & religionis vilipendium, recurrendi. Quod ex Constitutione *Gregorij XIII in anno 1576 incipit ex Pastoralis officij in Correctorio fol. 22.* grauissimis sub pœnis prohibetur.

At in Prouincia Neapolitana, cùm facilis (vt diximus) sit recursus ad Reuerendiss. Patrem Generalem, atque facilior ad Romanam Curiam, & ad Ill. Proređorem, non erat cur timor de his suboriretur. Vndè, nec iniuriā
30 vsus, & consuetudo emersit, atque inde veluti lex (legi enim æquipollet consuetudo. *Alciat. lib. 9. respon. cons. 115. num. 4.*) in Prouincia hac Neapolitana Vicarios prædictos minimè destinandi Nullo igitur modo poterit nunc Reuerendiss. Generalis Vicarium prædictum lo-
31 co sui deputare; cùm abrogata ex vetusto vsu, atque consuetudine, atque etiam ex vltima constitutionum regula (*d. cap. 24. reg. 17.* facultas prædicta videatur, quòd nulla eos deputādi vtilitas appareat, & expedientia.

Quamobrem nec refragabitur, si instetur derogationem prædictam loqui de Vicarijs in Prouincijs Galliarum, & Hispaniarum, vt ad Neapolitanam extendi Prouinciam minimè gentium oporteat.

Quoniam nulla disparitatis afferri ratio potest, quin sicuti in illis Prouincijs dictum est,
32 ita in ista dici quoque debeat; cùm eadem ratio, quinimò vrgentior in ista sit, atque vigeat in illis; vt idem quoque omnino Ius concedi oporteat. *l. illud 32. ff. ad leg. Aquil. cum ibi notat Barbos. assiomat. 197. num. 3. Crauetta cons. 183. n. 3.*

32 Ratio enim ipsa attendi debet, quæ dicitur communis lex ad omnes casus sub eadem dispositione compræhensos. *can. consuetudo 5. dist. prima Calderin. cons. primo, vt lite pendent. optimè Aymon Crauetta d. cons. 183. sub num. 3. & cons. 190. num. 2. Cassador. decis. 4. de iur. patr. num. 5. circa med. Barbos. d. assiom. 197. n. 4.*

34 Et à ratione declaratur dispositi *Surd. dec. 329. num. 23. & de aliment. tit. primo q. 44. num. 15. Rota*

15.*Rota in recent.par prima tom. primo dec.*10. *num.*7. Neque omissus dicitur casus, vbi vna eademquè est ratio, *vt idem Aymon.d.cons.*183 *sub num.*3.*inquit.*

35 Quando verò diuersitatis ratio reddi non potest, semper dispositio vtrumq; casum comprahendit; ac pariformiter adaptatur, æquè in vno, sicuti in alio *Gloss.in cap.primo verb. Italia de temporib.ordinand. lib.6.glos.in clem.prima verbo eligantur de elect Gomes.ad reg.Cancellar.de annal.possess.q.*18.*litt. B. Marta de iursid.par.*4.*cent.v.casu* 168.*n.*12. *Aym.d.cons.* 190.*n.*2.

Tùm, quòd ex derogatione prædicta multò magis firmatur id, quod de abrogatione Vicariorum in Prouincia Neapolitana ex vetusta consuetudine eos non deputandi, supra dicebamus.

Vt quid enim (quæso tè) si non ita esset; mẽtionem solummodò de Galliarum; atq; Hispaniarum Prouincijs fecisset regula, & nõ æquè de Neapolitana Prouincia? Nisi quia in hac nulli aderant Vicarij, & nusquam antea deputati fuerant. Vt non oportuerit proinde huius meminisse Prouinciæ; cùm eorum in illa deputatio, iamdiù in dessuetudinem abijsset, atq; absoleuisse.

Nulla est igitur ratio, nullaquè causa, cur Generalem Vicarium contrà inueteratam consuetudinem, & contrà regulam, in Neapolitana hac Prouincia, deputare velit Reuerendissimus Pater Generalis.

36 Ni nouitatum, quæ discordias pariunt, *vt tex.inquit in cap.cum consuetudinis* 9.*de cõsuet.*
37 amator esse voluerit. Nouitates autem (quæ non veritates Hispano proloquio dicuntur, (*Nouedades, non verdades* inquiens) qua parte fieri potest vitandæ sunt; nulla præsertim id exigente vtilitate communi. *ad tex.in cap. ex parte* 10.*de consuet.glos.fin.in d. cap. cùm cõsuetudinis.tex.Benedicti XI.in extrauag.inter cũctas prima §.nec mirum de priuileg. inter communes.Gloss.in extrauag. Quorundam prima Ioannis* 22.§.*Item quod fratres omnes verb.nouitate plenos de verbor.significat.* (inquiens)
„ *In rebus nouis constituendis euidens debet esse*
„ *vtilitas, vt discedatur ab eo, quod diu æquum*
„ *visum est; & ideò reprehensione digni fuerunt.* Hæc Gloss.*Nauar.in man.cap.*25.*n.*3.*in princ. & de orat.& hor.canon.cap.*21.*num.*55. & dixit Cornel.Gallus.

Euentus varios res noua semper habet.

38 Mutationes verò omnes, periculosæ, *vt Hippocrates inquit. in aphoris. & sequitur Nauar. de redditib.Eccles.q.prima mon.*12.*nu.*2. & quidã alter in similitudinibus. *Vt plus est periculi in corporibus nostris* (dixit) *vere, & autunno, ob mutationem. Ita nouitas omnis offendit, ac lædit Rempublicam.*

39 Væh autem est illi, per quem scandalum venit, vt infallibilis veritas Christus, verbum Patris, loquitur *Matth.* 18.*num.*7. Ast væh damnationem importat æternam; atque peccatum supponit, *vt S. Antonin. adnotat.*2.*par.summa tit.*7.*cap.*4.§.4.*vers.similiter cum quis.sequitur Nauar man.cap.*14.*nu.*30.*& ibid. Dionys.Carthus.art.*32. Verumtamen væh homini illi, idest (inquit) æterna damnatio imminet, & debetur, *& Gloss. ordin. Lyrani.* id est comminatio pœnæ æternæ sibi infligendæ, *& Abulens.in eund locum tom.*5.*in Matth.q.*35. Cùm autem dicitur veh mundo à scandalis (inquiens) prędixit Christus pœnam malis hominibus propter scandala. Nam scandalum malum est. Fiat itaquè quod fieri consuetum est. *ad tex.in cap. fin.de consuetud.* Et nouitates dimittantur, nè in pessum in æternum interitum, eas adinuenientes ruant.

Et ita ex his, censura non reiecta, respondẽdum censui.

CAROLVS MARANTA. V.I.D. Aduocatus.

Causa apud Sacram Cardinalium Congregationem, negotijs Regularium Præfectorum, relata, eundem habuit exitum, prout consultum fuit. Nàm Vicarius Generalis remotus; liberumquè Admod. Reuerendo Patri Prouinciali, fuit ad officium suum redeũdi, illudquè exequendi, muneriquè sibi in Prouincia demãdato incumbendi. Litteræ autem Sacræ Cõgregationis datæ fuere ad Reuerẽdiss. tunc Tramallum Auditorem Generalem Nuntiaturæ Apostolicæ, Nunc Episcopum Hieracen. & in Regno Portugalliæ Nuntium, vt Vicarium præfatum Generalem remoueret, prout eum remouit. Et sictere lites.

SVMMARIVM.

1 *Lex, & Constitutio de vno ad alium casum atque de vna ad aliam personam extendenda non est.*

*Potissimum in materia exorbitanti, & pœnali. nu.*10 *&* 11.

2 *Lex de debitore loquens, ad creditorem dilatari non debet, & è contrà.*

3 *Constitutio Clementis diuersimodè de Magistro Nouitiorum loquitur, atque de nouiter Professorum.*

4 *Lex quod non dicit, neque homines asserere oportet.*

5 *Dicta, & disposita in vno capite legis, repetita haud censentur in alio.*

*Præsertim si distincta fuerint, atque distinctã materiam, & dispositionem contineant.n.*6.

7 *Lex, & Legislator non censentur frustrà diuersimodè loqui in vna, atque altera legis, vel dispositionis parte.*

8 *Verba legis.vbi clara sunt, & aperta, non est in illis difficultatis ratio agitanda.*

9 *Verba legis restringenda sunt ad rem, de qua disponit. potissimum vbi de pœna agitur priuatiua.n.*10.

12 *Nouitijs in instruendis exactior exquiritur* dili-

diligentia, atque in nouiter professis.

13 *Lex negatiua, & prohibens factum, quamuis nihil disponat de nullitate actus, tamen si contra legem fiat actus nullus euadit.*

14 *Secus verò si lex affirmatiuè loquatur.*

15 *Legis negatiuæ, & affirmatiuæ non est par vis, & ratio; cum illa semper, & ad semper; ista verò etsi semper, non tamen ad semper obliget.*

16 *Spoliatus iniustè ante omnia restituendus est.*

17 *Nemo de facto priuari debet gradu, quod obtinet, nisi prius audiatur, & citetur.*

Ita quoque qui à pristino statu iniustè, ac de facto mutatus fuit, restitui debet n. 18.

ARGVMENTVM.

Ad interpretationem Constitutionis Sanctiss. D. N. Clementis Papæ VIII. super ætate Magistri Nouitiorum Regularium; Num exaudiatur etiam in Magistro nouiter professorum? non infructuosa responsio.

RESPONSIO. XXV.

CVm fuerit Frater Vrbanus à Neapoli, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, per Prouinciale Concilium deputatus ad curam, & regimen Clericorum professorum in Conuentu S. Ludouici Neap. non vtique potuit de facto priuari per Reuerendiss. Patrem Generalem ex eo dumtaxat, quòd trigesimum tertium ætatis suæ annum agens, quintum supra trigesimum non adhuc expleat, *secundum Clementis Papæ Octaui Constitutionem à Quaranta relatam in sum. Bullar. verbo Monasteria, & Conuentus, §. 12. incipiens, Tam Nouitiorum, fol. mihi 323.*

1 Profectò, quòd Constitutio prædicta apertè satis loquitur de Magistro Nouitiorum, non verò de Professorum Magistro, vt non sit proinde de vno ad alium casum, atque de vna ad aliam personam extendenda. *ad tex. in l. si ita stipulatus 126 §. Chrisogonus ff. de verb. oblig. Gloss. in cap. Constitutionem 3. in verbo prorogamus, vbi Franc. n. 6. de regularib. & ibid. Ang. Barbos. num. 3. Paris. cons. 50 num. 9. lib. 3. optimè, ac plenè alter Barbosa in l. si constante 25. in princ. n. 44. et n. 103. in 2. concl. & n. 104. ff. sol. matrim. Tiraquell ad l. si vnquam verbo libertis, n. 27. & 28. & seq. C. de reuocand. donat. Cassan. cons. 24. n. 2. vers. & facit ratio. Cacheran. dec. 67. n. 1. 2. 3. & 4. & seq. Duegnas in reg. 306. nu. 11. in 11. limit. vbi ex Bart. in l. 1. ff. si*
2 *cert. petat.* Legem loquentem in debitore, non extendendā ad creditorem, inquit, & è contra. *Bart. in l. si ita quis ff. de vulg. Surd. cons. 363. nu. 5. vol. 3. Maceraten. var. resol. lib. 3. resol. 39. num. 38. Brunor. à Sole q. 24. n. 93. Melchior Phœbus Lusitan. dec. 1 nu. 2. Aleiat. lib. 8. respons. cons. 23. n. 15. et 16. vbi plures enumerat casus, & latius Molina de Hispan. primogen. lib. 3. c. 5. à nu. 10. ad 18. Naldus in summa verbo Sacerdos, n. 5. & in verb. lex. n. 21. Rota in recent. par. 1. tom. 1. decis. 460. num. 8. in fin. Bonacin de legib. in genere, tom. 2. d. sp. 1. q. 1. pun. 7. §. 5. nu. 4.*

3 Deindè ipsamet Constitutio distinctè de his duobus Magistris loquitur. Disponit enim, vt nouiter professi sub alterius Magistri vigilantia, & in loco à nouitiorū clausura separato, quinimò in altero, ac distincto Conuentu educentur. *§. 27. incip. Vt autem nouitij. apud eundem Quar. fol. 325.*

Non eadem proinde ratio de ætate habenda erit Magistri nouiter professorum, atque de ætate Magistri nouitiorum, quam in hoc Constitutio, ne minor sit triginta quinque annorū, desiderat; quod in Magistro professorum non
4 exprimit, vt quod ipsa nō dixit, neque nos asserere oporteat. *tex. in l. illam 19. circa med. ibi: Quod nulla Constitutio super huiusmodi collatione disposita esset. C. de collation. Surd. decis. 47 nu. 5. & dec. 195. nu 4. & dec. 393. n. 3. Rot. in recent. par. 2. tom. 2. decis. 660. num. 5 Barbos. axiomat. 136. nu. 7. Rota Maceraten. apud Marc. Ant. Thomati dec. 13. num. 22.*

5 Neque enim in vno capitulo dicta; atque disposita, in alio repetita cēsenda sunt. Potissimùm, cùm distincta sint capitula, & à seinuicē distinctam contineant dispositionem, *secundùm Bart. in l. prætor ait 4. §. eritquè hæc differentia, n. 1. ff. de vi bonorum raptor.*

7 Neque frustrà diuersimodè in vno, atque in alio capite locutum Summum Pontificē fuisse putandū est. *ad tex. in c. si Papa 10 de priuil. in 6.*
8 Vt nulla propterea agitari quæstio debeat de ipsa Pontificis volūtate distincta in vno, atque alio casu; cùm id apertè satis Constitutionis eius verba ostendant. *ad tex. in l. ille. aut ille 25. in fi. ff. de legat. 3. Monald. cons. 116. nu. 4. volum. 2. Gratian forens. par. 4 cap. 757. nu. 2.* Quid nempè disputationem admittimus in his, quæ disponentis verbis finita sunt? *iuxtà verba tex. in l. continuus 137. §. cum ita stipulatus, in fin. alib. verbis. ff. de verb. obligat.*

9 Quinimò comprimenda potiùs verba sunt Constitutionis ad rem ipsam, super qua proferuntur; quàm, quòd vltra illā diffluere patiamur. *ad tex. in §. quod autem. Instit. de legit. agnat. tutel. Cran. cons. 16 n. 5. & cons. 171. n. 13. quem sequitur Surd. decis. 43 num. 17. & cons. 431. num. 12. vol. 3. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 21. sub nu. 13. Card. Tusch. tom. vlt. littera V. conclus. 122. n. 44. Barbos. axiom. 222. nu. 38.*

10 Quod potissimùm admittendum erit, vbi de pœna agi oportebit priuatiua, *secundum Abb. in cap. fin. num. 8. de iurepatron. sequitur Rota apud Verall. decis. 98. n. 3. par. 3. Surd. decis. 208. num. 15.*
11 Et materia exorbitans fuerit à iure communi, *secundum Alciat. d. cons. 23. nu. 2. Gabriel lib. 6. tit. de clausulis, conclus. 9. num. 22.*

Acce-

12 Accedit prætereà, quòd non æquè exacta cura exquiritur in ijs informandis, qui nouiter professi fuere, & iam in via Dei progredi cœperunt, & gustauerunt quoniam dulcis est Dominus, *1. Petri 2. n. 3.* atque Religioni addicti ita sunt, vt discedere non possint; & obliti iam penè ceparum Ægypti, & alliorum, & peponum, ac cucumerorum, & porrorū. *Numer. 11. n. 5.* vt non iam pœnitere eos debeat Aegyptum deseruisse, ad illumque reuerti; sicuti in illis requiritur, quibus ex seculi lacte, ac delitijs adhuc os putet, ac facilè ab aratro manum retrahere valent, & ad seculum reuerti, *Luc. 9. n. 62.* Vt non mirum si maior ætas, ac diligentia perquiratur in vno, atque in alio. *arg. tex. in cap. vbi maior 3. de elect. in 6.*

In posterum, fac tandem, Constitutio ipsa ita accipi, & exaudiri deberet in vno, atq; alio casu; vt eadem omninò exigatur ætas in Curatore nouiter professorum, quæ in Magistro no-
13 uitiorum exquiritur. Non tamen ex hoc vno, Constitutio ipsa, si secus fiat, actum inualidum, atque nullum reddit; cùm nihil omninò in hoc disponat. *ad textum in l. si seruum 70. §. prætor ait, ff. de acquir. hæred. ibi, Non dixit prætor cap. inter corporalia 2. §. vnde si circa, de translat. Prælat.* Neque Constitutio per verba negatiua loquitur, vtputa si diceret (Non eligatur, nisi qui in ætate cōstitutus fuerit trigintaquinque annorum) quo vtique casu, nullus (vti contra legem factus) actus euaderet, *vt est text. in l. non dubium 5. vbi Gloss. & Scrib ac plenè, Bal. n. 28. et 29. C. de legib. regula quæ contrà ius 64. vbi Glo. de reg. iur. in 6. et ibid. Barbos. in collect. tom. 3. et axiom. 12. nu. 24. Card. Tusc. tom. 5 litt. L. concl. 169. Siluester verbo lex, q. 28. n. 28. Rota apud Crescent. decis. 18. nu. 2. de præb. & in Portuen parochialis 18. Decembris 1581. coram Siptio, par. 4. diuers. collecta per Farinac. dec. 672. nu. 4. in fi. Molina de iust. & iure, lib. 1. tract. 2. disput. 88. col. 4. & 5. Io. Azor instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 16. q. 17. Salas de legib. q. 96. disput. 16 sect. 10. num. 42. Bonacin. tom. 2. de legib. disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 5. proposit. 2. nu. 8. & n. 11.*

14 Sed per verba loquitur affirmatiua, atque „ per modum Consilij; *Ipse Magister* (inquiens) „ *sacerdotali ordine sit insignitus, ac in quinto saltem* „ *supra trigesimum ætatis suæ anno constitutus.* vt nō reddatur propterea nullus actus, si fiat contrà: ipso iure præsertim, *vt Siluester aduertit d. q. 28. circa fi. vers. ex prædictis potest colligi ratio Tabien. eod. nu. 36. q. 37. Angelica n. 18. eod. Ferrett. cōs. 305. Aliàs Reuerendissimus Cardinalis nu. 4. et 5. Azor d. cap. 16. q. 7. Salas d. disput. 16. sect. 10. num. 42. Bonacin. d. disput. 1. q. 1. pun. 7. §. 4. n. 12.*

15 Nec enim par est vis, & efficacia quoad actus nullitatem, legis affirmatiuæ, & negatiuæ. Hæc namque semper, & ad semper obligat, illa verò etsi semper, nō tamen obligat ad semper, *vt ex S. Thoma 2. 2. q. 186. art. 9. ad 3. sequitur Nauarr. cons. 40. n. 9. lib. 5. de pænit. et remiss. et in man. c. 23. nu. 49. vers tertio quod. Glos. in cap. cum dilectus 8. verbo à suspensis, circa med. de consuet. Dec. in cap. nam concupiscentiam, in 1. lectura, in 3. notab. nu. 5. & sequen de constit. Perez de Lara de Cappell. & Cappellan. lib. 2. c. 4. nu. 114. Bonacin d. punct. 7. §. 5. nu. 2. & seq.*

16 Restitui itaque omninò oportet dictum Fratrem Vrbanum iniustè spoliatum, ad gradū suum, *cap. 1. & cap. conquerente 7. de restit. spoliat.*

17 Neque enim de facto priuari debuit officio, & administratione, quàm per Capitulum Prouinciale, iurè, iustèq; obtinuerat, eo sub prætextu dumtaxat, quòd trigesimum quintum ætatis suæ annum non adhuc ageret, ipso primitùs non audito, neq; citato, *ad tex. in c. licet Episcopus 28. de præb. in 6. l. de vnoquoque 47. ff. de sent. et re iud.*

18 Non iniurià igitur agit nunc Fr. Vrbanus, vt in pristinum statum reponatur, à quo violēter, & iniustè amotus fuit, *iuxta doctrinam Abbat. in c. querelam 24. n. 13. de elect. sequitur Affl. dec. 395. nu. 5. Rota in recent. par. 2. tom. 1. decis. 393. nu. 3. & apud Caualer. dec. 446. n. 10. Gabriel tit. de rest. spol. conclus. 1. nu. 4 & 5. & in 18. ampliat. nu. 40.*

Et ita ex his respondendum censui; meliùs, rectiùsque sentientis censura minimè abiecta.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

Restitutus demum fuit Fr. Vrbanus ad locum suum, & statum, à quo deiectus fuerat, vt mihi ipse retulit. Quæ pro eo itaque adnotaueram, in hanc consonantiam redacta, ex vsu quāloque tuo esse poterunt (candide Lector.) Facilè nempè erit inuentis addere.

S V M M A R I V M.

1 *Mandauit Deus vnicuique de proximo suo.*
Magis tamen tenetur vnusquisque ad seipsum charitatem habere, quàm ad alium. n. 2. & n. 9.
3 *Regulam diligendi proximum ex seipso metiri quis debet.*
4 *Regula prior est, quàm regulatum.*
5 *Charitas prima, & ordinata à seipso initium ducit.*
6 *Periculum peccandi subire non debet homo, vt proximum à peccato liberet. & nu. 37.*
7 *Animam nostram, plusquàm illam proximi charitatis ordine diligere debemus.*
8 *Vnitas prior est, & identitas, quàm coniunctio, vel societas.*
10 *Anima pluris habenda est, quàm vita temporalis proximi.*
11 *Charitatem Dei abijcere nemo debet, neque cuiuscunque boni assequendi gratia.*
12 *Locus Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis, expenditur.*
13 *Damnum, quod quis sua culpa patitur, sibi debet, non alijs imputare.*
14 *Deo imputari non debet, quòd priuetur quis eius gloria visionis, sed cuiusque culpæ, & peccatis ascribere.*
15 *Prædestinatio Dei nulli est causa labendi.*
Locus Oseæ 13. Perditio tua Israel; tantummodò in me auxilium tuum, explicatur, ibid.

16 Gra-

16 *Gratia Dei quòd quis priuetur, ne fructificet in uitam æternam, suis peccatis, et socordiæ ascribere quilibet debet, non Dei seueritati.*
17 *Libero arbitrio malè peccant; boni autem per gratiam corriguntur.*
18 *Iure suo qui vtitur, non imputatur ei damnum, quod ex eo alteri enascitur.*
19 *Iniuriam haud facit, qui se, & sua tuetur, licèt inde damnum alteri enascatur, si aliter non possit.*
20 *Iure meo uti valeo, etiam cum damno alterius. Et consulere mihi possum cum damno alterius, num 21.*
22 *Damnum, & malum imminens, vt à me auertam, etsi damnum inde alteri sequatur, nullo iure prohibeor.*
23 *Iure quod fit, iustè quoque fit, & benè.*
24 *Dolo facere nō videtur, qui se plus altero diligit. Vnde quisque magis se amare tenetur in vngue pedis, quàm aduersarium in vertice capitis, num. 25.*
26 *Vtilitas communis, priuatæ præfertur.*
27 *Bonum cōmune, peculiari, et priuato antefertur.*
28 *Patria, & reipublicæ pro salute magis quis arctatur, quàm proximis priuatis teneatur.*
29 *Expulsum iustè è Religione, non tenetur postmodum superior recipere, si cōmunitati noceat.*
30 *Proximi salus procuranda est, quantùm tamen fieri potest honestè, & sine incommodo communitatis.*
31 *Animæ causa potior est, quàm corporis; potissimùm in pari causa, & vbi de vitando peccato agitur.*
32 *Anima rei est altioris ordinis, quàm corpus, & ideo omnibus rebus præferri.*
33 *Animæ vnius amissione, maius ruina fit, quàm mille corporum.*
34 *Charitatis ordo quoad diligibilia sub præcepto cadit.*
35 *Tutior pars pro anima sequenda est.*
36 *Nullus tenetur, cum animæ suæ periculo, alterius animæ periculo, & damno occurrere.*
38 *Mali quòd damnentur, non Dei præscientiæ, sed suis peccatis, & malitiæ ascribere debent.*
39 *Damnum temporalis fortunæ in rebus, fama, honoribus, & alijs, suis peccatis tribuere debet homo, non Deo.*

ARGVMENTVM.

An licitè, & absque conscientię scrupulo permittatur mihi vti iure meo, fac, inde damnum alteri sequatur? Et num, vt proximi malum (potissimùm verò necem) præcaueam, debeā me peccandi periculo exponere? ac de charitatis ordine: non inepta responsio.

RESPONSIO XXVI.

IN facti controuersia; possint ne Monasterij cuiusdā Moniales, tuta conscientia, mulierem quandam ab illo eijcere, & si quidem satis nobilibus ortā natalibus, moribus tamen nō omninò integram; vt depravatis eius actibus intrà claustra Monialibus, extrà verò ea, laicis non leue, sed euidens scandalum ingeneret; eo motiuo dumtaxat, quòd scrupulus subsit aliquis, si expellatur, aleam currat, ne à consanguineis ad necem petatur.

Perpensis omnibus quæ ex vtraque parte in facto supponuntur; affirmatiuè respondendum censui.

1 Tùm quòd, & si quidem mandauit Deus vni-
2 cuique de proximo suo. *Eccles. 17. n. 12.* Magis tamen tenetur vnusquisque ad seipsum charitatem habere, quàm ad alium; ad quem non maiorem debet, quàm, quòd eum diligat sicut seipsum. Diliges proximū tuum sicut teipsum, (Dominus inquit) *Matth. 22. num. 38. & 39.*
3 *Luc 19. 18.* Quisque enim regulam proximum diligedi, ex seipso metiri debet, *secundum S. Augustinum lib. 1. de Ciuitate Dei, relatum can. si non licet 8. §. nec adeo tamen. 33. q. 5. Glos. fin. in c. nisi*
4 *specialis 3. de auctor. & usu pallij.* Regula autem prior est, quàm regulatum. *S. Th. 2. 2. q. 26. art. 4. Syluest. verb. charitas, q. 3. Ioan. Azor instit. moral. par. 2. lib. 12. cap. 5. q. 2. Petr. Binsfeld in Enchirid. Theolog. Pastoral. par. 3. de decem præcept. c. 3. §. 1. circa fin. & §. 2. Dionys. Carthus. in d. cap. 22. Matth. art. 36.* Quamuis (inquiens) proximum amare debeamus sicut nosipsos, nō tamen in tantum, siuè æqualiter. *Pater Paulus Layman. in summa Theolog. moralis, tom. 1. lib. 2. tract. 3. c. 12. num. 2. corollar. 1. text. in can. qui vult 19. vbi Gloss. verbo seipso, de pænit. dist. 3.*
5 Profectò quòd prima, & ordinata charitas, à seipso initiū ducat, *secundum text. in l. præses 6. vbi Glos. & Doct. C. de seruit. & aqua Glos. d. c. nisi specialis, vbi Abb. n. 6. Glos. in c. licet 3. verb videamur de supplenda neglig. Præl. Glos. in can. scias 35. verbo præferenda, circa fin. 7. q. 1. Abb. in c. 2. nu. 5. in 4. notab. su. fi. de coniug. lepros. Felin in c. qualiter, & quando 17. col. 3. nu. 5. in 3. notab. de accus. Crau. cons. 8. n. 17. Tiraq. de priuil. piæ causæ priuileg. 68. Paris. de resignat. benefic. lib. 9. q. 17. nu. 117. Azor d. lib. 12. c. 4. Fr. Bernardin. de Bustis in Rosar. serm. par. 2. serm. 5. in 4. par. sermon. § secundo principaliter, f. 100. Pelbartus in Theologico Rosario, tom. 3. verbo Charitas 5. §. 37. & §. 39.* Vbi propterea non dedisse Dominū præceptum de diligendo seipsum, dicit, quia diligere seipsum est quasi primum, & notissimum. *Illustriss. Card. Tuschus tom. 1. litt. C. concl. 220. nu. 3. & seq. Riccius par. 1. collect. 416. & in praxi var. resol. par. 1. resol. 116. n. 3. et resol. 518. n. 4. Capp. Tholos. dec. 560. ex tex. in can. non satis, 86. dist. Horatius Visconteus concl. iuris, verbo Charitas 1. fol. 25. Gratian. foren. discep.*

par. 1.cap.176.n.2.& 17.Affl.decis.290.n.8.et 9.
Barbos.assiom.42.
6 Haud debebit proinde homo, ipse periculũ
subire peccandi, vt proximũ à peccato liberet.
Recupera proximum secundum virtutem tuam, &
attende tibi, ne incidas, Sapientis ore loquitur
Spiritus sanctus *Eccles.29. num.27 vbi Dionysius*
„ Carthus.*art.30. Necessitatem, atque inopiam eius*
„ *releua, secundum quòd tibi possibile est. Nec ad im-*
„ *possibilia, aut illicita te obliges propter eum. S.Thom.*
7 *d.art.4.ad 2.* Quia plus nostram, quàm proximi
animam, secundum charitatis ordinem dilige-
re debemus. Nimirum, quòd potior, ac vici-
nior est ratio diligẽdi seipsum, quàm alterum.
8 Sicuti prior est vnitas, siue identitas, quàm cõ-
iunctio, seù societas, *textus est in can. faciat 15.*
„ *22.q.2. Faciat homo (inquit ibi August.lib.de men-*
„ *dacio) pro vita temporali, vel salute hominum quod*
„ *potest. Cùm autem ad hoc ventum fuerit, vt tali*
„ *saluti, nisi peccando consulere non possit, iam se exi-*
„ *stimet non habere quid faciat, quoniam id reliquum*
„ *esse prospexit, quod rectè faciat.* Hæc illa.
Et S. Hieronymus in illud Matth. 18. postquam
Dominus dixerat: Et si oculus tuus scãdalizat
te, erue eum, & proijce abs te. Bonum est tibi
cum vno oculo in vitam intrare, quàm duos
oculos habentem mitti in gehennam ignis.
„ *Videte* (subnectit) *ne contemnatis vnum ex his pu-*
„ *sillis. Quantũ in vobis est* (loquitur Hieronymus)
„ *nolite contemnere; sed per vestram salutem, etiam*
„ *illorum quærite sanitatem. Sin autem perseuerantes*
„ *in peccatis videritis, & vitijs seruientes; melius est*
„ *vos solos saluos fieri, quàm perire cum pluribus.*
Hæc S.Hieron. *quem etiam sequitur Sà in eundem*
locum Matth nu.39. S.Antonin.in sum.par.1.tit.4.
cap.6.§.1.vers.debet secundo, intentio.in fi.et par.4.
tit.6.c.3 in princ.& §.8. Ang.verbo Charitas, *n.4.*
in fi. Tabien.eod.nu.18.q.16. Nauarr man cap.14.
nu.23. vers.quarto peccat. Azor d.c.4.q.2.& c.5.
q.4. Vignerius in instit.Theologic.de virtute chari
tatis c 12.§.1.vers.tertio, de ordine charitatis vers.
post Deum. Pater Layman.d.cap.12.nu.1.Viscomus
d verbo Charitas. *Binsfeld vbi supra. Barbos dicto*
assiom.42. Pater Fernandus à Castro in opere mo-
rali, tom.1.tract.6.disput.6 punct.16 sub nu.3.
9 Magis igitur ad seipsas charitatem debent
Moniales, quàm ad mulierem hanc. Proindeq;
cauere magis, vt à se scandali, ac consequẽter
peccandi causam, & periculũ remoueãt, quàm
quòd deturbent ab hac muliere exortum scru-
pulum, ne occidatur, si Monasterio pellatur.
10 Quia anima pluris habẽda est, quàm vita tem-
poralis proximi; cùm habeat pleniorem ratio-
nem diligibilis ex charitate *secundum S.Th.2.2.*
11 *q.25.art.12.& q.26.art.5.* Neque vnquam lici-
tum sit, cuiuscunque boni assequendi gratia,
charitatem Dei abijcere; vel spiritualem pro-
priæ animæ iacturã per peccatum (quãtumuis
„ exiguum) velle sibi optare. Quid enim prodest
„ homini, si vniuersum mũdum lucretur, animæ
„ verò suæ detrimentum patiatur: aut quã dabit
„ homo commutationẽ pro anima sua? Christus
inquit *Matth.18.* Quia prædiligenda est anima
propria omnibus. *Pelbartus d. verbo Charitas 5.*
§.37. & tom 4. verbo Eucharistia 5.§.23.fol.111.
col.3. P Layman.d.cap.12.num.2.corollar.1.tex.in
d.can. faciat homo.22.q.2. Ioan.Baptista Corradus
tom 1.q.389. Et ex sentẽtia infallibilis veritatis
eiusdem Christi, Dei, & Domini nostri. *Ioan.15.*
nu.13. Maiorem hac dilectionem nemo habet vt ani-
mam suam ponat quis pro amicis suis. Animã, idest
vitam temporalem. Hebraismus enim est, quo
anima, pro vita exauditur, *vt explicat P.Ioannes*
Maldonatus in eundem Ioannis locum nu.13.in fin.
& P.Barradius tom.4. lib.4. cap.15. fol.mihi 319.
*& Dionys.*Carthus.*ibid. art.37.col.4.* & explanat
ad rem nostram *Fr.Paulus Fraxinella de obligat.*
Sacerd sect.3 prænot.3.§.2.n.5. Quod Christiana
charitas non ampliùs se extendat, nisi vt iactu-
ram temporalium bonorum, & vitæ tẽporalis
pro spirituali bono, & vita æterna proximi
quis subeat; non verò vt iacturã in bonis spiri-
tualibus gratiæ, & gloriæ patiatur. *et Carthus.*
vbi supra.
12 Tùm secundò, quòd Monasterium, seù Mo-
niales ius habent expellendi, & eijciendi hanc
mulierem, ne eas inquietet malis suis moribus,
& exemplo. Illa verò, eo dumtaxat quæsito co-
lore, quòd si eijciatur, periculum subeat, ne
occidatur, nullum ius permanẽdi obtinet, ne-
que cogendi Moniales, vt eam retineãt. Quòd
enim eijciatur, sua id culpa accidit ei, non verò
13 Monialium. Damnum autem, quòd quis sua
culpa patitur, sibi debet, non alijs imputare.
regula damnum 68.de reg.iuris, in 6. l.quod quis ex
culpa sua 204 ff.eod. Nauarr cons.32 num.4.lib.3.
tom.1.de præb, Rota apud Coccinum *decis.15.nu.1.*
& decis.71.nu.2.
14 Nam, quòd priuetur quis gloria visionis di-
uinæ præsentiæ, Deo ipsi, eiusquè diuinæ præ-
scientiæ id imputare minimè debet, sed suæ
culpæ, atque peccatis ascribere, *ex S.August.*
15 *relato can. Nabucodonosor 18. 23.q.4.* Dei enim
prædestinatio nulli est causa labendi, *secundum*
eundem Aug.can.vasis iræ 19. §.ex nobis exierunt,
d.causa 23.q.4. Vnde Oseæ 13. dicitur, Perditio
tua Israel; tantummodo in me auxilium tuum.
Non enim Deo succensere debent peccatores,
quod pereant, cùm id eis ex proprijs flagitijs
accidat, contra Dei legem peccando, *vt Pater*
Franciscus Ribera eundem locum num 11.explicat.
16 Et quod priuetur quis gratia Dei, ne fructifi-
cet in vitam æternam, peccatis suis, suæquè id
socordiæ vitio vertere debet, non Dei seueri-
17 tati tribuere, *can.audi 21. 11.q.3.* Cùm boni
„ per gratiã corrigantur, & libero arbitrio mali
„ pereant, *vt S.Aug. inquit d.can. vasis iræ, § non*
ergo. S.Antonin.ad d.reg.damnum, de reg iur.in 6.
par.1. sum.tit.20.littera D. sequitur Cagnol. *ad di-*
ctam l.quod quis ex culpa 204. de reg iuris num.1.
Sibi ergo, non monialium seueritati hæc tri-
buat mulier, si expellatur; cùm nolit in meliùs
vitam corrigere; quod posset, si vellet, atque
diuinas sequi inspirationes, non diaboli sugge-
stiones.
Tum tertiò, quòd iure suo vtuntur Monia-

les, mulierem hanc expelleñdo, & malum à se ipsis auferendo. Vnde nihil omnino ad eas damnum, quod consequēter oriri poterit mulieri huic per necem ei ab consanguineis infe-
18 rendam fortasse. Quippè cùm, vbi quis iure suo vtitur, licèt sanè damnum ex eo alteri enascatur, præsertim cùm id non intendatur, nullo pacto eidem imputari potest. *tex. d. cap nisi specialis 3. in fi. vbi Abb. num. 8. de authorit. & vsu pall. Abb in cap cùm Ecclesia Vulterrana 31. n. 11. de elect. tex. in l. fluminum 24. §. fin. ff. de damno infecto.* *Neque enim æstimari* (inquit ibi Vlpia-
,, nus) *operis mei vitio, damnum tibi dari in ea re,*
,, *in qua iure mea vsus sim.* Hæc ibi. *Armilla verbo ædificare, num. 1. Molina de iustitia, & iure, tom. 3. disput. 727. num. 5. Cæpolla tract. de seruit. vrbanorum prædiorum, cap. 62. n. 2. in tertia fallent. volum. 4. tract. fol. 172. & cap. 39. num. 3. Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 18. num. 29. & in opere morali, tom 2. lib. 7. cap. 16. nu. 54. Gaillus pract. obser. lib. 2. obseruat. 69. num. 11. & 12. Surd. cons. 300. num. 21. & 22. lib. 2. & cons. 374. num. 17. vol. 3. Mascardus de probat. conclus. 62. num. 4. libro 1. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. Gloss. 45. §. 3. nu. 18. Card Tuschus tom. 4. littera I. conclus. 162. Barbos. assiom. 135. nu. 8.*

19 Nec enim iniuriam facit, qui se, & sua tuetur, cùm aliàs non possit; licèt damnum alteri
,, sequatur. Nec enim iniuria hoc fecit, qui se
,, tueri voluit, cùm aliàs non posset, *Vlpianus loquitur in l. 3. §. quod ait prætor, ff. de incend. ruina, & naufrag.* Ex quo tex. *Albericus ibidem num. 1.*
20 conclusionem elicit: Quòd conceditur aliquid causa iuris sui conseruandi, etiam cum damno alterius. In textu enim ipso quæstio proponebatur: Si diruat quis vicini domum, vnde in domum propriam incendium, & conflagrationem timebat, an aduersus eum actio
,, detur? Negat Iureconsultus, *Quia, cùm de-*
,, *fendendarum suarum ædium id fecit, dolo caret.* Est etiam tex *in l. si quis fumo 50. §. quod dicitur, ff. ad legem Aquiliam, vbi Albericus. quem text. allegat quoque Glossa in verbo semetipso. in dicto*
21 *can. si non licet 8. 23 q. 5.* dicens: Quòd possum
,, mihi consulere, cum damno alterius. *facit tex. in l. qui seruandarum 15. in princ. ff. de præscript. verbis. quem allegat quoque Glos in d. can. qui vult ordinatè 19. verbo seipso, de pœnit. dist. 3. & plenè Crauetta dicto cons. 8. & Glos d. cap. nisi specialis, verbo eligentes, in fin.* sequitur etiam latè *Petrus Binsfeldius ad tex. in cap. si quis domum 6. de iniur. & dam. dato q. 3. concl. 6. fol. mihi 339. Franciscus Marc. dec. 478 n. 7. par. 1. P. Io. Valerus de different. inter vtrunque forum. verbo damnum, different. 6. Vinius decis. 150. num. 1. & sequent. libro 1.*

Neque mulierē hanc Monasterio pellunt Moniales, vt eidem damnum inferāt, eiq; noceant;
22 sed vt à seipsis malum remoueant, quod suis pessimis moribus eis imminere facit, seq; tueantur, non vt offendant, neque proximum lędant. Quod sanè, ne fiat, nullo iure prohibetur, *vt est tex. in d. l. quo naufragio 3. §. quod ait prætor, de incend. rui. naufr. & sequitur Binsfeld. d. q. 3. concl. 2. & conclus. 6.* Ne alioquin accidat eis dicere, quod cecinit ille:

Heu patior telis vulnera facta meis.

Nihil est itaque, quod timeant sibi Moniales in conscientia, de dãno, quod mulieri huic imminere posset, si Monasterio pellatur. Cùm iurè eã
23 ipsæ pellant. Si igitur iurè, ergo iustè; si iustè, ergo benè, *secundū Aug. can. quid dicam 11. in fi. 14. q. 4. quem, ad rem sequitur And. Isern. in c. 1. qui success. teneātur, n. 13. vers. vnde dic, quod renocent. in vsib. feud. Fred. de Sen. cons. 36. n. 2. Alciat. reg. 3*
24 *præsump. 23 n. 1. vol. 5. tract. f. 146.* Neq; dolo facere videtur, qui se plus altero diligit. *vt post Cran. d. cōs. 8. n. 16. sequitur Barbosa d. c. nisi specia-*
25 *lis, n. 3. in fi.* Et vnusquisq; ex ordinata charitate magis tenetur se amare in vngue pedis, quàm aduersarium in vertice capitis, *vt inquit* Card. *Tusc. tom. 1. lit. C. d. concl. 220. n 5. ex Cran. vbi sup. Barbos d. assiom. 42. n. 3 et seq.*

Tùm denique, quod neq; possunt tuta cōscientia superiores, qui gubernacula retinēt Monasterij, diutiùs mulierē hāc in illo pati conniuētes. Quoniã ex deprauatis eius moribus dãnū imminet cōmunitati (sic certū esset periculū, quod ad necem peteretur à cōsanguineis, si extrà illud eijceretur.) Quò ad hanc enim agitur de vitãdo damnū in particulari; quò ad Moniales
26 verò de vitãdo damnū in cōmuni. Speciali igitur vtilitati, cōis præferri debebit. *text. in can. sciat 35. 7 q 1. ubi Gl. tex. in c. bonæ 3. de postul. præl. vbi Gl. verbo cōmunem, c. licet 18 de regular. Nau. cons. 6. nu. 1. lib. 1. de constit. Boer. dec. 134. n. 2. in fi. Surd. dec. 255. n. 11. Cabed. dec. Lusit. 74. n. 5. par. 1.*
27 Quinimò naturaliter accidit, vt cōe bonum, peculiari, atque priuato præferatur, *secundum S. Th d. q. 26. art. 3. et art. 4. ad* 2. faciūt notata per *Nauar. de orat. et horis canonic. c. 19. nu. 91. vers. 8.*
28 vbi agit, quòd magis tenetur quis pro salute patriæ, & reipublicæ in communi, quàm proximis priuatis, *plenè Azor. d. lib. 12. cap. 4. & 5. Pater Layman d. c. 12. Gratian. forens. par. 1. d. c. 176. nu. 8. 9. et 16.*

29 Hinc est, quòd iustè Religione pulsus, quãuis postmodum redire voluerit, nō potest cogi su-
30 perior eum ampliùs recipere. Profectò quòd, etsi salus proximi procuranda sit, id tamen exauditur, quantum fieri potest honestè, sine incommodo communitatis, ne damnum aliquod enascatur eidem, *vt post alios sequitur F. Bartholomaeus à Sancto Fausto in thesauro Religiosorum, lib. 6. q. 254. nu. 4. in fi.*

31 Præterquàm quòd item in pari causa, vbi agitur de vitando peccato alterius, potior est causa animæ, quàm corporis, *secundum S. Thom. d. q. 26. art. 5. Barbos. assiom. 26. nu. 1. et seq.*

Ast, quòd eijciatur hæc mulier, ne malo suo exemplo Moniales deprauet, & ad peccatum pertrahat, & alliciat, causa est animæ; quòd verò ipsa periculum effugiat, ne occidatur, est causa corporis. Præferenda itaque animæ
32 iactura, corporis est periculo. Cùm anima
,, altioris ordinis res sit, quàm corpus. Nec ab-
,, surdum sit, animas hominum omnibus rebus

præ-

prefetti, vt loquitur *tex. in l. sancimus 28.*
C.de sacrosanct.Eccles tex. in c. solitæ 6. §.quod
33 *autem sequitur de maior. & obed.* Vnde maius
damnum est in amissione vnius animæ, quàm
mille corporum.*vt inquit Gloss.in can. ille, qui*
hominem 5.22.*q.*5.*& est tex. in can. si habes* 1.
34 *§.vnde,& si vna anima* 24.*q.* 3. Charitatis au-
tem ordo, quòad diligibilia, sub præcepto ca
dit.*secundum S.Thom.*2.2.*q.*44 *art.*8.*Azor. in-*
stitut.moral.d.lib. 12. *cap.* 5.*q.*4.*Layman.d.cap.*
12. *Nauar. man. d. cap.* 14. *num.*23. iuxtà illud
*Canticor.*2. ordinauit in me charitatem. *facit*
tex.in cap.consilium 2. *circa fin de obseruatione*
35 *ieiun.orum.*quatenus habet, Tutiorem partem
pro anima sequendã esse. *sequitur Albericus d.*
§.quod ait prætor.nu.primo.Pater Ioan. Valer.
de different. inter vtrumque forum. verbo.re-
*missio.different.*3.*col.*6.*vers.deniqu ponamus.in*
*fin.*Corrad.*d q* 389.*Sebastian. Medices opusc.*4.
nu 1. *& seq.Barbos.d.assiom.*26.

Nec ad rem facit si obtundatur. Agi quoq;
animæ causam, quòad mulierem hanc; cùm si
à consanguineis ad necem petatur, possit in
statu peccati mori, vnde animæ iacturam fa
ciet,& corporis.

36 Respondetur enim: Nullum teneri cum ani-
mæ suæ periculo, & iactura, alterius animæ
periculo occurrere; cùm charitatis ratio, &
ordo (vt diximus) à se primò incipiat; nemoq;
37 debeat, vt alterius vitet peccatum, seipsum
peccandi exponere periculo.*S.Thom. d q.* 26.
*art.*4.*& d.can.faciat* 22.*q.*2. *Emanuel Sà verbo*
*charitas num.*5.*Pelbartus optimè d.tom.*4.*verbo*
Eucharistia 5.*§.*23.*fol.*111.*colum.*3. & diximus
suprà.

Quare, quòd moreretur fortassis hæc mu-
lier in peccato, vnde animæ iacturam faceret,
pro qua Christus mortuus est: dolendum sanè;
sed id ex eius propria malitia oriretur, non ex
Monialium aliqua culpa. Suæ igitur liberę vo-
38 luntati imputet. Sicuti quòd mali damnentur,
& in tarthara dilabantur, orci faucibus absor-
ti, suæ ipsorum malitiæ, non verò Dei præsciē-
" tiæ ascribere debent. *Cùm libero arbitrio mali*
pereant, vt Augustin. (inquit) *d.can. vasis iræ.*
§.non ergò nec essitatem.S. Anton.d.reg damnum
39 *vbi suprà in fin.* Addens: Damnum tempora-
lis fortunæ in rebus, in fama, in honoribus, &
alijs huiusmodi, debere hominem imputare
peccatis suis, non Deo.

Non est ergò, quòd scrupulis angãtur Mo-
niales, si hanc eijecerint mulierem, quamuis
necis aliam subeat. Cùm hoc ei sua culpa acci-
dat, ipsæquè proprio occurrere periculo de-
beant. Et fortassis hoc lucrum feret eiecta hæc
mulier, quòd vitam in melius componet, ti-
more excita imminentis mortis, & periculi.
" Nam vt S.Chrisostom. inquit *homil.*4.*cum esset*
" *presbyter designatus. Vti musicus optimus è ci-*
" *thera benè modulata cordam dissonam resecat,*
" *ne reliquarum vocum harmonia vitietur. Sic,*
" *& peritus artis Medicus, membrum putrefactũ*
" *amputat, ne hac lues ad cætera membra sana*
" *transiliat.* Hæc Chrisostomus.

Et ita ex his respondendum censui sub cen-
sura.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduo-
catus.

Ita exequutum fuit, nec mulier damnum passa est aliquod. Verùm quanto fructu Monialium factum sit, quòd pulsa Monasterio mulier hæc fuerit, temporis ipse probauit euentus: & & exitus rerum inde successarum. Discant igitur, quibus id curæ demandatum est, qua cautela procedendum sit, ante quàm, matrimonio malè locatæ mulieres intrà Monasteriorum Sanctimonialium septa, introducantur. Vt ex vnius damno, in futurum præcauere admoneantur.

Exemplo monstante viam, vt dixit *Manil. lib.*2.

SVMMARIVM.

1 *Montium Pietatis vsus quatenus permissus, & quo pacto vltra sortem pro eo exigi possit ex mutuo secundum Leonis X. Constitutionem expenditur.*
2 *Vsura est lucrum, quod ad sortem accedit ratione mutui.*
3 *Interesse, vel damni emergentis, vel lucri cessantis, non vt lucrum exigitur à Monte Pio ex mutuo, sed pro ministris, & conseruatione bonorum.*
4 *Mutuans licitè exigit, aliquid ratione, vel lucri cessantis, vel damni emergentis, vel expēsarum, pro re, quæ mutuo datur.*
5 *Mala facienda non sunt, vt inde eueniant bona.*
6 *Vsurarum exactio neque pro redimanda vita captiui permittenda est.*
7 *Boni prætextu, malum fieri non debet.*
8 *Pietatis prætextu non est impietas permittenda.*
9 *Eleæmosina non fit ex furto, & malè acquisitis.*
10 *Eleæmosinam vt faciat peccare nemo debet, male acquirendo.*
11 *Vsuris parta; à quibus ablata fuere restituenda sunt.*
12 *Consuetudo nil valet aduersus legem Dei.*
13 *Consuetudo praua, corruptela potiùs quàm cõsuetudo nuncupatur.*
14 *Consuetudines malæ, ex longo tempore non firmantur.*
15 *Temporis diuturnitas peccatum non minuit, sed auget.*
16 *Peccata tantò grauiora sunt, quantò diuturniora.*
17 *Peccatorem in peccato nullum tempus, nullaq; sententia defendere potest.*
18 *Cõsuetudo haud inducitur per actus extorsiuos, & peccaminosos.*
19 *Vsuræ nulla consuetudine licitæ fieri possunt,*

sunt, neque præscriptione.

20 *Consuetudine nullum peccatum excusatur, quinimò maiori illud pœna dignum efficitur.*

21 *Vsuram ex consuetudine licitam fieri posse asserens, aut hæreticus, aut de hæresi suspectus habetur.*

ARGVMENTVM.

An licitus sit Montium Pietatis vsus ex frugibus collectorum: & num ne aliquid aliud exigi possit vltrà sortem, quòd in pietatis opus expendatur, non in vsus ministrorum montis? Nõ inutilis disceptatio.

RESPONSIO. XXVII.

FRequens est in Triuentina diœcesi Mõtium Pietatis ex frumento, alijsquè frugibus congestorum, vsus. Quare erexit quidam huius generis montẽ Pium, datis pro capitali modijs frumenti centum, vt illud pauperibus in singulos annos dispertiretur, restituendum tamen tempore messis cum auctitio iuxta morem regionis. Ex aumento verò (firmo tamen remanente capitali, quod intactum omni futuro tempore ad mutuo dandum dumtaxat, esse voluit) pauperes loci puellas matrimonio locari iussit; vel si nullæ essent, quæ maritis nuptui traderentur; pauperioribus lecto decumbentibus, ex illo succurrendum, edixit. Administratores montis gratis omnia præstare, mutuiquè aleam ipsorum periculo administratorum (quòd Dominus sit temporalis loci) currere sanxit. Defertur id totum ad Episcopum in sancta visitatione: vnde perlecto erectionis Montis huius instrumento, vsurariç prauitatis labe notari, quamuis ad pia destinatum, montem hunc, respondi; nec suffragari Regionis consuetudinem, auctitium exigendi, edixi.

1 Eatenus enim aliquid exigi permittitur vltra sortem ex mutuo, quod fit ex Montibus Pietatis hisce, quatenus nihil quidem mutui ergo, vltra sortem exigatur; quod verò exigitur, illudquè moderatum: id totum expensarũ ratione, ministrorumquè Montis substentationis causa, rerumquè aliarum ad bonorum montis conseruationem, intuitu, accipiatur, vt definitum fuit in Concilio Lateranen. sub Leone X. anno 1515. *sess. 10. in princ. tom 3. Concil fol. mihi 659. & refert quoque Quaranta in sum. Bullar. verb. Montes Pietatis fol. mihi 360.* Sic enim ibi loquitur Leo Papa, Sacro approbante Concilio.

„ *Declaramus, & definimus Montes Pietatis antedictos per Respublicas institutos, & authoritate Sedis Apostolicæ hactenus probatos, & cõfirmatos, in quibus pro eorum impensis, & indemnitate aliquid moderatum ad solas ministrorũ impensas, & aliarum ad illorum conseruationẽ (vt præfertur) pertinentium, pro eorum indemnitate dumtaxat, vltra sortem, absque lucro eorundem montium recipitur, neque speciem mali præseferre, nec peccandi incentiuum præstare, nec vllo pacto improbari; quinimò meritorium esse, ac laudari, & probari debere tale mutuum, & minimè vsurarium putari; licere illorum pietatem, & misericordiam populis prædicare, etiam cum indulgentijs à Sancta Sede Apostolica eam ob causam concessis.* Hæc Concil.

Atqui verò hic, nihil pro expensis, & ministris, atque etiam pro rerum montis conseruatione, sed pro montis ipsius lucro, & aumento exigitur, ratione mutui, & temporis, quo frumẽtum, vel fruges mutuo pauperibus dantur. Ergo illicitum. Ergo contra formam à Lateranensi Concilio præscriptam. Ergo vsurarium. Atque proindè improbanda exactio est.

2 Vsura nempè lucrum est, quod ad sortem accedit ratione mutui, & vbi ampliùs exquiritur, quàm, quòd datur. *secundum Augustinũ, Hieronymum, & Ambrosium, relatos can. primo 2. & 3. & can. fin. ex Concilio Agathensi 14. q 3. colligitur ex S. Thom. 2. 2. q 78. art. 1. sequitur Syluest. verbo vsura 1. in princ. Armilla ibid. Tabien. eod. nu. 1. Panormit. cap. consuluit. 10. n. 3. de vsur. Caiet. sum. verbo vsura in princ. Nauar. manuali cap. 17. num. 206. Lessius de iust. & iure lib. 1. cap. 20. dub. 3. num. 18. Molin. eod tom. 2. disput. 303. nu 9. & 10. Salas de contract. de vsur. dub primo nu. 1. & 3. Roland. à Valle cons. 55. n. 19. lib. 2.*

Sed hoc, quòd à mutuatarijs exigitur, ad sortem accedit. Ergo vsura. Ergo illicita exactio.

3 Illud porrò, quod pro ministris, & conseruatione bonorum montis exigitur, vt supersit vnde pauperibus mutuo dari possit; non sanè, vt lucrum, sed vti interesse, vel damni emergentis, vel lucri cessantis, siue vt expensæ, percipitur; quæ ad mutatarios spectant, qui commodum sentiunt montis, non ad mutuantem. *iuxta regulam, qui sentit 55. de regul. iur. in 6.*

4 Quemadmodum licitum est mutuanti aliquid accipere, à mutuatarijs ratione, vel lucri cessantis, vel damni emergentis, vel expensarum, quæ pro re, quæ mutuo datur, fiunt: quoniam id mutuatarij commodum respicit, vt est recepta Doctorum omnium sententia. *Nauar. comment. de vsur. notab. 20. nu. 60. & 61. & in man. cap. 17. nu. 212. & 713. Lopez in repet. cap. per vestras de donat. inter virum, & uxor. notab. 6. nu. 5. & 6 fol. 333. Molin. de iustit. tom. 2. disp 325. nu. 2. vers contrariam sententiam. Leonard.*

nard.Leſſius d.lib.2.cap.20.dub.23.n.193.Tolet.
lib 5.ſum.cap.38.Ioan.Azor.inſtitut. moralium
par.3.lib.19.cap.22.q.2.Salas de vſur.dub. 33.n.
3.& ſeq.& verſ.2.confirmat.Pater Luiſius Tur
rian.in 2.2.S.Thom.tom.2.diſp.61.dub.12. num.
3.& per tot.Petrus Binsfeld.in Enchyrid.Theo-
logiæ Paſtoralis par. 3. de decem præceptis cap
26.de monte pietatis fol.mihi 419 Pater Paulus
Comitolus reſponſ. moral. lib. 3. q. 35. in primo
quæſito.Reginald.in prax. fori pœnitent. tom. 2.
lib.25.cap.11.nu 207.& 208.Pater Ioan.Valer.
Carthuſ.de differentijs inter vtrumque forum
verbo vſura different.12.Pater Ioan Baptiſta
Scortia in ſelect Summorum Pontific.Conſtitut.
Epitom.55.Theorem.152.& 153.Pater Filliuc-
cius quæſt.moral.tom.2 tract.34 nu. 168.& ſeq.
& num.170.& 171.Bonacina tom. 2. tract.de
reſtitut.& contract.diſp.3.q. 3.punct. 12. nu.4.
& 7.optimè Marta voto 213.par.2.nu. 4. & 5.
& n.8.& 9.

Non igitur ad rem facit, neque licitam exa-
ctionem,reddit,& mos regionis, & quòd exa-
ctum in pietatis opera impendatur.

5 Cùm,quòd non ſunt facienda mala , vt inde
eueniant bona,vt eſt tex.in terminis noſtris in
cap.ſuper eo. 4. de vſur. vbi Alexander tertius;
6 Neq;pro redimenda vita captiui, vſurarij cri-
men permittendum eſſe,decernit.& Gloſ.ibid.
7 verbo diſpenſationem. argumentum extrahit:
quòd prætextu boni malum fieri non debet.
Eſtquè dictum Apoſtoli ad Romanos 3. num. 8.
„ & tex. in cap. ad Apoſtolicam 42. ibi:ſub præ-
„ textu canonicæ pietatis.de ſimon.vbi gloſſ verbo
8 pietatis. Pietatis prætextu impietatem haud
committẽdam eſſe(inquit.) Et ſequitur plurı-
bus Tiraquell.de pœnis temperan.cauſa 52.n.8.
tex.in can fortè 3.14.q.5.Lopez in repetit. d cap.
per veſtras de donat inter virum,& vxor.d.no-
tab.6.num.2.3.& 4.fol.mihi 333. in materia lo-
quens vſurarũ.& Nauar.d.conſ 2.verſ.3. quòd
ex hoc num.2.in fin.& nu.6. quem ſequitur etiã
Pater Comitul d.q 35. Alioquin non pietatis,
ſed impietatis mons nuncupari rectiùs poſſet.
Cùm apertè in ipſa Leonis X. conſtitutione
ſacro approbante Concilio præcipiatur, ne
„ monti lucrum quodcunque accedat:ibi:Abſq;
„ montium huiuſmodi lucro. Quod ſequũtur om-
nes ſupracitati Doctores.

9 Tùm,quòd ſecundum Diuum Gregorium
„ Syagrio Epiſcopo,relatum can.27.Non eſt pu-
„ tanda.prima quæſt. prima. Non eſt putanda
„ eleæmoſyna (inquit) ſi pauperibus diſpenſetur,
„ quod ex illicitis rebus acquiritur . Vt puta ex
„ furto.ſecundum Gloſſ.ibid. Quia qui hac intẽtio-
„ ne malè accipit,vt benè diſpenſet ,grauatur po-
10 „ tiùs,quàm iuuetur. Nam aliud eſt propter pec
„ cata eleæmoſynas facere,aliud propter eleæmoſy-
„ nas peccata perpetrare : & qui offert ſacrificium
„ de ſubſtantia pauperis, idem eſt , ac ſi victimet
„ filium in cõſpectu patris, vt Sapiens Eccleſiaſt.
11 34.in fin.inquit. Qua de re , quod ex vſuris
acquiſitum eſt, non eſt ex eo facienda eleęmo-
ſyna,ſed dandum ijs,à quibus ablatum eſt,cùm
accipiens minimè Dominus efficiatur: ſecun-
dum S.Thom.2.2.q.32.art.7. Nauar. tract. de
eleæmoſyna num.60.Ioan. Azor.inſtit. moraliũ
par.2.lib.12 cap.12.q.2.& q.6.Reginald.in praxi
fori pœnitent.tom.primo lib.4.cap.22.num. 287.
288.& 289.Pater Vaſquez in opuſculis tract.de
eleæmoſyna cap 2.in princ.num 4 Bonacin.tom.
2.tract de legib.& peccatis diſput.3.q.4.punct.6.
propoſit.4. nu. 22. Frater Bernardinus de Buſto
in Roſario ſermon.par.2.ſerm.2. in 3 par.ſerm.
in octaua conditione eleæmoſynæ.Lopez d.notab.
6.num.3.Illuſtriſſ.Card.Tuſcus lib.8. littera V.
concluſ. 337. num. 9. Roland à Valle.d.conſ.55.
nu.28.

12 Tùm denique,quòd nullus populi mos,nul-
laquè conſuetudo,quantumuis longa, & inue-
terata,potis eſt aduerſus legem Dei. & ſacros
13 Canones.Imò non conſuetudo , ſed dicenda
eſt potiùs corruptela tex.in cap quod ſuper his
5.in fin.vbi Gloſſ & Panor nu.4 de conſangui-
nit.& affinis tex.in cap.fin de conſuetud. tex.in
cap. inter dilectos 11. in prima par de exceſſib.
prælator Guido Papa conſ 70.n.3. Rota apud Ill.
14 „ Mantica in deciſ.284 nu 4. Malè enim adin
„ uenta,malequè cõſuetudines, neque ex longo
„ tempore, neque ex longa conſuetudine con-
firmantur, vt Imperator loquitur in auth. vt
nulli iudic.liceat.§ primo collat 9. Gloſſ in cap.
cùm in Eccleſiæ 9 verbo infelicem de ſimon.gloſſ.
fin.in fin in cap.in quibuſdam 32.de decimis . vbi
non valere(inquit)conſuetudinem , quæ abſq;
mortali peccato ſeruari non valet , quantum-
15 cunque longa. Hæc ibi. Diuturnitas nempè
temporum non minuit peccatum, ſed auget.
16 Tantòquè ſunt grauiora crimina,quantò diu-
tius infœlicem animum detinent alligatã. cap.
non debet 8.§.fin de conſanguinit. & affinit. d.
cap fin.de conſuetud. d. cap cùm in Eccleſiæ de
ſimon cap cum haberet 5. in fin.de eo qui duxit,
quam polluit per adult.

17 Nullumquè vinculum , neque conſuetudo,
neque etiam ſententia peccatorem in pecca-
to defendere poteſt. propter animæ periculũ,
vt inquit Gaillus pract.obſeruat lib. primo cap.
18 112.num.3. Neque poteſt induci conſuetudo
per actus extorſiuos, qui in ſe peccatum ha-
bent,Gratian forenſ.par.2.cap.210.n.25.Tuſcus
d.concl.337 n.20.& n.53.

19 Conſuetudo autem nihil omnino in vſuris
operari poteſt.cap.quia in omnibus 3. vbi Gloſſ.
prima de vſur cap.inter dilectos 11. de exceſſib.
prælat.Rota in Romana ſocietatis offi y coram
Illuſtriſſ.Millino 20.Maij 1602. deciſ 11.in
impreſſis per Zacchiam de ſocietat.num. 3. & in
Romana ſocietatis 2.Ianuarij 1570.coram Illu-
ſtriſſ. Lancellotto ſeniore deciſ. 2. per Farinac.
vol. 2. conſil. & in Vrbeuetana cenſus coram
Gipſio 6 Iunij 1594.dec.11.n. 3. & 4.apud Cen-
cium de cenſib. par. prima & in Romana ſocie-
tatum 29. Ianuarij 1601. coram Mellino deciſ.
138 n.10.in fin.poſt prim.vol.conſil.Farin.Neq;
præſcriptio Ioan.Baptiſta Coſta tom.2.oper.de
re integra diſt.44.n.2.

20 Alioquin succederet, ex consuetudine peccandi, quemquam excusari posse; cùm contrà cõsuetudo maiori eum pœna dignum efficiat. *ad tex. in can. schisma 34. §. nec enim leuigatur. 24. q. prima.*

21 Non igitur ex consuetudine permittenda vsura est. Quinimò id asserens, aut hæreticus, aut de hæresi suspectus euaderet. *secũdum tex. in clem. prima §. fin. de vsur.*

Haud itaquè subsistere potuisse exactionem præfatam pro monte prædicto, quamuis ad pia destinatam, illamquè vti vsurariam damnandam esse dixi, prout damnaui. Reducẽdam tamen ad licita iuxta formam Leonine Constitutionis; ne pium periret opus, neque pauperes damnum haurirent, effeci. Aristarchi emũcto nare hud abiecto.

Ego CAROLVS MARANTA I.V.D. Vicarius Generalis, & Locumtenens Triuentin.

SVMMARIVM.

1 *Sacer locus efficitur dupliciter & n. 3.*
2 *Ius patronatus ex qualitate personarum præsentantium arguitur, vel laycale, vel Ecclesiasticum.*
4 *Similium simile est iudicium.*
5 *Vendere quis cogitur rem suam fauore Religionis.*
Pluresquè afferuntur Rotarum, ac Senatuum decisiones.
Amplia pro ampliando Monasterio Monialiũ. num 6.
Pro Seminarij amplianda domo. n. 7.
Necessitatis causa. n. 8.
Pro fundanda Ecclesia iuris patronatus. num. 10.
Pro Monasterij domibus ampliandis. nu. 11.
Pro via publica amplianda, quæ ad portam ducit Ecclesiæ. & pro commodiori ad illam accessu & ingressu. n. 12.
Etiam pro Ecclesiæ atrio ampliando. n. 13.
Pro ampliatione viridarij Monasterij Monialium. n. 15.
Et pro aliqua etiam parte Monasterij ampliãda; etiam contrà aliam Ecclesiam. nu. 39.
Vtilitatis publicæ fauore. n. 16.
9 *Religionis fauor necessitatis causa æstimatur.*
14 *Carolus Tappia Regens laudatur.*
17 *Hospitium Monachorum, quin sacer sit locus, ex nomine non perdit.*
18 *Fundorum nomina, destinatione hominum, non natura constituuntur.*
19 *Nomina ad placitum sunt rebus imposita.*
20 *Substantia rei non perditur ex nominis varietate.*
21 *Naturale, ac principale, & quod intrinsecum rei est perpendi debet, non quod extrinsecum, & accidentale.*
22 *Percutiens religiosum, quocunque nomine illi nuncupentur, in excommunicationis canonem incidit.*
23 *Nominis variatio, rei veritatem non mutat.*
24 *Effectus præualere debet verbis.*
25 *Res potius attendi debent, quàm vocabula.*
26 *Hospitium aliud temporale, aliud perpetuum.*
27 *Bulla Clement. VIII. de nouis mendicantium domibus non extruendis ad hospitia eorundem temporalia non extenditur.*
28 *Hospitium secundum personarum numerum, & qualitatem metiri debet.*
29 *Legatum à qualitate personæ legãtis, & cui legatur interpretationem admittit.*
30 *Priuilegium, & gratia secundum qualitatem personæ, cui conceditur factum exauditur.*
31 *Regula firma persistit conquassatis priuilegijs.*
32 *Soror Vrsula Benincasa laudatur.*
32 *Cultus Diuini fauor magis attenditur in constructione nouarum Ecclesiarum propter dilatationem cultus Diuini, quàm in iam extructarum, & 35.*
34 *Monachorum Congregationes ad spallendum surgentium Castra Dei aduersus spiritualia nequitiæ, dicuntur.*
36 *Concessio ad vacatura, non extenditur ad nouiter erecta beneficia.*
37 *Vtilitatem publicam priuatæ præferri Sãctum æstimatur.*
38 *Cultus Diuini pro augmento in dubio respondendum.*
40 *Religio Christiana magis augetur per constructas de nouo Ecclesias.*
41 *Res ab essentiale, & formale eius dignoscitur, non ab extrinseca denominatione, quæ accidentaria est.*

ARGVMENTVM.

Possit ne iure Dominus cogi iusto oblato pretio propriam rem vẽdere, si illa pro ampliando Monachorum hospitio, & habitatione necessaria illis fuerit? Et quid si rei ipsius Dominus sit persona Ecclesiastica?

RESPONSIO XXVIII.

COgere nè, iurè, nec iniuriã possint Reuerẽdi Patres Dominicanæ familiæ in hospitio Sanctæ Mariæ de Salute nuncupatæ, extrà Regalem Portam Neapolitanæ Ciuitatis degentes, Sororem Vrsulam Benincasa ad contiguas sibi domos vendendas, quòd illæ pro ampliãdo hospitio prædicto, & habitatione ex vsu eisdem sint? In quæstionem vertitur in Archiepiscopali Curia Neapolitana. Vnde affirmatiuam sequendo dico.

Du-

1 Dupliciter inter cætera cū locus sacer euadat: Vel construentium illum personarū qualitate; vt puta si ab Ecclesiasticis construatur personis; nam si à laicis, quamuis pijs deputetur operibus, nisi Episcopi accedat authoritas, & destinatio, profanus, non sacer æstimabitur, *Card. Zabarel. conf. 11. n. 3. vers. primo ex qualitate fundantiū. Feder. de Senis conf. 111. n. 2. et conf. 130. Calder. conf. 4. de relig domib. Paris. conf. 34. nu. 9. & seq. lib. 4. Mohedan. dec. 9. aliàs 328. nu. 6. de iure*
2 *patron.* vbi ex qualitate personarum præsentantium, iuspatronatus argui, docet; vtrum ne laicorum, vel ecclesiasticum dici valeat. *& dixerat antea Rota decis. 8. aliàs 331. de iurepatr. in antiquis. & apud Crescent. dec. 3. aliàs 156. num. 1. eod. tit. sequitur Garsias de benef. tom. 1. par. 5. c. 1. num 596. in fi.*

3 Vel secundò, cùm Episcopi accedente consensu, qui locum sacrum destinat, diuinisq; eum addicit officijs, atque diuinorū administrationi Sacramentorum deputat, locus extruitur, *iuxta tex. in c. ad hæc 4. de relig. domib. can. nemo, de consecr dist. 1. Card. conf. 8 & d. conf. 11. Feder. vbi supra. Calder. d. conf. 4. in 2. par. Paris. d. conf. 34. nu 45. Redoan. de simon mentali, cap. 16. nu. 14. cum seq. vol. 15. tract. fol. mihi 94. Quaranta de alienat. rerum Eccles. nu. 28. Marius Ant. var. resolut. lib. 1. resol. 6. n. 3. & resol. 14. n. 1. & seq. Rota in Abulen. iuris visitandi 28. Iunij 1600. corā Card. Bononien. par. 2. in recent. tom. 1. dec. 30 num. 6. quæ est etiam in impressis apud eundem Greg. XV. Ludouis. dec. 4. num. 10.* Locus autem hic, de quo disceptatio agitur, Cùm construentium illum personarum qualitate, vt puta Religiosorū, Deoq; altissimo sacrorum; tùm Episcopi destinatione, sacer & ipse, Deoq; dicatus sit. Nullus vtique inficias iurè ibit, quin omnibus perfrui valeat, potiriq; priuilegijs, quæ sacris, ecclesiasticisque locis concessa reperiuntur. Similium nempè, simile in omnibus est iudicium, *l. leges 3. C. de legibus, can. ad eius, vers. si enim ea. 5. dist. c. inter cæteras 4. in fi. de rescript. cap. inter corporalia 2. §. sicut ergo Episcoporum, in fi. de translat. Episc. Glos. fin. in c. 3. de constitutionib.*

5 Verùm, quia inter priuilegiorum turbā, quę sacris sunt concessa locis, illud non infimū, nec vulgare est (Religionis fauore) vt cogatur rem quis propriam vēdere, vbi sacri illa loci ex vsu fuerit, ad limitationē *tex. in l. nec emere 16. C. de iure deliber. & tex. in l. inuitum 11. & l. dudum 14. C. de contrah. empt. secundum communem Doctorum sententiam, Couarr. lib. 3. var. resol c. 14. nu. 7. & 8. Benedict. Capra reg. 87. n. 23. Iacob. Nouellus in add. ad Dueg. reg. 224 nu. 2. in 2 fallent. Author syntag. opin. commun. tom. 2. tit. de contract. lib. loco 4 cap. 9. col. 2. vers. fallit præterea fol. mihi 35. Felin. in c. 1. nu. 2. extrà de Iudæis. Fabian. de Monte de empt. & vend q. 3. princip nu. 38. & 39. in 10. fallent. vol. 6. tract. par. 1. fol. mihi 43. Affl. in procem. Const. Regni, q. 3. n. 10. & 11.* vbi decisum fuisse refert in Monasterio Sancti Hieronymi Neap. & pro Monasterio Sanctæ Mariæ Reginæ Cœli, Monia-
6 lium huius Ciuitatis Neap. decisum fuit pro
ampliando Monasterio præfato. *apud Gramm. dec. 75. Vinc. de Franch. dec 223. n. 6.* vbi sæpe sæpiùs iudicatum fuisse refert in S. R. Neap. Cōs. & in Senatu Subaudiæ *Gaspar. Ant. Thesaurus*
7 *par. 1. forens. quæst. q. 64 num 6. 7. & 8.* In Senatu Tuderrino pro amplianda Seminarij domo. *Vincent. Caroc. dec. 26.* In Senatu Gratianopolitano *ad tex. in l. si quis sepulchrum 12. ff. de relig. & sumptib. funer. & in l. 1. et 2. C. de cōmuni seruo manum. Franc. Marc. decis. 534. par. 1. et decis. 635. nu. 5. et 6. par. 1.* In Regno Lusitaniæ *apud Aluar. Valasc. consult. 22. par. 1.* In Curia Imperiali *apud Mynsing singular. obser. cent. 5. obser. 27.* In Senatu Mantuano *per Surd. decis. 275. et de aliment. tit. 8.*
8 *q. 94.* vbi loquitur, posse vnumquemque rem suā vendere cogi ex causa necessitatis; necessi-
9 tatis autem causa Religionis fauor, atque publica vtilitas dicitur, *Camill. Borrell. in sum. decis. omnium, tom. 1. tit. 35. nu. 45. 46. 47. et 48.* & decisum refert in Senatu Tholos. *Gerardus Maynar.*
10 *dec. 43. n. 4. et seq. lib. 4.* Et pro fundanda Ecclesia iurispatronatus *Paulus de Cittadinis de iure*
11 *patron. par. 3. q. 33. n. 47.* Pro ampliandis Monasterij domibus decisum refert in Regno Siciliæ *Marius Giurba dec. 86 num. 8. quem sequitur meritissimus Regēs Scipio Rou. prag. 3. de Monialib. n. 6.* Et in terminis hisce nostris pro claustro, & domibus augēdis Monasterij virorum, atque etiā mulierū, Veronæ decisum refert *Bartholomæus Cæpol. de seruit. vrb. præd. tit. de sepulchro, cap. 82. n. 5. vol. 6. tract. par. 2. fol. 209.* & sequitur in Regno Lusitaniæ *Cabedus decis 105. num. 3. par. 1.*
12 Pro via publica amplianda, quę ad portā ducit Ecclesiæ, & pro cōmodiori ingressu ad Ecclesiam ipsam, *Rota in Romana pratensæ demolitionis domus, coram Manzanedo 29. Februarij 1608. apud Farin. in recent. par. 2. tom. 1. dec. 213.* Et pro atrio Ecclesiæ Patrum Hieronyminorū nuncupatorum, Cōgregationis Oratorij decisum quoque in S. R. Neapolitano Consilio refert
13 *Nicolaus Ant. Gizzarel. dec. 37.* Et in eadē causa pro ampliando Ecclesiæ atrio, quod pars templi dicatur, *Regens Carolus de Tapia Sacri Regij*
14 *Collateralis ac supremi Consilij Decanus, Belmontis Marchio*, vir laboribus indefessus, doctrina eximius, ingenio acris, ac laboratus, *decis. Sacri Consilij 7. & antea dixerat in elaborato opere Iuris Regni par. 1. ad pragm. 3. de Monialibus fol. 51. & Reuerendissimus Riccius in praxi par. 3. resol. 557.*
15 Et etiā pro ampliatione viridarij Monasterij Monialium Papiæ decisum refert *Marius Antonius var. resolut. lib. 1. resol. vlt. casu 29. Gratian. forens. par. 5. cap. 896. n. 6. 7. & n. 22. & seq.* & cōmunem dixit *Rota in Iannens. domorum, coram Manzanedo 15. Maij 1615. par. 1. in recent. tom. 2. decis. 676. n. 1. Io. Baptista Costa de remed. subsidiar. remed. 76. nu. 8. & 9. Menoch. de arbitrar. centur. 5. casu 462. n. 13. Socin. reg. 435. n. 8. & 9. Caned. ad decretum in can. renouantes, 22. dist. collect. 52. n. 2. Pater Molina de iustitia, & iure, tract. 2. disp. 341. Card. Tuschus tom. 8. littera V. conclus. 59. num. 19.* vbi limitat regulam fauore Religionis. *Boerius dec. 322. n. 2. Mastrill. dec. 280. par. 3. Regni Siciliæ.*

Marius

Marini Muta Siculus decis.8 nu. 7. Riccius dec. 10 par. prima n. primo,& decis.138. in hac causa pro qua ego Patronus interfui,& resolut. 423. nu. 1.& seq. par. 2. in praxi.& collect. 76. par. prima,& decis. 68. par. 4. etiã pro amplĩãdo circuitu Ecclesiæ, Genuens. in practicab. Eccles. q. 241. Concedi, vtique debebit nostro huic Monachorum hospitio, vt priuilegio huiusmodi potiri valeat, quo omnes aliæ fruuntur Ecclesiæ, pro amplianda, dilatandaquè monachorum habitatione: cùm illa supra modum indigeant, vt coaceruatim, loci ipsius præssura, cellarũq; carentia viuere cogantur, quod aduertit, nec ineptè Florianus in præfata l. si quis sepulchrũ. num. primo, vbi sic loquentem audias, operæ pretium est, atque è re nostra optimè, & ad
„ amussim. Nota istam legem (inquiens) per quã
„ dicit Gabriel. quod religiosi non habentes in loco
„ suo locum eis condecentem, seu sufficientem, pos-
„ sunt petere, quòd loca eis condecentia assignen-
„ tur, propter fauorem religionis, vt hic;& per hãc
16 „ rationem compellitur Vicinus eis vendere do-
„ mum quia fauore publicæ vtilitatis compellitur,
„ quis vendere rem suam. l. 2. in princ. supra de
„ his. qui sunt sui, vel alieni iur. Hæ Florian. Socin. d. reg. 435. num. 8. sequentibus loquens ver-
„ bis; dicens. Fallit quãdo locus est vicinus Mo-
„ nasterio, puta aliqua domus, & monachi volunt
„ extendere dormitorium, nec aliter possunt, nisi
„ concessa illis domo vicini; quia tunc dominus cõ
„ pelli potest ad vendendum. ita dicit Ioan. de Ana-
„ nia in cap. Apostolicæ. extrà de iudic. Hæc Soccinus Bartholom Capoll. d. cap. 82. num. 5. in fin. Franc. Marc. d decis. 534. nu 4. Surd conf. 62. nu. 7.& 8. vol. primo Franc. Anton. Costa Siculus cons. 28 nu. 13. aliiquè paulò antè relati Doctores. Vt nulla sit ratio, cur contrarium in hoc facto nostro asseuerauerimus.

Neque enim refragatur, in quo toti sunt Aduersarij; locum hũc Patribus prædictis pro hospitio concessum fuisse; vt cesset proinde dilatationis ratio.

17 Præterquàm, quòd enim, non perdat ex hoc naturam suam, nè sacer locus hic perseueret, & pro Monachorum habitatione sit destinatus, cuius occasione priuilegium sortitur, quòd
18 „ hospitij nomine sit cohonestatus. Cùm no-
„ stra destinatione fundorũ nomina, & domus,
„ non natura constituũtur, vt loquitur Pomponius in l. quod in rerum 24. §. si quis testamento
19 ff. de legat. primo. Nomina verò ad placitum
20 ab hominibus imposita rebus fuere. Haud igitur debebit nudum nomen his patribus nocere; cùm fateri debeat rei substantiam certam esse, atque determinatam, iuxta tex. in l. 2. §. sed
„ si sint heredes. ibi: Ne nudum nomen ff. ad Tertullian. sequitur Rota in recent. par. 2. tom. 1. dec.
21 254. nu. 5. Qua de rè, quod naturale, ac principale, siue intrinsecum rei est, perpẽdi debebit, non quod extrinsecum, & adiacens, siue extraneum ei. arg. tex. in l. si quis nec causam 4. ff. si cert. petatur, vbi plenè Ias. n. 3. 4.& seq. tacitquè tex. ad hanc rem notabilis in cap. non dubium 5.

22 vbi Felin. nu. 2. de sent. excom. Quatenùs habet, nil officere nominũ diuersitatem, quibus Religiosi nuncupantur; quin eos percutiens sententiam incurrat canonis: cùm satis sit, eos cultui destinatos esse summi Dei, vt gloss. fin. ibidem aduertit. sequitur Nauar. de iubileo notab. 11. nu. 6. Et in hac Ciuitate, quãm plura etiam sint loca, quæ hospitij nomine insignita, sacri naturam, & formã haud perdidere, quin
23 & ipsa dilatata fuerint. Quòd nimirum nominis nuncupatio, vel variatio, rei veritatem minimè immutet. l. ad recognoscendos 20. vbi Bal.
24 C. de ingen. manumiss. Effectus autem verbis præualere, ac præeminere debet, vt post Bald. in l. cotemferro §. qui maximos in 2. q. ff. de publican. sequitur Crauett. cõs. 114. n. 2. 3. 4.& 5.&
25 Rota apud Illustriss. Caualer dec 16. n. 2. Cùm res potiùs attendi debeant, quàm vocabula, rerũquè nomina. ad tex in can. humanæ aures. 21. vbi Gloss. 22. q. 5. l. labeo 7. §. quare speciem ff. de supellect. legat. Andr. Gaill. pract. obser. lib. 2. obser. 53. nu. 5.

26 Nihilominus tamen distinguo de hospitio, illudquè in duo seco. Vt temporale vnum, alterum verò perpetuum dicatur ex Gloss. in l. et habet 15. §. hospites. verbo non intelligatur ff. de prætor. secundum tex. in l. lex Cornelia 5. §. domum. vbi Gloss. verbo hospitio, & §. si tamen ff. de iniur tex. in l. nec in ea. 22. vbi Glos. verbo domicilio ff. de adulter. tex. in l. licet 6. §. fin. ff. nauta. caupon.& stabul. vbi Paulus Iureconsultus, hospitij repẽtini meminit, in quo quis vti viator recipitur. facit tex in l. prima §. habitare autem ff. de ijs, qui deijcerunt vel effuder. Ias. in l. pleriquè nu. 18. ff. de inius vocan. vbi habitare dicit eum, qui hospitium ad annum, vel sex menses conduxit. Alberic. de Rosata in dictionario verbo habitator, & verbo hospes. Petrus Gregor. Tholos. syntag. iur. vniuer. par. 3. lib. 39. cap. 7. n. 7.

Quatenus igitur admittenda erit Aduersariorum obiectio; illam in temporali Monachorum hospitio concedo; nego verò in perpetuo, quale hoc nostrum est, per Breue à Sãctiss. D. N. Papa concessum, intercedente quoque Illustriss. Domini Archiepiscopi Neap. consensu. Vnde Patres ipsi diuinis officijs, missarum celebrationi, Diuiniquè Verbi prædicationibus; atque pœnitentium excipiendis peccatorum confessionibus incumbunt. Quod neque abhorret Dominus Riccius in praxi decis. 652. in priori impressione, quæ est repetita decis. 141. in 2. par. decis. & si non fuerit inserta
27 in secunda impress. praxis par. prima. quatenùs docet Bullam Clement. Papæ VIII. de non facienda mendicantibus facultate nouos extruendi Conuentus; non extendi ad hospitia, et verùm id exaudiri dicit in hospitijs ad temporalem transeuntium monachorum stationem; non autem in perpetua, & firma, stabiliquè eorum demoratione. Quæ profectò ab Aduersarijs, qui pro se Dominum Riccium proferunt, minùs rectè expensa fuisse, euidenter apparet.

28 pater. Præterea; Hospitium secundum personarum numerum, & qualitatem metiri debemus, vt nō omnibus passim idem, atque æquale conccdatur. *est tex. in l. 2. vbi scriben. C. de metatis lib. 12. faciunt tex. in l titia testamento 40. §. Seia testamento. vbi etiā Gloss. ff. de auro, & arg. legat. tex. in l. si seruus plurium 53. §. fi. vbi Gloss. verbo consuetudo ff. de legat. prim. tex. in l plenum 12. §. æquitij ff. de vsu, & habit.*
29 quatenùs habetur in illis, legata secundū personæ legantis, & cui legatur qualitatem, dignitatemquè, atque conditionem interpretationem admittere. *& tex. in cap. pastoralis 7. secūdum intellectum innocent. ibid. de donat.* quatenus, donationem ex personis donantium, quibusquè donatur qualitatem, expendi debere, docet, *sequiturquè Abb. ibid. nu 9. Simon de Pretis cons. 117. nu. 34. & 35. Menoch. lib primo de præsumpt. q. 28. nu. 10. & lib 4. præsumpt. 106. n. 6. & 7. Petrus Pecbius de testam. coniug. lib. 5.*
30 *cap. 26. n. 2.* Priuilegium quoque, quod simpliciter loquitur, & gratia, secundum personæ qualitatem, cui cōceditur, dignitatemq; atque conditionem factum exauditur. *l. ex militari 11. vbi Bald. ff. de militar. testam. sequitur Ioan. Lopez in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 11. nu. 14.*

Nec obstabit, quæ vlterius ab Aduersarijs refricatur quæstio, quòd domus, quæ, vt ve-
31 nundetur, petitur, sit Ecclesiasticæ, religiosæq; personæ, vt dissectis, quassatisquè proinde priuilegijs, firma remaneat regula. *tex. in l. nec emere, Bart. in auth. quas actiones C. de sacros. sanct. Eccles. Felin. in can. in præsentia. 8. de probat. col. 14. num. 30. Marsil. sing. 99. incip. priuilegiatus Couar. in lect. reg. possessor par. 2. §. 2. nu. 4. ad notat. in auth. de Sanctiss. Episcopis §. sed hac præsenti collat. 9. & in l. verum 12. §. vlt. cū l. seq. ff. de minorib. Gratian. d. par. 5. cap. 896. nu. 22. plenè Riccius dec. 59. par. 3.*
32 Præterquàm, quòd enim non ita id in facto admittitur, vt præfertur, domum personæ esse Ecclesiasticæ; quamuis religiosæ mulieris, Deoquè dicatæ, vt toti Ciuitati, & exteris quoque admirationi sit eius viuendi gēnus, omninò sanctissimum, & exemplare.
33 Nihilominus tamen attendendus magis erit cultus Diuini fauor, qui ex dilatatione Ecclesiæ, ac Monasterij insurgit, ob Monachorū fre-
34 quentiam, qui in illo etunt (Castra enim Dei sunt hæc, aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus *secundū Apostol. ad ephes. 6. 13.*) diù, noctuquè psallentium monachorum atque pugnantium aduersus carnem, & sanguinem, quàm simplex, & temporaria, nedum Ecclesiasticæ personæ, si quę illa esset, verùm, & Ecclesiæ alterius iam ædificatæ vtilitas. *ad tex. in c. ad audientiam 3. de Eccles. ædifican. Butr. in cap. cum olim 6. nu. 15. de consuet. allegat tex. cum gloss. ibid. in can. Ecclesia 16. q. prima. Rota apud Ill. Seraph. decis. 847. nu. 3. Franciscus Marcus d.*
35 *dec. 534. nu. 6. par. prima.* Quoniam maior ædificandæ debetur fauor Ecclesię, quàm exædificatæ idm (cæteris paribus) ob dilatationem Diuini cultus. *cap. fin. de Eccles. ædifican. cap. fin. de testam. Bellenc de charitat. subsid. q. 88. nu. 3. tom. 15. tract. par. 2. fol. 163. sequitur Cœpolla d. cap. 82. num. 5. ex tex. in clem. fin. de rescriptis.*
36 Quatenùs habet concessionem ad vacaturā factam, non extendi ad nouiter erecta beneficia. *Paul. de Cittadin. par. 3. de iure patron. q. 33. nu. 47. Franc. Mar. d. dec. 534. nu. 4. & 635. nu. 5.*
37 Cùm sanctum sit publicam priuatæ preferre vtilitati, *vt inquit Angel. in l. prima. n. 7. ff. solut.*
38 *matrim.* & pro augumento Diuini cultus in dubio respondendum esse, decreuit *Rota apud Sanctiss. Ludouis. Gregor. XV. decis. 483. num. 6.*
39 Et decisum fuit etiam pro Monasterio in aliqua ipsius parte amplianda, etiam contrà aliam Ecclesiam *in dicta Romana pratensa demolitionis domus 29. Februarij 1608. corā Ma-*
40 *rezanedo par. 2. tom. 1. in recent. dec. 213.* Quia per construendas Ecclesias augetur magis Christi Domini Religio. *vt Gizarell. (inquit) d. d. c 37. n. 6. & sequitur optimè Regens, & Marchio Fuluius de Constantio ad l. primam C. de vendit. rerum fiscal. nu. 88. & 89. lib. 10. Gratian. d. cap. 896. nu. 26. & 27 plenè Mastrill. dec. 280. per tot. par. 3. & præsertim à n. 88.* vbi loquitur in duabus Ecclesijs. *Genuens. d. q. 241. à n. 3. cum seq.*

Sacer itaquè, cùm sit hic locus, atque Ecclesiasticarum personarum pro habitatione destinatus (licet quidem sit hospitij nomine insignitus) non ex hoc tamen perdet naturam
41 suam, quæ ex essentiali, & quod est formale eius dignosci debet, non verò ex extrinseca denominatione; quę accidentaria est. *secūdum Marcellum in l. Iulianus 9. §. si quis rem ff. ad exhiben.* priuilegijs omnibus, quibus sacrę alię perfruuntur domus, & Ecclesię potiri, & ipse debebit; atque cōcedi, vt facto domus appretio per expertos, cogatur eius Domina illam patribus vendere, ad dilatandam monachorū necessariam habitationem.

Et ita ex his respondendum sub censura censui.

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Aduocatus.

Vt sunt res humanę in arbitrium redactę; putauere Iudices hospitij nomen dilatationē haud admittere, ac propterea patrum petitioni locum non esse. Verùm domus alteri verundatæ fuere. Et mirum, quid accidit, ac quasi miraculum à Deo, quòd qui se opposuere patrum petitioni, omnes breui extincti, humanæ naturæ debitum persoluere.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium quamuis tenue iurisdictionem tribuit Episcopo in cuius diœcesi situm est, vt beneficiarium promouere possit, & num. 8. & n. 78.*

2 Lex

16 *Gratia Dei quòd quis priuetur, ne fructificet in uitam æternam, suis peccatis, et socordiæ ascribere quilibet debet, non Dei seueritati.*
17 *Libero arbitrio mali peccant; boni autem per gratiam corriguntur.*
18 *Iure suo qui vtitur, non imputatur ei damnum, quod ex eo alteri enascitur.*
19 *Iniuriam haud facit, qui se, & sua tuetur, licèt inde damnum alteri enascatur, si aliter non possit.*
20 *Iure meo vti valeo, etiam cum damno alterius.*
Et consulere mihi possum cum damno alterius. num 21.
22 *Damnum, & malum imminens, vt à me auertam, etsi damnum inde alteri sequatur, nullo iure prohibeor.*
23 *Iure quod fit, iustè quoque fit, & benè.*
24 *Dolo facere nõ videtur, qui se plus altero diligit.*
Vnde quisque magis se amare tenetur in vngue pedis, quàm aduersarium in vertice capitis, num. 25.
26 *Vtilitas communis, priuatæ præfertur.*
27 *Bonum cõmune, peculiari, et priuato antefertur.*
28 *Patriæ, & reipublicæ pro salute magis quis arctatur, quàm proximis priuatis teneatur.*
29 *Expulsum iustè è Religione, non tenetur postmodum superior recipere, si cõmunitati noceat.*
30 *Proximi salus procuranda est, quantum tamen fieri potest honestè, & sine incommodo communitatis.*
31 *Animæ causa potior est, quàm corporis; potissimum in pari causa, & vbi de vitando peccato agitur.*
32 *Anima res est altioris ordinis, quàm corpus, & ideo omnibus rebus præferri.*
33 *Animæ vnius amissione, maius ruina fit, quàm mille corporum.*
34 *Charitatis ordo quoad diligibilia sub præcepto cadit.*
35 *Tutior pars pro anima sequenda est.*
36 *Nullus tenetur, cum animæ suæ periculo, alterius animæ periculo, & damno occurrere.*
38 *Mali quòd damnentur, non Dei præscientiæ, sed suis peccatis, & malitiæ ascribere debent.*
39 *Damnum temporalis fortunæ in rebus, fama, honoribus, & alijs, suis peccatis tribuere debet homo, non Deo.*

ARGVMENTVM.

An licitè, & absque conscientię scrupulo permittatur mihi vti iure meo, fac, inde damnum alteri sequatur? Et num, vt proximi malum (potissimùm verò necem) præcaueam, debeã me peccandi periculo exponere? ac de charitatis ordine: non inepta responsio.

RESPONSIO XXVI.

IN facti controuersia; possine Monasterij cuiusdã Moniales, tuta conscientia, mulierem quandam ab illo eijcere, & si quidem satis nobilibus ortã natalibus, moribus tamen nõ omninò integram; vt deprauatis eius actibus intrà claustra Monialibus, extrà verò ea, laicis non leue, sed euidens scandalum ingeneret; eo motiuo dumtaxat, quòd scrupulus subsit aliquis, si expellatur, aleam currat, ne à consanguineis ad necem petatur.

Perpensis omnibus, quæ ex vtraque parte in facto supponuntur; affirmatiuè respondendum censui.

1 Tùm quòd, & si quidem mandauit Deus vni-
2 cuique de proximo suo. *Eccles.* 17.*n.*12. Magis
tamen tenetur vnusquisque ad seipsum charitatem habere, quàm ad alium; ad quem non maiorem debet, quàm, quòd eum diligat sicut seipsum. Diliges proximũ tuum sicut teipsum, (Dominus inquit) *Matth.* 22. *num.* 38. & 39.
3 *Luc* 19.18. Quisque enim regulam proximum
diligedi, ex seipso metiri debet, *secundum S. Augustinum lib.* 1. *de Ciuitate Dei, relatum can. si non licet* 8. *§. nec adeo tamen.* 33. *q* 5. *Glos. fin. in c. nisi*
4 *specialis* 3. *de author. & c. fi. pallij.* Regula autem
prior est, quàm regulatum. *S. Th.* 2 2. *q.* 26. *art.* 4. *Syluest. verb. charitas. q.* 3. *Ioan. Azor instit. moral. par.* 2. *lib.* 12 *cap.* 5. *q.* 2 *Petr. Binsfeld in Enchirid. Theolog. Pastoral. par.* 3. *de decem præcept. c.* 3. *§.* 1. *circa fin. & §.* 2 *Dionys. Carthus in d. cap.* 22. *Matth. art.* 36. Quamuis (inquiens) proximum amare debeamus sicut nosipsos, nõ tamen in tantum, siuè æqualiter. *Pater Paulus Layman. in summa Theolog. moralis, tom.* 1. *lib.* 2. *tract.* 3 *c.* 12. *num.* 2. *corollar.* 1. *tex. in can. qui vult* 19. *vbi Gloss. verbo seipso, de pœnit. dist.* 3.
5 Profectò quòd prima, & ordinata charitas,
à seipso initiũ ducat, *secundum text. in l. præses* 6. *vbi Glos & Doct. C. de seruit. & aqua Glos. d. c. nisi specialis, vbi Abb. n.* 6 *Glos in c. licet* 3. *verb videamur, de supplenda neglig. Prael. Glos. in can. scias* 35. *verbo præferenda, circa fin.* 7. *q.* 1. *Abb. in c.* 2. *nu.* 5. *in* 4 *notab. in fi. de coniug. lepros. Felin in c. qualiter, & quando* 17. *col.* 3. *nu.* 5. *in* 3 *notab. de accus. Crau. cons.* 8. *n.* 17 *Tiraq de priuil piæ causæ priuileg.* 68. *Paris. de resignat. benefic. lib* 9. *q.* 17. *nu.* 117. *Azor d. lib.* 12. *c.* 4 *Fr. Bernardin. de Bustis in Rosar. serm. par.* 2. *serm.* 5. *in* 4. *par sermon.* 9 *secundo principaliter, f.* 100. *Pelbartus in Theologico Rosario, tom.* 3. *verbo Charitas* 5. *§.* 37. *& §.* 39. Vbi propterea non dedisse Dominũ præceptum de diligendo seipsum, dicit, quia diligere seipsum est quasi primum, & notissimum. *Illustriss. Card Tuschus tom.* 1. *litt. C. concl.* 220. *nu.* 3. *& seq. Riccius par.* 1. *collect.* 416. *& in praxi var. resol. par.* 1. *resol.* 116. *n.* 3. *et resol.* 518. *n.* 4. *Capp. Tholos. dec.* 500 *ex tex. in can non satis,* 86. *dist. Horatius Viscontus concl. iuris, verbo Charitas* 1. *fol.* 25. *Gratian. foren. discep.*

per-

par. 1. cap. 176. n. 2. & 17. Affl. decis. 290. n. 8. et 9.
Barbos. assiom. 42.
6 Haud debebit proinde homo, ipse periculũ
subire peccandi, vt proximũ à peccato liberet.
Recupera proximum secundum virtutem tuam, &
attende tibi, ne incidas, Sapientis ore loquitur
Spiritus sanctus *Eccles. 29. num. 27 vbi Dionysius*
„ *Carthus. art. 30. Necessitatem, atque inopiam eius*
„ *relenans, secundum quòd tibi possibile est. Nec ad im-*
„ *possibilia, aut illicita te obliges propter eum. S. Thom.*
7 *d. art. 4. ad 2.* Quia plus nostram, quàm proximi
animam, secundum charitatis ordinem dilige-
re debemus. Nimirum, quòd potior, ac vici-
nior est ratio diligẽdi seipsum, quàm alterum.
8 Sicuti prior est vnitas, siue identitas, quàm cõ-
iunctio, seù societas, *textus est in can. faciat 15.*
„ *22. q. 2. Faciat homo (inquit ibi August. lib. de men-*
„ *dacio) pro vita temporali, vel salute hominum quod*
„ *potest. Cùm autem ad hoc ventum fuerit, vt tali*
„ *saluti, nisi peccando consulere non possit, iam se exi-*
„ *stimet non habere quid faciat, quoniam id reliquum*
„ *esse prospexit, quod rectè faciat.* Hæc ille.
Et S. Hieronymus in illud Matth. 18. postquam
Dominus dixerat: Et si oculus tuus scãdalizat
te, erue eum, & proijce abs te. Bonum est tibi
cum vno oculo in vitam intrare, quàm duos
oculos habentem mitti in gehennam ignis.
„ *Videte* (subnectit) *ne contemnatis vnum ex his pu-*
„ *sillis. Quantũ in vobis est* (loquitur Hieronymus)
„ *nolite contemnere; sed per vestram salutem, etiam*
„ *illorum quærite sanitatem. Sin autem perseuerantes*
„ *in peccatis videritis, & vitijs seruientes; melius est*
„ *vos solos saluos fieri, quàm perire cum pluribus.*
Hæc S. Hieron. *quem etiam sequitur Sà in eundem*
locum Matth nu. 39. S. Antonin. in sum. par. 1. tit. 4.
cap. 6. §. 1. vers. debet secundo, intentio. in fi. et par. 4.
tit. 6. c. 3. in princ. & §. 8. Aug. verbo Charitas, *n. 4.*
in fi. Tabien. eod. nu. 18. q. 16. Nauarr man cap. 14.
nu. 23. vers. quarto peccat. Azor d. c. 4. q. 2. & c. 5.
q. 4. Vigaerius in instit. Theologic. de virtute chari
tatis. c. 12. §. 1. vers. tertio, de ordine charitatis vers.
post Deum. Pater Layman. d. cap. 12. nu. 1. Viscontus
d. verbo Charitas. *Biasfeld vbi supra. Barbos. dicto*
assiom. 42. Pater Fernandus de Castro in opere mo-
rali, tom. 1. tract. 6. dispat. 6 punct. 16 sub nu. 3.
9 Magis igitur ad seipsas charitatem debent
Moniales, quàm ad mulierem hanc. Proindeq;
cauere magis, vt à se scandali, ac consequẽter
peccandi causam, & periculũ semoueãt, quàm
quòd deturbent ab hac muliere exortum scru-
pulum, ne occidatur, si Monasterio pellatur.
10 Quia anima pluris habẽda est, quàm vita tem-
poralis proximi; cùm habeat pleniorem ratio-
nem diligibilis ex charitate *secundum S. Th. 2. 2.*
11 *q. 25. art. 12. & q. 26. art. 5.* Neque vnquam lici-
tum sit, cuiuscunque boni assequendi gratia,
charitatem Dei abijcere; vel spiritualem pro-
priæ animæ iacturã per peccatum (quãtumuis
„ exiguum) velle sibi optare. Quid enim prodest
„ homini, si vniuersum mũdum lucretur, animæ
„ verò suæ detrimentum patiatur: aut quã dabit
„ homo commutationẽ pro anima sua? Christus
inquit *Matth. 18.* Quia prædiligenda est anima
propria omnibus. *Pelbartus d. verbo Charitas 5.*
§. 37. & tom 4. verbo Eucharistia 5. §. 23. fol. 111.
col. 3. P. Layman. d. cap. 12. num. 2. corollar. 1. tex. in
d. can. faciat homo. 22. q. 2. Ioan. Baptista Carradus
tom 1. q. 389. Et ex sentẽtia infallibilis veritatis
eiusdem Christi, Dei, & Domini nostri. *Ioan. 15.*
nu. 13. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt ani-
mam suam ponat quis pro amicis suis. Animã, id est
vitam temporalem. Hebraismus enim est, quo
anima, pro vita exauditur, *vt explicat P. Ioannes*
Maldonatus in eundem Ioannis locum nu. 13. in fin.
& P. Barradias tom. 4. lib. 4. cap. 15. fol. mihi 319.
& Dionys. Carthus. ibid. art. 37. col. 4. & explanat
ad rem nostram *Fr. Paulus Fraxinella de obligat.*
Sacerd sect. 3 prænot. 3. §. 2. n. 5. Quod Christiana
charitas non ampliùs se extendat, nisi vt iactu-
ram temporalium bonorum, & vitæ tẽporalis
pro spirituali bono, & vita æterna proximi
quis subeat; non verò vt iacturã in bonis spiri-
tualibus gratiæ, & gloriæ patiatur. *et Charibus.*
vbi supra.
12 Tùm secundò, quòd Monasterium, seù Mo-
niales ius habent expellendi, & eijciendi hanc
mulierem, ne eas inquietet malis suis moribus,
& exemplo. Illa verò, eo dumtaxat quæsito co-
lore, quòd si eijciatur, periculum subeat, ne
occidatur, nullum ius permanẽdi obtinet, ne-
que cogendi Moniales, vt eam retineãt. Quòd
enim eijciatur, sua id culpa accidit ei, non verò
13 Monialium. Damnum autem, quòd quis sua
culpa patitur, sibi debet, non alijs imputare.
regula damnum 68. de reg. iuris, in 6. l. quod quis ex
culpa sua 204 ff. eod. Nauarr cons. 32. num. 4. lib. 3.
tom. 1. de preb. Rota apud Cocciaam *decis. 15 nu. 1.*
& decis. 71. nu. 2.
14. Nam, quòd priuetur quis gloria visionis di-
uinæ præsentiæ, Deo ipsi, eiusquè diuinæ præ-
scientiæ id imputare minimè debet, sed suæ
culpæ, atque peccatis ascribere, *ex S. August.*
15 *relato can. Nabucodonosor 18. 23. q. 4.* Dei enim
prædestinatio nulli est causa labendi, *secundum*
eundem Aug. can. vasis iræ 19. §. ex nobis exierunt,
d. causa 23. q. 4. Vnde Oseæ 13. dicitur, Perditio
tua Israel; tantummodo in me auxilium tuum.
Non enim Deo succensere debent peccatores,
quod pereant, cùm id eis ex proprijs flagitijs
accidat, contra Dei legem peccando, *vt Pater*
Franciscus Ribera eundem locum num 11. explicat.
16 Et quod priuetur quis gratia Dei, ne fructifi-
cet in vitam æternam, peccatis suis, suæquè id
socordiæ vitio vertere debet, non Dei seueri-
17 tati tribuere, *can. audi 21. 11. q. 3.* Cùm boni
„ per gratiã corrigantur, & libero arbitrio mali
„ pereant, *vt S. Aug. inquit d. can. vasis iræ, § non*
ergo. S. Antonin. ad d. reg. damnum, de reg iur. in 6.
par. 1. sum. tit. 20. littera D. sequitur Cagnol. *ad di-*
ctam l. quod quis ex culpa 204. de reg iuris num. 1.
Sibi ergo, non monialium seueritati hæc tri-
buat mulier, si expellatur; cùm nolit in melius
vitam corrigere; quod posset, si vellet, atque
diuinas sequi inspirationes, non diaboli sugge-
stiones.
Tum tertiò, quòd iure suo vtuntur Monia-

les, mulieeem hanc expellendo, & malum à se
ipsis auferendo. Vnde nihil omnino ad eas
damnum, quod consequēter oriri poterit mu-
lieri huic per necem ei ab consanguineis infe-
18 rendam fortasse. Quippè cùm, vbi quis iure
suo vtitur, licèt sanè damnum ex eo alteri ena-
scatur, præsertim cùm id non intendatur, nul-
lo pacto eidem imputari potest. *tex. d. cap nisi*
specialis 3. in fi. vbi Abb. num. 8. de authorit. & vsu
pall. Abb in cap cùm Ecclesia Vulterrana 31. n. 11.
de elect. tex. in l. fluminum 24. §. fin. ff. de damno in.
,, *facto. Neque enim æstimari* (inquit ibi Vlpia-
,, nus) *operis mei vitio, damnum tibi dari in ea re,*
,, *in qua iure meo vsus sim*. Hæc ibi. *Armilla*
verbo ædificare, num. 1. Malina de iustitia, & iure,
tom. 3. disput. 727. num. 5. Capolla tract. de seruit.
vrbanorum prædiorum, cap. 62. n. 2. in tertia fallent.
volum. 4. tract. fol. 172. & cap. 39. num. 3. Sanchez
de matrim. lib 3. disput. 18. num. 29. & in opere mo-
rali, tom 2. lib. 7. cap. 16. nu. 54. Gaillus pract. obser.
lib. 2. obseruat. 69. num. 11. & 12. Surd. cons. 300.
num. 21. & 22. lib. 2. & cons. 374. num. 17. vol. 3.
Mascardus de probat. conclus. 62. num. 4. libro 1.
Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. Gloss. 45. §. 3. nu. 18.
Card Tuschus tom. 4. littera I. conclus. 162. Barbos.
assiom. 135. nu. 8.

19 Nec enim iniuriam facit, qui se, & sua tue-
tur, cùm aliàs non possit; licèt damnum alteri
,, sequatur. Nec enim iniuria hoc fecit, qui se
,, tueri voluit, cùm aliàs non posset, *Vlpianus lo-*
quitur in l. 3. §. quod ait prætor, ff. de incend. ruina,
& naufrag. Ex quo tex. *Albericus ibidem num. 1.*
20 conclusionem elicit: Quòd conceditur ali-
quid causa iuris sui conseruandi, etiam cum
damno alterius. In textu enim ipso quæstio
proponebatur: Si diruat quis vicini domum,
vnde in domum propriam incendium, & con-
flagrationem timebat, an aduersus eum actio
,, detur? Negat Iureconsultus, *Quia, cùm de-*
,, *fendendarum suarum ædium id fecit, dolo caret.*
Est etiam tex *in l. si quis fumo 50. §. quod dicitur,*
ff. ad legem Aquiliam, vbi Albericus. quem text.
allegat quoque Glossa in verbo semetipso, in dicto
21 *can. si non licet 8. 23 q. 5.* dicens: Quòd possum
,, mihi consulere, cum damno alterius. *facit tex.*
in l. qui seruandarum 15. in princ. ff. de præscript.
verbis. quem allegat quoque Glos in d. can. qui vult
ordinatè 19. verbo seipso, de pœnit. dist. 3. & plenè
Cravetta dicto cons. 8. & Glos d. cap. nisi specialis,
verbo eligentes, in fin. sequitur etiam latè *Petrus*
Binsfeldius ad tex. in cap. si quis domum 6. de iniur.
& dam. dato q. 3. concl. 6. fol. mihi 339. Franciscus
Marc. dec. 478 n. 7. par. 1. P. Io. Valerus de different.
inter vtrumque forum. verbo damnum, different. 6.
Vinius decis. 150. num. 1 & sequent. libro 1.
Neque mulierē hanc Monasterio pellunt Mo-
niales, vt eidem damnum inferāt, eiq; noceant;
22 sed vt à seipsis malum remoueant, quod suis
pessimis moribus eis imminere facit, seq; tueā-
tur, non vt offendant, neque proximum lędant.
Quod sanè, ne fiat, nullo iure prohibetur, *vt est*
tex. in d. l. quo naufragio 3. §. quod ait prætor, de in-
cend. rui. naufr. & sequitur Binsfeld. d. q. 3. concl. 2.
& conclus. 6. Ne alioquin accidat eis dicere,
quod cecinit ille:

Heu patior telis vulnera facta meis.

Nihil est itaque, quod timeant sibi Moniales in
conscientia, de dāno, quod mulieri huic immi-
nere posset, si Monasterio pellatur. Cùm iurè eā
23 ipsæ pellant. Si igitur iurè, ergo iustè; si iustè,
ergo benè. *secundū Aug. can. quid dicam 11. in fi.*
14. q. 4. quem, ad rem sequitur And. Isern. in c. 1. qui
success. teneātur, n. 13. vers. vnde dic, quod reuocent.
in vsib. feud. Fred. de Sen. cons. 36. n. 2. Alciat. reg. 3
24 *præsump. 23 n. 1. vol. 5. tract. f. 146.* Neq; dolo fa-
cere videtur, qui se plus altero diligit, *vt post*
Cran. d. cōs. 8. n. 16. sequitur Barbosa d. c. nisi specia-
25 *lis, n. 3. in fi.* Et vnusquisq; ex ordinata charitate
magis teneatur se amare in vngue pedis, quàm
aduersarium in vertice capitis, *vt inquit* Card.
Tusc. tom. 1. lit. C. d. concl. 220. n 5. ex Cean. vbi sup.
Barbos d. assiom. 42. n. 3 et seq.

Tùm denique, quod neq; possunt tuta cōscien-
tia superiores, qui gubernacula retinēt Mona-
sterij, diutiùs mulierē hāc in illo pati conniuē-
tes. Quoniā ex deprauatis eius moribus dānū
imminet cōmunitati (fac certū esset periculū,
quod ad necem peteretur à cōsanguineis, si extrà
illud eijceretur.) Quò ad hanc enim agitur de
vitādo damnū in particulari; quò ad Moniales
26 verò de vitādo damnū in cōmuni. Speciali igi-
tur vtilitati, cōis præferri debebit. *text. in can.*
scias 35. 7 q 1. ubi Gl. tex. in c. bonæ 3. de postul. præl.
vbi Gl. verbo cōmunem, c. licet 18 de regular. Nau.
cons. 6. nu. 1. lib. 1. de constit. Boer. dec. 134. n. 2. in fi.
Surd. dec. 255. n. 11. Cabed. dec. Lusit. 74. n. 5. par. 1.
27 Quinimò naturaliter accidit, vt cōe bonum,
peculiari, atque priuato præferatur, *secundum*
S. Th d. q. 26. art. 3. et art. 4. ad 2. faciūt notata per
Nauar. de orat. et horis canonic. c. 19. nu. 91. vers. 8.
28 vbi agit, quòd magis tenetur quis pro salute
patriæ, & reipublicæ in communi, quàm pro-
ximis priuatis, *plenè Azor. d. lib. 12. cap. 4. & 5.*
Pater Layman d. c. 12. Gratian. forens. par. 1. d. c. 176.
nu. 8. 9. et 16.

29 Hinc est, quòd iustè Religione pulsus, quāuis
postmodum redire voluerit, nō potest cogi su-
30 perior eum ampliùs recipere. Profectò quòd,
etsi salus proximi procuranda sit, id tamen ex-
auditur, quantum fieri potest honestè, sine in-
commodo communitatis, ne damnum aliquod
nnascatur eidem, *vt post alios sequitur F. Bartho-*
lomæus à Sancto Fausto in thesauro Religiosorum,
lib. 6. q. 254. nu. 4. in fi.

31 Præterquàm quòd item in pari causa, vbi
agitur de vitando peccato alterius, potior est
causa animæ, quàm corporis, *secundum S. Thom.*
d. q. 26. art. 5. Barbos. assiom. 26. nu. 1. et seq.

Ast, quòd eijciatur hæc mulier, ne malo suo
exemplo Moniales deprauet, & ad peccatum
pertrahat, & alliciat, causa est animæ; quòd
verò ipsa periculum effugiat, ne occidatur,
est causa corporis. Præferenda itaque animæ
32 iactura, corporis est periculo. Cùm anima
,, altioris ordinis res sit, quàm corpus. Nec ab-
,, surdum sit, animas hominum omnibus rebus
præ-

prȩferri, vt loquitur *tex. in l. sancimus 18. C.de sacrosanct.Eccles tex. in c. solitæ 6. §.quod*
33 *autem sequitur de maior. & obed.* Vnde maius damnum est in amissione vnius animæ, quàm mille corporum. *vt inquit Gloss. in can. ille, qui hominem 5.22.q.5. & est tex. in can. si habes 1.*
34 *§.vnde, & si vna anima 24.q. 3.* Charitatis autem ordo. quòad diligibilia, sub præcepto cadit. *secundum S.Thom. 2.2.q.44 art.8. Azor. institut.moral.d.lib. 12. cap. 5.q.4. Layman.d.cap. 12. Nauar. in can. d. cap. 14. num. 23.* iuxtà illud *Canticor. 2.* ordinauit in me charitatem. *facit tex. in cap. consilium 2. circa fin de obseruatione*
35 *ieiun orum.* quatenus habet, Tutiorem partem pro anima sequendã esse. *sequitur Albericus d. §.quod ait prætor.nu.primo. Pater Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum. verbo. remissio.different.3.col.6.vers.deniqu ponamus.in fin. Corrad.d q 389. Sebastian. Medices opusc.4. nu 1. & seq. Barbos.d.assiom.26.*

Nec ad rem facit si obtundatur. Agi quoq; animæ causam, quòad mulierem hanc; cùm si à consanguineis ad necem petatur, possit in statu peccari mori, vnde animæ iacturam faciet, & corporis.

36 Respondetur enim: Nullum teneri eum animæ suæ periculo, & iactura, alterius animæ periculo occurrere; cùm charitatis ratio, & ordo (vt diximus) à se primò incipiat; nemoq;
37 debeat, vt alterius vitet peccatum, seipsum peccandi exponere periculo. *S.Thom. d. q. 26. art. 4. & d.can. faciat 22.q.2. Emanuel Sà verbo charitas num. 5. Pelbartus optimè d.tom. 4. verbo Eucharistia 5. §. 23. fol. 111. colum. 3.* & diximus suprà.

Quare, quòd moreretur fortassis hæc mulier in peccato, vnde animæ iacturam faceret, pro qua Christus mortuus est; dolendum sanè; sed id ex eius propria malitia oriretur, non ex Monialium aliqua culpa. Suæ igitur liberȩ vo-
38 luntati imputet. Sicuti quòd mali damnentur, & in tarthara dilabantur, orci faucibus absorti, suæ ipsorum malitiæ, non verò Dei præscien-
,, tiæ ascribere debent. *Cùm libero arbitrio mali pereant, vt Augustin.* (inquit) *d.can. vasis iræ. §.non ergò nec ssitatem. S. Anton. d.reg damnum*
39 *vbi suprà in fin.* Addens: Damnum temporalis fortunæ in rebus, in fama, in honoribus, & alijs huiusmodi, debere hominem imputare peccatis suis, non Deo.

Non est ergò, quòd scrupulis angãtur Moniales, si hanc eijecerint mulierem, quamuis necis aliam subeat. Cùm hoc ei sua culpa accidat, ipsæquè proprio occurrere periculo debeant. Et fortassis hoc lucrum feret eiecta hæc mulier, quòd vitam in melius componet, timore excita imminentis mortis, & periculi.
,, Nam vt S.Chrisostom. inquit. *homil. 4. cum esset*
,, *presbyter designatus. Vti musicus optimus è ci-*
,, *thera benè modulata cordam dissonam resecat,*
,, *ne relinquarum vocum harmonia vitietur. Sic,*
,, *& peritus artis Medicus, membrum putrefactũ*
,, *amputat, ne hac lues ad cætera membra sana*
,, *transiliat.* Hæc Chrisostomus.

Et ita ex his respondendum censui sub censura.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

Ita exequutum fuit, nec mulier damnum passa est aliquod. Verùm quanto fructu Monialium factum sit, quòd pulsa Monasterio mulier hæc fuerit, temporis ipse probauit euentus: & & exitus rerum inde successarum. Discant igitur, quibus id curæ demandatum est, qua cautela procedendum sit, ante quàm, matrimonio malè locatæ mulieres intrà Monasteriorum Sanctimonialium septa, introducantur. Vt ex vnius damno, in futurum præcauere admoneantur.

Exemplo monstante viam, vt dixit *Manil. lib. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Montium Pietatis vsus quatenus permissus, & quo pacto vltra sortem pro eo exigi possit ex mutuo secundum Leonis X. Constitutionem expenditur.*
2 *Vsura est lucrum, quod ad sortem accedit ratione mutui.*
3 *Interesse, vel damni emergentis, vel lucri cessantis, non vt lucrum exigitur à Monte Pio ex mutuo, sed pro ministris, & conseruatione bonorum.*
4 *Mutuans licitè exigit, aliquid ratione, vel lucri cessantis, vel damni emergentis, vel expensarum pro re, quæ mutuo datur.*
5 *Mala facienda non sunt, vt inde eueniant bona.*
6 *Vsurarum exactio neque pro redimenda vita captiui permittenda est.*
7 *Boni prætextu, malum fieri non debet.*
8 *Pietatis prætextu non est impietas permittenda.*
9 *Eleæmosina non fit ex furto, & malè acquisitis.*
10 *Eleæmosinam vt faciat peccare nemo debet, male acquirendo.*
11 *Vsuris parta; à quibus ablata fuere restituenda sunt.*
12 *Consuetudo nil valet aduersus legem Dei.*
13 *Consuetudo praua, corruptela potiùs quàm cõsuetudo nuncupatur.*
14 *Consuetudines malæ, ex longo tempore non firmantur.*
15 *Temporis diuturnitas peccatum non minuit, sed auget.*
16 *Peccata tantò grauiora sunt, quantò diuturniora.*
17 *Peccatorem in peccato nullum tempus, nullaq; sententia defendere potest.*
18 *Cõsuetudo haud inducitur per actus extorsiuos, & per caminosos.*
19 *Vsura nulla consuetudine licitæ fieri pos-*

ſunt, neque præſcriptione.

20 *Conſuetudine nullum peccatum excuſatur, quinimò maiori illud pœna dignum efficitur.*

21 *Vſuram ex conſuetudine licitam fieri poſſe aſſerens, aut hæreticus, aut de hæreſi ſuſpectus habetur.*

ARGVMENTVM.

An licitus ſit Montium Pietatis vſus ex frugibus collectorum: & num ne aliquid aliud exigi poſſit vltrà ſortem, quòd in pietatis opus expendatur, non in vſus miniſtrorum montis? Nō inutilis diſceptatio.

RESPONSIO. XXVII.

FRequens eſt in Triuentina diœceſi Mōtium Pietatis ex frumento, alijſquè frugibus congeſtorum, vſus. Quare erexit quidam huius generis montē Pium, datis pro capitali modijs frumenti centum, vt illud pauperibus in ſingulos annos diſpertiretur, reſtituendum tamen tempore meſſis cum auctirio iuxta morem regionis. Ex aumento verò (firmo tamen remanente capitali, quod intactum omni futuro tempore ad mutuo dandam dumtaxat, eſſe voluit) pauperes loci puellas matrimonio locari iuſſit; vel ſi nullę eſſent, quæ maritis nuptui traderentur; pauperioribus lecto decumbentibus, ex illo ſuccurrendum, edixit. Adminiſtratores montis gratis omnia pręſtare, mutuiquè aleam ipſorum periculo adminiſtratorum (quòd Dominus ſit temporalis loci) currere ſanxit. Defertur id totum ad Epiſcopum in ſancta viſitatione: vnde perlecto erectionis Montis huius iuſtrumento, vſurarię prauitatis labe notari, quamuis ad pia deſtinatum, montem hunc, reſpondi; nec ſuffragari Regionis conſuetudinem, auctirium exigendi, edixi.

1 Eatenus enim aliquid exigi permittitur vltra ſortem ex mutuo, quod fit ex Montibus Pietatis hiſce, quatenus nihil quidem mutui ergo, vltra ſortem exigatur; quod verò exigitur, illudquè moderatum: id totum expenſarū ratione, miniſtrorumquè Montis ſubſtentationis cauſa, rerumquè aliarum ad bonorum montis conſeruationem, intuitu, accipiatur, vt definitum fuit in Concilio Lateranen. ſub Leone X. anno 1515. *ſeſſ. 10. in princ. tom 3. Concil fol. mihi 659. & refert quoque Quaranta in ſum. Bullar. verb. Montes Pietatis fol. mihi 360.* Sic enim ibi loquitur Leo Papa, Sacro approbante Concilio.

„ *Declaramus, & definimus Montes Pietatis antedictos per Reſpublicas inſtitutos, & authoritate Sedis Apoſtolicæ hactenus probatos, & cōfirmatos, in quibus pro eorum impenſis, & indemnitate aliquid moderatum ad ſolas miniſtrorū impenſas, & aliarum ad illorum conſeruationē (vt præfertur) pertinentium, pro eorum indemnitate dumtaxat, vltra ſortem, abſque lucro eorundem montium recipitur, neque ſpeciem mali præſeferre, nec peccandi incentiuum præſtare, nec vllo pacto improbari; quinimò meritorium eſſe, ac laudari, & probari debere tale mutuum, & minimè vſurarium putari; licere illorum pietatem, & miſericordiam populis prædicare, etiam cum indulgentijs à Sancta Sede Apoſtolica eam ob cauſam conceſſis.* Hæc Concil.

Atqui verò hic, nihil pro expenſis, & miniſtris, atque etiam pro rerum montis conſeruatione, ſed pro montis ipſius lucro, & aumento exigitur, ratione mutui, & temporis, quo frumētum, vel fruges mutuo pauperibus dantur. Ergo illicitum. Ergo contra formam à Lateranenſi Concilio præſcriptam. Ergo vſurarium. Atque proindè improbanda exactio eſt.

2 Vſura nempè lucrum eſt, quod ad ſortem accedit ratione mutui, & vbi ampliùs exquiritur, quàm, quòd datur. *ſecundum Auguſtinū, Hieronymum, & Ambroſium, relatos can. primo 2. & 3. & can. fin. ex Concilio Agathenſi 14. q 3. colligitur ex S. Thom. 2. 2. q 78. art. 1. ſequitur Syluest. verbo vſura 1. in princ. Armilla ibid. Tabien. eod. nu. 1. Panormit. cap. conſuluit. 10. n. 3. de vſur. Caiet. ſum. verbo vſura in princ. Nauar. manuali cap. 17. num. 106. Leſſius de iuſt. & iure lib. 1. cap. 20. dub. 3. num. 18. Molin. eod tom. 2. diſput. 303. nu. 9. & 10. Salas de contract. de vſur. dub. primo nu. 1. & 3. Roland. à Valle conſ. 55. n. 19. lib. 2.*

Sed hoc, quòd à mutuatarijs exigitur, ad ſortem accedit. Ergo vſura. Ergo illicita exactio.

3 Illud porrò, quod pro miniſtris, & conſeruatione bonorum montis exigitur, vt ſuperſit vnde pauperibus mutuo dari poſſit; non ſanè, vt lucrum, ſed vti intereſſe, vel damni emergentis, vel lucri ceſſantis, ſiue vt expenſæ, percipitur; quæ ad mutatarios ſpectant, qui commodum ſentiunt montis, non ad mutuantem. *iuxta regulam, qui ſentit 55. de regul. iur. in 6.*

4 Quemadmodum licitum eſt mutuanti aliquid accipere à mutuatarijs ratione, vel lucri ceſſantis, vel damni emergentis, vel expenſarum, quæ pro re, quæ mutuo datur, fiunt: quoniam id mutuatarij commodum reſpicit, vt eſt recepta Doctorum omnium ſententia. *Nauar. comment. de vſur. notab. 20. nu. 60. & 61. & in man. cap. 17. nu. 212. & 713. Lopez in repet. cap. per veſtras de donat. inter virum, & vxor. notab. 6. nu. 5. & 6. fol. 333. Molin. de iuſtit. tom. 2. diſp 325. nu. 2. verſ contrariam ſententiam. Leonard.*

nard.Leſſius d.lib.2.cap.20.dub.23.n.193. Tolet.
lib.5.ſum.cap.38.Ioan.Azor.inſtitut. moralium
par.3.lib.19.cap.22.q.2.Salas de vſur.dub. 33.n.
3.& ſeq.& verſ.2.confirmat.Pater Luiſius Tur
rian.in 2.2.S.Thom.tom.2.diſp.61.dub.12. num.
3.& per tot.Petrus Binsfeld.in Enchyrid.Theo-
logiæ Paſtoralis par.3. de decem præceptis cap
26.de monte pietatis fol.mihi 419 Pater Paulus
Comitolus reſponſ. moral. lib. 3. q. 35. in primo
quæſito.Reginald.in prax. fori pœnitent. tom. 2.
lib.25.cap.11.nu 207.& 208.Pater Ioan.Valer.
Carthuſ.de differentijs inter vtrumque forum
verbo vſura different.12.Pater Ioan Baptiſta
Scortia in ſelect Summorum Pontific.Conſtitut.
Epitom.55.Theorem.152.& 153.Pater Filliuc-
cius quæſt.moral.tom.2 tract.34 nu. 168.& ſeq.
& num.170.& 171.Bonacina tom. 2. tract.de
reſtitut.& contract.diſp.3.q. 3.punct. 12. nu.4.
& 7.optimè Marta voto 213.par.2. nu. 4. & 5.
& n.8.& 9.

Non igitur ad rem facit, neque licitam exa-
ctionem,reddit,& mos regionis, & quòd exa-
ctum in pietatis opera impendatur.
5 Cùm,quòd non ſunt facienda mala, vt inde
eueniant bona,vt eſt tex.in terminis noſtris in
cap.ſuper eo. 4. de vſur. vbi Alexander tertius;
6 Neq;pro redimenda vita captiui, vſurarij cri-
men permittendum eſſe,decernit.& Gloſ.ibid.
7 verbo diſpenſationem. argumentum extrahit:
quòd prætextu boni malum fieri non debet.
Eſtquè dictum Apoſtoli ad Romanos 3. num. 8.
„ & tex. in cap. ad Apoſtolicam 42. ibi: ſub præ-
„ textu canonicæ pietatis.de ſimon.vbi gloſſ verbo
8 pietatis. Pietatis prætextu impietatem haud
committēdam eſſe(inquit.) Et ſequitur pluri-
bus Tiraquell.de pœnis temperan.cauſa 52.n.8.
tex.in can fortè 3.14.q.5.Lopez in repetit. d cap.
per veſtras de donat inter virum,& vxor.d.no-
tab.6.num.2.3.& 4.fol.mihi 333. in materia lo-
quens vſurarū.& Nauar.d.conſ.2.verſ.3. quòd
ex hoc num.2.in fin.& nu.6. quem ſequitur etiā
Pater Comitul d.q 35. Alioquin non pietatis,
ſed impietatis mons nuncupari rectiùs poſſet.
Cùm apertè in ipſa Leonis X. conſtitutione
ſacro approbante Concilio præcipiatur, ne
„ monti lucrum quodcunque accedat:ibi: Abſq;
„ montium huiuſmodi lucro. Quod ſequūtur om-
nes ſupracitati Doctores.
9 Tùm,quòd ſecundum Diuum Gregorium
„ Syagrio Epiſcopo,relatum can.27.Non eſt pu-
„ tanda.prima quæſt. prima. Non eſt putanda
„ eleæmoſyna (inquit) ſi pauperibus diſpenſetur,
„ quod ex illicitis rebus acquiritur. Vt puta ex
„ furto.ſecundum Gloſſ.ibid. Quia qui hac intētio-
„ ne malè accipit;vt benè diſpenſet, grauatur po-
10 „ tiùs,quàm iuuetur. Nam aliud eſt propter pec
„ cata eleæmoſynas facere,aliud propter eleæmoſy-
„ nas peccata perpetrare: & qui offert ſacrificium
„ de ſubſtantia pauperis, idem eſt, ac ſi victimet
„ filium in cōſpectu patris, vt Sapiens Eccleſiaſt.
11 34.in fin.inquit. Qua de re, quod ex vſuris
acquiſitum eſt, non eſt ex eo facienda eleæmo-
ſyna,ſed dandum ijs,à quibus ablatum eſt,cùm
accipiens minimè Dominus efficiatur: ſecun-
dum S.Thom.2.2.q.32.art.7. Nauar. tract. de
eleæmoſyna num.60.Ioan.Azor.inſtit. moraliū
par.2.lib.12 cap.12.q.2.& q.6.Reginald.in praxi
fori pœnitent.tom.primo lib.4.cap.22.num. 287.
288.& 289.Pater Vaſquez in opuſculis tract.de
eleæmoſyna cap 2.in princ.num.4 Bonacin.tom.
2.tract de legib.& peccatis diſput.3.q. 4.punct.6.
propoſit.4. nu. 22. Frater Bernardinus de Buſto
in Roſario ſermon.par.2.ſerm. 2. in 3 par.ſerm.
in octaua conditione eleæmoſynæ.Lopez d.notab.
6.num.3.Illuſtriſſ.Card.Tuſcus lib.8. littera V.
concluſ.337. num. 9. Roland. à Valle.d.conſ.55.
nu.28.
12 Tùm denique,quòd nullus populi mos,nul-
laquè conſuetudo,quantumuis longa, & inue-
terata,potis eſt aduerſus legem Dei. & ſacros
13 Canones.Imò non conſuetudo, ſed dicenda
eſt potiùs corruptela tex.in cap quod ſuper his
5.in fin.vbi Gloſſ & Panor nu.4 de conſangui-
nit.& affinit tex.in cap.fin de conſuetud. tex.in
cap. inter dilectos 11. in prima par de exceſſib.
prælator Guido Papa conſ 70.n.3. Rota apud Ill.
14 „ Manticam deciſ.284 nu 4. Malè enim adin-
„ uenta, malæquè cōſuetudines, neque ex longo
„ tempore, neque ex longa conſuetudine con-
firmantur, vt Imperator loquitur in auth. vt
nulli iudic.liceat.§ primo collat 9. Gloſſ in cap.
cùm in Eccleſiæ 9 verbo infelicem de ſimon.gloſſ.
fin.in fin in cap.in quibuſdam 32.de decimis. vbi
non valere(inquit)conſuetudinem, quæ abſq;
mortali peccato ſeruari non valet, quantum-
15 cunque longa. Hæc ibi. Diuturnitas nempè
temporum non minuit peccatum, ſed auget.
16 Tantòquè ſunt grauiora crimina,quantò diu-
tius infœlicem animam detinent alligatā. cap.
non debet 8.§.fin de conſanguinit. & affinit. d.
cap fin de conſuetud. d cap cùm in Eccleſiæ de
ſimon.cap cum haberet 5. in fin.de eo. qui duxit,
quam polluit per adult.
17 Nullumquè vinculum, neque conſuetudo,
neque etiam ſententia peccatorem in pecca
to defendere poteſt. propter animæ periculū,
vt inquit Gaillus pract.obſeruat lib. primo cap.
18 112.num.3. Neque poteſt iudaei conſuetudo
per actus extorſiuos, qui in ſe peccatum ha-
bent,Gratian forenſ.par.2.cap.210.n.25.Tuſcus
d.concl.337.n.20.& n.53.
19 Conſuetudo autem nihil omnino in vſuris
operari poteſt.cap.quia in omnibus 3. vbi Gloſſ.
prima de vſur.cap.inter dilectos 11. de exceſſib.
prælat.Rota in Romana ſocietatis offi y coram
Illuſtriſſ.Millino 20.Maij 1602. deciſ 11.in
impreſſis per Zacchiam de ſocietat.num. 3.& in
Romana ſocietatis 2.Ianuarij 1570.coram Illu-
ſtriſſ. Lancellotto ſeniore deciſ. 2. per Farinac.
vol. 2.conſil.& in Vrbeuetana cenſus coram
Gipſio 6 Iunij 1594.dec.11.n. 3.& 4.apud Cen-
cium de cenſib.par.prima.& in Romana ſocie-
tatum 29. Ianuarij 1601.coram Mellino deciſ.
138 n.10.in fin.poſt prim.vol.conſil.Farin.Neq;
præſcriptio Ioan.Baptiſta Coſta tom. 2.oper.de
re integra diſt.44.n.2.

20 Alioquin ſuccederet, ex conſuetudine peccandi, quemquam excuſari poſſe; cùm contrà cõſuetudo maiori eum pœna dignum efficiat. *ad tex. in can. ſchisma 24. §. nec enim leuigatur, 24. q. prima.*

21 Non igitur ex conſuetudine permittenda vſura eſt. Quinimò id aſſerens, aut hæreticus, aut de hæreſi ſuſpectus euaderet. *secũdum tex. in clem. prima § fin. de vſur.*

Haud itaquè ſubſiſtere potuiſſe exactionem præfatam pro monte prædicto, quamuis ad pia deſtinatam, illamquè vti vſurariam damnandam eſſe dixi, prout damnaui. Reducẽdam tamen ad licita iuxta formam Leoninę Conſtitutionis; ne pium periret opus, neque pau peres damnum haurirent, effeci. Ariſtarchi emũcto nare hud abiecto.

Ego CAROLVS MARANTA I.V.D. Vicarius Generalis, & Locumtenens Triuentin.

SVMMARIVM.

1 *Sacer locus efficitur dupliciter & n. 3.*
2 *Ius patronatus ex qualitate perſonarum præſentantium arguitur, vel laycale, vel Eccleſiaſticum.*
4 *Simultum ſimile eſt iudicium.*
5 *Vendere quis cogitur rem ſuam fauore Religionis.*
Pluresquè afferuntur Rotarum, ac Senatuum deciſiones.
Amplia pro ampliando Monaſterio Monialiũ. num 6.
Pro Seminarij amplianda domo. n. 7.
Neceſſitatis cauſa. n. 8.
Pro fundanda Eccleſia iuris patronatus. num. 10.
Pro Monaſterij domibus ampliandis. nu. 11.
Pro via publica amplianda, quæ ad portam ducit Eccleſiæ. & pro commodiori ad illam acceſſu & ingreſſu. n. 12.
Etiam pro Eccleſiæ atrio ampliando. n. 13.
Pro ampliatione viridarij Monaſterij Monialium. n. 15.
Et pro aliqua etiam parte Monaſterij ampliãda; etiam contrà aliam Eccleſiam. nu. 39.
Vtilitatis publicæ fauore. n. 16.
9 *Religionis fauor neceſſitatis cauſa æſtimatur.*
14 *Carolus Tappia Regens laudatur.*
17 *Hoſpitium Monachorum, quin ſacer ſit locus, ex nomine non perdit.*
18 *Fundorum nomina, deſtinatione hominum, non natura conſtituuntur.*
19 *Nomina ad placitum ſunt rebus impoſita.*
20 *Subſtantia rei non perditur ex nominis varietate.*
21 *Naturale, ac principale, & quod intrinſecum rei eſt perpendi debet, non quod extrinſecum, & accidentale.*
22 *Percutient religioſum, quocunque nomine illi nuncupentur, in excommunicationis canonem incidit.*
23 *Nominis variatio, rei veritatem non mutat.*
24 *Effectus præualere debet verbis.*
25 *Res potius attendi debent, quã m vocabula.*
26 *Hoſpitium aliud temporale, aliud perpetuum.*
27 *Bulla Clement. VIII. de nouis mendicantium domibus non extruendis ad hoſpitia eorundem temporalia non extenditur.*
28 *Hoſpitium ſecundum perſonarum numerum, & qualitatem m tiri debet.*
29 *Legatum à qualitate perſonæ legãtis, & cui legatur interpretationem admittit.*
30 *Priuilegium, & gratia ſecundum qualitatem perſonæ, ui conceditur factum exauditur.*
31 *Regula firma perſiſtit conquaſſatis priuilegijs.*
32 *Soror Vrſula Bnincaſa laudatur.*
32 *Cultus Diuini fauor magis attenditur in conſtructione nouarum Eccleſiarum propter dilatationem cultus Diuini, quàm in iam extructarum, & 35.*
34 *Monachorum Congregationes adſpallendum ſurgentium Caſtra Dei aduerſus ſpiritualia nequitiæ, dicuntur.*
36 *Conceſſio ad vacatura, non extenditur ad nouiter erecta beneficia.*
37 *Vtilitatem publicam priuatæ præferri Sãctum æſtimatur.*
38 *Cultus Diuini pro augmento in dubio reſpondendum.*
40 *Religio Chriſtiana magis augetur per conſtructas de nouo Eccleſias.*
41 *Res ab eſſentiale, & formale eius dignoſcitur, non ab extrinſeca denominatione, quæ accidentaria eſt.*

ARGVMENTVM.

Poſſit ne iure Dominus cogi iuſto oblato pretio propriam rem vẽdere, ſi illa pro ampliando Monachorum hoſpitio, & habitatione neceſſaria illis fuerit? Et quid ſi rei ipſius Dominus ſit perſona Eccleſiaſtica?

RESPONSIO XXVIII.

COgere nè, iurè, nec iniuriâ poſſint Reuerẽdi Patres Dominicanæ familiæ in hoſpitio Sanctæ Mariæ de Salute nuncupatæ, extrà Regalem Portam Neapolitanæ Ciuitatis degentes, Sororem Vrſulam Benincaſa ad contiguas ſibi domos vendendas, quòd illæ pro ampliãdo hoſpitio prædicto, & habitatione ex vſu eiſdem ſint? In quæſtionem vertitur in Archiepiſcopali Curia Neapolitana. Vnde affirmatiuam ſequendo dico.

Du-

1 Dupliciter inter cætera cũ locus sacer eua-
dat: Vel construentium illum personarũ qua-
litate; vt puta si ab Ecclesiasticis construatur
personis; nam si à laicis, quamuis pijs depute-
tur operibus, nisi Episcopi accedat authoritas,
& destinatin, profanus, non sacer æstimabitur,
*Card. Zabarel. conf. 11. n. 3. vers. primo ex qualitate
fundantiũ. Feder. de Senis conf. 111. n. 2. et conf. 130.
Calder. conf. 4. de relig domib. Paris. conf. 34. nu. 9.
& seq. lib. 4. Mohedan. dec 9. aliàs 328. nu. 6. de iure*
2 *patron.* vbi ex qualitate personarum præsentan-
tium, iuspatronatus argui, docet; verum ne
laicorum, vel ecclesiasticum dici valeat. *& di-
xerat antea Rota decis 8. aliàs 332. de iurepatr. in
antiquis. & apud Crescent. dec. 3. aliàs 156. num. 1.
eod. tit. sequitur Garsias de benef. tom. 1. par. 5. c. 8.
num 596. in fi.*
3 Vel secundò, cùm Episcopi accedente con-
sensu, qui locum sacrum destinat, diuinisq; eum
addicit officijs, atque diuinorũ administratio-
ni Sacramentorum deputat, locus extruitur,
*iuxta tex. in c. ad hæc 4. de relig. domib. can. nemo,
de consecr. dist. 1. Card. conf. 8 & d. conf. 11. Feder.
vbi supra. Calder d. conf. 4. in 2. par. Paris. d. conf. 34.
nu 45. Redoan. de simon mentali, cap. 16. nu. 14. cum
seq. vol. 15. tract. fol. mihi 94. Quaranta de alienat.
rerum Eccles. nu. 28. Marius Ant. var. resolut. lib. 1.
resol. 6. n. 3. & resol. 14. n. 1 & seq. Rota in Abulen.
iuris visitandi 28. Iuny 1600. corã Card. Bononien.
par. 2. in recent. tom. 1. dec. 30 num. 6. quæ est etiam
in impressis apud eundem Greg. XV. Ludouis dec. 4.
num. 10.* Locus autem hic, de quo disceptatio
agitur, Cùm construentium illum personarum
qualitate, vt puta Religiosorũ, Deoq; altissimo
sacrorum; tùm Episcopi destinatione, sacer &
ipse, Deoq; dicatus sit. Nullus vtique inficias
iurè ibit, quin omnibus perfrui valeat, potiriq;
priuilegijs, quæ sacris, ecclesiasticisque locis
concessa reperiuntur. Similium nempè, simile
in omnibus est iudicium. *l. legei 3. C. de legibus,
can. ad eius, vers. si enim ea. 5. dist c. inter cæteras 4.
in fi. de rescript. cap. inter corporalia 2. §. sicut ergo
Episcoporum, in fi. de translat. Episc. Glos. fin. in c. 3.
de constitutionib.*
5 Verùm, quia inter priuilegiorum turbã, quę
sacris sunt concessa locis, illud non infimũ, nec
vulgare est (Religionis fauore) vt cogatur rem
quis propriam vẽdere, vbi sacri illa loci ex vsu
fuerit, ad limitationẽ *tex. in l. nec emere 16. C. de
iure deliber. & tex. in l. inuitum 11. & l. dudum 14.
C. de contrah. empt. secundum communem Doctorum
sententiam, Couarr. lib. 3. var. resol c. 14. nu. 7. & 8.
Benedict. Capra reg. 87. n. 23. Iacob. Nouellus in add.
ad Dueg. reg. 224 nu. 2. in 2 fallent. Author syntag.
opin. commun. tom. 2. tit. de contractib. loco 4 cap. 9.
col. 2. vers. fallit præterea fol. mihi 35. Felin. in c. 1.
nu. 2. extrà de Iudæis. Fabian. de Monte de empt. &
vend. q. 3. princip nu. 38. & 39. in 10. fallent. vol. 6.
tract. par. 1. fol. mihi 43. Affl. in proœm. Const. Regni,
q. 3. n. 10. & 11.* vbi decisum fuisse refert in Mo-
nasterio Sancti Hieronymi Neap. & pro Mo-
nasterio Sanctæ Mariæ Reginæ Cœli, Monia-
6 lium huius Ciuitatis Neap. decisum fuit pro
ampliando Monasterio præfato. *apud Gramm.
dec. 75. Vinc. de Franch. dec. 223 n. 6.* vbi sæpe sæ-
piùs iudicatum fuisse refert in S. R. Neap. Cõs.
& in Senatu Sabaudiæ *Gaspar. Ant. Thesaurus*
7 *par. 1. forens. quæst. q. 64 num 6. 7. &* 8. In Senatu
Tuderrino pro amplianda Seminarij domo.
Vincent. Carocc. dec. 26. In Senatu Gratianopoli-
tano *ad tex. in l. si quis sepulchrum 12. ff. de relig.
& sumptib. funer. & in l. 1. et 2. C. de cõmuni seruo
manum. Franc. Marc. decis. 534. par. 1. et decis. 635.
nu. 5. et 6. par. 1.* In Regno Lusitaniæ *apud Aluar.
Valasc. consult. 22. par. 1.* In Curia Imperiali *apud
Mynsing singular. obser. cent. 5. obser. 27.* In Senatu
Mantuano *per Surd. decis. 275. et de aliment. tit. 8.*
8 *q. 94.* vbi loquitur, posse vnumquemque rem
suã vendere cogi ex causa necessitatis; necessi-
9 tatis autem causa Religionis fauor, atque pu-
blica vtilitas dicitur, *Camill. Burrell. in sum. decis.
omnium, tom. 1. tit. 35. nu. 45. 46. 47. et 48.* & deci-
sum refert in Senatu Tholos. *Gerardus Maynar.*
10 *dec. 43. n. 4. et seq. lib. 4.* Et pro fundanda Eccle-
sia iurispatronatus *Paulus de Cittadinis de iure*
11 *patron. par. 3. q. 33. n. 47.* Pro ampliandis Mona-
sterij domibus decisum refert in Regno Siciliæ
*Marius Giurba dec. 86 num. 8. quem sequitur meri-
tissimus Regẽs Scipia Ron. prag. 3. de Monialib. n. 6.*
Et in terminis hisce nostris pro claustro, & do-
mibus augẽdis Monasterij virorum, atque etiã
mulierũ, Veronæ decisum refert *Bartholomæus
Cæpol. de seruit. vrb. præd. tit. de sepulchro, cap. 82.
n. 5. vol. 6. tract. par. 2. fol. 209.* & sequitur in Re-
gno Lusitaniæ *Cabedus decis 105. num. 3. par. 1.*
12 Pro via publica amplianda, quę ad portã ducit
Ecclesiæ, & pro cõmodiori ingressu ad Eccle-
siam ipsam, *Rota in Romana pratensæ demolitio-
nis domus, coram Manzanedo 29. Februarij 1608.
apud Farin. in recent. par. 2. tom. 1. dec. 213.* Et pro
atrio Ecclesiæ Patrum Hieronyminorũ nun-
cupatorum, Cõgregationis Oratorij decisum
quoque in S. R. Neapolitano Consilio refert
13 *Nicolaus Ant. Gizzarel. dec. 37.* Et in eadẽ causa
pro ampliando Ecclesiæ atrio, quod pars tem-
pli dicatur, *Regens Carolus de Tapia Sacri Regij*
14 *Collateralis ac supremi Consilij Decanus, Belmon-
tis Marchio*, vir laboribus indefessus, doctrina
eximius, ingenio acris, ac laboratus, *decis. Sacri
Consilij 7. & antea dixerat in elaborato opere Iuris
Regni par. 1. ad pragm. 3. de Monialibus fol. 51. &
Reuerendißimus Riccius in praxi par. 3. resol. 557.*
15 Et etiã pro ampliatione viridarij Monasterij
Monialium Papiæ decisum refert *Marius Anto-
ninus var. resolut. lib. 1. resol. vlt. casu 29. Gratian.
forens. par. 5. cap. 896. n. 6. 7. & n. 22. & seq.* & cõ-
munem dixit *Rota in Ianuens. domorum, coram
Manzanedo 15. Maij 1615. par. 1. in recent. tom. 2.
decis. 676. n. 1. 10. Baptista* Costa *de remed. subsidiar.
remed. 76. nu. 8. & 9. Menoch. de arbitrar. centur. 5.
casu 462. n. 13. Socin. reg. 435. n. 8. & 9. Caned. ad
decretum in can. renouantes, 22. dist. collect. 52. n. 2.
Pater Molina de iustitia, & iure, tract. 2. disp. 341.
Card. Tuschus tom. 8. littera V. conclus. 59. num. 19.*
vbi limitat regulam fauore Religionis. *Boerius
dec. 322. n. 2. Mastrill. dec. 280. par. 3. Regni Siciliæ.*

Marini

Marius Muta Siculus decis.8 nu. 7. Riecius dec.
10.par.prima n.primo,& decis.138.in hae causa
pro qua ego Patronus interfui,& resolut.423.
nu.1.& seq.par.2.in praxi.& collect.76.par.pri-
ma,& decis.68.par.4.etiã pro ampliãdo circui-
tu Ecclesiæ,Genuens.in practicab.Eccles.q 241.
Coneedi, vtique debebit nostro huic Mona-
ehorum hospitio,vt priuilegio huiusmodi po-
tiri valeat,quo omnes aliæ fruuntur Ecclesiæ,
pro amplianda, dilatandaquè monachorum
habitatione;cùm illa supra modum indigeant,
vt coaceruatim,loci ipsius præssura, cellarũq;
carentia.viuere cogantur, quod aduertit, nec
ineptè Florianus in præfata l. si quis sepulchrũ.
num.primo, vbi sic loquentem audias, operæ
pretium est, atque è re nostra optimè, & ad
,, amussim. Nota istam legem (inquiens) per quã
,, dicit Gabriel.quod religiosi non babentes in loco
,, suo locum eis cond eentem.seu sufficientem, pos-
,, sunt petere, quòd loca eis eondecentia assignen-
,, tur,propter fauorem religionis,vt hie;& per hãc
16 ,, rationem compellitur Vicinus eis vendere do-
,, mum quia fauore publicæ vtilitatis compellitur,
,, quis vendere rem suam.l. 2. in princ. suprà de
,, bis.qui sunt sui, vel alieni iur. Hæ Florian. So-
cin.d.reg.435.num.8.sequentibus loquens ver-
,, bis: dicens. Fallit quãdo locus est vicinus Mo-
,, nasterio,puta aliqua domus, & monachi volunt
,, extendere dormitorium, nec aliter possunt,nisi
,, concessa illis domo vicini; quia tunc dominus cõ
,, pelli potest ad vendendum.ita dicit Ioan.de Ana-
,, nia in eap. Apostolicæ. extrà de iudic. Hæe Soc-
einus. Bartholom Cæpoll.d.cap.82.num.5. in fin.
Franc. Marc.d decis.534.nu 4.Surd cons. 62.nu.
7.& 8.vol.primo Franc. Anton. Costa Sieulus
cons.28 nu. 13. alijquè paulò antè relati Docto-
res. Vt nulla sit ratio, cur eontrarium in hoc
facto nostro asseuerauerimus.

Neque enim refragatur, in quo toti sunt
Aduersarij; locum hũc Patribus prædictis pro
hospitio concessum fuisse; vt eesset proinde
dilatationis ratio.

17 Præterquàm, quòd enim,non perdat ex hoc
naturam suam;nè sacer locus hic perseueret,
& pro Monaehorum habitatione sit destina-
tus,cuius oceasione priuilegium sortitur,quòd
18 ,, hospitij nomine sit eohonestatus. Cùm no-
,, stra destinatione fundorũ nomina, & domus,
,, non natura constituãtur, vt loquitur Pompo-
nius in l.quod in rerum 24. §. si quis testamento
19 ff de legat.primo. Nomina verò ad placitum
20 ab hominibus imposita rebus fuere. Haud igi-
tur debebit nudum nomen his patribus nocc-
re; eùm sat esse debeat rei substantiam certam
esse, atque determinatam. iuxta tex.in l.2.§.sed
,, si sint barcdes.ibi: Ne nudum nomen ff. ad Ter-
tullian. sequitur Rota in recent.par.2.tom.1.dec.
21 254.nu.5. Qua de rè, quod naturale, ac princi-
pale, siue intrinsecum rei est, perpẽdi debebit,
non quod extrinsecum, & adiacens, siue ex-
traneum ei. arg.tex.in l.si quis nec causam 4.ff.si
cert.petatur, vbi plenè Ias.n.3.4.& seq. facitquè
tex.ad banc rem notabilis in cap. non dubium 5.
22 vbi Felin.nu.2.de sent.excom. Quatenùs habet,
nil officere nominũ diuersitatem, quibus Re-
ligiosi nuncupantur; quin eos percutiens sen-
tentiam incurrat eanonis: eùm satis sit, eos
eultui destinatos esse summi Dei, vt gloss.fin.
ibidem aduertit. sequitur Nauar. de iubileo no-
tab.11.nu 6. Et in hac Ciuitate, quàm plura
etiam sint loca, quæ hospitij nomine insignita,
sacri naturam, & formã haud perdidere, quin
23 & ipsa dilatata fuerint. Quòd nimirum nomi-
nis nuneupatio, vel variatio, rei veritatem mi-
nimè immutet. l.ad recognoscendos 20. vbi Bal.
24 C.de ingen.manumiss. Effectus autem verbis
præualere. ac præeminere debet, vt post Bald.
in l.cotemserro §. qui maximos in 2.q.ff.de pu-
blican. sequitur Crauett.cõs.114.n.2.3.4.& 5.&
25 Rota apud Illustriss. Caualer dec 16.n. 2. Cùm
res potiùs attendi debeant, quàm vocabula,
rerũquè nomina. ad tex in can. humanæ aures.
21.vbi Gloss. 22.q.5.l.labeo 7.§. quare speciem ff.
de supellect legat. Andr.Gaill.pract.obser. lib. 2.
obser.53.nu.5.

26 Nihilominus tamen distinguo de hospitio,
illudquè in duo seco. Vt temporale vnum, al-
terum verò perpetuum dicatur ex Gloss.in l.et
babet 15.§.bespites.verbo non intelligatur ff. de
prætor.secundum tex.in l. lex Cornelia 5. §. do-
mum.vbi Gloss. verbo hospitio, & §. si tamen ff.
de iniur tex.in l.nee in ea.22.vbi Glos verbo do-
micilio ff de adulter.tex.in l.licet 6.§.fin.ff.nau-
tæ,caupon.& stabul. vbi Paulus Iureconsultus,
hospitij repẽtini meminit, in quo quis vti via-
tor reeipitur. facit tex in l. prima §. babitare
autem ff.de ijs,qui dejecerunt vel effuder. Ias.in
l.pleriquè nu.18.ff. de inius vocan. vbi habitare
dicit eum. qui hospitium ad annum, vel sex
menses eonduxit. Alberic. de Rosata in dictio-
nario verbo habitator, & verbo hospes. Petrus
Gregor. Tholos.syntag.iur.vniuer. par. 3.lib.39.
cap.7.n.7.

Quatenus igitur admittenda erit Aduersa-
riorum obiectio; illam in temporali Mona-
chorum hospitio concedo; nego verò in per-
petuo, quale hoc nostrum est, per Breue à Sã-
ctiss.D.N.Papa concessum, intercedente quo-
que Illustriss. Domini Archiepiseopi Neap.
consensu. Vnde Patres ipsi diuinis officijs, mis-
sarum celebrationi, Diuiniquè Verbi prædi-
cationibus; atque pœnitentium excipiendis
peceatorum confessionibus incumbunt. Quod
neque abhorret Dominus Riecius in praxi
decis.652.in priori impressione, quæ est repetita
decis.141.in 2.par decis. & si non fuerit inserta
27 in secunda impress.praxis par.prima. quatenùs
doeet Bullam Clement. Papæ VIII. de non fa-
cienda mendicantibus facultate nouos ex-
truendi Conuentus; non extendi ad hospitia;
verùm id exaudiri dicit in hospitijs ad tempo-
ralem transeuntium monachorum stationem;
non autem in perpetua, & firma, stabiliquè
eorum demoratione. Quæ profectò ab Aduer-
sarijs, qui pro se Dominum Riccium profe-
runt, minùs rectè expensa fuisse, euidenter ap-
paret.

28 patet. Præterea; Hospitium secundum perso-
narum numerum, & qualitatem metiri debe-
mus, vt nõ omnibus passim idem, atque æqua-
le concedatur. *est tex. in l. 2. vbi scriben. C. de*
metatis lib. 12. faciunt tex. in l titia testamento
40. §. Seia testamento. vbi etiã Gloss. ff. de auro,
& arg. legat. tex. in l. si seruus plurium 53. §. fi.
vbi Gloss. verbo consuetudo ff. de legat. prim. tex.
in l plenum 12. §. æquitij ff. de vsu, & habit.
29 quatenùs habetur in illis, legata secundũ per-
sonæ legantis, & cui legatur qualitatem, digni-
tatemquè, atque conditionem interpretatio-
nem admittere. *& tex. in cap. pastoralis 7. secũ-*
dum intellectum innocent. ibid. de donat. quate-
nus, donationem ex personis donantium, qui-
busquè donatur qualitatem, expendi debere,
docet. *sequiturquè Abb. ibid. nu 9. Simon de Pre-*
tis cons. 117. nu. 34. & 35. Menoch. lib primo de
præsumpt. q. 28. nu. 10. & lib 4. præsumpt. 106. n.
6. & 7. Petrus Pecbius de testam. coniug. lib. 5.
30 *cap. 26. n. 2.* Priuilegium quoque, quod simpli-
citer loquitur, & gratia, secundum personæ
qualitatem, cui cõceditur, dignitatemq; atque
conditionem factum exauditur. *l. ex militari*
11. vbi Bald. ff. de militar. testam. sequitur Ioan.
Lopez in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 11.
nu. 14.

Nec obstabit, quæ vlterius ab Aduersarijs
refricatur quæstio, quòd domus, quæ, vt ve-
31 nundetur, petitur, sit Ecclesiasticæ, religiosæq;
personæ, vt disiectis, quassatisquè proinde
priuilegijs, firma remaneat regula. *tex. in l. nec*
emere. Bart. in auth. quas actiones C. de sacro-
sanct. Eccles. Felin. in can. in præsentia. 8. de pro-
bat. col. 14. num. 30. Marsil. sing. 99. incip. priuile-
giatus Couar. in lect. reg. possessor par. 2 §. 2. nu.
4. ad notat. in auth. de Sanctiss. Episcopis §. sed
hac præsenti collat. 9. & in l. verum 12. § vlt. cũ
l. seq. ff de minorib. Gratian. d. par. 5. cap. 896. nu.
22. plenè Riccius dec. 59. par. 3.

32 Præterquàm, quòd enim non ita id in facto
admittitur, vt præfertur, domum personæ esse
Ecclesiasticæ; quamuis religiosæ mulieris,
Deoquè dicatæ, vt toti Ciuitati, & exteris
quoque admirationi sit eius viuendi genus,
omninò sanctissimum, & exemplare.

33 Nihilominus tamen attendendus magis erit
cultus Diuini fauor, qui ex dilatatione Eccle-
siæ, ac Monasterij insurgit, ob Monachorũ fre-
34 quentiam, qui in illo erunt (Castra enim Dei
sunt hæc, aduersus spiritualia nequitiæ in cœ-
lestibus *secundũ Apostol. ad ephes. 6. 13.*) diù, no-
ctuquè psallentium monachorum atque pu-
gnantium aduersus carnem, & sanguinem,
quàm simplex, & temporaria, nedum Ecclesia-
sticæ personæ, si quę illa esset, verùm, & Eccle-
siæ alterius iam ædificatæ vtilitas. *ad tex. in c.*
ad audientiam 3. de Eccles. ædifican. Butr. in cap.
cum olim 6. nu. 15. de consuet. allegat tex. cum
gloss. ibid. in can. Ecclesia 16. q. prima. Rota apud
Ill. Seraph. decis. 847. nu. 3. Franciscus Marcus d.
35 *dec. 534. nu. 6. par. prima.* Quoniam maior ædi-
ficandæ debetur fauor Ecclesię, quàm exædi-
ficatæ iàm (cæteris paribus) ob dilatationem
Diuini cultus. *cap. fin. de Eccles. ædifican. cap. fin.*
de testam. Bellenc de charitat. subsid. q. 88. nu. 3.
tom. 15. tract. par. 2. fol. 163. sequitur Cæpolla
d. cap. 82. num. 5. ex tex. in clem. fin. de rescriptis.
36 Quatenùs habet concessionem ad vacatura
factam. non extendi ad nouiter erecta benefi-
cia. *Paul. de Cittadin. par. 3. de iure patron. q. 33.*
nu. 47. Franc. Mar. d. dec. 534. nu. 4. & 635. nu. 5.
37 Cùm sanctum sit publicam priuatę preferre
vtilitati, *vt inquit Angel. in l. prima. n. 7. ff. solut.*
38 *matrim.* & pro augumento Diuini cultus in
dubio respondendum esse, decreuit *Rota apud*
Sanctiss. Ludouis. Gregor. XV. decis. 483. nu m. 6.
39 Et decisum fuit etiam pro Monasterio in
aliqua ipsius parte amplianda, etiam contrà
aliam Ecclesiam *in dicta Romana prætensæ de-*
molitionis domus 29. Februarij 1608. corã Ma-
40 *rezanedo par. 2. tom. 1. in recent. dec. 213.* Quia
per construendas Ecclesias augetur magis
Christi Domini Religio. *vt Gizarell.* (inquit)
d. d. c 37. n. 6. & sequitur optimè Regens, & Mar-
chio Fuluius de Constantio ad l. primam C. de
vendit. rerum fiscal. nu. 88. & 89. lib. 10. Gratian.
d. cap. 896. nu. 26. & 27 plenè Mastrill. dec. 280.
per tot. par. 3. & præsertim à n. 88. vbi loquitur
in duabus Ecclesijs. *Genuens. d. q. 241. à n. 3. cum*
seq.

Sacer itaquè, cùm sit hic locus, atque Ec-
clesiasticarum personarum pro habitatione
destinatus (licet quidem sit hospitij nomine
insignitus) non ex hoc tamen perdet naturam
41 suam, quæ ex essentiali, & quod est formale
eius dignosci debet, non verò ex extrinseca
denominatione; quę accidentaria est. *secũdum*
Marcellum in l. Iulianus 9. §. si quis rem ff. ad
exhiben. priuilegijs omnibus, quibus sacrę alię
perfruuntur domus, & Ecclesię potiri, & ipse
debebit; atque cõcedi, vt facto domus appre-
tio per expertos, cogatur eius Domina illam
patribus vendere, ad dilatandam monachorũ
necessariam habitationem.

Et ita ex his respondendum sub censura
censui.

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Aduoca-
tus.

Vt sunt res humanę in arbitrium redactę,
putauere Iudices hospitij nomen dilatationẽ
haud admittere, ac propterea patrum petitio-
ni locum non esse. Verùm domus alteri verun-
datæ fuere. Et mirum, quid accidit, ac quasi
miraculum à Deo, quòd qui se opposuere pa-
trum petitioni, omnes breui extincti, humanæ
naturæ debitum persoluere.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium quamuis tenue iurisdictionem tri-*
buit Episcopo in cuius diœcesi situm est, vt
beneficiarium promouere possit, & num. 8. &
n. 78.

2 Lex

2 Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet.
3 Beneficium, quamuis tenue dat benefi ario titulum ad priuilegia omnia alys competentia beneficiarijs.
4 Beneficia propter Diuinum officium instituta sunt & n 35. & 37.
5 Beneficiū dicitur, quamuis redditus tenuissimi sint, & n. 12. & 28.
6 Clericus primæ tonsuræ quamuis nō inseruiat, si beneficium, quamuis tenuissimum obtinet, fori priuilegio potitur ad præscriptum Saer. Trid. Concil. sess. 25. cap. 6. de reform.
7 Lex quod non dicit, homo præsumere non debet.
9 Legis verba vbi conueniunt, & dispositio quoq; eius conuenit.
10 Prohiberi non debet, quod lex nec prohibet.
11 Opponi non potest de eo, quod lege cautum non inuenitur.
13 Magnum, & paruum non faciunt differre rem in specie.
14 Redditus non sunt de essentia beneficij.
15 Beneficij solus titulus sufficit ad immunitatem obtinendam.
16 Episcopus familiarem triennalem ordinare potest, modò eidem omni fraude cessante beneficium conferat.
Quamuis tamen tenuissimum fuerit num. 18. alioquin inane esset hoc priuilegium, si beneficium sufficiens esse deberet n. 19.
17 Beneficij ratione subditus, quis efficitur Episcopi.
20 Beneficium, quod nullos obtinet redditus, permutari potest cum beneficio illos habente, si alioqui fraus non intercedat.
21 Riccius par. prima in praxi resolut. 326. cùm asserit, beneficium insufficiens non esse beneficium, expenditur, & declaratur.
22 Beneficium insufficiens non est incompatibile cum alio sufficiente ex decreto S. Conc. Trid.
23 Pluralitatis beneficiorū redargui haud potest, qui plura beneficiola insufficientia obtinet.
24 Minima propter actus imperfectionem, exeusant.
25 Beneficium insufficiens, imperfectè beneficium dicitur.
26 Beneficia propter ministros sunt, non è contrà.
27 Beneficiorum collatione consulere volu re sacri Canones honestæ ministrorū Ecclesiæ sustentationi.
29 Actus imperfectus, est nihilominus humanus actus non tamen sufficiens ad mortale, in quo perfecta animi, & voluntatis deliberatio exquiritur.
30 Beneficiarius ab oneribus beneficij sustinendis non excusatur, quòd illud tenuos habeat redditus.
31 Clerico tenue beneficium habenti prohibita quoque sunt secularia negotia.
32 Medicinæ exercitiū prohibetur Clerico, quamuis tenue ob ineat beneficium.
33 Beneficium quamuis tenue, est ius spirituale.
34 Beneficiarius tenue obtinens beneficium non excusatur ob id à penso Diurno Canonicarū horarum persoluendo, secundum magis receptam, & communiorem sententiam.
Licet contraria sententia probabilis asseratur, cuius author Sotus asseritur. n. 36.
38 Beneficiarius, quamuis tenue beneficium obtinens, domicilium acquirit in loco beneficij.
39 Beneficiarius Ciuis dicitur loci, in quo situm est beneficium.
40 Sacerdos reputatur de Vniuersitate Ciuium.
41 Onus, qui sustinet, haurire quoque debet, & commodum, & è contrà.
42 Promouendus debet obtinere beneficium honestè sufficiens ad victum.
43 Tex. sacri Trid. Concil. sess. 21. cap. 2. expenditur, & concordatur ex sententia Quarantæ ne sententiæ nostræ contradicat cum tex. cap. 6. & 9. sess. 23. de refor. n. 45. & cum tex. c. p. 17. sess. 24. n. 55. & 63.
44 Beneficium ad sortiendum forum non opus est esse sufficiens, vt promoueri quis possit ratione beneficij ab Episcopo, in cuius diœcesi beneficiū est situm.
46 Beneficium si insufficiens fuerit pro titulo, poterit vniri cum patrimonio ad sufficientiam, vsque refertur sententia Sacræ Congregationis. n. 47.
48 Beneficium, quod tenue, & quod sufficiens dicatur.
49 Beneficium ducatorum quatuor tenuissimum dicitur, & non sufficit ad sortiendum forum, ad euitandas fraudes, vt Sac. Congregatio declarauit.
50 Beneficium sufficiens dicitur, quod 30. vel 40. vel 50 ducatos in singulos annos refert.
51 Beneficium 36. ducatorum sufficiens Neapoli æstimatur.
In alijs diœcesibus etiam 25. sufficiens æstimatur, vt promoueri quis valeat. n. 52.
Nulla facta consideratione qualitatis personarum. n. 54.
53 Arbitrio Iudicis remittuntur, quæ à iure definita non sunt.
56 Parisius vindicatur ab obseruatione Campanilis.
57 Lex distinctè loquens, distinctim quoque interpretari debet.
58 Lex non sine mysterio distinctim loqui putanda est.
59 Argumentum à verbis extractum legis valet ad arguendam diuersam eius mentem in vno loco, atque in alio.
60 Verborum forma in interpretandis legibus sequenda.
61 Nominum distinctio, distinctionem rerum arguit.
62 Interpretatio à communi vsu ducitur rectè.
63 Viuere absque penuria, & viuere commodè, diuersa sunt.
64 Canonico Neapolitano sufficiens dicetur beneficium quinquagintorum ducatorum.
65 Beneficium sufficiens ad vitam honestè sustentandam, quod nam dicatur?

66 Ho-

ARGVMENTVM.

An iurisdictionem tribuat tenue beneficium, vt promoueri quis possit ab Episcopo beneficij ipsius, ad intellectum tex. in cap. cùm nullus 3. de temp. ordinand. lib.6. Et quodnam tenue, quodve sufficiens, & quod tenuissimum dicatur beneficium, ad cuius titulum promoueri quis possit, ad ornatum tex. sacri Trid. Concilij sess.21.cap.2. de reformat.& sess.24. cap.17. in eadem materia reformationis; non iniucunda, nec inutilis disceptatio.

RESPONSIO XXIX.

1 QVamuis tenue beneficium, iurisdictionem nihilominus præbere, ac sufficere, vt promoueri quis possit ab Episcopo loci, in quo beneficiū situm est, & si ipse aliunde originē trahat, vel alibi domicilium habeat; iure respondendum censui.

Tùm, quòd *tex. in c. cùm nullus 3. de temp. ordin.*
2 *in 6.* generaliter, & absque discrimine loquitur; vt eodem quoque modo, absque distinctione vlla, ac laxè sit exaudiendus. *ad tex. in l.1.§.generaliter, ff. de legat. præstand. c. solitæ 6. §. nos tamen, de maior. et obed. cum concord. gl. in d.c. cùm nullus, verbo Ecclesiasticum, vbi etiam Geminianus nu.6. vers. quid si quis. & Franch. n.3. vers. & quid quando ratione plurium. Nauarr. cons. 20. num.6. in fi. lib.5. de sent. excomm. Marius Antonin. variar. lib.1. resol. vltima, casu 28.*

3 Tùm etiam, quòd beneficium, quāuis tenue, titulum tribuit, ac sufficit, vt priuilegijs perfrui valeat obtinens, cæteris beneficiarijs cōcessis. Quoniam verè, ac propriè beneficiarius habe-
4 tur. Nec enim propter redditus instituta sunt beneficia, sed propter diuinum officium. *tex. in cap. fin. circa fi. vbi gl. in verb. datur. de rescrip. in 6. Ioan. Azor. instit. moral. par.1. lib.10. c.3. q.3. vers.*
5 *secunda opinio, circa fin.* Vnde (esto tenues redditus beneficium obtineat) beneficium in vniuersum est, *vt est tex. apertus in cap. si motu proprio 23. ibi: Quantumcuoque modicum beneficium, de præb. in 6. & probat etiam tex. sacri Trid.* Conc.
6 *sess.23 de refor. cap.6,* vbi, Clericus, quāuis primæ tonsuræ, etsi neque in habitu, & tonsura incedat, neque in diuinis seruiat, habeat tamen beneficium ecclesiasticum; fori priuilegio nihilominus gaudet.

Nullus verò est, qui asserat, ob tenue beneficium Clericum fori priuilegio non gaudere.
7 Quia quòd lex non dicit, haud quaquam debet homo præsumere. *textus in can. consuluisti 18. §. & quod sanctorum Patrum, 2. q.5. tex. in cap.2. ibi: Cùm nunquam inueniatur cautum in iure. extra ne sede vac. facit tex. in l. diffidentis 5. C. de repud.*
8 Nullus igitur asserere debet, tenue beneficiū iurisdictionem nō præbere, vt promoueri quis
9 possit ab Episcopo beneficij ipsius. Vbi enim legis verba cōueniunt, eius quoque dispositio iurè ibidem adaptatur. *ad tex. in l.4. §. toties, vbi Doct. ff. de dam. infect. Cornazan. dec. Lucen. 79. n.3.*
10 Cur enim prohibetur, quod prohibendū nunquam sancta Scriptura declarat? *vt loquitur Benedictus Papa can. lex diuina constitutionis, in fi.*
11 *27. dist.1.* Nec possit opponi, de eo, quod non reperitur lege cautum, *§. optimum, auth. de non eligendo secundò nubentes. Surd. cons. 222. n.5. lib.2. Nauarr. cons. 12. in fi. de maior. & obed.*

At iurè, verba legis, siuè canonis, ita beneficio cōgruunt tenuium redditum, sicuti & pinguium; cùm vniuersim tenue beneficium,
12 beneficium verè sit ecclesiasticum, quod ita suis partibus omnibus, & requisitis ad beneficium constituendum ecclesiasticum constat, sicuti & pingue; quia sic sunt per Episcopum ordinata, *secundum gloss. primam, in fi. vers. tu dic contrà, in clement. si beneficiorum 2. de decimis. quā sequitur Guido Pap. dec. 187. n.1. Rot. par.1 diuers. decis. 508 nu.1. & 6. & dec. 109. nu.2. eadem par. Barbosa de potest. Episc. par.3. alleg.57. num.141.*
13 Nec magnum, & paruum faciunt differre rem in specie, *secundum Philosophum, text. in l. si proprietarius 22. ff. de dam. infecto, l.1. §. cùm dicitur, ff. si cui plus, quàm per legem Falcid. Oldr. cōs. 140.*
14 *n.3. vers. et si dicatur.* Neque de beneficij essentia sunt redditus; *Ferret. cons. 91. num.6. Menald. cons. 22. nu.7. Riccius par.3. resol. 312. n.4.*

Ergo eiusdem dispositio, ita quoad vnum adaptari debebit, sicuti quoad aliud. Cæteroquin arctarentur non minimè ecclesiasticæ immunitatis iura Clericis, etiam tenue beneficiū
15 obtinentibus, debita. Cùm alioqui solus beneficij titulus, absque redditibus sufficiat, *vt sequitur in praxi Genuens. c.7. de Clerico, an, et quando, num.10. Maceraten. variar. resol. lib.3. resol. 48. in 6. casu, nu.22.* Et tenue satis beneficiū sufficit,

vt quis priuilegio gaudeat fori, *ad textum sacri*
Trid.Conc sess.23.cap 6 de refor. et decisum in Cu-
ria Archiepiscopali Neapolitana refert Ricc par.
3.coll. & 540 in fi. & in praxi par.3.d.resolut.312.
num.3. Barbosa de offic.Episc.par.2.alleg.12.num.7.
cùm sat esse debeat titulus beneficij, *vt refert*
idē Riccius, nūc meritissimus Episcopus Vici Equen.
in 7 par collat.2606.col.3 in princ fol 51.et par.1.
prax resol.327.in fi vers sufficeret 3.quem sequitur
nouissimè Donatus Ant de Marin.resol.56.num.10.
& 11. & Pater Diana par.1.tract.2. de immunit.
eccles.resol.29. in fi. & ante eos Carolus de Grassis
de effectibus clericat.effectu 1.num.1224.fol.296.
Quam perpensionem haud floccipendendam
inquit *Nauarr.de orat et horis canon.cap.21.n.11.*
Et illam adiuuat quoque *tex.eiusdem sacri Trid.*
Conc.eadem sess.23.cap.9. de reform. disponens:
16 Episcopum familiarem suum triennalem, non
tamen sibi subiectum, posse ordinare, vel dimis-
sorias eidem concedere; modò quidem bene-
ficium, quacunque fraude cessante, statim re
ipsa illi conferat. Rationemq; dicti infert, post
Gemin.& Franch.d cap.cùm nullus, vbi supra. Rota
par.1.diuers dec.731.n.15 Sanchez in cons.moralib.
17 *tom.1.lib.2.cap.2.dub 71.nu 2.& 3.* Quia ratio-
ne beneficij efficitur de foro Episcopi, eiusquè
subditus. *Quaranta in sum verbo Ordo, vers. limita*
in eo fol.375.
18 At nullo pacto distinguit Concilium, an te-
nue, vel pingue esse debeat beneficium; sed in
vniuersum beneficiū requirit ecclesiasticum;
quod de non subdito subiectum facit. Ergo nec
nos distinguere debemus.
19 Frustrà enim cum beneficio, si sufficiēs illud
esse deberet, & per se tantum sat esse, vt sorti-
retur forum; vnà etiam triennale seruitium
perquireret sācta Synodus, *vt aduertit Genuen.*
in prax.c.48 de domicilio Clericorum, n 3 & hanc
sequitur sententiam Barbosa de offic.et potest.Episc.
par.2.allegat.4.num.44. & 45. & probat Rota per
Gomez collecta dec.2.par.1.ad calcem dec Cocciai,
20 dicens: Beneficium sine redditibus, potest dici
beneficium, & permutari cū habente redditus,
nisi fraus arguatur, *ex Dec.cons.210. Paris.de re-*
signat. lib.2 q.8.num.2. Riccius par.3.d.resol.312.
nu.5.in fin.
21 Nec te moueat: Quod idemmet *Riccius*, sibi
contrarius, *in praxi fori ecclesiast par.1 de benef.*
resolut.326. in maiori impress.an.3. ex Caietano in
summa verbo beneficiorum multiplicatio, deducit:
Beneficium .f. ecclesiasticum, quod adeò tenue
est, vt non sufficiat ad substentationem mini-
strorum, non esse beneficium, nisi imperfectè;
cùm non sit sufficiens, *allegat tex.in c.is cui 19.*
de preb.in 6. deducens ex eo; Quòd beneficium
insufficiens habetur pro non beneficio; quæ sa-
nè à Lessio accipit *lib.2.de iust.& iure, cap.34.*
dub.31.nu.169. vers.quarto quia.
Nec enim id tex. prædictus absolutè habet,
quòd beneficium insufficiens simpliciter pro
non beneficio habeatur. Vniuersim enim ex
tex. prædicto, etiam beneficium est, & nuncu-
22 patur beneficium. Non est tamen beneficium
sufficiens, & incompatibile cum alio insufficiē-
te, siue etiam sufficiēti, iuxtà determinationem
sacri Trident. Concil.sess.24. cap.17. de reformat.
Apertè quippè in d.tex. insufficiens beneficiū;
beneficium nihilominus est. Inquit enim sancta
Synodus ibi (decernens, vt in posterum vnum
tantum beneficium ecclesiasticum singulis cō-
„ feratur) *Quòd quidem si ad vitam eius, cui confer-*
„ *tur, honestè sustentandam non sufficiat, liceat nihilo-*
„ *minus aliud simplex sufficiens, dummodo vtrumque*
„ *personalem residentiam non requirat, eidem cōferri.*
Hæc sancta Synodus.
Est igitur tenue beneficium, beneficium
23 ecclesiasticum, etsi planè imperfectè, quo ad
sufficiētiam; vt pluralitatis propterea redargui
haud possit, qui plura beneficiola, insufficien-
tia tamen ad honestam sui substentationem,
obtinet, *vt loquitur Caiet. loco à Riccio allegato,*
§. mortali autem, vers. nec obstat. Ait enim ibi
„ Caietan. his verbis: *Nec obstat, quòd beneficiola*
24 „ *plura dicuntur licitè dari vni; Quoniam in omni*
„ *genere propter imperfectionem actus, minima excu-*
25 „ *santur. Beneficium siquidem adeò tenue, quod non*
„ *sufficit ad substentationem ministrum, non est benefi-*
„ *cium nisi imperfectè. Quoniam non potest sana ra-*
„ *tione institui, vt vnum sic in vnius stipendium: &*
„ *propterea de his minimis fit, vt meliùs fieri potest,*
„ *quousque minister habeat sufficiens, vnde viuat.*
26 „ *Quoniam propter ministros sunt beneficia, & non*
„ *è contrà.* Hæc Caietanus.
Aliud est ergo imperfectè beneficium æsti-
mari, tenuè beneficium, quo ad hoc .f. vt plura-
litatis beneficiurum redargui minimè possit,
27 obtinens. Quippè, quòd per beneficiorum
collationem consulere voluere sacri canones,
ac præsertim sacrum Trid. Cōcilium, honestæ
ministrorum Ecclesiæ substentationi, ne vnus
plurium officia improbè occuparet; & Dei
cultus augeretur magis, nō minueretur. Quo-
modo exaudiri dicit *textum in d.cap.is cui 19.de*
preb.in 6 Caputaquen.dec.65.par.1.nu.5.
Aliud verò, ex quo insufficiens, ac tenue be-
neficium, imperfectè, (habito respectu ad suffi-
ciens) beneficium nuncupatur, asserere (tenue
beneficium, beneficium minimè æstimari.)
28 Cùm vniuersim, & materialiter (vt probatum
est in superioribus) verè beneficium sit, *vt pro-*
bat tex.in c.si proponente 42. de rescript. & c.non
potest 21. de preb.in 6. & probat glos d.cap.is cui,
verbo insufficiens. & post Nauarr.de orat.d.cap.7.
nu.27. vers.tertiò quoque sequitur. Pater Reginald.
tom.2.lib.30.tract.3.c.4.sect.1.nu.36. in 1.ratione,
29 *& in 3.* Sicuti actus imperfectus; actus nihilo-
minus humanus est, & siquidem imperfectus,
siuè insufficiens ad peccatum mortale produ-
cendum; cùm ad illud perfecta, ac plena requi-
ratur animi, ac voluntatis deliberatio. *Aegid.*
Conink tom.2.de Sacrament.disp.21.dub.2.concl.3.
num.13.
30 Vndè haud excusatur ab oneribus beneficij
substinendis beneficiarius, eò, quòd tenues
habeat reditus beneficium; vt sibi imputet,
quòd tenue acceptarit beneficium. *iuxtà glos.*
notab.

notab.in cap.1.verbo necessitatem 11. q. prima, & glos.in cap.quanto 16.in verbo indulgemus de censib glos.in d.cap.si proponente 42.verbo minus competens de rescript. Rota par.prima diuers. decis.230.nu.4.& 5.& apud Ill.Mant. dec. 250. nu.4.& decis.255.num.2. Rota in recent. par.2. decis.449.num.5.& apud Sanctiss.D N Gregor. XV.decis.215:num.7 & decis.429.nu. 4. & dec.
31 431.num.12: Sicuti, nec excusatur Clericus tenue beneficium possidens,quin sint ei prohibita negotia secularia,eò,quòd tenue obtineat
32 beneficium. Vnde prohibetur ei exercitium medicinæ, sicuti alijs Clericis et simplex obtinentibus beneficium. Nauar cons.3. de Medico
33 lib.3.ne Clerici,vel Monachi. Nam tenue esse beneficium,accidens quodam est, non impediens,quin verè spirituale ius sit, ac sufficiens ad veram beneficij rationem, vt ex Suar. de relig.tom.2 tract.4.lib.4 cap. 11 sequitur Pater Reginald in praxi fori pœnit.tom.2.lib.30.tract. 3.cap.4.sect.prima n.34 in fin.
34 Quemadmodùm,nec soluitur à penso diurno canonicarum horarum, Beneficiarius, eò, quòd tenue obtineat beneficium; sibi enim imputare debebit,quòd volens se tali suppo-
35 suerit oneri.Cùm propter officium detur beneficium.d.cap fin.circa fin.de rescript in 6.glos. in verbo vigilys in can.Clericus victum 91.dist. Rota apud Coccinum decis.5.num.2. secundum magis receptam,atque cõmuniorem Doctorũ sententiam ex tex.vbi glos.prima in verb persoluat.in cap.primo de celebrat.missar.Nauar.in manuali cap.25.nu.102.in fin.& de orat. & horis canon.cap.7.nu.27.& d.cap.21.eod. tract. nu. 11.& d.cons.3.de Medico num.primo ne Clerici,vel Monachi lib.3.Ioan Selua de benefic.par. 4.q.2.sub num 1.col.15.tract.fol mihi 99.Couar. lib.3.variar.resolut.cap.13. num. 8. in 12. deductione vers.sic, & licet Ecclesiasticum Tolet. in sum.lib.2.cap.14. num. 4. vers.quinta causa est in fin.Victorellus ad eund. Toletum eod.lib cap. 12.vers.qui beneficium Ioan.Azor.instit.moralium par.prima d.lib.10.cap.3.q 3.vers.2. opinio. Comitulus respons.moralium lib.1.q. 68.Vasqu. in opusc.moral.de benefic.cap 4.§.1.dub.5.Zerola in praxi par prima verbo beneficia §.ad quartum vers.3.omne beneficium. Brunorus à Sole q. 40.per tot.Ricc.in prax.variar.resolut resol 406 par.2.& si sanè in praxi beneficiorum d.resol. 326.n.3.par.prima contrarium dixerit Frater Ludouic.à Beia respons.cas.conscient.par.1.casu 54.post princip.fol.mihi 262. Nouissimus Pater Petrus Bellochio de casibus reseruat.par.2 q.15. num 49.Fillucius tract.41.cap.6.q 5. in 3. dicto. not.3.num.23.Reginald d. lib 30.cap. 4.sect.prima num.33.84.& sequ. Bonacina tom. 1.de horis canon.disput.prima q.2.puncto 4. num. 17. Sanchez consil moral tom.1.lib.2 c.2.dub.66 nu.1.in priori sententia plures referens Doctores.
36 Quàmuis contrariam sententiam probabilem dicat Lessius de iust. & iur. lib 2. cap.34. dub.31.num.169. cum Soto, qui author fuit huiusce modi sententia lib.10.de iust.q.5.art. 3.Rodriq.in sum.par.prima cap.251.concl.4.circa fin. & ob id dixit Azor. d. q. 3.cap. 3. lib. 10.in fin.
„ Non continuò condemnandum esse eum, qui cum
„ Soto sentire voluerit. & refert nouissimè Pater Diana par.2.tract.12. de horis canonicis resol.9. fol.6.& Sanchez d dub.66.in 2 sententia num.2. & 3.vbi hanc sententiam probabilem in praxi dicit,& à Neotericis admissam. licet priorem probabiliorẽ; præsertim speculatiuè ex Suar. tom.2.de relig.lib 4.de horis canon. cap. 21. nu.9. & sequitur idem Sanchez sequenti dub.67.num. 2.& seq.ad fin.cuius sententia in eo, quòd de quantitate refert, nimis laxa mihi videtur, vt perpendenda sint, quæ Diana ex Maldero, & alijs d.resol.9 in fin refert, & desiderarem in hoc Põtificis Summi declarationem. Alioquin si ex ratione redditum onus diuinum officiũ recitandi computaretur; qui vnum obtinet beneficium,& satis pingue; vel plura, ad rationem ipsam reddituum ad diurnum pensum Diuini officij persoluendi teneretur, atque pluries proinde in singulos dies officium ipsũ recitare deberet;quòd nullus omninò Doctorum admittit. Ast absolutum est (vt diximus) propter Diuinum officium dari beneficium primariò; secundariò verò, vt Clerici suam habeant substentationem vt ex Caietan paulò antè diximus,& sequitur Reginald.d cap.4 sect. 1 num.35.& Bonacina d.punct.4.num.17.
38 Tùm denique,quòd tenue beneficium satis est,vt possessor acquirat domicilium in loco, ac Diœcesi illius beneficij. vt inquit Henriqu. in sum. lib.10.cap. 17.§.3. vbi in glos.litt. Q.Et ita etiam passim recepisse, addit, praxim per Episcopos,ac viros doctos probatam, & eod.
„ lib.cap.22.§ prim.Dat(inquit)reus remaar Epis-
„ copus,in cuius Diœcesi habet beneficium, quam-
„ uis tenue,& Barbosa d.par.2.allegat. 4 num 43. & seq.
39 Quippè cùm beneficiarius, quandiù beneficium ipsum obtinet,Ciuis reputetur,vel municeps loci illius, in quo beneficium situm est. ad tex in d.cap.cùm nullus.de tempor.ordin in 6.vbi Doctor.cap.sanè 3. & cap fin. de foro competent facit apertè doctrina Baldi in cap. vnico de milite vassallo,qui arma bellica deponit in
40 vsib.feudorum nu.5. Dum determinat; Sacerdotem reputari de vniuersitate Ciuium. Boer. decis 260 nu. 20 Marius Antonin. d.resolut.vlt. lib. 1. casu 28. latè Carol. de Grass. de effectibus clericat.in prælud num 369.fol.58. Ambrosin.de immunit.Eccles.cap.25.num.2. Mastrill. decis. 226.num 15.lib.3.Campanil.d cap.8 rubr.9.nu. 11.Ioan Maria Bellect.disquisit. clerical. tit.1. de disciplina clericali §.2.n.15.fol.16.

Non ab re est ergò,si vti Ciuis iurisdictioni subijciatur Episcopi loci beneficij, atque ab eo(si aliàs indignus minimè fuerit)ad ordinationes promoueri valeat.Vgolin.de potest.Epi.
41 par.2.cap.26.§.3 num.1. Rationi enim, ac naturæ satis cõsentaneum æstimatur, vt qui sentit onus, haurire quoque debeat, & commodum,& è contra.iuxtà regulam, qui sentit 55.

de regul.iur.in 6.clem.prima de censib. plura re-
fert Barbos. assiom 69.n.3.
42 Neque contrà nos dispositio facit *tex. d.*
*Sac.Trid.*Conc *sess.21.cap 2.de reformat.*dum
,, prohibet: *Ne quis deinceps Clericus sæcularis,*
,, *quàmuis aliàs sit idoneus, moribus, scientia, &*
,, *ætate ad sacros ordines promoueatur; nisi prius*
,, *legitimè constet eum beneficium Ecclesiasticum,*
,, *quod sibi ad victum honestè sufficiat pacificè pos-*
43 *sidere.* Hæc ibi Per quem *tex.* declarari, & re-
stringi *tex in d cap.eum nullus de temporib ord.*
putat Quarant.in sum. bullar. verbo ordo vers.
*circa secundum,ratione beneficij fol.*373. Vt be-
neficium sufficiens esse debeat ad victum, vt
beneficij Episcopus, vel ordinare, vel saltim
reuerendas concedere, & elargiri valeat huiu-
scemodi beneficiario, quòd concordat dispo-
sitioni *tex.in d.cap.Episcopus 4. de præbendis.*

Aliud quippè est beneficium, ad cuius titu-
lum promoueri quis possit, sufficiens ad hone-
stum victum sortiri, nè eum ordinis Clericalis
dedecore, si secus fiat, emendicare cogatur, *vt*
inquit Sacrosancta Synod.d.cap.2. & tex. in d.c.
Episcopus de præbend.

Aliud verò beneficium (vt sic) habere, vndè
forum sortiatur beneficiarius, & subditus fiat
Episcopo loci beneficij, vt ab eo, ad ordines,
44 etiam sacros, promoueri possit. Non enim
necesse erit, vt hoc ad victum sufficiens sit, sed
sufficit etiam exiguum. Quòd probari aper-
45 tè videtur, ea ratione, quòd tex. Sacri Conci-
lij, cùm de titulo loquitur; beneficium sufficiēs
requisiuit, *in d. cap. 2. sess. 21.* At verò, cùm de
beneficio ad sortiendum forum disposuit, tùm
in *d.cap.6. tùm cap.9. sess.23 de reformat* simpli-
citer (& sine vllo addito sufficientis, beneficij
dumtaxat memoriam habuit. Quam perpen-
sionem, *post Nauar. de orat. d.cap.21. num. 11. et*
Sotum de iustit. lib. 10. q.5. art.3. col.4. in princ.
vers. dixerim tamen, & Henriq. d lib. 10 cap.17.
§.3. & cap. 22. §. 1. sequutus est etiam *Reueren-*
diss. Campanilis in diuersorio iur. canon. rub. 9.
cap.8 num. 11 & 12. & Barbos. d. allegat. 4. num.
45. *Garsias de benefic. tom. 1. par. 2. cap. 4 num. 8.*
idem Barbos. in d. cap. cùm nullus num. 6. Bonac.
tom 1. disp. 8 q. vnica de Sacram. ordin. punct. 4.
num. 14. Marius Antonin. variar. resolut. lib 1.
resolut. fin. d. casu 28.

Nè verò suspitio ob id oriatur, viam hanc
esse ad eludēdam dispositionem dicti *tex. Sacr.*
46 *Concil. d. cap. 2. sess. 21.* inuentam; non inconcin-
num datur pharmacum, vniatur beneficium
ipsum tenue, vnde iam forum sortitus est be-
neficiarius, cum residuo sufficientis patrimo-
nij, & ad sacros promoueatur ordines, & ad
titulum ipsum beneficij, atque etiam patrimo-
nis quod *post Quarant. verbo ordo vers. circa*
secundum sequutus est Vgolin. d. cap. 26. par. 2. §.
3. in fin. & §. 8. num. 2. eod. cap. Zerola in praxi
par. prima verbo dimissoria §. 5 vers secundum
dubium. Genuens. in praxi. de ordinatione regul.
cap. 83. num. 2. vers. potest quis ordinari. dictus
etiam Reuerendiss. Campanilis d. cap 8. rub. 9. nu.
47 12. *in fin* vbi ita seruasse se refert, atque factū
approbatum fuisse à S. Congregatione. *Et se-*
quitur etiam Barbosa de potestate Episc. par. 2.
allegat. 19 num. 14. & ante eum Ricc. *in praxi*
cap. 60. in fin. in maiori impress. par. prima, qui
quamuis tenue beneficium non sat esse dicat,
vt quis ab Episcopo beneficij, sacris initietur;
posse tamen promoueri ab eodem concludit,
si cum beneficio (& si quidem tenue) patrimo-
nium adiungat, *vt sequutus est etiam Garsias de*
benefic. par. 2. cap. 5. num. 125 & 126. vbi ita sa-
cram declarasse Cōgregationem refert, quod
sanè idem, & si per diuersa, est cum eo, quòd
nos asserimus, *& sequitur id nunc Reuerendiss.*
Riccius Episc. Vici æquen. decis. 77. n. 2. par. 3.
48 Verùm, quod nam sufficiens dicatur benefi-
cium, & quod tenue, difficultatem in hac re
facit non minimam. Tres enim gradus perpē-
di possunt; vt aliud dicatur beneficium suffi-
ciens, aliud tenue, aliud verò tenuissimum. Et
49 sanè receptum est: Tenuissimum dici benefi-
cium redditVuum ducatorum quatuor in sin-
gulos annos. Prout etiam, interpetrasse Sacrā
Congregationem, refert *Reuerendiss. Campa-*
nilis d. cap. 8. rub. 9. num. 12. circa fin. Vt hoc nō
sufficiat ad sortiendum forum ratione benefi-
cij, vt fraudes euitentur, sicuti declarasse ean-
dem Sacram Congregationem refert *idem*
Campanilis d. num. 17. & sequitur Barbosa de
offic. Episc. d. alleg. 4 n 4. & n. 45. in fin.
50 Sufficiens verò beneficium dicatur illud,
quod in singulos annos 30. vel quadraginta,
vel ad summum quinquaginta aureorum fru-
ctus producit, *vt inquit Nauar de orat. & hor.*
Canon. cap. 22. miscellan. 16. num. 74. quem se-
quitur Paris de resignat. lib. 5. quæst. 6. num. 156.
51 Et Neapoli beneficium 36. ducatorum annuo-
rum, sufficiens reputari, vel etiam patrimoniū,
refert *Genuens. in praxi cap. 81. siuè 83. de ordi-*
natione regularium num. 2. vers. Neapoli non
ordinantur. In Bracharensi Archiepiscopatu
beneficium, seù patrimonium 25. ducatorum
sufficiens item æstimari, vt ad sacros ordines
promoueri quis possit, *refert Barbosa d. allegat.*
19. *par. 2. num. 8. de potest. Episc.* Et sat esse be-
neficiū si reddat quot annis triginta ducatos,
post Nauar. sequutus est Henriq. in sum. d. lib. 10
52 *cap. 17. §. 3. in gloss. litt. N.* Atque multis in
Episcopatibus consuetudo inoleuit, vt passim
beneficium 25. ducatorum, siuè etiam patri-
monium, sufficiens reputetur ad titulum, vt
53 initiari quisquā sacris valeat ordinibus; quòd
ea, quæ iuris sanctione definita non sunt, Iudi-
cis arbitrio remittantur *ad tex. in l. prima in*
fin. ff. de iure deliberandi. tex. in cap. de causis 4.
§ 1 in fin de offic delegat. Nauar. cons. 2. lib. 3. de
celebr. missar. num. 2. optimè Menoch. de arbitr.
lib. 2. centur. 3. casu 216. nu. 13. Paris. de resignat.
lib. 3. q. prima num. 144. Locorum, & Diœcesū
diuersitate perpensa, vt sacram declarasse Cō-
gregationem, refert *Garsias de benefic. par. 2. c.*
5. num. 96. Piasecius in praxi Episcopali par. 2. c.
54 *5. art. 3. num.* 86. Et si quidem qualitatis perso-
natum

natum nulla in hac re sit facienda distinctio, *vt sequitur idem Garsias d. cap. 5. num. 114. & num.120.& post eum Barbosa d.alleg. 19.n.8.*

Neque aduersa sunt hæc ijs, quæ aliâs *respõsione nostra 18.par.prima* de sufficientia bene-
55 ficij loquentes, diximus. Neque etiam repugnant dispositioni *tex.Sac.Trid.Conc.d.cap.17. sess.24.de reformatione*, ibi: *Quod quidem si ad vitam eius, cui confertur honestè sustentandam non sufficiat, &c.* Aliter enim, & ad alium finẽ beneficij sufficientia hic perpenditur, atque perpendatur *in d.cap.2.sess.21.*

Hic enim beneficium sufficiens dicitur ad titulũ, vt sacris initiari possit, quod sibi (pro mouendo scilicet) ad victum honestè sufficiat. Ibi verò beneficij sufficientia consideratur, quoad excludendam beneficiorum pluralitatem, vnde voluit, quòd ad vitam honestè sustentandam sufficiat. Hic totius vitæ honestè sustentandæ cura habetur; illic verò victus dumtaxat honesti (ne cum ordinis dedecore emendicare cogatur) ratio habetur, *vt perpendit optimè Nauar. de orat. d. cap. 22. miscellan. 16.num.74.quem sequitur Paris.d.lib. 5. de resignat.q.vlt.num.115.& Garsias d.cap 5.nu.115. cum seq.*

56 Quicquid aliàs *Reuerendiss.Campanilis* (alioqui Dominus meus) *in suo diuersor.rub.* 8. *cap.* 2. voluerit vbi acritèr dictum *Paris.* carpit, quòd Concilii verba, non benè perpenderit, quem sequutus est etiam *Barbosa d.allegat.19. num.9.*

Alitèr enim, & ad alium finem (vt diximus) vno in loco Sacrum Concilium loquitur, atq;
57 in alio loquatur. Vt distinctam cùm habeamus iuris dispositionem; diuisam quoque sequi debeamus eiusdem interpetrationem, & mentẽ, *ad tex. in cap. quia circa 22. §. super quo.* ibi: *Cùm nihil exceperit, & potuerit excepisse, de priuileg. à contrario sensu can. consuluisti 18. §. & quod Sanctorum Patrum. vbi gloss. 2. q. 5. ad tex. in l.vnica C. qui pro sua iurisdict. tex. apertus in l.non vtique 3. §. idem Iulianus ff. de eo, quod certo loco in fin. Lanarius cons.77.n.9.*

58 Neque profectò sine mysterio Sacrosanctã Synodum diuersimodè in vno, atque alio loco, loquutam fuisse, putandum est. *ad tex. in cap. si papa 10. de priuileg. vbi gloss. Valere* (inquit)
59 *argumentum à verbis detractum legis.* Et si, eadem eius mens in vna, atque altera dispositione fuisset, dixisset vtique. *vt docet tex. apertus in cap. ad audientiam 12. de decimis extra, & est tex. in l.vnica in fin. § fin autem ad deficientis. ibi: Nam si contrarium volebat, nulla erat difficultas coniunctim ea disponere C de caducis tol-*
60 *lendis.* Neque à forma verborum, (*vt glos. ait finalis ibid.*) sine certa sciẽtia recedendum sit, *& sequitur Abb. ibid num.3. & Butr. & Card. Zabar. num. 2. in 3. notabil.* quia (*vt ibid. dicit in*
61 *4. notabili*) distinctio nominum, distinctionem arguit, & rerum *Surdus cons.518.num. 9. lib. 4. & est tex. satis ad rem aptus in cap. vnico §. non vnum, vbi gloss. verbo pariete de consecr. Eccles. in 6.*

62 Tùm etiam, quòd ita semper cõmunis Episcoporum vsus rem hanc interpetratus fuit. Alioquin nimis rigida hæc esset sententia. Vnde satis pauci nunc essent, qui ad sacros ordines, ob non sufficientiam beneficii, vel patrimonii promouerentur. *vt perpendit idem Garsias d.cap.5.par.2.n.116.*

63 Satis verò diuersum, atque aliud est, absque penuria viuere, quod considerauit Sacrum Concilium *d.cap. 2. sess. 21.* de beneficio, siuè patrimonio ad victum honestè sufficiente loquens, dum ait *Cum non deceat, eos qui diuino ministerio ascripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, &c.* Et viuere commodè, quòd perpendit sacrum prædictum Concilium *cap. 17. sess.24.* de sufficienti beneficio verba faciens; beneficiorum pluralitatem excludere volens. Vt enim inquit *glos. notab. in cap. 1. §. 1. verbo absque penuria de statu regular. lib.6.* quam sequitur *Nauar. d.cap.22. de orat. miscellan. 17.n. 74.* Canonicus Bononiensis ducentum florenis non posset commodè sustentari; *Et Riccius*
64 *in praxi par. 3. resolut. 473. num. 2.* vbi sufficiẽs dici beneficium (inquit) Canonico Neapolitano quingentorum aureorum; & tamen de vigintiquinque sustentaretur absque penaria: quod, vt diximus, solùm perpendisse videtur Sacrum Concilium *d.cap.2.sess.21.* Et hoc modo exauditur *decis. verali. 65. par. prima* sufficiens non dici (inquiens) beneficium 25. aureatorum computatis distributionibus quoti-
65 dianis, quia illud dicitur sufficiens beneficium de iure, ex quo beneficiarius iura Episcopalia persoluere, & se sustentare potest; vt etiam latè probauimus *dicta responsione 18. par. pri-*
66 *ma*. Neque tanta vis facienda erit in verbo, siue aduerbio illo (*honestè*) quod ex *Calepino* (*honoreuolmente*) explicatur. Quippe aduerbium illud idem etiam significat, quò sine dedecore, ac sine turpidine, iuxtà illud *Terent. in Eunucho. Alio pacto honestè, quomodo hinc ab eam nescio.* Honestè, hoc est, sine dedecore, vel turpitudine. Quod explicat magis illud *Cicer. de amicitia Quod qui recusarent, quamuis honestè id facerent, ius tamen amicitia deserere arguerentur.* Honestè, line, scilicet, dedecore.

Veluti etiam *in l.iustitia 10. §. iuris præcepta ff. de iust. & iur. & §. iuris præcepta instit. de iustit. & iur.* aduerbium prædictum, honestè
67 viuere, sine dedecore, vel turpitudine viuere exauditur. Quippè, quòd honestè viuere dicatur mulier, quæ secundùm mores Ciuitatis viuit. *vt Angel. dicit d. §. iuris prudentia, quem sequitur additio ad glos. ibid. & est tex. in l. eius artificij 16. & l. hac demum 38. ff de operis libertor.*
68 Verbum enim (*honestè*) in *d.l. eius artificij*, interpretatur *gloss. ibid. secundum Calistratum in d.l. hac demum.* sine (scilicet) turpitudine. Dum enim quærit Paulus *d.l.16. eius artificij*, quas operas patrono libertus præstare teneatur: honestas respondet. Eas verò honestas intelligit Callistratus *d. l. 38.* quæ sine turpitudine præstantur. Et sequitur hanc eandem interpe-

M 2 tra-

tiationem *Ioannes Calmitus auctor dammati*
nominini in lexicon iuris verbo honestè. Et de-
ducitur euidenter etiam ex Modestino *in l.si-*
,, *per 42.ff.de ritu nupt.Semper* (inquit ibi Mo-
,, destinus) *in coniunctionibus non solùm quid li-*
,, *ceat considerandum est;sed & quid honestum sit.*
69 honestum)Sine videlicet dedecore;quod exē-
plo ostendit. Si senatoris filia Libertino, vel
ei,qui ludricam artem exercuerit, nuptui tra-
datur;hoc enim,quia cum dedecore fit, hone-
stum non est,vnde inter eos nuptiæ non erunt.
Et explicat optimè *tex in can. de forma 22. q.*
5.§.honestum,vbi glos.in vers.ad honestatem
exprimit,Nè cum vxore,vel cùm filia commi-
sceatur, nec aliquid inhonestè faciat in domo
Domini.Id igitur est honestum, quod inhone-
stè,& cum dedecore minimè fit.
70 Nec planè nouum est, vt secundum subie-
ctam materiam, verba exaudiantur *ad tex. in*
cap.dilecti filij 6.de iudic.l.edita 3.C. de edendo.
Abb.in cap.significantibus 2.num.16. in fin. de
71 *libell.oblat.* Atque restringantur ad rem.super
qua emittuntur. *vt latè per Surdum decis. 322.*
num.29.Rota apud Card. Mantic.dec. 59.n.5.
72 Qua de causa aduerbiū ipsum (*honestè*)diuer-
simodè exaudietur, secundū subiectā materiā,
in d.cap.2.sess.21. vt *honestè* idem ibi sonet, at-
que sine dedecore, prout apertè verba ipsa Sa-
,, cri Concilij ostendunt: *Cùm non deceat eos* (di-
,, centis) *qui Diuino ministerio ascripti sunt cum*
,, *ordinis dedecore mendicare,&c.statuit Sancta*
,, *Synodus,nequis deinceps Clericus sæcularis,quā-*
,, *uis aliàs sit idoneus,&c.ad sacros ordines promo-*
,, *ueatur,nisi priùs legitimè constet, eum beneficiū*
,, *Ecclesiasticum.quod sibi ad victum honestè suffi-*
,, *ciat,pacificè possidere,&c.*(Honestè) hoc est si-
ne dedecore; vt sanè mendicare minimè co-
gatur.
73 In tex.verò *cap.17.sess.24.*respectum habens
Sacrum Concilium ad pluralitatem benefi-
ciorum,cùm Ecclesiasticus ordo peruertatur,
quando vnus plurium officia occupat Cleri-
,, corum: mandat iurè.ac statuit; *vt in posterum*
,, *vnum tantùm beneficium Ecclesiasticum singu-*
,, *lis conferatur.Quod quidem si ad vitam eius, cui*
,, *confertur, honestè substentandum non sufficiat:*
,, *liceat nihilominus aliud simplex sufficiens,dum-*
,, *modo,vtrumq;personalem residentiam nō requi-*
73 *rat,eidē conferre.* Hic igitur(*honestè*)decēter,
atque honorificè,siuè *honoreuolmente*,ac secū-
dum decentiam status, ac conditionis exau-
dietur.*secundum latè tradita per Nauar. d. cap.*
22.de orat.miscellan.17.num.69. & 73.cum seq.
74 Tenue demùm dicitur beneficium,quod in-
tra latitudinem vagatur sufficientis, & tenuis-
simi beneficij; tenuissimum quidem excedens,
75 sufficiens autem non attingens.Quare benefi-
cium ducatorum septem in singulos annos,te-
nuè dicetur;quod probat *Geminian.cons.85.su-*
per primo dubio vers.de habentibus beneficia nu.
,, 25.dicens *ex Paul.in clem.2.de decim.Quod be-*
,, *neficia dicuntur debilia, quæ non excedunt sum-*
,, *mam septem florenor sequitur Menoch. lib. 2.de*
arbitrar. cent. 3. casu 216. num. 9.
76 Quia igitur quatuor ducatorum beneficiū
tenuissimum esse probatum est,& vigintiquin-
que ducatorum sufficiens; tenuè vtique dice-
tur,quod intra latitudinem spatiatur, supra
77 quatuor, infra tamen viginti quinque; nec
enim beneficia in indiuisibili consistunt, sed si-
cuti res,aliæ,veluti etiam, & pretia rerum non
in indiuisibili fundantur, sed latitudinem suam
recipiunt intra infimum,medium,& supremū,
siuè etiam rigorosum,*vt Molina docet de iustit.*
& iure tom.primo tract.2.disp.145.col.3.vers.il-
*lud quoque statuendum.*Ita quoque beneficia,
sua pertruentur latitudine intra tenuissimum,
tenue,& sufficiens. Si (vt diximus) ergò qua-
tuor ducatorum beneficium,quia tenuissimū,
(ne fraudibus detur locus)non admittitur, vt
sufficientem titulum iurisdictionis tribuat, vt
promoueri possit ab Episcopo beneficij eius
possessor iuxta enumeratam suprà Sacræ Cō-
78 gregationis declarationem,Illud,vtiquè tenue
(quod intrà latitudinem tenuissimi, & sufficiē-
tis spatiatur)sicuti ipsummet sufficiens, absq;
tergiuersatione vlla,dabit. Promoueri igitur
poterit Clericus beneficij possessor, quod in
singulos annos, supra quatuor ducatos reddi-
tus habet, ab Episcopo loci beneficij ipsius,
iuxta dispositionem *tex.in d.cap cùm nullus. de*
*temporib.ordinand.*Prout ex his iurè respondē-
dum censui sub censura. Quæ omnia Sanctæ
Matris Ecclesiæ iudicio submissa esse omnino
volo,atque protestor.

CAROLVS MARANTA. V.I.D. Aduoca-
tus.

Declaratio autem Sacræ Congregationis in
casu,de quo consuluit illam Reuerendiss. Cā-
panilis sequens est, quam originalem pœnes
me habeo.

Illustriss.& Reuerendiss.Domini.

Cùm quidam Clericus promotus fuisset ab Episco-
po,cui suberat ratione beneficij rendentis annuos
ducatos tresdecim,& grana duodecim cum dimi-
dio monetæ Regni Neapolitani,addito supplemē-
to patrimonij ad sufficientem titulum, quæritur
si fuerit legitimè ordinatus.
Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Triden-
tini interpretum censuit, nisi aliud obstiterit,
fuisse legitimè ordinatum.
Hor.Cardinalis Lancellottus.
Locus † sigilli.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re,& verbis, qui nam dicantur.*
2 *Coniunctorum re, & verbis altero deficiente,*
venit alter ad deficientis portionem per ius
non decrescendi.
3 *Re,verbisquè coniunctis, res eadem in solidum,*
nec discretis partibus relicta videtur.

4 Con-

4 *Coniunctis re, & verbis, altero eorum sublato, venit ipso iure superstiti integrum legatum, non iure exceptionis.*
5 *Etiam eo ignorante, nec petente.*
6 *Ius non decrescendi est impedimenti remotio, non successionis extensio.*
7 *Dependetq; à voluntate disponentis.*
8 *Iuri accrescendi non est locus in alimentis. declara n.18.*
9 *Alimenta multiplicari haud debent in legatis.*
10 *Ius accrescendi locum sibi vendicat, si legatum, quoad proprietatem vtrisq; relictum fuit.*
11 *Modum magis, quàm conditionem verba important, si legati substantiam non pertingant.*
12 *Modus dispositionem non restringit.*
13 *Legatum purum dicitur si fauorem respiciat legatarij.*
14 *Modum potiùs, quàm conditionem verba in dubio importare tenendum est.*
15 *Legatum purum magis, quàm conditionale censendum.*
16 *Conditio est facti, vnde non præsumitur non probata.*
17 *Legatum modale potiùs, quàm conditionale æstimatur, si prius emolumentum quæratur, quã modus implendus sit.*
18 *Ius accrescendi habet locum in alimentis. si illa omnem alimentorum rationem non impleant. Item si legatum sit perpetuum non temporale. num.19.*

ARGVMENTVM.

Quomodo inter coniunctos re, & verbis locum sibi faciat ius accrescendi, siuè non decrescendi; & quid in legato alimentorum? discutitur.

RESPONSIO. XXX.

ARchipresbyter Melphitten. Ioannes Syluester Maiora V.I.D. in suo vltimo, quod condidit, testamento in hęc verba legauit.

„ *Di piu lascio al Clerico Gio. Siluestro Cicritoma, & à Gio. Francesco suo fratello ducati trecento, delli quali siano obligati comprarne tanti stabili, ò censi, quali restaranno per lo vitto loro, e di loro famiglia; e si doueranno pagare dalli miei heredi, nel fine di trè anni numerandi dal di de mia morte.*

At perdurante adhuc triẽnio post mortem testatoris, fatis concedit Clericus Ioannes Syluester, vnde adueniente solutionis die, contendit hæres, suo lucro medietatem legati tercentorum cedere, quòd è medio sublatus fuerit vnus ex legatarijs, pendente adhuc solutionis termino. Contrà verò integra tercenta deberi sibi instabat Ioannes Franciscus alter legatarius. Fit itaque disceptationi locus, quid ve iuris sit petitur.

Ego integrum legatum deberi Ioanni Francisco superstiti, Respondi. Quippè cùm definitum appareat ex verbis dispositionis, iam su-
1 prà relatis, esse hos fratres legatarios, re, ac verbis inter se se coniunctos; quòd eadem res in vna, eademquè oratione sit vtriquè relicta. *l. triplici modo 142. vbi Alciat. n 4. ff. de verbor. signif. l. re coniuncti 87. ff de legatis 3. vbi Bar. in 3. q. princ. num. 16. & Ripa num. 4. & 7. § si eadẽ res duobus instit. de legatis. Glos. fin. in l. prima §. fin. in fin. ff. de vsufructu accrescen. l si mihi, & Titio 57. ff. de legat. 2. Anton. Fumæus Parisiens. tract. de coniunctionib. tit. de coniunctione mixta tom. 18. tract. fol. 278. col. 4. Mantica de coniectur. lib 10 tit. 3. Tabien. verbo legatum primo num. 9. Michael Crassus §. ius accrescendi q. 6. Peregrin. de fideicomm. art. 9. nu. 7 & 8. & cons. 22. num. 12. lib. 5. Gratian. forens. par. 5. cap. 807. num. 24. Menoch. de præsumpt. lib 4. præsump. 86. num. 1. Iacob. Cancer. lib. 3. variar. resolut. cap. 22. num. 28. 29. 30. & 31. Vincent. Fusar. de fideicommiss. q 495. num. 12. & cons. 84. n. 1. Ioan. Vincent. Honded. cons. 49 num. 73. lib. 2. Marta de success. legali tom 2 par. 4. q. 27 art. 1. nu. 2. & seq.*

2 Vndè veniet alter legatarius, altero deficiẽte, per ius non decrescendi ad deficientis portionem; partem sibi per concursum faciens, *secundum tex. in l. coniunctim 78. de legat. 3. d. §. si ead. res duob. institut. de legat. Bart. d. l. re coniuncti num. 24. Alciat. d. l. tripli. num. 4. & 5. l. prima §. si verò non omnes C. de caducis tollen. Ripa d. l. re coniuncti num. 71. Viuius decis. 450. num. 26. lib. 3. Petr. Tholos. syntagmat. iur. par. prima lib. 4. cap. 5. num 21. Peregrin. de fideicom. d. tit. 7. & 8 Michael Crass. d. §. ius accrescendi. q. 10. Cancer. d. cap. 22. num. 30. & 31. Rota in Romana de Capisucchis 26. Februarij 1601. coram Penia decis. 432. nu. 3. par 4. diuers. collecta*
3 *per Farinac. Marta d. q. 27. art. 4. nu. 32.* In solidum nempè ambobus res eadem, nec discretis partibus relicta fuit. Quare, defecto per mortem Clerico Ioanne Syluestro, vno ex legatarijs; per ius non decrescendi, ad superstitẽ Ioannem Franciscum integrum tercentorum peruenier legatum; vt purà tamquam sibi ab initio insolidum per Testatorem relictum, *vt est tex. in l. quidam relegatus 6. § fin. & l vtrum ita 8. ff. de reb. dub. l. vnica §. hæc autem C. de caducis tollend. Fumæus d. tract. de coniunction. tit. de iure accrescendi, vel non decrescendi fol. 279 & in §. portio deficientis. Alciat. vbi supra d. l. tripli num. 4. & 5. Crassus d. q. 6. num. 2. in fin. Cancer. d. cap. 22. num. 4. Petr. Gregor. d. cap. 5. num. 21. Fusar. d. cons. 84. num. 2. Rota in Valiterna affictus 15. Maij 1600. coram Corduba decis. 93. num. 2. apud Statilium Pacific. de Sal-*
4 *uiano interdic.* Quamobrem veniet sibi, ipso iure, integrum legatum, non verò iure excep-

tionis.*d.l.vnica §.hac autem C. de cadac. tollēd.*
5 Ita vt ei, etiam ignoranti, & absque petitione
acquiratur.*Surd.de aliment.tit.9.q.5. num.3.&*
6 *4.Marta d.q.27.art.4.num.3. & 4.* Est namque
hoc non decrescendi ius, impedimenti potiùs
remotio, quàm successionis extensio, *vt Bald.*
docet cons.69.cum statuto Ciuitatis *in fin. num.*
10.lib.1.& sequitur Card Tuscus tom.4. littera
I.conclus.573.num.1 Viscontus in conclus. iuris
verbo ius accrescēdi col.2.in princ fol.127.Card.
Mant.de coniect.lib.10.tit.3.num 15.Rota in
d.Romana de Capisucchis *d.num.3.in fin.* Atque
à voluntate tacita disponentis dependens.
Grassus d.q.6.nu 2.circa fin.Menoch. d.præsūpt.
86.num.12.& seq. Marta de success. legali tom.
primo par prima q.25.art.3.num.19. & d par.4.
q.27.art.1.n.6.
8 Nec tanti fieri debet Aduersariorum obie-
ctio; videri, porrò legatum hoc pro alimentis
relictum; vt propterea iuri accrescendi locus
esse minimè possit.*ex tex. aperto in l.* Dominus
63.in fin.vbi gloss.ff.de vsufruct.Anton.Fameus
d.tract.de coniunctionib.in 3.regula fol. 280 col.
9 *4.*Quoniam multiplicari alimenta non debēt;
quòd duos quis habere stomachos, minimè
possit, *vt Bald.*(inquit)*in cap.bona memoria 36*
el secondo num.12.vers. item non habet locum
ius accrescendi de elect & electi potest, quem se-
quitur Mantic d.lib.10.tit.3.num.24. latè quoq;
Surd de aliment.d tit.9.q.5.n.6.cum seq.Viscont.
d.verbo ius accrescendi.Peregrin.d.art 9.num 4.
in fin.Crass.d.§ ius accrescendi q.17. Tusc.concl.
566.n.27 d.litt. I.

Cùm, quòd legatum hoc tercentorum, non
pro alimentis fuit, sed simplex legatum. Nam
simpliciter tercenta ipsa vtriquè insolidū in
,, relicta fuere. Sic nempè testator edixit. *Di più*
,, *lascio al Clerico Gio. Siluestro Ciccitoma, & à*
,, *Gio.Francesco suo fratello ducati trecento.* Nè
dùm igitur, quoad vsumfructū, verū, & quoad
10 proprietatem legatum ipsum relictū eis fuit;
quare faciet sibi locum in illo, ius accrescendi
per deficientiam alterius ex legatarijs, *vt est*
tex apertus in l.4. ff. de aliment. & cibar. legat.
sequitur gloss.fin.in d. l. Dominus 63. ff. de vsu-
fructu.Peregrin.d.art.9.sub n.4.
11 Tùm, quòd verba illa sequētia, legato adie-
,, cta. *Delli quali siano obligati comprarne tanti*
,, *stabili, ò censi, quali restaranno per lo vitto loro,*
,, *e di loro fameglia* non vtiquè conditionem im-
portant, sed magis modum, quo consultum es-
se voluit legatarijs ipsis testator. Profectò,
quòd legati substantiam non pertingunt, ne-
que respiciunt. Purè enim tercenta relicta
fuere.*ad tex.notab. vbi Bar. in l. quidam testa-*
mento 99.in princ.ff.de legat.primo, & tex. in l.
Titio centum 70.in princ.& §.Titio genero ff.de
condit.& demonstr.Ruin. cons.65. num 12.vol.
2.Aymon Crauetta notabiliter cons.101. num.1.
sequitur Peregrin. de fideicom. art. 37. num. 26.
vers. idem est cum verba. Iacob. Cancer. lib. 3.
variar.resolut.cap.20 de legatis num. 190. cum
seq.& d.cap.22. num. 102. Cæsar Bartius decis.
12 *Bononien.81.nu. 3.* Modus autem non restrin-
git, neque dispositionem arctat, vel suspendit.
Surdus de alimentis tit.2.q.prima nu 29. Fusar.
de fideicomm.q. 503.num.29.Bartius d. decis.81.
num.8.
13 Deindè, verba prædicta, legatariorum, non
sanè hæredum, fauorem, & commodum respi-
ciunt. Disponunt nimirum, vt per emptionem
stabilium, vel censuum, cōsultum multòmagis
,, sit legatarijs ipsis. Dùm inquit testator, *quali*
,, *restaranno per loro vitto, e di loro fameglia.*
Quamobrem legatum ipsum ex se purum, nō
restringunt, neque coarctant, sed in sua purita-
te, & laxitudine illud relinquunt, *tex. d.l.Titio*
centum in princ.Polidor.Ripa, & per eum relatis
alij obseruat.164.num.5.Surd.de aliment. tit. 2.
q.prima num.30.31.& 32.Aymon.cons.59 num.
2.& d.cons.101 sub num. 1. Menoch. lib.4.præ-
sumpt.146.n.17.
14 Et quatenùs fortasse dubium esset, an con-
ditionem magis, quàm modum verba ipsa sa-
perent; modum magis, quàm conditionem in-
ducere æstimanda erunt, secundum receptiorē
Doctorum sententiā, quam refert *Mantica de*
coniectur.lib.10.tit.5.num. 12. & sequitur Se-
bastian.Medices.Rotæ Marchiæ decis.51. num.
3.Aymon d.cons.59.num.2.Menoch. de præsump.
lib.4.præsumpt. 175.num.15.Cæsar.Bartius dec.
Bononien.79.n.26.& 36.& d. dec.81.n.4.
15 Quia profectò, legatum potiùs purum, quā
conditionale præsumitur. *secundum tex. in l.si*
*Titius 52.§.cum ita legatum ff.de legat.2.*Quòd
16 conditio, cùm facti sit, non præsumatur, nisi
probetur, *vt Menoch.*(inquit)*d.præsumpt.175.*
n.2.3.& 4.
17 Præsertim verò cùm priùs emolumentum
quæritur, quàm modus legato adiectus implē-
dus sit; vt in casu hoc nostro, quo priùs tercē-
ta legatarijs quæruntur, postmodum verò, vt
modum impleant fauore ipsorum iniunctum
legitur.*iuxtà dispositionem tex. in l. Mæuia 44.*
ff.de manumissis testam.Mantica d.tit.5.nu.15.
Menoch.d.præsumpt.175 num.11.Cancer.d.cap.
22.num.104.Gratian.forens.par.2. cap. 250. nu.
25. & 27. & cap. 316.num.14 Gaspar.Anton.
Thesaur forens.quæst lib.3.q.9. num. 2. Bartius
d.decis.79.n.20.43.& 44.& d dec.81.n. 11.
18 Tùm præterea, quòd (fac esse pro alimētis,
seù victu legatum hoc rogatum fuisset) cùm
tamen taxatiuum non sit, neque omnē victus,
& alimentorum rationem impleat, sed satis in-
feriùs alimentis ipsis reperiatur, habebit nihi-
lominus sibi locum ius accrescendi; vt optimè
superiùs allatam regulam limitat. *Surd. de ali-*
19 *ment.d.tit.9.q.5.num.26.27.& 28.* Nec legatū
temporale fuit, sed perpetuum, vtputà nedum
in fauorem ipsorum legatariorum rogatum;
sed etiam eorum familiæ; vt & si vnus ex ipsis
defecerit, vel etiam vterquè; familiæ nihilo-
minùs debeatur. *ad tex. in l.Tutor petitus 31.*
§.quæ tutoribus ff.de excusationib. Tutorum.
Surd de alimentis tit.5.q.6. num. 4. & per eun-
dem d.tit.9.q.5.num.23. & tit. 2.q. 7. num.6.&
7.Gra-

7. *Gratian. forens. par. prima cap. 70. num. 53.*
Et ità ex his respondi sub censura.

CAROLVS MARANTA. V.I.D. Aduocatus.

Ita exequutum fuit; integrumque legatum tercentorum Ioannes Franciscus obtinuit.

SVMMARIVM.

1 Ad Responsio XXXI. & XXXII.

1 *Bulla Pij Quinti de illegitimis disponens, non derogat dispositioni iuris communis in cap. cũ haberet 5. de eo, qui duxit, quam poll. per adult. & nu. 33.*

2 *Clericus potest in illegitimos causa dotis, & alimentorum, etiam ex fructibus beneficiorum, vbi alia bona non suppetant, disponere. iuxta tex. d. cap. cum haberet, & n. 34.*

3 *Clerici quamuis malè fecerint filios ex illegitimo coitu suscipiendo, ex quo tamen geniti sunt, pascendi, non perdendi erunt, & num. 35.*

4 *Parentes peccant si filijs, quamuis spurijs alimenta denegent.*
Modò tamen paupertate non excusentur nu. 5. & nu. 36.

6 *Semen hominis, ex quocunque coitu, Dei creatura est.*

7 *Deus omnipotens homines nasci vult, vt viuãt, non vt pereant.*

8 *Ius Canonicum, licet quidem super omnia, peccata detestetur, æquitatem tamen naturalem apprimè colit. & n. 39.*

9 *Clerici quamuis peccent filios generando, merentur tamen, & pietatem exercent, genitos alendo.*

10 *Spurij dicuntur de familia, & in numero computantur familiæ Clerici patris.*
Vnde habenda eorum ratio est in æstimanda fructuum beneficiorum sufficientia n. 11.

12 *Spurij alendi sunt, non perdendi.*

13 *Pij Quinti voluntas in sua dispositione aduersus illegitimos, non fuit tollere, quæ sunt iuris naturalis, sed tantùm fraudibus, & scandalis obuiare.*

14 *Filij, quamuis spurij, ne pascantur nulla lege fieri potest.*

15 *Ius naturale educare filios docet, & est primum omnium & n. 38.*

16 *Constitutio Pij non tollit, quæ naturalis iuris sunt, & n. 40.*

17 *Ius fidæ, atque diffidæ ad dominum spectat, & nu. 28.*

18 *Domini est prohibere, vel permittere ingressum in proprium territorium.*
Vnde iniuriarum actio datur Domino aduersus ingredientem eo inuito n. 19.
Agitquè lege Aquilia ob damnum datum. nu. 20.

21 *Fida est de pertinentijs feudi.*

22 *Dominus rei potest illam pro libito distrahere, cum rei suæ quilibet sit moderator.*

23 *Fidare, seu affidare, vel diffidare quid sit?*

24 *Pascere pratum alieni soli nemini licet.*
Sed contra pascentem datur actio legis Aquiliæ. n. 25.

26 *Baiulorum, siue Baliuorum est cognoscere damna data ab animalibus, illaquè vt Dominis reficiantur.*

27 *Illatio non fit à diuersis, neque sequela ab eis iurè ducitur.*

29 *Fidæ, atque diffidæ ius est iurisdictionis.*

30 *Iurisdictio ad Dominum spectat.*

31 *Pœna pro pasquis, spectat ad eos, quibus damnũ illatum est, si illa aliàs per Principem alteri applicata non fuerit.*

32 *Legitimus quis magis in dubio præsumendus, quàm illegitimus.*

37 *Alere filios, quamuis spurios, & ex damnato coitu meritorium est.*

ARGVMENTVM.

Bulla discutitur fœlicis recordationis Pij Papæ V. de dispositionibus in illegitimos filios factis. ad ornatum tex. in cap. cum haberet 5. de eo, qui duxit in matrimon. quam polluit per adulter. Et ad quem fidæ, vel diffidæ ius pro animalium pascuis spectet; ad territorij nè Dominum, vel verò ad Baliuum, qui iurisdictionem in territorio obtinet?

RESPONSIO XXXI.

DVo sunt, de quibus consultatio petitur. Vnum quidem; an Clericus Fabius saxus, qui in Vincentium filium naturalem de ducatis centum, donatione inter viuos, vel etiam causa mortis disposuit, in bullam dederit fœlicis recordationis Pij Quinti de illegitimis editam?

Alterum verò, cùm sit Abbatia Sancti Nazarij territorij vniuersi Domina, & Baro, Baiulatus tantummodò officio in illo potiatur; Ius fidæ, & diffidæ ad Abbatiam ne, an verò ad Baronem spectabit?

1 Ad primum ergo, Fabium prædictum in Bulla iam dicta Pij Quinti non comprehendi, respondeo. Quippè quòd etsi de illegitimis disponat, prohibeatve ne aliquid illis de bonis Ecclesiæ detur, neque de patrimonialibus Clericorum aliquo modo concedatur; non ex hoc

tamen

tamen iuris communis dispositioni in cap. cum
haberet 5. de eo, qui duxit in matr. quam polluit per
adult. derogat vllo modo. Nauarr. de spol. Cleric.
§. 19. nu 9. cum seq. ad fin. & cons. 4. & 5. lib. 3. de
testam. Sayr. decis. 16. de testamen. lib 3. Rota diuers.
par. 1. decis 474. et 487. Quaranta in sum. verb. ille-
gitimi, fol. 285. & 288. Rota in vna Bononiens. ali-
mentorum corā Penia, anno 1594. per Farin. tom. 2.
cons. decis. 82. n. 9. & 10. et s. q. quæ est etiam in im-
pressis per eundem, 4. par. diuers. dec. 747. nu. 12. &
apud Card. Seraphin. decis 478. n. 4 Riccius in praxi
var. par. 2. resol. 32. Card. Paleott. de nothis, et spur.
cap. 45. nu. 8. et cap. 46. et 47. Gratian. forens. par. 3.
cap. 586. n. 28. Reuerendiss. Dominus meus Hierony-
mus Campanil. in diuersor. iuris canon. rub. 11. c. 13.
nu. 36. Pater Paulus Comitolus responsorum mo-
ralium lib. 1. q. 75. & lib. 7. q. 16. sub num. 10. in fin.
Filliucius tom. 3. ad appendicem quæstion. moralium,
tract. 43. cap. 4. n. 36. & 37. Nouissimus P. Antonius
Sanctarellus è Societate Iesu. var. resol q. 31. nu. 8.
& seq. & plenius ad hanc rem, q. 35. & Barbosa ad
d. cap. cum haberet, vbi plenè.

2 Quocirca poterit Clericus in subsidium, vbi
alia bona non adfuerint, ex causa dotis, & ali-
mētorum. iuxta terminos tex. prædicti in c. cum
haberet; ex fructibus etiā beneficiorum, & pen-
sionibus in illegitimos disponere, Rota d. decis.
487. n. 3. Riccius d. resol. 32 n. 1. iuxta qualitatem
personæ, & facultatum, vt ex receptiori sentē-
tia, etiam apud Rotam probata refert Gratian.
d. cap. 586. nu. 29. & par. 4. cap. 613. nu. 7. cum seq.
vbi de veriori sentētia testatur, & dixerat prius
par. 1. cap 112. nu. 1. & seq. Pater Ioannes Valerus
Chartus. de differ. inter vtrumque forum, verbo ali-
menta different. 1. nu. 2. & seq. & verbo hæreditas.
differ. 11. Capyc. decis. 164. & 181. vbi etiam Petra
addens Reg. Scipio Rou. dec. Sac. Cōs. 25. n. 17. et 18.
Filliuc. d. c. 4. n. 37. & Sanctarell. d. q. 31. n. 9. & 15.
et alij apud Barbos. d. c. cùm haberet, n. 6. in 2. ampl.
& nu. 12. Comitol. d. q. 75. lib. 1.

3 Quamuis enim malè fecerit Clericus, ita fi-
lios suscipiendo. Ex quo tamen geniti, perden-
di haud sunt, sed pascendi, illisquè, veluti pau
peribus succurrendum, ad notata per glos. in c. 1.
verbo subministrent. & Abb. ibid n. 4. in fi. de cohab.
Cleric. & mul. Nauar. d. §. 19. n. 11. de spol. Cleric.
et d. cons. 4. de testam. Mastrill. par. 2. dec. Sicil. 144.
n. 17. 18. & 20. Henriq. in sum. lib. 11. de matr. c. 19.
4 §. 2. Alioquin peccat parens, si filio, quamuis
5 spurio, alimenta denegat; modò illa præstare
possit, & paupertate non excusetur. Ex præce-
„ pto diuino Ecclesiast. 30 Lacta filium. & paren-
„ tem te faciet. & Matth. 7. Quis ex vobis homo,
„ quem si petierit filius panem, nunquid lapidem por-
„ riget ei? aut si piscem petierit, nunquid serpentem
„ dabit ei? Pater enim prouidet filio de alimento,
& substentaculo vitæ, vt Dionys. Carthusian. ibid.
6 loquitur art. 15. litt. G. Semen quippè hominis,
ex qualicunque homine sit, Dei creatura est,
vt inquit S. Aug. de bono coniugali in c. sicut satiùs
est 8. 32. q. 4. can. vndecunque, 56. dist. Paleottus de
7 nothis cap. 47. num. 2. & 3. Et Deus omnipotens
vult homines nasci, vt viuant, & enarrent mi-
rabilia eius, non vt pereant. Ezechiel 33. & se-
quitur optimè Fr. Ludouicus à Beia respons. casuum
conscient. par. 1. casu 14. fol. mihi 60. & 61. Regens
Rouit. d. decis. 25. nu. 7. & 8.

8 Enimuerò, licèt peccata quàm maximè,
ac super omnia ius canonum detestetur; ita
tamē pietatem, naturalemq; colit æquitatem,
vt nolit alimenta illegitimis denegari, vt loqui-
tur Rota in d. Bononiens. aliment. apud Farinacium
9 d. dec. 82. nu. 1. Et peccatum, & si quidem fuerit
generando filios spurios, nō est tamen in alen-
do illos; quinimò meritum, & actus pietatis,
can. nasci. 56. dist. et can. pasce. 86. dist. ne alioqui,
qui nihil omninò deliquere, acriter ita puniantur,
tur, vt ad apertam mortis necessitatem, dene-
gato victu, deducantur. Paleott. d. tract. de nothis,
cap. 46. nu. 6. in fi. & cap. 47. nu. 2. à Beia d. casu 14.
Valerus d. verbo alimenta, different. 1. nu. 2. & seq.
„ A natura quippe ipsa impellimur, vt eos, quos
genuimus, nutriamus, & amemus, vt Cicero
10 loquitur lib. 3. de finib. Vnde filij, quāuis spurij,
11 de familia dicuntur Clerici, vt habenda sit ra-
tio eorū in æstimandis fructibus sufficientibus
beneficij, secundum tradita per Hoiedam de incom-
patibilit. benefic. par. 1. cap. 9. n. 40. Pascalis de virib.
patriæ potest. par. 2. c. 3. n. 31. Regens Rou. d. dec. 25.
nu. 6. et 7. Petrus Binsfeld. in Enchyrid. Theolog. pa-
12 storal. par. 4. c. 13. §. 2. in 9. concl. Quia filij, etsi
sanè spurij, tàm seculari, quàm ecclesiastico
foro alendi sunt, non perdendi. Surd. de aliment.
tit. 1. q. 10. nu. 10. Gratian forens. par. 5. c. 958 n. 30.
13 Nec voluntatis dicti Pij V. fuit tollere, quæ
sunt iuris naturalis; sed scandalis dumtaxat, ac
fraudibus obuiare, vt per Rotā habetur dicta
decis. 82. nu. 10. & 11. & Azor. moral par. 2. lib. 1.
14 c. 40. q. 7. in fi. Rouit. d. dec. 25. n. 17. et 18. Vt nulla
proinde lege fieri possit, ne pascantur filij ex
illicito quomodolibet coitu suscepti, vt tradit
optimè Cenedus canon. quæst. lib. 1. q. 13 num. 10.
15 Cùm naturale ius. quod educari filios docet,
can. ius naturale, dist. 1. §. 1. instit. de iure nat. gent.
& ciuili, inter omnia iura primatum teneat,
Comitol. d. q. 75. vers. verum enim, Paleottus d. c. 46.
n. 6. et c. 47. num. 1. 2. et 3. à Beia d. casu 14. Valerus
vbi supra.

16 Disponit profectò Constitutio prædicta de
illis dumtaxat, qui iure speciali priuilegij ali-
cuius, vel gratiæ, potestatem obtinēt, de rebus
ecclesiasticis, vel patrimonialibus in illegiti-
mos disponendi, vt ex contextu manifestè de-
ducitur. Vnde non tollit ea, quæ sunt iuris na-
turalis, conseruata per dispositionem tex. in d.
cap. cùm haberet 5. de eo, qui duxit, quam polluit per
adulter. vt latè præcitati Authores, & fuit pluries
decisum per Rotam d. dec. 82. n. 10. et d. dec 478.
nu. 4. apud Seraphin. & d. dec. 487. par. 1. diuers. &
pluribus Riccius d. resol. 32. idem Campanil. d. c. 13.
num. 35. 36. et 37. Sanctarellus d. q. 35. et sequitur
Cherubinus in compend. Bullarum, in 117. constitut.
Pij Quinti, in 2. scholio, fol. mihi 69.
17 Ad secundum autem: Ius fidæ, atque diffidę
ad Abbatiam spectare censeo. Quoniam illa
18 territorij dominium obtinet vniuersi. Sicuti
verò

verò domini territorij est, prohibere quemcũ-
que, ne ingrediatur in illud; ita quoque eiusdẽ
erit & ingressum permittere, *tex. in l. 3. §. planè,*
vbi glos. verbo prohibere, l. naturale 5. §. apum, ff. de
acquir. rer. dom. §. apum quoque, Instit. de rer. diuis.
l. diuus 16. ff. de seruis rustic. prædior. l. quemadmo-
19 *dum 29. in princ. ff. ad leg. Aquil.* Vt inde iniu-
riarum actio iurè cõcedatur domino aduersus
ita ingredientem contrà ipsius voluntatem.
l. iniuriarum 13. §. si quis me: aliàs si quem tamen,
20 *ff. de iniur.* Liceatquè ei etiam lege Aquilia
agere, ob damnum datum. *ad text. in l. si seruus*
seruum 17. §. si oliua, ff. ad legem Aquil. sequitur
Vincent. de Anna alleg. 108. nu. 3. par. 2.
21 Atqui fida est de pertinentiis feudi. *Anna*
d. alleg. 108. nu. 1. Lucas de Penna in l. quicunque 2.
C. de fundis limitrophis, lib. 11. col. 1. num. 2. Regens
Car. Tapia par. 1. cap. 2. in l. fin. ff. de constit. princip.
nu. 14. Et Abbatia obtinet feudum ipsum, vti
domina territorii. Ad eã vtique ius fidæ com-
22 petet, sicuti & diffidæ. Ei nempè est rei distra-
hendæ pro libito potestas, qui rei ipsius domi-
nium habet. *ad tex. in l. in re mandata 21. C. man-*
dati. Regens de Ponte cons. 97. n. 2. & 3. lib. 1. Ioan.
Baptista Thoro 1. par. in compendio decis. littera F.
fida spica, fol. mihi 215. & probat apertis verbis
Constitutio ipsa: *Cùm per partes Apuliæ de ani-*
malibus in pascuis assignandis: his loquẽs verbis:
„ *Si dominus terræ, in qua inuenta fuerint, voluerit*
„ *eis pascua in terra antea concedere, accipiat ab eis*
„ *affidationem iuxtà affidaturam, quam recipiunt alij*
„ *vicini eius, & nihil aliud, &c.* & sequitur ibidem
„ *Affl. nu. 8.*
23 Est enim affidare, seù fidare, soluta certa ali-
qua pensione pro pascuis animalium, permit-
tere illa pasci in territorio proprio, eaq. fidare.
Quod si (nõ facta permissione prędicta) pascua
sumere inuenta fuerint animalia, licere domi-
no territorii, vti diffidata, ipsa capere, ad emẽ-
dam damnorum, diffidamq; exigere, vt ex cõst.
prædicta colligitur, *& per Afflict. dec. 290. nu. 1.*
24 „ Quia nemini licet pascere pratũ alieni soli,
vt loquitur glos. in l. pratum 31. ff. de verb. signif.
ex tex. in l. fin. C. de pascuis publicis lib. 11. Marinus
Frecc. de subfeud. lib. 2. in 46. authoritate, nu. 3. & 4.
nouissimè Prosper Rendella de Regijs pascuis, & fo-
25 *restis, cap. 16. & 17.* Quinimò contra ita pa-
scentem actio datur legis Aquiliæ, *secundũ tex.*
in d. l. si seruus seruum 17. §. qui oliuam, ff. ad legem
Aquil. sequitur Ann. d. alleg. 108. nu. 2. & 3.
Nec ad rem facit per aduersarios obiectum.
Baiulatus officium penès Baronem esse, vt pe-
nès ipsum quoque fidæ, atque diffidæ ius esse
debeat.
Licet nempè ad Baiulum, siuè Baliunm, ab
26 animalibus damna data in pascuis deferantur;
eiusquè sit cognoscere de damnis datis in ter-
ritoriis ab animalibus pascentibus; &, vt dam-
na territoriorum dominis reficiantur. *Regens*
Tapia de iure Regni lib. 2. in rubr. de officio, & nu-
mero Baiulorum, rubr. 37. n. 3. fol. 445. & in prag. 1.
statuimus, de offic. Baiuli, fol. 451.
Non ex hoc tamẽ sequitur, ad Baiulum fidę,
27 atque diffidæ ius spectare. A diuersis enim
nulla recta ducitur sequela, *ad text. in l. Papinia-*
nus exuli 21. ff. de minorib. cum concordant.
28 Ad dominum itaque territorij fidæ ius spe-
ctabit, atque diffidæ. *Afflict. d. dec. 290. n. 1. & 5.*
Quia ipse de iure communi fidam habet, atque
diffidam. *Capyc. decis. 45. n. 4.*
Indè autem verum est, ad Baronem fidæ ius
spectare pro animaliũ pascuis, Quia Baro do-
29 minium obtinet territorij regulariter. Et fidæ
30 ius, atque diffidæ, iurisdictionis est, quæ ad do-
minum spectat. *Minadous decis. 32. num 3. Anna*
d. alleg. 108. n. 1. quatenus quidem pœnam exigit
in emanatis bannis impositã in eos, qui absque
fida dominorum pascere ausi fuerint, *Marinus*
31 *Frecc. d. author. 46. nu. 11.* Cæteroquin in dubio,
vbi pœna pro pascuis, certæ personę applicata
non fuerit Principis decreto; ad eos spectat,
cuius est defensa, quibusq; damnum illatum est,
post Ioan. de Platea l. 1. C. de pascuis publicis, lib. 11.
Auend. de exequen. mand. Regis, par. 1. cap. 13. n. 6.
Ad Abbatiam ergo ius fidæ spectabit, atque
diffidæ; quoniam ipsa territorii vniuersi domi-
nium obtinet.
Et ita ex his respondendum sub censura
censui.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

Et cùm anno 1631. Adm. R. D. Pompeus Lanza V. I. D. Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Auersanæ in supremis suis tabulis hæredes vniuersales sibi scripsisset Cæsarem, & Honufrium Lanza, eius ex Fabritio fratre legitimos, naturalesque nepotes; prælegauit tamen Honufrio prædicto petium quodam terrę modiorum sex, arbustatum, & vitatum, & ducatos quingentum, cum onere, quòd tàm dictum petium terræ, quàm ducatos quingentum assignaret Stephano Lanzæ infanti, cùm primùm ad ætatem perueniret annorum 14. & interim aleretur per dictum Honufrium, donec ad ætatem perueniret designatam; volens insuper, *che dedotti gli alimenti di detto Stephano, li di più dell'entrate di detta Terra, e ducati* 500. *sia commune con detto Cesare.* Prætenderat Fiscus Reuerendæ Cameræ Apostolicæ dictum Pompeum dedisse in pœnas Constitutionis Pii Quinti, & proinde legatum per eum rogatum, ad Cameram Apostolicam spectare, quòd præsumeret Stephanum prædictum ex illegitimo coitu susceptum. Verùm ego hæredes tutans, sequentibus respondendum censui, vt in superioribus, multos ante annos, dixeram.

RESPONSIO XXXII.

Auerſana legati pro alimentis in illegitimum.

REner. Pater, quamuis quidem in-
probaris minimè fiſcus ſit, Sre-
phanum Lanzam, legatarium ab
adm.R.Domino Canonico Lanza
in ſuis ſupremis tabulis deſcri-
32 ptum, naturalem eſſe, vel ſpurium, vel verò le-
gitimum, quod vltimum magis in dubio præſu-
mendum. Cùm illud magis ſemper ſit conij-
ciendum, quod honeſtum eſt, quàm quod inho-
neſtum, *arg tex.in l.miles 11.§ defuncto ff.ad leg.
Cornel. de adulter. Bald in l.filium cum definimus,
nu.11 verſ.item nota quòd potius, ff.de bit, qui ſunt
ſui, vel alien.iur. optimè Card.Paleottus de nothis,
& ſpurijs, cap.20.nu.3.in fi. & ſeq. vſque ad finem
capitis. & dictum fuit in Firmana iurispatronatus
3.Iulij 1600.coram* Coccino *dec.7.Meroll.Theolog.
moral.tom.1.diſp 3.c.3.n.261.et 262.alios referens.*

Nihilominus tamen (dato ex hypoteſi illum eſſe ſpurium) cùm tamẽ relictum legatum, pro alimentis factum, ſcriptumq; fuerit, & nõ aliàs, vt ex ipſiſmet teſtamenti tabulis apertè legentibus patet; ſubſtinendum vtique illud, nec improbandum erit.

33 Profectò, quòd Pij Papæ Quinti diſpoſitio
minimè aduerſatur iuris communis diſpoſi-
tioni *in cap.cùm baberet 5. de eo, qui duxit in
34 matrimon.quam polluit per adulterium.* Vt va-
leat proinde Clericus, quamuis beneficiarius,
nedùm ſanè ex bonis alijs patrimonialibus,
verùm & ex beneficiorum fructibus pro ali-
mentis in ſuſceptos ſpurios diſponere; nedùm
ſimpliciter, verùm, & ad quãtitatem patrimo-
nij, atque ad perſonæ qualitatem, & dignitatẽ.
*Nauar.de ſpolijs Clericorum §.19. num. 9. cum
ſeq. ad fin. & conſ. 4. & 5.lib.3.de teſtam.Sayr.
deciſ.16.de teſtam.lib.3.Paleott.de nothis cap.45
num 8.& cap.46.& 47.Quaranta in ſum. verbo
illegitimi fol.mibi 285.& 288. Riccius in praxi
var.reſol par.2.reſolut.32. Reuerendiſs.Hiero
nymus Campanil.in diuerſor.iuris canon.rub.11
cap.13.nu 36.Pater Paulus Comitolus reſpõſor.
moral.lib.1.n.75.& lib.7.q.16.ſub num.10.in
fin.Sanctarellus variar.reſolut. q. 31. num.8.&
ſeq.& q.35.Barboſa d.cap.cum baberet. Rota
par prima diuerſ deciſ. 474. & 487. apud Card.
Seraphin.deciſ.478. & dictum fuit in Bononien.
alimentorũ coram Penia anno 1594. per Farin.
par.4.diuerſ.deciſ.747.num.12 & deciſ.82.num.
9.& 10.poſt 2.vol.conſil.Gratian.forenſ.par.pri-
ma cap. 122.num. 1.cum ſeq. & par.3.cap.586.
num.28 & 29 & par.4.cap.613. nu. 7. cum ſeq.
Pater Ioan. Valerus Carthuſ. de differentijs in-
ter vtrumquè forum verbo alimenta differentia
11.num.2. & ſeq. Petrus Binsfeld. in enchyrid.
Theolog.paſtoral.par.4.cap.13.concluſ.9.§.2.*

35 Quamuis enim perperam Clericus egerit, quòd ex damnato coitu filios ſuſceperit; perdendi haud tamen ſunt, quia geniti, ſed paſcẽdi, eiſquè veluti pauperibus ſuccurrendum. *Gloſſ in cap.prim.verbo ſubminiſtrent. vbi Abb. num.4.in fin.de cohabit.* Clericorum, *& mulier. Nauar.d.§.19.num.11.de ſpol* Cleric. *& d.conſ. 4.de teſtament.Maſtrill.deciſ.Sicil.par. 2. deciſ. 144.nu 17.18.& 20 Paleottus cap.46. num.6.& cap.47.n.6.*

36 Cœteroquin peccabit Clericus, ſi filio, quãuis ſpurio alimenta, denegauerit. *Henriq.in ſum.lib.11.de matrim. c. 19. §.2.Ludouic.à Beia reſponſor. caſuum conſcient. par. prima caſu 14. verſ.tùm demum fol.mibi* 60. Porrò, quòd hominis ſemen ex qualicunque homine ſit, Dei tamen creatura eſt. *vt ex S.Patre Auguſtino de bono coniugali loquitur tex. in can. ſicut ſatius eſt 8.32.q.4 & can.vndecunquè 56.diſtinct.* Neque deliquit omninò, qui ita genitus eſt; & ſi quidem, qui genuit peccarit, contra legem delinquendo. *Paleottus de nothis d.cap.46.nu.6.& cap 47.num.6.* quo loco obligationem ſpurios alendi ad hæredes tranſire defuncti patris, docet, *& n.8.Valerus d.different.11.poſt n.2.*

37 Quò fit plane, vt licet peccatum fuerit ſpu-
rios filios generando: meritum nihilominus
ſit, alendo illos: quòd actus ſit pietatis; vt con-
trà, famę perdendos dimittere impietatis. *can.
naſci.56.diſt.& can.paſce 86.diſt.* Nulla proio-
de lege fieri poterit, nè paſcantur filij, ex illici-
to quamuis, ac nefario coitu ſuſcepti. Profe-
38 ctò, quòd naturale ius, quod educari filios
edocet *can.ius naturale,1.diſt et §.1.Inſtit.de iure
nat.gent. et ciuili,* inter omnia iura primatum
obtinet, atque potentiùs eſt. *Cenedus can.quæſt.
lib.1.q 13.n.10. Comitol.d.q 75.verſ.verùm enim,
Paleott.d.cap.47.nu.1.& 2.Beia d caſu 14. Valer.
d.different.11. nu.2.& ſeq.*

39 Et licèt peccata quàm maximè ſacrorũ canonum ius deteſtetur, ita tamen pietatem, naturalemquè colit æquitatem, vt nolit, neque patiatur illegitimis alimenta denegari, *vt dictũ fuit in d. Bononien.aliment.d.deciſ 82.nu.1.Surdus de aliment tit.1. q.10 nu.10. Gratian.forenſ.par.5. cap.958 nu.30.*

40 Neque Sanctiſſimi, ac pijſſimi pariter Pontificis Summi Pij V. volũtas fuit, quæ naturalis ſunt iuris, & à natura ipſa nobiſcum inſita deſcendũt, tollere, & abrogare. Cùm alioqui immutabilia perſeuerẽt, quæ naturalia ſunt, *d.can. ius naturale,1.diſt.* ſed ſua Conſtitutione fraudibus dũtaxat, ſcandaliſq; obuiare eccleſiaſticarum perſonarũ Dei ſummi ſeruitio addictarũ, perſenſit. *Io.Azor.inſtit.moral. par.2.lib.2.c.40. q.7.in fi. & dictum fuit in d.Bononien.alimentorũ, d.dec.82.n.10.et 11.et d dec.478.n.4.apud Seraph. et d.487.par. 1.diuerſ Ricc.d reſol.32. Campanil. d.c.13.n.35.36.et 37. Sanctarell.d.q.35. Cherubin. in compendio Bullar.in 117.Conſtit. Pij V.ſchol.2. fol.mibi 69.*

Non igitur vexandi hæredes Canonici D. Pompei, quòd in Srephanum (ſac illegitimum) pro alimentis diſpoſuit. Quare. &c.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Aduocatus.

Obtinui

Obtinui tandem decreto Illustriss. Domini Nuntii Nicolai de Herrera, proponente integerrimo viro Domino meo Alphonso Cappellerro Auditore, & hæredes D. Pompei absoluti, ac liberati fuere ab his, quæ fiscus prætendebat. manu D. Sigismundi Campanilis Actuarii.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium est inter coniuges amoris vinculum, quo corpora, & animi coniunguntur.*
Inde à coniunctione, qua inter bruta succedit distinguitur, nu.2.
3 *Vir, & vxor vna caro per matrimonium efficiuntur.*
4 *Viri diligere debent vxores suas sicut Christus Ecclesiam.*
5 *Coniugium ab coniunctionis, et vnitatis affectu appellatum dicitur.*
6 *Annulus in desponsatione uxori à viro traditur pignoris loco contracti matrimonij.*
7 *Arrha contracta venditionis signum, & argumentum sunt.*
8 *Annulus in coniugio præfert signum connexionis animi, & corporum.*
Et cur sinistræ manus digito inseratur, n.9.
10 *Viri vxores diligere debent uti corporis sui partem, & vt propriam carnem fouere, n.11.*
12 *Vir, & vxor, vna caro, vnum corpus, & vna anima sunt.*
13 *Euam Deus è costa Adæ ædificauit, non ex pede, aliave corporis parte, vt vnum eorum debere esse cor, & animum ostenderet.*
14 *Euam ex Ada costa ædificaturus Deus, cur soporem in eum immisit?*
15 *Vir in amore præferre debet, charitatis ordine, vxorem alijs, quamuis penitissimis consanguineis.*
16 *Sacrificium, quo apud Ethnicos Iunoni nuptiarum Deæ sacrificabatur, fel omnino excludebat, quòd inter coniuges amor, non amaritudo esse debeat.*
17 *Vipera murena coniungenda venenum euomet.*
18 *Amorem inter coniuges summopere affectant leges, & diffidia inter eos amouent.*
19 *Concordia maritalis lucro cuilibet præferenda.*
20 *Vxores viris sociæ sunt diuinæ, atque humanæ domus.*
21 *Adam sociam Euam appellauit.*
22 *Amor est causa, & principium generationis; & propterea inter coniuges esse debet.*
23 *Nuptijs genus humanum conseruatur, & augescit.*
24 *Nuptiæ generis humani seminarià appellatur.*
25 *Charitas coniugalis neque senio, neque frigiditate tepescere debet.*
26 *Coniuges inter, summa charitas esse debet.*
27 *Diabolus odij, & dissentionis est author, pacisq; æmulus, & zizaniorum sator.*
28 *Diaboli malitia inter coniuges inimicitiæ, & odia regnant.*
29 *Diuortiū cur inter coniuges permittat Ecclesia.*
30 *Diuortium à diabolo est, nuptiæ verò à Deo.*
31 *Thori separatio, & diuortium æquiparantur.*
32 *Diuortium quid, & ad quid? nu.33.*
34 *Odium nil intactum relinquit aduersus eum, quem oderis.*
35 *Odio humanum peruertitur iudicium.*
36 *Irati animi non nisi nocere cupiunt.*
37 *Sæuities nimia viri erga vxorem, causam primariam ad diuortium ministrat.*
38 *Vxor à viro, in eam sæuienti, fugere potest, neque ei cohabitare tenetur.*
Quamuis ipsa sæuiendi occasionem dedisset, n.39.
40 *Vir, si in mortem machinatur vxoris, vel eam veneno perdere tentat supra modum in eam sæuire dicitur.*
Vt neque ei cautione, etiam fideiussoria oblata, cohabitare vxor teneatur, nu.41.
42 *Viro uxorem repetenti, sæuitiæ obstat exceptio, ne restitutio fiat. & num.53.*
Quia tanto suo malo viro cohabitare non debet, num.43.
Potissimum si vir causam dederit, nu.45.
44 *Vir in vxorem sæuiens tyrānus dicitur, & omni bestia crudelior.*
46 *Inimico nemo qui sapit, se, suamq; vitam committit.*
47 *Cautionis sub fragilitate vxor vitam suam viro inimico, & exoso, committere haud debet.*
48 *Satisdatio maleuolum propositum non mutat.*
49 *Veneno hominem perdere, crimen est omnium grauissimum, quia præcauere sibi non potest.*
50 *Veneno hominem petere, plus est, quàm gladio.*
51 *Veneno perdens hominem, proditoriè illum necare dicitur.*
52 *Venenum, vel paratum fuisse dumtaxat, coniugi iustam ad diuortium causam præbet.*
54 *Veneni tentatione per virum vxori facta, iusta ad diuortium fit per Iudicem sententia.*
Et dotem quoque eidem adiudicat, atque donationem propter nuptias. num.55.
Etiam non expectato anni tempore. nu.56.
57 *Ad matrimonium quomodo, & qua præparatione accedendum.*

ARGVMENTVM.

De separatione matrimonij quoad thorum, ob propinatum vxori venenum, atque ob viri sæuitiem; non inutilis disceptatio.

RESPONSIO XXXIII.

ET si quidem matrimonium est inter coniuges amoris, charitatisq; vinculum, quo nè corporū dumtaxat, verùm & animorū mutua fit colligatio, & glutinum. *tex. cum glos. verbo coniunctio, in sum. et can. matrimonium, et can. sufficiat, can. cùm initiatur, 27. q. 2. glos. in cap.*

cap.ex publico 7.verbo consumatum de conuers.
2 *coniugat.* Quouè à cõiunctione, quæ inter bru-
ta intercedit animalia, dissidet; quòd in illis
corpora solùm non, quo carent, animus con-
iungatur. *Præpos in rub. de sponsal. & matrim.*
num 5.vers.& ponderatur in matrimonio. Sicu-
3 ti inter homines corpora simul connectuntur
et animi, atque duo pariter vna caro efficiun-
tur. *Genes.2.prima ad Corinth 6. cap. debitum 5.*
de bigam cap.gaudemus 8.de diuort. Tridēt. cap.
1.sess.24 in doctrina de matrimon. Vt propterea
Gentium Doctor, & electionis vas Paulus *ad*
Ephes.5. Vnitatis huiusce memor, iurè viros,
4 Christi Domini exemplo, suas diligere vxores,
adhorterur, dicens: *Viri diligite vxores ve-*
stras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & se-
metipsum tradidit pro ea. indèq; coniugium, ab
5 coniunctionis, & vnitatis effectu appellatum
suisse asserit *Henriq.in sum.cap.1. lib. 11. nu.1.*
& est tex.in can coniuges 5.vbi Gloss & can.con-
iux.6.& can eum initiatur 31.27.q.2. Vt quorũ
vnum corpus est, vnus debeat, & animus esse,
vt loquitur tex.in can.de neptis tua. 31. q. 2. Vt
coniugium, quasi duorum sub eodem iugo
vinculum dictum videatur. de quo dixit ille:

Ne cui me vinculo vellem sociare iugali.

& sequitur Homobonus de humana vitæ statib.
par.2.cap.19.num.9.fol mihi 674. circa fin. lexi-
con iurid.nouissimum verbo coniuges, & verbo
6 *coniux.* Neque ab re fiat in desponsatione;
quod per virum vxori annulus tradatur. *can.*
nostrates 30.q.5. Nimirùm, quòd pignoris loco
contracti matrimonij intercedat. *tex. in cap.*
tenor litterarum 10. circa fin. vbi Gloss. verbo.
subarrasse de sent.& re iudicat.tex. in cap. illud
7 *11.vbi Gloss.verbo annulos de præsumpt.* (sicuti
arrhæ, contractæ venditionis signum, & argu-
mentum sunt. *l. quod sapè 35. in princ. ff. de con-*
trahen. empt. §. 1.institut.de empt. & vendit.)
8 Signum enim præsefert ille, eo pignore, ma-
ris, & fœminæ corda ligari, amorisquè mutui
9 vinculo connecti. Ideòq; sinistræ manus digi-
to, non iniurià, inseratur; quòd ibi vena sit san-
guinis ad cor vsque peruadens. *secundū Isidor.*
lib.2.offic.cap.15. & refert tex.in can fœminæ.
vbi etiam Gloss notabiliter 30 q. 3. Lapus alleg.
56.num.4 Polidor.Vergil. de inuentor. rerum
lib.2.cap.21. Petrus Gregor. partit. iur. Canon.
lib.3.tit.20.de sponsalib.cap.5. & syntagmat.iu-
ris vniuersi lib.8.cap.7 n.10. Frater Bernardin.
de Busto in Rosar.sermon.tom. 2 serm. 25. in
prima par.in 5. documento Ioan. Neuizan. in
sylua nupt.lib.3.nu.13 Couarr.de sponsalib. par.
2.cap 4.num.3.Illustrissi Card.Baron annalium
tom.1.anno Christi 57 fol.mihi 441 litt. B. quem
sequutus fuit Marchio Belmontis Regens Carol.
Tappia in suo iure Regni par. 4.tit. de matrim.
publicè contrahend rub.11.fol.mihi 55 & Clau-
dius Minoes in Alciati viri doctissimi Emblema
197.vers.obnuit ocellos in fin.fol.mihi 840.col.2.
impressionis Patauinæ. Homobonus de humana
vitæ statib.par.2.d.c.19.fol.mihi 673.in fi.& 674
10 Ostendatquè eo symbolo, viros diligere
vxores debere, tanquam corporis sui partem.
11 *can.admonere 8.in princ.33. q. 2.* vtquè propriā
souere carnem. Apostolo attestante, qui ait *ad*
Ephes.5. Viri debent diligere vxores suas, vt
corpora sua. Et iterum: *Qui vxorem diligit, seip-*
sum diligit. vbi plenè S. Thom lect. 8. Profectò,
12 quod vir, & vxor, vna caro, vnum corpus, &
vna anima sunt. *vt Gloss. inquit in l. si cùm dotē*
33. §. si maritus verbo participem esse ff. solut.
matrim.tex.in cap.1.de coniug. lepros. Grāmat.
13 *decis.73.num. 19.* Vt non sine mysterij summi
ratione factum esse noscatur, quòd Euam
Omnipotens Pientissimusquè rerum omnium
Plasmator Deus, de costa ædificauerit Adæ.
Genes.2. nō sanè ex pede, nèue ex corporis alia
parte. Quò, vnum eorum debere esse animum,
& cor ostenderet. *tex.cum Gloss.in can. nec il-*
lud otiosum 20. 33. q. 5. D. Thomas prima par.
sum.q.92.art.3. & in illud Apost. Pauli prima
ad Corint.7.lect.prima.nolite fraudare inuicem,
& sequitur Pater Ioannes de Carthagena tom.
1.lib.12. homil.prima fol.mihi 1076.Præposit. d.
cap.gaudemus 8 §.quia verò num. 6. de diuort.
sequitur in omni doctrinarum genere absolutis-
simus Andraas Tiraquell. ad leges connubbial.
leg 8.num. 10.de Bust.d serm. 25. in 5 documen.
14 Et vt illam non infensam ex malo haberet;
sed amore magis prosequeretur: ne doloris
fortasse sensum perciperet Adam; quando tu-
lit vnam ex costis eius Omnipotens Deus, &
ædificauit illam in mulierem, vt esset ei adiu-
torium simile sibi. *Genes.2.* immisit Deus sopo-
rem in Adam, & tūc tulit vnam ex costis eius.
Vt nè sentiendo dolorem, mulieri ex se forma-
tę, postea doloris memor, insensus fieret, *vt S.*
Ioan. Chrysostomus loquitur tom. primo homil.
15.in Genes.
15 Vnde charitatis ordine, vir vxorem, consan-
guineis, etiam peritissimis præferre debet, si-
mulquè patrem, & matrem relinquere, suęquè
adherere vxori, tenetur *Matth.19. Genes.2. &*
Apostol.ad ephes.5.n.31. Propter hoc (inquiens)
relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit
vxori suæ, & erunt duo in carne vna. d.cap.gau-
demus 8.§.verùm absonum. Henriq *d. cap.1.nu.*
1.& cap.8.num.1.& Dionys.Carthus. optimè in
dictum Matthæi cap.19. art. 33. interpretatur,
& Maldonatus in eundem locum verbo: & erūt
duo in carne vna. Ad amorem mutuum referri.
iuxta illud Pauli *ad ephes. 5.* paulò antè à nobis
relatum. *Viri debent diligere vxores suas, vt*
corpora sua. Quia profectò, vt idem dicit; *qui*
vxorem diligit, seipsum diligit. Sunt enim duo
in carne vna. Vt sint scilicet vna caro, *vt Dio-*
nys.& Maldonat.ibid.(inquiunt) *Ac si vnus es-*
set homo. Vxor veluti corpus, vir verò veluti
spiritus, & anima; atque proinde non magis de-
bere virum ab vxore, quàm animam à corpore
separari. Hæc Maldonat. *Et sequitur Diuus*
Thom.in d.locum Pauli 5. ad ephes. lect. 10. &
Cornel.à Lapide vers.31.
16 Quamobrem erat, & perbellè satis, apud
Ethnicos, in ceremonijs receptum. Vt qui Iu-

noni

noni nuptiarum Deæ sacrificarent, fel in sacris
non adhiberent; sed è victima exemptũ, aram
iuxtà infoderent. Quò, bilem, iramuè, atque
odium, & amaritudinem à coniugali prorsus
iucunditate sequestranda esse, ac longè, lateq;
eliminanda. Quinimò viros, & mulieres coniun-
ctam, amorisque plenam vitam ducere, san-
ctè, pièq; innuerent, ac digito quasi signarent.
secundum Tiraquell. ad dictam leg. 8. num. 9.
Velutì de vipera, insensissimo, eorum, quæ ser-
punt, animali, referunt naturales: quòd marinę
Murenæ coniungenda, sibilo ex profundo pe-
lagi eam vocans, virus omne euomat, reue-
rentia coniugij ipsius. Quòd nimirum:

Maxima debeatur thalamo reuerentia; coniux
Alterum debet coniugi, & obsequium.

vt *Aleiat.* inquit *emblem.* 191. *& Claudius Mi-*
noes in commentarys ibid. ex Diuo Basilio hexa-
meron. orat. 7. *& sequitur Homobonus de hu-*
mana vita statibus d. par. 2. *cap.* 19. *num.* 5. *vers.*
Hinc oritur fol. mihi 666. Vnde cecinit aptè
Horat. lib. 4. *ode* 13. *in fin.*

Fœlices ter, & amplius,
Quos irrupta tenet copula, nec malis
Diuulsus querimonys,
Suprema citius soluet amor die.

Ac proindè leges ipsæ, quæ inter cõiuges amo-
rem, atque concordiam impensè diligunt, &
affectant. *l. fin. in fin. C. de furt. Ripa respons.* 119.
num. 2. *in antiquis.* iurè, sanctèq; viam omnem,
qua inter eos dissidia generantur, accurata di-
ligentia occludere pertentant. *l. prima C. rerũ*
19 *amotar. l. diffid ntis* 5. *C. de repud.* Ac præferen-
dam lucro cuilibet, maritalem optant cõcor-
diam. *l. reprehendenda* 5. *C. de institution.*
20 Quòd viros profectò norunt, et vxores so-
cias esse vitæ, *vt Paulus*, inquit, *l. prima ff. rerũ*
amotar. Diuinæq; atque humanæ domus, *vt*
tex. loquitur in l. aduersus 4. *C. de crimine expi-*
latæ hæredit. Surd. de aliment. tit. 7. *q.* 25. *nu.* 17.
Vnamquè familiam. *l. prima § si vir ff. ad sylla-*
21 *nian.* Sicuti suam I nam, sociam appellauit
„ Adam. *Genes.* 3. *Mulier (inquiens) quam dedisti*
„ *mihi sociam.* Ideòq; amor, eò maximè inter eos
22 intercedere debet; quòd, teste Philosopho,
causa sit, & principiũ generationis, *& est tex.*
in § illud. in auth. quibus modis natural. effician-
23 *tur legit. collat.* 6. Atque nuptijs genus omne
humanum conseruetur pariter, & augescat.
auth. de nupt. collat. 4 *in princ. Petrus Plaza in*
24 *epitom. delict. lib* 1. *cap.* 22. *num.* 30. Vt nuptias,
non ab re *Cicero*, generis humani seminatium
appellarit *sequitur Neuizan. in sylua d. lib.* 3. *n.*
25 2. Et charitas ipsa coniugalis, neque senio, ne-
que frigiditate vlla minui, atque tepescere vn-
quam possit. *vt Anneus (inquit) Robertus rerũ*
iudicatar. lib. 4. *cap.* 10. *col.* 17. *in fin. fol. mihi* 795
26 *in minori impress.* Summa igitur inter coniu-
ges intercedere charitas debet, & affectio. *Ne-*
uizan. d. lib. 3. *num.* 4. Vt benè sibi consentiẽtes
sint, vt Spiritus sanctus sapientis ore pronun-
ciat *Ecclesiast.* 25. *nu.* 3. *& sequitur optimè Ho-*
mobonus de human. vita statib. d. cap. 19. *num.* 9.

fol. 674. & exortatur *Catull. eleg.* 2. dicens.

Sic magis ò nuptæ semper concordia, vestras
Semper amor sedes incolat assiduus.

Et Propert. 2. 15. Exemplo Columbarum con-
iuges ad amorem prouocat, dicens.

Exemplo iunctæ tibi sint in amore Colum-
bæ;
Masculus, & totum fœmina coniugium.

27 Nihilominus tamen, quia Diaboli malitia,
qui odij, & dissentionis est author 1. *Ioan.* 3.
pacisquè æmulus, & zizaniorum sator *Matth.*
13. & loquitur Bonifacius Papa *in extrauag.*
super cathedram 2. *x. scimus enim de sepultur. in-*
ter communes. Sæpè inter eos, non amor, verũ
intestinæ regnant inimicitiæ; & cõiugalis cha-
ritas in odium exitiale conuertitur, quo alter
alterius in mortem pessimè machinatur.
29 Sancta, ac pia mater Ecclesia, filiorum vicem
dolens, salutiquè eorum consulere solicita, ne
in æternum pereant; non iniuria diuortij, & se-
parationis, quoad thorũ, & mutua obsequia,
remedium eis permittit. *tot. tit. de diuort. extrà*
Abb. cum gloss. & Præposit. in continuat. rub. de
diuort. Sicuti Dominus, & seruator noster
Christus Iesus. *Matth.* 19. Pharisæis respondit
„ increpans eos. *Quoniam Moyses ad duritiam*
„ *cordis vestri (inquiens) permisit vobis dimittere*
„ *vxores vestras; ab initio autem non fuit sic.* Nè
maius, videlicet, malum inuisis ex nuptijs con-
tingeret eis, *vt Carthus. d. art.* 33. *adnotat. &*
plenius Maldonat. vers. 8. *Couarr. de spons. par.*
„ 2. *cap.* 7. *§.* 2. *num.* 4. ad illud *Malachiæ* 2. *Si odio*
„ (aientis) *habueris vxorem tuam, dimitte eam,*
30 „ *dicit Dominus.* Non sanè, quòd à Deo fit di-
„ uortium; cùm qui benè eruditi sunt in fide (*vt*
„ *Augustin loquitur tract.* 9 *in Ioan. c.* 2.) norunt,
„ quòd Deus fecit nuptias; & sicut coniugium à
„ Deo, ita diuortium à Diabolo fit. Hæc illæ.
31 Perindequè enim se habet thori separatio,
atque diuortium. *Iaf. l. prima col. prima vers.* 4.
fallit. C. vnde vir, & vxor. Neuizan. in sylua
lib. 1. *num.* 144. *Rota apud Seraphin. decis.* 1315.
num. 2. *Gratian. forens. par. prima cap.* 189 *num.*
32 38. *& par.* 4. *cap.* 738. *num.* 65. Quo Ecclesiæ iu-
dicio ab inuicem in perpetuum, vel ad tempus
vir, & vxor, quoad mutua obsequia, atque ser-
uitia separantur *cap. porrò* 3. *de diuort. Trident.*
cap. 8. *sess.* 24. *Thesaur. fori Eccles. par.* 2. *cap.* 9 *n.*
111. *&* 112. *Bonacina tom.* 1. *de Sacram. matrim.*
q. 4. *punct.* 5. *num.* 1. *Surdus de aliment. d. tit.* 7. *q.*
25. *num.* 14. *& tit.* 9. *q.* 13. *num.* 40. *Visconti in suis*
iuris conclus. verbo diuortium fol. mihi 56. *Mar-*
tin. Becanus tract. 2. *par.* 3. *de Sacrament. in*
specie. cap. 48. *q.* 1. *num.* 3. *in* 2. *conclus. cum seq.*
Borrellus in sum. omn. decis. tom. 3. *tit.* 3. *num.* 18.
33 19. *& seq.* Viaq; odijs, atque turpibus simul
34 moribus resecatur. Quid enim versanus non
machinetur liuor aduersus eum, quem oderis?
Nam,

rabiem liuoris acerbi,
Nulla potest placare quies.

35 *vt Claudianus inquit lib.* 3. Odio nempè, dũm
contrà quemlibet aduersarium molimur, hu-

manum peruertitur iudicium. vt ait tex. can.
quatuor sunt 11. q. 3. & perturbatis sensibus,
opiniones peruertuntur. iuxta tex. in can. ac-
36 cusatores, vel testes 3. q. 5. Vnde irati animi nõ
nisi nocere cupiunt, & læsi se vlcisci volunt. d.
can. accusatores, & dixit aptè ad rem. Bodin. de
„ republ lib. 1. cap. 3. Odia, quæ radices egerunt
„ inter virum, & vxorem, omnium maximè im-
„ placabilia iudicantur. Nam vt Tacit. lib. 4. hist.
Fermè acerrima proximorum odia sunt (in-
quit.)

37 Verùm inter causas, quæ iustam separatio-
nis huiuscè, quòad thorum occasionẽ præbẽt,
illa præcipuè annumeratur, quæ ex nimia viri
38 sæuitia oritur, vt non teneatur ob id vxor
viro ita in eam sæuienti, cohabitare; sed impu-
nè ab eo fugere possit. tex. in §. mitiores in
auth. de nupt. collat. 4. Gloss. notab. & recepta in
can. de Benedicto verbo sub cautela 32. q. 1. tex.
in cap. transmissa 8. in fin. & cap. litteras 13. §.
fin. vbi Doctor. de restitut. spoliat. cap. 1. vt lite
non contest. Nauar. man. cap. 22. num. 22. vers 3.
respondisse nos, & cons. 5. existente discordia nu.
1. in fin. lib. 4. de diuort. Couar de spons. d. par. 2.
cap. 7. §. 5. Thesaur. decis. 130. Viuius decis. 435.
lib. 3. Vincent. Massilla ad consuetud, Barens. tit.
de donat. inter vir. & vxor. §. in omnibus alijs
casibus num. 58. Petrus Plaza in epit. delict. lib.
1. cap. 7. num. 38. Peguera decis. criminal. 20. nu.
10. Guttier. canonic. quæst. lib. 1. cap. 24. num. 8.
Nicolaus Euerard. cons. 214. Genuens. in praxi
cap. 27. num. 12. Ioan. Baptist. Costa de portion.
rata q. 155. num. 2. Rodriq. in sum. cap. 240. num.
1. Pater Molina de iustit. & iur. tom. 2. disput.
341. num. 3. in fin Riccius in praxi tit. de matrim.
decis. 235. in prima impress. & est repetita decis.
8. par. 2. in decision. Curiæ Archiepis. Rota par. 4.
diuersor. per Farinac. collecta. decis. 278. & in
recentiorib par. prima tom. 1. decis. 441. num. 1.
Pascalis de virib. patriæ potest. par. 2. cap. 4. num.
22. Triuisan. decis 45. num. 4. & seq. lib. 1. plenè
Farinac. q. 143. §. sæuitia num. 129. cum seq. de
delictis carnis. Bonacin. tom. 1. d. q. 4. punct. 5.
num. 25. plures recenset quoque Camill. Burrell.
in sum. omn. decis. tom. 3. d. tit. 3. de repud. nu. 71.
in 3. causa separationis. Pater Paulus Layman.
in Theolog. morali tom. 2. lib. 5. par. 3. de matrim.
cap. 7. num. 16. in 3 causa, & nu. 17. & seq. Becan.
39 d. cap. 48. q. 1. n. 3. in 2. conclus. Fac esse, ipsamet
vxor sæuiendi occasionem dedisset. Rota apud
Seraphin dec. 226. num. 3. Iacob. Cancer. variar.
resolut. lib. 3. cap. 11. nu. 166. Sanchez de matrim.
tom. 2. lib. 10. disp. 18. num. 5. per doctrinam gloss.
in verbo suspensus in cap. quia diuersitatem 5. de
concess. præbend. Triuis. d. decis. 45. nu. 6. Gratian.
d. cap. 738. nu 47. Nauar. cons. 4 vxor sæpius lib.
4. de adulter. Layman d. cap. 7 n. 17.

40 Supramodum autem in vxorem sæuijsse vir
iudicabitur; si in mortem ipsius machinatus
aliquid fuerit; vel veneno perdere eam tenta-
uerit. tex. in l. consensu 8. & in auth. sed nouo iure
C. de repud. dicto §. sed mitiores in auth. de nupt.
Gerard. singul. 65. Abb. d. cap. litteras num. 7. de
restit. spoliat. Zerola in praxi par. 2. verb. diuor-
tium. Sanchez d. disput. 18. num. 6. Aegid. de Co-
nink de Sacram. disp. 35. de diuort. dub. 4. num. 23.
Triuis. d. decis. 45. num. 5. Bonac. d. punct. 5. d. nu.
25. in tertia causa. Borrellus d. tit. 3. num. 81.

41 Vt satis propterea vxori consultum haud
videatur, si cautionem, etiam fideiussoriam, vir
42 offerat, eam repetens. Quòd obstabit ei sæui-
tiei exceptio aduersus petitam restitutionem,
ex tex. d. cap. ex transmissa in fin. vbi Gloss. verbo
sufficienti, & Doct. & d. cap. litteras 13. §. fin. de
restit. spoliat. Gloss. in verbo suspectum d. cap. 1.
vt lit. non contest. Abb. cap. 1. de diuort. num. 4.
Gerard. d. sing. 65. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1.
q. 139. num. 5. Sylua nupt. lib. 1. num. 75. & 78.
Ioan. Cæphal. cons. 584 num. 70. lib. 3. Farinac. d.
q. 143. §. sæuitia in 3. ampliat. num. 133.

43 Nec enim tanto suo malo, ac periculo ar-
44 ctabitur vxor viro, quinimmò potius Tyrã-
no, iuxta Alexandri 3. dictum in cap. 1. de his,
quæ vi, metusquè causa. Eiquè iam supramodũ
crudeli, & exoso, ac capitali ob id odio infen-
so, & omni bestia crudeliori, vt loquitur tex. d.
can. admonere 33. q. 2. cohabitare Abb. in cap.
quemadmodum 25. §. illud autem num. 14. vers.
2. nota ex Gloss de iureiuran. & in d. cap. 1. num.
4. de diuort. & ibid. Præposit. num. 2. Felin. in
cap. scribam 9. nu. 1. de præsumpt. Nauar. d. cons.
4. Sylua nupt. d. lib. 1. num. 42. & num. 78. The-
saur. d. decis. 130. num. 3. Vincent. de Franch. dec.
244. num. 2. Francis. Marcus decis. 738. par. 2.
Viuius d. dec. 435. nu. 30. Fammianus Centolin.
in addit. ad Rotam dec. 75. in fin. verbo sæuitia
apud Farinac. post primũ volum. cons. Layman.
d. cap. 7. num. 17. vers. 3. dixi. Triuisan. d. dec. 45.
45 num. 13. vbi potissimum ampliat, si viri culpa
acciderit, vt eam odio ꝓsequatur. Quis enim,
si sapit ipse, inimico, teterrimoquè tyranno se,
suamquè vitam facilè credat? ad tex. in cap. ac-
cedens 4. vt lite non contest. Ne sopitos suscitet
ignes. Vt consuleuerit perbellè Menander dicẽs:

*Inimicis non credens, nunquam vtiquè damno
afficieris.*

*Sermonem ab inimico nunquam putabis ami-
cum.*

Et Pittacus.

Neque inimicum, amicum tibi existima.

dixit.

47 Neque cautionis fragilitati vitam suam facili
negotio committere vxor debet, vt Gloss. fin.
in finalib. verbis (inquit) d. cap. ex transmissa. de
restit spoliat. notat Euerard. d. cons. 214. num. 4.
est tex. in l. qui ita 63. §. etiam absentis. ibi:
„ Quamuis ei caueatur, propter fragi... tem cau-
tionis. vbi etiam Gloss. ff. ad Trebellean. Vincent.
de Franch. decis. 27. num. 3. Rota par. prima tom.
2. in recentiorib. dec. 706. nu. 3. in fin. Rationẽq;
dicti reddit Gloss. d. can. de Benedicto 5. verbo
48 „ sub cautela in fin. 32. q. prima. Quia satisdatio
„ (inquiens) maleuolum propositum non mu-
tat. sequitur Rota in Anchonitana separationis
Thori 9. Iunij 1600. corã Illustriss. Lancellotto
Iuniore decis. 156. n. 3. post secundum vol. consil.
Farinac.

Farinat. Gratian. d. cap. 738. num. 60. & 61. Borrell. d. tit. 3. nu. 88. & 89.

49 Equidem est crimen hoc omnium grauissimum. Cùm non facilè præcauere sibi possit,
50 veneno petitus. Vt satis proinde plùs iudicetur, veneno hominem perdere, quàm gladio necare, *l. 1. C. de malefic. & mathemat. Alberic. de Rosata de statut. lib. 4. q. 99 vol. 2. tract. fol. mihi* 85. *Grammat. decis. 33. Farin. de homic. q. 122. n. 2. et 3.*
51 *& seq.* Profectò, quòd veneno hominem perdens, proditoriè illum occidere æstimatur, *secundum Hippolyt. in rubr. ff. de sicar. sequitur Petrus Plaza in epit. lib. 1. cap. 20. n. 1. Detianus tract. criminal. lib. 7 cap. 29. de proditoribus, nu. 2. tom. 2. Farinac. d. q. 122. n. 4. in 2. ampliat.*
52 Illud igitur vel tantummodò paratum per virũ ad hoc fuisse, vt vxori propinaretur, sufficientem ad diuortium præbebit causam, *Neuiz. in sylua nupt. d. lib. 1. nu. 43. Plaza d. lib. 1. cap. 22. nu 32.*

Iurè ergo, nec iniuria facit vxor, si ab altero se subducat, non iam ampliùs coniuge, ac socio; sed crudeli inimico, atque supra modum
53 infenso. Vnde petenti obstabit sæuitiæ exceptio, (vt dictum est) *Nauarr. d. cons. 4. Guttierez d. cap. 24. num. 8. in fi. Farinac. d. q. 143. num. 154. in 16. ampliat.*
54 Cùm itaque semel, atque iterum per virum veneno tentata fuerit nobilis hæc mulier (de qua nunc controuertitur) vt perderetur: nulli in difficultatẽ intrè veniet, ad thori separationem rectè illam dixisse, causamque agitasse. Partesquè proinde iustissimi, pijquè pariter Iudicis esse, ad diuortium pronunciare, *Viuius*
55 *d. decis. 435. n. 30. in fi.* Simulquè dotem eidem adiudicare, ac donationem propter nuptias, *ex tex. in cap. 1. & cap. plerumque 4. vbi Scribent. de don. inter vir. & vxor. d. §. sed mitiores, in auth. de nupt. Franch. dec. 244 Massilla vbi supra nu. 61. Peguera dec. 94. n. 4. Thesau. d. dec. 130. n. 2 Genuen. d. cap. 27. nu. 3. Rota apud Seraph. d. decis. 1315. & dec. 1308. num. 2. Guttierez d. c. 24. num. 14. & seq. Gratian. d. c. 738. n. 47. & 64. Rota in recent. par. 1.*
56 *tom. 2. d. dec. 706. n. 3. in fi.* Etiam non expectato anni tempore, *Caualcan. decis. 18. num. 28 par. 2. Cancer. d. c. 11. n. 168. Paschal. d. par. 3. c. 4. n. 25.*

Et ita ex his respondendum censeo; censoris haud reiecta virga.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

Mulier hæc', quàmuis nobilibus orta natalibus, viro cohabitare non potuit ampliùs; quòd sibi grauiter timeret. Vnde in Monasterium se recepit, facto diuortio; vbi supremam traxit auram; nec multò post vir. Etsi planè antequàm matrimonium inijssent, se inuicem perditè deperirent. Sic sunt res omnes humanæ vicissitudini subiectæ, & nunquam in eo-
57 dem statu permanent. Iob 14. Discant igitur, qui matrimonia contrahunt, vt secundum Deum ad illud accedant, in timore Domini, amore filiorum magis, quàm libidine ducti; iuxta consilium sancti Angeli Raphaelis. *Tobiæ 6. num. 22.* & plura refert ad hanc rem *Homobonus de humanæ vitæ statib. par. 2. d. cap. 19.*

SVMMARIVM.

1 *Causæ matrimoniales iudicij sunt Ecclesiastici, ita vt layci Iudices sint omninò incompetẽtes, & nu. 18.*

Et contrarium asserentes per Sacrum Trident. anathemate damnantur. n. 2.

Siue iudicio agatur petitorio, siue possessorio. num. 3.

4 *Possessoriũ in matrimonio semper habet annexum petitorium, ac titulum matrimonij.*

5 *Possessorium in matrimonio est etiam causa spiritualis. Quicquid Marta voluerit, cuius sententia improbatur.*

6 *Diuortij causa, vti spiritualis, iudicij est Ecclesiastici, quacunque causa ad diuortium agatur num. 9.*

Etiam si impedimentum dirimens notorium esset. n. 10.

7 *Matrimonium est Sacramentum Ecclesiæ.*

8 *Sacramentorum cognitio ad Ecclesiam pertinet.*

11 *Impedimento existente notorio inter coniuges, donec Ecclesiæ iudicium intercedat, potest interim coniugale debitum innocens denegare nocenti.*

12 *Diuortij causa, sicut matrimonialis, grauis, & ardua æstimatur.*

Vt nedum ab Ecclesiasticis Iudicibus cognosci debeat n. 13.

Verum, & ab Episcopis, siue eorum Vicarijs Gen ralibus mandatum speciale habentibus. num. 14.

15 *Abbates iurisdictionem habentes pleno iure in spiritualibus, & temporalibus, cognoscere possunt causas matrimoniales.*

16 *Archipresbyteri si præscriptione nitantur immemorabili, matrimoniales causas cognoscunt.*

17 *Immemorabilem non abstulit Sacrum Trid. Concilium, quòad cognitionem causarum matrimonialium.*

18 *Matrimoniales causas nullo modo layci cognoscere possunt.*

19 *Coniuges ex iuxta causa possunt se mutuo consensu ab inuicem separare, vel ad tempus, vel in perpetuum.*

Non tamen id ex odio, vel indignatione agere poterunt. n. 20.

Et factum retractari poterit per pœnitentiam. num. 22. & 23.

21 *Locus Apostoli prima ad Corinth. 7. expenditur.*

23 *Separatio voluntaria si fuerit inter coniuges, potest nihilominus alter eorum ad restitutionem agere alterius.*

24 *Vendicatio non competit nisi Domino.*

25 *Mulier non est ita sub viri potestate, vt filius sub patris.*

26 *Vxor non dicitur esse in dominio mariti. vbi locus Apostoli ad ephes. 5. explicatur. Mulieres*

viris suis subditæ sint, sicut Domino.

27 *Vxor sui corporis potestatem non habet, sed vir, & è contrà.*

28 *Vir uxorem non vindicat, quasi seruam, sed cõditione iuris, tàm Diuini, quàm Canonici, & è contrà.*

29 *Coniuges propter continentiam seruandam possunt se ab inuicẽ separare, vel quoad Thorum, vel in seculo, vel religionem ingrediendo mutuo consensu: ibiquè mirabile exemplum duorum coniugum Aruernensium.*

Potissimum si ætate prouecti fuerint, unde incontinentiæ suspitio non adfuerit. n.30.

31 *Coniuges potestatem non habent se ipsos vinculo, & effectu soluere matrimonij, neque etiam iureiurando.*

32 *Pœnæ adiectio reÿcitur in matrimonÿs contrahendis.*

Sicuti etiam in illis distrahendis, iam contractis. n.33.

34 *Matrimonia plena libertate gaudere debent.*

35 *Transactione locus non est in matrimonÿs.*

36 *Matrimonialis causa compromitti non potest.*

37 *Pignus pro matrimonÿs contrahendis intercedere non debet.*

36 *Diuortium cõtra bonum matrimonÿ dissidium tendit.*

39 *Coniuges eò coniunguntur, vt sibi mutuò fidem seruent, & prolem Reipublicæ conseruationi necessariam gignant.*

40 *Diuortium vnde dictum.*

41 *Diuortium non ex leui causa ingerendum; quòd diuortium inimicitias gignat.*

42 *Matrimonium sub conditione contractum, & pacto nè petatur debitum, vel seruetur continentia, non subsistit.*

42 *Conditio, ne dum turpis, & contraria bono matrimony reÿcitur, verùm, & omnis alia, quãuis non turpis, contrà tamen finem, & bonum matrimonÿ.*

44 *Pœnæ adiectio nihil contra matrimonium valet.*

45 *Diuortium iudicio Ecclesiæ faciendum, sicuti Ecclesiæ iudicio se coniungunt coniuges.*

46 *Vnaquæq; res quibus consistuitur modis, ÿsdem, vt dissoluatur, rationi, naturæquè conueniens est.*

47 *D. Indicus Syscara Iureconsultus Episcopus Anglonen. laudatur.*

ARGVMENTVM.

Vtrum ne mutuo consensu inter se se inuicem diuortium celebrare coniuges valeant? Et quid si pœnæ adiectione illud firmarint? secularisquè Iudicis autheritate vallarint? non importuna responsio.

RESPONSIO XXXIV.

POssint ne huiusmodi coniuges, de quibus hic nunc quæstio agitatur, pendente adhuc iudicio corã ecclesiastico Iudice ad diuortiũ ob viri sæuitiem, ab se se inuicẽ mutuo eorum consensu in perpetuum separare, Iudicis nec expectata sententia; sed certa dumtaxat, ac pecuniaria pœna adiecta, quę virum teneat pro vxore, si à præstito consensu, eum, vxorem quandocunque repetentem, resilire contingerit. An verò hoc nihilominus, ne pili quidem obsistente, iurè vxorẽ repetere valeat vir, si id sibi libuerit. Quidve, si hoc totum laici Iudicis authoritate firmatum fuerit. An subsistat hoc ita mutuo consensu celebratum diuortium, pecuniariaq; pœna vallatum?

Et mihi quidem, nihil hac pœnæ adiectione vxori consultum esse, quin eam quandocũque vir, Iudicis officio ecclesiastici, repetere possit: nec suffragari mulieri Iudicis secularis authoritatem: respondendum videtur.

1 Nimirum, quòd sicuti matrimonialis causa; an verum. s. sit matrimonium, nec ne, iudicij est ecclesiastici; vt nullo ob id pacto laici Iudicis cognitioni subijciatur. *can. multorum, 35 q.6. gl. in can. 1. 33 q.2. cap. auditis 15. in fi. de præscript. c. accedentibus 12. de excess. Prælat. Trident. c.20. §. ad hæc autẽ causæ matrimoniales, 24. sess. de refor.*

2 Quinimò contrarium asserentes, anathemati, vti hæreticos, subijciunt Patres in Tridentina ipsa Synodo congregati. *d. sess. 24. can. 12. Si quis dixerit* (inquientes) *causas matrimoniales non spectare ad Iudices ecclesiasticos, anathema sit.*

3 Siue petitorio agatur iudicio matrimonij, siue possessorio. *ad glos. in cap. ex transmissa 8. verbo*

4 *& ab eo, de rest. spol.* Cùm, quòd causa possessorii in matrimoniis semper admistã habet petitorii etiam causam, ac titulum matrimonii, *Rota in Hispalen. matrimonÿ de Alcald. 28. Ianuarÿ 1608 coram Ludouis. sanctæ mem. Greg. XV. decis. 351. n.41. quæ est etiã in recent. par. 1. tom. 1.*

5 *decis. 141. num 30.* Tùm, quòd ipsa possessorii causa in hoc iudicio spiritualis est, nõ profana. Quicquid aliàs sequatur *Marta de iurisd. par.2. c.8. n.38 quem refellit Franc Molinus de ritu nupt. lib.2. differ. 10. nu. 13. 14. et 19. ad finẽ vsq; capitis. Couarr. de sponsalib par.2. relect. cap.8. §. 12. nu. 1. & seq. Zerola in praxi Episc. par.1. verbo matrimonium, §.16. Frãc. Leo in thesau. fori ecclesiast. par.2. c.9 n.6. Maynard. decis. Thosolat. 27. lib.1. Barbosa de offic. & potest. Episc. par.3. alleg. 84. nu.1. & seq.*

6 Ita quoque & diuortii causa, siue separationis quoad thorum, & mutuã habitationẽ, *cap. tuæ fraternitati 5. de procuratorib. c.1. vt lite nõ contest.*

7 Quandocunque enim de viribus agitur matrimonii dissuluendi, quod Ecclesiæ Catholicæ Sacramentum est, *Trident. sess.7. can.1. & sess.24. can.1. cap. ad abolendam 9. in princ. de hæreticis.*

8 & de Sacramentis cognoscere, Ecclesiæ iudicium

cium est, *Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 9. disp 4.*
n. 7. & 8. Molinus d. differ. 10. n. 14. Gigant sing. 10.
de matrim. Capyc. dec. 7. nu. 2. Semper, & vbique
cognitio Iudicis est ecclesiastici, *cap. porrò 3. de*
diuort. Trident. sess. 24. can. 8. S. Thom. in 4. dist. 35.
q. vnica, art. 3. ad quintum. Freder. de Senis q. 36. n. 1.
Sanchez lib. 10. disput. 8. n. 15. Marta d. cap. 8. nu. 5.
Triuis. dec. 3. nu. 4. lib. 2. Molin. d. differ. 10. P. Mar-
tinus Becanus contra hæreticos Nouatores, de Sa-
cramentis in specie, tract. 2. par. 3. de Sacramento
9 *Matrim cap. 50. & fin.* Siue ex adulterio agatur,
siue alia quacunque causa ad diuortium apta;
siue in perpetuum, siue ad tempus. *can. siue de*
coniugij 4. in princ. & §. in hoc capitulo, 33. q. 2.
Abb. in c. tua nos 24. nu. 2. in 4. notab. de iureiuran.
Nauarr. cons. 5. existente discordia, num 1. lib. 4 de
diuort. Couarr. d. par. 2. c. 7. §. 6, n 8. & d. c. 8. §. 12.
n. 3. Zerola d. verb. Matrimonium. in §. 16. Sanchez
d. disp. 8. n 15. Prosper Petra in addit. ad Capycium,
dicta decis. 7. vers. etiam si negatur matrimonium
contractum, Thesaur. fori ecclesi. d. cap. 9. num 111.
Ioan. Maria Billett. disquisit. clericalis, par. 1. tit de
fauore clericorum reali, §. 2. n. 26. fol. 286. Franch.
decis. 244. Pater Diana de immun. ecclesiast. tract. 2.
10 *resol. 86. par. 1. f. 70.* Fac, notorium etiam esset
impedimentum vel consanguinitatis, vel for-
nicationis. Expectandum enim adhuc iudiciũ
erit Ecclesiæ, *d. cap. porrò, vbi Barbosa nu. 3. & 4.*
11 *Genuens. in practicabilib eccles. q. 703.* Et si sanè
possit interim coniugale debitum innocẽs de-
12 negare nocenti, *Couarr. d. c. 7. §. 5. n. 12.* Porrò,
quòd separationis thori, & matrimonij grauis
admodum, & ardua causa est, *Abb. & Anton. in*
c. si pro debilitate 3. & in c. causam matrimonij 16.
de offic. deleg. gl. 1. verbo absoluto, in c. mulieri 34.
vbi Abb nu. 6 de iureiur. Paris. cons. 54. n. 14. lib. 4.
Hieron. Gigant cons. 42. nu. 1. & 31. Andr. Gaillus
pract. obser. lib. 2. obser. 94. n. 6. Molinus de ritu nup.
lib. 1. comparat. 16. nu. 8. Barbosa d par. 3. alleg. 84.
nu. 9. 10. et seq. de offic. Episc. Genneus. in practicab.
ecclesiast. q. 690. nu 1. Rota in Romana separationis
thori 18. Ianuarij 1613. coram Sacrato, decis. 371.
n. 1 per Farinac. vol. 2. consil & in alia Romana se-
parationis thori 3. Decemb 1612. coram Pirouano,
par. 1. tom. 1 in recent. dec. 441. nu. 2. sequitur Bur-
rell. in sum. omn. decis. tom. 3. tit. 3. de repudijs, n. 65.
13 Vt ne dũtaxat ab ecclesiasticis cognosci de-
beat Iudicibus, qui & iurisdictionẽ obtineant,
& sacrorum canonum peritia polleant, *tex. in*
c. 1. §. cæterum, vbi gl. fin. & Abb. n. 7. de consang. &
14 *affinit.* Verùm etiam & ab ipsis sanctissimis
Episcopis, siue corũ in spiritualibus Vicarijs,
mandatum in id speciale habentibus, eam tra-
ctari oporteat, *Abb. d. cap. si pro debilitate, n. 4. de*
offic. deleg Trident. Synod. d. cap. 20. §. ad hæc causæ
matrimoniales, Couarr. d. c. 8. §. 12. n. 1. Mart. d. c. 8.
nu. 3. & seq. Thesau. fori d. cap. 9 nu. 6. Rota apud
Seraphin. decis 595. num. 4. Riccius in praxi par. 1.
resol. 215. Bellect. d §. 2. nu. 24. fol 286. Molinus d.
differ. 10. n 37. Triuis. dec. 28. n. 17. lib. 1. Barbos. d.
alleg. 84. nu. 1. 2. & 3. Gratian. forens par. 1. cap. 83.
n. 13 vbi ampliat, etiam sine speciali mandato,
ex Sbrozio de offic. Vicar. lib. 2. cap. 44.

15 Nisi fortassis Abbates fuerint iurisdictionẽ
habẽtes pleno iure, tàm in spiritualibus, quàm
in temporalibus, *vt Sacram declarasse Congre-*
gationem refert Farinac. ad dictum cap. 20. §. ad hæc
causæ matrimoniales. & secuta fuit Rota in Bur-
gens. iurisdictionis 15 Decembris 1594 coram Ora-
no decis. 100. apud Farinac. post 1. vol. consil.
16 Vel etiam Archipresbyteri, qui ab imme-
morabili præscripserint, *glos. in c. 1. verb. Archi-*
presbytero, vbi etiam Abb. n. 11. de consanguinit. &
affin. tex. in c. auditis 15. vbi glos. verbo iuri Episco-
pale, de præscript. Couarr. d. c. 8. §. 12. n 1. vers. ve-
rum ex præscriptione, & declarasse Sacram Con-
gregationem in causa Burgen. sub die 24. Septem-
bris 1575. & in Palentina Archidiaconatus 10.
Martij 1575. refert etiam Rota apud Seraphin. d.
dec. 595. n. 5. et in recentiorib. par. 2. tom. 2 dec. 610.
17 Nimirùm, quòd sacri Trid. Concilij decre-
tum immemorabilem haud abstulit, *vt pluries*
declarasse Rotam, refert Gonzal. ad regul 8. Cancell.
gl 33 n. 5. sequitur Barbos. de offic. Episc. d. alleg. 84.
nu. 5. Pater Ant. Diana resol. moral. par. 2. tract. 12.
de horis can. resol. 6. in fi. fol. 5.
18 Vt eò minùs laicis permittatur matrimo-
nialium causarum cognitio, *vt infert Maynard.*
d. dec. 27. Tholos. lib. 1. Burrel. alios referens, d. tit. 3.
nu 92. & 93.
19 Tùm præterea, quòd licet quidem possint
coniuges, vel, vt meliùs Deo vacent, vel hone-
stam ob aliam causam, mutuo consensu, thoro
se ab inuicem separare, vel ad tempus, aut etiã
in perpetuum, *ex Apostolo Gentium Doctore*
1 ad Corinth. 7. et Augustino can. quod Deus, 33. q. 5.
& Diuo Gregorio can. sunt qui, 27. q. 2. vbi etiam
Doct. Sanchez d. lib. 9. disp. 4. n. 5. Conink disp 35.
20 *dub. 6. n. 29.* Haud tamen solo eorum ductu, id
passim efficere poterũt, odio, vel indignatione
exciti, vt ab inuicem sint perpetuò separati.
Verba enim Apostoli, *dicto cap. 7.* sic sonant:
21 „ *Nolite fraudare inuicem. nisi fortè ex consensu*
„ *ad tempus, vt vacetis orationi, et iterum reuertimi-*
„ *ni in idipsum; nè tentet vos Sathanas propter incon-*
„ *tinentiam vestram,* ita Apostolus. Ex causa igi-
tur faciendum est, quæ iusta sit; vel continẽtiæ
amore, non ex odio, vel indignatione, *vt S. Tho-*
mas dictum Apostolici locum exaudit lect. 1. ad
dictum cap. 7 prioris ad Corinth. et Claudius Guil-
liandus ibid. et Pater Cornelius à Lapide vers. 3. 5.
et 6. vbi verbũ illud, fraudare inuicem, *S. Thomas*
perpendit, Quia vnus subtrahit alteri, quod ei
„ debetur. & ex S. August. *Non vult Deus talem*
„ *lucrum tali damno compensari, vt dùm vnus coniu-*
„ *gum continet, altero inuito, ille incidat in damnabi-*
„ *les corruptelas. Sanch. de matrim. d. lib. 9. disput. 4.*
nu. 5. et disput. 27. nu. 17. et 18. Leon. in thesau. d. c. 9.
nu. 112. est tex. in can. 1. et 2. et in sum. 33. q. 2 tex.
22 *in d. c. tua nos 24. de iureiur.* vbi apertè disponi-
tur, mutuam coniugum separationem temerè
factam, vel etiam leui ex causa, etiam Sacra-
mẽto firmatam, nihil obstare, quominus alter
coniux alterum repetere valeat, etiam inuitũ,
ac reluctantem, *et ibid. Abb. Butr. Zabar. et alij,*
et est glos. notab. in d. cap. litteras 13. in princ. verbo

diuertit, de rest. spol. quam sequitur Surd. cons. 364. *nu.* 16. *vol.* 3. *et fuit dictum in Romana separationis thori* 9 *Februarii* 1607. *coram Sanctissimo Ludouic. Greg. XV. decis.* 294. *ex Gabriele cons.* 161. *nu.* 8. *vol.* 1. *tex. in c. veniens* 19. *vbi gloss. verbo illicitum, de regular. vbi Innocent. n.* 4. sequentibus loquitur
23 ,, verbis: *Nota (inquiens) in matrimoniis, quòd*
,, *vbi voluntaria est separatio, tamen competit petitio restitutionis viri contra alium, vel officium Iu-*
,, *dicis, vel conditio ex hac decretali. Plùs dicimus;*
,, *quòd competeret viro restitutio, etiam si eā eiecisset.* Hæc Innocent. *et sequitur etiam Abb ibidem n.* 5.
,, sequentibus loquens verbis: *Item nota. et tene*
,, *semper menti tex. Quia etiam vbi fuit voluntaria*
,, *separatio mariti, et vxoris, potest nihilominus, hoc*
,, *non obstante, alter coniugem repetere, etiam peten-*
24 ,, *do restitutionem.* Hæc Abb. Licèt enim vendicatio verè, ac propriè non competat, nisi habenti rei dominium, *l. in rem* 24. *in princ. ff. de*
25 *rei vendic.* Neque mulier ita sub viri potestate sit, vt filius in patris est potestate, *l. si vxorem* 5.
26 *C. de cond. insertis.* neque enim vxor in dominio dicitur esse mariti, *ex Oldrado cons* 275. *in fi. n.* 9. *Card. Tusch. tom.* 8. *litt. V. concl.* 385 *n.* 2. Etsi planè, vt dominum illum venerari debeat, sicuti Sara, dominum, Abraham vocabat. *Genes.* 18. *n.* 12. *Dominus (inquiens) meus vetulus est.* Et suadet Apostolus *ad Ephesios* 5. *num.* 22. *Mulieres* (scribēs) *viris suis subditæ sint, sicut Domino,* secūdum intellectū *S. Th ibid. lect.* 8. *et Cornel. à Lap. vers.* 22. & si quidem, sicut Domino .i. Christo, exaudiri verbum illud rectiùs dicat, quia sicut Domino, dixit Apostolus, non sicut dominis.
27 Est tamen ita vxor sub viri potestate, quòd sui corporis potestatem non obtinet, sed vir, & è contra, 1. *ad Corinth.* 7. *vbi S. Thom. d. lect.* 1. &
28 *Cornel. à Lapide vers.* 4. Vnde propter hanc causam conceditur viro, nō sanè simpliciter, vxorem à se alienatam vindicare, quasi seruam, sed adiecta causa iuris diuini, & canonici, quo mulier sub viri est potestate, *ita Abb. Alexand. de Neuo, Praeposit. et Innocent. d. c. veniens, et alij cū Couarr. relati etiam per Sanchez de matrim. d. lib.* 9. *disput.* 4. *n* 9 *Lessius de iust. lib.* 2. *c.* 3. *dub.* 2. *num.* 7. *quem sequitur Layman. in Theolog. morali tom.* 2. *tract.* 10. *lib.* 5. *par.* 2 *cap.* 1. *sub num.* 1. *vers. eiusdem coniugalis obligationis, et par.* 3. *c.* 7. *de diuortio, n.* 1.
29 *et seq. per tot.* Poterunt igitur vir, & vxor, etiam Religionem non ingrediendo, sed in seculo adhuc manēdo, seorsum viuere, & se ab inuicem separare quò ad thorum; dūmodò hoc faciant propter continentiā seruandam; non ex ira, vel indignatione, *vt Abb inquit d cap. veniens, nu* 6. & *Card. n.* 1. *vers. quòd in matrimoniis. Anton. n.* 9.

Sicuti mirabili exemplo de duobus coniugibus Aruernēsibus narrat Gregorius Turon. *de gloria Confessorum, cap.* 32 *et eum refert Corn. à Lapide d. cap.* 7. *primæ ad Corinth. vers.* 6. *in fine,* dicens: Quòd cùm vxor obiisset, maritus ele-
,, uatis in cœlum manibus, dixerit: Gratias tibi,
,, rerum omnium Artifex, agu, quòd sicut eam
,, mihi commendare dignatus es, ita tibi reddo
,, ab omni voluptatis coniugio impollutam.
,, At illa subridens ait: Sile, sile, vir Dei, quia
,, non est necesse prodere nostrum secretum.
,, Paulò post mortuus est maritus, alloquè loco
,, sepultus. Et ecce manè facto, inuenta sunt pa-
,, riter esse sepulchra, quæ vsque hodie sic per-
,, durant. Idcirco nunc incolæ; Duos amantes
,, vocitāt, & summo venerātur honore. Hęc ille.
30 Quod potissimùm procedet, si iuuenta coniuges floreant, vnde facilè incontinētiæ suspitio suscitari possit, vt *Card post Hostiens. d. c. veniens, in fi. aduertit. et Sanch. d. disput.* 27. *n.* 17. *cum seq.*
31 Neque enim in potestate est cōiugum, seipsos vinculo, effectiuo; soluendi matrimonij, etiam si sacramēto id firmarint, *ex Glos. in l.* 3. §. *quacunque autem, verbo agatur ff. de iureiur. et ibidem Alex.* Quòd graue satis præiudicium sit, quod vtrique ex separatione confertur, *ad tex. in cap. licet ex quadam* 47 *de testib. Gaill. d. obser.* 94. *n.* 14. *M. lin. d. comparat.* 16. *n.* 8. *et Dionys. Gothofr. in d. Matth. cap.* 19 *art.* 33. *col.* 2. *super verbis, homo non separet. Layman. d. c.* 7 *de diuortio.*

Neque negotij facesset quidquam, pœnæ promissio per virum facta, si vxorem postmodum repetere eum contingat.
32 Planè, quia sicuti pœnæ adiectio, tamquàm contrà bonos mores, matrimonijq; libertatē impediens, reijcitur in matrimoniis cōtrahen-
33 dis, que plena gaudere libertate debēt, *cap. cùm locum* 14. *cap. gemma* 29. *de sponsalib. Butr. d. c. tua nos* 24 *n* 10 *de iureiur. Sanch z lib.* 1. *disput.* 30. & *lib.* 7. *disp* 83. *n.* 37. *Conink disp.* 22. *dub.* 5. *n.* 22. &
34 *seq. Cappella Tholos dec.* 292. Itā, multòq; magis in matrimonijs iam contractis distrahendis, propter maius preiudiciū, quod indè exoritur, *d. c. licet ex quadam* 47. *de testib. tex. in l. Titia* 134.
,, *ff. de verb. oblig.* Inhonestum enim (inquit ibi
,, Paulus Iureconsultus) visum est, vinculo pœnæ matrimonia obstringi, siue futura, siue iam
,, contracta. Hæc Paulus. *et est tex. in l. mulier* 5. §. *fin. C de sponsalib arg. etiam regulæ, vbi maius est periculum* 3. *de reg. iur. in* 6. *est etiam tex. in l. neque* 14. *C. de nuptijs. sequitur Fab. Anna cons.* 14. *lib.* 2. *Riccius in praxi var. resolut. par.* 2. *resol.* 107. *Sanchez d. disp* 30. *n.* 9. *Molin. d. comparat.* 16. *n.* 8. *P. Diana par.* 1 *tract.* 1 *de immun. eccles. resol.* 104. *fol.* 75. *Becanus in Sacram. in specie, cap.* 43. *q.* 16. & *seq. vbi plenè.*
35 Quinimò neque transactioni locus esse poterit in matrimonijs; nè libertas præpediatur, quæ in ijs intercedere omninò debet, *cap. fin. vbi Glos. verbo Sacramentum de transact. Glos. fin. d. c.* 1. *de consang.* & *affinit. Couarr d c.* 8. §. 12. *n.* 2. *Gaillus d. obser* 94. *nu.* 14.
36 Veluti, neque in arbitros matrimonialis ipsa causa compromitti poterit, *cap causa restitutionis* 9. §. *fin de in integr restit. Glos. d cap. fin. verbo Sacramentum de transact.* & *d. cap.* 1. *de consang.* & *affin. Triuis d. dec.* 28 *n.* 17. *lib.* 1. *Capyc. d. decis.* 7.
37 Quemadmodum neque pignus intercedere debet pro matrimonijs contrahendis, *Aufrer. ad Cappellam Tholosanam dicta decis.* 292. *in fine.* Nè, quæ in ijs requiritur libertas, perstringatur, vt diximus.

Non

Non satis itaque vxori cõsultum pœnæ hu-
iuscemodi adiectione per virum, erit, quin eã
postmodum Iudicis officio Ecclesiastici repe-
tere valeat, si voluerit; fac. esse mutuo inuicem
cõsensu celebratum inter eos diuortiũ fuerit,
38 vt in superioribus diximus. Enim, enimuerò,
cùm sit diuortium contra bonum matrimonij,
dissidium tendens, & à seinuicem, mutuoque
39 amore coniuges segregans, eò solùm coniun-
ctos, vt sibi mutuò fidem seruent, & prolem,
Reipublicæ conseruationi necessariã, gignant,
*ad tex. in can. omne itaque nuptiarum bonum. vbi
Glos. verbo nullum, 27. q. 2. S. Thom. in primam ad
Corint. 7. d. lect. 1. col. 2.* Vnde dixit Thucid. lib. 2.
,, *Duo commoda accedunt in liberorum propagatione,
,, quòd numerus ciuium augetur; et quòd tutiora con-
,, silia dantur. Nam qui non habent liberos, periculo-
,, rum socios, non perinde iusta consilia dant patriæ.*
40 Hæc ille. Indè quippè diuortium dictum est,
quòd in diuersas partes eant, qui discedunt,
*vt Paulus inquit in l. inter diuortium 191. ff. de
verborum signif.* Vel ex diuersitate mentium.
Vel quòd in diuersas partes eunt, qui distrahũt
matrimonium, *vt Caius loquitur Iureconf. in l. 2.
ff. de diuort. & idem Paulus in l. 3 eod. Anton. Ne-
brissensis in Lexicon iuris, verb. diuortium. Borrell.*
41 *d. tit. 3. nu. 3. et 4.* Non ita passim, leui ex causa,
sine lege, ac ratione ingerendum erit. Domini-
cum nempè præceptum est *Matthæi 9.* vt quos
semel Deus coniunxit, homo non separet, vnã
carnem effectos, *Genes. 2. prima ad Corint. 6. et ad
Ephes. 5. can. quos Deus coniunxit. 33 q. 2. cap. inter
corporalia 2. de translat. Epis.* Homo nõ separet,
,, *Subaudi violenter, sine lege, absque ratione,* (Isido-
,, rus inquit in eundem locum *Matthæi 9.*) *Non
,, enim homo separat. quos pœna damnat, quos reatus
,, accusat, quos maleficium coarctat.* Hæc ille.
Diuortium autẽ inimicitias gignit, non amorẽ,
Surd. de aliment. tit. 9 q. 13. nu. 38.

42 Qua de causa, matrimonium, ea solùm ra-
tione, eaq; conditione initum, eove pacto, nè
petatur debitum, vel etiam seruetur continen-
tia, iurè firmum haud æstimatur. Quòd sit con-
ditio hæc, & pactum, contrà bonum, ac matri-
monij finem tendens, prolis. s. susceptionem
impediens; et si sanè non turpis. Equidem *tex.
43 in cap. fin. de cond. appos.* Nedùm turpem, ma-
trimonijquè substantiæ contrariam conditio-
nem improbat; verùm & quamcunque aliam,
licèt nõ turpem, contrariam tamen matrimo-
nij bono, ac fini, reijcit, atque damnat, *vt est
cõmunis omnium sententia in d. cap fin. ac S. Thomæ
in 4. dist. 28. art. 4. ad tertium. & d. cap. 7. primæ ad
Corinth. lect. 1. col. 2. quicquid Palud. voluerit in 4.
dist. 29. art. 2.* qui in hoc reprobatur. *Nauarrus
cons. 11. n. 2. et 3. lib. 3. de diuort. Couarr. de sponsal.
par. 2. c. 3. §. 1. nu. 1. 2. 3. et seq. Lessius de iust. et iure,
lib. 2. c. 18. dub. 15. n. 122. in fi. vers cæterùm condi-
tiones. Sanchez lib. 5. disp. 10. n. 2. & seq. Guttierez
de matrim. cap. 82. num. 11. & 12. Molinus d. lib. 1.
compar. 26. nu. 113. cum seq. Bonac tom. 1. de matr.
q. 2. punct. 10. num. 8. 9. 10. & seq. Homobon. de hu-
mana vitæ stat. ib. par. 2. cap. 19. nu. 2. fol. mihi 663.
P. Paulus Layman lib. 5. tract. 10 par. 2. de matrim.
cap 7. assert. 3. nu 8. cum seq. Becanus d. cap. 45. q. 3.
per tot præsertim nu. 6. in 5. conclus.*

Multò magis vtique odio, vel indignatione
factum, initumque inter coniuges pactum, vt à
seinuicẽ perpetuò segregati permaneant, iurè,
nec iniuria improbabitur; esto, pœnæ quãtum-
44 uis grauissimę, clauo firmatũ fuerit. Nec enim
potis est pœna quidquam ad matrimonij dissi-
dium machinari, *ad sext. in l. 1. C. de repud. Glos.
fin. in d. c. 1 de consang. & affinit.*

45 Ad diuortium autem, si iusta, atque sufficiẽs
subsit causa, Ecclesiæ iudicio, cuius authorita-
te coniuges ad Sacramentum accessere, atque
seinuicem connexere, iuxta *sacri Trid. Concilij*
sanctionem *sess. 24. cap. 1. de refor. matr.* prouo-
candum erit, *d. can. quos Deus 33. q. 2. d. c. porrò 3.
de diuort. Glos fin in fi. d. c. 1 de consang. & affinit.
tex. d. can. 1. & 2. 33. q. 2.* Quoniam est rationi
46 quàm maximè consentaneum, naturæq; con-
ueniens, vt vnaquæque res, quibus constitui-
tur modis, ijsdẽ & dissoluatur, *l. 1. et 2. C. quando
liceat ab empt. disced. l. nihil tàm naturale 36. ff. de
reg. iur. cap. 1. eod. extrà, can. Beatæ Mariæ 3. §. om-
nes res, 27. q. 2. Marcus Mantua d. l. nihil tàm natu-
rale, col fin. vers tertiò quod sicuti rursum, & ibid.
Det. nu* 8. de matrimonij dissolutione loquẽtes,
*et Glos d. c. 1. de reg. iur. extrà. Becan. de Sacramento
Matrimonij, cap. 48. q. 1. n. 3 concl. 2. 3. et 4. ad finem
vsque. Layman. d. c. 7. nu. 18.*

Vel itaque inter se se concordent coniuges
mutuo consensu; vel si id non eis expediat, Ec-
clesiæ iudicium præstolentur.

Et ita respondendum censeo, censoris lima
non reiecta. Atque sanctæ Matris Ecclesiæ iu-
dicio semper, & vbique expetito.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Aduocatus.

Datum consilium quàmplurimi probauere
47 Doctores, ac cum primis Illustriss. & Reue-
rendissimus Dominus D Indicus Siscara, Epi-
scopus Anglonen. vir sanè nimia eruditione in
legali scientia, atque doctrina præditus. Atque
ita coniuges exequuti fuere, lata sententia per
Iudicem ecclesiasticum. Tu verò (benigne
lector) fruere paratis.

SVMMARIVM.

1 *Verba legis vbi non conueniunt, neque eius di-
spositio adaptatur, & è contrà num. 7.*

2 *Ecclesia diruta, si spes sit, quòd resarcietur, ne-
que superioris authoritate diruta, Ecclesia
gaudet immunitate, quia sacra esse non desi-
nit, & num 6.*

*Amplia, si non in totum diruta, vel si in ea adhuc
sacra fiant, nu. 3.*

4 *Ecclesia immunitate non priuatur, quòd in ea
sacra non fiant.*

*Sicuti neque etiam, quòd polluta, vel interdicto
supposita, ibid.*

5 *Di-*

5 *Dicata diuinis obsequijs ad profana non sunt transferenda.*

8 *Lex generaliter loquens, etiam generaliter exaudiri debet.*

9 *Lex vbi non distinguit, neque nos distinguere oportet.*

10 *Ecclesia consecrationem non amittit, quòd tectum deciderit, si parietes, qui sacro inunguntur oleo, perstiterint.*

11 *Ecclesia, quæ adhuc sub artifice est, nec completa, immunitate gaudet; cùm sat esse debeat locum Deo altissimo consecratum esse.*

Reuerendissimus Antonius Ricciullus Episcopus Vmbriaticen. Minister Sanctæ Inquisitionis in hoc Regno laudatur, ibid.

12 *Ecclesia, vt immunitate gaudeat, non opus est, vt fuerit consecrata.*

13 *Censuræ vbi reseruatæ non apparent, Episcopus ab eis absoluere potest.*

14 *Censuræ in Constitutione Gregorij XIV. aduersus extrahentes ab Ecclesia confugas, sunt Summo Pontifici reseruatæ, quicquid alij dixerint.*

Decisiones referuntur, nu.31.

15 *Gregorius XIV. in sua Constitutione tantùm antiquas innouat censuras, & pœnas.*

16 *Casus offensæ libertatis Ecclesiasticæ est reseruatus per Extrauag. Pauli II. etsi dominici.*

17 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*

Potissimùm si simpliciter relatio fiat, non restrictiuè ad certa quædam, nu.18.

19 *Casus violatæ immunitatis ecclesiasticæ est reseruatus per Clementem VIII. et Paulum V. etiam in terminis Constitutionis Greg. XIV.*

20 *Genuens. responsio in praxi, asserentis, non esse reseruatas censuras in Constitut. Greg. XIV. refellitur.*

Quòd casus prædictus violatæ immunitatis connumeretur inter casus in Bulla Cœnæ, & violationis clausuræ Monialium ad malũ finem, nu.21.& 30.

22 *Enumeratio quæ fit inter aliqua, indicat enumeratum esse eiusdem speciei.*

23 *Decretales epistolæ Summorum Pontificum omnes recipiendæ sunt, quamuis in corpore canonum non reperiantur insertæ.*

24 *Argumentari nos licet, sicuti Principem argumentatum fuisse conspicimus.*

25 *Species contenta sub genere, ex propria eius natura, inest eidem.*

26 *Species omnes sub genere continentur.*

27 *Nauarrus Panormitanum carpit in cap. inter alia, de immun. eccles.*

28 *Pœnæ nomine continetur etiam ea, quæ corporis afflictiua non sit, contrà Panormitanum.*

29 *Species contentæ sub genere, dicuntur propriè nomine generis.*

32 *Alexander Lucianus Auditor Eminentissimi Domini Cardinalis Boncompagni Archiepiscopi Neap. laudatur.*

ARGVMENTVM.

Gaudeat nè Ecclesiastica immunitate, pœnè diruta Ecclesia, vt in pœnas non incidat Constitutionis Gregorij XIV. inde aliquem vi extrahens? Et nùm ne absolui valeat ab Episcopo, qui in censuras dedit Constitutionis prædictæ, si facta restitutione absolutionem petat; vel sit illa Pontifici Summo reseruata? Infructuosè haud discutitur.

RESPONSIO XXXV.

QVoniam Capitaneus Terræ Castelionis Principis, Triuentinæ Diœcesis vi abduxit ab Ecclesia, siuè Capella Sancti Rocchi extrà mœnia terræ eiusdem, Baronē Augustinum Berardicellam Agnionen, qui in illam se receperat; in sententiam vtique incidit excommunicationis in Bulla Gregorij XIV. contrà violatores immunitatis Ecclesiasticæ: Vnde de duobus dubitari contigit.

Primum. Quòd obijciebat dictus Capitaneus, minimè se incidisse, ex quo dicta Eccle-
1 sia erat pœnè diruta; vnde Ecclesia dici non
poterat. At verba vbi legis non conueniunt, neque eius dispositio adaptabitur. *cap. indemnitatibus 43. §. penult. de elect. lib. 6. l. 4. §. toties ff. de damno infecto l. hos accusare 12. §. omnib. ff. de accusat. Aymon. cons. 205. num. 17. Cœphal. cons. 336. num. 9. lib. 3. Nauar. de Iubileo, & indulgent. notab 28. num. 22. & cons. 12. in fin. lib. lib. 1. de maior. & obed. Vincent. de Franch. dec. 599 num. 1. Barbos. in cap. quod super 9. num. 5. de maior & obedien.* Rota *in recent. par. prima tom. 1. dec. 697. num. 7. in fin.*

Alterum verò (fac esse in sentētiam incidisset in Bulla Gregorij XIV. ob violatam Ecclesiæ immunitatem.) Quia facta restitutione extracti, veniam humiliter petebat; absolui vtique debebat; prout ipse instabat.

Verùm respondi, quoad primùm præcisè illum in sententiam dedisse excommunicationis ob violatam Ecclesiæ immunitatem ad mentē Constitutionis præfatæ Gregorij XIV.

Quippè absoluta est, & ab omnibus recepta
2 sententia; Ecclesiam dirutam, cuius spes subsit, quòd aliquando in pristinum resarcietur; neque superioris authoritate diruta sit: Ecclesiæ immunitate, non ob id spoliari; cùm sacra esse haud desinat, saltim respectu loci. *tex. est*

in

in l. ade sacra 73.ff.de contrahenda empt. Aede
„ *sacra Terra motu diruta (inquit ibi Papinia-*
„ *nus)locus ædificij non est profanus*. Et iisdem
pœnè verbis scribit etiam *Marcianus in l.in*
tantum 6. §. sacræ autem ff.de rerum diuis.Se-
„ *mel autem Aede sacra facta(* inquiens*) etiam*
„ *diruto Aedificio,locus sacer manet. tex. etiam*
cum glos.in can.quæ semel 19.q.3.tex. in §.nul-
lus iusfit de rer.diuis.& glos. ibid.sequitur Petr.
de Vbald.de canon.Episcopi cap.4.§. quòad secũ-
dam quæstionem principalem.vers.notandum
autem,quòd destructo num. 30.vol.15. tract fol.
255.& sequitur Iul.clar.§.fin.q.30.nu.6.Tiber.
Decianus tract.crimin.lib.6.cap.24.num. 27. &
cap.25.nu.22.Farinac. de carcerib. & carcerat.
q.28.in 7.limit.num 70. Ambrosin. de immunit.
Ecclesiast cap.10.num.3. Idem Farinac. de im-
munit.Ecclesiast cap.17.in 4.ampliat.num. 260.
Tusc.tom.3.verbo Ecclesia conclus. 9. nu. 10.vbi
de communi testatur,& tom 4.litt.I,immunitas
Ecclesiastica conclus.59.num.24 Ioan.de Heuia
in curia Philippica par.3.§.12.nu.1. Couar.va-
riar.resolut.lib.2.cap.20 num.4.vers.2.Sanchez
de matrim.tom.2.lib. 9. disp. 15. num. 37. Pater
Suarez de religione tom.1.lib.3 cap. 9. vbi plenè
de hac materia Bonacin.tom 2. in primum deca-
logi præceptum disp.3.q.7.punct.4.num.4. Pater
Fagundez de quinque Eccles.præcept.præcept.1.
lib.3.cap.14.num 49.idem Bonacin.tom.3 de ex-
communic.in partic.extrà Bullam Cœnæ disp. 2.
q.3.punct.16.§.4 num.4.Homobon.in exam Ec-
clesiast.par.2 tract.11.c. 12. q. 26.in 3.supposit.
col.prima vers.Imò vel diruta sint.nouissimè Pa-
ter Ferdinandus à Castro Theolog moral.tom.2.
tract.11.disput.vnica punct 6.num.7.

3 Vt citrà controuersiam vllam, multòmagis
concedi debeat in huiuscemodi Cappella Sã-
cti Rocchi;quæ,licet quidem aliqua ex parte
in tecto defectum patiatur, in ea tamen Popu-
lus,ob Sancti deuotionem , ad orandum con-
uenire solet ; & saltim die festo Sancti ipsius
sacra in ea Deo altissimo immolatur hostia
4 incruẽta . At gaudet Ecclesia immunitate alijs
concessa Ecclesijs , & si sanè diuina in ea am-
plius non celebrentur, *vt pluribus relatis docet*
accuratissimus Marius Giurba cons. crimin. 10.
*num.*2. Vt multòmagis gaudere ea debeat,vbi
in illa sacra fiunt . *vt argumentatur Suarez d.*
cap.9.num.2.ex tex.in cap.penult.in finalib.ver-
5 „ *bis de immunit.Eccles.* Quia obsequijs diuinis
„ dedicata,nullius est temerarijs ausibus profa-
„ nanda. *vt Gregorius nonus ibid.loquitur Vinct.*
Filliuccius tom.1.tract.15.cap.6.q. 8. num. 150.
Bonacin.d.punct.4.nu.2.& num. 3. vbi ampliat
etiam in Ecclesia polluta,atque interdicto sup
posita,*& tom.3.d.punct.16.§.4.num. 3.sequitur*
Homobonus d.supposit.3.q.26.Castro. vbi sup.d.
punct.6.num.3. Si enim diruta Ecclesia immu-
nitate hac perfruitur(vt diximus)loci saltim
ratione,qui sacer perseuerat;multòmagis vtri-
què gaudere hęc debebit,quę diruta dici haud
6 potest . Nec ammittit , quin nomine gaudeat
7 Ecclesiæ, vt ea,quæ integra est. Vbi igitur ver-
ba conueniunt;dispositio quoque ipsa , vt se-
deat alienum haud est. *ad tex. in l. si verò nego-*
tium 65.§.de viro ff solut.matrim. cum alijs per
Aymon.cons.149.num.5.Nauar. cons. 12. in fin.
lib.1.de maior.& obed. & alij per Barbos. in lo-
cis communibus litt.L num.13.& in cap quod su-
per 9.nu.5.de maior.& obed. & Cornazan. dec.
Lucens.79.num.3.& plenè per Suarez d. cap. 9.
Melchior Lotterius de re benefic.lib.1.q.12.num.
32.

8 Et lex cùm generaliter loquatur;generaliter
quoque de omni Ecclesia exaudiri debebit.
l.prima §.generaliter.vbi glos. in verb.in infini-
tum ff.de Legatis præstand. cum alijs per Barbos.
in dictis locis communibus litt.L.nu. 29. Nauar.
cons.20.n.6 in fin.lib.5.de sent.excom.

9 Deinde cùm lex non distinguat , inter hanc,
& alias Ecclesias , nec nos distinguere decet.
l.de pretio 10.ff.de publician.in rem actione.cap.
solitæ 6.in fin.de maiorit.& obed.Achilles in reg.
de publicand.dec.2.n.3.

10 Quemadmodum nec consecrationem Ec-
clesia amittit , quòd tectum eius deciderit; si
parietes, qui oleo inunguntur sacro , integri
perstiterint.*tex.cum glos in cap.ligneis ædificijs*
6.vbi Panormit.in primo notab. & glos.in d.cap.
proposuisti 4.circa med. de consecrat. Eccles.vel
Altar vbi Panor.num.7.& 8.Decian. d. cap. 24.
nu.27.in fin.Ioan.Azor.instit. moral. par.prima
lib.10.cap.26.q.12.& par.2.lib.9.cap.4 q.5.Ana-
stas.Germonius de sacr.immunit.lib.3.cap.2.nu.
23.& num.27.Augustin.Barbos.de off.& potest.
Episc.par.2.alleg.27.n.17.

11 Et gaudere immunitate Ecclesiam ipsam,
quæ sub artifice adhuc est,nec completa, cùm
sat esse debeat primarium lapidem ibi ab Epi-
scopo defixum iam fuisse , & locum altissimi
Dei seruitio,ac cultui destinatum.*post Anchar.*
& Abb.in cap.Ecclesiæ 9.de immunit.Ecclesiast.
Sanchez de matrim d lib.9.disp.15.num 36 se-
quitur Farinac.de immunit Eccles.d. cap. 17.in
5. ampliat. num. 261. Riccius par. prima
dec. 199. num. primo. Fagundez *d.cap.14.num.*
48.Quòd res fauorabilis sit, atque nõ compri-
menda propterea.*Homobonus d tract 11.q.26.*
cap.10.supposit.3 in prima col.Illustrist. Domi-
nus Antonius Ricciullus Episcopus Vmbriaticen.
Minister Sãctissimæ Inquisitionis in hoc Regno,
Dominus meus in doctissimo suo tract. de iure
personarum extra grem.Eccles.lib.3. cap. 7. nu.
12.*Castro d.punct.6.num.* 4. Gaudere itaque
debebat sua immunitate Ecclesia hæc , siuè
Cappella Sancti Rochi ,atque propterea de-
clarari debuisse; incidisse in censuras in dicta
Gregoriana cõtentas Capitaneum hunc Ter-
ræ Castillionis;quòd illam violasset, vi ab ea
12 Baronem prædictum extrahendo . Neque sit
opus Ecclesiam consecratam esse, vel benedi-
ctam,vt immunitate gaudeat ; cùm sat esse de-
beat,locum,siue Ecclesiam Deo dicatam fuis-
se,vt immunitate perfruatur. *Francisc. Leon.*
Thesaur.fori Ecclesiast. par. 2. cap. 14. num.27.
Suar.plenè d.cap.9.Filliuccius d.cap.6.num.150.
Bo-

Bonacin. d.punct.4.num.2.& d.punct.16. §.4.n.
2.Homobonus d.suppos. 3.Pater Hieronym. Ro-
dricus resolut.56.num 7. Pater Ioan de la Cruz
in director conscient.in 8 precept q.3.art.1. dub.
1.nu.2.Sanchez d.disp.15.num. 36. Card. Tusc.
tom.7.cōclus.6.sub num.1.litt.S.Castro d. punct.
6.num 3.

13 Quòad secundum autem. Et si sanè absolu
rio à censuris in dicta Gregoriana descriptis
Summo Pontifici reseruata minimè appareat;
vt facultas facta Episcopo videatur ab illis ab-
soluendi.*iuxta tex.in cap.nuper 29. §.in secun-*
do vero casu de sētent.excomun.& sequitur Ge-
nuens.in praxi Episcopali cap. 22. de immunit.
Ecclesiar.num.3.& in addit.num.12.& post eum
Ioan.Maria Bellettus Episcopus Hieracen.in
disquisit.Clericali tit.4.de fauore Clericor. reali
§.4.nu.40 fol.mihi 309.& pluribus etiam Gra-
tian forens.disceptat.par.3.cap.414.per tot. ac n.
12.cumseq.Ricc.par 4.dec.124 num. 6. & in
praxi aur.par.2.resolut. 333.num.2. Bonacin.
d.tom.3 disp.2.q 3.punct. 16. §.16.num 1.& 2.
Homobonus in examin.Eccles.par.2.tract. 11.c.
5.q.7.in primo supposito. licet alibi aduersam
sequatur sententiam,vt infra dicemus , *& eod.*
tract.11.cap.12.q.26.in 3.suppos. in fin. Barbos.
de offic.Epis.Riccium sequens par. 3. allegat. 51.
num.72.

14 Nihilominus ramen mordicùs , ac rariona-
biliùs tuetur *Farinac.* absolutionem ipsam
Summo esse Pontifici retentam.*dict.tract.de*
immunit.Eccles.cap 2.ampliat.15.num 51.vers.
quare ex præmissis, & latiùs eod. tract.cap 20.
limit.2.ad tertiam ampliat.num.315. & senten-
tiam hanc sequuntur infra citandi *Doctores.*

15 Tùm quia Gregóriana Constitutio in eum,
qui Ecclesiasticam immunitatem , vi aliquem
extrahendo , violarit,sententiam proferens .
„ *Declaramus*(inquit)*eum ipso facto censura &*
„ *pœnas easdem incurrere , quæ contra liberta is,*
„ *iuris , & immunitatis Ecclesiæ violatores per sa-*
„ *cros canones , &* Conciliorum *Generalium, no-*
„ *strorumque prædecessorum Constitutiones sunt*
„ *promulgata.*Hæc ibi.

16 Ar inter Pontificias Constitutiones *Pauli*
Secundi Constitutio inter extrauagant. commu-
nes 3.Et si Dominici *de pœnitent.& remissionib.*
Inter casus specialiter Sedi Apostolicæ reser-
uatos (qui semper etiam intelliguntur excep-
ti)offensæ Ecclesiasticæ libertatis primas reti-
net, atque caput alijs facit, *& in extrauag.in-*
ter cunctas t.§.per ho. autem de priuileg.inter
communes. Inter casus Sedi Apostolicæ reser-
uatos;Ecclesiarum immunitatis , & libertatis
Ecclesiasticæ violatores agnoscit Benedictus
XI.extrauagantis illius cōditor. Vt meritò re-
seruata quoque dici debeat sententia prælata
in extrauaganti Constitutione Gregorij XIV.
cōtra violantes immunitatem,& libertatē Ec-
clesiasticam,lata; sicuti reseruatus simpliciter
est casus offensæ libertatis Ecclesiasticæ.

17 Relatum enim in referente inuenitur cum
omnibus suis qualitatibus,ità vt, quæ in relato
sunt,omnia repetita quoque in referente cen-
seantur.*ad tex.in l.asse toto 77. ff. de hæredibus*
instit.l.ait prætor 5.§ si Iudex ff.de re iudic.Bar.
in l.1.§.fin.num.1.ff si famil fur.fecisse dicatur.
Et in l.si quis seruum 8.§.si ff de legat.2.Aymon.
cons.45.num.4.Surd decis 212. num. 14. & dec.
291.num.17.& 18 Rota apud Sanctist. Domini
Ludouis.decis.522.nu.10.Riccius d.dec.124.nu.6.
18 Præsertim verò vbi simpliciter fit relatio,non
restrictiuè ad certa quædam.*Decius cons. 47.n.*
2.Ruin.cons.127.n.4 in fin.& n.5.

19 Tùm etiam, quòd in declaratione Clemen-
tis Papæ VIII., quam innouauit etiam Paulus
Papa V. inter casus Sedi Apostolicæ reserua-
tos , enumeratur etiam casus hic violatæ im-
munitatis Ecclesiæ.in terminis Constitutionis
Gregor.XIV.*vt refert Quarāta in sum. bullar.*
verbo casus reseruati fol. 167. & meminit Fa-
rinac.d.c.20.n 315.

20 Vt nè satisfaciat quidem Genuens.Respōsio
*d cap.22.num.12.in addit.*Præfatum Clementis
Papæ VIII decretum,innouatum per Paulum
Quintum;loqui planè (asserentis)de facultati-
bus Confessarijs per prius factis , absoluendi
scilicet à casibus reseruatis , postmodum per
dictum decretum reuocatis ; vt non sit prop-
terea ab vno ad aliud inferendum.

21 Profectò, quòd non obscurè dignoscatur;
Casum prædictum violatę immunitatis Eccle-
siasticæ , connumerari etiam cum casibus in
Bulla in Cœna Domini contentis,ac violatio-
nis clausuræ Monialium ad malum finem , &
22 alijs etiam Sedi Apostolicæ reseruatis . Vt ex
hac denumeratione dumtaxat, videatur etiam
ipse reseruatus,sicuti cæteri, qui in illa retinē-
tur . Quod planè probatur . *ex tex. in canon.si*
23 *Romanorū §.quib.ad hæc 19.dist.* Probat enim
ibi Nicolaus Papa ; Decretales Epistolas Ro-
manorum Pontificum omnes esse recipiēdas,
& si non sint Codici Canonum compaginatæ.
„ *Quoniam inter ipsos canones*(inquiens)*vnum*
„ *Beati Leonis Papæ capitulum constat esse permi-*
*ssum.*Hæc ibi. Ex enumeratione igitur vnius
ex capitibus à Beato Leone editis , & admi-
ssione,cum alijs,omnia recepta esse argumen-
24 tatur Nicolaus Papa . Vt eodem modo argu-
mētari nos minimè dedeceat, sicuti Summum
Romanum Pontificem argumentatum fuisse,
cognoscimus. Si,ex quo violatæ immunitatis
Ecclesiasticæ casus alijs reseruatis admissus
est,& illum reseruatum quoque adstruerimus.

25 Species nempè contenta sub genere ex pro-
pria natura generis,inest eidem,secundum ve-
ritatem . *vt loquitur Bald.in l.2. num.2.in fin.*
vers.sed tu dic C.*de iure aureorum annulorum.*

Vt quid enim(quæso tè)inter casus Pontifi-
ci reseruatos , hunc etiam casum violatæ im-
munitatis Ecclesiasticæ ad terminos dictę Cō-
stitutionis Grægorianę,enumerasset Summus
Pontifex;ni ipse quoque reseruatus, atque in
Generalitate casuum Pontifici reseruatorum,
26 ipse etiam comprehensus esset. Veluti ecce ti-
bi sub genere species continentur omnes? *ex*
tex.

tex.in d.can. si Romanorum §. quib. ad hæc . vbi
glos.in verbo dicendo 19.dist.l.omnes 3. in princ.
vbi Ang.num.2.C.de præscrip.30.vel 40. annorũ
Nauar.de indulgent.notab.34.n.4. vers.sed con-
tra facit.Surd.dec.255.n.20.

27 Per quam doctrinam *idem Nauar. in cap. 2.*
incip.pœnitentia est,de pœnitent.dist. 3. num.2.
carpit,nec temerè Panormitanum. *in cap. in-*
*ter alia 6.de immunit.Eccles.num.4.*docentem,
28 solam pœnam corporis afflictiuam , propriè
pœnam dici,non autem pecuniariam , vel aliã
extrà corporis afflictionẽ. *Q*uia profectò pœ-
næ nomen ibidem cùm Genus sit, continebit
29 vtiquè sub se omnes species suas . At species
contentæ sub aliquo genere dicuntur propriè
nomine generis ipsius.*ex Bald. recepto in d.l.2.*
C.de iure aureorum annullorum num. 2. Et ex
sola ipsa enumeratione,argumẽtatur , nec ex-
trà rem nostram,*Nauar.ibid.*pœnam pecunia-
niariam,& alias corporis non afflictiuas , no-
mine comprehẽdi pœnarum ex eo dumtaxat,
quòd sub titulis, ac pœnis, tàm iuris canonici,
quàm ciuilis tractatur etiam de pœnis,quæ ci-
trà corporis afflictionem impònuntur.

30 Erit igitur reseruatus casus violatæ immu-
nitatis Ecclesiæ ad terminos Gregorianæ Cõ-
stitutionis,æquè, atq;reseruatus est casus vio-
lationis clausuræ Monialium ad malum finem;
Prouocantium , & pugnantium in duello ad
terminos Sacri Trid.Concilij, & Constitutio-
nis Gregorij XIII. Et casus omnes in Bulla
Cœnæ Domini retenti, atque alij etiam ibidẽ
excepti.

31 Et declaratum fuisse per Eminẽtissimos Pa-
tres Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Sa-
cri Concilij Tridentini Interpetres de mense
Decembris in anno 1617 refert *idem Farinac.*
d.cap.20.nu 315. explosa dicta Genuensis sen-
tentia.*ibid.num.* 316. *& sequitur Riccius par.4.*
d.dec.124.num.7.& hanc eandem sententiam
sequitur nouissimè, longè post hæc scripta vi-
sus *Peregrinus de immunitat.Eccles. in terminis*
*huius Gregorianæ Constitutionis cap.*15. *num* 8.
9.*& num.*10.*vbi etiam num.*16.ita declaratum
fuisse in Congregatione in sacro Pœnitentia-
riæ Prætorio habita ; & declarationem , facto
verbo cum Sanctiss. Paulo Quinto, ab eodem
probatam fuisse refert.Et eodem modo,reser-
uatam esse dicit censuræ huius incursæ abso-
lutionem,*Vincẽtius Filliuccius d.tract.* 15. *cap.*
*6.q.8.num.*148.*& num.*155. *in fin. & ante eum*
Marius Ital.lib.1.de immunit.Eccles. cap.6.§.2.
& hanc sententiam,& probabilem, & in praxi
tutiorem admittit postmodum *idemmet Bona-*
cina d.punct.16.§.16. num.2.in fin.vers. non ne-
go tamen.Homobonus de casib.reseruat.par. pri-
ma de causa mat. reseruat. cas. §. peccata Papæ
reseruata in fin.fol. mihi 49. & 50. & in exam.
Eccles.par.2.tract.11.cap.4.q.4.in 2.supposit.cir-
ca fin. & iterum de casibus reseruat. par. 2. in 3.
*casu in 3.circumstantia in fin.fol.*300.

Atque ita ego respondi, & iudicaui Triuẽti.
in anno 1624. quod factum Sacra Congrega-
tio ratum , firmumquè habuit; facultatem ta-
men fecit absoluendi dictum Capitaneum in
forma Ecclesiæ, facta prius restitutione dam-
norum.*iuxta tradita per Marium Anton. d.re-*
*solut.*15.*num.*10.

Ego CAROLVS MARANTA I.V.D.Vicarius
Generalis,& Locumtenens Triuentin.

Et declaratum etiam fuit per Sacram eandem
Congregationem in vna Neapolitana de Sau-
felicijs in anno 1626. contra Curiam Archie-
piscopalem Neapolitanam , quæ absoluerat
extractores . Malè illos absolutos fuisse enun-
cians.Litteræ autem in actis asseruantur in ea-
dem causa factis in Curia prædicta Archiepis-
32 copali,vt mihi quoque retulit Dominus Ale-
xander Lucianus Eminentissimi Domini Car-
dinalis Boncompagni Archiepiscopi Auditor;
vir sanè doctus,& satis,multumquè in Roma-
na Curia versatus . Capitaneus prædictus non
fuit aliter absolutus,quoniã timore trepidans
vbi non erat timor,dimisso officio , noctù fugã
arripuit,& nusquam ampliùs apparuit. Non
ab rè igitur erũt tua(candidæ Lector)quæ an-
notaui;si bono aspexeris animo;& proderunt,
ne in foueam incidas, malè, perperamquè ab-
soluendo simili modo peccantes, & sacrilegio
se fœdiantes ob violatam Ecclesiæ immunita-
tem,& in censuras reseruatas dantes , impin-
gentesquè.

SVMMARIVM.

1 *Immunitate Ecclesiastica non gaudent,qui ho-*
micidia,vel mutilationes membrorum in Ec-
clesijs perpetrant.

2 Dormitorium *siue* Claustrum, *& tota Mona-*
chorum habitatio non est Ecclesia , gaudet ta-
men immunitate Ecclesiastica,& n. 33.

3 *Ecclesiæ nomine non comprehenditur dormito-*
rium,siue Claustrum. potissimum stricta ac-
ceptatione Ecclesiæ.
Limita fauore immunitatis Ecclesiasticæ num.
20.*&* 21.

4 *Homicidium,siue membrorum mutilationem*
in dormitorio, siue claustro committens , non
dicitur in Ecclesia deliquisse , vnde ab immu-
nitate non excipitur,& n 9.

5 Dictio(*In*)*intrinsecitatem denotat,& inhær-*
*tiam,siue intrà,vel intus n.*6.

7 *In flumine factum dicitur, quod in aqua fa-*
ctum est.

8 *Pronomen(ipse,ipsa,ipsum,) est restrictiuum,*
atque ad oculum demonstratiuum , & perso-
nalissimum.

9 *Exceptio per Gregorium facta de delinquenti-*
bus per homicidium , & membrorum mutila-
tionem in Ecclesijs ipsis , earumuè cœmeterijs,
signat tantùm loca expressa,omniaquè alia
excludit.

10 *Exceptio non debet extrà proprios terminos*
extendi in materia odiosa,& pœnali,sed stri-
ctè exaudiri.

11 *Im-*

11 *Immunitate pro Ecclesiastica in dubio respondendum.*
12 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis, & quid sub regula comprehendatur, ostendit.*
13 *Regulæ standum est. donec exceptio afferatur.*
14 *Lex quod non dicit. nos asserere non oportet.*
15 *Exceptio, quæ à lege non fit, neque ab homine fieri debebit.*
16 Homicidium *committens in gradibus Ecclesiæ, in Ecclesia deliquisse non videtur; vnde ab immunitate non eximitur. affertur casus decisus.*
17 *Genuensis sententia in practicabilib. refellitur.*
18 *Legem in pœnalibus, & odiosis extendere de casu ad casum non decet, contrà præsertim Ecclesiasticam immunitatem. Limita n. 24*
19 *Certam quod habuit à iure determinationem, immutare nos minime decet.*
22 *Sodomiæ crimen in dormitorio, siue claustro Monasterij perpetrant immunitate non gaudere Ecclesiæ; decisum refert* Castillus. *Refellitur tamen eius sententia num. 32. & declaratur nu. 37.*
23 *Sapientis est mutare consilium in melius.*
24 *Extensio iure fit de casu ad casum ob criminis immunitatem.*
25 *Sodomia ob crimen, venit ira Dei in filios diffidentiæ, dicit Apostolus ad Ephesios 5.*
26 *Sodomiæ crimen patrans, homicidium committere dicitur, quòd hominem per semen, quasi ferendum, perdat.*
Impediatquè, ne per generationem à Deo, et natura præscriptam, compleatur numerus electorum in superna fœlicitate locandus. ibid.
27 *Locus Genes. 4. vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra, expenditur.*
28 *Homine occiso, semen quoque eius præcisum dicitur.*
29 *Extensio fieri non debet de casu ad casum in terminis* Constitutionis Gregorij *XIV. ad immunitatem Ecclesiæ comprimendam*
30 Di*ctio taxatiua (tantùm) extensionem impedit.*
31 *Clausula (sublata) omnem extraneam interpretationem resecat.*
34 *Verba* Constitutionis, *propriè, nõ abusiuè exaudiri debent.*
35 *Ecclesia non violatur, si quis carnalem copulã, etiam per actum sodomiticum, in claustro, seu Cellis Monasterij habuerit.*
Etiã si in dormitorio adesset altare, siue Oratorium, in quo diuina celebrarentur mysteria. num. 36.
38 *Legislatoris resolutio in aliquo casu particulari, vniuersalem legem non adimit.*

ARGVMENTVM.

An homicidium, vel membrorum mutilationes in Dormitorio, siue Claustro Monasterij committens, immunitate gaudeat Ecclesiastica? ad mẽtem tex. in cap. fin. de immunit. Ecclesiast. & Constitotionis Gregorij XIV. plenè discutitur, & quid in crimine pessimo, atque nefando? vtilis, nec iniucunda responsio.

RESPONSIO XXXVI.

CVm luderent aleis quidam laici hospitantes in quodam Conuentu Ciuitatis Salerni in proximis præteritis ferijs mense Septembris currẽtis anni 1631. celebratis; ex ludo ad arma deuenere. Vnde strictis gladijs, vnus aduersus alterum præualens, eumquè insequens; vulneribus tãdem affectum in Curti, siue Cortili eiusdem Conuentus inde ad paucas horas ad Orcum ire compulit. Ille iterum in Conuentum se recipiens, ibi immunitate Ecclesiæ se tutari pertentat. Sed à Regia Audientia Salerni per Milites custodiri mandatur, existimantes Regij Auditores immunitate illum gaudere Ecclesiæ minimè debere, qui in Ecclesia deliquit, proximum occidendo.

Vnde fuit disceptationi non vulgaris locus. Gaudere nec nè deberet homicida prædictus immunitate Ecclesiastica?

Et requisitus per Regium Auditorem Sil-
1 uium Marantam meum consobrinum. Quòd existimaret, gaudere illũ haud debere *ex tex. Gregorij Noni in cap. fin. de immun. Ecclesiastica, & Constitutione Gregorij XIV.* qui, homicidia, & mutilationes membrorum in Ecclesijs perpatrantes immunitate Ecclesiastica non gaudere decreuere, ac statuere. Verùm gaudere, ac frui illum Ecclesiastica immunitate iurè, nec temerè respondisse me putaui.

Nimirùm, quòd in Costitutione præfata Gregorij excipiuntur inter cœteros, ne immu-
,, nitate gaudeant Ecclesiastica; *Qui homicidia,*
,, *& mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs,*
,, *earumuè Cœmeterijs committere non verentur.* sicuti etiam ijsdem pœnè verbis disponit *tex. in cap. fin. de immunit. Eccles. Homicidia* (inquiens Gregorius nonus eius Compilator) *& mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs, vel earum Cœmeterijs committere non verentur.*

At

2 At dormitorium, siue claustrum, & tota
Monachorum habitatio, non est Ecclesia, licet
quidē vt res sacra, & de septis, & continentiis
Ecclesiæ, immunitate gaudeat ecclesiastica,
*toto tit. de relig. domib. tex. in can. ligna 37. vbi glos.
verbo profectum de consecrat. dist. 1. Remig. Gonni.
de immun. eccles. ampliat. 3. num. 10. & 11. vol. 13.
tract. par. 2 fol. 89. col. 4. Tiber. Detianus cons. 80.
n. 38 vol. 3. sequitur Baiard. ad Clar. §. fin. q. 30. n. 1.
Farinac. qui alios longa serie refert, de carcerib &
carcerat. q. 28. ampliat. 6. n. 14. & de immun. eccles.
cap. 16. ampliat. 9. nu. 268. Caualcan. dec. 21. nu. 29.
lib 5. Card. Tusch tom 3. litt E. conclus. 9. nu 4. &
concl. 10. nu. 4. P. Suarez de Religion tom. 1. lib. 3.
cap. 9. nu. 9. Peregr. de immun eccles. cap. 4 num. 44.
Pater Fagundez de quinque precept. Ecclesiæ præcepto 2. lib 4. c. 4. n. 6. Horatius Viscontus in addit.
ad Vinc. de Franchis dec. 709. ad nu. 3. Fr Laurent.
de Portel. ad dub. regular. verb. Ecclesiæ immunitas,
nu. 9. Fr Hieron. Rodricus resol. 56. n. 7. Ricc. par. 2.
prax resol. 276. nu. 2.*

3 Sub nomine ergo Ecclesiæ, in stricta præsertim acceptione haud comprehendetur. In
4 exceptione igitur minimè continebitur Constitutionis Gregorianæ, neque *cap. fin.* ne immunitate gaudeat ecclesiastica, qui in dormitorio, siue claustro, homicidium, vel membrorum patrauit mutilationes; Quòd in Ecclesia homicidium perpatrasse non videatur, *Gonni. d. ampliat. 3. nu 9.*

Præterea Cōstitutio strictis loquitur verbis:
„ *Quive homicidia* (inquiens) *et mutilationes mem-*
„ *brorum in ipsis Ecclesijs, earumve cæmeterijs com-*
„ *mittere non verentur.* Vt proinde excipere voluisse videatur quemcunque alium locum, in quo homicidium, vel membrorum mutilatio commissa fuerit, extrà tamē Ecclesias, earumve cœmeteria.

5 Dictio nempè illa *(In)* intrinsicitatem quādam denotat, atque inhærentiam, siue intrà, *iuxtà tex. in l. 1. §. hæc autem verba. vbi gl. et Bald. ff. de his, qui deiecerunt, vel effud. tex. fin l. 1. §. in publico flumine, ff. de flumin. Bart in l. Gallus § ille casus, ff. de lib. & posth. meus Maranta in singular. litt. D. §. dictio. in. fol. mihi 22. Card. Tusch. tom. 2. litt. D. concl. 292 nu. 1. & seq Garsias Mastrill. dec. Siciliæ 22. n. 9. par. 1. Vinc. de Franch. dec. 402. n. 8. Barbos. dict. 131. nu. 2. Riccius in praxi var. resol. par. 2. resol. 4. ante num. 1.*

6 Vt id sanè significare velit (in Ecclesijs, siue cœmeterijs homicidium cōmitti) atque intus ipsas Ecclesias, & cœmeteria homicidia per-
7 „ fici. Sicuti in publico flumine factum acci-
„ pere debemus (*Vlpianus loquitur in d. l. 1. §. in*
„ *publico*) quicquid in aqua factum est.

Quam planè perpensionem, vt innueretur apertiùs, dilucidiùsque tàm Gregorius Nonus *d. cap. fin.* quàm etiam Gregorius XIV. *d. Constitutione sua,* nedum dictione vsi fuere *(in)* sed & pronomine (ipse, ipsa, ipsum) *in ipsis* (inquiētes) *Ecclesijs, earumve cæmeterijs.*

8 Est nempè pronomen hoc *(ipse)* restrictiuū, & ad oculum penè demōstratiuum, atque personalissimum, ita vt rem, siue personam, & locum, cui adijcitur, cōstringat, & comprimat, nè ad extranea diuagari valeat, *Bald. cons. 304. Nobilis vir Dominus, nu. 1. vol. 5. optimè ac pluribus doctissimus, atque omniscius Andreas Tiraquel. de retract. conuention. §. 1. glos. 6 n. 25. Card. Tusch. d. tom 2. litt. D. concl. 301. num. 5. Cæned. in centur. singularium, sing. 22. nu. 1. & 2. Tiber. Detian cōs 2. num. 32. & 33. vol. 2. Gratian. forens. discept lib 1. cap. 104. nu. 13. & cap. 145. nu. 5. Barbosa dict. 178. num. 2. 3 4. & 5.*

9 Qua de causa idem omninò voluisse Summi Pontifices Greg. IX. & Greg. XIV. videntur, ab immunitate excipientes ecclesiastica eos, qui in ipsis Ecclesijs, earumve cœmeterijs homicidia, vel mutilationes membrorum cōmiserint; atque ipsas Ecclesias dumtaxat, earūve cœmeteria ad oculum signare ac demōstrare; omnemq; alium locum non demonstratum, & si planè sacrum, & religiosum, siue claustrum, siue dormitorium, siue sacrarium, quæ neque Ecclesia, neve cœmeterium sit, excludere, atque ab data segregare exceptione, *Detianus d. cons. 2, num. 33. & secuta fuit Rota in Bergomen. legati 9. Octob. 1595. coram Seraph dec. 1149. nu. 3. & 18. & in Placentina dotis 6. Iunij 1614. coram Pamphilio in recent. par. 1 tom. 2. decis. 619. num. 3. Barbosa de dictionib. dict. 151. nu. 4.*

10 Deinde, cùm in materia vertamur pœnali, & odiosa, ac priuatiua immunitatis ecclesiasticæ, exceptionem in proprijs terminis, de quibus loquitur, exaudire vtique debemus, neque illam extrà proprios terminos dispergere, *ad reg. odia 15. de reg. iur. in 6. & sequitur Mastrill. d. dec. 22. nu. 6.* in materia loquens immunitatis ecclesiasticæ *Ambrosin. de immun. eccles. c. 5. nu 4. vers. nec subsistant. Hortensius Caualcan. de brachio*
11 *Regio. par. 4. nu 86. & seq.* Quòd in dubio, pro immunitate semper respondendum sit ecclesiastica, *Farin. de immun. c. 2 n. 21. ampl. 4. Gamma decis. Senatus Lusitani 179. nu. 1. Detian d. cons. 80. sub num. 22. lib. 3. quem sequitur Marius Giurba cons. 10. in fi. num. 25. Homobonus in examin. eccles. par. 2. tract. 11. cap. 12. q. 26. in 3. supposit. col. 1. vers. hoc autem immunitatis.*

12 Et firmat, nec ineptè, perpensionem hanc; Quòd exceptio, quæ excipit, atque eximit exceptuata à regula, firmat regulam ipsam in nō exceptuatis, & quid sub regula comprehendatur, ad oculum quasi demonstrat, *Surd. cōs. 430. n. 7. lib. 3. Maranta in sing litt. E. §. exceptio firmat fol. 36. Iacobus Thomingius dec. Lipsien. 16. num. 9. & 10. Rota apud Ludouis. Greg. XV. dec. 257. n. 4. Barbos. axiom. 85. nu. 4. & 7.*

Excipiendo igitur Summi Pontifices prædicti ab immunitate ecclesiastica, qui homicidia, & mutilationes membrorum in Ecclesijs ipsis, earumve cœmeterijs committere non verentur.

In reliquis vtique locis, qui nec Ecclesiæ, neque cœmeteria essent, immunitatis regulam
13 firmare voluisse videntur. Neque profectò à regula discedendum est, vbi exceptio minimè

posita inuenitur, *ad tex. in l. prænaricationis 3. in fi. ibi: Quia neque lege aliqua de hac re actum est, neque Senatusconsulto. ff. de prævaricatorib. Barbosa d. aßiom. 85. n. 8. Rota in coll. & per Farin par. 4. diuers. decis. 688 sub nu. 3. Caputaquen. dec. 367. n. 2. & 3 par. 1. Rota apud Coccinum dec. 383. nu. 2.*

14 Vt, quod lex non dicit, neque nos asserere oporteat. *l. dissidemis 5. C. de repudijs. can. consuluisti 18. §. & quod sanctorum. 2 q. 5. c. 2. ne Sede vac. notabiliter Paris. de resignat benef. lib. 3. q. 7.*

15 *nu. 45.* Exceptio autem quæ à lege non fit, neque ab homine fieri debebit, neque item per Iudicem, *vt loquitur Bald. in l. in fraudem. §. bonorum, in fi. ff. de testamentis milit. quem sequitur Monald cons. 96. sub nu. 3. vol. 2.*

Atque hanc eandem nostram sententiam secuti fuere *Marini Italia de immun. ecclesf. cap. 5.*
„ *§. 3. nu. 4. & 7. vers. vnde fermè dicas, Vnde firma*
„ *dicas* (inquiens) *perseuerat conclusio, Quòd illi*
„ *dumtaxat à iure sunt exclusi qui intra Ecclesias &*
„ *cœmeteria mutilauerint, vel occiderint, siue casu,*
„ *siue data opera.* Hæc ille. *Et eundem sequitur Peregrinus de immunit. ecclesf. c. 6. nu 3. vers. altera opinio docet. & nu. 31. & 32. & ita quoque in terminis nostris decisum fuisse in Curia Archiepiscopali Neapolitana refert Reuerendißimus Episcopus Riccius decis. 250. par. 3. quem sequutus fuit Ioan. Maria Nouarius eius discipulus post dictam decis. præceptoris. & sequutus fuit etiam nouissimè Ioannes Antonius Nouarius Cathedralis Ecclesiæ Neapolitanæ Canonicus in sum. Bullar. tit. de immunitate ecclesf. nu. 56. & apertè ante eos docuit Farin. cons. 76. ad quartam dubitationem, nu. 9. 13. & 14. vol. 1. idem Farinac.* nec obscurè, *de immun. ecclesf. cap. 6 n. 99 & Ambrosin. de immun. cap. 5. n. 4. vers. nec subsistunt & nu. 6.* & decisum in simili casu

16 in eo, qui homicidium in gradibus Ecclesiæ perpetrarat in anno 1620. referente in Sacro Regio Consilio Neapolit. Ferdinando Rouito, Regentis Scipionis Rouiti dignissimo filio, Magnæ Curiæ Vicariæ tunc Iudice, dicit *Ioan. Baptista Thoro in compendio decis. par. 1. in verbo reponi an debeat, fol. 476.* vbi remissum ad Ecclesiam delinquentem fuisse, etiam confirmato decreto per Sacrum Consilium prædictum, facto inibi verbo, refert. Et in causa Meliten. pro Reuerendissimo Episcopo, contra illos de Raganato, & Monetijs, qui homicidium in claustro sanctissimi Rosarij Terræ Polistinæ patrarant; in Collaterali Consilio decisũ fuisse refert *Horatius Viscontus in addit. ad Vincent. de Franch. d. dec. 709 vers. in causa Episcopi. & refert Riccius par. 2 prax. r. sol. 276. et sequutus eum fuit nouissimus post hæc scripta prælo pressus Donatus Antonius de Marinis variar resol. cap 170. n. 12.*

17 Nec ad rem facit, quod *Genuens. in practicabilib. q 479. n. 3. & 4.* contrariam sequi sententiam videatur, tãquàm fauorabiliorem magis reuerẽtiæ, quæ Ecclesijs debetur, vt fieri proinde extensio de similibus ad similia oporteat.

Haud enim ratio hæc vniuersim conuincit, eùm habeamus legem expresse loquentem, atque excipientem cõmittentes homicidia, & mutilationes in Ecclesijs ipsis, earumve cœ-

18 meterijs. Vt minimè proinde rectæ rationi sedeat, legem de casu ad casum, in pœnalibus potissimùm. & odiosis, ac cõtra immunitatem ecclesiasticã extendere; vt idemmet perpendit

19 *Farinac. d. cons. 76. nu. 13.* Certum verò quod à iure determinationẽ obtinuit, immutare nos minimè decet, *l. minimè 12. ff de legib.*

Tùm etiam, quòd non æqualis, ac par omninò ratio reuerentiæ in Ecclesijs ipsis militat, earumve cœmeterijs, atque in claustris, & dormitorijs.

20 Et licèt sanè Ecclesiæ nomine, fauore immunitatis ecclesiasticæ, monasteria, dormitoria, aliave Ecclesijs adiacentia, comprehendãtur *ad tex. in c. v quisisti 15. §. secus autem ibi, aut alijs pijs locis, de testament. Lapus alleg. 12. nu 4 & seq. c. cum dilecta 22. de rescript. & aduotat Suar. d. c. 9. nu. 7. & seq. & Farin. d. q. 28. nu. 4. & de immunit. ecclesf. c 16. n. 268 in 9. ampliat. Fagund. d. c. 4. n. 60. et seq. Peregr d. c. 6. n 33. vers. quãdo verò tractatur & Visconius vbi supra d dec. 709. ad nu. 3. Portel. & Rodricus locis supra per nos citatis, Card. Tusch. tom. 3 lit E. concl. 20. nu. 1. & seq Sanchez de matr. tom. 2. lib. 9. disp. 15. nu. 23. & seq. latè Barbosa de appellatiua verb iuris signif. appell. 85. num. 10. 14. et 15. Rota apud Card. Seraph. dec. 605. n. 5. Riccius par. 2. in praxi resol. 276. num. 1. à Castro Theolog. moral. tom. 2. tract. 11. disp. vnica, punct. 6. num. 10.*

21 Non æquè tamen in materia erit pœnali, & odiosa; vt hæc potissimùm immunitatis ecclesiasticæ deperdendæ est, vt perpendit *Remigius Gondi d. ampliat. 3. nu. 9. Io. Maria Belletti disquisit. clericalis, tit. 1. de disciplina Cleric. §. 2. nu. 29. 34. & 35. fol. 17. & 18. Rota apud Seraph d. dec. 606. num. 8.*

Neque contrà nos erunt, quæ *D. Franc. de*

22 *Castillo par. 2. decis. 155.* refert, de eo inferens, qui sodomiæ nefando crimine in dormitorio cuiusdam Monasterij se turpiter fœderat; decisum secundò fuisse in Curia Archiepiscopali Panormitana, Ecclesiæ immunitate gaudere, haud eum debuisse; licèt planè affirmatiuè primò in eadem Curia decretum fuisset; reuocata

23 priori sententia. Quòd sapientis sit mutare consiliũ in melius, *can. Magnæ 10. 22 q. 3. c. qualiter, et quando 18. vbi glos. verbo corrigere et ibid. Felin de accus. tex. in l. nonnunquam 8. in princ. vbi*

24 *glos. verbo mutantis, ff de collat. bonor.* Et ob criminis immanitatem, pessimique huius sceleris detestationem, non iniuriã, ac sanctè, iureve fieri debuerit extensio ex identitate rationis, *Fr. Hieron. Rodricus d. resol. 56. sub nu. 5.*

Ac præterea, quòd qui in Ecclesia delinquit, vel eius cœmeterio, homicidium perpetrãdo, vel membra mutilando, Ecclesiæ immunitate perfrui minimè debeat; vt proinde neque qui in Monasterii dormitorio tãm nefandum faci-

25 nus patrarit; propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, *secundum verba Apostoli ad Ephes 5 n. 6. ad tex. etiam in can. si gens Anglorum, 56. dist. & sequitur pluribus Card. Tusc. tom. 7. lit. S. concl. 316. cap. vt Clericorum 13. in princ. de vita,*

&

& honest. Cleric. Ecclesiæ eadem immunitate perfrui debuerit.

26 Quodquè homicidium etiam in Ecclesia perpetrasse dicatur, qui humanum semen ad generationem hominum ordinatum, in deordinato effundēs vase, generationem impedierit hominis: atque quasi in semine ferendum iam hominem, occiderit; atque humanum genus perdiderit, imperdieritquè, ne per generationem à Deo, & natura præscriptam, cõplea tur numerus electorum in superna fœlicitate locandus, vt aduertit etiam *Homobon. de casib. reseruat. par. 2. casu 5. sect. 5. in 3. ratione fol. 353*

27 Vt nō ab re, nec iniuria dici de eo possit, quod fratricidę Caino, eidemquè exprobrans, dixit „ Dominus Deus: *Vox sanguinis* (inquiens) *fra* „ *tris tui Abel clamat ad me de terra, Genes. 4. nu. 10.* Quę sanè verba (*vox sanguinum fratris tui*) ex hebræo alij legunt: vt clamare innuant occisos tot homines, eorum apud Deum iu-

28 stum vindicem mortem. Quòd præciso, atque è medio sublato Abelo, semen eius, quod generationes hominum producere potuisset, præciderit, atque necarit, perdideritquè, *vt Lyranus eodem in loco ad notat. & Steuchius ibid.* Et si planè ipse ad proprietatem loquendi, atque hæbraismum, sermonem in plurali referat, & cum Hieronymo in singulari vertēdum putarit (*vox sanguinis.*) At Lyrani expositio, quamuis arbitraria, vt ip „ se *Steuchius* fatur carpenda tamen haud minimè erit, potissimùm admodùm ad hanc rem nostram faciens, atque adamussim sedens, quā sequitur etiam *Abulen. ibid. q. 7.* (inquiens) *In* „ *hebræo dicitur vox sanguinum fratris tui. Quia* „ *non solum sanguis Abel clamabat; sed etiam* „ *tota posteritas Abel clamabat, quia peribat patre* „ *pereunte* Hæc illi.

29 Præter quàm quòd enim, vniuersim, in hac immunitatis Ecclesiæ materia, extensionem fieri de casu ad casum, ne ea gaudeant, præter quàm, qui in Constitutione Gregorij XIV. excepti inueniuntur, Doctores abnuant. *vt notat Farinac. d. cons. 86 nu. 8. & seq. & de immunit Eccles. cap. 6. ampliat. 5. nu. 98. & cap. 16. nu 109. & in fragmentis par. prima litt. E, nu. 144 & n. 149 sequitur Giurba cons. 6. nu. 17. & cons. 100. & vltimo nu. 15. Ambrosin. de immunit. d. cap. 5. nu. 5. in fin. vers. nihilominus non obstantib. in fin. & nu. 6. in fin Ioan. Anton. Nouar. d. tit. de immunit. nu. 55. vers. nec refert, & sequitur nouissimè Ferdinand à Castro tom. 2. Theolog. moral. tract. 11. disp. vnica punct. 10. nu. 6. in fin.*

30 Delibrata præsertim dictione taxatiua (*tantum*) quæ sui natura, operatur, vt extensionem ad non expressa prædediat, operatur, eamq; omnino abijciat *iuxta tex. in l. properandum 11. §. 1. & seq. C. de iudic. Barbos. de diction. dict. 401. num. 3*

31 Atque etiam clausula (*sublata*) quæ omnem prorsus extraneam interpretationem, & extensionem resecat, atque repellit, *secundum Farinac. d. cons. 76. nu. 13. & 14. Gabriel Falcomus in ead. causa cons. quod sequitur post dictum 76. cons. Farinac. nu. 16. idem Farinac. de immunit. Eccles. cap. 2. nu. 15. Ambrosin. d. cap. 5. nu. 4. vers. nec subsistunt. Ricius par. 5. collect. 1792. Peregrin. d. cap. 6. nu. 33. in fin. vers. vnde cum fundamenta, Barbos. claus. 175. num. 13. & seq. Gratian. forens. par. 2. cap. 380. n. 29. Pater Diana resolut. 2. & 13. tract. 1. de immunit. Eccles. par. prima. Regens Fuluius de Constantio in admonit. ad Paulū Quintum de immunit. Eccles.* sequitur, & refert *nouissimus Donat. Anton de Marinis quotidianarum resolut. cap. 170. nu. 10. & iterum idem Diana par. 4. tract. 1. de immun. Ecclesiastica resolut. 45.*

32 Nihilominus tamen, neque rectè Castillus infert; dùm crimen in dormitorio Monasterij, & si porrò immane, atque nefandum, & omnino profligandum, insectandumquè, ac detestandum, & execrandum facinus, in Ecclesia commissum fuisse, dici, atque tueri posse autu-

33 mat. Cùm in vniuersum, & si dormitorium de Ecclesiæ septis sit, & dicatur; vt Ecclesiasticus Asylus pro immunitatis tutamine dici debeat, haud tamen (Ecclesia) iurè appellari poterit. Cùm verè, & propriè Ecclesia nō sit, & si Ecclesiasticus profectò locus. At Cōstitutio prædicta *Gregory XIV. & tex. in d cap. fin.* non in loco Ecclesiastico crimen homicidij, & mutilationis membrorum committentem, ne immunitate perfruatur Ecclesiastica exceperūt; „ sed eos *Qui in ipsis Ecclesijs, earumuè cœmete-* „ *rys homicidia & mutilationes membrorum com-* „ *mittere non verentur.*

34 Vt Constitutionis proinde verba propriè, non verò impropriè, & abusiuè exaudire nos oporteat *l. prima §. si is, qui nauem. vers. in re igitur ff. de exercitoria action. l. non aliter 67. ff. de legat. 3. Farinac. d. cons. 76. nu. 8. in fin. Rota apud Seraphin d. dec. 606. n. 8. & 15.*

35 Quemadmodùm nec violatur Ecclesia, neque polluitur (persistendo in casu à Castillo proposito) Quòd carnalem quis copulam, etiā per accessum sodomiticum, in claustro, seù cellis Monasterij habuerit. Quòd claustrum, & dormitorium Ecclesia minimè sit; sac etiam

36 in ipso dormitorio altare, siuè Oratorium, in quo diuina celebrentur ministeria, existeret. Habebitur porrò loco priuati Oratorij, etiā si lustrali aqua singulis noctibus ab superiore benedicatur, *vt post Fagundez de quinque præcept. Eccles. præcept. 2. lib. 4. cap. 4. nu. 34 & 39. & ab eo relatis, sequitur Pater Diana de circunstantys agrauantibus. resolut. 20. par. prima, & ante eos Sanchez d. disput. 15. nu. 39. de oratorys loquens.*

37 Et præterea Castillus decisionem fundat, *nu. 10.* in litteris arbitrarijs, in anno 1605. à Sāctissimo Domino N. Paulo Papa V. ad Archiepiscopum Panormitanum datis: vt nulla propterea vis aduersus nos facienda sit ex traditis, atque decisis *in d. Castilli decis.* Cùm nos, quid nàm, inre, tàm Constitutionis dicti Gregorij XIV. quàm etiam Gregorij IX. *d. cap. fin.* inferèdum sit, discepterous; non autem in arbitrio

O 2 no-

nostram fundemus sententiam per facultatem
à supremo Mundi totius Monarcha, & vice
38 Deo in terris facta. Neque resolutio Summi
Pontificis, atque Legislatoris in aliquo peculiari casu, ex certa quoque causa facta, vniuersalem adimit præcedenté legem, *vt Peregrin. quoque in suit d.cap.6.sub nu.33.*

Et ita ex his, Amplissime fubiectis, Respondendum censui.

CAROLVS MARANTA. V.I.D. Aduocatus.

Pro Ecclesiæ immunitate; debere homicidã hunc frui illa, decretum fuit per Curiam Archiepiscopalem Salernitanam, facto etiam verbo cum Eminẽtissimo Domino Cardinale Sabellio Archiepiscopo, Domino meo. Et nostrã hanc sentẽtiam probauere etiam supremi nostri Regis Catholici Ministri, vnde dimissus fuit homicida, qui immunitate frueretur Ecclesiæ. Non abijcienda igitur, quæ adnotaueram, putaui, rem explicantia non vulgarem, ex vsu enim esse aliás poterunt; si recti, boniquè ea consulantur, neque Momi instar, toruis oculis, retortoquè nare inspiciantur.

SVMMARIVM.

1 *In Ecclesiam fugiens armis spoliari non potest.*
Contrariam tamen sententiam plurimi non leuis notæ iuris vtriusque Doctores, *ac Theologi sequuntur, posse armis prohibitis spoliari. nu.2.*
3 *Arma in Ecclesiam deferens delinquere censetur.*
4 *A raptore ad Ecclesiam confugiente rapta aufertur.*
5 *Edictum armorum prohibitiuum generale est.*
6 *Sententiam probati, ac pij* Doctoris *in moralibus sequens à peccato excusatur.*
7 *Temerarius dici haud potest, qui secundum probabilem* Doctorum *sententiam operatur.*
8 *Excusatur, qui probatarum* Doctorum *sententiam sequutus operatur.*
Quinimò si vnius probati Doctoris *sententiam sequutus fuerit. n.9.*
10 *Imprudens, ac temerarius dici haud potest, qui probabilem sententiam sequitur.*
11 Doctoris *vnius classici sententia, probabilem facit opinionem.*
12 *Censurarum incursus supponit semper mortale.*
13 *Censuræ non dantur pro leui, sine contumacia.*
14 *Excusatur, qui bona fide facit putans se posse facere, præsertim ex sententia* Doctoris; *vnde nec peccat.*
15 *Censurarum acrimonia medicinalis est, non mortalis.*
16 *Censuræ in eum, qui timet, & qui bona fide mouetur ferendæ non sunt.*
17 *Excommunicatio maxima pœnarũ est, & qua in Ecclesia nulla maior inuenitur.*
18 *Censuræ non passim, nec pro leui imponendæ sunt, sed sobriè, magnaquè circumspectione ferendæ.*
19 *Intellectus ad tex. in can. sicut antiquitus 5. & can. definiuit. 27. 17. q. 4.*
20 *Furi ad Ecclesiam confugienti possunt bona auferri, quæ furto subtraxit.*
21 *Intellectus ad tex. in cap. 2. de immunit. Eccles. in 6.*
22 *Confugienti ad Ecclesiam potest auferri materia delinquendi, etiam per quemlibet priuatum.*
23 *Monetarum falsarum fabricatori, qui in Ecclesiam se recepit, possunt ab eo falsæ ipsæ monetæ, quasi peccandi materia, auferri.*
24 *Arma possunt à confuga in Ecclesiam auferri ex permissione Iudicis Ecclesiastici.*
25 *Constitutio Gregorij XIV. loquitur de extrahentibus confugas ad Ecclesiam.*
26 *Censura in canone sicut antiquitus, sunt ferendæ non latæ sententiæ.*
27 *Verbum (excommunicetur) indicat sententiam ferendam, non latam.*
28 *Consensus tacitus idẽ operatur, quod expressus.*
29 *Volenti non fit iniuria.*
30 *Bona fides omnem excludit dolum & contumaciam.*
31 *Iudex in censuris ferendis ostendere debet se sequi, quod corrigentis est, & medentis, non vlciscentis, & multa vti debet circumspectione. n. 34.*
32 *Excommunicatio neruus est Ecclesiasticæ disciplinæ.*
33 *Censuræ si temerè, & leuibus ex causis incutiantur, contemnuntur magis, quàm timeantur, & perniciem pariunt, non salutem.*

ARGVMENTVM.

Nùm nè possit sæcularis potestas confugam ad Ecclesiam armis spoliare? & nùm in pœnas det Ecclesiasticas violatæ immunitatis, potissimùm in Bulla Gregorij XIV. & quomodo excusari valeat? non inutilis disceptatio.

RESPONSIO XXXVII.

Controuersa, & si planè sit
quæstio, nùm ad Ecclesiam
1 fugiens armatus possit à layco Iudice armis spoliari,
quibus cũ ad eam se receperat? Et si ꝑ Ecclesię immunitate tenendum sit: non
vtique spoliari posse *per tex. in can. sicut anti-*
quitus 5. ibi: *Aut personam hominis, vel bona*

eius

„ eius inde subtraxerit, &c. & canon. definiuit 27.
„ ibi: *Aut quodcunque nocibilitatis, vel damni, seù*
„ *spolij residentibus in loco Sancto inferre.* 17. q. 4. *& tex. in cap. 2. de immunitat. Eccles. lib. 6. Farinae. de immunit. Eccles. cap. 16 nu. 248 in fin. nouissimè Pater Alexander Peregrinus de immunit. Eccles. cap. 13. nu. 4 & 5.* vbi tuetur, posse quidem armis spoliari, at per Iudicem Ecclesiasticum, vel per eius permissionē. *Ambrosin. de immunitat. Eccles. quaest. 5. num 5. optimè Ludouic. Rodulfinus quaest. lib 2. q. 36. & nouissimè multò post haec scripta praelò pressus Pater Anton. Diana variar. resolut. moral. tract. de immunit. Eccles. resolut. 8. & resolut. 17. in fin. Bonacin. tom. 3. de censuris in particulari disput. 2. q. 3. punct. 16. §. 5. nu. 10. Filliuccius tom. primo tract. 15. cap. 6. q 8 nu. 154. nouissimè Io. Anton. Nouar. in sum. Bullar. tit. de immunit. Eccles. n. 6. in 5. amplat. Pater Ferdinand. à Castro tom. 2. Theolog. moral tract. 11 disput. unica punct. 9. nu. 10. in fin vers. Arma autem.*

2 Sunt tamen non leuis notae iuris vtriusque Doctores, atque ex Theologis etiam, Aduersam, qui sententiam tuentur: posse scilicet Iudicem laycum, confugam ad Ecclesiam, armis (prohibitis potissimū) absque criminis vllius violationis Ecclesiasticae immunitatis nota, spoliare. Quòd interim cùm armatus ad Ecclesiam confugiat, suis armis magis, quàm Ec-
3 clesiae tutamini confidere videatur. Ac praeterea, quòd arma ipsa deferens delinquere censeatur: Et Ecclesia tueri crimina minimè intendat. Ac deniquè, quòd hoc spolium non sit poena confugae, sed subtractio materiae peccā-
4 di. Quemadmodum raptori ad Ecclesiae securum Asylum confugienti, conceditur quidem personae impunitas, & in Ecclesia sustinetur: aufertur tamen ab eo rapta, nè peccandi materies permeti sibi in Ecclesia videatur *est tex. in can. de raptoribus 3. 26. q. prima, Rebuff. ad Gallia Constitutiones tom. 2. tract. de immunitat Eccles. art. primo gloss. prim. num. 21. Petr. Plaza in epitom. delictor lib. primo cap. 8. in fin. num. 28.* qui & si ex *tex. in l. si seruos C. de his, qui ad Ecclesiam confugerunt*, in seruo loquantur; idem tamen esse dicunt in libero ho-
5 mine; cùm aedictum armorum prohibitiuum, generale sit. *ex tex. & toto tit. in l. prima C. vt armorum vsus inscio Principe interdictus sit. lib. 11. Tiberius Decian tract. crimin. tom 2. lib. 6. cap. 26. nu 10. Didacus Couar. lib. 2. variar resolut. cap. 20. num. 28. & n. 36. his proxime accedit; quem sequitur Pater Franciscus Suar. de relig. tom primo lib. 3. de reuerentia debita locis sacris cap. 12. nu. 3 in 3. effectu Farinac in tract. tom. 2. de carceribus, & carcerat. q 28. nu. 64. & 65. & ita decisum in anno 1620. in Senatu Catalunia refert. Ludouic. Peguera dec. 160. par. 2. Petrus Follerius in praxi canon. criminal cap. 37. in Miscellanea nu 30. fol. mihi 327. quem sequitur Riccius in praxi par. 2. resolut. 26. nu. 2. Batard ad Iul Clar. lib. 5 §. fin q. 30. num. 4. Pater Stephan. Fagundez, qui Couar. sententiam simpliciter sequitur de quinque praecept. Eccles. praecept. 2. lib. 4. cap. 4. num. 55. in princ. Frater Laurentius de Portel. ad dub. regul. verbo Ecclesiae immunitas num. 17. aliyquè, quos refert Pater Diana d. resolut. 8. in prima sententia. Pater Ioan. de la Cruz in director. conscient. praec pt. 8. q. 3. art. 1. dub. 1. conclus. 3. in fin n 4. Ioan. Anton. Nouar. d. tit. de immunit. Eccles. nu. 6. in 5. ampliat.* Nec ratio sufficiens dari posse videatur, cur raptori cum rapta ad Ecclesiam confugienti, rapta ipsa auferri possit, & non eodem modo arma ad Ecclesiam deferenti, ne cum illis in ea delinquat, & peccet; supposito quòd illa, vt delinquat, retineat, sicuti, vt delinquat, & peccet raptam detinet.

Tot itaque cum sint Doctores, & illi non leuis Nominis, & authoritatis, ac doctrinę viri, qui hanc sequantur, ac tueantur sententiam; licuit vtiquè vice Marchioni huic Terrae Braciani Salernitanae dioecesis, de quo nunc disceptatio habetur, illam absque peccati nota
6 sequi. In moralibus enim (vt hęc est materia, de qua nunc quaestio fit) sufficit, vt à peccato excuseris, si probati Doctoris, ac praesertim, sequaris sententiam. *vt ad tex. cum g. os. put. ata singulari in cap. e appellation tuas. 4. de sery; sequitur Nauar.* de cēsurarum incursu loquens *in cap. cum contingat. de rescriptis remed.* 7
1. nu. 30. & 31. & in cap. si quis autem de poenit. distinct. 7. nu. 6. & 7. Car. Tolet in instruct. Sacerdot. lib. 5. cap. 33. nu. 2. in fin. vers. & quia ista est materia, Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 41. num. 30. & lib. 3. disput. 26. nu. 4. & lib. 8. disput. 6. num. 18. in fin. optimè quoque Parisius de resignat. benefic tom 2. lib 11. q. 3 nu. 66 & 67. Ioannes Azor. instit. moral. par 2. lib. 6. cap. 12. q. 11. in fin. vers. sed quomodo se geret confessarius. Neque profectò temerarius dici potest, qui secundum probabilem Doctorum sententiam operatur *vt de communi testatur Pater Diana tract. 4. de denunciationib. resol. prima. vers. & potest hac opinio*, etiam probabiliore relicta *tract. 12 de opin. probabili resolut. prima.*
8 Vt multò magis excusandus sit, qui tot probatorum Doctorum sententiam secutus fuit, vt argumentatur quoque *Nauar. d. cap. cum contingat d. remed. 2. n 32.*
9 Sufficit nempè ad quemlibet excusandum, si adsit opinio alicuius Doctoris, cui ille credere iurè possit, vt aliis relatis inquit *Pariss d quaest. 3. n 67. et Viuius dec. 47 nu. 6. 7. 8. et seq. est doctrina Nauar. in cons. 66. quidam pensionarius num 1. de simon. lib. 5. tom. 2. sequitur idem Parif. de cōfident. q. 23. nu. 47. et 48 et nouissimè P. Diana d tract. 13.* 2
10 *de opin. probabili, resol. 1.* Quia nimirum vnius
11 Doctoris classici sententia probabilem facit opinionem, *vt post Valent. tom. 2. disput. 2. q. 12. punct. 4. et Sanchez in opere morali tom. 1. lib. 1. c. 9. n. 7. sequitur idem P. Diana d. tract. 8. de denunciationibus, resol. 1. vers. et potest haec opinio fol. 105.*
12 Atqui censurarum incursus supponit semper
13 mortale, cùm pro leui culpa non detur sine contumacia, *ad tex. in can. nemo Episcoporum 39. in fi.*

,, *in fi. ibi. Neque, nisi pro mortali debeat imponi cri-*
, *mine; atq; illis, qui aliter nõ potuerũt corrigi, 11. q. 3. glos. notab. in c ex parte 23. in gl. magna, verbo pro contumacia, de verb. signif. S. Th. in addit. ad 3. par. q. 25. art. 3. Sayr. in thesauro, ibi alios refert lib. 1. cap. 9. n. 28. cum seq. Pater Scortia in selectas Summorum Pontificum Constitutiones, epit. 2. theorema 5. in fi. vers. Pontifex tandem.*

14 Excusandus vtique erit hic dominus, qui bona fide rem fecit, quam facere tot probatorũ Doctorũ authoritate, licere sibi putauit; vnde non peccauit. Non igitur pœna dignus, *vt sequitur P. Diana d. tract. de opin. probabili, resol. 10. circa fin. ex Sancio in suis selectis, disput. 33. nu. 43. & sequent.* Præsertim quòd neque (vt in facto supponitur) armorum ipsa spoliatio in Ecclesia facta fuit, sed propè illam.

15 Censurarum verò acrimonia, cùm medicinalis sit, non mortalis, disciplinans, non eradicans, *vt tex. inquit in c. 1. in princ. de sent. excomm.*
16 *in 6. S. Thom. d. q. 21. art. 3.* Non vtique in eum ferenda est, qui timet, non contemnit, quive bona fide ductus rem fecit, quam iure permittente facere putauit, *ad tex. in l. Gracchus 4. C. ad legem Iuliam de adulter. et cau quid dicam, 14. q. 4. et cau qui peccat 36. 23. q. 4. l. quid sit fugitiuus 17. §. apud Labeonem ff. de ædilit. edict.*

17 At tanta pœna, quanta excommunicatio est, quæ maxima pœnarum dicitur, quave in Ecclesia Dei nulla maior inuenitur, *vt August. inquit, relatus in can corripiantur 19. vbi gl. verbo maior,*
18 24. q. 3. non ita passim, & pro leuibus (*vt tex. loquitur in can. nullus Sacerdotum 40. 11 quæst. 3.*) sed sobriè, magnaq; circumspectione ferenda est, *secundum tex. sacri Trid. Concilij sess. 25. cap. 3. de reformat.*

19 Nec aduersum nos faciunt *tex. in d. can. sicut antiquitus, & can. definiuit*, supra in initio relati. Exaudiuntur enim text. prædicti de bonis, quæ sine alicuius iniuria secum fugiens defert, vel in Ecclesia detinet; non verò cum alterius iniuria, & præiudicio, *vt respondet Suar. d. lib. 3. cap. 12. nu. 3 & sequitur Farin. d. tit. de carceribus,*
20 *& carcerat q. 28. n. 58.* de fure loquens ad Ecclesiam confugiente: Nam possunt ab eo bona auferri, quæ furto subtraxit, etsi nõ propterea ab Ecclesiæ immunitate arceatur, quin ea fruatur, *Portell. d. verbo Ecclesiæ immunitas, num. 17. in fin. Riccius d resol. 26.*

21 Nec item obstabit *tex. in d. cap. 2. de immunit. eccles. in 6. & in cap. 1. eodem, extrã.* quatenus expressè in illis prohibetur laicis Iudicibus in Ecclesia iurisdictionem exercere. *& sequitur Farin. de immunit. d. cap. 16 nu. 248.*

Respondetur profectò, nõ id esse, iurisdictionem in Ecclesia exercere, neque pœnam con-
22 fuge ad Ecclesiam inferre, verùm subtrahere illi duntaxat delinquendi materiam, *cum Suar. d. cap. 12 num. 3.* quod priuatus quilibet facere potest. Et comprobat responsionem hanc non ineptè, nec temerè *tex. in d. can. de raptoribus, 36. q. 1.* suprà perpensus. & *Peguera d. decis. 260.*
23 qui loquitur in fabricatore falsarum monetarum, qui cum monetis in Ecclesiam se receperat; nam potuisse illi falsas monetas à laico Iudice, atque proinde peccati materies auferri, ipso confuga in illa derelicto; concludit, atque decisum fuisse testatur.

Cæterùm, quòd pro coronide addendum
24 videtur, est, quòd ex ipsa Domini Vicarij Capitularis respõsione apparet; iam de communi consensu, & concordia, cum Domino Fiscali Regiæ Audientiæ Salerni, cõuentũ vnà fuerat, vt quandocunque casus accidisset, expoliatio armorum de consensu ipsiusmet Vicarij fieret. Vt esset proinde scrupulus omnis incursus censurarum, non sanè in Constitutione Gre-
25 gorij XIV. quæ expressè loquitur de extrahentibus vi confugas ab Ecclesia, vt adnotauit etiam *Riccius d. resol. 26. & decis. 224. nu 8 par. 4.*
26 & patet ad sensum. Verùm *in d. can. sicut antiquitus*, contentarum, quæ sanè non latæ, sed ferendæ sententiæ sunt, vt indicat verbum illud
27 *excommunicetur*, quod per sententiam ferẽdam exauditur, non verò latam, *ex doctrina glos. in regula in pœnis 49. circa fin. vers. item vbi est tale verbum, de reg. iur. in 6. & sequitur post alios, quos refert P. Scortia epit. 21. theorem. 63.* Cùm præter supradicta; quòd æstimauit dictus Dominus Vice Marchio, licere sibi armis spoliare confugam prædictum, ex iure permittente, ex sententia tot probatorum Doctorum; id quoque fecerit ex vi concordiæ initæ cũ dicto Domino
28 Fiscali, & de cõsensu Domini Vicarij prædicti, (saltem tacito, respectu aliorum Iudicum,) vt idem operari debeat, quod expressus dicto D. Fiscali præstitutus, ad regulam iuris, quòd taciti, & expressi idẽ sit iudicium, & par quoque virtus, *in l. cùm quid 3. vbi Doctores ff. si cert. pet. & d· reb. credit. Tusibus lib. 8 litt. 1. conclus 8. Barbosa in principijs vtriusque iuris, littera 1. §. 3. & sequitur etiam Pater Peregrinus initio à nobis relatus d. cap. 13. nu. 5. de immunit. eccles.*

Vt nullo proin pacto imputari eidem possit (fac fortasse crimen in hoc admisisset, circumscripta Doctorum sententia, quam supra probauimus.) Quod, interueniente ipsius Domini Vicarij (tacito saltem consensu) fecit. Nimi-
29 rum quòd volenti, & consentienti nulla fit iniuria, neque dolus, *ex regula scienti. 27. de reg. iuris in 6. ex l. prima §. vsque adeo ff. de iniurijs.*

Et patefacit animum, & bonam fidem dicti Domini vice Marchionis, nõ aliter illũ, quàm, quòd expositum est, sensisse: cùm statim post factum (vt mihi supponitur) ipsum Dominum
30 Vicarium certiorem reddiderit. Quæ sanè bona fides, & dolum omnem excludit, & contumaciam omnem reijcit, atque deturbat, & vacuum eum à culpa fuisse ostendit. Vt non liceat, nunc eidem Domino Vicario, ita seuerũ se exhibere exactorem, erga præfatum Vice Marchionem, quem non contempsisse conspicit, sed iustissimam habuisse causam faciendi, *vt Marius Antonin. var. resol. lib. 3. resol. 15. nu. 7.* docet.

31 ,, *At cautè prouidere Ecclesiasticus debet Iudex,*

vt

,, *vt in censuris ferendis ostendat se prosequi. quod*
,, *corrigentis est, & medentis, iuxtà admonitionē tex.*
,, *in d cap. 1. in princ. de sent. excomm. in 6. non verò*
32 ,, *vlciscentis, & exacerbati; ne si excommunica-*
,, *tionis gladius, qui neruus est ecclesiasticæ discipli-*
,, *næ, temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur; con-*
33 ,, *temnatur magis, quàm formidetur, et perniciem*
,, *magis pariat, quàm salutem. Vt sacrosancta loqui-*
tur Tridentina Synodus d cap. 3. sess. 25. de reform.
& est tex. in d. can. corripiantur 19. 24 q. 3.

Et ita ex his sub censura dictis respondendum censui.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Aduocatus.

Ita Dominus Vicarius Capitularis Salernitanus acquieuit dictis; neque ampliùs molestia affecit dictum D. Vice Marchionem, quem citatione emissa, ad dicendum causam quare, ad Curiam in iudicio, instante promotore Fiscali, euocauerat. Ea igitur, quæ collegeram, adno-
34 tatione non indigna æstimaui. Quòd multa oporteat ecclesiasticum Iudicem circumspectione omnia rimari, prius quàm ad censurarum perueniat fulminationem. Agitur enim de salute animarum, quas nō corruptibilibus auro, & argento, sed pretiosissimo sanguine suo, quasi agni immaculati, & incontaminati (*vt Apostolorum Vertex Petrus prima canonica sua, cap. 1. n. 18.* loquitur) Christus Dominus noster, in ara Crucis suffixus, redemit. Ne alioqui, si vehementer emungat, sanguinem eliciat, (*vt Sapiens Prouerb 30. nu. 33.* inquit) non sanè lac. Non negarim tamen me cum priori Doctorū opinione, quæ textus habet expressos, sentire; quòd potissimùm arma, ac consequenter peccandi materia, per ecclesiasticum Iudicem auferri confugæ possunt. Meis verò hisce dictis, quæ iudicio sanctæ Matris Ecclesiæ supposita profiteor, post factum, tueri volui hunc Dominum, quin censuris ligaretur, quòd iusta causa ductus, fecerat. Ante factum autem, haud consulerem faciendum.

SVMMARIVM.

1 *Clausula (vocatis vocandis) in Breui delegationis adiecta, quid operetur expenditur.*

2 *Interesse eius, qui admitti ad iudicium petit, vti contradictor, non remotum, neque distans à negotio esse debet, de quo agitur, sed intrinsecum, & proximum.*

3 *Electionis negotium ea contingere dicuntur, ot aduersus illam contradictor admittatur, quæ electionem ipsam contingunt, nec remota ab ea sunt.*

4 *Interesse bonorum, vti remotum, & extraneum à iudicio nullitatis professionis, non attenditur.*

5 *Tertius non auditur aduersus pactum de non succedendo, per mulierem datum, quamuis sacramento firmatum, si non principaliter, sed secundariò ei, ex illo præiudicium inferatur.*

Quamuis sit alius, qui se opponit, nu. 6.

Sicuti neque auditur, si ad fouendum veniat spolium aduersus spoliatum, nu 13.

Neque etiam in causa matrimoniali aduersus restitutionem in integrum, nu. 14. & 15.

Et quod immediatè non lædatur ex ipso actu, quod agitur, nu. 23.

7 *Actus nō dicitur in alterius vergere detrimentum, si secundariò, non principaliter præiudicium inferat.*

8 *Statutum disponēs vocari eos, quibus ex actu præiudicium fit, exauditur planè de præiudicio principaliter, non secundariò inferendo.*

9 *Interesse habere minimè dicitur in negotio nullitatis professionis, qui ad fouendum venit incussum metum, & nullitatem professionis, atque de lucro agit captando.*

10 *Per professionem libertate quis priuatur, & ex libero, quasi seruus efficitur.*

11 *Monachus neque velle habet, nec nolle, propria spoliatus voluntate.*

12 *Damno de vitando, qui agit, magis quàm ei, qui de lucrum captando experitur, succurrendum est.*

14 *Monachationis, causa matrimoniali æquatur.*

15 *Mulier vti tertia ad causam veniens matrimonij in petitorio, aduersus mulierem spolio agentem in possessorio, non auditur ad impediendam restitutionem in integrum.*

16 *Possessorij causa satis à proprietate diuersa est.*

17 *Metum qui incussit, vt professionē quis emitteret, non admittitur, aduersus dicentem de nullitate.*

18 *Turpitudinem suam allegans in iudicio, vt in illo admittatur, non auditur.*

19 *Accessorium, naturam sui sequitur principalis.*

20 *Libertatis causa fauorabilis est.*

21 *Contradictor, vt quis audiatur in causa pro suo interesse, debet interesse in eadem causa esse, non verò ab ea distinctum; & coram eodem Iudice, non alio.*

22 *Iudex hominum malitijs indulgere haud debet, sed illis occurrere.*

24 *Professio, contractus quidam est vltrò, citròque obligatorius, quo professus Religioni, & vicissim Religio Monacho obligatur.*

25 *Consensus vtriusque ex contrahentibus perquiritur in contrahendo.*

Eodemque modo in eiusdem distractu, n. 26. et 28.

27 *Iniuriam nulli facit, qui suo vtitur iure.*

28 *Distractus à natura regitur contractus, ad quem vti ad terminum suum refertur, et quem respicit.*

29 *Tertius non auditur in negotio, si eius interesse remotum ab illo est, & alienum.*

Et debet ante omnia, vel semiplenè saltim de interesse docere, alioquin repellitur, n. 31.

30 *Iure quod fit permittente, probatur.*

32 *Causa interesse bonorum respiciens, est satis diuersa à iudicio nullitatis professionis.*

33 *Diuersa inter, iudicium non est idem.*

34 *Professionis iudicium, iudicio æquatur matrimoniali, quia vtrumque status iudicium est.*

35 *Argumentum à matrimonio carnali ad spirituale currit, & è contra.*

Limita, & declara nn. 37. 39. 40. & 43.

36 *Actio, matrimonium carnale accusandi, popularis est,*

est. ita quoque & matrimonium spirituale.
Limita si calumniandi animo quis matrimonium accusset, nu.45.

38 *Actio popularis in matrimonio, est, vt euitetur peccatum.*

39 *Professus nulliter, potest si velit professionem approbare emissam.*

40 *Paritas à matrimonio carnali contrahendo ad matrimonium spirituale dissoluendum, non omninò procedit.*

41 *Actio popularis vno agente consumitur.*

42 *Entia non sunt sine causa multiplicanda.*

43 *Matrimonio in spirituali maior exquiritur libertas, quàm in carnali.*

44 *Libertas res inæstimabilis est.*

ARGVMENTVM.

An tertius admitti valeat, pro suo prætenso interesse aduersus dicentem de nullitate emissæ professionis? latè, nec inerudité discutitur.

RESPONSIO XXXVIII.

AGente Fr. Alessio à Sancto Nicolao ex diplomate Apostolico ad nullitatem suæ professionis ex vi, metuque in Religione S. Augustini Ordinis Discalceatorum emissæ, cũ clausula, *vocatis vocandis.* Atque citato Procuratore Ordinis, & Procuratore Fiscali Curię Archiepiscopalis Neap. datoq; in causa termino ad probãdum, opposuit ex aduerso se Franciscus de Cuntio consanguineus Fr. Alexij, ac petijt audiri pro suo interesse; vnde dictum fuit per Curiã eandem, quòd doceat de suo interesse. Verùm, cùm interesse prædictum prætẽsum circa prætensam bonorum successionem vertatur, ex prætenso quodam fideicommisso per antecessores de familia de Cuntio rogato, quod aperiretur fortassè Francisco, si professio per Fr. Alexium emissa valida esset; neque illud circa ipsam validitatem, vel professionis inualiditatem versetur eiusdem. Haud vtique admittendum in iudicio, iuris esse respondendũ censeo.

1 Quòd profectò, per clausulam illam (*vocatis vocandis*) ij tantùm vocari, atque citari debẽt, qui de iure sunt euocãdi, & quorum interesse est principale in negotio, de quo agitur, nõ sanè accessorium, & secundarium, *glos. recepta in l. de vnoquoque 47. verbo quos causa de sent. & re iud. optimè Alex. cons. 86. visis dubitationibus n. 3. et 4. lib 2. Zacheranus*, qui glossam communiter approbatam dicit *decis. Pedem 157. n. 3 sequuta fuit Rota in Romana S. Thomæ 15. Decemb 1614. coram Eminentiss. Card. Caualerio dec. 328. num. 2. est tex. in cap. exhibita 19. vbi glos. & Scribent. & optimè inter eos Felin. nu. 1. de iudic Sebast. Vantius de nullit. tit. de nullit sentent. ex defectu citat nu. 19. Capyc. dec. 107. nu 4. Innoc. in c. humilis, fin. nu. 2. de maior. & obed. quem sequitur Bal. in l. ab eo 3. n. 17. C. quom. & quando Index. Rota apud Coccinum dec. 449. num 2. Marta de clausulis p prima clausula 196. nu 4 Barbosa claus 107. n 2. Iacob. Cancer. lib 2. var. r. sol c 16. n. 98. Io. Baptista Costa tract. de facti sciene & ignor. dist. 57 cent. 1 nu. 7. tom. 1. operum Marius Giurba dec. 1. nu. 14.*

2 Atquì interesse omne, quod prætendere Frãciscus potest in hoc iudicio nullitatis professionis, est omnino remotum, & satis ab illo alienum, atque distans. Nullo igitur pacto admitti debet, vt contradictor intercedat. Id autem probatur ex doctrina *glos. in d. c exhibita, verbo negotium*; dùm contingentia negotium, vt per ea ad contradicẽdum admitti quis valeat, ea planè exaudit, quæ negotium ipsum, de quo

3 agitur, è propinquo attingunt. Quia enim in *tex.* prædicto electionis negotium gerebatur,
,, essetne valida, vel inualida facta electio; ea,
,, *(glossa inquit)* negotium contingẽtia exaudiri,
,, quæ electionem ipsam contingunt. Quod probatur eodem modo in *tex. in c. veniens 38 vbi potissimùm Felin. in 4 concl. nu. 12. vers. istud limi-*

4 *tatur, de testib* Deberet igitur interesse Francisci circa ipsam nullitatem, vel validitatem professionis esse, de qua iudicium institutũ est; non verò bonorum, quod satis è longinquo, & à remotis negotium respicit, quod agitatur. Neque .n. aliquo pacto de bonis hic agendum, vel cognoscendũ erit, sed valida nec nè fuerit emissa professio, dumtaxat. Quod cõprobatur ex *tex. in c. quamuis pactum 2. in fi cum glos. verbo*

5 *detrimentum. de pact lib. 6.* quatenus habet, præiudicium eius, qui agere intendit contrà pactũ sacramento vallatum, per mulierem emissum, de non succedendo; debere vtique esse principaliter non secundariò. Alioquin nõ audietur,

6 qui in iudicio pactũ rescissurus comparuerit; sic etiã filius fuerit. Sequitur hãc perpensionẽ *Couarr. in c. Raynutius. §. 10. n. 9 in fi. vers. nam aliter fily de testam. latèque deducit Io. Lopez in cap. per vestras. de donat. inter virum, & vxor. §. 27. num. 13. 14. & 15. & est etiam optima doctrina Gemin in d. c quamuis pactũ n. 11 in fi gl.* dicens:

7 ,, *Actum non dici in alterius vergere detrimentũ,*
,, *quando non infert principaliter detrimentum licet*

8 ,, *sic secundariò.* Infertq. ad statutum. Quòd si ex forma statuti in actu aliquo debeant vocari illi, quorum in detrimentum fit actus, intelligitur de illis, quibus principalitèr, & directè fit præiudicium, non autem secundàriò. Et hoc benè notandum admonẽt, & sequuntur *Addentes ad Felin d c. exhibita. in lit. A & d. Lopez vbi supra. & sequuta fuit Rota in Romana legitimæ 16 Decembris 1616. coram Reuerendiss. Damasceno, vt refert Farinac. cons. 207. nu. 10 lib. 3.*

9 Præterea perpendendum, nec iniuriá erit ad excludendum Franciscum; quòd ipse ad lucrum venit captandum in hoc iudicio. Agit porrò de successionis interesse ad prætensam

pro-

professionis validitatem, atq; proinde ad fo-
mentandum venit metum aliàs per Patrem
Fratri Alexio incussum. Hic verò Frater de
10 damno agit vitando, ob incussum sibi metum;
vnde sua libertate priuatus fuit, & ex libero
quasi seruus effectus. *Canon multos.54.dist.* &
omni spoliatùs bonorum dominio, cùm nihil
11 sibi habere possit, neq; etiam velle, vel nolle,
propria abdicata voluntate per emissam pro-
fessionem. *Canon.nolo.10.& Canon.non dicatis.*
11 *12.q.1.cap.si religiosus.27. de elect.in 6.& c.*
fin.de sepult.in 6. cap.cùm ad monasterium.6.de
statu monachor.extra.Auth.ingressi.C.de sacro-
12 *sanct.Eccles.* Vt sit proinde magis ei fauendũ,
eiq; omninodo succurrendum. *ad text.in l.& si*
„ *quis.14.§.sed si adbibita*, ibi. *melius est legata-*
„ *rium non lucrari, quàm emptorem damno affici.*
ff.de relig.& sumpt.fun.Aymon.cons.33.n.24.in
fin.& cons.87.nu.5.Rota apud Ludouis. dec.439.
nu.9. apud Caualer decis.220 nu.8.qua est etiam
in impressis apud Farinac. post 2 volum. consil.
decis.365.nu.6.in fin.& apud eund.Caualer.dec.
239.n 3.vers.placuit etiam.

13 Sicuti nec auditur tertius veniens aduersus
agentem, si ad fomentandum spoliatorem,
& spolium ipsum ad iudicium accedat; ne de-
tur ansa delinquendi. *post Beroum.in cap.in*
literis.nu.102.& 103. de restit.spoliat & alios,
quos ipse refert.Menoch de recup.posses.remed.1.
q.33 àn.372.cum seq.

14 Queamdmodum etiam in causa matrimo-
niali, cui æquatur causa monachationis. *glos.in*
l.3.§.quacumq; verb. agatur. ff.de iureiur.Lap.
alleg.86.in fin. Marc.Anton. Blanc. de indic. &
tortura.nu 121.vol.11. tract.fol.267. muliere
15 agẽte ad restitutionem viri, si compareat ter-
tia mulier de proprietate agens, ad impedien-
dam restitutionem in possessorio, non admitti-
tur, vt post *Innoc. in cap veniens.13.vers. vbi*
nota hoc verum esse. de sponsal. sequitur *Felyn.*
qui in facto obtinuisse profert in d. cap. veniens.
16 *38.nu.12. de testib.* Quòd satis diuersa sit pos-
sessorij causa à proprietate, cum nihil commu-
ne habeat proprietas cum possessione. *l. natu-*
raliter.12.§.nihil commune.ff.de acquir.possess.
Ioseph Ludouic.decis.Perusin.26. num.22.& 23.
Costa de facti scient.& ignorant.d.dist.57.nu.3.
Franc.Marc.decis.76.nu.5.in fin.part.1. qua est
repetita dec.538.nu.7.in fin part.2. Berous dict
cap.in litteris.nu.102.et 103.Menoch.d.remed.1.
de recup.possess.n.379.380.& 381.

17 Deinde sicuti neque audiri, & admitti debe-
ret in iudicio Pater Fratris Alexij, si in huma-
nis adhuc ageret, cum ipse causa fuerit, vt hic
sua priuaretur libertate per ingressum in Re-
ligionem, & professionem in ea, vi, metuq; ac
18 minis extortam. Quod turpitudinem suam al-
legãs in iudicio adesse nemo debeat, vt audia-
tur. *cap.inter dilectos.8.§. attendentes. vbi gloss.*
ver. turpitudinem. cũ alijs ibi notatis *de donat.*
Ita sanè, neque audiri debebit Franciscus, qui
ad metum accedit fouendum in hac causa,
eidem Fratri Alexio per Patrem incussum,
19 *ad reg. text. accessorium naturam sequitur sui*
principalis. de reg.iur.in 6. Berous, & Menoch.
vbi supra paulò ante relati. Alioquin nullo pa-
cto succurreretur læso huic Fratri, qui ob me-
tum, per Franciscum quoque fouendũ, iura
deducere sua minimè audebit, & remanebit
hic omni iuris auxilio nudatus, ne possit ad li-
bertatem proclamare. Libertatis verò causa
20 fauorabilis multò est, ad plenè tradita per *Ti.*
raquell.de priuil. piæ causæ. in præfat. vers.item
legatum libertatis. quàm vt audiatur Franci-
scus, qui interesse nullum habet, neque habere
potest in causa hac, quæ agitatur nullitatis
professionis.

21 Vt autem quis vti contradictor audiatur
pro suo interesse, debet interesse ipsum esse in
eadem causa, eodemq; negotio, de quo agitur,
non verò pro causa distincta, & negotio sepa-
rato, & coram alio Iudice. ad *text. in cap.vna*
sententia.72. ibi. *Idemq; negotium, & eadem*
causa defensionis existat, vbi gloss. & Abb.nu.4.
vers.quartò requiritur. de appellat. text. d. cap.
veniens. 38.de testib.vbi Scribent. Mohedan.de-
cis.1.aliàs 14. de appell. Lancellot. de attent p.2.
cap.12.in 12.ampliat. nu.10. Ioseph Ludou. dict.
decis.26.n.18. sequitur in terminis nostris *Ber-*
nard.Greutn.tom.1. conclus.69. nu.2. apertè di-
cens; Tertium interuenientem ad causam, de-
bere docere de suo interesse, quod sit concer-
nens ipsum ius principalium, in iudicium de-
ductum, & optimè ante eum *Gaill.pract.obser.*
lib 1.obseru.69.nu.3.& obseru 70. nu.24. vbi &
ipse *n.20* apertè fatetur: Non debere admitti
tertium, quando eius ius est separatum à iure
principali, adeò, vt nouus processus, nouaque
22 causæ cognitio requiratur. Nam Iudex, homi-
num malitijs haud indulgere, sed illis occurre-
re debet. *ad text. in l.in fundo. 39. §. constitui-*
mus.ff de rei vendic.Franc Marc.d.dec.76.nu.6.
& dec.538.n.8.Costa d.dist 57.n.15. Ricc.part.4.
collect.986.in fin. Marta tom 1 nouor. digest tit.
tertius.cap.14.eundem Gail referens.Eminentis.
Tusc.tom.4 lit.I.conclus.315.n.5. vbi nec audi-
ri inquit eum, qui, vbi de suo interesse non agi-
tur, ad iudiciũ accedit, vt alteri noceat. Opor-
23 tet enim, vt tertius immediatè lædatur ex ip-
so actu, quod tunc in iudicio geritur. sequitur
D.Francisc.del Castillo decis.78.n.3.p.1.

24 Cæterùm, professio contractus est quidam
reciprocus, vltrò, citroq; obligatorius, quo pro
fitens Monasterio, vel Ordini se obligat ad
seruiendum ei secundum regulam eius; & con-
trà Monasterium ad alendum, & tractandum
eundem, secundum eandem regulam. *ad tex.in*
cap.ad Apostolicam.16.de regular.Nauarr.cons.
26.n.1.lib.3.de regular.Ancharan.cons.352.Mo-
nasterium S.Michaelis.n 1.in fin.Io.Azor.inst.
moral.part.1.lib.12.cap.4. q.5.in fin. Sanch. de
matrim.tom.2.lib.7.disput 25.n.12.in fin.Rota
in Bonon.professionis. 9.Decembris 1611.coram
Vbaldo apud Farinac.post 2. volum.cons.decis.
346.n.3. Recciull. de iure personar. lib.4.cap.41.
num.2.

At

35 At ficuti, quando cum Religione contraxit Frater Alexius, nullo pacto præquirebatur Francifci confenfus; quòd nulla cum eo intercedebat obligatio, nùllufq. cōtractus, fed Religionis dumtaxat, qua cum contrahebatur, cōfenfus fuffecit. *ad text. in l. 1. ff. de pact.* Ita planè
36 nunc in hoc eiufdem contractus diftractu, neque Francifci opus erit confenfu, quo cum contractum minimè fuit. Iure enim fuo vtitur Frater Alexius ad libertatem priftinam proclamans, cum per vim, & metum ad contrahēdum cum Religione adactus fuerit per profeffionis emiffionem etfi fanè nullam. *ad text. Sacr. Concil. Trident. feff. 26. de regul. cap. 19.* vnde nulli iniuriam facit. *text. in l. nullus videtur. 56. & l factum. 198. § non videtur ff. de reg. iur. text in cap. nifi fpecialis. 3. in fin. vbi glof. fin. in fin. & Abb. ibi nu. 8. de auth. & vfu pall. Barbof. axiomat. 135 n. 8.*
38 Diftractus autem regulam fumit à natura, & fubftantia antecedentis contractus, ad quē vti ad terminum fuum, refpectum habet, & relationem; quia ficuti confenfu contractus perficitur vtriufq. *d l. 1. de pact.* ita & diffenfu diffjcitur eorundem. *l. ab emptione. 59. ff. de pact. cū alijs notat. per Gayll pract. libr. 2. cap. 2. num. 5. Vincent de Franch. dec. 48 n 6.*
39 Neque attēdendum eft intereffe, quod prætendit Francifcus, quòad præfēfum fideicommiffum. Cùm, quod illud fatis alienum eft à negotio, quod ad præfens agitur de nullitate profeffionis, vt audiri proinde tertius minimè debeat. *ad text. in cap. Petro & G. 40. de offic. deleg Rota apud Achill. decif 5. alids 207. nu. 1. de except. Gratian. forenf. part. 3. cap. 510. nu. 10. &* 14. Tùm, quòd (vt diximus) iure fuo vtitur Fr. Alexius, & nemini præiudicium infert, quòd
30 ad nullitatem agat profeffionis, iure id permittente. *ad text. in l. Gracchus. 4. C. ad l. Iul. de adul.*

Et è duobus alterum. Vel metu, viq. adductus profeffionem emifit Fr. Alexius, & nullo vnquam tempore ius quæfitum fuit Francifco ad prætenfum fideicommiffum, quod fuccedēte morte naturali Fr. Alexij aperiendum fibi
31 fortaffe foret; vt non debeat proinde audiri, ad iudicium veniens intereffe carens, quod ante omnia, vel femiplenè faltim fibi probandū eft, *ad text. dict. cap. veniens. 38. vbi Abb. num. 9. & Felyn. n. 13 de teftib. & latius cap. cum fuper. de fent. & re iudic. Maranta in fpec 4. part. in 9. dift. iudic. n. 178. Gayll. d. obferu. 69. n. 4. & obfer. 70. n. 23 Bernard. Greuen. d. obferu 69. confider. 1. n. 1 Tufc. d. tom. 4. lit. I. conclus. 315. & tom vlt. lit. T. conclus. 82. & 83. n. 22. Viu. dec. 291. n. 5. & feq. part. 2. Iofeph Ludouic. d. dec. 26. n. 1. & feq. & n 10. Rota apud Crefcent. dec. 3. de refcript. Cacer. d. cap. 16. nu. 29. & 30 Grat forenf. part. 3. c. 439. n. 21. cum feq. & p. 5. cap. 869. n. 4.*

Vel profeffionem legitimè emifit Fr. Alexius, eaq. valida fuit, & eft; & neque hoc pacto ius Francifco eft, vt ad iudicium admittatur, cum nullum ex hoc eius præiudicium vertatur.

Nullo igitur iure audiendus erit. Suum nēpè intereffe, fi quod fortaffe eft, validitatem, vel Profeffionis inualiditatem minimè concernit; fed fucceffionem tātummodo refpicit bo-
32 norum prætenfi fideicommiffi. At horum caufa multum diuerfa eft à caufa nullitatis profeffionis. vt neque in hoc Tribunali de illis agendum fit, fed in Neapolitano Regio Confilio,
33 vti de caufa inter laicas perfonas. Non ergo inter diuerfa idem iudicium erit. *ad text. in l Papinianus exuli. 21. ff. de minor.* & ita in terminis hifce noftris decidit *Dočtiff. Grat. forenf. part. 5. cap. 850 n. 3 verf nec pro intereffe. & n. 4.* cuius verba hic fubnectere operæpretium me facturum putauiscum adamuffim rem hāc noftram expendant, vt nomina tantum permutata videantur. Inquit enim ipfe: *Nec pro intereffe fufficit allegare, quod aduerfarius prætendat fucceffionem eiufdam primogenituræ, à qua excluderetur per Elionoram, quatenus fit in ftatu laicali, & habeat filios. Quia huiufmodi intereffe non concernit validitatem, vel inualiditatē profeffionis, de qua agitur, fed fucceffionem bonorum, quorum caufa eft multum diuerfa, & pendet in Confilio Regio.* hæc ille.

Nec ad rem pertinet, quod obijci fortaffe
34 poffet, profeffionis iudicium æquari iudicio matrimoniali, quod vtrumq; ftatus iudicium fit, vt animaduertit *Marc. Anton. Blanc d. trac. de indic. & tortura n 119. & 121.* Vt curtat ar-
35 gumentum à matrimonio carnali ad fpirituale. & è contra. *ad text in cap inter corporalia 2. de translat. Epifc Euerard. in locis communibus. loco à matrimonio carnali, &c. Gratian. p. 4 forenf cap. 601. n. 2. Ricc. part 3. collect. 500. Barbofa loco 70. n. t. in locis communibus argum. ent.*
36 Vt ficuti actio aduerfus matrimonium dicendi, popularis eft, vt quilibet ad illud accufandum admittatur. *cap. videtur. 3 & cap. fin. qui matrimon. accuf. poff. Tufc. d lit. I. conclus. 315. n. 34. Gayll. pract lib. 1. obferu. 112. n. 4.* Ita quoque & fpirituale matrimonium accufandi.
37 Non enim quoad hoc, de quo nunc controuertitur, negotium par in vtrifq. eft ratio, quin imò fortior in carnali coniugio, iuxtà tradita per *Lapum dict. alleg. 86. in fin. nu 7.* Nam in matrimonio carnali animæ periculum vertitur eorum, qui contraxere: fi cum inter eos matrimonium confiftere non poffit, in matrimonij tamen forma fciēter perfeuerarint; vnde non matrimonium, fed concubitus dicetur.
38 Et in hoc fanè confiftit actio popularis, vt euitetur peccatum. *argum. text. in canon. fi peccauerit 19. 2. q. 1. argum. text. in cap præterea. 12. et cap. cum in tua diœcefi. 27. de fponfalib.* fequitur *Abb. conf 81. videtur. quod dictus n. 5. in 3. dubio. part. 2. Tufc. tom 4. d. concl. 315. n. 34.*

In matrimonio autem fpirituali, quod per profeffionem legitimè emiffam in Religione
39 approbata contrahitur, non item. Cùm, etfi nolens fortaffis quis fuerit, poffit nihilominus id, quod nulliter geffit, voluntariè approbare. Et ex eius pendet voluntate, velit, nec nè, in Re-

Religione perseuerare, & nullum in hoc interim peccati periculum vertitur. Neque in omnibus procedit assumpta paritas à matrimonio carnali ad spirituale, vt plenè deducit *Euerar.d.loco ab matrimonio carnali, vbi à n.9. & seq.ad fin.xxiij.* enumerat disparitates, & in fine concludit, non procedere paritatem à
40 matrimonio carnali contrahendo, ad matrimonium spirituale dissoluendum, & è contrà. & in loco à matrimonio spirituali ad carnale, *num.3.V tuius dec.255.num.39 & 40. Barbos.d. loco 70.*

Tùm prætereà, quòd actio ipsa popularis, vno agente, consumitur, *l.eum qui.30. §. in popularibus, ff.de iure iuran. Felin.in d.cap. cum super. num.14.vers.dixit etiam notanter Bald. de sent. & re iudic.Gall.d.obseru 112. num.4* Vt propterea nunc, cùm agat Monasterium; sufficere debeat, neque oporteat Franciscum quoque in eadem re admittere, & multiplicare entia
42 fine causa, *ad tex.in l.1. C.de dotis promiss.gloss. penult.in clement.1.§.fin de summ.Trin. & fide Cathol.*

Tùm deniq;, quòd non venit Franciscus
43 ad accusandum matrimonium spirituale hoc; sed ad impediendam libertatem Fr. Alexij per vim, & metum læsam. Vndè cum non concurrant in hoc requisita, quæ in eo, qui matrimonium accusat carnale, perquiruntur, *iuxtà tex. d.cap.fin.qui matrimon.accus.poss. & tot.eod.tit.* admitti vtique non debebit. In quo maior libertas exquiritur, quàm in matrimonio carnali, *Brunor.à Sole in proposit.iur. verb. matrimonium spirituale, in fin.fol.mihi 134. col.1.*

Et planè, qui matrimonium carnale accusant, animarum zelo ducuntur, nè illæ in peccato persistant, quas Christus suo redemit sanguine; hic verò nullum ostendit alium scopum, nisi vt cum alterius detrimento, & libertatis iactura, quæ res inæstimabilis est, lucrum venetur, & captet, contra *tex.in cap.suam.9.in fin de pœnis, & regu.locupletari.48.de reg.iur.in 6.l.nam hoc natura.14 ff.de cond.ind.*

Quò fit, vt si cætera pro ipso paria essent, vt admitti fortassè deberet; ex hoc vno dumtaxat, excludendus veniret, cum calumniandi animo, non suum prosequendi ius, accedat, vt post alios supra quoque relatos, sequitur *Bernard.Graueus concl.70.num 17.tom.1.* Et ita ex his, emunctionis naris iudicio non reiecto, quin expetito magis, respondendum censeo.

Carolus Maranta V.I.D. Aduocatus

Discussa causa coram Eminentissimo Domino Cardinali Boncompagno Archiepiscopo, in Congregatione coram eo; patrocinante pro Francisco V.I.D. Bartholomeo Franco, viro iudicij satis acris; admittendum haud esse Franciscum in hoc iudicio, iudicarū fuit, atq; proindè ad vlteriora processum; vnde dato termino, examinatisq testibus, metum, vimq; per Patrem sibi incussum, satis concludenter per decem, & octo testes probauit Fr. Alexius; quare pro nullitate professionis pronunciatū fuit, me Causæ Patrono; & reiecto, excussoq; habitu, quamuis Franciscus per appellationē causam à signatura Sanctissimi, alijs committi obtinuisset; tamen inter se concordauere partes ducta in matrimonium filia dicti Francisci per Alexium.

Dilabi proindè, quæ congesseram, non sum passus, vt, tibi quandoq; è re essent (candidè Lector) tuq; pro me Deum pientissimum precare, mei vt misereatur: Dimitte eum (dicens) quia clamat post nos, *Matth.15.23.* sic fiet tuis precibus, vt respondeat (vt est misericordia plenus Dominus) fiat tibi sicut vis. Remittuntur tibi peccata tua, *Luc.7.48.*

SVMMARIVM.

1 *Thesaurarius Collegiatæ Regalis Ecclesiæ Sācti Nicolai Baren est Canonicus, & prima Dignitas in illa, atq; locum tenet sacræ Regiæ Maiestatis & perpetuus est, nu 6.*
Sicuti ex consuetudine omnium Ecclesiarum Thesaurarius, dignitas est, nu.2.
3 *Protbonotarius Apostolicus, in dignitate Ecclesiastica constitutus est, & inter Papæ familiares computatur.*
4 *Thesaurarius, vtputà in dignitate constitutus, atque proindè vir prouidus, idoneus, & boni testimonij, cautionem præstare haud tenebitur, cum sat esse debeat, illum in manibus capituli iure iurando firmasse, fideliter munus suum exequuturum, & num.10.*
5 *Tutores testamento dati, vel ex inquisitione creati, satisdandi onere subleuantur.*
6 *Officiales perpetui satisdandi oneri minimè supponuntur.*
7 *Iuramentum, quod præstant Officiales perpetui, cautionis vicem subit.*
8 *Clerici, ac potissimum Prælati, satisdare haud tenentur.*
9 *Thesaurarium, siuè Cimiliarcham Ecclesiæ, magni semper fecerunt Imperatores, vt Reuerendissimum illum appellarint.*
10 *Thesaurarius Barensis Thesauri Ecclesiæ, omniumq; illius bonorum, ac Sacri Corporis Beatissimi Confessoris Sancti Nicolai, eiusq; clauis, ac sacri Manna curam obtinet, & custodiam, & nu.17.*
11 *Argumentatur satis concinne de vxore ad dotem, Innocent.3 in cap.per vestras 7. §.cum ergo, de donat.inter virum, & vxor.*
12 *Vir vxori fideiussores de dote restituenda, præstare haud tenetur.*
13 *Episcopo, cùm animæ hominum pretiosiores illis, concreditæ sint, multò magis curam de pecunijs agere oportebit.*
14 *Manna è corpore Beatissimi Confessoris Nicolai scaturiente, in nos beneficia, & sanitatis promanant gratiæ.*
15 *Accessorium suo accedit principali.*

16 *Thesaurarius græcè Cimiliarchos dicitur, quod sacræ, ac pretiosæ suppellectili, ac Thesauro præsit.*

18 *Manutenendus quisq; est in eo, quod ex officio ad se spectat. & in quo iuris habet assistentiā. Vnde qui se opponit, & contrarium dicit, cùm fundamentum sit intentionis suæ, probare debebit, num. 19.*

20 *Fundationis tenor attendi pro lege debet.*

21 *Fundatoris dispositio in fundatione dicta, pro lege seruanda est.*

22 *Peccato se inficit, qui iustæ disponentis defuncti voluntati, legiq; per eum datæ reluctat, vt etiā excommunicationis vinculo inijci possit.*

23 *Legi qui resistit, Dei ordinationi resistit.*

24 *Absenti, & ignoranti, nulla potest fieri iniuria, nec præiudicium, neq; aduersus eum præscriptio currit.*

25 *Officiorum distinctio, mistionem abnuit, non illa extinguit.*

26 *Fauore quod datum est, in odium retorqueri haud debet.*

27 *Consequentia pessima, ex malis sequitur præmissis.*

28 *Fundatoris legi parere compelli debent, qui ex bonis eius commodum percipiunt.*

29 *Pietatis iura violantur, cùm contrà defunctorum voluntates quidquam attentatur.*

30 *Impium est contrauenire ea, quæ disposuere suis elogijs defuncti.*

31 *D. Emanuel Zunica & Fonseca Regni pro Rege Locumtenens, & Capitaneus Generalis, laudatur.*

32 *D. Ioannes de Salamancha Reggius Cappellanus Maior, laudatur.*

ARGVMENTVM.

Nùm nè Thiesaurarius Regalis Ecclesię S. Nicolai Baren ad satisdandum teneatur, & num sacrum manna, quod è corpore scaturit Sancti Confessoris, per ipsum Thesaurarium asseruari debeat, atq; distribui, sicuti sacrosancti corporis custodia eidem demandata est.

RESPONSIO XXXIX.

NVllo modo ad satisdandum cogi potest D. Thesaurarius Regalis, ac Collegiatæ Ecclesiæ S. Nicolai Baren.
1 Quia cùm ipse sit Canonicus, & Prima Dignitas in dicta Ecclesia, & locum teneat Regiæ Maiestatis, vt colligitur ex priuilegio fundationis Regis Ca-
2 tholici; & ex consuetudine recepta omnium etiam Cathedralium Ecclesiarum; vt Thesaurarius Dignitas sit; vt post alios, quos refert, optimè sequitur *Augustin Barbos. de Canonicis, & dignitatibus. cap. 4. nu 34. & 35. & cap. 8. num. 5. & 6. Cardinal. Tuscus tom. vlt. lit. T. conclus. 298. nu. 2. Moneta de conseruator. cap. 5. n. 95. Rota dec. 173. aliàs 9. de præbend. in nouiss. Albericus in diction. verbo custodia videtur dignitas. ad tex. in cap. fin. de institut. Moscon de Maiestat. militan. Eccles. lib. 1. cap. 12. in princ. idem Barbós. in tract. nouissimo de iure ecclesiastico lib. 1. c. 27. n. 4. 5. & 6. Riccius in praxi par. 4. resolut. 394. num. 14.* & dictum fuit in *Pampilonen. Thesaurariæ 23. Ianuarij 1617 coram Coccino Decano, & in Taurinen. Thesauraria 15. Maij 1620. coram Buratto.*

3 Et sit proinde persona electa ad officium Thesaurariatus, atque (præter hanc dignitatem) etiam in dignitate Ecclesiastica constitutus, vt puta Sanctissimo D. N. & sanctæ Sedis Apostolicæ Prothonotarius, ac cōsequenter inter Papæ familiares computetur. *Erasmus à Cocbier de iurisd. in exemptos, par. 1. q. 18. Melchior Lottherius de re benefic. lib. 2. q. 18. num. 39.*

4 sitque Regius Cappellanus honorarius, ac propterea ex his omnibus, & quia iuris vtriusque Doctor, & Sacerdos, vir prouidus, idoneus, ac boni testimonij: ad nullam vtique tenebitur cautionem præstandam; cùm satis esse debeat ipsum, iuramentum in manibus capituli præstitisse de fideliter munus obeundo suum, atque de exactorum computum redendo, iuxtà formam Regij priuilegij, vt est *tex. in terminis nostris satis apertus. in clem. quia cō:ingit. 2. §. vt autem præmissa, vbi Gloss. verb. præstare. de religiosis domib* & sequitur notabiliter *Lapus de Castellion. tract. de hospita. §. item quæro eùm rectores num. 29. & 30. & seq. tom. 14. tract. fol. mihi 164. col. 4.*

5 Quemadmodum tutores testamento dati, vel ex inquisitione præstiti, satisdandi onere subleuantur. *l. in dubium 3. & l. non omnium. 4. C. de tutor. vel curator. qui satis non dedit. l. orphanotrophos. 31. in princ.* ibi. » *sine vullo fideiussionis* » *grauamine.* C. *de episc. & cleric. & cap. 12. §. orphanotrophi. in auth. de ecclesiast tit. collat. 9. Imol. d. clem. quia contingit num. 18. &* Cardinal. Zabar. *ibid. §. illi. nu. 1. vbi in fin.* rationem planè adæ-
6 quatam reddit, de hospitalarijs loquens; *Quia* » *sunt perpetui.* (inquit) Vt perpetuus noster hic est Tesaurarius, donec vita superstes erit. *can. præcepta. 12. dist. 55. & can. sanctorum. 12. 70. dist. tex. in cap. veniens. 5. extrà de filijs presbyter. & c. vnico. vbi Gloss. verb. perpetui. de* Cappellis *Monachor. in 6. Gōzalez ad* 8. *regul. cancellar. glos. 5. num. 11. Rota apud Cardinal.* Canaler. *decis. 639. num. 9.*

7 Ipsumque præterea iuramentum, cautionis vicem obtineat, iuxtà doctrinam. *Cardinal. Zabarell. in cap. fin. num. 5. in 11. q. de pignor. arg. tex. in auth. cui relictum. C. de indict. viduit. tollēd. cap. per vestras. 7. de donat. inter vir. & vxor. cap.*

Odoar.

Odoardus 3. vbi gloſſa verbo. idonea. de ſolut. Seraphin.de priuileg iuram.priuil.18. n.1.

8 Potiſſimò n.cùm clerici, ac præſertim prælati ſatiſdare minimè teneantur, vt *Rodoanus* ſequitur poſt *Cardinal. Zabarell in cap fin de pecul.Cleric.in tract de ſpol.cleric q.3.num.22.circa fin.eod.vol.14.tract.fol.224 col.3.*

9 Nec iniuriâ profectò; cùm Theſaurarium, ſiue Cimiliarcham tanti fecerint ſemper Imperatores, vt Reuerendiſſimum appellare eũ minimè dubitarit Iuſtinianus *in l. fin. §. fin. C. de bonis authorit.Iudic poſſid.* ibi: *ſed etiam viro Reuerendiſſimo Cimeliarchæ.*

10 Et planè ſi totius Eccleſiæ Baren. Theſaurus, omniumq; bonorum adminiſtratio; ipſiuſque Sacri Corporis Cuſtodia, & Claues, ac Manna Sacroſanctum ex illo, totius orbis ſtupore continuò emanans, Theſaurarij curæ demandatur; nec ſatiſdatio propter hoc ab illo expetitur. Cur vtique (quæſo tè) pro modica pecunia, quæ in dies, & mẽſes diſpertienda erit, & quam fures effodiunt, & furantur. *Matthæi 6.nu.19.* ſatiſdare eum oportebit? *ad tex.in auth multò magis. C. de Sacro ſanct. Eccleſ.*

11 Sicuti, nec ineptè de vxore ad dotem; quinimò ſatis perbellè argumentatur Innocentius Tertius *in d cap.per veſtras 7.§.cum ergo de*
,, *donat.inter vir.& vxor.Cur ergò* (inquiens) *ſatis*
,, *poſſit ei modicum credi dotis, cui creditum eſt cor-*
12 ,, *pus vxoris?* Vt non teneatur proinde vir vxori fideiuſſores de dote præſtare reſtituenda. *l. 1. C.ne fideiuſſores dotium dentur.*

13 Et de Epiſcopis eſt in Canonibus Apoſtolorum non diuerſum argumentum, & ad rem noſtram nimiùm conducens. *in can.præcipimus.*
,, *24.vbi Gloſſ. verbo multò magis. 12.q.1. Si enim*
,, (inquiens) *animæ hominum pratioſiores.illis con-*
,, *creditæ ſunt, multò magis oportet eum curam de*
,, *pecunijs agere.* hæc ibi. *Gloſſ.in can. quod Deo. 4. verbo.hunc. 33. q. 5. l. hac lege.8.C.de pactis conuent.*

14 Vnde ex his ſatis euidenter apparet, quàm futiliter aduerſus Theſaurarium hũc noſtrum obijciatur: Sacrum Manna è Corpore Sanctiſſimi Confeſſoris, & Epiſcopi diuina benignitate ſcaturiens, vnde in nos beneficia, & ſanitatum gratiæ promanant, aſſeruari cuſtodiri, atque diſtribui per eum minimè deberi.

Si enim Corpus ipſum Sanctiſſimi Confeſſoris, & Claues, eius curę demandantur, atque Theſaurarij Cuſtodiæ deputantur. Cur vtiq; dicere nos oportet, Sacrum Manna, quod ex Corpore eius ſcaturit, non etiam cuſtodiendũ
15 eſſe? Cùm acceſſorij alioqui natura ſit, vt ſuo accedat principali. *regula acceſſorium.42. de regul.iur.in 6.l.etiam.8.C de iure dotium.cap. prudentiam. 21.§.ſi verò in fi. de offic.delcg at. Aymon Crauett.de antiquit. tempor.par.4.in princ. nu 67. fol.mihi 177. in minor.impreſſion.Euerard.in loco à conceſſione antecedentis ad conceſſionem ſubſequentis. numer. 1. Barboſ. aſſiomat.4. numero. 1. & 4.*

16 At Theſaurarius (qui græcè Cimiliarchos dicitur. *ad tex.vbi Gloſſ.in l.fin.§.fin.* C.*de bonis authorit.Iudic.poſſideud.*) Inde appellatur, quòd ſacræ, ac prætioſæ ſuppellectili, vel Theſauro præſit. *ad tex.in l. ſacra. 10. ff. de rerum diuiſ. Marc.Ant. Colum. de eccleſiaſticis reddit. par. 2. cap.11.num.15. & 16.tom.15. tract par.2. fol. mihi 346.* & ſequitur *Petrus Gregor. Tholoſates doctiſſimus vndequaque vir. ſyntagmat. iuris vniuerſi.tom.1.par.2.lib.15.cap.39 num.4. Barboſa de* Cannonic. *& dignit.c.8.nu.1.& 3. & eſt tex.in can.perlectis. 1.§. ad Theſaurarium pertinet. vbi etiam Gloſſ.25.diſt. Guido Pancirolus in Theſauro variar.lection.lib.1.c.86. in princ. idem Barb. ſ. d. tract.de iure Eccleſ d.cap.17.num.1.2. & 3.* & de Cimiliarcha Eccleſiæ Mediolanen. dictum fuit in ſimili in *Mediolanen.attentarũ.18. Maij 1612. coram Pegna Decane tom.1. par.2. in recent. deciſ. 393.nu.1. Melchior Lotterius de re beneſic. par 2. q.33.nu.40.41.42.* vbi etiam loquitur de Cimiliarcha in Cathedrali Neapolitanen.

17 Et præterea, cùm, tàm Sacratiſſimi Corporis, quàm Manna ex ipſo Sanctiſſimi Confeſſoris Corpore ſcaturientis cuſtodiam, ac diſtributionem ex priuilegijs fundatorum Regum, eorumque in Regno ſucceſſorum obtineat Teſaurarius; habebit vtique in hoc ipſe
18 Iuris aſſiſtentiam pro ſe; vt conſeruandus propterea, ac manutenendus ſit omninò in eo, quod ex officio ad ſe ſpectat, & pertinet, & in quo fundatam intentionem ſuam obtinet. *ad tex. notabilem. cum ibi notat in cap. cùm perſonæ.7.de priuil.in 6.plenè Dominus Regens de Ponte deciſ.18. Sacri Regij Collat.Cõſ.per tot Rota apud Cardinal.Caualer.deciſ.506. nu.4.& apud Card. Mantic.deciſ.202. n.8 apud Coccinum deciſ 448. num 1.Gratian. forenſ.oar.5. cap.870. num.8. & cap.898.num.18.nouiſſimè Ludouic.Poſtius. tract. de manutent. obſeruation. 45. numer.3. & 4. & ſeq.*

19 Quamobrem, qui dicit ad ſe ſpectare magis, quam ad Theſaurarium, Sacrum Manna, & Corpus cuſtodire; cùm id fundamentum intentionis ſuæ ſit, & fundationi obſiſtat Regis fundatoris, id concludenter probare debebit. *Rota apud Coccin. eadem deciſ. 448. num 2.*

20 Cum alioqui fundationis tenor attendi pro lege debeat. *cap recipimus.8 de priuileg.l.ad pro-*
,, *bationem. 21.* ibi: *quem tenor oſtendit. C. de probationibus Bald.in l.ex hoc iure,ff.de iuſtit. & iur. Rota in Placentina* Canonicatus. *3.Iunij 1613.coram Pirouano. in recent. par.1. tom.2. deciſ 496. num.2. & apud* Cardinal. *Caualer. d.deciſ.639. num 6.*

Nec ad rem pertinet, quod de poſſeſſione obijcitur cuſtodiendi, ac Sacrum ipſum Manna diſpertiendi aduerſus Theſaurarium.

Cùm, quòd de hoc legitimè non docetur.

21 Tùm, quòd id eſſet contra diſpoſitionem fundatoris, & legem ab eo in fundatione dictam, quæ ſemper ſeruanda erit. *§. diſponat. in auth.de nuptijs collat.4.l.1.C.de Sacroſanct Eccleſ.*

can. vltima voluntas 4. 13. quæst.2.

22 Vt peccati se macula non iniuriâ inficiat, qui iustæ defuncti, cui parere omninò tenetur, voluntati reluctat, eiusque contrait legi, & dispositioni, vt excõmunicationis etiam mucrone feriri posit, vti infidelis. *can. obligationes 9. & 10. 13. q. 2. can. decima. 68. 16. q. 1. Gloß. in can. Sylnester. 11. q. 1. cap. licet 6. vbi Gloß. verbo. priuandum. & ibid. Abb. num. 5. de voto. Nauarr. Man. cap 17. num. 68. et num. 117. et cap 25. nu. 65. et cons 9. num. 6. lib. 3. de empt. et vendit. Lælius Zecchius de casibus reseruatis casu. 6. nu 6. Petrus Binsfeldius libro receptarum theologic. sent. sect. 5. memb. 3. conclus 12 in fin fol. mihi 1085. Cenedus canonic. quæst. q. 3 t. num. 3. et 7. vers ego tamen. circa fin Didacus Spino in speculo testam. gloß. 28. num. 7. et 8. et num. 63. 64. & 65.*

23 Quia porrò, qui legi resistit, Dei ordinationi resistit. *ad Roman. 13. & can. qui resistit. 95. 11 q. 3. S. Thom. par. 2. q. 96. art. 4. tex. in cap. 1. de constit.*

24 Tùm etiam, quòd id fuit, & vacante, & absente per tot annos Thesaurario, vt nulla proinde inferri ei iniuriâ potuerit, qui non præsens fuit. *ad regulam. tex. in l. quandiù. 5. C. qui admitti ad bon possess. & l. nec ignorans. 10. C. de donat. Barbos assiomat. 113. num. 14. & 15. ad tex. in cap fin. cum ibi notat. ne Sede vacante. extrà,*
& cap. 1. ibi. prædicta Ecclesia cum vacaret. vbi etiam Gloß. in verbo defensore. de rebus Eccles. non alienand. in 6. Surd. decis. 25. num. 30. Rota apud Card. Canaler. decis 405. num. 3. Ripa in cap. cùm Ecclesia Sutrina de causa possess. & propriet n. 64. Rota par. 2. diuers. decis. 4. num. 9. Gratian. forens. par. 4 cap 681. nu. 31. Rota Maceraten. apud Thomati decis. 44. num. 25. & seq.

Nec contrarium est ad fundatoris priuilegium, legemque diruendam, atque Sacratissimi Corporis, & Manna, demandatam Thesaurario curam, custodiamque submouendam. Quòd per Capitulum quatuor deputêtur Custodes; vt hinc non obscurè inferri putent, ab hoc munere Thesaurarium vacare.

Tùm, quòd hoc ipsum ex Regis fundatoris priuilegio non ita firmum est; cùm quatuor Custodes ab ipso deputati fuerint Fundatore ad Ecclesiam custodiendam, atque confessionem ipsam, in qua Sacratissimum Sanctissimi Confessoris, & Episcopi pignus requiescit, muniendam; vt multò hinc securiùs ex multorum custodia, & vigilantia conseruaretur, atque custodiretur; vt nihil proinde hinc ex demandata Thesaurario cura, atque custodia, quæ ex officio ei incumbit, detrahatur; sed firma illa multò magis persistat, ac perseueret.

25 Cùm officiorum distinctio, mistionem abnuat quidem, non officium ipsum diruat, & extinguat. *ad tex. in l. si idem. 7. C. de codicillis. Barbos. assiom. 74. num. 1.*

26 Nè alioqui, quod ad fauorem datum est, in odium retorqueatur; *reg. quod ob gratiam. 61. de regul. iur. in 6. l. quod fauore 6. C. de legib. l. nulla iuris ratio 24. ff. eod. Barbos. assiom. 96. n. 1.*

Et in Thesaurario siue Cimiliarcha, perpensũ fuit *in d. Mediolanen. attentatorum coram Pegna d. decis. 393. in recent.* vbi non ex eo, quod Sacrista maior recipiat sacram suppellectilem è Cimiliarchæ manibus, inde quicquã de eius officio detractum videtur.

Tùm quòd nec rectè inferatur; sunt adhibiti Custodes; est igitur suo exutus priuilegio, & officio Thesaurarius.

Porrò, quòd ex malis præmissis, pessima, secundum Aristotilem, habeatur illatio. *ad tex. in l. Papinianus exuli 21. ff. de minoribus.* Non ergo hoc pacto inferendum ad mentem, dispositionemq; defuncti fundatoris, ac Regis deturbãdam, proruendamq.; sed ei omnimodò obedire compelli debebunt, vt Imperator Iustinianus Ioanni Præfecto prætorio eddicit.
29 *in l fin. in fin. C. de fideicommiß.* Quòd pietatis iura violentur omnia, cùm contrà defunctorum voluntatem, per eos præsertim, qui ex bonis eorum commodum percipiunt, temerè quidquam attentatur. *l. contra voluntatem 7. C.*
30 *de testam. manumiß.* Et impium satis superquè sit contrà venire ea, quæ disposuere defuncti, *secundum tex. in l. quidam cùm 5. §. illo videlicet, vbi Angel. num. 3. C. de necessar. ser. hæredib. instituend.*

Et ita ex his, censuris virgæ, nec in congruè suppositis, respondendum censeo.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus. Sacræquè R. M. Catholicę Cappellanus honorarius.

In Regio Callaterali Consilio, Thesaurario data palma fuit; vt, & Sacri Corporis claues, & Sacrosanctum Manna apud eum, iuxtà Fundatoris Regis legem in fundatione dictam, asseruarentur, illudq. ipse fidelibus dispertiretur; reseruata prouisione facienda quòad pretensam satisdationem.

Hanc autem iuris informationem, atque responsionem dedi pro Ad. R. Domino Francisco Maria Vaglies Regiæ Maiestatis Catholicæ vnà mecum Cappellano honorario; & postmodum, sic eius exigentibus meritis, ab
31 Illustrissimo, & Excellentissimo Domino D. Emanuele Fõseca, & Zunica, Mõtis Regij Comite, & Fuẽtes, Regni pro Sacra Regia Maiestate Catholica Vices Gerente, eiusquè Locumtenente, & Capitaneo Generali, inter decem supra tres Ordinis Sancti Iacobi de Spada, vno; eiusdem Sacræ Maiestatis Catholicæ Cubiculario, Status à Consilijs, & in Supremo Italiæ Consilio Præside, Oratore extraordinario apud Sanctissimum Dominum Nostrum Vrbanum Papam Octauum (Domino meo, ac Mecenati benignissimo) ad Regiæ Cappellæ, & Ecclesiæ Sancti Nicholai Thesaurariatus, dignitatem, assumpto; Præsidente Regali Cappellæ, & toto Regno Maiori Cappellano Re-
32 uerendissimo Domino D. Ioanne de Salamãca, Domino meo, viro sanè integerrimo, virtutibusq;

tibusq. , ac prudentia ornato, qui ad Archiepiscopatum Materanum à dicta Sacra Regia Maiestate Catholica electus, forti illum animo recusauit; Sanctum Thomam; Bernardũ aliosquè sanctissimos viros imitatus, qui constanter oblatos spontè sibi primos Cathedralium Ecclesiarum honores renuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi ex sacra Trid. Synod. possũt in Synodo excrescentem missarum numerũ reducere.*
Non possunt tamen maius relicto onus imponere.
2 *Nomen rei conueniens esse debet.*
3 *Quod ad leuamen inductum est, & fauorem, non debet in odium retorqueri, atque grauamen.*
4 *Missas celebrare horis intempestiuis, vt in aurora, & antè meridiem, seruitutem inducit, quæ non modicam recipit æstimationem.*
5 *Sacerdos potest operas suas, suamq; locare libertatem ad sacra faciendum determinatis horis, & certo loco,*
Vnde licitũ erit ei ad laboris quãtitatẽ pro merce de pacisci, non verò pro celebrandi officio. numer. 6.
7 *Episcopi, & Ecclesiarũ Prælati ita se exhibere debent, ne graues subiectis contra iustitiam sint facientes.*
8 *Delinquendi occasionem omnem conatu toto vitare debent Episcopi, & Prælati.*
Et proinde suaue iugum Domini *reddere, vt est, atque onus leue.*
9 *Episcopi speculatores super grege Domini constituti sunt, atque pastores, non exactores.*
10 *Episcoporum malo pereunt rationabiles gregis Christi oues.*
11 *Iustitia in æqualitate cõsistit rei ad rem, sicuti iniustitia in inæqualitate.*
12 *Iniustitia omnis rei notabilis mortalis est.*
13 *Lex quamuis dura, ex quo rogata, seruanda est.*
14 *Lex iniusta, & grauans seruanda non est.*
15 *Lex debet esse honesta, iusta, possibilis.*
His verò carens requisitis non tenet, neque ligat subiectos.
16 *Lex dicitur, quod legitimè liget, vel à legendo, quòd publicè legatur.*
17 *Lex debet esse recepta, vt obliget.*
18 *Leges instituuntur, cùm promulgantur: firmãtur verò, cùm recipiuntur.*

ARGVMENTVM.

Ex principio pete.

RESPONSIO. XL.

Cogi haud poterit Sacerdotum quorundam Congregatio ad Missam in aurora singulis diebus faciendam, & alteram antè meridiem singulis Dominicis diebus; sed sat esse debebit, si illi Missas faciant statis diebus, & si planè horæ determinationem prætermittant, & in aurora, & antè meridiem.

Cùm enim illa, à defunctis testatoribus, suis
supremis tabulis sancita, atque descripta
minimè fuerit, qui Missas demandauere,
dũtaxat. Sed ab Illust. retrò Archiepiscopis cõ-
stita fuerit; q. suæ Ecclesiæ vtilitatẽ potius, &
cõmodũ perspexere in horæ illius determina-
tione, quàm Hebdumadariorũ leuame in mis-
sarũ excrescentẽ numerũ moderando, nõ vtiq;
statuere illã, Sacerdotũ in prædictorum potue
1 re granamen. Sacrosancta porrò Tridentina
Synodus *sess. 25. c. 4 de reformat.* Facultatẽ facit
quidẽ Episcopis in Synodo excrescentẽ mis-
sarũ numerũ per defunctos testatores relictũ,
moderandi; nè conscientias adimplere debẽ-
tiũ grauari cõtingat; haud verò, vt maius reli-
cto onus exaggerent. Alioquin inanis, & frustra
2 esset demandata reductio. Neque nomen rei
cõueniens, atq; correspõdens esset. *iuxta tex. in*
in l. decernimus 26. in fin. C. *de epis. & cleric. 9. est*
& aliud vers sed noi plenissimo §. instit. de donat.
3 Nè alioqui, quod ad leuamẽ inductum est, &
& fauorẽ, in grauamen, & odiũ retorqueri vi-
deatur, cõtrà *reg. quod ob gratiã 61. de regul. iur.*
in 6. l quod fauore 6. C. *de legib. l. nulla iuris ratio*
24 ff. eod. Io. Bellon. inter cõmunes opiniones litt. F.
10. 1. fol mihi 385. Eminent. Card. Mantica de tacit.
& ambig tom. 1. lib. 2. tit. 12. n. 27. Petr. Surd. decis.
195 n 5. Petr. Moneta de opt. cano. c. 3. q. 8. n. 142.
Card. Tusc. to. 3. lit. F. concl. 90. Barbos. assiom. 96.
num. 1.

Satis autem euidens grauamen est, quod Sa-
cerdotibus inde infertur prædictis in ipsa ho-
ræ incompetentis, & incompactæ adiectione.
4 Profectò, quòd seruitutẽ inducit sacris ope-
randi, horis intempestiuis, vt est in aurora, &
antè meridiẽ. Huiusmodi verò seruitus, & ad-
dictio personæ diebus singulis, & Dominicis,
determinata, atq; stata illa hora sacris operã-
di, maximã nõ planè modicã æstimationẽ reci-
5 pit, & admittit. Nimirùm, quòd operas suas,
suãq. libertatẽ in perpetuũ locare Sacerdotes
prædicti videntur. *ad Gloss. celebr in c. significatũ*
6 *11. verb ita quod circ. fin. de præb. extrà.* Vt licitũ
pinde ex hac causa sit, pacisci ad laboris quã-
titatẽ. Non sanè quòd pro celebrandi officio
paciscatur, sed p labore, & addictione illa ad
certam diei horam, quod tẽporale quid, non
spirituale sapit, atq; propterea pretio æstima-
bile est. *sm Caiet. receptũ in 2. 2. q. 100. art. 2. & in*
sum. verb. simonia in regul. 4 ver. primum est. Sylu.
sum. verb simonia q. 8. prin. & q. 9. Armilla eod. §.
2. in 5. & 6. reg. Petr. à Soto in instruct. Sacerd. de
sacram. ordin. lect. 7. in 2 fundam. vers. secũdum, in-
tentio suscipientiũ, Hostiens in sum. de simon. n. 4. §.
qualiter cõmittatur col. 2. circa med. vers. & sunt
hæc in arg. Dominic. Sot. de iustit. & iur. lib. 9. q. 6.
art. 1. Abb. d. cap. significatum nu. 8. & Butr nu. 12.
Ripa in l. nemo potest num. 125. & 126. ff. de le-
gat. 1. Petr. Binsfeldius in cap. suam nobis 29. q. 2.
conclus. 2. & in cap. audiuimus 41. q. 1. conclus. 2.

 in fin.

in fin. & in cap. ad apostolicam 42. q. 1. conclus. 4.
& 6. de simonia Tolet. lib. 5. instruct. Sacerd. cap.
88. num. 2. vers. dico 3. & dico 4. Pater Aegid. de
Coninck de sacram q. 83. art. 1. dub. 11. num. 196.
& seq. Anton Fernand. in examin theolog. moral.
par. 3. cap. 14. §. 2. num. 18. & 19. Pater Iacob. de
Graffiis decis. aurear. lib. 2. cap. 96. num. 33. 34.
& 35. Frater Paul. Frauxinella de Sacerd. obligat.
sect. 3. praenot. 1. q. 3. Barbos. alios quoque referens
de offic. & potest. episc. par. 2. allegat. 24. num. 2. &
in collect. ad dictam decretal. c. significatum nu. 10.
Ioan. Azor. instit. moral. par 3 lib 12 cap. 3. q. 6.
in fin. Leonard. Lessius de iustitia, & iur. lib. 2.
cap. 35. dub. 2. in secundo dicto. Homobonus in
examin. Eccles tom. 1. tract. 4. cap. 13. q. 116.
Bonacina tom 1. oper de simon. disputat. 1 quæst. 6.
punct. 3. vbi plenè, potissimùm num. 6. in fin. & n. 7.
& 8. & diximus nos supra prima par. responsione
nostra 5. num. 39. & 40.

7 Ita verò exhibere se subiectis Prælati de-
bent, nè graues eis existant, contra iustitiam
facientes; sicuti Gregorius Siciliæ Episcopis
scribens eos admonet. *cap relatum 9. vbi Glos.*
„ *notabiliter 10 q 3. Vnde fraternitatē vestrā admo-*
„ *neo* (inquiens) *vt subiectis vestris non graues stu-*
„ *deatis existere*. Hæc ille. Ne fortassis ex ni-
mio grauamine ansam eis ab iniuncto defi-
ciendi onere, atque proinde delinquendi præ-
beant.

8 Quod conatu, nixuque omni vitare, atque
præcauere Prælatos oportet. Cùm suaue iu-
gum sit Domini, & onus leue. *Matth. 11. 30.*
Importabilia autem onera subiectis impone-
9 re minimè Episcopos decet. Quòd specula-
tores super gregem domini Constituti, ac Pa-
stores, non sanè exactores sint; vnde pascere,
nō deglubere gregē debēt. *can. qui episcopatum*
10 *10. 8. q. 1.* Suo verò malo pereunt cōmissæ si-
bi rationabiles Christi gregis oues. Cùm earū
sanguinē ex eorū manibus exquisiturus sit iu-
stissimus, inflexibilisq; Iudex, atq; Pastorū Prin
ceps Christus (vt eū vocat *S. Petr. 1. epist. c. 5.*
& sequitur tex. in can. esto subiectus 7. §. recorde-
mur 95. dist.) in extremo, tremendoq. iudicio.
vt Exechiel. 34. habetur, *& sequitur tex. in c. nè*
religiosi fin. in prin. de regular. c. irrefragabili. 13.
in prin. vbi Gloss. 1. de officio ord. can. cognouimus
in fin. 18 q. 2 sacrū Trid. Concil. sess. 6 c. 1. de refor.
Iacob. Sbroz. de off. vicar. in procem. n. 15. plenè Bar-
bos. de offic. epis. par. 1. tit. 1. c 2. n. 9.

11 At iustitia in æqualitate rei ad rem, sicuti in
inæqualitate iniustitia, consistit. *secundū S. Tho.*
2. 2. q. 62. art. 1. 2. & 3. Non itaq; poterūt heb-
domadarij absq; cōgruenti mercede ad tàm
grande onus adigi subeundum, absq. iustitiæ
12 læsione. Omnis autem iniustitia rei notabilis
mortalis est, quia nimirùm iniustitia consistit
in nocumento alterius; quod charitati repu-
gnat. *vt* S. *Tho.* (inquit) *2. 2. q. 59. art. 4. Nauarr.*
man. c. 25. n. 5. in fin & de orat. & horis canon. c.
22. miscell. 43. n. 77. vers. nam vt peccatum.

Nec ad rem facit, quod obijcitur; iàm pecu-
liaribus statutis, & etiam in Synodalibus de-
cretis per antecessores Archiepiscopos San-
ctissimè decretū fuisse, teneri Sacerdotes hu-
iusmodi ad Missam in aurora singulis diebus,
& ad aliā Dominicis diebus ante meridiē, vt
parere proinde eos oporteat rogatæ, iàm legi;
quamuis duræ *ad tex. in l. prospexit 12. ff. qui &*
à quibus l. 2. C. vt infrà certum tempus Gloss. in
can. proposuisti 2. §. est enim vetus, verbo scriptum
est 82. dist Roland. cons. 99. nu. 47. lib. 2. Rota apud
Crescent. dec. 18. n. 2. de præbend.

14 Præter quàm, quòd (vt diximus) decretū hoc
de Missa in aurora; & antè meridiē; cùm fuerit
vltrà reductionem numeri Missarū iuxtà sacri
Trid. Cōc. mentē, atq. pinde grauās magis, &
opprimēs, quā leuās; & contrà finē à sacrosā-
cta Synodo intentū, sitq; ppterea minùs iustū,
ac nō rationabile, & cōtra sacrorū Canonū di-
15 spositionē; seruari vtiq. nō debebit. Erit enim
lex (*vt Isidorus loquitur lib. 5. etymolog. relatus*
can. erit autem lex 4. distinct.) honesta, iusta, pos-
sibilis. *sequitur S. Thom. 1. 2. quæst. 96. art. 4.*
tex. in l. de quibus 31. §. nam cùm ipsæ leges ff. de
legibus Abb. & Felin. cap. 1. de tregua. & pace.
Syluest. verbo lex quæst. 6. Armilla ibidem §. 11.
Vt si his careat requisitis, lex dici minimè de-
16 beat; vnde nec ligabit. Inde enim lex dici-
tur, quòd legitimè liget, vt loquitur *Gloss. in*
can. lex distinct. 1. Gloss. in procem. decretal. ver-
bo lex proditur l prima ff. de iustitia, & iur. Sanct.
Thom. prima secundæ quæst. 90. artic. 1. Bonacin.
tom. 2. de legib. in genere disputat. prima quæst.
prima punct. 1. numero 4. & seq. & punct. 4.
num. 4. vel etiam à legendo, quòd publicè le-
gatur. *secundum Isidor. in lib. etymolagiarum*
iuxtà illud Ouidianum *in metamorphos.*
Nec verba micantia fixo ære legebantur, vel liga-
bantur.

17 Nihilominus tamen, quia recepta lex, vel
decretum huiusmodi minimè fuit in hac parte
Missæ in aurora, & antè meridiem, nec post
quadraginta annos; vtique nec ligabit, neque
legetur. Præter enim conditiones alias, quas
obtinere lex debet, vt cogi subiecti valeant
ad illam seruandam, hæc vna, nec inferior
æstimatur, vt ab omnibus, vel maiori saltim
parte eorum, qui seruare illam debent, re-
cepta fuerit. Alioquin frustrà legi, quis niti-
tur, vt seruetur, quæ recepta minimè fuit, *tex.*
in can. in istis 3. §. leges instituuntur 4. distinct.
cap. cùm dilectus 9. verbo approbata de fide in-
strument. Syluest. dicto verbo lex quæst 6. Nauar.
man. cap. 23. num. 41. & num. 62 versic. 10.
quòd & cons primo in 6. quæst. num. 25. et cons. 3.
num. 2. libr. 1. de constitut. Rota apud Caualer.
decis. 77. num. 2. Gratian. forens. par. 2. cap. 202.
n. 17. et 18. Bernard. Græuen. ad pract. Camer. Im-
perial. lib. 2. conclus. 60. consider. 5. coron. 2 nu. 1.
et seq. Couarr. variar. resolut. libr. 2. cap. 16. nu. 6.
vers. quinto sunt. Ioan. Azor. institut. moral. par.
prima lib. 5. cap. 4. quæst. 1. Duegna regul. 79. in
5. ampliat. Rodriq. quæst. regular. tom. 1. quæst. 6.
art. 11. Bonacin. d. tom. 2. tract. de legib. disputat. 1.
quæst. 1. punct. 4. num. 27. et 28. aliq. ab eo relati

Layman

Layman Theolog. moralis tom.1. libr. 1. tract.4. de legib.cap.3. num.1.

18 Licet porrò leges instituantur cùm promulgantur, firmantur tamẽ cùm recipiuntur, *vt loquitur tex. d.can.in istis. §. leges instituuntur dist.4.*

Non igitur sufficiet latam fuisse legem pręfatam, vel decretum, quòad Missas in aurora, & antè meridiem, cùm illa nusquam in hac parte recepta fuerit. Non ergò cogi poterunt Sacerdotes prædicti, vt illam seruent.

Et ita ex his censoris, nec reiecta virga respondendum censui.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Negotiorum illicitorum vitio coargui clerici haud possunt, fructus ex patrimonialibus, vel proprijs bonis, vel parentum, & cognatorum successione perceptos vendentes. & num. 5.*

Siue olineta, siue vinea illa fuerint, siue animalium greges. 2. & num. 5.

3 *Grex ouium, & animalium inter immobilia computatur.*

Vnde si Ecclesia fuerit, alienari haud poterit absque solemnitatibus in rebus Ecclesiæ alienandis requisitis.

4 *Grex est quid vniuersale, & ideò inter immobilia agnoscitur.*

5 *Fructus ex grege perceptos potest Clericus distrahere.*

6 Differentiæ *causam dicens, ille probare debet.*

7 *Fructuum ex patrimonialibus bonis perceptorum distractionem indistinctè lex clericis concedit.*

8 *Vinum sicuti possunt clerici ad grossum vendere, ita quoque ad minutum.*

9 *Animalia potest iurè clericus emere, vt pascua proprijs enata territorijs depascantur.*

Ita poterit prata, & pascua emere ad pastum animalium, quæ possidet. nu 10.

Et declaratio Sacræ Congregationis *affertur.*

11 *Lex quod non dicit, neque nos dicere debemus.*

Et hoc argumentum satis firmum æstimatur. num. 12.

12 *Erubescimus cùm sine lege loquimur.*

13 C*lericorum vita nimium coarctari non debet, eorumq. conscientiæ importabili onere prægrauari minimè debent.*

Affertur, locus Matth.23. alligant onera grauia, & exponitur.

14 *Lex non promulgata non obligat,*

*Et debet esse vsu recepta. num.*15.

16 *Lex, vt obliget quatuor requisita habere debebit.*

17 *Parentum est filijs thesaurizare.*

18 *Clericus tenetur filios, etiam ex damnabili coitu susceptos alere, & filiabus dotes dare, etiam ex beneficiorum fructibus.*

Quoniam si malè fecit clericus ita filios suscipiendo, non tamen perdendi, ex quo suscepti sunt.

19 *Lege quod probibitum non inuenitur, permissum censetur, vnde quod iure fit iustè, atque proinde bènè.*

20 D*eclaratio Sacræ* Congregationis.

ARGVMENTVM.

ex principio habes.

RESPONSIO XLI.

ILlicitorum negotiorum vitio argui haud poterit D. Alexãder de Rogerio Sacerdos Terræ Cupertini Neritonen. Diœcesis, quòd ouium, & Caprearũ, aliorumq; animalium gregem, sibi ex paterna hæreditate satis opulenta, obuentum, etiam post quàm clericali militiæ Christo nomen dedit, retinuerit; enatosque ex illo fructus perceperit, vendideritue.

1 Profectò, quòd ex sacris Canonibus, atq; ex cõmentantibus illos Doctoribus, prohibitũ, minimè reperitur, quin Clerici, quę sibi ex parentũ, vel suorũ hæreditate obuenere, retinere licitè possint; atq; quos ex illa perceperint fructus, absq. negotiationis illicitæ scrupulo,

2 vendere, ac distrahere liberè valeant, & possint; siuè olineta, siue vineæ illæ fuerint, siue quoq; animaliũ greges, vel similia *ad tex. in canon. eijciens dominus 10. §. dicit aliquis 88. dist. Abb. in c. secundũ 6. ne cleric vel moral.* quẽ locũ *in can. eijcits*, qui est *Chrysost. hom. in Matth. c.21.* affert *Tiraq. de nobilit. c.33 n.9. idẽ Abb notabiliter* ab omnibus receptus *cõs. 6. casus super quo. col.2. in fin. vers. nec est verũ. par.1.* quẽ sequitur *Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ. col. fin. n.274. de const. optimè Anchar. in c. fin. n.10 in fin. de vita, & honest. Clericorum Ioseph. Ludouic. conclus. 15. col. 11. vers. fallit quando negotiaretur. mihi fol. 39. commun conclus. Alfols. Vinald. in candelabro aureo in explicationem Bullæ in Cœna Domini casu mihi 18. num.5. vers. respondetur tertio fol. 382.*

,, vbi sic loquitur *Respondetur tertio Clericum non*
,, *dici negotiatorem, si vendat fructus, vel bona suorum redditum, vel patrimonij, vel lanam, & agnos*
,, *suarum ouium, vitulos suarum vaccarum, & similium.* Hæc ille. *Pater Molina de iustit. & iur. tom.2. de contractib. disput.342. nu.11.* vbi inquit,
,, *Fas est Clericis emere necessaria ad proprium*
,, *suorumque vsum, & vendere superflua, vel ex fru-*
,, *ctibus suorum agnorum, vel ex redditibus pro-*
,, *prij beneficij, aut vndecunq. illa habuerint.* Hæc

P 3 Mo-

Molina. Satis optimè, ac strictiùs ad rem nostram *Claud Tutius.allegat.14.vbi num.2.* sic loquitur *Respondeo Clericos, qui animalia, vineas, & oliuas de patrimonio tenent, vendendo vinum, & oleum, quod eis in anno superest, vaccas inutiles, oues senes, vervueces, lanum, & caseum minimè negotiari, negotiatoresq. non esse censendas.* Hæc ibi *sequitur* Carolus *de Grußit qui sexcētos alios allegat, de effectibus* Clericat.*effect.6. in 9.limit. num.33.fol.mihi 489. Ioan. Maria Belletus postmodum Episcopus Hieracen. disquisit.*Clerical.*tit. 1.de disciplina Clericuli §.21.num.15. & nu.34. fol. 139.* vbi in fortioribus terminis loquitur dicens: *Quia Clericus potest locare animalia, & oues, & boues si habet ex decimis, vel successione, vel aliàs sibi datu, aut si habens pascua multa, emit eadem animalia, vt illa depascerent ad substentationē sui, & suorū.* & paulò infrà. *Nā si potest vēdere seu vēdi facere vina, bladu oliua, & similia percepta ex bonis suis, poterit etiā locare huiusmodi animalia.* hæc ibi, ita quoq. *Cæned. ad decretū collect.37.n.2.in fin. vers. Clericus autē non dicitur negotiari. Iguat. Lopez ad Diaz in praxi crimin. c. 58.col.3.vers.ex quibus sequitur f.210.idē Tiraq. de nobilit.c.32.n.3.sequitur Rodoan.tract.de spol. Cleric.q.2.n.14.*dicens: *Potest etiā Clericus locare animalia, & oues, & boues scilicet, si habeat ex decimis, vel successione, aut aliàs sibi data, aut si habent pascua multa, emit eadem animalia, vt illa depascerent ad substentationem sui, & suorū, & pauperum. & n.42.46. & 47. & nu. 58. & seq. & Genuens. in praxi c.77.n.2. & seq. per tot præsertim n 8. & in addition. n.13. impressionis Romanæ anni 1609. P. Paulus Laym. Theol.moral.lib.3 to.1. tract 4.c.17.n.40. vers.excipitur tamē. Bonac.to.2. de restit.in particulari.disp.2.q.9.pun.2.n.6. & 7. Reginald.in prax.fori pœnitentialis.tom.2. lib.30. tract.3.c.2.n.20. Quarāta in sum Bullar. vbi Prosp. de August.in addit.verb.vectigal.in 5.ampl.f. mihi 492. Barbos.de off.epis.p.2.alleg.13.n.10. & 11. & in d.c.secundū 6.n.3.nec clerici, vel Monach. Ricc. in praxi p.1.resol.317.nu.8. & seq. & n.14 optimè Farin.p.1.fragm.verb.Clericus.nu. 172. idē Barbos. tract.de iur.eccl.lib.1.c.39.n.64. & 67. & 68.*

3 Tùm etiā, quòd grex ouiū, & animaliū aliorū, inter immobilia computatur, ita vt si Ecclesia gregē possideat; & si planè possit vendere hedos, agnos, hircos, arietes, lanam, lac, & cætera, quæ in fructu sunt. *iuxta tex.in §.pecudū. inst. de rerū diuis.* non tamen vendere, vel alienare gregē ipsū poterit, non seruatis solēnitatibus, *in extrauaganti Pauli 2.* expressis, in rerum im-
4 mobiliū alienatione requisitis. Nimirùm, quòd grex ipse inter immobilia agnoscitur vti quid vniuersale. *l.grege 13.ff.de pignor. Molin. d.tract. 2.de contract.disp 465.in fin.n.4 sequitur Quarāt. verb.alienatio rerū Ecclesiæ in 9.ampl.n.24.in fin. fol. mihi 21. Riccius in praxi par. 1.resolut. 58. nu.2. Rota in Romana pecudum 24. Aprilis 1598. coram Giptio, & in eadem 24.May 1600.coram Card.Millino dec.125.n.7.8.et 9. & dec.126.n.8. 9. & seq.apud Statiliū Pacific.de Saluiano interd.*
5 Sicuti autē licitū est Clerico ex alijs stabilibus bonis, quæ in patrimonio obtinet, quos perciperit fructus vendere, & retinere; ita eodēq; pacto, ex grege ipso, qui inter immobilia cōputatur. *Rota in d. Rom. pecudū n.8.* Cū nulla
6 ex aduerso differentiæ causa dari possit; alioquin illā dicens, assignare debebit *tex. in l.in exceptionibus.19.ff.de probat.l.2. C.quibus ex caus.*
7 *minor.* Cùm alioquin indistinctè lex Clerico fructuū, quos ex patrimonialibus bonis percipit, distractionem, ac venditionē concedat. *vt in simili argumentatur Bertucchin. de gubellis. par.7.q.7.§.sciat autem n.18.vers.an autem possint*
8 *Clerici.vol.11.tract.fol.30. Quod si, scilicet, possunt Clerici vinum ad grossū*(vt ipse ait)*vendere, vel vendi facere. poterunt vtiq. & ad minutū, cùm par sit in vtroq. ratio.* & ita decisum Bononiæ refert; quem sequitur *Lopez d c.58.vers ex quibus sequitur Prosper de August. in d. verbo vectigal. in 5 ampliat. Barbosa de offic episc. d.alleg. 13. n.11. Bellett.d.§.21.n.15.fol.139. Riccius d.resolut.317.num.8.9. & 10. Tutius d.allegat. 14. & supra etiam citati Doctor. et nouissimè P. Diana resol.moral.par.4 tract.1.resolut.52. in princ.*

Neque vitio vertendum est dicto D. Alexandro (quicquid aliàs non rectè in facto supponitur) quod pascua emerit ad gregem alendum animalium suorum.

9 Nàm, si licet Clerico animalia emere, vt pascua proprijs enara territoris absumant, ac depascantur. *Molin.d.disp.342.n.14. Bellett.d.§. 21.nu 34 fol.141. Riccius d.resolut.317. num.14. Barbos. d.allegat. 13. nu 11. Carolus de Grussis d. effect.6.num 18. Prosper de Augustin. in d. verbo vectigal.col.5.in fi.vers similiter fol.496. Rodoan. d.q.2.n.14.et seq.vbi supra Farinac.d.nu.172.*

10 Cur non vtiq. licebit ei animalia, quæ ex patrimonio possidet, iure id permittēte (vt dictū est) ne emoriātur, emptis pascuis, ac pratis enutrire, atq. depasci facere, vt in terminis nostris sequitur *P. Vincēt. Filliuc. Societ. Iesu Theologus in appendice, ad duo volumina suorū operū. tract.43.c.4.n.31.vers.infertur tertio,* & dixerunt supra p nos allati *Doctor. Rodoā. Farin. Laym. Bonacin. et alij* Et ita quoq. declaratū fuit per Sacram Eminentissimorum Dominorum Sacri Trident. Concilij Interpretum Congregationem pro Clero ipso Neritonen.

Nec ad rē proficit, quòd nouè obijcit Fiscus: Teneri Clericū gregē animaliū ex patrimonio sibi relictū, intrà annū, ex quo Clericali militiæ se ascribi fecit, distrahere, vt si vltrà retenuerit, illicitæ negoriationis vitio coargui iurè possit. Cùm, quòd limitatio huiusmodi à nullo Doctorū, cùm Canonistarū, tùm Theologorū, ac Sūmistarū affertur. Quinimò cōmuni illi calculo assetāt, quod in initio diximus, licere Clerico ex patrimonio accepta animalia reti-
11 nere quocūq; tēpore. Vt gratis proinde id asserat Fiscus. Non igitur dicere debet, quod lex nō dicit, neq., quod SS. Patrū decretis cōstitutū minimè reperitur. *can.consuluisti. 18.§. et quod SS. Patrum 2.q.5.tex.in cap.2.*ibi: *Cùm nusquam reperiatur cautum in iure, ne Sede vacante.*

l. dißi-

l.dissidentis 5.C.de repud. Nauar. de orat.et horis canon.c.5.n.8.& tract.de vsur. q.23 nu.117.Barbos.assiom.136.n.7.

12 Estq. argumentum hoc satis firmum in iure, eùm erubescamus sine lege loquentes. *ad tex. in l.illam 19.circa med. C. de collat. Castador.dec. 7.n.17.de causa possess.& propriet.Peguera dec.1. n. 1.in fin.Card.Tusch.tom.3. litter.E.conclus.331. Barbos.assiom.83.*

13 Tùm,quòd esset id nimirùm coarctare vitã Clericorum, eorumq. conscientias importabili onere pregrauare. Cùm contrà Domini voce iurè carpantur, qui alligant onera grauia,& importabilia, & imponunt in humeros Hominũ ipsi verò nolunt ea digito suo mouere.*Matth.23. 4. vbi Dyonis. Carthus. onera grauia*
„ *(inquit) idest ordinationes difficiles, vix impleri*
„ *potentes.& Hieronym.ibid. Hic etiam generaliter*
„ *Dominus(ait) aduersus omnes magistros loquitur,*
„ *qui grandia iubent, & minora non faciunt..Et sequitur ibid.S.Thom in catena.& notanter ibid.n.4. doctiss. Maldonatus ad rẽ nostrã*; vbi onera,nõ sanè scripturas exaudit,sed,pprias scribarũ,& Phariseorũ traditiones,aut leges scripturę cõ-
13 trarias.Tùm præterea,quòd,quatenus lex sit aliqua,vel cõstitutio,quã pro se Fiscus habet; non vtiq. illã sudario alligatã retinere debebit,vt dùm intetim sic in arca claudi:ur,serisq; obsignatã custodit, haud possit aduersus Cle-
14 ricos ad pœnã agere. Cùm lex nõ promulga-
15 ta nõ obliget.*ex S.Th.1.2.q.96.ar.4.* Quinimò, vt lex, ferẽti subiectos ligare valeat,in ijs præsertim, quæ, pœnã facientibus contrà decernunt;& quòd promulgata sit oportet,& quòd sit etiã vsu recepta,vel saltim per maiorẽ partẽ populi.*c.2.de constit. vbi Doctor.can. in istis 3.dist.4.l.leges 3. C. de legib. & Senatus Consult. tex.in c.1.de concess.preb.S.Tho.d.9o art.4.Felin. in c.1.àn.13.de tregua.& pace.Nauar.man.c.23. n.41.& lib.1.cons.5. alias 3.de constit. & cons.4. n 1.de celebrat.Missar. lib.3. & de orat.& horis canon.c.22.miscell.2.n.5.& miscell.20.n.98.Salas de censib.dub.13.n.1.& 2.Glos.ad instit. Pauli Lancellotti S.cõstitutionũ autẽ verbo,dignè de iure diuino,*vbi quatuor enumerat requisita *ex S.Tho.*
16 *vbi supra.* Quòd lex sit iusta; quòd promulgata;quòd recepta,& quòd elapsã sit tẽpus,post quod obligare incipit.*Io. Salas de cõtract.tit.de censib.dub.13.n.1.& 2.ad tex.in c.eùm dilectus.9. de fide instrum.Rota par.2.to.1.in recent.dec.415. n.3.& apud Card. Caualer.decis.77.nu.2. & decis.85.n.2.& decis.91.n.5.& seq.& dec.134.n.3. Bonacin.tom.2.de legib dispnt.1.q.1.pun.1. nu.4.5. & 6.& pun.4.n.5.& seq.Laym.to.1.lib.1.tract.4. c.1.n.4.& seq.& c.2.n.1. et seq.Molin.de iustit. et iur.to.5.tract.5.disput.69.et 70. P.Iacob. Gordon. theol.moral.to.1.lib.2.q.2.c.2.n.12.et 13 cum seq.* Tùm,quòd cõtrariũ declaratũ fuit per Sacr. Congregat. Sac.Trid.Cõc. Interpretũ.In vna Mõtis Alti,ad Episc.Cassanẽ.quæ datur in fin.

Quibus oĩbus accedit;ꝙ eũ D.Alexãdet habeat filios,quos ex matrimonio antè clericatũ suscepit, & inter eos filiã iã nubilẽ;nõ debuit, neq. debet propriũ patrimoniũ distrahete, vt
17 filios depauperet; cùm cõtrà Parentũ sit filijs thesaurizare.*secundũ Apost.2.ad Corinth.12. S.*
18 *Th.2.2.q.26.ar.9.* Et planè, si licet clerico,etiã ex beneficiorum Ecclesiasticorũ fructibus, & pẽsionibus, filios alere,ac filiabus dotes parare,quos ex dãnabili suscepit coitu.*ad tex. in c. cùm haberet 5. de eo, qui duxit. quàm polluit. per adulter.vbi Doctor.omnes.et diximus nos plenè supra respons.nostra 31 et 32.*

Profectò, quòd & si malè egerit clericus, quòd ita filios suscepetit, non tamen perdendi fuit,ex quo iàm nati, sed contrà. pascendi pietate Christiana,ac nutriendi. *Gloss.in cap. 1. verbo subministrent. vbi Abb. num. 4 in fin. de cohabitat.clericor.et mulier. Nauar. de spolijs clericũ §.19.n.11.et cõs.4 et 5.lib.3.de testam.Sayr.decis.16.eod.Rota par.1.diuers.decis.474.et 487.n.3. Rota in Bononien. alimentorum coram Penia anno 1594.per Farinac.post 2.vol.consiliorum decis 82. num 9.et 10.Card.Seraph dec s 478.nu.4 Gratian. forens par.3.cap.586.nu.28.et 29. et cap 613.n.7. cum seq.par.4.Capyci decis. 164. et 181. vbi etiam Petra.Io. Valrus Carthus.de differ.inter vtrumq. forum verbo alimenta different.1 num 2.et seq. et verbo hereditat. different. 11. Riccius in praxi par.1.resolut.32.Mastrill.decis.144. num. 17.18. et 20 par.2. Campanil.iu diuers.rubr. 11 cap.13. nu.36. Filliuc.d.cap.4.tract.43.nu.36 et 37.Rouit. dec.25.num.17.et 18.*

Licebit vtiq. multò magis ei ex proprio patrimonio, quos ex legitimis nuptijs suscepit filios enutrire,eisq; propria conferuare bona, quòd id nulla inueniatur lege prohibitum,
19 atq. proinde permissum,& sic iurè,& si iuiè, iustè,si iustè,benè. *can.quid d.cam 14.q.4. vt inquit Andreas de Isernia in cap.1. qui successores teneantur num.13.vers.vnde dic. quòd reuocent in vsibus feudorum Federic. de Senis cons 35. num.2. Alciat.reg.3.præsumpt.23.num. 1.vol.5. tract.fol. mihi 146.*

Et ita respondendum censui sub censura.
CAROLVS MARANTA V.I.D. Aduocatus.

Ex his fore absoluendum dictum D. Alexandrum, decisum fuit in anno 1629.referente Domino Ascanio Turamino Auditore, in plena Congregatione discussa pluries causa, coram Illustrissimo Nuntio Alexãdro Bichio; nunc Eminentissimo S.R.E Cardinale.

Illustriss. & Reuerend. Domini.

20 *Presbyteri,et Clerici Terræ Altimontis Cassanen. Diœcesis,qui vt plurimũ ob loci Montium, personarũ, ac tẽporum qualitatẽ, aliqua,ex infrascriptis rationibus, necessaria ad suam, et familiæ sustentationem coguntur quærere. Ad obuiandum vexationibus Commissariorum petunt, vt declaretur: An liceat eis hæc facere absq. reatu illicitæ negotiationis.*

Primo, an liceat eis terras patrimoniales, ac beneficiales per laicos colere.

Se-

Secundò, an pro necessario culturæ vsu, possint emere boues, & alia animala, & fructus illorum vendere?

Tertiò, an ij, qui in proprijs terris habẽt quercus, & castaneas, quarum fructibus sues vescuntur, possint sues emere, eosve alere, ac pro sua, & familiæ substentatione vendere?

Quartò, an ijdem Clerici cũ folijs suarũ arborum possint in proprijs ædibus arti sericæ operã dare: vel idem opus alteri ad medietatem committere; vt in illis partibus fieri consuenit?

Sacra Congregatio Cardin. Concilij Tridentini Interpretum.

Adprimùm censuit: licere Clericis agros beneficiorũ, ac bonorũ patrimonialiũ suorũ, opera laicorum colere absq; reatu illicitæ negotiationis.

Ad secundùm, posse similiter Clericos pro huiusmodi culturæ vsu boues, & animalia emere necessaria, illorũq; fœtus iusto pretio, atq; honesta ratione vendere; nec propterea eos prohibitæ negotiationis prætextu vexari posse, aut debere.

Ad tertium ibidem: Posse pro sua, & familiæ substentatione, dummodò in emendis, alẽdisue, seu distrahendis suibus nihil sordidũ, aut indecens ordini Clericali exerceant.

Ad quartũ licere Clerico arborum in proprijs bonis existentium folia alicui laico concedere, eo pacto adiecto, vt lucrum, quod ex bombycibus prouenerit inter vtrumq; diuidatur. Et pariter eidem licere eorundem arborum folijs per se ipsum, absq; officij sui dũtaxat detrimento; ac pro sua, & familiæ substentatione arti sericę operam dare; dummodò in artificio huiusmodi personas non suspectas adhibeant; & quoad hoc Episcopi licentiam, quæ gratis detur, obtineant.

C. Cardinali de Torres.

Loco † sigilli.

SVMMARIVM.

1 *Omne, qui dicit, nihil est, quod non includat, & comprehendat.*

2 *Constitutio expenditur Gregorij XIII. officij nostri partes. & num. 12 & 18.*

3 *Cõstitutio præfata Gregorij non est noua lex, neque noui iuris introductoria, sed veteris declaratoria.*

4 *Declaramus verbũ nouũ ius nõ infert, sed dubia circa illud aperit, atq; patefacit.*

5 *Declarans nil noui facit, sed datum significat.*

6 *Declaratio referri debet ad terminos rei, quæ declaratur.*

7 *Responsio debet esse cõgrua interrogationi præcedenti, alioquin inutilis euadit.*

8 *Respondisse non videtur, qui ad interrogationẽ non respondet.*

9 *Lex, eiusq. declaratio secũdum subiectam materiam, de qua agitur, exauditur.*

10 *Monachus quicquid acquirit monasterio quærit, quomodocunque acquirat.*

11 *Spolia non dicuntur bona incorporata iã Monasterio, Monacho in humanis agente.*

13 *Verba exaudiri debent secundum naturam rei, quæ in dispositione inducitur.*

14 *Dispositionis verba pro textu habẽtur, cui magis credendum est, quàm Glossæ.*

15 *Lex, vel Constitutio quòd non dicit, nec nos dicere debemus.*

16 *Bona per regulares extrà claustra quæsita, neq. sub spolio comprehenduntur, nisi extrà claustra quoq; illi diem supremum claudant.*

17 *Verba generalia restrictionem ex natura rei, & subiecta materia admittunt.*

19 *Constitutio pœnalis in casibus non expressis extendenda haud minimè est.*

ARGVMENTVM.

Bona Monachi extrà Claustra defuncti, & degentis, per eum extrà Claustra acquisita ad Cameram spectare: vbi plura ad intellectum Constitutionis Gregorij XIII. officij nostri partes, eiusquè ornatum.

RESPONSIO. XLII.

MOrtuo mẽsibus elapsis D. Mercurio Bonconte Cõgregationis Mõtis Virginis, pfesso, extrà claustra, vt pretẽditur, & si de licentia suorum superiorũ ibi degente ob graues, quibus laborabat, infirmitates: prætẽdit Camera Apostolica ad eã spectare, & spectauisse, vti spolia, bona quæcunq., cùm mobilia, tùm stabilià, post eiusdẽ suprema funera, remansa, atq; reperta. Et licet quidem per Procuratorẽ ordinis ad lites euitandas, cum eadem actum sit Camera transactione negotium dirimi: Quia tamen prætendit Fiscus *ex Gregory XIII.* Constitutione, *quæ incipit: officij nostri partes tom. 2. in Bullar. nono constitut. 43. fol. mihi* 411. Bona omnia per dictũ Monachum acquisita, etiam antequam extra claustra degeret, ad Cameram spectare prædictam; atq. proinde compositionem ad integram medietatem pretij bonorum extendere; factus est difficultati locus: An verè Constitutio præfata: Bona omnia comprehendat, vt ad Cameram spectent, iustè per Monachum acquisita, etiam antè quàm extrà claustra degeret?

Quòd Constitutio verbis vtatur generalibus omnia comprehendere aptis. *§. 3. ibi Res,*
„ *& bona quæcunq. per dictos regulares extrà claustra*

,, *stræEcclesiarum, Monasteriorum, domorum, et quo-*
,, *rúcunq. regulariũ locorum degentes, quocunq. iu-*
,, *re, & actione; siue ex causa testati, siuè intestati*
,, *acquisita, et in posterũ, requirẽda, vel ad eos delata.*

1 Vt qui omne dicit, nihil omninò sit, quod nõ
includat, & cõprehendat. *iuxta Pauli responsũ.*
in l. Iulianus 66. ff. de legat. 3. l. pediculis 34. §. La-
beo. ff. de aur. et argẽt. legat. l. à procuratore 13. vbi
Glos. C. mãdat. tex. in c. solitæ 6. §. nos autẽ, vbi glo.
in fin. de maior. & obed tex. in can. si Romanor. 1.
§. dicẽdo. vbi etiã gl. 19. dist tex. Diui Pauli ad He-
bræos 2. vbi expẽdens illud Psal. 8. Omnia subiecisti
sub pedibus eius. In eo (inquit) *quod omnia subiecit,*
,, *nihil dimisit nõ subiectũ ei. Gramat. dec. 4. n. 2 Osac.*
dec. 94 n. 10 Rota apud Card. Seraph. dec. 584. n. 3.
Barbos. assiom. 168.

2 Verùm, si rectè, iustaq. trutina Fisci Patro-
nus, verba expẽderit; mentẽq. Sũmi Põtificis
in Cõstitutione præfata, venare curauerit; ani-
maduertet vtiq. illa loqui de bonis, quæ tẽpo-
re, quo extrà claustra degebat, acquisiuit Mo-
nachus, & quæ pòst eius suprema funera extrà
claustra subsequuta, vti spolia remanserunt.

3 Profectò, quòd Cõstitutio præfata Gregorij
XIII. nõ est noua lex, neq. noui iuris introdu-
ctoria; sed veteris dũtaxat declaratoria, vt ip-
semet Sũmus Pontifex ostendit in initio Con-
stitutionis. §. 1. vbi: Vt dubia, quæ ab aliquibus
falso prætextu ingerebantur declaratione sua
,, dilucidaret. §. 3. subnectit inquiens: *Nos autem*
,, *circa prædicta dubitandi occasionem dimouere, si-*
,, *mulq. æquitate, & iustitia suadẽtibus eiusdẽ Ca-*
,, *meræ indemnitati, ne in dies molestijs, & incõmo-*
,, *dis afficiatur, consulere volentes; præsentium au-*
,, *thoritate declaramus.*

4 Per quod sanè verbum (*Declaramus*) apertè
innuit Summus Pontifex, se Constitutione ip-
sa nouum ius non inducere, sed dubia circa
id, quod erat per priùs, declarare. *iuxta Gloss.*
in clem. fin. verbo statuimus de rescript. quam re-
ceptam dicit, & sequitur in hac re nostræ hu-
ius Constitutionis *Nauar. cons. 6. N. Frater Or-*
dinis num. 14. in fin. lib. 3. de donationib.

5 Quia nimirùm declarans nil noui facit; sed
datum significat. *vt Vlpianus loquitur in l. hæ-*
redes palàm 21. §. quid post ff. de testam. clement.
exiui prima §. harum declarationum de verborum
significat. Gloss. in cap. per tuas 5. verbo. de nouo
de donation. Cardinal. Tuschus tom. 2. littera D.
conclus. 86. num. 1. & num. 5. & conclus. 87. nu. 1.
Maceraten. variarum resolut. lib. 1. resolution. 3.
num. 12. Barbors. assiomat. 66. num. 5. & seq. Ro-
ta tom. 1. par. prima in recent. decis. 453. num. 2.
meus Maranta cons. 67. n. 7. Rota in antiquis decis.
14. num. 3. de testib. & decis. 1. vbi Addent. litter. B.
de accusation. Marius Muta decis. 72. num. 30. Rota
apud Cardinal. Caualer. decis. 17. num. 7. & decis.
145. num. 4. apud Coccin. decis. 292. n. 1. in fin. &
decis. 452. n. 9.

Cùm declaret itaque Constitutio præfata
Gregorij id; quod tàm ex Constitutionibus
Pij Papæ IV. quàm Pauli IV. in dubium reuo-
cabatur. Vtrùm nè, Bona per Regulares pro-
fessos, extrà claustra suorum regularium lo-
corum, etiam de licentia suorum superiorum
degentes; tempore, quo extrà claustra fuissent,
acquisita; ad Religionem, nec nè, siue Mona-
steria, in quibus professionem emiserant, post
eorum suprema funera; vel ad Camerã Apo-
stolicam, tanquàm spolia spectarent. Atque
non nullis sub vano prætextu Constitutionis
Pauli IV. ad Monasteria spectare assererent:
Alij verò contrà. Ipseque Supremus Ponti-
fex ea ad Cameram Apostolicam pertinere
declaret; nisi ijdem, ad quos illa spectauerint
sufficienti fuerint testandi, aut de illis dispo-
6 nẽdi facultate suffulti. Daclarationẽ vtiq. præ-
fatã ad terminos restringi difficultatis propo-
sitæ, per quã in dubiũ reuocabatur de bonis à
Regularibus extrà claustra degentibus, & tẽ-
pore, quo extrà claustra fuissẽt, acquisitis; atq;
7 de illis exaudiri debere, asserẽdũ erit. Vt inter-
rogationi, atq; ꝓpositæ difficultati per decla-
rationẽ præfatã, cõgrua, atq; conueniens da-
retur responsio; neq; inutilis illa data reddere-
tur, si à petitione discors esset. *ad tex. in §. præte-*
reà inst. de inutilib. stipul. l. si defensor. 10 §. qui in-
terrogatus. ff. de interrog action. Natta cons. 98. n.
22. lib 1. Menoch. cons. 47. n. 1. & cons. 82. num. 31.
vol. 1. Marius Anton. Maceraten. variar. resol. lib.
3. resol. 4. 1. in 5 casun. 5. vers. tùm, quia non cõstat.
Barbos. de dictionib. dict. 349. Francis. Merlin. dec.
Lucens. 18. num. 2.

8 ,, Vt nec respondisse videatur, qui ad interro-
,, gationẽ nõ respõdit. *vt Vlpianus loquitur d. l. de*
ætate 12. §. quod autem de interrogat. actionib.

9 Neque nouum sit; legẽ, eiusq; declarationem
secundum subiectam materiam, ad quam de-
claratio refertur, exaudiri debere. *iuxta tex. in*
c. intelligentia dictorum 6. de verb signif. tex. in l. si
vno anno 17. ff. locati. vbi Gloss. & post eã Alber.
de Rosata, qui extendit, id locũ habere in qui-
buscũq. scripturis, siue contractibus, atque vl-
timis voluntatibus; & eum sequitur *Gigans*
cons. 58. num. 34. Aymon. cons. 171. nu. 13. Euerard.
in locis argumentandi in præambulis. nu. 21. in fin.
vers. hinc etiam. & in loco à subiecta materia. Car-
dinal. Tuschus tom. 8. littera V. conclus. 95. nu. 1.
& 7. 8. & seq. Barbos. assiom. 222. n. 8. & 9. Brunor.
à Sole in propos. iur. verbo verba 19. Rota apud Sã-
ctæ memor. Gregor. XV. decis. 66. nu. 8. apud Car-
dinal. Mantic. dec. 59 n. 4 apud Coccinum dec. 140.
nu. 11. & decis. 144. nu. 14. in recent. par. 1. tom. 1.
dec. 398. n. 4.

Prætereà, nec fieri potest, vt declara-
tio præfata generaliter exaudiatur, etiam
de bonis per Regularem, dùm intrà clau-
10 stra viuit, licitè acquisitis; Cùm illa
non vtique Monacho quærantur; sed per
eum Monasterio; *can. 1. 18. quæst. 1. cap. cùm*
olim 14. vbi Innocent. receptus num. 3. de priuil.
,, *Quomodocunq; Monachus, acquirat, modò in Mo-*
,, *nasterio maneat,* inquiens, *& ibidem Abb. num. 6.*
cap. in præsentia. 8. de probat. Abb. in cap. nè reli-
giosi num. 3. de regularibus Auth. ingressi C. de
sacrosanct. Eccles. sacrum Triden. Consil. sess. 25.
cap. 2.

cap.2.de regularib Nauarr.comment.2. de regularibus in can. non dicatis 12. quæst. 1. num. 3. cum seq. & de redditib. ecclesiast. quæst. 1. monit. 12. num. 2.Cardinal.Zabarell cons.6. num. 2. Triuisan. decis.30.lib. 1.Miranda in man.prælatorum tom. 1. quæst.51.artic.7.Ioan. Azor.institut.moral.tom.1. lib.12.cap. 16.quæst 8.Molin.de iustit.& iur.to.1. disput.140. Sanchez in oper. moral. tom.2. lib. 7. cap.32. in 2.quæst.num.76. & num. 78. in fin.Gabriel Pereira decis.Portugalliæ 93.num.32.Rota in Neapolitana census. 1. Iunij 1616.coram Vbaldo decis.294.num.4.in posthum.tom.2.

11 Inter spolia verò haud agnoscuntur bona Monasterio iàm incorporata,etiam in humanis Monacho agente,iuxtà notata per *Nauar. de spolijs §.6.num 2.& d.cons.6. N.Frater Ordin. de donat.* & notata per *Rotam apud Sanctæ mem. Gregor. XV. decis 401 præsertim n.8. & seq.*

12 Constitutionis autem Gregorianæ verba *d.§.3.* satis ex se aperta sunt, indicantquè, nec obscurè, de bonis loqui per regulares, dùm extrà claustra viuunt, acquisitis, & qui extrà claustra supremi funeris diem implent.

Declaramus (ait ibi Gregorius XIII.) *res, & bona quæcunq; per dictos Regulares extra claustra Ecclesiarum, Monasteriorum, domorum, & quocunque iure,& actione,acquisita, vel in posterum quærenda.* (vtique dùm extrà claustra degunt) *nisi ijdem ad quos illa spectauerint sufficienti fuerint testandi, aut de illis disponendi facultate suffulti; eaq. legitimè vsi fuerint, ad eandem Cameram pleno iure spectauisse, ac spectare.* Hæc Constitutio. Dùm extrà claustra igitur viuunt, acquisita; & extrà claustra moriuntur; illa vtique bona ad Cameram spoliorum iure pertinent: Non verò, antè quàm extrà claustra viuerent, acquisita, ad Cameram spectabunt, quamuis illi extrà claustra postmodum supremum claudant diem, *vt concors est Doctorum sententia Azor. institution. moral. par. 2. libr.8. cap.3. quæst. 15. Filliuc.d. tom.3. tract.43. cap. 6. quæst.6.num.8.Laurent.Portell.ad dub. regul.verb. bona num.6. & in addition. num. 1. Frater Hieronym. Rodric. resolut. regular resolut.11.num. 11. & num.31. Nauar. consil.17.Regularis Apostata lib. 3. de statu Monachor. & de spol. Cleric. §.7. num.4.in fin. Miranda d quæst.51. artic 7.versic. sed pro alia. & versic.nisi aliud in conclusion.*

13 Verba namquè exaudiri debent secundum naturam rei, quæ in dispositione inducitur. *secundum Bald.in rubr.C.de contrahenda emption. num.9. per Innocent. in cap. ex litteris 7. de iure patronat.* Cardinal. *Tuschus tom. vltimo litter.V. concl.69.Seraph.de iuram. priuil.1.n.69.& priuil. 13.nu.27.Barbos.d.assiom.222.num.30.*

14 Dispositionis etenim verba protextu habentur, cui magis credēdum est, quàm Glossæ. *vt sequuta fuit Rota apud Cardinal.Mantic dec.4. num. 1.*

At verba dispositionis Gregorianæ de bonis loquuntur à regularibus extrà claustra suorum Monasteriorum, vel locorum degentibus quæsitis, vt illa sub spolio, post eorum extrà claustra quoque subsequutum obitum, comprehendantur. Exaudiri ergo debebunt de bonis tunc temporis quæsitis, cùm extrà claustra degunt, & extrà ea diem claudunt extremum.

15 Nè aliqui, quod Constitutio non dicit, nos temerè dicere velimus. *contra tex. in l. diffidentis.5.C.de repud.can.consuluisti 18.§.& quod sanctorum 2.quæst.5.cap.2.ne Sede vacant.tex. in l.si seruum 70.§.prætor ait* ibi: *non dixit prætor ff. de acquir. hæredit. l. item apud Labeonem 15. §. ait prætor vers.hoc edictum ff.de iniur.Nauar.cons.6. num. 11. lib. 3. de donat.* dicens: *Nullo iure id cautum est,& ita non dicendum.Cardinal.Tuschus tom.2. littera D conclus. 517. num.30. 31. & 32 Sanchez de matrimonio tom. 1. lib. 6. disput.36 sub num.2. Barbos.assiom.136.n.7.*

16 Quinimò,neque profectò sub spolio comprehenderentur, quàmuis quæsita ab eis fuissent dùm extrà claustra morabantur, si antè supremi diei euentum intrà claustra se recepissent, naturæquè debitum intrà ipsa septa soluissent Monasterij, vt aduertit notanter ad rem nostram *Flauius Cherubin. in compend. bullar.schol.1.tom.2.fol.mihi 93 impressione Romana* sequentibus loquens: *Quid si aliquis Monachus vagauit extrà claustra, & postea redijt ad Monasterium, ibiq. decedit: habebit fortassè locum hæc Bulla?*

Respondeo: Non. Quia loquitur de vagantibus, & morantibus extrà claustra, vt colligitur ex illis verbis. §. 3. si decesserint sine facultate testandi. Hæc enim facultas non potest considerari in Monacho. auth.ingressi C.*de sacrosanct.Eccles. vbi omnes,*& tradit *Lap.allegat.129.num.18.& colligitur etiam ex verbis Cōstitutionis. Extrà claustra degentium* & paulò intrà *Post eorum obitum; siquidem verbum* (eorum) *est repetitiuum præcedentium,cum omnibus suis qualitatibus.Bart.in l.si quis seruū 8.§.fin.ff.de legat.2.n.5. & in l.1.ff.de receptator necnon Paris.cons.18.lib.2 n.32.* Hæc Flauius.

Nec refragatur, quod initio assumebatur per Fiscum, de verbis generalibus, vt omnia comprehendant.

17 Exaudiuntur porrò secundū naturā rei, atq; subiectā materiā, de qua in Cōstitutione disceptatio erat; vt cōprehendant propterea bona omnia, quocūq; quæsita modo; dùm tamen regulares ipsi extrà claustra morātur, atq; extrà decedūt claustra Monasterij, vel domorū, locorumq; eorū. *Seraph. de iuram.de priuil.21.sub n.13.vers.& illa verba licet sint præcisa. ad tex.in l.si ex pluribus 89.in princ. ff.de solutionib.* Card. *Tusc.to.vlt.litt.V. concl.122.n.44.Surd.cōs.431. n.12.et 54 et 55.vol.3.Barbos.d.assiom.222.n.38.*

Nec ad rem pertinet, quod obijcit denuò fiscus per verba constitutionis.*d.§.3.* ibi: *acquisita, & in posterum acquirenda*; vt comprehendantur propterea, tàm acquisita antè, quàm extrà claustra degerent, quàm post quæsita.

18 Neque enim difficilis responsio est, si verba aduertantur Constitutionis. *Nos* (inquit ibi

Grego-

,, Gregorius.d.§.3.) *omnem circa prædicta dubitā-*
,, *di occasionem dimouere; simulq. æquitate, & iu-*
,, *stitia suadentibus, eiusdem Cameræ indemnitati cō-*
,, *sulere volentes, præsentium authoritate declara-*
,, *mus; res & bona quæcunq. per dictos regulares*
,, *extrà claustra Ecclesiarū, Monasteriorum, domorū,*
,, *& quorumcunq. regulariū locorum degentes, quo-*
,, *cunq. iure, & actione, siue ex causa testati, siue in-*
,, *testati acquisita, & in posterum acquirenda, vel*
,, *ad eos delata.*

Comprehendit igitur omnia bona per regulares acquisita, ac in posterum acquirenda, siue ex causa testati, siue intestati, vel ad eos delata; Sed dùm extrà claustra degunt; non sanè antequàm extra illa degerent acquisita, vel ad eos delata. vt ostendunt verba illa: *Et bona quæcunq. per dictos regulares extrà claustra Ecclesiarum Monasteriorum, domorū, & quorumcūq. regularium locorum degentes.* Extrà claustra dicit, non planè dùm intra illa morātur. Vt quod Constitutio nō dicit; neque nos dicere opor-
19 teat; neque pœnalem constitutionem in casibus non expressis extendere *Rota dec.47.n.9. par.1.diuers.Cæsar Bartius dec 435.num.5.ad regul.odia 15. de regul. iur. in 6. Rota in Gradicen. Canonicatus. coram Comitulo 1587.dec.51.nu.3. post 1.vol.cons.Farinac. Gloss.in add.in §. ex maleficijs.§.item mista est actio. verbo in iudicium, in fin.inst.de action.* quam sequitur *Bald.in cap.1.§. porrò nu.7.in fin.quæ sit prima causa benefic.amittendi in vsibus feudorum.*

Et ita ex his censuræ subiectis, respondendum censui:

CAROLVS MARANTA V.I.D. Aduocatus.

Relato negotio in Congregatione coram Illustrissimo Nuntio Nicholao Herrera, per circumspectum virum D. Alfonsum Cappelleeum Auditorem, perpensis responsionibus ad motiua Fisci, me patrono causæ, placuit dicto Illustrissimo compositionem moderari. Quæ adnotaueram in medium proinde afferre haud veritus sum, vt è re tua quandoque essent, vt esse poterunt (Amicè Lector) cùm vicissitudo rerum euenerit.

SVMMARIVM.

1 *Pœnam pecuniariam, tùm Fisco, tùm parti, tàm iure ciuili, quàm municipali debitam, potest Princeps sua voluntate delinquenti condonare. & num.6.*
Quemadmodum, et ille supremus Iudex, cui Princeps dedit, vt id omne, quod ipse potest, possit. num.2.
3 *Quilibet, quod suum est sua voluntate moderari, & elargiri potest.*
4 *Fiscus in criminalibus antè sententiam, & condēnationem ius nullum sortitur in delinquentis bonis.*
5 *Fiscus in pœnis lucratiuam obtinet causam, vnde nullum pati damnum dicitur, illius relaxatione.*
7 *Pœnam corporalem potest liberè Princeps delinquenti relaxare, etiam in partis, ac reipublicæ præiudicium.*
Quod exaudi, quòad præiudicium, & interesse vindictæ, vt criminaliter scilicet non agatur.
Etiam sine causa. n.8.
Id autem est propter plenitudinem potestatis, quā obtinet. n.9.
Non tamen debet princeps sine causa pœnam remittere corporalem, præsertim homini nequam, & ex proposito delinquenti. n.11.
10 *Pœna omnis in Principe arbitraria est. & n.35.*
12 *Maleficia impunita nō dimittere publicè interest, atq. rempublicam malis, corruptisq. purgari hominibus.*
Alioquin peccat Princeps, si ex facilitate venia, delinquendi sequatur occasio, n.13.
14 *Princeps est solutus legibus.*
Quòad vim sanè coactiuam, & quæ eum dignum pœna aliqua faciat, vel actum eius infirmet, non quòad vim directiuam legis. n.15.
Vnde contrà faciens peccabit. n.16.
17 *Princeps tenetur suas seruare leges quantùm ad hoc, vt dicatur malè facere, & peccare.*
18 *Pars omnis suo toto nō congruēs, turpis æstimatur.*
19 *Princeps caput est Reipublicæ.*
Vnde suo toto corpori, ne sit monstrum, congrue debet.
20 *Princeps non est solutus à dictamine rationis.*
Vnde suas leges in commune bonum rogatas, firmas habere debet.
21 *Lex à Deo procedit, & est, veluti à numine Deorū tracta ratio.*
22 *Iniustitia omnis rei notabilis mortalis est.*
Iniustitia, quæ in nocumento consistit alterius, charitati repugnat. ibid.
23 *Principi, quod placuit, legis habet vim. expēditur.*
24 *Poenam criminis, quæ in satisfactionem Reipublicæ à legibus instituta est, potest Princeps delinquenti relaxare. Modò tamen nullum ex hoc Reipublicæ damnum insurgat.*
25 *Poenam parti debitam ob damnum illatum, non potest Princeps delinquenti relaxare, absq. eiusdem remissione. & contrà faciens peccabit, & ad restitutionem tenebitur, & n.28.*
26 *Princeps statuere haud potest in damnum priuati, in his, quæ iuris sunt naturalis.*
Neque auferre alicui rem suam sine causa.
Quia licet iurisdictionem habeat in toto Regno; Nō tamen dominium obtinet rerum priuatorum, subiectorum sibi. n.27.
29 *Remissione simpliciter per Principem delinquenti facta; exauditur quòad poenam, non verò quòad damnum læso illatum.*
30 *Princeps ius tertij auferre in dubio haud censetur, neque ei præiudicium inferre.*
31 *Posse haud princeps dicitur, quod cū peccato potest, absoluta vtendo potestate; alioquin peccat.*
32 *Princeps poenam lege, vel statu debitam, potest sua voluntate minorem reddere, vel in aliam commutare, etiam post sententiam.*
33 *Iudex potest poenam delicto taxatam, minorem ex causa reddere antè sententiam.*

Mi-

Minores quidã Iudices ex causa delicto coherẽte.
Maiores verò etiã ex causa extrinseca.
34 *Iudex elementior esse debet lege, quatenus id fert ratio iustitiæ, & legis ipsius.*
Multòq; magis id potest Princeps. n.35.
36 *Iudex potest pœnam augere, vbi multis grassantibus, exemplo opus est.*
37 *Poena vnius multorum esse metus debet.*
38 *Princeps facilior esse debet ad misericordiam, & clementiam, quàm ad vindictam.*
39 *Principem esse mitem decet, atque moderatum in nocumentis inferendis.*
40 *Reges in brachio inunguntur in typum pietatis, & mansuetudinis.*
41 *Iudex in arbitrarijs minorem sequi pœnam debet, præsertim in casu dubio.*
42 *Princeps cœleste arbitrium in terris habere dicitur.*
Probatur sententijs poetarum, & patrum.
43 *Causa, quibus Princeps ad poenam condonandã moueri potest, enumerantur,*
Ac prima ex Principis petitur persona; si humanitate, atque clementia ducatur.
44 *Principem super omnia decet clementia, & humanitas, qui mundi Deus constituitur.*
Et cœlestem Regem Deum imitari oportet.
45 *Deus Pater miser icordiarum, & Deus totius consolationis à Paulo dicitur.*
Et miseretur peccatorum.
46 *Regẽ frugi hominẽ dici non sat est, ex Cicerone.*
Nihilq; est, quòd magis eum comendet hominibus, quàm clementia. & n.56.
47 *Misericordiam propter, melius est rationem reddere Deo, quàm propter crudelitatem, ex Diuo Ioan. Chrysostom.*
48 *Misericordia super exaltat iudicium.*
49 *Misericordiam facere renuens, Christum negare videtur.*
50 *Misericordia exeedit holocausta omnia, & sacrificia.*
51 *Misericordes maximè sunt prudẽtes, & senes.*
52 *Misericordia quomodo inter virtutes morales annumeretur,*
Et quomodo maxima virtutum dicatur.
53 *Miserendum est eius, qui cum lacbrymis veniã petit.*
54 *Princeps Dei, locum tenet in terris. quia omnis potestas à Deo est.*
55 *Humilitas importuna, est causa miserandi delinquentis.*
Iudex potiùs sequi debet misericordiã, quàm rigorem.
56 *Iudex minister dicitur iustitia.*
57 *Fragilitate, qui deliquit, magis quàm animi vitio, misericordia dignus æstimatur.*
58 *Ciuitates refugiorum constitutæ erant à Deo in priori testamento.*
59 *Bonus zelus in delinquente minuit delictum.*
60 *Consanguineo eredendum videtur.*
61 *Vxor non nisi magna ex causa à viro discedere æstimatur.*
63 *Errans, & imprudens, non dolosus, mitiùs poena feritur.*
64 *Credulitate falsa ductus delinquens, mitiùs punitur.*
65 *Dolus vbi non intercedit in delicto, pœna ordinaria non habet locum sed minor, ac mitior.*
Neque delinquens tunc corporali pœna feritur num.67.
Multòq; minùs si leuis, vel leuissima fuerit culpa. n.68.
66 *Culpa lata dolo æquatur.*
69 *Pœna, vbi ex aliqua causa minor redditur, illa corporis afflictiua esse non debet.*
Neq. relegationem per quinquennium excedet nu.70.
71 *Aetas minor sufficiens est causa ad pœnam delicto debitam, minorem reddendam.*
72 *Abortionis poculũ præbẽs, mortis pœna feritur.*
73 *Conciliatio tex. in l. si quis aliquid 38. §. qui abortionis ff. de pœn. & tex. in l.3. § adiectio. ff. ad leg. Corn. de sicar.*
74 *Poculum amatorium præbens, licet mors inde sequatur, qua poena feriatur.*
Iudicium fertur apud Areopagos Iudices de muliere, quæ poculũ viro dederat amatoriũ.
75 *Summum supplicium, an de ciuili, vel verò naturali morte exaudiatur, expenditur. et n.67.*
76 *Dubijs in rebus reo magis fauendum est, quàm actori.*
77 *Regni Constitutio Amatoria pocula expẽditur.*
Malus animus, & dolus semper præsumitur in eo, qui maleficia exercet. ibid.
78 *Nobilitas, atque personæ dignitas sufficiens causa æstimatur ad poenam minorandam in delictis. & n.79.*
80 *Reipublicæ interest eam honestis, nobilibusque repleri hominibus.*
79 *Scandali vitandi causa, sufficiens æstimatur ad poenam minorandam.*
81 *Lex, quæ scandala prohibet est diuina, & naturaralis.*
82 *Scandali vitandi causa plura permittuntur, quæ minimè aliàs permitterentur.*
83 *Mandatis parere Sũmi Pontificis differre possumus, si ea absque scandalo exequi non valeamus, donec eum certiorem fecerimus.*
84 *Scandalum per quem venit væ est ei; quæ damnationem æternam importat.*
85 *Liberorum educatio causa sufficiens æstimatur, quæ principem moueat ad poenam, vel condonandam. vel minorandam.*
86 *Muliere cũm, mitius semper agitur ad poenam, quàm cum viro, ob sexus fragilitatem.*
87 *Mulieribus in multis derogatur.*
Vt neque testis in testamento,
Neque arbiter eligi, neque in eam compromitti possit, & sub viri potestate est.
88 *Princeps Philibertus Emanuel celebratur.*
89 *Persona dignitas, quæ pro delinquente intercedit plurimum valet ad minorandam poenã.*
90 *Iudex mitius agere potest cum amico ad poenã delicto debitam arbitrandam.*
91 *Poena mitior imponitur, vbi vel peccãs, vel progenitores eius pro republica laborauerunt.*
92 *Magnos magna decent.*

93 *Poenam vltra facinus delinquenti infligens peccat contra iustitiam.*

94 *Collaterale Consilium Neapolitanum consueuit pœnas commutare, & minorare.*

95 *Consuetudo plurimum valet ad minorandam pœnam.*

96 *Mulier vterum gerens quæstioni subijci haud potest, & supposita si confiteatur, eius confessio nulla est. etiam post partum per quadraginta dies. num. 97. vel si paruo tempore ante, decem scilicet, vel viginti uses semen suscepisset, numer. 98.*

99 *Transactio locum habet, vbi dubius est litis euentus.*

100 *Carcer teter, & longus proficit ad minorandam pœnam.*

101 Carceris *ephiteta*.

102 *Locus Ioannis* 8. 11. *Vade, & iam amplius noli peccare, ex Augustino illustratur.*

103 *Pœna reclusionis in Monasterio ad agendam commissi facinoris pœnitentiam, non minimi æstimatur.*

104 Carceris *perpetui pœna, capitalis habetur.*

105 *Delicta impunita ne abeant Reipublicæ interest. declara tamen de interesse primario, non secundario, num.* 106. *& modò puniatur crimen; verum an hac, vel alia pœna, non permagni interest. n.* 107.

108 *Factum narratur infandum facinus à quadam puella mulieris cuiusdam pedissequa.*

109 *Alborum Societas ad pati nter mortem subeundam damnatos cohortans laudatur.*

110 *Aristotelis responsio eum increpanti, quod homini malo eleemosinam dedisset.*

111 Decet *timeri Cæsarem, at plus diligi Seneca dictum in Traged.*

Princeps Dei simulacbrum est. ibid.

112 *D. Paulus Palumbus Episcopus Cassanen laudatur.*

ARGVMENTVM.

Pete ex principio.

RESPONSIO XLIII.

POSSIT ne Princeps tuta conscientia, & absque piaculi scrupulo gratiam facere delinquenti, siuè poenam delicto debitam condonare, vel eam minorem sua voluntate reddere? vbi causæ enumerantur, ex quibus iurè Princeps moueri possit, & expenditur Constitutio Regni; Amatoria pocula.

Principio itaque quæstionem omnem in duo secabo capita, ac primò, nùm possit Princeps pœnam omnem delinquenti relaxare?

Secundò, nùm quacunque causa pœnam iure, vel statuto debitam possit Princeps minorem sua voluntate reddere?

Ad primum tria quæram, breuiterq; definiam.

Primum, quid quoad pœnam pecuniariam, tùm Fisco, tù parti, tam iure ciuili, quàm municipali ipsius Principis, vel prædecessorum eius applicandam?

1 Et in hoc liberè posse Principem pœnam hanc condonare ex Doctoribus dico. *ex text. in l. rescripta. 7. vbi gloss. verb crimen. C. de prec. Imper. offerend. l. 1. §. fin ff. de* Const. *Princ. glos. fin. in l. venia. 2. in fin. C. de in ius vocand.* sicuti etiam supremus ille Iudex, cui ipsemet Princeps dedit, vt illud idem, quod ipsemet, possit. *Andr Isern. in tit. quæ sint Regalia in vsib. feud. verb. bona committent. crimen. nu. 73. vbi etiam Afflict. nu. 122. Gramat. cons. 34. nu. 2. Bossius in tit. de remed. ex sola clem. Princip. n. 23. Iul. Clar. recept sentent. lib 5. §. fin. q 59. nu. 1. & 2. & ibid. Baiard. nu 6. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q 96. nu. 5. & 9. Bertazol. cons. 163. vol. 1. in addit. ad n. 7. & 8. Carol. Tapia Marchio Belmontis, & Regiam Cancell. regens in l fin. ff. de* Const. *Princ. part. 1. cap. 3. nu. 2. 3. & seq. S. Thom. 2. 2. q. 76. art. 4. in corpor.*

3 Tùm, quòd quilibet, quod suum est moderari, atque elargiri sua libera voluntate potest. *l. in re mandata. 21. C. mandati. l. in traditionibus 49. ff. de pact. l. dudū 14. C de cōtrahen. empt. l. non vsque adeò. 2. ff. si à parente quis manumiss. fuer.*
,, *Quia iniquum est* (Caius ibi loquitur Iureconsultus) *ingenuis hominibus non esse liberam re-*
,, *rum suarum alienationem. Molina de iust. & iur. tom. 4. tract. 3. disput. 1. in 1. conclus. Cardin. Tusc. tom. 6. litt R. conclus. 112. Barbos. assiomat. 199. n 1. & seq.*

4 Tùm, quod Fiscus in criminalibus ante sententiam, & condemnationem ius nullum in bonis obtinet delinquentis. *l. si qua pœna. 244. ff. de verbor. signific. Bart. in l. fin. nu. 3. ff. de iniu. & in l. in fraudem. 35. ff. de iure Fisci & in l. vn.* C. *de pœn. fiscal. lib. 10. l. vnic* C. *ad l. Iul. Maiest. cap. 1. de homicid. in 6 cap. fœlicis. 5. de pœn in 6. cap. cum secundum. 19. de hæretic. eod lib. gl. fin. in canon fraternitas tua. 12. q. 2. ab omnibus recepta. S. Thom. 2. 2. q. 62. artic. 3. Nauar. cons. 27. lib. 5. de sent. excom. & cons. 4. de iniur. & damn. dato. & cons. 92. nu 3. lib. 5. de simon. & in man. cap. 17. num 30. & cap. 23. n. 66. & cap 25. n. 118. Bertazol. d. cons. 163. n. 3. Peregrin. de iure Fisci. lib. 6. tit. 6. nu. 12. & lib. 4. tit. 8. nu. 29. in fin. vers. vtrum autem.* Gratian. *forens. part. 1. cap. 132. nu. 14. Angel. Steph. Garron. ad* Constit. *Mediol.*

lib.4.tit.7. art.36. nu.62. de priuil.Fisc. & diximus nos 1.part.respons.nostr. nu.95.
5 Cæterùm Fiscus in pœnis lucratiuam obtinet causam. Quamobrem nullum remissionem
earum pati damnum æstimatur. Bartol.in l.nec
damnosa 3.in 2.opposit. C.de precib.Imper.offer.
Ioan.de Platea in l.vnic. col.2.in princip.versic.
item nota hic. C. pœn. fiscal. creditor. præferri.
lib.10.Paris.cons.1.num.21.& 22.lib.4.Natta
consil.500.numer.9. lib.3. Garron.dict. artic.36.
num.23.
6 Quod idem, quoad pœnam parti applicandam dicendum, est per supra relatos omnes
Doctores.
7 Secundum verò est, quod quæritur ; Quid
quoad pœnam corporalem minùm ne remittere,
ac relaxare illam liberè Princeps possit? & planè affirmant Doctores, etiam in præiudicium
partis, & Reipublicæ ; Quo quidem ad præiudicium, & interesse vindictæ ; vt videlicet criminaliter aduersus inquisitum de crimine minimè agatur.text.in l.1 in fin.ff.de Const.Princ.
l.quoties.2.dict.l.rescripta.7. C.de precib Imper.
8 offerend.l.fin.in fin.C.ne sanctum baptis. etiam
sine causa l.2.C de crim.sacril. & hoc sanè pro-
9 pter eam, quam obtinet plenitudinem potestatis.S.Thom dict.q.67.art.4.et vlt.in corp.Afflic.
vbi supra nu.155.Nec enim perpenditur sæuientis animi interesse aduersus Principis potestatem.iuxtà verba text.in l.si venditor.6.in fin ff.
de seruis exportand Isern.in dict.tit.quæ sint Regalia.nu.74 Bossius dict.tit.de sola clem.Princip.
n.23.Cardin.Tusc tom.6.lit.P.conclus.669. Et
præterea, quia pœna omnis in Principe arbitraria est.Gramat.decis.36. num.8.& 12. Peregrin.
alios referens de iure fisc. lib.4 tit.8. nu.15. Farinac.in praxi crim.q.17.nu.60.Tappia d cap.3.
n.3.5.& 6.Verùm hoc sine causa passim Prin-
11 cipem non decere concludunt omnes, in foro
poli præsertim, & vbi is, cui remittitur, nequã
esset, & qui ex proposito delinquere consue-
12 uisset.Cùm, quòd contra publicam vtilitatem
faceret: cùm publicè intersit maleficia impunita non dimitti; & Rempublicam malis, corruptisque purgari hominibus omninò oporteat.
l.si à reo.71.§.id quod ff.de fideiuss. l.Stichum
aut Pamphilum.96.§. tametsi,ff. de solut. l.ita
vulneratus.52.§.fin.ff.ad l.Aquiliam. Cæterò,
13 quin mortali se Princeps macula inficiet, si ex
facilitate veniæ, delinquendi sequatur occasio.
ad text.in cap.vt clericorum.13.§.ne verò.de vita,& honest. clericor. Extrauag.vlt.in princ.de
pœnit.& remiss.inter communes. Caietan. in
sum.verb.Iudicum peccata Nauarr.man.c.25.n.
5.& 14 Menoch.dict.q.96.nu.7 Tusc.d.conclus.
669.nu.14.Pater Suar.de legib.lib.5. cap 11.n.8.
9.& 10. Molina de iustit. tom 4.tract.3 disp.48.
nu.8.Farinac.d.q.17.nu.71.Victorell.in addit.ad
Nauarr.d.cap.25. in princ. vers Rex Rempublicam amare Emanuel Sà.verb.Princeps. n.1.et 3.
S.Thom.dict.q 67.art.4.S.Antonin.3.part.sum.
tit.29.c.1.§.7.circa fin.vers.itẽ secundũ. Guliel.
Anton.Fernandez. in examin.Theolog. moral.
part.4.cap.16 lit.R.§.1. nu.4. Pater Ioann.de
la Cruz in director. conscient. in 8. precept.q.3.
artic.1.dub.5.nu.12.conclus.1.& 2.idem Nauar.
in rubr. de iudic. notab. 24. numer.99. & 100.
14 Tùm, quod licet solutus sit Princeps legibus.
l.Princeps 30.ff. de legib. cap.proposuit.4. §.licet
15 autem. de concess. præbend. Exauditur id planè
quoad vim coactiuam, quæ eum faciat humana pœna dignum, aut quæ actum eius infirmet;
minimè autem quoad vim directiuam legis ipsius; Quoniam est ipse quoque animal rationale mortale, sicuti & cæteri hominum, vt debeat
proinde se, sibiq; subiectos cum ratione, & causa regere, omniaq; disponere, atq; dirigere. ad
text.in l.digna vox, 14.vbi optimè Cyn. cæteriq;
Scribent. C.de legib Andr. Isern. de capitan. qui
cur.vendidit. nu.29. Tiraquel. de retract.lignager.§.1.gloss 13 in fin n.39.
16 Alioquin tenebitur quoad Deum, vt pœna
dignus euadat, & peccet, actusq; illius minus
recti reddantur, si contrà id. quod in commune statuit bonum alijs, ipse quicquam graue
gesserit.cap cum omnis 6.§. fin.de constit. canon.
iustum dist.9.canon.confidimus.1.vbi glos.vnic.
in fin.25.quæst.1.S.Thom.1.2. quæst.96. artic.5.
ad 3.
17 Tenetur nempè Princeps suas seruare leges,
quantùm ad hoc, vt dicatur malè facere, &
peccare.illas si soluat. vt Caiet.inquit d.art.5.
ad 3.Quia profectò turpis est omnis pars Vniuerso suo non congruens, vt August. loquitur
lib.2.confess. relatus canon. quæ contra mores.3.
dist.8.text.in cap.fin. de spons.duor. Nauar.de
spol.cleric §.2 nu.3. & §.3.nu.8.Ioann.Azor.instit moral.part.1.lib.5.cap.11.q.1. Couar.in cap.
alma mater.de sentent.excom.in 6.part.1.§.1.n.
3.in fin.& nu.4.Suar.de legib.lib.3.cap.35.nu.3.
& 8.cum seq.Sanch.in opere moral.tom.2.libr.6.
cap.6.n.19.Ioan de la Cruz in director.conscien.
de legib.part.1 dub.6 n.12.in 2.conclus.Bonacin.
alios referens tom.2 de legib. in genere disput.1.
q.1.punct 6 nu.14.15.19 20.22.& seq.Reginald.
in praxi fori pœnit.tom.1.lib.13.nu.168. Anton.
Diana resolut.moral.part 1. tract. 10 de legib.
resolut.10.in 1.sentent. Nauar.d. rubr. de iudic.
19 nu.100. Princeps verò caput est Reipublicæ,
vnde suo toto corpori, nè monstrum sit, congruere debet.Sot de iustit. & iur.lib.1,q.6 art
7.vers.conclusio est aperta,ad fin.vsq.
20 Neque profectò Princeps à dictamine ita
solutus est rationis, quin suas leges, ratione
aliàs in commune bonum rogatas, atq. sancitas, firmas habere debeat, easque quoad se
quoque iustas æstimare, vt pro alijs iudicauit.
21 Et quid ni? Cùm lex à Deo procedat, & sit veluti à numine Deorum tracta ratio. vt Cicero
in 1.Philipp.loquitur. & est text.in l.fin.§.quid
enim prodest.ibi.& diuino quodam motu.C.de
præscript.longi tempor.gloss in d l. digna vox +
verb.principatum. C.de legib. Menoch.cons.27.
nu.23.& cons.158.num.24.lib.1 Surd.cons.281.
nu.

*nu.*15.*lib.*2.*Peguera Senatus Catalun.decis.*191. *nu.*10.*Carol.Tappia d.tract.de Constit.Princip. in l.fin ff.p.*1.*cap.*1.*n.*37.38.& 39.*Reginald.dict. lib.*13.*nu.*168.*Bonac. vbi sup. Reg. Seipio Rouit. decis.*69.*n.*16.17.& 18.*Azor.d.cap.*11.*q* 1.vt dixerit.nec abrè *Pittac.Noli imperare,antequam subditus esse dicas.*

22 Tũ prætereà quòd omnis iniustitia rei notabilis,mortalis est. Quia profectò iniustitia in nocumento consistit alterius, quod charitati repugnat,vt *S.Thom.* inquit 2.2.*q.*59.*art.*4.*Nauarr.man.d.cap.*25.*n.*5.*in fin.* & *de orat.* & *hor. canonic.cap.*22 *miscell.*43.*n.*77.*vers.nam vt pec-*
23 *catum.*Illud proinde Iuris axioma:Quod Principi placuit,legis habet vigorem.*§.sed & quod Principi.institut.de.iur.natur.gent.* & *ciuil.*& *l. quod Principi.*1.*ff.de Constit.Princ.* Exauditur si placet ei, vt bono viro, atq. vt bono Principi. secundum *Andr.de Isern.de capit.qui cur vendi. n.*29.*ad text.in l. Thais.*41. *§. sorore sua.ff.de fideicom.libertat.l Labeo.*21 *ff.de statu lib.Tusc. d.conclus.*669.*n.*15.*Barbos. de appellatiua verbo. iur.signific appellat.*129.*n.*1. *idem* Cardin. *Tusc. tom.*5.*litt.L conclus.*252.*n.*20.21.& 22.

24 Procedit itaque conclusio: Posse Principem tutò,absq; animæ inficiendæ scrupulo; pœnam criminis, quæ in satisfactionem Reipublicæ à legibus instituta est,delinquenti relaxare. Vbi videlicet nullum ex hoc Reipublicæ damnum sequetur, nullaq; parti læsæ offensio imminens fuerit.*argum. text.in l.ad bestias.* 31. *ff de pœn. S.Thom.d.q.*68.*art.*4. *Maior.in* 4. *dist.*14. *q.*19. *Sot.de iustit.lib.*5.*q.*4.*artic.*4.Nauar.*man.d.c.*25. *n* 14.& *in rubr.de iudic d notab.*24. *n.*99.Couar. *variar.resolut.lib.*1.*cap.*20.*n.*8. *Molina de iusti.* & *iur.lib.*4.*d.disput.*48.*n* 3. & 8.*Suar.de legib. dict.cap.*35.*n.*8. & *dict.lib.*5.*cap.*11. *num.*9.*in fin.*

Tertium denique est. Nùm possit Princeps pœnam omnem delinquenti remittere, etiam quæ parti læsæ debetur pro suo interesse,damno,& iniurijs, tàm naturali, quàm communi gentium iure debitam?

25 Et in hoc communis est sententia; haud posse Principem pœnam parti debitam, ipsa primitùs non concordata,relaxare *tex est in l.fal-*
„ *laciter.*3.*ibi.Nisi fortè ille,qui hoc passus est,suũ*
„ *consensum ad petendam abolitionem accomodauerit.C.de abolit.* Modò tamen, nè aliter fiat, Reipublicæ non intersit.Quod si id sine causa fecerit Princeps; nedùm profectò mortali se macula inquinabit contra iustitiam faciens; verùm & ad restitutionem ex suo, parti læsæ tenebitur,tùm damni, tùm etiam interesse resarciendi,*tex.in l.venia.*2 *vbi glos.de in ius voc. Felin.in cap.qua in Ecclesiarum* 7. *num.*26. *de Constitut.S.Thom.d.q.*67 *art.*8. *Molin de iustit. d disput.*48.*num* 8. *vers.si talem habet accusatorem. Farinac.in praxi crimin. q.*6. *num.*18. 19. 20.& *seq.Peregr.de iure Fisci lib.*4.*tit.*8. *nu.*17. *vers.sed vtrum Princeps,Nauar.d.rubr.de iudic. notab.*24.*nu.*99. 100. 101.& *seq. ad fin. Tuscus tom.*6.*d.conclus.*669.*n.*5.& *seq.* Carol.*Tappia d.cap* 3 *de constitut. Princip. num.*3. 5. 6.& *seq Anton. Fernand.d.cap.*16.*§.*1.*num* 6.*Bertazzol. d.consil.*163.*num.*7. *vbi Claud. filius in addition. in fin.Idem Regens Carol.Tappia decis.Supremi Italiæ Senatus* 20 *nu.*7.& 9 *Garon. de iure fisci ad Statut.Medilan.lib* 4. *tit.*5. *art.* 19 *num.*16. & 17. *Suar. d. lib. de legib. cap.* 11. *num.* 8. 9. & 10.

26 Tùm,quòd Princeps non potest statuere in damnum priuati,in his, quæ iuris sunt naturalis,& auferre alicui rem suam sine causa,*tex.in d.clem.pastoralis,*2.*§.cæterum.*

27 Licet enim ipse Iurisdictionem obtineat in toto suo Regno, & dominatu, *l. deprecatio* 9, *ff ad leg.Rhodiam,de iactu.can.cuncta per mundum*, 9.*q.*3. Non habet tamen dominium rerum priuatarum suorum vassallorum, *Gloss. in l. benè a Zenone* 3. *vbi Ioann.Faber. verbo, omnia Principis,num.*3. C.*de quadrien.præscrip. Felin.d.cap.quæ in Ecclesiarum, num.* 27. *Isern. quæ sint Regalia in vsibus feud. verb.bona committent.crimen.num.*74.& *ibid. Afflict. nu.*127. *cum seq.Sot.de iustit.*& *iur.lib* 4 *q.*4.*art.*1.*col.*5 *vers.* & *quidem quantum ad primum Scaccia de sent.*& *re iudic.cap.*1.*gloss* 1.*q* 1.*n.*157.*Tappia d.dec.*20 *nu.*5.12. & 19.& *de Constit.Princ.c.*1. *nu.*49.50.& *seq Borrell.in sum.omn.dec.tom.*1. *tit.*12.*n.*18.19.& *seq.*

28 Tùm quòd esset id,nedùm contra charitatẽ; verùm & contra iustitiam,cùm distributiuam, quæ in distributione pœnarum, & præmiorũ consistit,tùm commutatiuam, quæ in reddendo cuiq; quod suum est vertitur, vnde & peccabit,& ad restitutionem tenebitur. *S.Thomas d.q.*67.*art.vlt.et q.*68. *etiã art.vlt.ad* 2.*in fi.et q.* 63.*art.*4. *Molina d disput.*48.*n.*3. *Suar.vbi sup. d.cap.*11.*n.*10. *Nauar.de orat.* & *hor canonic.d. cap.*22.*miscell* 43.*n.*76.& 77. *Isern.de capit.qui cur.vendidit.n.*29.*Bossius de remed.ex sola clem. Princ.n.*23.*cum seq. Gramat.cons.*34. *n.*1.& 15. & *voto* 35.*in fin.Menoch.d.q.*68.*n.*2.& 3 *Clar. d q.*59.*n.*38.& *seq.Thess dec.*21.*n* 3. *Bertazol.d. cons.*163.*n.*7.& 8. & *in Regno est ritus* 275.& *pragmat.* 4.*tit. de composit. Robert. Maranta proauus meus cons.*18.*Farinac.d.q* 6.*n* 12.18.19. *et* 20.*Reg de Ponte de potest.Proreg.tit.de prouis. fieri solit n.*33.& *seq.Reg.Rouit.d.pragmat.*4.& *pragm.*8.*num.*1.& *seq Borrell.in summ.omn decis.tom.*1.*tit.*12.*nu.*22.& 25.

29 Hinc est,quòd simpliciter per Principem remissione delinquenti facta; exaudietur vtiq; illa quòad pœnam, non verò quòad damnum parti læsæ datum. *Bart.in d.l.venia,*2. *in fine*, C *de in ius vocan.Gabriel lib.*3 *tit.de iure quæsito non tollend. conclus.*2. *in prima limit. num* 6. *Farinac.d.quæst.*6. *num.*20. *Tappia de constitut. Princip.d.c.*3.*n.*6.7.& *seq.*

30 Quoniam,haud in dubio censetur Princeps tollere ius tertij,eiq; præiudicium inferre, *l.* 2. *§.meritò,*& *§.si quis à Principe, ff ne quid in loco publico,cap.quamuis* 8. *de rescript.in* 6.*c.ex tuarum,*5.*de authorit.*& *vsu pallij extrà.Felin.* & *Dec.in cap.super eo,de offic.delegat. Bertazz.*

d.conſ.163.num.10.Ricc.par.2.collect.407. Marius Muta deciſ.Siciliæ,44 num.21.Tappia de Conſtit.Princip.d.cap.3.num 6.7.& ſeq & deciſ. 20.num.2 & ſeq. & num.9. Rouit.Reg.conſ.79. num.51.& ſeq. volum.1. Garron.d.art. 9.nu.1. & num.15.16.& 17.& ſeq. Borrell.in ſumma deciſ. d.tit. 12. num 15.& ſeq. Peregrin. de iure Fiſci lib.4.tit.8. num.16. & 17. Tuſcus d.tom. 6. littera P.concluſ.670.num.4.& ſeq.& dictum fuit in Sutrina Monaſterij 29. Aprilis 1598. coram Orano,deciſ.126.ſub num.2. poſt primum vol.conſil.Farinac.

31 Neque enim poſſe Princeps dicitur, quod cum peccato poteſt, abſoluta vtendo poteſtate ſine cauſa, alioquin ſe peccato inficiet apud Deum iuſtum iudicem, ac vindicem, *Capic.deciſ.196.num.52.& 53.ſequitur Borrell.d.tit.12. n.19.Tuſc.concl.669.n.5.*

32 Ad ſecundum verò principale dubium dico ex Doctoribus: Poſſe Principem pœnam omnem iure, vel ſtatuto, certo delicto præſcriptã, minorem ſua voluntate reddere, atq; aliam tàm antè, quàm poſt ſententiam imponere, & corporalem in pecuniariam commutare, *lege quotiens 2.C.de præcib.Imper offer.l.quinq.ſummates 57.C.de decur.lib.10.*

Nàm, ſi totam pœnam remittere poteſt, multò vtiq; magis eius partem, ex cauſa potiſſimum, *ad tex.in l.iuris gentium 7.§.adeò autem, ff. de pact. vbi ſequentibus argumentatur,*
„ *Vlpian.ſi igitur in totum poteſt* (inquiens) *cur*
„ *non & pars eius pactione mutari poteſt?& paulò*
„ *lò infra. Nam ſi poteſt tota res tolli cur non &*
„ *reformari?* hæc Vlpian. *& d l. ad beſtias, 31. vbi Dyn.ff.de pœnis, Affiict.d.tit.quæ ſint regal. verbo,Bona committentium crimen numer.158. Peregrin.de iure Fiſci d.lib.4.tit.8. n.15. 16. 17. & 18.*

33 Quemadmodum poteſt Iudex pœnam delicto taxatam iuſta ex cauſa minorem, antè tamen latam ſententiam, reddere *Clar. d.§. fin. quæſt. 85.verſ.vlterius quæro, num.10. vbi etiã Baiard.num 23.& ſeq. Farinac. quæſt.17.n.61. Tuſcus tom.6.litt.P.concluſ.255.per tot.* Minores quidem Magiſtratus ex cauſa delicto cohærente; Maiores verò ſiue cohærens delicto cauſa fuerit, ſiue extrinſeca eidem *Boſſius tit. de pœnis,num.10.Menoch.d.q.96.num.14. Farinac.d.quæſt.17 num 67. Tuſcus d. concluſ. 255. num.5.& ſeq.Suar.d.lib.5.cap 11.nu.45. & ſeq.*

34 Quòd profectò clementior eſſe debeat Iudex ipſa lege ſcripta, quatenus tamen fert ratio iuſtitiæ, & legis *ex Ariſto.5.ethicorum cap.5. l.reſpiciendum 11.& l.hodie 13. ff.de pœnis, Peregr. d.lib.4.tit 8.num.21.22.& ſeq.ad 26.Tuſc.d.concluſ.255.per tot.*

35 Multò id magis vtiq. Princeps poterit, qui plenitudine circundatus eſt poteſtatis, vt pœna omnis in eo arbitraria ſit, ſuoq; ab arbitrio pendeat, *Bald in l.cunctos populos, col.6. num.7. in fine,in vlt.oppoſit.C.de ſumm.Trinit.& Fide Catholic.Boſſ.de* Principe,*num.82.Gramat.voto 10.num.41.& deciſ.36.num.8.& 12.Bertazzol. conſ.321.num.8.volum.2.Tuſcus d.littera P. cõcluſ.217.218.& 219.& d.concluſ.255.Peregrin. d.tit.8 num.15.& 16.Tappia de Conſtitut.Princip. d cap.3.à num.1.cum ſeq. & num.3.4.& 6 S.Thom.d.q.67.art.4.Suar.d.lib.5. cap.11.nu.8. 9.& 10.*

36 Præterea, ſi pœnæ rectè, iurève ex cauſa augeri poſſunt per Iudicem, vbi multis graſſantibus malis exemplo opus eſt, *l.aut facta,16.§.fi.*
37 *ff.de pœn.* vt vnius pena multorum ſit metus, *l.1.C. ad leg. Iul. repetund. l. ſi quis aliquid 36. §.qui abortionis,ff.de pœn Andr.Iſern.de Capit. qui Curiam vendid.num.29. Gramm. d.deciſ.36. num..7.& 12.plenè Farinac d.q.17. nu.5.& ſeq. ad num.10.& num.61.62.& ſeq. Tuſc.d.concluſ. 255.*

Multò magis vtique poteſtatis in Principe erit, ad pœnam delicto debitam minuendam; iuſta id potiſſimum expoſcente cauſa, *Suar.d. cap.11.n.9.& 10.*

38 Porrò, quia facilior eſſe debet Princeps ad miſericordiam, & clementiam, quàm ad vindictam, *Canon.licet non nunquam 6. & canon. diſciplina,45.diſtinct.& canon.licet plerunq.4.ead. diſti.l.interpretatione,42.& d.l.reſpiciendum,11 ff.de pœn.l benignius 17.ff.de legib.& Senat.conſult.Suar.d.c.11.n.9.& 10.*

39 Decet namq. omninò Principem eſſe mitẽ, atq. in nocumentis inferendis moderatum, vt ſequitur *Peguer.dec.256.n.4.*

Vnde eſt memoranda illa quidem, & aureis exaranda litteris Magni Baſilij, dignaque ipſo
„ ſententia, *Examercn. hom. 8. Eſt quidem acu-*
„ *leus Apum Regi* (dicentis) *ſed non vtitur eo ad*
„ *vltionem.Leges quædam hæ ſunt naturæ, non*
ſcriptæ. Vt tardi ſint ad vindictam,qui ad maxi-
„ *mas potentias ſunt euecti.* hæc ille.

40 Hinc eſt, quod Reges in brachio oleo inunguntur, *cap.vn.§.vnde in veteri, de ſac.vnct.* in typũ vtiq. pietatis, & manſuetudinis. Sicuti de Ieſu Nazareno Domino Deo, ac Serua-
„ tore noſtro, *Actor.10.38.*dicitur, *Quem vnxit Deus Spiritu Sancto,& virtute,qui pertranſijt, benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo,* & ſequitur *Homobon. de human.vita ſtatib.par.2.cap.1.num.3.fol.mihi 382.* & adſtipulantur, nec in concinnè, quæ habet, *S.Gregor. lib.4.cap 5.in princip.Reg.cap.10.*ſuper illis ver-
„ bis: *Tulit autem Samuel lenticulam olei, &*
„ *effudit ſuper caput eius. Vngatur ergo*(inquiẽs)
„ *caput Regis, quia ſpiritali gratia m nt eſt repletenda*
„ *da Doctoris. Habeat in vnctione ſua oleum,*
„ *habeat miſericordiam abundantem.quæ ſibi vir-*
„ *tutibus alijs præferatur.* hæc ille.

41 Quòd ſi Iudicem in arbitrarijs, benigniorẽ, mitioremq., tùm quoq. minorem pœnam ſequi oportet. *Bald.in l quicunq; col. ante penult. verſ.ſciat etiam.C.de ſeruis fugi* quem ſequitur *Alex.conſ.5.in fin.vol.1.meus Maranta conſ.38. num.12.gloſſ.in canon.Deo ſancto,verbo,diſcorſ. 50.diſt.& can.ſana,verbo.pietate,9 diſt.gloſſ.in cap.de cauſis 4.§.1.verbo,certa, de offic.delegat. d.l.reſpiciendum 11. & d.l.hodie.13. ff.de pœnis.*

Cau-

Causa potissimum sufficienti id exigente, *Menoch.de arbitr.lib.1.q.85.n.4.* & casus sit dubius, suoq; ab arbitrio pendens. *S.Thom.d.q.67.art.4.ad 1.Suar.d.cap.11.nu.4 & seq.Tusc.d.conclus.*

42 255. Quantò id magis Principem decebit, qui cœleste arbitrium in terris habere dicitur, secundum *text. in l.1. in fin. C.de Sum.Trinit. & fide Cathol. argum. text.in can.dixit.32.q.4.* notat *Affl.d.tit.quæ sint regalia. verb.committētiū crimen.nu.133.* Quamob causam dixit perpulchrè *Poeta Naso de Ponto lib.2 eleg.9.*

Hoc tecum commune dijs, quod vtriq rogati,
Supplicibus vestris ferre soletis opem.

& 3.de Trist.lib.eleg.4.

Quò quisq;est maior, magis est placabilis iræ;
Et faciles motus mens generosa capit.

& dixit ad rem sanè optimè D. Gregor. Theologorum summus, & vnus Nanzianzen. *orat. 16. de pauper. amor.fol.mihi.272.impression Parisien.*
,, *Cura* (inquiens) *vt proximo tuo idcircò*
,, *præstantior sis, quia benignior. Fac calamitoso sis*
,, *Deus, Dei misericordiam imitando. Nihil enim*
,, *tam diuinum homo habet, quàm de alijs beneme-*
,, *reri: tametsi ille maiora, hic minora beneficia*
,, *conferat, vterq; nimirum pro suis viribus. Ille*
,, *hominem condidit, ac solutum rursum colligit; tu*
lapsum ne despicias, hæc ille.

Romæ quoq; hæc verba marmori inscripta aliquando lecta sunt: *Potentissima dos in Principe liberalitas, et clementia.* vt refert *Homobon. de statib.vitæ hum.d.part.2. cap.1.fol.mihi.383. Cassan.in catalog.glor.mund.part.5. consider.16. col.2.post med. vers.clementia etiam. & Procop. in Genes.cap.2.* de Rege loquens similitudinem refert sequentē. *Vt ignis est, vt vrat* (inquiens) *& lucem præbeat: Sic Regis est, vt benefaciat, & puniat.*

Cùm itaq; possit Princeps, vt iam ostendimus, tuta conscientia pœnam omnem delinquenti remittere, & condonare, illamue etiam, vt libuerit minorem reddere; tùm maximè si rationabilis subsit causa. Poterit vtiq; pientissimus hic noster Princeps nobili huic puellæ, quæ aduersæ partis remissione fouetur; nedùm pœnam delicto debitam commutare, vel minorem efficere; verùm & illam omninò, tuta conscientia relaxare eidem, & condonare.

Verùm enimuerò, vt magis, magisq; quod dicimus veritate niti ostendamus; Causas, quæ in hac re Principem mouere plurimum possūt, enumerare nec pigebit, quin è re magis nostra erit.

Ac primam, alijsq; ducem ex ipsiusmet Prin-
43 cipis persona petemus, si videlicet Princeps pietate, humanitate, atq; clementia ductus ad indulgendum delinquenti proclinet animum, quòd eum non assuetum aliàs, plurimum pænitere se de patrato videt crimine, fortuitòq; magis, quàm consultò admisisse facinus perspicit. *Afflict.quæ sint regalia.d.verb.bona commit. crimen.n.138.Suar.d.cap.11. lib.5.de legib.nu.9. Carol.Tappia d.cap.3. de constit.princ. n.1.2.& seq. Cassan.in catalog glor. mund.d.p.5.consid.6.*

44 Decet nempè Principem super omnia clementia, & humanitas, vt qui mundi Deus constituitur, vt notatur *in l. Imperialem. in fin.de probib.feud.alien.per Federic.* Eumq. cælestem Regem Deum Optimum Maximum imitari omninò oportet. iuxtà *text. in §. illud.in auth. Constitutio quæ de dignit.et §.arripiant.in auth. vt omnes obediant iudic.prouinc.l.fin.in fin C.de*
,, *donat.inter vir. & vxor. Cùm nihil tam peculiare*
,, *sit Imperialis Maiestatis* (Imperator ibi
,, loquitur) *quàm humanitas, per quam solam Dei*
,, *seruatur imitatio.* Et dixit nec abre *Menander.*

Principatum assecutus, sis hoc dignus.
Imago autem Rex est animata Dei.

45 Qui Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis à *Paulo 2.ad Corinth 1.* appellatur. Et diuitias bonitatis, & patientiæ, & lōganimitatis habere dicitur. *ad Roman.2.* atq. Deus misericordiarum prædicatur. *(ad Ephes.2.)* qua peccatorem diù ad pænitentiam expectat, vt conuertatur. Propterea expectat Dominus, (*Isaias.30 18.* loquitur) vt misreatur vestri. Et omnibus (Principib⁹ præsertim) intimat: *Esto-*
,, *te misericordes* (inquiens) *sicut Pater vester cœ-*
,, *lestis misericors est, qui Solem suum oriri facit*
,, *super bonos & malos, & pluit super iustos, & in-*
,, *iustos. Matth.5.45.*

Vnde retulit, nec extra rem Cicero *in orat.*
,, *pro leg.Manil. Frugi hominem dici, non multum*
,, *laudis habet in Rege. Fortem, iustum, seuerum,*
,, *grauem, magnanimum, largum, beneficum, libe-*
,, *ralem, & mansuetum: hæ sunt Regis laudes.* Antonius verò Pius: Nihil esse (dicebat) quod Imperatorem Romanum magis commendet gētibus, quàm clementia. Tullius autē *lib.1. de offic. Nil* (inquit) *laudabilius, nil magno, & præclaro viro dignius placabilitate, & clementia.* Euripides verò canebat.

,, *Odit Deus nimis vehementes impetus,*
,, *Odere ciues: Gratior est moderatio.*

& Claudianus *3.honor.* Principem ad pietatem exortans, inquit.

Sis pius in primis; nam cùm uincamur ab omni
Munere, sola Deos æquat clementia nobis:

Quamobcausam, D. Ioan. Chrysostomus *in 23.*
47 *cap. Matth. homil.43.* in opere imperfecto. relatus *can.alligant.12.26.q 7.* verè aureo protulit
,, ore, dicens: *Nonne melius est propter miseri-*
,, *cordiam rationem reddere, quàm propter crude-*
,, *litatem? vbi gloss.* 2. argumentatur inquiens, *quod iudex potius seruabit misericordiam, quàm*
48 *rigorem.* Quippè quòd super exaltat misericordia iudicium; vt iudicium sine misericordia futurum sit illi, qui non fecerit misericordiam. *Iacob.in sua can.epist cap.2.* vbi D. Dionysius Carthus. sequentibus loquitur. *Quemadmodum*
,, *enim, beati misericordes, quoniam ipsi misericor-*
,, *diam consequentur; sic infœlices sunt immiseri-*
,, *cordes, quoniam misericordiam non obtinebunt.*
,, *sed iustè, ac terribiliter damnabuntur. Quemad-*
,, *modum diues epulo, qui misereri noluit Lazaro.* & infra super allatis verbis: superexaltat autē
,, misericordia iudicium. *vel vt alij legunt* (in-

quiens) *iudicio.ideſt plus placet Deo charitatiua*
miſeratio, quàm iudicialis diſtrictio: niſi forte in
caſu propter bonum commune, & conſeruationẽ
iuſtitiæ oporteat diſtrictionem iudicij exercere;
quod tamen cum interna pietate, atq. charitate
agendum eſt. Hinc & iura ſunt pia, & ad miſe-
ricordiam magis prona magiſq. ſtant iuramento
accuſati, quàm accuſantis. Atq. in dubijs caſibus
ad miſericordiæ partem eſt declinandum. Hæc
Dionyſ.
49 Miſericordiam proinde facere renuens, iure
Chriſtum, qui miſericordia eſt, & veritas, ne-
gare videtur. *vt gloſ.* ait *notabilis. in elem. 1. in*
vlt. notab de pœnit. & remiſſ. text. in can. omnis.
50 *7.q.1.* Excedit enim miſericordia holocauſta
omnia, & ſacrificia. *can. ponderet vnuſquiſq. vbi*
gloſſ. 50. diſt. can. pulchra etiam liberalitas. 86 di-
ſtinct. vnde Chriſtus Dominus noſter *Matth.*
9. 13. Euntes autem (Phariſeis loquitur) *Diſcite*
quid eſt: miſericordiam volo, & non ſacrificium.
Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores. vbi
optimè ad rem D. *Dionyſ. Carthuſ. arti. 18. col. 2*
51 Hinc eſt, quod *Ariſt. 2 Rethor.* miſericordes
maximè dixit eſſe prudentes, & ſenes. Illi qui-
dem, quòd malum alterius, etiam ſibi accidere
poſſe perpendunt, atq. præuidẽt. Illi verò quod
experti multum ſibi malum timent. ſequitur
Card. Tolet. lib. 8. inſtruct. ſacerd. cap. 27. S. Thο.
2.2. q. 30. art. 2. in corp.
52 Licet autem hoc modo conſiderata miſeri-
cordia (quatenus ſcilicet monet ordinatè ad
contriſtandum de aliena miſeria) inter virtutes
morales circa paſſiones locetur *à S. Thom. d.*
q. 30. art. 3. quæ eſt ſubiectiuè in appetitu ſenſi-
tiuo, & concupiſcibili, in quo eſt paſſio triſti-
tiæ. At verò, quatenus miſericordia ſumitur
pro virtute, qua voluntas rationalis mouetur
ad miſerendum alterius, & tollendum malũ, &
ſupplendum defectum eius, potiſſima virtutum
moralium dicitur. *S. Thom. d. q. 30. artic. 3. & 4.*
Quia hoc modo quadanterius participat ho-
mo naturam diuinam: Cuius proprium eſt mi-
ſereri, ſemper & parcere, & ſupplere defectus
aliorum, iuxtà illud *Oſea 6. & Matth. 9.* Miſeri-
cordiam volo, & non ſacrificium. *S. Thom. dict.*
q. 30. art. 4. ad 1. Quia Deus (inquiens) *non indi-*
get ſacrificijs noſtris, ſed vult ſibi ea offerri pro-
pter noſtram deuotionem, & proximorum vtili-
tatem. Et ideò miſericordia, qua ſubuenitur defe-
ctibus aliorum, eſt ſacrificium ei magis acceptum,
vt puta propinquius vtilitatem proximorum in-
ducens, ſecundum illud Hæbreorum vlt. Benefi-
cientiæ, & communionis nolite obliuiſci, talibus
enim hoſtijs promeretur Deus. hæc S. Doctor, &
ſequitur *Nauar. in can. libenter de pœnit. diſt. 1.*
dum diſputat, nùm miſericordia ſit maxima
omnium virtutum.

Quid igitur: Alienus ne à tanta virtute tan-
tus Princeps erit, tot virtutibus, dotibuſq; cũ
labore quæſitis, tùm gratis datis, vndequaq. re-
fertus, vndequaq. ornatus, vndequaq. refulgẽs,
53 vt ſupra modum ſæuiat, nec miſereatur nobi-
lis huius puellæ, lachrymis, doloribuſq. ſuffuſæ,
ſuumq. ſcelus deteſtantis, humiliterq. veniam
petentis? *ad text. in can. quanto. 8. in fin. 1. q. 5. &*
tex. in cap. 1. §. nos igitur de poſtulat. prælat. Lu-
cas de Penna in l. ſi apparitor. C. de cohortal. lib.
12. n. 23. in fin. verſ. et breuiter omnis Rex. Suar.
cap. 11. n. 9. lib. 5. de leg.
54 Meminerit itaq. Deum Præpotentem, cuius
ipſe locum nunc tenet in terris. (Non enim
eſt poteſtas, niſi à Deo *iuxtà Apoſt. ad Rom. 13.*
1. & 1. Petri. 2. 13. cap. omnis anima. 2. de cenſib.)
Achab ſceleſtiſſimo, humilitate lachrymiſq. ve-
niam petenti pepercisse, pœnamq. condonaſſe,
quam per Heliam Propheten comminatus ei
fuerat delinquenti. *3. Reg. 21.*
Inter cauſas verò, quæ Principem ad miſe-
rendum delinquentis plurimum mouere va-
lent, non hæc minimi fit à Doctoribus ex *Luca*
de Penna d. l. ſi apparitor. n. 24. verſ. ſunt & alia
55 *ſexdecim. & n. 16. & ſeq.* Cauſa ſcilicet: Nimiæ
(vt ait ipſe) ac importunæ humilitatis, quam
peccans flebiliter exhibet in ſupplicando pœ-
nam ſibi dimitti, allegat *text. in can. importuna.*
de pœnit. diſt. 1. vbi Hieronymus ad Damaſum
Papam his aureis loquitur verbis. *Vbi verò pec-*
cator intelligens vulnus ſuum, tradit ſe medico
curandum, ibi non eſt virga neceſſaria, ſed ſpiri-
tus lenitatis. inde *gloſſ. ibid.* huiuſcemodi eligit
concluſionem, appoſitè ad rem noſtram. *Iudi-*
cem (inquiens) *potiùs debere ſequi miſericor-*
diam, quàm rigorem.
56 Et porrò ſi hoc *gloſſ.* de iudice loquens, pro-
fert, qui miniſter dicitur iuſtitiæ. *§. oportet. in*
auth. de iudic. Sot. de inſtit. & iur. lib. 5. q. 4. art. 4.
Suar. d. cap. 11. n. 1. & ſeq. Quid vtiq. in Principe
erit? de quo Salomon Sapientiſſimus ille Rex
quondam. *Prouerb. 20.* ait: *Miſericordia, & ve-*
ritas cuſtodiunt Regem, & roboratur clementia
thronus eius. Demoſthenes verò ad Alexandrum
illum Magnum. *Non habes Rex* (inquit) *vel for-*
tuna tua maius, quàm vt poſſis, vel natura tua
melius, quàm vt velis ſeruare plurimos. Nulla
enim de virtutibus (*Caſſan. ſequitur in catalog.*
glor. mund. d. part. 5. conſider. 6. col. 2.) generoſior
miſericordia, admirabilior clementia; nec per
aliud Proprior Deo accedere potes, quàm vt
ſalutem conferas hominibus; vel dãdo ſi egue-
rint, vel parcendo ſi deliquerint, vel indulgen-
do ſi ſupplicauerint. Cum enim vincamur à
Dijs in omni munere, ſola clementia eſt, quæ
nobis Deos reddit æquales. hæc ille, & facit
text. in l. Imperialis. 23. C. de nupt. Tiraquell. de
pœn. temper. cauſ. 24. n. 2. Dixitq. nec extrà rem
dulciloquus Naſo *eleg. 9. lib. 2. de Ponto.*

Regia (crede mihi) res eſt ſuccurrere lapſis;
Conuenit & tantò, quantus es ipſe viro.

57 Præſertim verò, cùm qui deliquit, fragilitate
magis ad peccandum, quàm animi vitio, dolo-
ue motus conſpicitur; quod iure quoque diui-
no locum habere, fatetur *Sot. d. lib. 5. de iuſtit. et*
iur. q. 4. art. 4. circa med. verſ. poſterior concluſio,
quem ſequitur *Menoch. de arbitr. d. q. 96. n. 7.* &
probat *tex. in can. ſi qua fœmina, cum alijs qua-*
tuor ſequent. 50. diſt. text. in l. 1. C. ad leg. Corne-
liam

liam,de ficar.exod.21.13. Numer.35.11.Deuter.
4.41.et 19.2.7.Iosue 28.3.Reg.1.50.2.28.in quib.
habentur sex Ciuitates refugij à Domino sta-
58 tutas fuisse ad confugium eorum, qui casu,nō
ex dolo homicidium perpetrassent, cuius me-
minit quoque S. Ambros.in hexam. tract primi
dici.relatus cum.illa cauenda.6. vbi gloss.15 q.1.
& pluribus Tiraq.de pœn.temper. caus.13. nu.6.
At in facto hoc nostro in nobili hac puella
nedum sanè omne animi vitium, & dolus om-
nis longè abfuit, dum viro poculum propina-
uit amatorium; verùm & bonus in illa dux ze-
lus fuit.ad text. in cap.ex tuarum 2. de sortileg.
Lucas de Penna d.l.si apparitor. n.26. vers.item
causa simplicitatis. Credidit nempè à fratre e-
60 docta,cui fortasse in hoc videbatur credendū,
secundum gloss.in l.Titio fundus.27.verb.actio-
nes.in fin.ff.de condit.& demonstrat.gloss.in cap.
cupientes.16. post princ. verb. notitiam.de elect.
lib.6.se ab viro (quod cupiebat) amore prose-
quendam ardentiùs. Friguerat namq. in corde
viri primæuus amor, neuè charitatis igne, vt
consueuerat ante, erga illam ardebat. Non
61 mirum igitur,si muliebre quid accedit ei,ad se
vt virum pelliceret, quem deperibat. Lucas de
Penna d.l.si apparitor.n.24.vers.si ea,quæ pecca-
uit.Tiraq.de pœn.temper caus.11.Farinac.q.90.
in 3.inspect.n.19.& 19.& seq.
64 Sicuti,quòd falsa credulitate ducta deliquit,
ad tex.cum gloss.in l.Plagij criminis 14.C.ad leg.
Flauiam,de Plag.& ibid.Angel. notab.tex. in
,, l.miles 11.§.mulier cùm absentem. ibi: Vel falsis
,, rumoribus inducta, ff.ad leg.Iul. de adulter. se-
quitur Hieronym. de Federic. resol. crimin.31.
num.2 post 2.volum.consil. Farinac. idem Farin.
d.quæst.90 num.3.& seq.& num.42.44 & 45.&
in 3.inspect.num. 109.& seq.
65 Tùm quoque, quòd in delictis,vbi dolus nō
intercedit, (estò aliàs lata fortassè culpa non
66 abfuerit, quæ dolo æquiperatur quandoque,
l.quod Nerua 32.vbi Bart.ff.depositi. Non id ta-
men procedit,vbi de pœna agitur,corpori in-
fligenda,secundum Bartol in l.1. § non autem,
ff.si quis testam.liber esse iussus est.Gramat.voto
21.num 15.) numquam pœna delicto ordina-
ria, sed minor, ac leuior semper imponitur,
l.1.§.fin. C. ad legem Corneliam de sycar. l.1.
§.Diuus,& l.lege Cornelia 7.vbi Bart. & l.Di-
uus 14.ff.ad leg.Cornel.de Sycar.cap sicut dignū
6.in princip.vbi Canonist.de homicid.Paul.Gril-
land.de sortileg.quæst.12 num.7. Tiraquell.de
pœnis temperand.caus.14. Farinac.d.q.17.in 7.
lim.n.72.
67 Neq;enim regulariter tunc delinquens cor-
porali pœna feritur,Tusc.d.litt.P.concl.217. &
219.& 256.n.11.15.& seq.
68 Multòq; minus pœna plectetur, si leuis, vel
leuissima culpa intercesserit, latè Bossius tit. de
homicid.num.67.& 68. Gramm.d.dec.23. nu.12.
vbi subdit, quòd quando in delictis est minor
dolus,mitiùs quoque delinquens punitur, &
d.voto 21.num.11.meus Maranta in speculo p.4.
in 1.distinct.Iudic.An sit iudicium ciuile,vel cri-
minale,à num.75.vbi etiam Poller.addens, Me-
noch.de arbitrar.lib.2.cent.4.casu 324.per totam
præsertim num.11. Farinac. dicta quæstion.17.
num.72.
69 At qui verò,vbi aliqua ex causa, minor pœ-
na redditur, numquam illa corporis esse debet
afflictiua; sed vel pecuniaria, vel talis, qua mi-
nimè corpus afficiatur,Bald.in l.data opera,
C.qui accusare non possunt, tex. in l.si adulteriū
38. §.Imperatores,ff. ad leg. Iuliam de adulter.
l.si quis in graui,3. §.si maritus, ff.ad Syllanian.
Gramm.dec.8.num.10. & d.decis.23.nu.13. Ma-
ranta d.dist.2 nu.77 Farinac.d.q.17.n.72. Tusc.
d.concl.217.& 219.
70 Pecuniaria,si autem pœna non fuerit, Re-
legationem, quinquennio præscriptam, haud
excedet,Carrer.de homicid.in praxi crimininali
§.vlt.num.6.& 7. Gramat. d. voto 21. num. 13.
Almontes Ciazius disceptat.criminal.ad reorum
defens.discep.24.n.46.
Hac igitur pœna Puella hæc nostra ferienda
sit. Illa nihilominus ordinaria delicti esse mi-
nimè debebit; sed minor; vel pecuniaria scili-
cet, vel quinquennio Relegationis, vt paulò
ante diximus.
71 Quibus accedit ad minuendam pœnam,
minor ætas eius. Vix enim, cùm deliquit, vi-
gesimum supra primum ætatis suæ annum age-
bat. At succurritur vbiq; iuris æquitate æta-
tis defectui,d.l.ferè in omnibus 109. ff.de reg.iu.
,, Ferè in omnibus pœnalibus iudicijs (Paulus lo-
,, quitur Iure Consultus) & ætati, & impruden-
,, tiæ succurritur.
Non quidem, vt in totum pœnam effugiat;
sed vt mitiùs poena damnetur,tex.in l.auxiliū
,, 38. §.in delictis, ff.de minor. Nisi quatenus (in-
,, quit ibi Triphonius) miseratio ætatis ad me-
,, diocrem pœnam Iudicem perduxerit. hæc ille,
tex.in cap.1.& 2.de delict.puer.tex.vbi gloss fin.
in cap.fin.de sentent. excommunicat. tex. cum
gloss.in cap.2 de apost.d.cap.sicut dignum 6. in
princ.de homicid. Clar.d.§.fin. quæst.60 colu 2.
Gramat d.decis.23. nu.12. Menoch lib.2. cent.4.
casu 329.Tiraquell.de pœnis temper.caus.7 Fa-
rinac.par 3.quæst.92.num.1.cum seq.& n.106.
vbi ampliat etiam in atrocissimis.& num.103.
cum sequenti, Ciazius disceptat.25.num.66.67.
& 68.
Coeterùm sæuiamus aliquantisper hanc
aduersus Puellam,condignamq. delicto poenā
inferamus.
72 Et porrò Austerus quisque Morte illam
damnabit, & tex. in l. si quis aliquid 38.§. qui
abortionis,ff.de pœnis, vbi summo illam suppli-
cio afficiendam verba docent Pauli: Quòd si
,, eo mulier, aut homo perierit (aientis) summo
,, supplicio afficiuntur.
73 Verùmenimuerò,quoniam text. in l.3. §.a-
dictio,ff. ad legem Corneliam de Sycar. non
mortis sanè poenam, sed relegationis inflixit;
dubius casus factus est Doctoribus: & si planè
dubietatem distinctione ablegare conatus est
ibidem Bar.vt locum habeat tex.in §.qui abor-
tio-

tionis, in illa profectò muliere, quæ illicita ex causa, vtputà ad conceptum foetum abijciendum, poculum tradiderat: siue quæ adhibitis sortilegiis id effecerat, quamuis necandi animo minimè poculum tradidisset, *vt Grilland. aduertit, de sortilegijs, dict. quæst. 12. num. 13. & 14.*

Tex. verò *in d. §. adiectio*, in illa, quæ licita causa excita potionem propinauerat amatoriam, vt post *Grilland dict. quæst. 12. num. 14.* sequitur *Menoch. d. centur. 4. casu 358. & Gomes. de delict. variar. resol. cap. 3. n. 33. Baiard. ad Clar. q. 68. n. 9.*

Satis itaque è re nostra distinctio isthæc *Bart.* est. Cùm in hac Puella, nedùm, vt diximus, malus non affuit animus, verùm bonus in illa zelus dux fuit, vt virum ad se pelliceret amandum, qui priorem abijecerat charitatem.

Vt sequenda proinde Marciani sententia sit ex Senatus Consulti placito petita, *d. l. 3.*
,, *§. adiectio autem*: Qua relegari iussa est, quæ
,, non malo animo, sed malo exemplo medica-
,, mentum ad conceptionem dederat; ex quo
,, ea, quæ acceperat, decessit. vt verba sunt Marciani ibid.

74 Et hanc eandem sententiam in tradentibus pocula amatoria sortilegijs, minimè procurata, ad amorem excitandum, quamuis mors inde postmodum sequuta fuerit: quòd poena non sit supplicij vltimi, sed relegationis, post *Grilland d. q. 12. num. 8. & 14. & 15.* sequuntur *Fabius de Monte Leone in praxi arbitrar. par. 4. num. 712. fol. mihi 247. Farinac. in praxi crimin. par. 4. quæst. 122. par. 5. num. 113.* vbi etiam ex *Gomes. d. cap. 3. num. 33.* limitat, mortis poenam in dante poculum liciti amoris causa. Quæ sanè restrictio adamussim nostro huic facto sedet, in quo puella hæc, viri ad conciliandum amorē, non ad perimendū illū, poculum propinauit amatorium: & sequitur distinctionem hanc post *Grilland. & Gomes.* vbi supra, & alios *Farinac. de homicid. par. 5. prax. quæst. 22. à num. 112. cum sequenti*. vt enim *Seneca* in *Medea* inquit:

,, *Nulla vis flamma, tumidiq; venti,*
,, *Tanta nec teli metuenda torti,*
,, *Quanta, cùm coniux viduata tædis*
,, *Ardis, & odis.*

Quòd (Oedepol) iudicium, consimili apud Areopagas Iudices Atenis sententia diremptum comprobatur; qua mulierem, quæ poculum amoris causa dederat, absolutam dimisisse, quòd amoris vehementia cæcata, non animo fecisset nocendi; meminit Aristoteles Philosophorum Princeps, *magnorum morali lib. 1. cap. 16.* & eum sequitur *Doctissimus, eruditissimusq; vir Andraas Alciat. lib. 7. Parergon. iuris cap. 25.* & optimè quoque *Tiraquel.* non minoris notæ, ac doctrinæ vir, *de pœnis temperandis causa 4. & caus. 51. num. 85. & Regens* Carolus Tappia *in Iure* Regni *tom. 5. tit. 8. de venenis, & poculis amator. n. 6.*

Vt enim *Propert. 2.* loquitur:

Errat, qui finem vesani quærit amoris.
Verus amor nullum nouit habere modum.

Et *Plaut. in* Trucul.

Bis perit amator, ab re, atq. animo simul:

Atq; optimè *Menander* cecinit:

Carere amantes mente siquis non putat.
Quos esse potius mentis expertes putet?

75 Præterea, verbū illud *in tex. in d. §. qui abortionis.* (summo supplicio) quod capitalem pœnam importat; dubium continet, an naturalis mortis pœnam, vel ciuilis exprimat.

76 Atque in dubijs, cùm sunt partium iura obscuta, reo fauendum sit potiùs, quàm actori, *regul. 11. de regul. iur. in 6.* exaudiendum vtiq. erit de ciuili, ac minori, quàm mortis poena, vtputà de exilio, vel saltim deportatione, *ad gloss. notab. & receptam in l. 1. C. ne Christiani mancip. vbi Accursius verbo, capitali, idest perpetuo exilio*, explicat, *ac pluribus meus Maranta d. par. 5. in speculo in 2. distinct. iudicium aliud est capitale, aliud non capitale, num. 3. Ludouicus Peguer. decis. Senatus* Catalun. *1. nu. 6.* sequitur *Ioan. Azor. institution. moral. par. 1. lib. 8. cap. 22. quæstion. 11.* Ciazius *discept. 29. num. 24.* Card. *Tuscus d. litt. P. concl. 230. num. 2. Barbos. axiom. 181. n. 10. & 11.*

77 Nec est contraria nobis Regni Constitutio. *Amatoria pocula, tit. de amator. pocul.*

Cùm, quòd corrigit *tex. in d. §. qui abortionis.* Dùm ita demùm mortis poenam sancit, si nocendi animo, & dolosè poculum propinatum fuerit, vt post *Marantā in specul. 4. par. in dicta prima distinct. iudiciorum num. 79.* aduertit *Foller ibidem.*

Tùm, quòd *Afflict. in d. constitut. nu. 2.* exaudit; Constitutionem Iudicis arbitrio taxandā dimittere poenam, secundum emergentes criminum casus.

Tū demùm, quòd Constitutio ipsa, ijs mortem infligit dumtaxat, qui amatoria pocula, illicita, vel exorcismata adstruentes, vnde mors, vel amissio sensus sequatur, propinarint. Quoniam semper in illis malus animus, & dulus inesse præsumitur, qui maleficia huiusmodi exercuerint, *ad tex. in l. eorum 4. C. de malefic. & mathemat.* & sequitur notanter *Grilland. d. q. 12. num. 9. & num. 13. & sequenti, & meus Maranta d. distinct. 1. num. 79. Farin. d. q. 122. num. 112.* Tappia *vbi sup. d. tit. 8.*

78 Facietque deinde nec minorem gradum, ad pietatem, misericordiamq; apud tantum Principem inueniendam, conciliandamq;, nobilitas, atq; dignitas huius Puellæ, *ad tex. in cap. fi. §. fi. n. vbi gloss. & Scribent. extrà de pœnis, cap.*
,, *pastoralis, 28. in princip. ibi: Dignitati deferat,*
,, *& persona, de officio delegat. l. Pædius 4. ibi: ex personarum conditione, & ibid. gloss. ff. de incend. ruin. & naufrag. l. sacrilegij pœnam 6. ff. ad leg. Iul. peculat. Iul. Clar. q. 60. vers. prodest etiam Grammat. d. decis. 23. num. 10. & voto 23. nu. 22. & voto 35 num. 3. Tiraquell. de pœnis temperan. causa 31. & de nobilit. cap. 20. num. 108. & 109.*

Ber-

Bertazzol. consil. 505. *num.* 22. *lib.* 2. *Farinac. par.* 3. *prax. quaestion.* 98. *in* 14. *causa. num.* 93. *& sequen.*

Quibus porrò natalibus, consanguineisque Puella haec decoretur, ac fulgeat nemo planè est, qui nesciat. Quibus omnibus quas turbas (Bone Deus) excitabit, si corporali eam graui aliqua poena, nedùm supremo mulctari supplicio, contingat?

79 Ast, si tot simul, tantaeq; grauissimae in vnum non confluerent causae: haec vna satis, superq. esset, vt Principem Benignissimum ad poenam, nè quidem minorandam, verùm & totam condonandam, iurè, nec iniuriâ mouere posset. Multò magis vtique nunc, quando cùm alijs, nec inferioris gradus, & ponderis, haec quoq. coincidit: Tanti videlicet, vitandi scandali

80 occasio. Interest enim non minimi Reipublicae, eam honestis, nobilibusq. repleri hominibus, *gloss. in cap.* 2. *de tempor. ordin. in* 6. *can. vt constitueretur,* 50. *dist. can cum quis, & canon. nō potest,* 23. *quaest.* 4. *gloss. in cap. fin. de sentent. excommunic. Felin. in cap. qualiter, & quando, il secondo §. licet autem de accusation. num.* 43. vbi etiam *Abb. idem Felin in cap. super eo,* 2. *de sent. excommun. Lucas de Penna d. l. si apparitor. num.* 26. *vers. ita causa futura, vt scandali, tex in cap.* 2. *de noui oper. nunciat. vbi gloss. verbo, pro scandalo,* sequitur *Nauar. manuali cap.* 7. *num.* 4.

81 Quia nimirum lex, quae scandalum prohibet est diuina, & naturalis, *Matth.* 5. 30. *&* 18. 6 *Marc.* 9. 41. *idem Nauarr. manual. cap.* 14. *n.* 30. *&* 31.

82 Vt plura proinde effugiendi, auertendique scandali causa permittantur, quae non aliàs paterentur: quin ab ipsis quoque iuris regulis recedatur quandoque, *Felin. cap.* 2. *de praescript. Abb. in cap. consideremus, de elect. tex. vbi etiam gloss. in cap. quoniam* 3. *verbo, cum scandalo, de iure patronat. tex. & gloss. ibid in cap.* 3. *& cap. quia circa,* 6 *in fine, de consanguinitate, & affinitate.*

83 Quinimò differre iurè, nec iniuria possumus, nè Pontificis Summi mandatis pareamus, si quod iubet (secluso scandalo) fieri minimè possit, donec eius denuò mādata praestolemur, *tex in can. cum teneamur,* 6. *vbi gloss. verbo, sinō potest, & Abb. num.* 2. *de praebend. tex. in cap. si quando* 5. *de rescript. tex. in cap. nihil prodest* 2. *vbi gloss. ibi: nihil cum scandalo, de praescript. Felin. in cap. si quando de rescript. tex. ind. & hoc vero iubemus. cap.* 3. *in authent. vt nulli iudicum, collat.* 8 *meus Maranta disput* 1. *num.* 19. *Card. cons.* 96. *num.* 2. *in fin. Roman. cons.* 436. *Quod indultum Petri. num.* 17. *Couarr. practicar. quaestion. cap.* 35. *num.* 6. *Cenedus ad decretales collectan.* 3. *num.* 2. *Iacobus de Graffiis aurear. decis. par. prima, lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 21. *ad* 23 *idem Maranta cons.* 70. *num.* 8. *Farin. p.* 3. *prax. q.* 97. *in* 6. *ampliat. n.* 36.

84 Et Dominus noster Iesus Christus Rex, & Legifer noster, Veh, dixit ei, per quem scādalum venit: quamuis aliàs, necesse fit, vt veniant scandala, *Matth.* 18. 7. vbi *Hieronym. lib.* 3.
„ *commentariorum. Necesse est quidem* (inquit),
„ *vt veniant scandala. Vae tamen ei est homini, qui*
„ *quod necesse est, vt fiat in mundo, vitio suo facit,*
„ *vt per se fiat.* haec ille. Veh autem, damnationem importat aeternam, *vt S. Anton. ad notat.* 2. *par.* 2. *tit.* 7. *cap.* 4. §. 4. *scandalum occasionatum, verss similiter cum quis.*

Caeterum accedit his quoque, quòd mulier haec mater est filiorum, qui si matre nunc orbarentur, non minimi ob teneram aetatem laederentur.

85 Potens proindè aestimatur haec causa, quae Principem mouere iurè valeat ad poenam delicto debitam minorem efficiendam, vel etiam relaxandam: Liberorum videlicet educatio: *Lucas de Penna d. l. si apparitor, nu.* 26 *tex.* apertus, ac verè aureus aestimatus *in cap.* 2. *de his qui filios occider.* vbi Lucius Papa III. Parisiensi Episcopo scribens de muliere illa loquens, quae filiam suam paruam furore accensa diabolico
„ iugulauerat *Mandamus* (inquit) *quatenus ita*
„ *super hoc prouideas, quod sui sceleris poenam luat,*
„ *& saluti eius, & filiorum per tuam prouidentiā*
„ *consulatur.* & intra *Ita quod filios suos liberè pos-*
„ *sit, & pacificè gubernare. text. in l. qui in prouin-*
„ *cia.* 57. §. 1. *ff. de rit. nupt.* notat *Gramat. d. vot.* 35
„ *nu.* 6. *Tiraquell. de poen. temper. causa.* 26.

86 Et fauet, nec minimi, quòd mitiùs semper cum muliere ad minuendam poenam lex agit, quàm cum viro, ob muliebris sexus fragilitatē. *text. in d. cap. sicut dignum.* 6. *vbi gloss. verb. sexus. de homicid. l. quisquis.* 5. §. *ad filias. in fin.* C.
„ *ad leg. Iul. Maiest. Mitior enim* (Imperatores
„ Arcadius, & Honorius inquiunt) *circa eas de-*
„ *bet sententia, quas propter infirmitatem se-*
„ *xus, minus ausuras esse confidimus. tex. in l. sacri-*
„ *legij poena.* 6. *in princ. ibi: & sexus. ff. ad leg. Iul. peculat. d. l. si adulterium.* 38. § *stuprum, et* § *fratres. de adult. Gramat d. vot.* 35. *n.* 3. *Menoch. casu* 328 *n.* 13. *de arbitr. Farinac. d. q.* 98. *in* 10. *causa n.* 1 *& seq. Tiraquell. de poen. temper. causa* 9. *Tusc. d. lit. P. conclus.* 255. *n.* 26. Si enim mulieri

87 ob sexus fragilitatem in multis derogatur. *cap. forus.* 10. §. *testes. de verb. signific.* vt neque in testamento testis vocari valeat. *l. qui testamento.* 20. §. *mulier. ff. de testam.* Nec arbiter eligi, neque in illam compromitti. *c. dilecti.* 4. *de arbitr.* Viriq; sit potestati subiecta. *canon. mulierem. & can. mulier.* 33. *q* 5. Quid mirum vtiq; est, si in hoc subleuetur, vt mitiùs delinquens poena feriatur, quàm vir? argum. *text. in reg. qui sentit.* 55. *de reg iur. in* 6. *can. Ecclesiasticis.* 12. *q.* 2. *c. cum secundum.* 16. *de praeben. vbi gloss verb. repelli. Commoda qui sentis (ait) iungas onus emolumentis. & l eum qui.* 30. *ff. de rei iur.*

88 Succurrit deinceps supplici huic puellae, qd Serenissimus Princeps Philibertus Emmanuel, Magni Strenuissimiq. Ducis Sabandiae digna proles, Regisq; nostri Catholici ex sorore nepos, pro ea apud Excellentissimum nostrum Principem intercessit; vt non sint tales, tanti Principis preces apud Principem hunc nostrū

par-

89 paruifaciendæ. Valet enim plurimi ad pœnam
delinquenti donandam interueniētis persona,
& dignitas. *ad text. in canon. prodest. 4. 23. q. 5. & can. fleat. 7. de pœnit. dist. 1. can. quæritur. 22. §. itē opponitur. in fin. 22. q. 2. Lucas de Penna d. l. si apparitor. nu. 24. vers. si qua virtus, aut nobilitas & in fin. item persona intercedentis Suar. de legib. d. lib. 5. cap. 11. n. 9. S. Ambros. in cap. Luc. 5. lib. 5. c. 5. post init.* super illis verbis: Quorum fidem, vt
,, vidit, dixit: Homo remittuntur tibi peccata.
,, *Magnus Dominus* (inquit) *qui aliorum merito*
,, *ignoscit alijs, & dum alios probat, alijs relaxat*
,, *errata. Cur apud te, ò Homo collega non valeat,*
,, *cùm apud Deum seruus, & interueniendi meri-*
,, *tum, & ius habeat impetrandi.*

90 Quod si iudex amicitiæ ergo, ac necessitudinis, quæ cum eo intercedit, qui deliquit, potest, nec illicitè pænam minorem delicto arbitrari, vt secundum conscientiæ suæ motum mitiùs cum amico ad pœnam agat. probat non ineptè
, *text. in cap. nisi specialis. 3. de offic. leg. Nisi specia-*
,, *cialis* (fatur ibi Innocentius III. Summus Pon-
,, tifex) *illa dilectio, quam ad personam tuā habui-*
,, *mus, & habemus, iustum motum animi nostri tē-*
,, *peraret, pæna docente cognosceres quantum ex-*
,, *cesseris. vbi gloss.* inferr dicens. *Nota quod iudex*
,, *ratione amicitiæ potest remittere pænam; licet*
,, *pretio non possit illam remittere, & ibid. Barbos.*
,, *nu. 2. Iul. Clar. d. q. 60. in fin. vers. legitur etiam. nu. 35. vbi Baiard. n. 112. Tiraquel. de pœn. temp. causa 16. n. 1. & seq. & n. 5. & causa 51. num. 20. Carol. de Grass. de effect. amicitiæ. num. 336. 337. & 338.*

Multò id magis vtiq; Princeps poterit, vbi præsertim nullum tertio præiudicium infertur. Tantò potissimum Principe interuentore.

Etsi porrò potens extimatur causa ad pœnā
91 minorem reddendam, vbi vel peccans, vel progenitores eius pro Republica plurimum laborauerunt. *argum. text. in cap. 3. in fin. de pœn. l. non omnis. 5. §. fin. ff. de re milit. Lucas de Penna d. l. si apparitor. n. 26. vers. quia peccans, vel progenitores eius, Clar. d. quæst. 60. vers. vtilis est ēt, Suar. d. cap. 11. n. 9. Farin. d. q. 97. caus. 15. nu. 134. & seq.*

An non potens hæc videbitur causa ad poenam etiam condonandam Puellæ huic, & ad veniam promerendam, tanti Principis pro ea intercedentis gloriosa merita apud Principē
92 quoque pientissimum? At Magnos magna decent.

93 Quinimò peccaret Princeps, si in hanc nimium sæuiret Puellam, quæ tantam non meretur poenam; quin sit ei potiùs indulgendum ex his, quæ hucvsq. diximus. Nimirum quòd distributiuæ iustitiæ modum excederet, vltra
,, facinus poenam infligendo. Cùm contrà, non
,, sit illa vlterius protrahenda, quàm delictum
,, fuerit in excedente repertum, *vt Cœlestinus* loquitur *Papa in cap. quæsiuit 2. in finalibus verbis, de his quæ fiunt à maior. par. Capit.* & ijsdem poenè verbis Imperator. *in l. sancimus 22. in fi.*
,, *C. de pœnis: Peccata igitur suos teneant aucto-*
,, *res* (inquiens) *nec vlterius progrediatur metus,*
,, *quàm reperiatur delictum;* metus. idest poena, ait *gloss. ibid. & l. ob maritorum 2. C. nè vxor pro marito. Suar. d. cap. 11. num. 1. & seq. Card. Tusc. dict. tom. 6. littera P. conclus. 211. Barbos. axiom. 181. num. 3. Farinac. praxi crimin. par. 1. quæst. 23. num. 1. & seq. S. Thom. 2. 2. quæst. 59. artic 4.* probans, quod omnis iniustitia rei notabilis, mortalis est, vt diximus supra *nu. 22. meus Maranta consil. 38. nu. 12. Thomas Triuisan. dec. 22. nu. 3. par. 2.*

94 Nec minorem his iam dictis addit causam ad poenam minuendam, Consuetudo, qua passim Collaterale Consilium ex suo arbitrio, causis dispensis, vtitur in diminuēdis, commutandisq; poenis, etiam absq; partis remissione, eùm sæpissimè morti iam adiudicatos; vel perpetuò, vel ad tempus, triremibus addicat.

95 Sufficiens autem satis causa æstimatur. Cōsuetudo, vt poena, aliàs debita, diminui valeat: *probat Abb. in cap. ea quæ, in 4. notab. per illum tex. de statu Monachor. Ancharan cons. 283. iure stricto num. 1. & 2. & num. 7. gloss. in cap. cum venerabilis 7. verbo, migrasse de consuet. vbi etiā Barbos. num. 5. Felin. in d. cap. qualiter, & quando, el 2. §. licet autem, num. 38. & 43. de accusationibus.*

Præsertim verò dubio existente litis exitu, sicuti nobis est. Licet nempè puella hęc quæstioni supposita, tormenti victa dolore crimen fassa fuerit. Quia tamen postmodum emissam erroneè confessionem, non ratam habuit, quin
96 imo crimen patrasse constanter negauit. Ac nulla, quęstio de ea habita, fuerit, vt putà gestāti vterum inflicta mulieri. Atque propterea inualida confessio illicito extorta modo, operari nihil valeat, *l. si prægnantis 3. ff. de pœn.* Prohibent enim leges, prægnanti mulieri, de cri-
97 mine referri quæstionem, etiam post partum per quadraginta dies; quia nimirum moreretur mulier ob debilitatem, *vt gloss. ibidem adnotat, & sequitur Bartol. eod. loco, & Bald. in l. Imperator 8. ff. de statu homin. in lectur.* vbi nullam ita illatam quæstionem dicit esse. *ex tex. in lege maritus 20. in fine, ff. de quæst. Ciazius discept. 113.*

98 Quod extendit, etiam si mulier paruo ex tēpore, decem puta, vel viginti dierum, semen suscepisset, *Francisc. Brun de indit. & tortura, par. 2. quæst. 4. num. 2. & 3. Grilland. de quæstion. quæstion. 6. num. 4. plenè Farinac.* omnia more suo cumulans *in prax. par. 2. q. 41. nu. 78. adusq; 85.*

99 Dubius igitur cum sit litis huiusce euentus, nulli scrupulus subesse poterit, posse puellam hanc ad poenæ compositionem admitti, accedente potissimum partis remissione, *ad tex. in l. 2. vbi Scribent. C. de transact.*

100 Accedente præsertim, quòd multo tempore arctissimo carcere, ac teterrimo afflicta fuit; quòd sanè non minimi faciendum est in delicata nimis, ac nobili puella: nè ad ordinariam quidem, verùm etiam ad extraordinariam pœ-

nam

nam minorandam.*ad text.in l.omnes.23.C.de pœn.*vbi Imperatores Honorius, & Theodosius, satis immensorum cruciatuum supplicia carceres appellant: Cùm qui in illis detinetur, diù priuati sint auræ communis haustu.& lucis aspectu.*gloss.in l.si diutino.25.in gloss.magna circa fi.ubi: 4 dicunt.ff.de pœn.meus Maranta in specul.part.6.princip.tit.de inquisit.nu.*101.*Bertazol.cons.*304.*n.*16.*& cons.*516.*n.*7.*et cons* 559 *n.*12 *lib.*2.*Tiraquel.de pœn.temper.causa* 41.

101 Vt dicatur, nec iniutia carcer, sepultura viuorum, consumptio bonorum, consolatio inimicorum, experientia amicorum. Ac denique malam mansionem appellauit *Vlpian.in l.item apud Labeonem.*15.*§ quaestionis verbo.ff.de iniur.*& sequitur plenè *Farinac.p.*2.*q.*27.*nu.*1.*& seq.Ricc.p.*2.*dec.*41.*n.*5.*& seq.*

Poterit ergo tuta conscientia Princeps hic noster annuere: vt Monasteriũ, sicut petit, nobilis hæc puella ingrediatur, vbi suorum pænitentiam peccatorum agere, Deiq. omnipotentis iustitiam placare, oculatissimiq; Iudicis, qui renes scrutatur, & corda, seueram, iustamq. punitionem lachrymis, ieiunijs, orationibusq. diu noctuq. profusis, auertere valeat: alijsq. vt suorum se pœniteat peccatorum, rectè pœnitentis exempla monstrare. Memineritq. prudentissimus Princeps, Dominum nostrum Iesum Christum Regem Regum, & Dominum Dominantium, *Apocal.*17.14.*&* 19.16.*& 1.ad Timotheum.*6.16. deprehensam in adulterio oblatam sibi mulierem, pœna multasse non alia, quã vt nollet iam amplius peccare. *Ioan.* 11. *Vade (inquiens) & iam amplius noli peccare.* vbi Augustinus, quem etiam sequitur *P. Maldon. ibid. Quid*
„ *Domine* (inquit) *faues ergo peccatis? non planè.*
„ *Ita attende quod sequitur ; Vade deinceps iam*
„ *noli peccare. Ergo Dominus damnauit; sed pecca-*
„ *tum, non hominem. Nam si peccatorum fautor es-*
„ *set, diceret: Nec ego te condemnabo vade, & viue*
„ *vt vis; de mea liberatione esto secura Ego quan-*
„ *tumcumq; peccaueris, te ab omni pœna, etiam ge-*
„ *henna, & inferni tortoribus liberabo. Non hoc*
„ *dixit. sed vade, & noli amplius peccare.* hæc Aug.
*& Dionys. Carthus. eod. loc. art.*21 *col.*2. Vade, &
„ amplius noli peccare. *idest peccato non consen-*
„ *tias* (loquitur) *sed firmum propositum non peccã-*
„ *di habeto. Vnde ait alibi Saluator, non veni voca-*
„ *re iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Itaque*
„ *quod dixit, nec ego te condemnabo. misericordiæ*
„ *fuit: quod verò adiecit, amplius noli peccare, fuit*
„ *iustitiæ.* hæc Dionys.

103 Neque enim contemnenda, ac minimi putanda isthæc pœna est, mulieri præsertim nobili, & delicatæ, pulchritudinis flore, iuuentaque decore ornatæ, delitijsq. assuetæ; quod in Monasterium pœnitentiæ agendæ ergo perpetuò detradatur, quam sacri Canones, illorumque conditores Summi Pontifices ita grauem putauere, vt nonnisi grauissimis facinoribus inferendam censuerint. *vt est text. in cap. omnis vtriusq. sexus.* 12. *in fin. de pœnit. & remiss. cap. tuæ.*6.*de pœn. cap. nouimus.*27.*§ fin. de verb. signific.*

Quemadmodum perpetui carceris pœna, vt isthæc est, capitalis æstimatur. *d l.omnes.*23.*C.de pœn.meus Maranta in spec.* 4.*part. d.*2. *dist. iudic.nu.*2.

105 Nec ad rem pertinet interesse Reipublicæ impunita delicta ne abeant. *l.ita vulneratus.*52. *§.quod si quis.ff.ad leg. Aquil l. per omnes.*6. *C.de defensor. Ciuit. l.si longius.*18. *§.*1.*ff.de iudic.*

106 Cùm nempè, non hoc sit primarium interesse, sed secundarium, atq; accessorium, tot potissimum, nec leuis notæ, causis in vnum coeuntibus, non ita illud magnifaciendum est. *Paris.d.cons.*1.*n.*11.*&* 12.*lib.*4. & Princeps latissimam habeat potestatem, delicta ex causa, mitiùs plectendi, quando in manu eius dicatur esse omnis poena. vt loquitur *Boss. de remed. ex sola element. Princ n.*23. sequitur *Peregrin. de iure fisc. lib.*4. *tit.*8. *n.*18. *Tappia de Constit. Princip. d.cap.*3.*n.*1.*& seq.*

107 Nihilominus neque Reipublicæ permagni interest, hac magis, quàm alia in delinquentem pœna animaduertatur; impunitum modò ne crimen abeat; neque illud indulgentia coalescere permittatur. *ad text. in d.l. per omnes.*6.*C. de defensor. Ciuit.* notat *Boss. d. tit. de remed. ex sola element. Princ. sub n.*23.

Neque nouum tanto Principi est, pietate
108 erga miseros moueri. Succurrit namq. (nedum annus agitur) cum morti damnata puella quædam mulieris cuiusdam pedissequa: quòd membratim, & in frustra (horrendum sanè facinus, ac detestandum) honestam quandam huius nostræ Ciuitatis mulierem concidissent, varijsq. in locis sordidis proiecissent, occultum vt facinus delitesceret, iamq. (patibulo, cruceue loco publico parata) instaret dies, & hora soluendæ pœnæ, inter Alborum manus, illam ad patienter pænam luendam cohortantium (facinus, inter piissima Ciuitatis opera, non secundum) omnesq; qui audierant, ad spectaculũ cucurrisset. Ecce tibi Principis nostri benignitate (quòd non aliàs deliquisset, & necdum nonum supra decimum ætatis annum excederet) pietateq. recreata, atq. clementia, mortis pœna, cõpedibusq. soluta: vt in Monasterio, quod in ipsa Arce Magnæ Curiæ Vicariæ, pænitentiæ locus mulieribus criminibus adstrictis, cõstructum est, pænam, quoad viuit soluat peccatorum: vitali iubetur ore. Nec enim mores, sed hominem commiseratus Princeps fuit. quem-
110 admodum increpanti cuidam respondit Ari-
„ stoteles, quod homini malo eleemosynam de-
„ disset: *Non mores* (inquiens) *sed hominem com-*
„ *miseratus sum, vt sequitur Homobon. de humana vitæ statib. part.*2.*d.cap.*1 *fol. mihi.*384.

Cùm itaq; supremum locum apud Principẽ hunc clementia, atq. pietas obtineant, nostraq; hæc mulier lachrymis, & humilitate veniam instanter petat, & exposcat (ne impunitum omninò crimen abeat, quòd imprudens peccarit) in Monasterio, in quo peccata sua plangere valeat, detrudi: suamq. fragilitatem, & imprudentiam rubore suffusa accuset, suorumq. cognato-

torū, cùm primis æstimationi, honestatiq. consulere optet; cupiatq; scandalis insurgentibus occurrere; dubiusq; sit litis euentus, ipsaque carcere maceratà perlongo; acriq; torta quæstione, cùm præsertim vterum gereret; & consuetudo vigeat poenas mitigandi, minorandiq; nec Reipublicæ plurimi intersit, si hac, vel illa delinquens poena feriatur, modò impunitum nè crimen abeat; adsitq; partis offensæ remissio; suffrageturq: illi plurimùm, quòd pro ea Serenissimus Princeps Philibertus Emanuel intercedat. Quid vtiq; erit, quòd tot in vnum coeuntibus grauissimis causis, quin, quod iustè petit, ab Pientissimo Principe obtineat?

111 Vt enim *Seneca Tragœd.9.act.2. Scen.2.* canit:

Decet timeri Cæsarem. At plus diligi.

Decet enim quodam simulachrum est Princeps, *vt Plato loquitur de Instructione Principis*: Et „ Magni Principis, magis est ignoscere, & bene- „ ficijs afficere, quàm imperij fines proferre, *vt Gucciardinus ait in sua histor. lib. 6.*

Atque ita ex his respondendum censui, Aristarchi non excusso iudicio.

Carolus Maranta V.I.D. Aduocatus.

Vicit tandem Principis huius nostri pietas, Negotio priùs apud Theologos peritos viros proposito, inter quos fuit Illustrissimus Domi-
112 nus Don Paulus Palumbus, tunc ex Clericorum Regularium Theatinorum Religione Theologus; postmodum Episcopus Vestanus, sed non multò post Episcopus factus Cassanen. Ecclesiæ ad nominationem Sacræ Regiæ Maiestatis Catholicę, qui husque adhuc viuit, apud quem hæ nostræ deuenerunt, atq; ab eo probatę fuere: vnde puellam hanc ad poenitentiā peragendam in Monasterio (vt optarat) præcludi permisit. Quæ in illo perseuerauit, donec per Excellentissimum Ossunæ Ducem Regni proRege Locumtenentem, gratiam obtinuit; atq; se iterum mattimonio locauit, in quo viuit hodie.

E re igitur tua esse poterunt hæc (Amice, ac candidi animi Lector) si quandoque, vt sunt res omnes humanæ vicissitudini subiectæ, nihilque sub Sole permanens, similis accideret casus. Boni itaq; hæc nostra consule, & diù benè Vale.

SVMMARIVM.

1 *Subcollectores spoliorum subiecti sunt Tribunali Nuntij, & Collectoris Generalis pro tēpore, pro omnibus criminibus, etiam post dimissum officium, ex Constitutione Gregorij XIII.*

Declaratur num. 21. & 23. *vbi Gregoriana Constitutionis verba expenduntur.*

2 *Qualitas fundanti iurisdictionem principio, probanda est per se fundantem in illa; quòd fundamentum sit intentionis suæ, & numer. 5. & 6.*

3 *Qualitate legis cessante, cessat quoq; & eius dispositio.*

4 *Exercitium Subcollectoratus omninò requiritur, vt Constitutioni Gregorianæ sit locus.*

Vnde non sufficit deputatio, nisi quoque exercitium subsequatur, n.5. & 6.

5 *Ordinarius in iurisdictione iuris habet assistentiam, etiam priuatiuè quoad alios.*

7 *Probatio æquiuoca, incerta, & obscura, non sufficit.*

8 *Subcollector Cameræ, debet esse vnicus in diœcesi, ex regula quarta Cancellariæ Apostolicæ.*

Qua & si loquatur de beneficiorum reseruatione, eadem tamen ratio est, quò ad iurisdictionis fundamentum, n.9.

In amplioribus tamen diœcesibus, possunt esse duo; Neap. verò quotquot fuerint necessarij; & aliàs consuetum fuit, n 10.

Refrenare enim eorum numerum voluit Summus Pontifex, ne nimis Ordinariorum Iurisdictio læderetur, & in residentia conseruaretur, d.n.10.

Prout etiam mandatum est in reformatione Tribunalis Illustrissimi Nuntij Apostolici nouissimè facta nu. 11.

12 *Subcollectoris officio potest renunciari, & nolle se amplius eo vti declarare, potissimum in sui præiudicium & ante patratum aliquod crimē, & num 19. ex ipsa Constitut. Gregorij, & ad fundandam Ordinarij iurisdictionem naturalem.*

13 *Vnumquodque ad suam pristinam naturam facilè reuertitur.*

16 *Exempti priuilegio suo renunciare non possunt.*

Quod exauditur in præiudicium superioris, & vbi priuilegium Collegio concessum esset, non personæ peculi ri, n.15.

Secundo, si renuncietur priuilegio exemptionis, secus verò si deputationi Subcollectoratus, vnde postmodum exoritur exemptio, num.17. & nu.28.

Quod beneficium in inuitum non conferatur. ibid.

16 *Ex facto ius oritur.*

18 *Fauore quod inductum est, in odium retorqueri haud debet.*

20 *Officio cessante, ex quo oritur exemptio, cessat quoque & ipsa exemptio.*

22 *Probemium causam finalem indicat dispositionis.*

24 *Subcollectores, vt Nuntij iurisdictioni suppositi sint etiam post eorum dimissum officium, crimina patrare oportet, tempore, quo officium exercent, alioquin potest in eos Ordinarius animadu rtere.*

25 *Constitutio, quod non dicit sub dispositione remanet iuris communis, & quod illa non dicit, neq; nos dicere oportet.*

26 *Regulari iuri standum est, done de exceptione regulæ doceatur.*

27 *Exceptionem obyciens aduersus regulam, ipse probare tenetur.*

28 *Regulam quspro se habet, ius certum habere dicitur, atque etiam pro se iuris præsumptionẽ obtinet.n.29.*

30 *Libertas quid sit?*

31 *Fauori pro se inducto quilibet libera voluntate renunciare potest. Neque alterius exquiritur consensus.n.36.*

32 *Libertas rei est inæstimabilis.*

33 *Seruus rusticus prædio deputatus, pars dicitur prædij; & quasi rei immobilis naturam nanciscitur.*

34 *Consensus eius haud requiritur, qui neque actui se opponere, neque ex illo lædi potest.*

35 *Quod omnes tangit debet ab omnibus approbari, & contrà, quod ad aliquem non spectat, neque eius consensum expostulat.*

37 *Ius commune fauorabilius est iure peculiari priuilegij. ad ordinariæ iurisdictionis tutamen.*

38 *Priuilegium non attenditur, vbi dispositio viget iuris communis.*

ARGVMENTVM.

Subcollectores Cameræ Apostolicæ an fori exemptione gaudeant in omnibus criminibus, ẽt post dimissum eorum officium patratis; & an illud dimittere valeant, ex eorum arbitrio, etiam inconsulto Nuntio Apostolico? Ad ornatum Cõstitutionis Gregorij XIII. incipientis, Cupientes per nostri officij.

RESPONSIO. XLIV.

M Ensibus non longè decursis in Curia Archiepiscopali Surrẽtinen. inquisitio instituta fuit, aduersus Clericum, nobilem Abbatem Antoninũ Cortesium, quòd excusso tormento bellico igniuomo necarit Clericum Antoninum Galanum eiusdem Ciuitatis Surrentinen. Ciuem. Vnde & ad informandum citatus fuit per Curiam Archiepiscopalem prædictam, atque ad dicendum causam, quare denunciari non debuisset, incidisse in Canonem, *Si* quis suadenre diabolo. Comparuit proinde sponte dictus Clericus, & stãte eius inuocentia, institit dimitti. Qua de causa sub cautione ducatorum mille fuit in monasterio habilitatus, vt illud tuti carceris loco retineret, eoq; constituto; datisq; defensionibus, atque citata parte, ex aduerso, si intenderet partem in iudicio assumere. Illa apud Illustrissimum Nuntium Apostolicum Neapoli comparuit, & institit inhiberi Illustrissimo Domino *A*rchiepiscopo Surrentinen., eiusq; Curiæ; præcipiq; carceratum detineri nomine Nuntiaturæ Apostolicæ, & acta ad eandem transmitti. Quòd sanè Clericus præfatus Abbas Antoninus Cortesius, vti *S*ubcollector quondam spoliorum, subiectus, & suppositus sit Tribunali Nuutiaturæ Apostolicæ, & ad eum patrati criminis cognitio spectet. & animaduersio in delinquentem, vigore Constitutionis Gregorij XIII. in anno 1575. quæ incipit: Cupientes pro nostri officij, *in Bullario tomo 2. Constit.25 fol.392. Zerola in praxi Episcopali par.2. verbo, exemptio, §.6.* Exequuto mandato inhibitoriali aduersus Curiam Archiepiscopalem; ex aduerso comparuit Promothor Fiscalis Curiæ prædictæ, instititq; moderari inhibitionem; causamq; ad primum statum reduci: pluribus ex rationibus: ac potissimum. Quòd nusquam constet, dictum Abbatem Antoninum Cortesium Subcollectoratus officiũ exercuisse, neque item ordinariam fideiussionẽ præstitisse, vt propterea inter Subcollectores habendus minimè sit; præsertim ad Ordinarij Iurisdictionem labefactandam. Quia nimirum

2 qualitas fundãs iurisdictionem principio probanda est per se fundantem in illa, cùm sue intentionis fundamentum sit *ad tex. in l.4. ff. de vi bonorum raptorum, cap. statutum, 22. de elect. in 6. Felin in cap.2. de rescript num. 24. & 25. Nauar. consil.13. num 3 de celebrat. missarum lib.3. Gaulus de pignoribus cap.1. num.2. Salzed. ad* Diaz *in praxi crimin. cap. mihi 142. vers pari etiam ratione, in fine. Farinac. consil.76.* in terminis fundãdæ iurisdictionis ob qualitatem, loquens, *num.4. vol.1. Rota par.1. diuers. decis.172. num.1. & 551. num.1. Surdus decis.268. num.12. Gizarellus decis.16. num.14. & 15. vbi de Angelis addent, & ibid. Mele num.23. Marius Giurba consil. 63. num. 12. & consil. 93. numer. 11. & 12.*

3 Vt qualitate legis cessante, eius quoque cesset dispositio, sequatur, *l.1. vbi Bart. ff. ne quid in flumin. publico, l. si vsusfructus. 21. ff. quibus modis vsusfructus amittatur, Aymon. consil. 202. num.31. Reuerendissimus Episcopus Ricciullus de Iure personarum libr. 1. cap. 13. num. 15.*

4 Exercitium autem omninò requiritur, vt Constitutioni locus esse possit, *ad regulam 4. Cancellariæ.* ibi, *Qui suo tempore officia exercuerint Subcollectorum*, & perpendit optimè

R Gar-

Garſias de benefic.tom.1.par.5.cap.1.num.382.
vbi decisum quoque refert *in vna Caſtellana-*
ten.beneficiorum 7.Februarij 1593.coram Ora-
no,& dixit plenius alios multos refers, de ver-
bo (*exercuerint*) loquens,*tom.2.par.11.cap.10.*
num.198.cum ſequent.ad finem vſque Capit. &
expreſsè *Gonzalez ad regul.*8.*Cancell.gloſſ.*51.
*num.*70 *& 71.& ſequent.* quem etiam ſequitur
Riccius par.3.in praxi reſolut. 284 *num.2. Rota*
apud Creſcent.*decif.17. de præbend. Mandoſ. ad*
regul.4.quæſt.4.Gratian. quem ſequitur *Riccius*
*dict.reſolut.*384.*forenſ.par.3.cap.*575.*num.1.*
& 2.

5 Quapropter nec ſufficiet ad iuriſdictionē fū-
dandam aduerſus Ordinarij naturalem iuriſ-
dictionem, in qua iuris aſſiſtentiam habet, *ad*
6 *tex.in cap.cum perſonæ,7.de priuileg.in 6.* Rota
apud Coccin.*decif.448.num.1. apud Cardin.Ca-*
*ualer. decif.*306. etiam priuatiuè quoad alios,
Rota par.4.diuerſor.collect.per Farinac.dec 568.
probaſſe deputationem Commiſſariatus dum-
taxat; niſi quoque omnimodus effectus depu-
tationis probetur, cum omnibus eius qualita-
tibus; vel quod per eum non ſtetit, quin exer-
7 cuerit.Cum alioqui eſſet probatio æquiuoca,
atque incerta,& obſcura, nec ſufficeret,*ad re-*
gulam tex.in cap.in præſentia,8.de probatio.cum
ibi notat. & plene tradita per Bellencinum de
*charitatiuo ſubſidio quaſt.*110.111. *&* 112. *n.*2.
*Gonzal.d.gloſſ.*51.*num.*71. *&* 72.*Riccius d reſo-*
*lut.*384. *num.* 2. *Mandoſ. dict. regul.4.quaſt.4.*
*Gratian.dicto cap.*574.*num.*1. *&* 2. *Barboſ.de*
*offic.*Epiſcop.*par.3.allegat.57. num.*115. *&* 116.
& ſequitur optimè *Lotterius de re beneficiaria*
*lib.2.quæſt.32. num.*158. vbi decisum refert *in*
Feretrana Parochialis 4.Maij 1588. *coram Ru-*
beo,quam ante eum retulit quoq; *Garſias d.p.5.*
c.1 n 379.*& n.*380.

Neque conſtat, hunc meum principalem
in numero habitum fuiſſe Subcollectorum;
quòd præſertim ipſe, vt officium exerceret hu-
iuſmodi non indigeret. Neque vnicum in diœ-
8 ceſi fuiſſe,ſed ſemper,nihili huius deputatione
habita,alios deputatos fuiſſe,qui Subcollecto-
ris officio fungerentur,vt obſtare proinde nūc
debeat parti ex aduerſo regula prædicta 4. Cā-
cellariæ de vnicitate, quæ & ſi loquatur in
9 materia reſeruationis beneficiorum; eadem
tamen ratio eſt,quoad iuriſdictionis fundamē-
tum,cum odioſa ſit, atque propterea reſtrin-
genda, vt plenè poſt alios, quos pleno refert
cornu, docet *Eraſmus à* Cochier *de iuriſdictio-*
ne in exemptos,par.1.quaſt.4 num.6.& ſequent.
Gonzal.d.gloſſ.51.num.61.73.& 74.Gratian. di-
cto cap.574.num.1.Barboſ.dicta allegat.57 num.
116. *Mandoſ. eadem regula 4. quaſt. 9.* *&* 10.
& decisum in Curia Archiepiſcopali Neapoli-
tana in Subcollectore ſpoliorum per eandem
Curiam capto, qui in Ciuitate Neapolitana
deliquerat, atque propterea criminis cauſa fo-
rum ſortitus fuerat, refert Reuerendiſſimus
Aloyſius Riccius Epiſcopus Vici Equenſis
*par.1.decif.*178. in ipſomet Tribunalis Apoſto-
10 licæ Nuntiaturæ conſpectu. Et reſcriptum
fuit bis per Eminentiſſimum Cardinalem Lu-
douiſium Sanctiſſimi Gregorij XV. fœlicis me-
moriæ ex fratre nepotem, ad Eminentiſſimum
Cardinalem Carrafam, tunc Neapolitanum Ar-
chiepiſcopum, in hac met materia iuriſdictio-
nali, & exemptionis fori. Vt in amplioribus
diœceſibus, duo tantummodo Commiſſarij, ſi-
uè ſpoliorum Subcollectores deputentur; in
inferioribus verò, & minoribus vnus; in Ciui-
tate autem Neapolis, ob negotiorum multi-
tudinem, quotquot fuerint neceſſarij, & aliàs
conſuetum fuit. Ne ob multitudinem deputa-
torum Subcollectorum nimis grauari in ſua
ordinaria iuriſdictione Ordinarios ipſos con-
tingat, quibus proſpectum eſſe, vt reſidere eos,
liceret.& Summi Romani Pontifices,& Sacrū
cùm primis Tridentinum Concilium *ſeſſio.* 24.
11 *cap.11.de reformat.* voluere. Vnde nouiſſimè in
11 reformatione Tribunalis Nuntiaturæ Apo-
ſtolicæ in hoc Regno in. Commiſſis Illuſtriſſi-
mo Nuntio datum eſt; ne plus, quàm vnum in
inferioribus diœceſibus, & duos in amplıori-
bus tantùm deputare Subcollectores poſſit,
ad eorum refrenandam multiplicitatem in
12 odium Ordinariorum Iuriſdictionis, ne ipſi ab
reſidendo retrahantur, vt in inſtructionibus
dicti Tribunalis habetur, quas oſtendit mihi
Dominus Auditor Aſcanius Turaminus, hu-
iuſmet cauſæ ponens: Vir ſanè doctus,& acris
ingenij, ſatiſque ad Cameraram propenſus, nūc
Epiſcopus Roſeten. ad nominationem Magn
Ducis Hetruriæ.

Præterea, quòd omnem pœnitùs difficulta
tem remouet, præter ſupra dicta, eſt; quòd de
anno 1630. præfatus Abbas Antoninus Cor-
teſius, cùm Promothoris Fiſcalis Curiæ Ar-
chiepiſcopalis Surrentinen. officiū ab Archie-
piſcopi manibus recepiſſet, ſua ſpontè poenes
acta Curiæ Subcollectoris officio, & deputa-
tioni, quod numquam exercuerat antea, pu-
blicè Nuncium miſit; vt nihil proindè aduer-
ſus Ordinarij iuriſdictionem per aduerſarios
obijci nunc poſſit.

12 Quòd profectò licuit prædicto Abbati An-
tonino priuilegio, & fauori pro ſe inducto re-
nūciare, atq. nolle ſe eo vti declarare, ac pro-
fiteri. Potiſſimum, quia tunc temporis, nullo
obnoxius erat crimini.*ad tex.in id expreſſum,*
& cum ibi notat in l.ſi quis in conſcribendo, 40.
C.de Epiſcop.& cleric. & l ſi quis in conſcriben-
do,29.C.de pactis,cap ad Apoſtolicam, 16. *de re-*
*gularibus,cap.ſignificaſti,*18. *de foro competenti,*
Felin.in cap.P.& G. 40. *numer.13.in fine*, *de*
officio delegato,Fuſcus de Viſitation lib.2.cap.8.
num. 11. *in princip. Gaillus practicar. obſeruat.*
lib.1 cap 40. num.1.& ſequent. optimè ad rem
noſtram *Federic.de Senis conſil.14. ad ſecundam*
quæſtionem num.5.& 6. Angelus in §.idem iuris
num.49. Inſtitution.de exceptionibus.Eraſmus
à Cochier.de iuriſdiction.in exemptos par.3.quæ-
ſtion.

stion. 34. ad fundandam præsertim Ordinarij
13 naturalem iurisdictionem. Cùm vnumquodq; ad suam pristinam naturam facilè reuertatur, vt aduertit optimè ad rem nostram Augustin. Barbosa in collectan. ad decretal ad tex. in cap. cum tempore. 5. sub num. 5. de arbitris, & ibidem notabiliter Abb. n. 2. in princ.

14 Quam ob causam ad rem nostram haud pertinent, quæ aduersum nos comminiscuntur facili negotio aduersarij, ex tex. in d. cap. cum tempore, & ibidem per Abbatem num. 2. de arbitris, aliosque per Cochier. eodem tractatu de iurisdictione in exemptos par. 2. quæst. 7. num. 2. & seq. Exemptos videlicet, priuilegio suo renunciare minime posse.

15 Cùm, quòd id exauditur in præiudicium Papæ, & vbi priuilegium alicui Collegio, non peculiari personæ, concessum esset, vt plenè Doctores per d. Eras. loco vbi sup. cit. & per Gaill. d. c. 40 à n. 2. cum seq. & per Barb. d. c. cum tẽpore, n. 4. Cochier d. q. 7. n. 23. p. 2. docent. Mandos. in d. reg. 4. q. 4. sub n. 6. in fin.

16 Tùm, quòd in facto, vnde ius venandum est, ad tex. in l. si ex plagis 53. §. in Cliuo Capitolino, ff. ad legem Aquiliam l. vt responsum congruum 15. C. de transaction. l. precib. 8. C. de impuber. & alijs subst.

17 Exemptionis vtique priuilegio (ex subcollectoratus Commissione exoriente) nuncium haud misit noster hic Abbas Cortesius, sed ipsi commissioni, ac subcollectoratus deputationi, quæ sanè deputatio in inuitum haud minimè fit, sed in volentem, ac deprecantem cõfertur. Quarè potuit deputationi præfatæ renunciare, atque se ab officio eximere subcollectoris, quod deputati fauorem respicit, vnde consequenter exemptionis oritur Priuilegium, & temporale est, non verò perpetuum. Atque potuit in sui præiudicium deputationi de se aliàs factæ, absque Superioris, ac Sedes Apostolicæ præiudicio, renunciare, ex allata superius regula; quòd fauori suo renunciare liberũ
18 sit cuilibet. Ne aliòquin, quod fauore inductũ est, in odium retorqueatur eiusdem, contrà regulam iuris. Quod ob gratiam 61. de regul. iur. in 6. & l. nulla iuris ratio 24. ff. de legibus, & l. quod fauore 6. C. eod. Intrigliol decis. 49. num. 16. & 17. optimè Barbosa axiomate 95 num. 1. & 2. Neque possent semel constituti Commissarij amplius, vel remoueri, vel ab illa se subducere, essetq; seruitutis species, nõ priuilegij, quod inferius peculiarius adstruemus.

19 At apertũ satis est ex eadem Gregorij XIII. Cõstitutione, posse officio subcollectoris Nũcium mitti. §. 1. ibi: Non modo durante eorum officio, sed etiam post ipsum dimissum. Potest igitur renunciari sub collectoris officio, dùm illud di-
20 mitti potest. Cùm renunciauerit igitur subcollectoris officio Abb. Cortesius. Illo vtique cessante, cessauit quoque exemptionis priuilegium. ad regulam tex. in cap. cum cessante 61. de appellat. & plenè notatis per Tiraq. ad eand. regul.

Nec contraria nobis sunt vllo pacto Constitutionis præfatæ Gregorianæ verba d. §. primo. paulò ante allata, ibi: Non modò durante eorum officio, sed etiam post ipsum dimissum, donec vixerint, vt perduret proinde exemptionis priuilegium in perpetuum, etiam officio dimisso, quòad vixerit semel deputatus subcollector.

21 Exauditur nempè Cõstitutio fauore Cameræ, nè per ordinarios retrahantur subcollectores ab eorum officio exercendo in præiudiciũ iurium Cameræ, sub prætextu patratorum criminum, vt ex ipso Constitutionis prohemio
22 colligitur, nec obscurè, quod finalem dispositionis causam indicat, atque dispositionem ipsam declarat. ad tex. in l. fin. vbi Bart. num. 3 ff. de heredib. instituend. l. prima ff. ad Macedonian. Rota in Romana Secretariatus 26 Iunij 1592. coram Card. Seraphino decis. 90. num. 7. vbi Centolinus addens post primum volum. consil. Farinac. Rota in Baren. seu nullius Archipresbyteratus, seu Prioratus 20. Iunij 1614. coram Damasceno decis. 597. nu. 3. par. prima in opere Posthumo. Farinac.

23 Tùm etiam, quòd Constitutio ipsa exauditur de criminibus patratis durãte subcollectoris officio, vt de eis quandocũque, etiam post dimissum officium, à Nuncio Sanctissimi Domini recognosci debeãt subcollectores deputati; non sanè de criminibus post dimissum
,, iam officium patratis. d. § primo ibi: per quos-
,, cunque subcollectores, & Commissarios tàm gene-
,, rales quàm particulares, per te, et pro tempore exi-
,, stentem nostrum, & Sedis Apostolicæ Nuncium,
,, deputatos, commissorum.

24 Requiritur igitur ad fundandam Illustrissimi Nuntij iurisdictionem, vt crimina tẽpore, quo subcollectores, & Commissarij sunt, patrata fuerint; vt de illis per Nuncium iudicari valeant, etiam post dimissum officium, dùm vixerint. Quòd iam sortiti fuerint iurisdictionem Illustrissimi Nuntij post patrata crimina, etiã dimisso officio, vt mutare proinde sibi sortitũ haud liceat forum in præiudicium iudicis criminis, secundum Socin. in cap. fin. q. 10. de foro compet. ad tex. in l. quid ergò 1. ff. de his, qui notãt infam. planè Maius Giurba cons. crimin. 15. nu. 6. & n. 12. ac seq. ad fin. Quòd secus planè erit si post dimissum officium, cùm iam ad ordinarij iurisdictionem denuò transitum fecerint, crimina
25 perpetrarint. Cùm id Cõstitutio non dicat, vt sub dispositione iuris communis relinquatur. ad tex. in l. commadissimè 10 ff. de liber. et posthum. cap. cùm venerabilis 7. §. quia igitur de religiosis domib. Rota in recent. par. prima tom. 1. decis. 171. num. 2. Et quod illa non dicit, neque nos dicere oporteat. ad tex. in l. diffidentis 5 C. de repud. tex. in can. consuluisti 18. §. & quod sanctorum 2. q. 5. tex. in cap. 2. ne sede vacant. Rota par. 4. diuers. dec.
26 673. num. 4. plenè etiam Giurba d. cons. 15. num. 2. & seq. Vt à iure proinde regulari, quo pro Ordinarij iurisdictione disponitur, recedendũ minimè sit; nisi quòad ea, quæ excepta inue-

R 2 niun-

niuntur.*iuxtà Gloß.receptam in l. omnis definitio. 203.ff. de regul. iuris , quam sequitur notabiliter Nauar.conf.6.nu.2.lib.2. de appellat. Rota par.4. diuers.collecta per Farinac. decis. 688.sub nu. 3.&*
27 *apud Coccin.Decanum decis.500.nu.4.*Qui igitur
exceptionem obijcit aduersus regulam , ipse
probare debebit,*vt post Paris.conf.41. num.16.et seq. lib. primo sequuta fuit Rota apud Coccinum decis.383.num.2 & in recentiorib.par.2. tom.2.decis. 660 num.5.Surdus optimè decis.195.nu. 4.Nauar. conf.12.cum mortuus num. 4. in fin. lib.1.de elect. & lib.5.de pœnitent.& remissionib.conf.40. nu.11. Iacob.Nouellus reg.173. post Duegnam de regul. iur.Barbos.assiomat.198. num. 2. Rota apud Sanctissimum Ludouis. Gregor. XV. decis.182. num. 1. Farinac. d. conf. 76. num. 3. vol. primo. Rota in Romana Vineæ 17. Februarij 1612. coram Illustrissimo Sacrato decis.3.num.8.per Zacchiam ad Gallesium de obligat.*Camer.

28 Quia profectò , qui regulam pro se habet,
rem certam habere dicitur, *Surd. conf. 222.nu.*
29 *6.lib.2.* Vndè pro se etiam iuris præsumptio-
nem obtinet.*ad tex.in l.ab ea parte 5.ff.de probat. Gloß in rub.de regul iur.in 6. vers. & dicitur regula Ambrosin.de immunit. Eccles. cap.11.num.4. vers.primo etenim.*

Nec officit,quod obijcitur;renunciationem non fuisse factam coram Illustrissimo Nuntio, neque illo sciente. Vt ei proinde obstare haud possit.

Tùm quòd neque scientia,neque consensus
exquitebatur Illustrissimi Nuntii , qui neque
etiam si sciuisset, ac præsens fuisset,prohibere
valuisset , ne renunciationem emitteret Sub-
collectoratus depurationis , & Commissaria-
tus : Cùm id à mera , & libera Cortesij pen-
30 deret voluntate,eiusquè libertate.Quç secun-
dum Florentinum Iure Consultum *in l. libertas 4.ff.de statu hominum.*& Imperatorem *§. libertas institut. de iure personar.* est naturalis facultas eius,quod cuique facere libet,nisi quod vi,aut iure prohibeatur. Id autem (ne renunciate videlicet posset) Iure Gregorianæ Constitutionis prædictæ nedum prohibitum minimè inuenitur ; verùm & expresse permissum *d. §. primo.* ibi : *Non modò durante eorum officio ; sed etiam post ipsum dimissum.* vt supra etiam *num.19.&* 20. perpendimus.

Non igitur præpedire poterat Illustrissimus
Nuntius,etiam si præsens fuisset, etiam ex ip-
sa Gregoriana Constitutione , liberam volun-
31 tatem,& absolutam Cortesii libertatem;ne à
fauore pro se per Commissionem inducto , se abdicare per refutationem posset. *ad tex. in cap.ad Apostolicam 16. in fin. de regular. cap.si de terra 6.in fin de priuileg. l.si quis in conscribendo 29.C.de pact. Hyppolit.singul.361. incip.*extat iuris,cum aliis per *Barbos. adductis assiomat. 96. num.2.*

Cœterò quin Subcollectores, & Commissarii ascriptitiorum seruorum , Apostolicæ Nuntiaturæ,rationem subirent, ac perpetuæ eos seruituti addictos esse debere, asserendum esset;nullusquè iam reperiretur , qui id munus
subiret,seque libertate , quæ res inæstimabilis
32 est(vt Paulus loquitur *in l.libertas 107.ff. de regul.iur.§.fin.institut.quib.ex caus. manumittere non licet.Surd.de aliment.tit.8. priuil.38. num.1.*)
priuaret. Veluti de seruis prædio ascriptis loquitur *Abb. in cap. nulli liceat 5. per illum eundem tex.* ibi : *Siue Agrum , siue rusticum mancipium.num.2.in 2. notab. de rebus Eccles. alienan.*
33 Rusticum seruum prædio deputatum prædii
ipsius partem dici,& æstimari : Quia profectò videtur inherere prædio, quod cùm immobilis res sit,communicat naturam seruo,ad eius culturam deputato. ita Abb. & est *tex. in l. 3. ff.de diuers.& temporalib. præscript.* vbi Modestinus Iure Consultus: Mancipia fundis deputata partem fundi ipsius nuncupat , & existimat ; vt sicuti prædium præscriptioni subiicitur;ita, æquèvè seruus illius deputatus culturæ;quòd pars eius fiet,& cum eo connumeretur,& facit *tex.in l.lex quæ.32. §. præcipimus.C. de administrat. tutor. tex. in §. vult enim illa.in auth.de alienan. aut permutand. rebus Ecclesiast. collat 2.tit.1.in proœm. Petrus Gregorius Tholosat syntagmat.iur.vniuersi lib primo cap. 9.num 6. Ioannes Guttierez pract.quæstion.lib.5 q. 95.num. 6.& seq.Ioan.Koppen.decis.German. 31. num.19. &* 20.

At nemo id planè dixerit.

34 Non ergo Nuntii exquirebatur consensus,
neque præsentia , & scientia , vt renunciare Subcollectoratus Commissioni Cortesio liceret.Cùm se ille minimè actui opponere,neq; ex illo lædi posset *ad tex. in l. de vnoquoque 47.ff. de iudic.* in argumentum à contrario exauditum, & regulam, *quod omnes 29. de regul.iur. in 6.* à contrario etiam in argumentum accep-
35 tam,quatenus habet;approbari deberi actum
ab iis,ad quos spectat.Vt si ad eos non spectet, neque eos tangat,illorum vtique approbationem haud exquirat.*ad tradita per Gloß. ibid. & Barbos.assiom. 196.n. 18.*

36 Tum quoque , quòd cùm renunciauerit di-
ctus Cortesius fauori prò se inducto ; seque Ordinarij iurisdictioni subiecerit, cui iam naturaliter suppositus erat;hoc vnum sat, superquè fuit,etiam non requisito Illustrissimi Nūtij consensu,qui nec dissentire poterat(vt diximus)*ad tex.in l.prima.& 2.ff.de indic. l. prima,§. & post operis . vbi Iason. num. 11. ff. de operis noui nunciat. optimè Gaillus d. cap. 40. num. 1. lib. 1.practicar.obseruat.*

37 Factus nãq; hoc pacto regressus fuit ad ius
commune ; quod sanè fauorabilius est , Or-
38 dinarij iurisdictionem fouens, quàm jus pecu-
liare priuilegij,quod minimè æstimatur assistē-
te dispositione iuris communis. *ad tex. in l.pri-*
„ *ma C.de Thesaur.lib. 10.*ibi: *Vt superfluum sit hoc*
„ *precibus postulare,quod à lege permissum est . vbi*
*Gloß.*concordantes allegat.*verbo à lege. Et post Felin.d.cap.cum p.& g.num.13.de offic.delegat.&*

in

in repert. verbo exemptus ab Ordinario verf. fecus, & verf adde. quòd de alio exempto. aduertit idem *Erafmus à Cochier. d. q. 7. par 2. num 22. Barbofa d. capit. cum tempore de arbitris num. 6. 7. & 8. ex altero Barbofa ad l. primam art. 3. num. 48. cum feq. ff de indic.* Tùm etiam, quod non priuilegio renunciauit ex deputatione exoriente fubcollectoris; fed ipfi deputationi de fe factæ (vt fupra animaduertimus) quæ fatis diuerfa inter fe fuit.

Et ita ex his refpondendum cenfui fub cenfura.

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Aduocatus.

Cùm hæc proponerem in Congregatione coram Illuftriffimo Nuntio; quòd contrà Fifcum, ac propriam iurifdictionem effe videretur, pœnè ridiculus fui, vt viderentur hęc fomnia magis, fiue deliramēta, quàm iuris propofitiones. Et aduerfę partis Aduocatus turgidis velis, flantibus auftris fecare æquora videbatùr, atque applaudere iurifdictioni Cameræ. Vnde pro eo palma fuit. Verum habito recurfu ad Sanctiffimum D. N. in fignatura, emanauerunt ab ea inhibitiones, ac propofita femel caufa coram eodem Sanctiffimo; cùm Commiffarius Cameræ, non ita profperè fibi flātes auras ad ratem prouehendam confpiceret, fupplicauit; iterum proponi caufam in alia fignatura. Qua tandem propofita; poft multa, pro nobis decifio fuit; & prouifum per Breue Sanctitatis Suæ fub annulo Pifcatoris, quòd Illuftriffimus Nuntius fuam moderaretur inhibitionem, & caufam in prima inftantia, *iuxta Sacri Tridentini Concilij decreta cap 20 f. ß. 24. de reformatione*, ab Ordinario Surrētinen. cognofci permitteret. Quod Breue hic fubnectere operæ pretium me facturū putaui. Quinimò, & decretum in anno 1629. Romæ coram Reuerendiffimo Cameræ Apoftolicæ Commiffario de communi confenfu Fifci Aduocati, & Procuratoris Fifcalis, ad terminos Conftitutionis Gregorij XIII. habitum, fubnectere, ab inftituto propofito alienum minimè æxiftimaui, quin magis apprimè vtile, & neceffarium.

Decretum.

Die 2. Ianuarij 1629. Romæ Aduocatus Fifci; Procurator Fifcalis, & Commiffarius Cameræ fimul congregati; Vifo Breui fœlicis recordationis Greg XIII. fub datum Romæ apud Sanctum Petrum fub annulo pifcatoris die 4. Ianuarii 1575. *de quo in nouo Bullario tom. 2. fol. 392.* Concordes fuerunt in infrafcriptis.

Subcollectores in Regno Neapolitano pro quibus vis prætenfis exceffibus criminibus, & delictis, durante illorum officio commiffis, effe fubiectos priuatiuè iurifdictioni Nuntii pro tempore in dicto Regno exiftentis; & etiā dimiffo officio, donec vixerint, fi pro illis conueniantur; taliter, quòd nullo modo valeant declinare forum Nuntii. Pro commiffis verò finito, feù dimiffo officio eorum, crediderunt dictum Breue Gregorij non intrare. In ciuilibus verò caufis, quia illæ non comprehendūtur in dicto Breui Gregorij XIII. fed folùm poffunt vti *Extrauag. 3. incip. Diuina de priuileg. inter communes.* Crediderunt fubcollectores durante folùm eorum officio potiri poffe huiufmodi priuilegio; fed licere eis renūciare. Finito verò, vel dimiffo, non gaudere priuilegio fori.

Et iuxta hanc refolutionem fuit datum in mandatis Nuntio Neapolitano.

Breue Sanctiffimi.

Dilecto filio noftro, & Sedis Apoftolicæ Nuntio in Ciuitate Neapolitan. commoranti. *Adeft figillum fub annulo Pifcatoris impreffum, &c.* Vrbanus Papa Octauus. Dilecte fili falutem, & Apoftolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Fifcalis Curiæ Archiepifcopalis Surrentin. quòd aliàs pendente iudicio criminali in dicta Curia cōtra dilectum Filium Antonium Cortefium Clericum Surrentinen. Diœcefis fuper homicidio per dictum Antonium in dicta Dioc. vt in actis caufę huiufmodi prefupponitur, tempore quò exercebat munus Fifcalis Curię prędictæ in perfonam Antonij Galani commiffos rebufquè alijs in eifdem actis, & proceffu, latius deductis, & capta à Venerabili Fratre Archiepifcopo Surrentinen. fiue Dilecto filio eius Vicario in fpiritualibus Generali informatione, Reoquè in vinculis detrufo; Tu, fub prætextu cuiufdam prætenfæ antiquæ cōmiffionis de fubcollectoria; quam nūquam dictus Reus proceffatus exercuerit: Volens causā ab Archiepifcopo, feu Vicario prædicto auocare, & ad te trahere, dictæ Curiæ Archiepifcopali inhibuifti, nè contrà dictum Antonium ad vlteriora procederet, eumquè vnà cum actis ad tuam Curiam tranfmitteret. Cùm autem, ficut eadem expofitio fubiungebat, agatur de caufa criminali in prima inftantia, quæ iuxta Decreta Sacri Concilij Tridentini coram fuo Ordinario tractari debet, ideò nobis humiliter fupplicari fecit exponens prædictus, vt ei in promiffis opportunè prouidere de benignitate Apoftolica dignaremur. Nos igitur ftatum, & merita caufæ, & caufarum huiufmodi præfentibus prò plenè, & fufficienter expreffis habentes; ipfumquè exponentem à quibufuis excommunicationis, fufpenfionis, & interdicti, alijfquè Ecclefiafticis fententijs, cenfuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occafione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodatus exiftit (ad effectum pſentium dumta-

tat consequen.) harum serie absoluen. & absolutum fore censen.huiusmodi supplicationibus inclinati. Discretioni tuæ per præsentes committimus,& mandamus, quatenus vocatis ad id,qui fuerint euocan. inhibitionem,seu inhibitiones tuas authoritate Nostra moderaris,causamquè,& causas prædictas, ac quā, & quas dictus exponens super præmissis contra prædictum Antonium, omnesquè alios sua interesse putantes habet,& mouet,habere què & mouere vult, & intendit, cum omnibus, & singulis suis inciden.dependen.emergen.annexis, & connexis, toto quæ negotio principali, ad suum Ordinarium Surrentin.dicta authoritate remictas.Nos enim tibi citandi,ceteraquè in præmissis, & circa ea necessaria quomodolibet, & opportuna facien. exercen. & exequen Plenam,& liberam Apostolica authoritate tenore præsentium concedimus facultatem.Non obstan.præmissis, ac Constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis, cæterisquè contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 19.Aprilis 1635. Pontificatus nostri anno vndecimo. B.Rusfpolus.Iacobus Vgurgorius.

Et denique repropofita iterum causa corā Sanctissimo Domino in eius signatura die 13 Nouembris 1635.quòd Illustrissimus Nuntius noluisset parere Breui prædicto, præuijs tribus protestationibus coram eo,& appellatione à denegata iustitia; egrè Sanctissimus tulit, eius Nuntiū noluisse parere eiusBreui;atq;declaranit: Constitutionem Gregorii, locum haud habere in criminibus patratis post dimissum officium;mandauitquè rescribi,quòd Archiepiscopos Surrentinen.procedat,ac si Nūtii inhibitiones non emanassent,cum potestate inhibendi eidem Nuntio. Verùm iterum in mandatis dicto Illustrissimo Nuntio datum fuit,per litteras Illustrissimi Datarii, vt suam omninò moderaretur inhibitionem.

Et cum iterum per alios habitus fuisset recursus ad Sacram Congregationem negotiis Episcopornm, Eminentissimi Patres sequentibus rescripserunt dicto Illustrissimo Nuntio.

Episcoporum 5. Decembris 1635. ex Audientia Sanctissimi.

Napoli al Nuntio.

Essendosi riferito alla Santità di N.S. il senso della Sacra Congregatione circa l'essentione dalla Iurisdittione de gl'Ordinarij,che V.S.auisa essersi osseruato sin hora,di fare godere alli Succollettori di cotesta Nuntiatura in vigore della Bolla della Santa Memoria di Gregorio XIII. anco per il tempo, che non essercitano più tale officio. Sua Beatitudine hà commandato che si scriua à V.S come esseguisco; che mentre li Socolilettori sudetti non essercitano attualmente tale officio,ò non si trat-ti di delitti da loro commessi in tempo, che l'essercitauano,ella faccia attenere il suo Tribunale di procedere;e lasci,che siano conosciuti, e puniti dalli proprij Ordinarij conforme dà loro si stimarà conuenire per Giustitia. Così dunque V. S. potrà regolarsi nel caso di D. Antonio Russo Arciprete d'Acquauiua, & in ogn' altro, che li socceda in auuenire;dando sopra ciò alli suoi Ministri gl'ordini opportuni in essecutione della mente di N. S. e della medema Sacra Congregatione, e Dio la prosperi.

Il Cardinal Ginetti.

Demum per Illustrissimum Archiepiscopū Surrentinum liti finis impositus fuit,& absolutus ex deductis dictus Clericus Antonius Cortesius, qui etiam à patre defuncti exculpationem obtinuit ad suæ exonerationem consciētiæ,cum in extremis laboraret vitæ; & eodem modo eundem exculpauere mater, fratresquè defuncti.

Post hæc tamen emanauit Constitutio eiusdem Sanctissimi D. N. Vrbani Papæ Octaui motu proprio, qua voluit etiam post dimissū officiū Subcollectores pro patrādis, nec dum patratis criminibus iurisdictioni suppositos esse Nunciorum, & Collectorum pro tempore;vt ex Constitutione ipsa, quam hic subnectere è rè esse visum fuit,vt multò fortius,quę diximus in nostra respōsione persistant in terminis Gregorianæ Constitutionis.

S.D.N.D.Vrbani Diuina Prouidentia Papæ Octaui Constitutio super exēptione Commissariorum, & Subcollectorum Cameræ Apostolicæ.

Vrbanus Papa Octauus.

AD perpetuam rei memoriam. Aliàs recol. memor. Gregorius Papa XIII. prædecessor noster indemnitati Ministrorum Cameræ Apostolicæ,ne vllis molestijs,litibus,vel incōmodis fatigarentur, opportunè prouidere cupiens. Quòd omnes, & singulæ causæ, tunc motæ,& pro tempore mouēdæ quorumuis prætensorum excessuum, criminū, & delictorum per quoscunque Subcollectores, & Commissarios, tàm generales, quàm particulares in quibuslibet Prouincijs, Ciuitatibus, & Diœcesibus Regni Neapolitani per tunc, & pro rempore existentem Nuncium Apostolicum, & Collectorem Generalem deputatos, commissorum, à tunc, & pro tempore existente Nuncio

Nuncio Apostolico in eodem Regno cōmorante, solùm, non autem à quibusuis alijs iudicibus, etiam locorum Ordinarijs, non modò durante eorum officio; sed etiā post ipsum dimissum, donec viuerent, audiri, cognosci, & decidi possent, & deberent, statuit, & ordinauit; prædictisquè iudicibus, & locorum Ordinarijs, nè in illis se se quouis prætextu, seu quæsito colore intromittere quoquomodo vllatenùs auderent, vel præsumerent, districtius inhibuit; prout in suis litteris in simili forma Breuis, sub datū die 4. Ianuar. MDLXXV. Pōtificatus sui anno III. expeditis pleniùs continetur. Cùmq; postea, vt accepimus, fuerit à nonnullis pluries dubitatum; an prædictæ litteræ Gregorij prædecessoris prædicti, de prætensis excessibus, criminibus, & delictis durante officio dumtaxat, an verò etiam de alijs post finitum eorum officium, vt prætenditur, donec viuerent commissis, intelligi deberent, & desuper diuersas resolutiones, etiam ad inuicem contrarias emanasse asseratur. Nos volentes finem huic dubitationi imponere; & attendentes, quòd ijdem Subcollectores, & Commissarij in concernentibus seruitiū Cameræ, & Sedis Apostolicæ, timidiores, ac negligentiores fierent, si sub prędictorū Iudicum, & Ordinariorum Iurisdictione post finitum eorū officium, se relictū iri timerent; & propterea iusto metu retraherētur à gerendo, vt debent, eorum officio, dubitantes ne illo finito prædicti Iudices, & locorum Ordinarij in illos, etiā ex causis mendicatis sæuirent, quod in non modicū præiudicium Cameræ, & Sedis Apostolicæ redundaret. Idcircò motu proprio, & ex certa scientia nostra, deq; Apostolicę potestatis plenitudine hac nostra Cōstitutione perpetuò valitura, cognitionē, & decisionem causarum prætēsorum excessuū, criminum, & delictorū per prædictos Subcollectores, & Commissarios à Nuncijs, & Collectoribus Apostolicis, tàm in Regno Neapolitano, quā in alijs Prouincijs, Regnis, & locis, etiam speciali nota dignis, & vbiq; Terrarum, & locorum, per Nuncios, siue Collectores Apostolicos hactenus deputatos, & pro tempore deputandos quomodocunque, etiam post finitum officium, commissorum, vt prætenditur, & patratorū spectasse, & spectare ad Nūcios, & Collectores Apostolicos pro tempore existētes priuatiuè, quòad quoscunq; alios Iudices, etiam locorum Ordinarios prædictos, declaramus, & quatenus opus foret, decernimus, statuimusq; & ordinamus. Nè autem inde maior liberras delinquēdi, & excessus committendi eisdem Subcollectoribus, & Commissarijs nascatur; & nè eorū delicta, si quæ patrata essent, vel patrarērur in posterū impunita remaneant. Volumus quòd Collectores Cameræ Apostolicæ, nunc, & pro tēpore existentes inter statuta per eorum Subcollectores, & Commissarios obseruanda, tanquam ab ipsis Collectoribus iam ædita, etiam impressa, addant comminationem de eosdem Subcollectores, & Commissarios priuando, huiusmodi priuilegio, & illos ordinariæ iurisdictioni submittendo, quatenus post dimissum officiū ab excessibus, & delictis committendis nō se abstineant; quòdq; prædicta statuta in Cācellarijs Episcoporum, & aliorum Ordinariorum retineantur, & stent affixa. Decernentes præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo, quòd quicunq; in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes vocati, & auditi nō fuerint, aut præmissis non consenserint; seu causæ propter quas præsentes emanarint, adductæ, verificatæ, seu aliàs iustificatæ nō fuerint, aut alia quauis de causa de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, inualidari, in ius, vel controuersiam reuocari, ad terminos iuris reduci, seu aduersus illam restitutionem in integrum, aperitionem oris, aut quodcunq; aliud iuris, vel facti, *Gratiæ, vel Iustitiæ* remedium impetrari, seu eo impetrato quomodocunque vti, seu se iuuare in iudicio, vel extrà nullatenus posse; sed eas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, sicquè per quoscunque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiā de latere Legatos, & Nūcios, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritū, & inane si secus super his à quoquam quauis authoritate, sciēter, vel ignoranter contingerit attentari. Non obstan. quatenus opus sit, nostra de iure quæsito nō tollēdo, ac quibusuis alijs Cancellariæ Apostolicę regulis, nec non Constitutionibus,

nibus, & ordinationibus Apostolicis; priuilegijs quoque, indultis, ac litteris Apostolicis sub quibuscumq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq; & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium quomodolibet concessis, cõfirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorũq; tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum omnium tenorem præsentibus pro sufficienter expressis habentes; illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisq, contrarij quibuscumq. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 2. Iulij. MDC. XXXVI. Pontificatus nostri anno decimotertio.

M. A. Maraldus.

ROMAE, Ex Typographia Reuerendę Cameræ Apostolicæ. MDCXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Immunitate haud gaudent Ecclesiæ, qui in ipsis Ecclesijs, earumve Cœmeterijs homicidia, & mutilationes membrorum, patrare non verentur.*
Vt currat argumentum non in Ecclesia, neve in earum cœmeterijs homicidiũ, vel membrorum mutilationes patrauit, ergo eius gaudet immunitate.
2 *Legis verba vbi non conueniunt, neq; eius dispositio congruere debet.*
3 *Immunitatis sub spe delinquens, ac propè eam, immunitate nec perfruitur Ecclesiæ.*
Verum non ita recepta est hæc sententia. nu. 4. & contra priorem sententiam firmatur. n. 19. & seq. & n 14. & 19.
Oculari inspectione nulla maior probatio. ibid.
6 *Propè, dictio, ad modicam refertur distantiam, atq; contiguitatem denotat quandam.*
7 *Propè Ecclesiam, in scalis Ecclesiæ dici, exaudiuit Vulpill. cons. 120. verùm refellitur. nu. 15. & decisio etiam Regij Neapolitani Consilij affertur.*
8 *Testibus numero maioribus, atq; vera deponentibus standum magis est, quàm inferioribus numero, & varijs.*
9 *Probationes in hac materia immunitatis Ecclesiasticæ plenas esse oportet.*
10 *Homicidia, & mutilationes membrorum in Ecclesijs, earumq; cæmeterijs, is patrasse dicitur, qui intus ea loca sic deliquit.*
12 *In, dictio, intrinsicitatem quandam denotat, & inhærentiam, siuè intrà.*
13 *Ipse, ipsam, ipsum pronomen, dispositionem comprimit, atq. coarctat.*
14 *In dormitorio, vel claustro homicidium perpetrans, in Ecclesia non dicitur deliquisse, vnde immunitate gaudet eiusdem.*
15 *Verba Gregorianæ Constitutionis strictè, ac presiè exaudienda sunt in hac immunitatis Ecclesiasticæ materia, neque extendenda vltra eorum proprietatem.*
17 *Hostio in Ecclesiæ delinquens per homicidium, vel membri mutilationem, Ecclesiæ adhuc immunitate perfruitur.*
18 *Immunitate gaudet Ecclesiæ, qui ab illa egreditur, & extra eam hominem occidit, vel mutilat, si post crimen in Ecclesiã iterum se recipit.*
19 *Immunitas Ecclesiarum non ratione personarum, sed locorum Deo sacrorum concessa est.*
20 *Clementis Papæ VIII. decisio in vna Panormitana immunitatis Ecclesiasticæ expenditur.*
21 *Immunitatis fauore tenendum in dubio est, non contrà eam.*
22 *Extensio de casu ad casum in hac immunitatis Ecclesiasticæ materia facienda haud est.*

ARGVMENTVM.

Immunitate an gaudeat Ecclesiasticã, qui ab Ecclesia egressus, extrà eam inimicum occidit, & in eandem postea se recepit Ecclesiam, vel si propè eam deliquit animo se recipiendi in illam; & quid in eo, qui in gradibus deliquit Ecclesiæ inimicum necando? non vulgaris disceptatio.

RESPONSIO XXXIX.

Immunitate gaudere, ac frui debere Ecclesiæ, à qua per vim extractus fuit, atq; in illa reponendum omninò esse asserendum puto Ioannem Andream de Horta loci Iulianen. Auersanen Diœcesis; licet quidem plumbea pila ex sclopo (vulgo Zoffione, nuncupato) excussa Hectorem Mancinum, quo cũ simultates, & inimicitias exercebat, extrà Ecclesiam occiderit, & post incussum vulnus, vnde mors sequenti die consecuta fuit,

fuit, in Ecclesiam Congregationis B. Virginis,
eiusdem loci se statim recepisset; Quia nimirũ
1 cum in Ecclesia homicidium patratum non
fuerit, nõ excluditur, quin immunitate gaudeat
Ecclesiæ, qui in illa non deliquit. *ad tex. in cap. fin. de immunit. Eccles.* & *Constit. Gregor. XIV*.
Cùm eos immunitate nè potiantur Ecclesiæ
secernant, & segregent. *qui in ipsis Ecclesijs, earumue cæmeterijs homicidia, & mutilationes membrorum patrare non verentur.*

Atqui, neque in Ecclesia, neuè eius cæme-
terio homicidium perpetrauit Ioannes An-
dreas, sed extrà illam, quod neque aduersarij
diffitentur. Non vtiq; exceptioni subiacere de-
bebit immunitatis Ecclesiasticæ perfruendæ,
2 qui in legem non deliquit. vt argumentatur
etiam *Detian cons. 80. nu. 4. & seq. vol. 3.* Quia
profectò, vbi legis verba non conueniunt, neq;
dispositio ipsa congruere debet. *l. 4. § toties. ff. de damn. infect. l. ita tamen. 5. ff. de administr. & pericul. tut. cap. indemnitatibus. 42. §. penult. de elect. in 6. Cardin. Tusc. tom. 2. lit. D. conclus. 493. Barbos. assiomat. 73. n. 16. Rota decis. 126. n. 3. post 1. vol. cons. Farinac & decis. 145. nu. 2. in fin. post 1. vol. cons. eiusd. apud Mantic. dec. 163 n. 5. Nauar. de indulgent notab. 28 nu. 22. Afflict. dec. 21. n. 9. & dec. 355. n. 8. Detian. d. cons. 80. n. 15.*

3 Nec refragatur, quod per aduersarios mor-
dicùs obijcitur; homicidium perpetrasse Ioan-
nem Andream in Hectorem inimicum sub spe
immunitatis perfruendæ, atq; propè Ecclesiã
prædictam, in quam se statim recepit, & à qua
occisurus, sclopo munitus igniuomo, egressus
fuerat, vt in Ecclesia homicidium perpetrasse
videatur, atq; illius proinde immunitate per-
frui minimè debere, vt & non vulgaris nomi-
nis, notæq; tradidere Doctores apud *Ambrosin de immunit. Eccles. cap. 5. n. 4.* & decretum
iam fuisse per *Sancta Memoria Clement. VIII. in vna Panormitana immunitatis Ecclesia in anno 1597. post Farinac. de carcerib. & carcerat. q. 28 nu. 56. in fin.* refert idem *Ambros. d. cap. 5. d. n. 4. in fin. vers. & cum opinione.* cuius assertione
à sententia cõtraria sequenda, quã adstruerat,
deterritus fuit.

4 Prætetquàm, quòd enim, vt paulò post pate-
bit, hæc non ita certa, atq; tuta sententia est, vt
Ambrosinus fortasse putauit, & sequẽdam *Farinac.* tradiderat *d. q. 28. n. 56.* quod nostrum erit
in subsequentibus probare.

Non sic tamen verum est, propè Ecclesiam
homicidium in Hectorem perpetrasse Ioannẽ
Andream, neque ab Ecclesia egressum fuisse,
vt spe immunitatis perfruẽndæ deliquisse vide-
retur, vt aduersarij ipsi contendunt.

Profectò, ꝙ testes omnes tam ab aduersarijs
producti, quã per Episcopalẽ Curiã Auersanã
examinati, certũ designant locũ extra Ecclesiã
(alla Carrara del Molinaro) & non propè eã;
sed ab ea non minimi dissitum, in quo excussa è
sclopo pila ignita, in Hectorem mortem ma-
chinatus fuit Ioannes Andreas. Vt cesset pro-
5 inde, etiam oculari inspectione (qua nulla ma-
ior probatio inueniri potest. *l. penult. vbi Doctor, ff. fin. regundorum, Rota apud sancta memor. Gregor. XV. decision. 575. nu. 6.)* assumptũ,
propè Ecclesiam deliquisse Ioannem Andreã.
6 Propè enim dictio, siuè præpositio ad modicã
refertur distantiam, atq; contiguitatem deno-
tat quandam, vt ad remotum adaptari locum
haud possit, secundum doctrinam *Bart. in tract. Tybericdis, de Insula, vers. propè ripã prædia possident, Aretin. §. quod si naturali alueo, in princip. ibi propè, de rerum diuision. Institut.* opti-
mè *Boer dec. 51. num. 15. quem sequitur Genedus singul. 81. num. 8. Cardin. Tuscus tom. 2. litter. D. conclus. 345. Barbos. de diction. diction. 291. nu. 2.*
7 Vt propè Ecclesiam, in terminis, quibus nunc
agimus, in scalis Ecclesiæ factum, exaudierit
Octauianus Vulpellus, vir sanè doctus, & eru-
ditus *in consil. 130. num. 7. 8 & 9. & sequutus fuit Farinac. de immunit. Eccles. in append. c. 16. num. 212.*

Præterea satis euidenter mendacij coniun-
guntur tres testes ab Aduersarijs producti; cũ
contendant illi, ab Ecclesia egressum fuisse Io-
annem Andream sclopo armatum, ac tramite
vno ab illa post Hectorem iuisse, explosoque
bellico tormento, illum globulo petijsse ignito,
& ad terram semiuiuum prostrauisse. Quinimò
à se inuicem dissident, tantùm abest, vt simul in
dicto concordent.

Namq; Fabritius de Hieronymo, qui se per
quartam partem horæ antè, è regione Ianuæ
Ecclesiæ prædictæ Congregationis consedisse
sub vmbra illo tempore, quo delictum in He-
ctorem patratum fuit, dicit; atque, *In questo (passato che furono detto Ettorre, & Aniello) vidde esso testimonio, che da dentro il Cortile della Congregatione e proprio dalla parte, che esce alla strada, vsci Gio. Andrea d'Orta con vno zoffione in mano, &c.* Cùm tamen Ioannes Bap-
tista Planensis, qui de eodem tempore depo-
nit, dicat: *vidde esso testimonio, che alle gradi di detta Congregatione staua seduto Gio. Andrea d'Orta.*

Qui enim (Bone Deus) fieri potuit, si ad
gradus Congregationis prædictæ Ioannes An-
dreas sedebat, eum non viderit Fabritius de
Hieronymò, qui per quartam partem horæ,
antè quàm homicidium patraretur, è regione
Ianuæ Ecclesiæ prædictæ consedisse, asseritur.
Vidisset vtique consedentem ad gradus Con-
gregationis Ioannem Andream, sicuti, è co-
horti dictæ Congregationis sclopo armatum
egredientem, vidisse fatetur. Et tamen menda-
cij vterque coarguitur à decem alijs testibus,
qui omnes asserunt, Ioannem Andream ab ex-
trà Ecclesiam tunc temporis aduentasse, atque
Apothecam Gabrielis Quarantæ ingressum
fuisse, & ab illa sclopum, seù *(lo zoffione)* acce-
pisse; visoque Hectorre, illum insecutum fuisse
vsque ad locum *(la Camara dello Molinaro)*
ibique excusso calculo ignito, petijsse Hectorẽ
post terga, atque ad terram proiecisse, pœnè
8 iam mortuum. Vt his standum sit testibus un-
me-

mero maioribus,& conteſtibus,atque vera deponentibus;magis quàm duobus varijs, & à ſe inuicem contrarijs, *ad tex.in cap.in noſtra.32. de teſtibus,Gabr.lib.1.tit.de teſtib.concluſ.4.per totam,num 10.& ſequenti,Rota part.2.tom.1. in recentior deciſ.272.num.3. & deciſ.299. num.2. eadem par.& plenè Barboſ. eod.cap. in noſtra, num 11.& cap.licet cauſam,9.num.21.de probationib.* præſertim verò in criminalibus, & ad criminis excluſionem,*ibid.Gabriel num.* 20. *& num.*50.*Viuius deciſ.*377.*n.*9.*lib.*2.

9 Atque aduerſus Eccleſiaſticam immunitatem,contrà quam probationes plenæ eſſe debent,atque verè conſtare,delictum immunitate nõ dignum,patratum fuiſſe,per verba Gregorianæ Conſtitutionis.ibi: *Verè conſtiterit*, vt probat *Farinac.conſil.*76.*num.*5.*& ſequenti, volum.*1.*& conſil.*168.*tom.*2.*Ambroſin.capit.*11. *num.*2.*& ſequenti,Peregrin.de immunit.Eccleſ. cap.*3 *num.*3. *idem Farinac.de immunit. cap.*22. *num.*372.374.*&* 375.*Marius Giurba conſ.*50. *à num.*6.*ad* 14.*Pater Diana par.*3. *reſolut. moral. tractat.* 1. *de immunitate Eccleſiaſtica reſolut.* 30.

Verùm (fac omninò) ab Eccleſia ſclopo munitum Ioannem Andręam egreſſum fuiſſe. Nullus tamen eſt,qui neget extra Eccleſiam illum, Hectorem globulo petiiſſe ignito, atque proſtaſſe,in loco etiam longè ab Eccleſia ſeiũcto(*nella Carrara dello Molinaro.*)

10 Neque ſic tamen immunitatem amiſit Eccleſiaſticam,quamuis ille animum habuiſſet in Eccleſiam reuertendi. Quia multa accidere poterant, quin ſe in Eccleſiam iterum recipere*t.argum.tex.in §.illud quæſitum eſt,Inſtit.de rer.diuiſ.*

Alioquin idem omninò aſſerendum eſſet in vnoquoque,qui extrà Eccleſiam exiſtens in aliũ delinquit, eum occidendo, animo, ſe, patrato facinore,in Eccleſiam recipiendi, modò non ſit crimen ex exceptis in bulla; vt omnes Auctores mox mox inferiùs citandi,citrà controuerſiam vllam admittunt.

Conſtitutio nempè Gregoriana, ſicuti etiã *tex. Gregorij* 9. *in cap.fin.de immunit. Eccleſia,* eos dumtaxat excipiunt,ne in Eccleſias admit-
,, tantur, immunitate tuendi; *qui in ipſis Eccle-*
,, *ſijs, earumve cœmeterijs homicidia, vel mutila-*
,, *tiones membrorum committere non verentur.*

11 In Eccleſijs autem,earumvè cœmeterijs homicidia, vel mutilationes patraſſe membrorũ is demum dicitur, qui intùs ipſas Eccleſias, & earum cœmeteria,homicidia ipſa perpetrauit, vel membrorum mutilationes exercuit.

12 Tùm, quòd dictio illa (*in*) intrinſicitatem quandam denotat, atque inhærentiam, ſiue intrà,*iuxtà tex in l.*1.*§.hæc autẽ verba. vbi Gloſſ. & Bald ff.de his,qui deijcerunt,vel effuder.tex. in l.*1.*§.in publico flumine. ff.de flumin. Bart.in l.Gallus.§.ille caſus.ff.de liber.& poſthum.meus Maranta in ſingul.littera D. §.dictio in.fol.* 22. *Cardin.Tuſchus d.tom.*2 *littera* D. *concluſ.*292. *num.*1.*& ſeq.Garſias Maſtrill. deciſ.Sicilia* 22. *num.*9.*par.*1.*Vincent.de Franch.deciſ.*402.*nu.*8. *Barboſ.de diction.dict.*131.*nu.*2.*Riccius in praxi variar.reſolut.par.*2.*reſolut* 4.*antè num.*1. *idem Barboſ.tract.nouiſſimo de iure Eccleſ. lib.*1. *c.*3. *num.*117.118.*&* 119.

,, *In publico flumine factum accipere debemus*
Vlpianus loquitur Iure Cõſultus *d. l.*1. *§. in pu-*
,, *blico) quicquid in aqua factum eſt.* Ita plane in Eccleſia factum accipiemus, quod intus Eccleſiam ipſam factum eſt, non vtique extrà eam.

Tùm,quòd verba ipſa Conſtitutionis id maniſeſtiſſima oſtendunt demonſtratione; dùm inquiunt: *in ipſis Eccleſijs earumve cœmeterijs, homicidia,&c.patrare non verentur.*quibus pe r
13 pronomen illud (*ipſis*) ſe omninò diſpoſitionẽ comprimere velle indicant, atque coarctare, vt factum intùs Eccleſias dumtaxat comprehenderent,non verò extrà illas *ſecundum Bald. conſ.*304. *nobilis vir Dominus num.*1.*vol.*5.*optimè Tiraq. de retract. conuentionali §.* 1. *gloſſ.* 6. *num.*25 *Tuſcus d.tom.*2.*concluſ.*301.*num.*5. *littera* D.*Cenedus ſingul.*22.*num.*1.*&* 2. *Tiberius Decian.conſ.*2.*num* 32.*&* 33.*volum.*2. *Gratian. forenſ.lib.*1.*cap.*104.*num.*13.*& cap.*135 *.num.*5. *Barboſ.diction* 178.*num.*2 3.4 *&* 5. *& ita optimè nouiſſimè Pater Ferdinand. à Caſtro tom.* 2. *Theolog.moral.tractat.*11.*diſput. vnica, part.*9. *num.*21. vbi etiam reſpondet Aduerſæ partis in contrarium argumentis *nu.*22.

14 Hinc fit, quòd qui in dormitorio, vel clauſtro monaſterij homicidium perpetrauit, vel membrum mutilauit, in Eccleſia illud perpetraſſe non dicetur. Vt gaudeat proinde Eccle-
15 ſiæ immunitate. Quòd, ſatis præſtè in materia hac odioſa, & priuatiua immunitatis, ac propriè,exaudienda ſint verba, vt in proprijs terminis, de quibus loquitur Conſtitutio, ſit exceptio admittenda,non extrà illos diuaganda *ad regul.odia* 15.*de regul. iur. in* 6. *Maſtrill. d.deciſ* 22.*num.*6. *Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap.*5.*num.*4.*verſ nec ſubſiſtunt,Hortenſius Caluaccanus de brachio Regio par.*4. *num.*86. *Mar. Italia de immunitate Eccleſia cap.*5.*§.*3. *num.*4. *&* 7.*verſ. vnde firmè dicas.Peregrin eodem trac. cap.*6.*num.*3.*verſ.altera opinio docet.& num* 31. *&* 32.*& deciſum in Curia Archiepiſcopali Neapolitana refert Reuerendiſſimus Epiſcopus Vici Equenſis Riccius deciſ.*250.*par.*3. quem ſequitur eius diſcipulus *Ioannes Maria Nouarius ibidẽ*, & dixerat optimè *Farinac.d.conſ* 76. *numer.*9. 13.*&* 14.*& de immunit.Eccleſ.cap.*5 *num.*4 *& num.*9. *& d.quæſt.*28.*num.*61. *Marius Giurba conſil.*90 *nu.*2.*& ſequentib. per totam, Barboſa de iure Eccleſ.d.lib.*2.*cap.*3. *num.*117.*cum ſequ. & n.*109. Et ita deciſum in Collaterali Conſilio Neapolitano in cauſa Meliten. contra illos de Raganato,& Monetiis, pro Epiſcopo Meliten. *refert Horatius Viſcontus in addition. ad Vincent.de Franch.deciſ.*709. *verſ in cauſa Epiſcopi,* & refert quoque nouiſſimè *Donatus Antonius de Marinis variarum reſolutio. cap.* 170. *num.*12.& dixerat *Reuerendiſſimus Riccius in praxi*

praxi par.2.resolut.276. nouissimè quoq; *Ioan. Anton Nouar.in summ. bullar. tit. de immunit. Eccles n 5.in 4.ampliat.& n.56.* & diximus nos supra *respons.nostra 36.*latè.

Multò igitur magis admittendum erit,& citrà controuersiam vllam immunitate gaudere Ecclesiæ, qui extra illam, longèq; ab ea homi-
16 cidium patrauit. Cùm alioqui etiam contra Vulpelli sententiam *d.cons.130.* in eo, qui in gradibus Ecclesiæ homicidium fecerat; quòd in ipsa Ecclesia non illud fecisset,vt immunitatem proinde tueri deberet Ecclesiastica, decisũ in Regio Neapolitano Consilio,referente Domino Ferdinando Rouito, Magnæ Curiæ tunc Iudice, atq; dignissimo filio Domini,ac doctissimi viri Regentis Scipionis Rouiti in anno 1620. affert *Ioan.Baptista Thoro in compend. decis.part.1.verb.reponi an debeat.fol.476.* vbi remissum delinquentem ad Ecclesiam fuisse,dicit; confirmato decreto Magnæ Curiæ per idẽ Regium Consilium. Quod sanè decretum sequendum multò magis esse in hac nostri facti contingentia nemo, etiam ex aduersarijs, inficias ire poterit. Et in ostio Ecclesiæ tuetur,ac decisum referr in casu per eum ad terminos statuti,quòd in Ecclesia deliquisse minimè videatur,qui in ostio eius deliquit; in Regno, ac Tribunali Siciliæ *Mastrill. d.dec.22.n.7.cum seq.*

Et hanc nostram sententiã in terminis Gregorianæ Constitutionis; quod, qui extrà Ecclesiam deliquit, quamuis ab illa vt delinqueret egressus fuisset, immunitate perfrui debeat Ecclesiastica (quòd immunitas sit fauore Ecclesiæ,non personæ concessa,& ob reuerentiã, quæ locis Deo Altissimo sacris debetur) sequuntur post *Bellamer.cons.13.Doctissimus Tiber.Decian.tom.2 tract.crimin. lib.6.cap.28.n.5 post med vers ex quo infero.* qui optimè rationibus ex aduerso adductis respondet, & hanc tuetur optimè *Farinac.d.cons.76.per tot.ac præsertim n.13.& 14.& in epit de immun.Eccl.dict. cap.16.n.211.vsq;ad n.215.*quicquid antè aliàs dixerat *d.q.28.n.56.& Anastas.Germon.de sacrorum immunit.lib.3.cap.16. à n.81. adusq.nu. 96.Ambrosin.d.cap.5.num.4.de immunit. Eccles. Mar.Italia d.tract.de immunit.lib.1.cap 4.§.7. nu.16.adusq; n.28.& cap.5 §.4.in princ.& nu.7. vers.vnde firmè dicas,sequitur Peregr.eod.tract. cap.6.n.30.vers. altera opinio. & n.31.& 32.& post Angel.in sum.verb.immunitas.n.7.sequutus fuit doctissimus P.Suar.tom.1.de relig.lib.3.cap. 11.nu.9.fol.mihi.273. P.Ioan.de la Cruz.in direct.conscient.præcept.8.q.3.art.1.dub.1.nu.2.in 1.conclus.in fin.Martin.Bonac.tom.2.oper. circa 1.decalogi præceptum.disput.3.q.7.punc.6.§.2.n. 12.P.Stephan. Fagundez de quinq.præcept Eccles.in 2.præceptum lib.4. cap.4.sub n.45.in 3.casu.vers.tertius est qui occidit.& nouissimè Pater Anton.Diana tom.1. variar.resolut. tract. de immunit. Eccles.resolut.3.fol.3. & part.3.tract. 1.resolut.39 Ioan.Anton. Nouar. d.tit.de immu. Eccles n.56.& à Castro vbi supra d.n.21.& 22.*

Neque ita contra nos est determinatio præfata Sanctissimi Domini fœlicis Memoriæ Clementis VIII.in allegata Panormitana immunitatis, quæ vna Ambrosinum ita deterruit,vt à propria sententia,quam tutatus fuerat,recedere compulerit.

Quia profectò determinatio illa in casu peculiari fuit,nõ sanè vniuersalis declaratio. Haud igitur valuit vniuersalem legem prædecessoris peculiari determinatione abrogare, ni id Sanctitas sua expressisset. Potissimum, quod in Gregoriana Constitutione adsint clausulæ derogatoriæ,atq; clausula (*sublata*) quibus per dictam peculiarem determinationem Summus Pontifex minimè derogauit. Vt pro immunitate tenendum sit in casu præsertim dubio, & non contra eam,quod post alios aduertunt notabiliter *Peregrin.d.cap.6.n.33.atq; Diana d.resolu. 3.in fin.à Castro.vbi sup.punct.5.n.3. alios referentes.*

22 Neque extensio facienda sit de casu ad casum, de quo lex non loquitur, & cui dispositionis verba non congruunt,in odium immunitatis Ecclesiasticæ,vt post alios supra relatos aduertit etiam *Bonacin. d.§ 2.n. 22. & de Marin.d.cap.170.n.10.cum seq.Ioan.Anton.*Nouar. *d.tit.de immunit.Eccles.nu.55.in fin.Barbos.dict. cap.3.lib.2.de iure Eccles.n.177.*Remittendum igitur esse Ioannem Andrẹam ad Ecclesiam, à qua per vim extractus fuit,vt immunitate perfruatur Ecclesijs concessa,asserendum omninò esse,nemo erit,qui non concedat.

Et ita ex his sub censura dictis, respondendum censeo.

CAROLVS MARANTA. V.I.D. Aduocatus.

Delata re per Illustr. Episcopum Auersanũ ad Sacram Congregationem; Eminentissimi Patres decreuere; oannem Andrẹam immunitate gaudere Ecclesiæ, & rescribendum esse Episcopo, quòd immunitatem tutaretur Ecclesiæ per censuras Ecclesiasticas,atq; etiam Illustr.Nuntio Apostolico Neap. vt apud Regis Ministros pro remissione ageret. Vnde demum per eandem Magnam Curiam decretum fuit remittendum esse ad Ecclesiam Ioannem Andrẹam,ex qua vi extractus fuerat. Decretũ M. Cur. hic subnectere pretium operę me facturum putaui; quod proficiet non minimi, si vt res sunt humanæ (quòd nihil sub Sole nouum, *Ecclesiastes.1. num. 10*) simile quid aliàs acciderit.

Decretum M.Cur.Vicar.

IN causa Ioannis Andrea de Horta inquisiti de appensato homicidio in personam Hectoris Mãcini, & alijs vnitis super repositione ad Ecclesiam,vt in actis.in Banca Formosa.

Die

Die 20. Octobris 1634. Neap.

PER M Cur. Vicar. fuit prouisum, & decretum, quod supradictus Ioannes Andreas reponatur ad Ecclesiam. hoc suum.
Russinus. *Sanfelicius.*
Crossus.
Fulgentius Bongiornus Act.

Et denique pro patrato crimine fuit per Regium Collaterale Consilium compositus ad seruiendum in militia Sacræ Regiæ Maestatis Ioannes Andreas de Horta, atque ita vtraque ex parte litigium finem accepit.

SVMMARIVM.

1 *Ex facto iuris oritur responsio, secundum ea, quæ proponuntur.*
2 *Iudex cuncta debet perspicaci indagare iudicio, alioquin ad veritatem minimè pertinget inueniendam.*
3 *Immunitas Ecclesiastica locis concessa est Deo sacris, ob reuerentiam eius, qui in illis colitur, cuique dicata sunt.*
Etiam iure diuino.
4 *Proditoriè hominem interimere quis nam dicatur. vt in casu esse videatur excepto à Constitutione Gregory XIV?*
5 *Proditor quis nam est? ex Bald.*
6 *Delictum proditorium dicitur illud, quod aduersus amicum, admittitur sub colore, atque amicitiæ simulatione. Refert decisionem in Tribunalibus Regijs factam Regens Rouitus.*
7 *Prodtoriè an dicatur occidisse, qui per duas horas antè, cum occiso collocutus amicabiliter fuit? declara num. 9.*
8 *Probationes in hac materia immunitatis, debēt esse plenæ, secundum vnam sententiam.*
Vel tales, ex quibus moueri sufficienter Episcopus possit.
Requiritur tamen semper probatio.
9 *Proditoriè vt quis dicatur occidisse hominem, semper requiritur, vt sub specie occisus amicitiæ fuerit. Quamuis verba præcesserint antea fortassis amicitiæ, si non tunc interfectus fuerit, & inimicitiæ præcesserint, n. 14.*
10 *Iniuria præcedens semper facit suspicari malum ab iniuria affecto, quòd intendat vleisci se.*
11 *Probatio dubia, & æquiuoca nihil proficit. Potissimùm vbi de crimine agitur probando, num. 12.*
13 *Verba sunt earum, quæ sunt in anima passionū, notæ.*
15 *Verborum fragilitati nemo debet vitam suam committere, sicuti neque cautionis fragilitati, num. 16.*
17 *Satisdatio maleuolum propositum non mutat.*
18 *Animi, ac voluntatis mutatio haud præsumitur vt quid asserit probare debeat.*
19 *Qualitas fundans exceptionem ab immunitate, probanda est.*
20 *Pax haud esse potest vbi viget adhuc animi rācor.*
21 *Recapta patrantes, immunitate Ecclesiæ non priuantur, & num. 21.*
22 *Constitutio quod non dicit, neque nos dicere debemus.*
23 *Extensio non admittitur in materia immunitatis Ecclesiasticæ deperdendæ.*
Quoniam Constitutio strictim, ac pressè loquitur, in casibus enumeratis dumtaxat, numer. 24.
25 *Decretum irritans per clausulam (sublata aliter) tollit extendendi, vel interpretandi facultatem.*

ARGVMENTVM.

Proditoriè homicidium patrasse, quando quis dicatur, & quid in explodente bellicum tormentum ignivomum à retrò? Et recapta committētes, immunitate an priuentur Ecclesiastica?

RESPONSIO XLVI.

1 SEcundum ea, quæ in facto proponuntur, ad tex. in l. Nesennius, 36. vbi Paulus Iureconsultus: *Respondi (inquit) hæc disceptatio in factum consistit, ff. de negot. gestis. & in l. si ex plagis, 53. §. in Cliuo Capitolino, vbi Alphenus, Respondi (loquitur) in causa ius esse positum.* In causa, hoc est in facto, *gloss. ibidem inquit, ff. ad legem aquil.* Cum anno 1633. die 19. Iulij, Ambrosins, & Franciscus Laudieri, & Angelus de Roberto, Ambrosium de Roberto eorum inimicum plumbea pila ignita ex tormento bellico ignivomo excussa petijssent è fenestra, è regione domus, in qua Ambrosius degebat, atq; ad terram prostrauissent, animamque agere compulissent; domo egressi, in Ecclesiam, ad quam vel Asylum immunitatis confugerant, se recepe- runt.

Vnde non leuis inde quæstio orta fuit; Immunitate necnè gauderent Ecclesiastica confugæ præfati: Quòd putabantur, hominem eos occidisse proditoriè, quo cum per duas horas antè amicabiliter collocuti fuerant, non va-

valentem insidias præcauere; atque in exceptione casus esse à Gregoriana Constitutione seclusi, proditoriè hominem occidêris, nè immunitate gauderent Ecclesiæ. Quam ob causam per Dominum Generalem Vicarium Curiæ Archiepiscopalis Salernitanæ factum est, vt declarati fuerint priores, duo immunitate haud gaudere Ecclesiæ; & quòd etiam in Ecclesia, vti immunitatis Asylo degentes, recapta perpetrauere nonnulla vnde etiam tertius ab immunitate secludi debere Ecclesiastica, quòd in Ecclesia ipsa deliquerit, existimat, & indubium contrà immunitatem refricat Ecclesiasticam.

2 Verùm si perspicaci cuncta indagentur iudicio, vt fieri per Iudicantem debet, *ad tex. in cap. cum Ioannes, 10. §. verùm, de fide instrumen. & l. Iudices. 9. C. de iudicijs*, alioquin ad veritatem minimè pertinget inueniendam *iuxta glo. in Canon Graue, 7. verbo, quia veritas, 35. q. 9. quam sequitur Robertus Maranta Proauus meus consil. 34. in princip.* Non incongruè respondebimus in casu haud nos esse à Gregoriana Constitutione excepto; atque propterea debere illos ad Ecclesiam restitui, in quam cô-

3 fugerant, immunitate tuendi, quæ locis concessa (etiam iure Diuino) est, Deo Altissimo sacris, ob reuerentiam eius, qui in illis colitur, cuique dicata sunt; vt plenè *Ambrosin. de immunit. Eccles. cap. 1. in eandem Gregorianam Constitutionem comminiscens, l. eregrin. eodem tract. cap. 2. & sequitur Pater Diana infrà etiâ citand. par. 4. tractat. 1. resolut. 34 in fine, sequens de Marin. quotid. resolut. cap. 175. n. 6. & sequen. ad fin & plenius resol. 44.*

4 Nec tutibus porrò rationibus. Namque proditoriè hominem interimere is planè dicitur, qui amicitiam simulans, malum machinâtem animum tegit, vt præcauere quis sibi ab simulato, fucatoque, ac ficto Amico minimè possit. Bartolum ab omnibus receptum *in l. respiciendum. 11. §. delinquunt. ff. de pœn.* huius doctrinæ Magistrum in medium afferamus. Is nêpè eo loci *nu. 1.* sequentibus loquitur verbis.

„ *Est autem prodere, unum actibus ostendere, aliud*
„ *in mente gerere, vt notatur supra de prauaricat.*
„ *l. 1 & sup. ad l. Iul. Maestat. l. 4. in princ. & ideò*
„ *si veniens tecum, tanquam socium itineris nulla*
„ *interueniente rixa, te percussi, non possum dici*
„ *contra te fecisse insultum; sed dicor hoc fecisse pro-*
„ *ditoriè, quia aliud ger. bam in animo, quàm illud*
„ *quod gerebam in actu. pro hoc C. de delat. l. fin. lib.*
„ *10. vel si sedens tecum in mensa hoc faciebam; vel*
„ *si, cum tibi essem amicus saltim inter te, & me*
„ *nullus erat rancor, percussi te de retro. Secus si es-*
„ *ses mihi inimicus, ita quòd esset rancor inter me,*
„ *& te; & tunc te proditoriè non percutio, quia il-*
„ *lud quod facio in actibus ostendebam, scilicet me*
„ *tibi desauire velle.* hæc Bartol. quem sequitur
„ *Bald in cap. 1. n. 16. vers. proditor vulgari nuncu-*
„ *patione. quib. mod. feud. amittatur. in vsib. feud.*
„ *Proditor (inquiens) vulgari nuncupatione est*
„ *ille, qui sine vlla causa, & sine vlla diffidatione*
„ *eum, qui in se confidebat, vulnerat, vel grauiter*
„ *offendit ita dicit Bart. in l. respiciendum §. delin-*
„ *quunt.* hæc Bald. *Alberic. in dictionar. verb. proditor.* vbi proditorem dicit, qui alium circumuenit, & in periculum trahit. *Afflict. decis. 265. nu. 64. & 65. Menoch. de arbitr. cent. 2. casu. 461. n. 25. et 26. Iul. Clar. in §. fin lib. 5. §. homicidium. n. 10 verb. proditoriè. vbi Baiard. n. 22. 23. 24. & 25. Vincent. Grillenz. consi. 149. nu. 4. cum seq. & nu. 13. & 36. cum seq. Cardin Tusc. tom. 6. lit. P. conclus. 869. nu. 8. & 9 Farinac. q. 18. n. 75. 76. & 77. & in appendic. de immunit. Eccles. c. 9. in ampliat. 1. n. 137. Ambrosin. de immun. Eccles. cap. 6. per tot. Peregrin. eod. tract. cap 7. n. 13. 20. & 21. Genuens. in praxi. cap. 94 impressionis Romanæ. in anno* 1609. vbi ita declarasse Sanctissimum Dominum Nostrum fœlicis Memoriæ Clem. VII. refert, per Breue sub annulo Piscatoris ad Archiepiscopum Panormitanum in anno 1597 quem etiam refert *Peregrin. dict. cap. 7. n 21. Vincent. de Franch dec. 713. in fin.* vbi ita decisum refert *R uerendiss. Ricc. Episcop. Vici Equen. part 5. collect. 1792. col 2. in fin. & part. 1. dec. 80. & dec. 168. Gratian. forens. p 2. cap. 380. n. 39. & 40. Barbosa de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. n. 91. 92. & 93.* plene alios more suo referês quàplures *Mar. Giurba consi. 20 nu. 13 & consi. 60. nu 1. & seq. Tom. mus Regens Scipio Rouit. in Pragmat. 11. de abolit num. 55. & 56.* vbi, iunctis Tribunalibus Sacri Consilij, & Regiæ Came-

6 ræ, ita decisum refert: delictum proditorium dici illud, quod est commissum contra amicum sub colore, vel simulatione amicitiæ, iuxta doctrinam *Bart. in l. respiciendum. & num. 59.*
„ proditionem (inquit) semper annexam esse
„ amicitiæ. *& decisionem refert in causa Fabritij de Sanctis Regius Consiliar. Nicol. Anton. Gizzarell. dec. 16 n. 3. 4. & seq. & ex Theologis post Suar. tom. 1. de religion. tract 2. lib. 3. cap. 11. nu. 12 Bonacin. tom. 2. de legib. disput 3. quæst. 7. puncto 5. §. 3 num. 3. & sequenti. Pater Diana resolut moral. tractat. 1. par. 1. resolut. 6. & resol. 35. nouissimus Donatus. Anton. de Marin. quotid. resolut. cap. 174. n. 2. & seq. Io. Anton. Nouar. in summa Bullar. tit. de Immunitate Eccles. nu. 78. 79. & 80. idem Pater Diana in 4. par. post hae scripta prælo præssa tract. 1. de immunit. Eccles. resol. 34.*

7 Nec ad rem pertinet, quod asseratur, prædictos homicidas priusquam Ambrosium occidissent, cum eo amicabiliter collocatos fuisse; vt proditoriè non occidisse, præcauere non valentem amicum, dici haud possint.

8 Præterquamquòd id non plenè probatur, vt probandum esset in hac materia immunitatis deperdendæ, iuxtà exceptiones Gregorianæ Constitutionis, vel per plenas probationes; vt vnius sententiæ Authores sequûtur, potissimû
„ per verba illa Constitutionis; *An ipsi verè tri-*
„ *mina superius expressa commiserint.* vel per eas saltim probationes, quę pro Episcopi consciêtiæ informatione sufficientes sint, secundum alteram Doctorum sententiam. Admittunt tamê

vtrique informationem de delicto, immunita-
te non digno, perpetrato præcedere debere;
vt post Farinac. consil.76. num.3. & seq. vol. 1.
& cons.168.tom.2.sequuntur Ambrosin. d.tract.
cap.11.nu.2.& sequentib. Peregr.eod.cap.3.n.3.
& sequent. idem Farinac.de immunitat.cap.22.
num 373.374 & 375. Marius Giurba consil.50.
num.6.7 & 8 & seq. Diana par. 3. tract.1. reso-
lut. 38. & hanc sequitur sententiam nouissimè
Pat.Ferdinand.à Castro tom.2. Theolog.moral.
tract.11.punct.9.num.25.26.& 27.& 28.idem
Giurba cons.100 & vlt.n.28.& 29.

Nihilominus tamē (sac collocuti cum Am-
brosio fuissent, vt aduersæ partis tutores asse-
runt) neque ex hoc tamen homicidium prodi-
tione patratum fuisse concedi poterit.

9 Quoniam amicitiæ sub imagine patratum
minimè fuit homicidium. Neque enim cessat
ex hoc, quin inimici occisores fuerint cum
Ambrosio, qui vnius ex eis iàm anteà fratrem
ferro perdiderat, & alteri etiam notabilem pu-
blica in platea iniuriam irrogauerat; vt dici
haud possee, Ambrosium ex sola collocutione,
inimicis se fidere debuisse, & nullū ab eis ma-
16 lum suspicari. Vt in casu decisionis per Giza-
rellum d. dec.16. perpensum fuit, de Fabritio,
cui alapam Lælius occisus inflixerat diù iàm,
antèquàm occideretur. Et proditioni anne-
xam semper esse amicitiam, adnotauit Doctis-
simus Dominus Rouitus d pragm.11.de abolition.
num.59.& supracitati per nos Doctores in initio
ex doctrina Bartol. in d.l.respiciendum, §.delin-
quunt, Giurba dic.consil.20.num.14.& consil.60.
num.2.Gratian.d.cap.380.num.40. Nouar.dicto
num.78 & 79. Grilenzon.d.cons.149. num .6.&
num.36.de Marinis d.cap.174.d.n.3.4. & 5. quē
sequitur Diana d.resol.34.p.4.

11 Neque de verbis constat; quibus insimul
collocuti fuere, vt dubia, atque æquiuoca red-
datur probatio, nihilque inde inferatur, ad tex.
in cap.in præsentia, 8. de probat. l.neque natales,
10.C.eodem, Rota apud Card.Mantica decis.95.
num.3.& decis 110.num.5.& 8.& decis.251.n.5.
Rota part.2.tom.1. in recentiorib. dec.318. nu.4.
in fine, & apud Cardin. Caualer.dec.97.num 8.
12 & decis.125.num 5. Potissimùm verò, vbi de
delicto agitur verificando, vel iustificando, vt
dictum fuit in Romana hareditatis 1610. coram
Pirouano decis.202 num.5.in fine post secundum
volum.consil. Farinac. Cùm fieri potuerit, ut
verba amicabilia non fuerint, quin magis ani-
mum in vindictam sonantia. Sunt enim verba
13 earum, quæ in animo latent, passionum notæ,
iuxta Aristotelem, quem sequitur Celsus in lege
Labeo, 7.§.sed Tubero ff.de suppell.leg.

14 Neque præterea homicidiū statim post ver-
ba consecutum fuit, sed post duas horas, post-
quàm se in domum iàm receperat Ambrosius,
vt potuerit sibi ab his præcauere, quos rectè
nouerat esse sibi infensos; quibusque iàm iniu-
riam, nec leuem, irrogauerat: Vt non debue-
15 rit se leui verborum fidei committere: verùm
sibi præcauere, atq; timere iuxta distinctionē;
quam post alios adhibet Nouar. d.tit.de immu-
nit.Ecclesiæ, num.78.& 79. post Menoch. d. casu
361.num.24.& seq. & Farinac.d.q.18. num.75.
& seq.& alios ab illis relatos. Veluti de cautio-
18 nis fragilitate perpendit satis concinnè Pau-
lus Iureconsultus in l. qui ita, 63. §. etiam ab-
sentis: ibi: Quamuis ei caueatur, propter fragili-
tatem cautionis; vbi optimè gloss. ff. ad Senatus
Consult.Trebell. & notat.gloss.fin. in finalibus
verbis, in cap.ex transmissa, 8.de restitut.spoliat.
& accinit rectè gloss. in canon. de Benedicto, 5.
verbo, sub cautela.in fine, 32. quæst.1. rationem
17 reddens (Quia (inquiens) satisdatio maleuoli
propositum non mutat. Vt persuasum sibi pro-
18 inde habere Ambrosius potuerit, debueritq;;
propositum ei nocendi, reddendiq; malum pro
malo, haud mutasse illos, quibus nocuerat; eò
dumtaxat quòd secū collocuti fuerant, ad tex.
in c.maiores, 3.in fine, de baptism., & eius effect.
vt qui mutationem dicit, ipse probare tenea-
tur, secundum gloss.in cap.1.in verbo, non timo-
re, de ijs, quæ vi, metusq.caus.fiunt.

19 Neque id in hoc facto probatur, quod pro-
bandum esset, cùm sit qualitas fundans excep-
tionem, qua quis, nè immunitate gaudeat Ec-
clesiæ, eximitur Gizzarell.d.decis.16.num.13.et
24.& ibidem de Angelis addens, Ambrosin.d.cap.
11.sub num.4.Peregrin.d.cap.3 sub num.5.Caro-
lus de Grassis de exception. except.2. num. 6.&
tradita per Intrigliol. consil. 22. num. 3. & se-
quentib.

20 Neque enim pax esse potest, vbi adhuc vi-
get animi rancor, vt adnotat ex verbis Bart.in
d.§.delinquunt, supra in initio per nos allatis,
Giurba d.cons.60.nu.25.

21 Nec est demùm contrarium nobis, quin im-
munitate gaudeant Ecclesiæ, ad quam confu-
gerant, quòd, perpetrasse eos aliqua recapta,
proponatur; vt immunitate proinde indignos
se reddiderint Ecclesiæ.

22 Cùm enim ex Gregoriana id Constitutione
exceptum non appareat; quòd id illa non dicit,
neque nos vtique dicere oporteat, l.diffidentis,
5.C.de repud.Can. consuluisti, 18.§.& quod Sā-
ctorum, 2.q.5.c.2.ne sede vac.

23 Neque extensio admittēda sit de casu ad ca-
24 sum in hac immunitatis materia. Et, quòd Cō-
stitutio strictim, ac pressè loquatur, in casibus
enumeratis per eam dumtaxat immunitatem
25 denegans; Et, quòd decretum apponat irritans
per clausulam, sublata aliter interpretandi fa-
cultate, vt perpendunt post Farin.d.cons.76.n.8
9.10.13.& 14.et cons.seq.quod est Gabr.Falcon.
n.16.& de immun.c.2.n.15.et c.6.in 5.ampl.n.98
et c.16.n.109.Ambrosin.de immun c.5 n.4.in fin.
n.5.& 6.Peregr.d c.6.n.33. in fin.Barbos de dict.
dict 96.& claus.175.n 2.Diana d.p.4. resolut.45.
tract 1.Giurba d.cons.100.n.14.& seq.Nouar.d
tit. de immun.Eccles.n 55.

Et ita ex his, censuræ melius sentientis sup-
positis, respondendum censeo.

CAROLVS MARANTA. V. I.D. Aduoca-
tus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Immunitatis Ecclesiasticæ iura ita sunt per Gregorianam Constitutionem firmata, ut nulli liceat absque censurarum, & pœnarum incursu illa infringere.*

2 *Latrones publici qui non fuerint, vel grassatores viarum, ab immunitatis Ecclesiasticæ Asylo minimè arcentur.*

Cùm Constitutio per dictionem loquatur taxatiuam & cum clausula sublata aliter iudicandi facultate. num. 4. & 20.

3 *Immunitas Ecclesiastica etiam iure diuino locis Deo sacris concessa est, non personis. & nu. 17.*

5 *Latrones publici quinam dicantur? etiamsi in mari publicè prædas agant.*

6 *Grassatores quinam dicuntur?*

Neque sat erit in materia immunitatis deperdendæ si semel, atque iterum grassati fuerint, si non sæpius id crimen admiserint, numer. 7. & 30.

8 *Captiuantes personas, easq; componentes an immunitate tuti sint Ecclesiastica.*

Quia iurè tales prædones dicuntur. nu. 9.

Declaratur. num. 10. & 14.

11 *Constitutionis verba vbi conueniunt, & eius quoque dispositio conuenire debet. secus verò contrà num. 16.*

Non quidem extensiuè, sed ex vocabuli proprietate. num. 12.

13 *Latrones à latendo dicti. Et latrones, & prædones pro eodem accipiuntur.*

16 *Fures priuati, non publici latrones, ab immunitate minimè arcentur Ecclesiæ.*

17 *Exceptionis peremptio in hac immunitatis materia minimè admittitur; quamuis crimina atrocia fuerint, nè immunitatis concessio deperdatur.*

18 *Extensio de casu ad casum in hac immunitatis materia reijcitur.*

19 *Mastrillus tract. de indultu, cap. 33. expenditur. & num. 20.*

21 *Nouarius, & Viscontus refelluntur perfunctoriè loquentes.*

22 *Princeps id, quod aliàs crimen non esset, sua Constitutione crimen vt sit animaduersione dignum facere potest.*

Haud tamen potest per illam crimen immunitate Ecclesiæ indignum facere, & n. 23.

Quia Princeps sæcularis nihil quoad Ecclesias statuere valet, num. 23.

24 *Recapta facientes num immunitate gaudeant Ecclesiastica expenditur.*

Negatiuè respondetur; si non vt publici latrones, & grassatores id fecerint.

25 *Testes singulares, vel principales offensi non probant.*

25 *Testis in causa propria, & pro suo interesse nemo admittitur.*

27 *Veritas vna est; sicuti Deus, qui veritas est, vnus est.*

28 *Qualitas crimen fundans probanda est.*

29 *Criminis præsumptio excludenda potius, quàm admittenda.*

ARGVMENTVM.

Qui publici latrones, viarumque grassatores dicantur, vt à tutamine Ecclesiastici secludantur Asyli, latè discutitur, & nùm compositiones, & recapta facientes, ab immunitate arceantur Ecclesię ad terminos Gregorianæ Constitutionis? expenditur.

RESPONSIO XLVII.

1 IMmunitatis Ecclesiæ iura ita sunt per Gregorianam Constitutionem confirmata; vt nulli omninò liceat ea extrà casus in illa exceptos, absq; censurarum, atq. pœnarum in illa innouatarum incursu, infringere, atque violare

Quapropter in casu, de quo nunc controuertitur, tē primò ad Thesim, ad hypothesim deinde reptimendo; dico breuibus: Constitutionē præfatam apertis verbis inter alios casus eximere sequentibus:

„ *Si fuerint publici latrones, viarumque gras-*
„ *satores, qui frequentata itinera, vel publicas*
„ *stratas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediū-*
„ *tur.*

2 Quò fit, vt si publici latrones, vel grassatores non fuerint, qui frequentata itinera, vel publicas stratas non obsederint, neque viatores ex insidijs adorti fuerint. & agressi, immunitate nè gaudeant Ecclesiastica eos minimè excipi. 3 Cùm immunitas hæc (locis Deo Altissimo sacris data, non planè personis in illa se recipientibus, etiam diuino iure permissa) quāuis aliàs sint crimina enormia, & capitali pęna animaduertenda, ad illos minimè protrahatur.

4 Quia profectò casus excipiens Constitutio per dictionem taxatiuam loquitur, (quòad superiùs descripta dumtaxat) inquiens: *Sublata* „ *quauis aliter iudicandi, & interpretandi facul-* „ *tate)* vt extensionem omnem aliter, quàm in expressis casibus abnuat, atque abijciat. Ni extendentes, aliterque interpretantes, præter actus nullitatem, innaliditatemque, in censuras, & pœnas easdem, quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores per Sacros Canones, & Conciliorum generalium, & ipsius, & prædecessorum eius Constitutiones promulgata sunt, dare voluerint, vt post dictam Constitutionem, sequuntur omnes in illam comminiscentes, *Ambrosin. cap. 5. nu. 4.*

5.& 6.Peregrin.cap.6.nu.33. Farinac.conf 76.
& consil sequenti,qui est Gabr. Falcony nu. 16.
& de immunit. in appendice cap. 2 .num. 15. &
cap.6.num 98.& cap.16.num. 109. Riccius in 5.
parte collect 1792 Suar tom.1. de relig. tract.2.
lib.3.cap.11.num 5. Pater Diana tract. 1.p.1.
de immunit.Eccles.resolut.2.& 13.Donatus An-
ton.de Marinis quotidian.resolut.cap.170. nu.2.
& sequent. Barbos.de dictionibus diction.96. &
de clausul claus.175 num.2.& sequenti, alijque
ab eis relati,nouissimè Io Anton, Nouar. in sum.
Bullar.tit.de immun.Eccles.num.4 in 3.amplia-
tione.

5 Latrones itaque publici, ad tex. in l. capita-
lium,28.§ formosos,ff.de pœnis & Canon. Sicut
antiquitùs,5.vbi gloss fin.17. quæst.4.& cap. in-
ter alia,6.vbi gloss.de immunit.Ecclesiæ, quos
optimè enucleat Ludouic. Peguera decis. Cata-
luniæ,40 per totum, quem neoterici omnes se-
quuntur,& transcribit Riccius in praxi variar.
resolut.par. 2. resol. 12. Abb. in cap.inter alia,
num.5.de Immunit Eccles. ij dicuntur, qui in
vijs publicis deprædantur, & ob frequentata
latrocinia latrones publicè habentur, quiuè
palàm furantur,ac transeuntes in vijs publicè,
ac palàm inuadunt, spoliant,ac diripiunt; vel
etiam in mari palàm prædas agunt. Quam ob
causam tria omninò desiderantur, vt publicus
quis dici latro possit, primo,quòd solitus sit;
deindè, quòd cum ferro ex insidijs aggredia
tur, tertio denique in vijs publicis id experia-
tur,alioquin publicus haud latro habebitur,
vt ex Fulgos consil.157.sequitur Decian. tract.
criminal.tom.2.lib 9.cap.29 num.12 & 14.Car-
din.Tuscus tom.5.litt.L.conclus.14.& tom.3.lit-
tera E conclus.11.num.1.& 2.Farinac.de carce-
rat.quæst.28. num.5 & in appendic. ad Bullam
Gregor.XIV.cap.10.num 149. Ambrosin. cap.2.
per tot.Marius Italia de immunit.lib.1. c.5.§.1.
Peregrin.cap 6 num.3.& seq. Marius Giurba
alios suo more referens consil.50.num. 36. & 37.
Iul.Clar.§ fin quæst.30. nu.9. vers. quæro quòd,
Riccius par.4.decis.144.num.3 .Barbos.d.cap.in-
ter alia, num.37. & in tract. nouissimo de iure
Eccles.lib.2.cap.3.nu.78.& sequentib. Bonacin.
tom.2.circa primū decalogi præcept.disput 3.§ 7.
punct.6.§.1.in prima proposit.num.1.& 2.& to-
mo 3.de excommunicat. extrà Bullam, disput.2.
quæst.3.punct.16.§.6.num.1.& 2. Fagundez de
quinque præcept.Eccles. præcept.2. lib. 4. cap.4.
num.45.Mastrill.de indult.cap.33.num.3. & se-
quentib. Ioa.Anton.Nouar.d.tit.de immunitate
Ecclesiæ,num.44.Paulus Layman Theolog mo-
ralis tom.2 lib 4 tract.9 cap.3.n.8.

6 Grassatores autem ij dicuntur, qui quidem
publicis accedunt latronibus,& nedum publi-
cas,verùm priuatas vrbis vias agrediuntur,vt
spolient,ac etiam renitentes, obluctantesque
occidant,ad tex.in d.l.capitalium,28.§.Grassa-
tores,ff.de pœnis,d.cap.inter alia,6.de Immunit.
Eccles.Decian.d.lib.9. cap.29. num.7 Ambrosin.
de immunit.cap.3.num.2. & Peregrin.dic.cap.6.
nu.4.Marius Giurba plenè d.consil.50. 27. & 28.
Peguer.d.decis.40.Riccius d resolut.12.& d.deci-
sion.144.per totam,par.4. Bonacin. locis vbi sup.
proposit.2.num 3.& sequenti,Nouar.d.tit.de im-
munit.Eccles.num.44. Barbos.de iure Eccles. di-
cto lib.2.cap.3.nu.83.& seq. Fagundez d. cap.4.
num.45.

7 Non sat autem esse, præfati docent Docto-
res(vt grassator quis dici valeat)ad effectū, vt
immunitate priuetur Ecclesiastica,semel, atq;
iterum tantùm hoc crimen admisisse, sed sæ-
piùs illud patrasse exquirunt, Marius Giurba
d.consil.50 num.27 alios referens. ad tex.in l.ca-
pitalium,§.Grassatores,Bonacin.d.proposit.2.sub
num.3.Mastrill de indultu d cap.33. nu.7. Bar-
bos. de iure Ecclesiast. d cap.3. num 84 cum
Ambrosin.Pereg.Farin.& alijs vbi sup.Nouar.
d.tit.de immun.Eccl.n.45.

8 Hinc fit,vt in difficultatem vertatur, vtrùm
nè captiuantes personas,& eas componentes,
vel componere tentantes, in quocumq; loco,
tàm habitato, quàm in campis; immunitatis
huius tutamine, si in Ecclesiam se receperint,
9 extorres esse debeant? Quòd de iure(vt Ma-
strillus loquitur de indultu d. cap.33. num.9.)
tales prædones dicantur, ad tex.in l. mulier, 6.
& l hostes,24.ff.de capt.& postlimin.reuers l.ho-
stes,118 in fin ff de verborum significat. l si pa-
ter penult.§ fin.ff de donat. Mastrillum sequun-
tur Viscont. in suis conclusion. verbo, furtum;
col 4.in fine.fol.109 atque etiam refert Ioann.
Anton.Nouar.d.tit.de immun.Eccl d.num.44.in
fine.

10 Et quidem si vt publici latrones in stratis,
ac vijs publicis,vel in campis;siue vt grassato-
res,etiam intra vrbium vias huiusmodi perso-
narum captiuationes, & compositiones, siuè
vulgò,recapta nuncupata, admiserint; cùm
augeatur ex hoc qualitas publicorum latro-
num,& grassatorum;actusq; prædictos captio-
num personarum,& compositionum, atque
recaptorum (iuxtà paulò antè à Doctoribus
allatam animaduersionem) pluriès, non semel
tantùm, atque iterum perpetrarint: excludi
11 vtique eos ab Ecclesiarum tutamine; quòd in
eis conueniant Constitutionis Gregorianæ
verba,vt dispositio ipsa adaptari quoq;debeat,
asserendum vtiq;erit,ad tex. in l. 4. §. toties, ff.
de damno infecto,cap.indemnitatibus,43.de elect.
in 6.Ioann. Baptista Costa cons.20. num.1. Bar-
bos.in cap.porro,7.num.9.de priuileg.l.prospexit,
12.cum ibi notat.ff. qui, & à quibus, Melchior
Lotterius de re beneficiar. lib.1 .quæst.12.nu.32.
Aymon Crauetta cons.10.num.7, Cornazan. de-
cis.79. num.3. Rota apud Farinac. post primum
volum. consil. dec.126. num. 3.& decision. 145.
num.2.in fine, post secundum volum. consiliorum
eiusdem.

12 Quia profectò nulla hic fit extensio de casu
ad casum; sed ex ipsa vocabuli proprietate in
Constitutione ipsa multò magis comprehen-
dantur.Cùm, vt gloss.loquitur in d.l.hostes,118.
13 „ Latrones à latendo in syluis,vel alibi, publi-
„ cè tamen postmodum rapiunt,dicautur, vel vt

Fe-

Festus (inquit) quod à latere adoriantur; vel à latendo, quod latenter insidiētur. Vt latrones, & prædones pro eodem accipiantur, *vt gloss. ead ibidem inquit*, quòd prædantur, & furentur publicè, & sequitur etiam *glo in d.l.hostes sunt, 24.verbo. vel pradones.in quinta distinct. & d.l. mulier,9.in casus figuratione, ff. de captiuis, & postlimin reuers. Tuscus d.littera E, conclus. 11. num.1.& 2.& d.littera L.conclus. 14.per totum, Giurba d. consil. 50. numer. 27. & 28. & num. 41.*

14 Sin verò minus, publici latrones, vel grassatores habeantur ad terminos dictæ Gregorianæ Constitutionis, quamuis aliàs aliqua infamię nota inurantur; tùm quòd publici sint latrones, viarumq; grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsidcāt, ac viatores ex insidijs agrediantur; sed priuatim, ac secretò, missis aliquibus nuncijs, aliquas composuerint personas, ab eis pecunias petentes,
15 etiam minis per nuncios comminatis; cùm fures, non latrones publici, neque grassatores dici valeant, neque pro publicis latronibus, & grassatoribus habeantur; non vtique arcendi erunt, quin immunitate potiantur Ecclesiasticæ; locis Deo sacris, non iàm personis, donata. Quòd hos (publicos videlicet latrones, & grassatores) Constitutio excipiat; non verò fures
16 occultos; cùm Constitutionis verba istis non conueniant, vt neque Constitutionis ipsius dispositio adaptari debeat, in re præsertim odiosa, *ad regulam, odia. 15. de regul. iur. in 6. Nauar. consil. 12. in fine, lib. 1. de maiorit. & obedientia, Sayr. dec. 11. in fine, de offic. ordi. Barbos. cap. quod super, 9. num. 5. de maiorit. & obedientia, Rota par. 1. tom. 2. in recentior. decis. 697. num. 7. in fin. & par. 2. tom 1. etiam recentiorib. decis. 502. sub num. 3. Ambrosin. d. cap. 2. num. 3. Peregrin. d. c. 6. n. 5. Farin de immunit. cap. 10. nu. 147. cum seq. per tot. cap. & cap. 12. n. 166. Mar. Giurba d. cons. 50. nu. 41.*

17 Alioquin, non planè exceptio, sed exceptionis peremptio erit, nullusque dabitur casus (ex acerbitate potissimum criminum) quo immunitatis Ecclesiasticæ Asylus ob diuini numinis reuerētiam, qui in Ecclesiis colitur, delinquentibus, nedùm humano, ac positiuo, verùm diuino iure concessus permittatur. *P. Diana* alios referens *part. 4. resolut. 45* in contrariam sententiam declinantes iurè refellens. Et peruertetur immunitatis Ecclesiarum ius, & concessio; & Constitutionis Gregorianæ promulgatio, ac decretum futile, & inane, nullumq; reddetur, hominum excogitata inuentione; quod asserendum, nulla patitur rectæ rationis persuasio, vt aduertit *Suar. dict. cap. 11. n. 5.* & in simili *Peregrin. de duello. q. 37. sub n. 17. vers. vnde cum per decretum.* Et per nos
18 in initio allati Doctores; extensionem de casu ad casum in hac Ecclesiasticæ immunitatis deperdendæ materia abnuentes, ac refellentes.

19 Nec ad rem pertinent, neque contraria sunt nobis, quæ ex *Mastril. d. cap. 33. n. 9. Viscon. d. verb furtum. loco per nos præsignato. et Nouar. d. n. 44.* afferunt.

Exaudiendi porrò erunt, vel iuxtà per nos allatam enucleationem; quòd, vt publici latrones, atque grassatores viarum, captiones, ac compositiones, siuè recapta faciant huiusmodi, & hoc nos minime abnuimus.

20 Vel nihil obstabunt; cùm ipsi non legis cōditores sint. Neq. eorum interpretatio quidquam facere valeat ad immunitatis Ecclesiasticæ ius labefaciandum, diruendumq; *sublata* „ *omnibus quibuscumq; personis, ac iudicibus, quamuis causarum Palatij Apostolici Auditores fuerint, & S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, aliter interpretandi facultate.* per Constitutionem præfatam Gregorii XIV.

21 Et nihilominus, apertè Viscontus, & Nouarius decipiūtur, cùm perfunctoriè, ac quasi per transennam, transcribentes magis, quā doctrinas accuratè expendentes, loquantur. Mastrillus porrò *d. cap. 33.* de indultu loquitur per Regiam Maiestatem Catholicam in anno 1600. concesso, ad terminos indultus præfati, in quo expressis verbis ab illius secludū„ tur beneficio *captiuantes personas, vel eas cō„ ponentes, vel componere tentantes in quocumque loco, tàm habitato, quàm in campis.* hæc indultus. Vt non sit proinde inserendum ad terminos nostræ Gregorianæ, de qua non loquitur Garsias Mastrillus *d cap. 33. num. 9.* sed in terminis indultus prædicti, in quem comminiscitur, di„ cens: *ita expressè dicit text. hic.* vtique indultus, de quo verba faciebat. Et vniuersim, quamuis
22 possit Princeps id, quod aliàs delictum non est, crimen vt sit animaduersione dignum, sua Constitutione facere, haud tamen quidquam quòad Ecclesiasticam immunitatem statuere
23 potest. Quòd sæcularis Princeps nihil quòad Ecclesias, resq; Ecclesiasticas disponere, nec constituere valeat *ad text. cum sua materia. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, 10. de Constitut.* & in terminis nostris optimè, atq; appositè, vt assolet, non perfunctoriè, *Marius Giurba, alios plures referens d. conf. 50. nu. 20. & seq. & n. 24. cum seq.*

24 Cæterùm, vt ad hypothesim Thesim reducamus in facto hoc, quod nunc agitur, An immunitatis Ecclesiæ tutamine indignus habeatur Angelus Bianco, quòd recapta quædam fecisse asseratur?

Haud secludi eum, quin immunitate tutari valeat Ecclesiastica, in quam se recepit, respōdendum censeo.

Cùm quòd (sac verum esse) (vt asseritur) recapta illum fecisse; tamen, cùm non, vt publicus latro, neque grassator viarum fecerit, vt in Constitutione exquiritur Gregoriana, vt exceptus à tutamine Ecclesiastici, videatur Asyli; sed vt priuatus fur (quamuis perperam hoc egerit) non vtique in exceptione comprehenderetur Gregorianæ Constitutionis, qua publici latrones, viarumque grassatores, qui

itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidijs aggrediuntur, excepti ſint, vt in ſuperioribus perpendimus.

Tùm quòd neque probatur concludenter, vt perquiritur in dicta Conſtitutione Gregoriana, verè crimina expreſſa commiſiſſe. Teſtes enim dicunt (vt in notula facti mihi data habetur) de menſe Ianuarij 1635. *mandornoâ cercare à Coſmo Fortunato ducati diece per Maſi ſuo nipote, & vna pezza di ferrandina.* Non itaque, vt publici latrones, & graſſatores viarum, hoc fecerunt; ſed vt fures priuati; vt in caſu proindè Bullæ minimè comprehendantur.

25 Et teſtes, vel ſunt ſingulares, vel principales offenſi, qui fidem nec faciunt in hac re, *vt optimè Marius Giurba dicto conſil.*50.*n.*38. 39. *& ſequentib.*

Et in alio facto eodem menſe Ianuarij, quo aſſeritur, præfatos furatos fuiſſe intùs Eccleſiã, in quàm ſe receperant, Dauidi de Roberto ducatos quatuor, id apertè apparet non publicè, vti à publicis latronibus, & viarum gráſſatoribus factum fuiſſe, ſed à priuatis furibus.

26 Neque concludenter probatur, ſed per vnū teſtem, nam principalis difrobatus, eum in ſua cauſa deponat, & pro ſuo intereſſe, fidem haud facit *ad tex. in l. nullus*, 10. *ff. de teſtib. Giurba d. conſ.*50.*n.*40.

Præter quàm, quòd, duo alij teſtes, apertè, vel varij ſunt, vel mendacij coniungũtur, cùm aſſerant (*Che eſſi diedero li detti danari al detto diſrubato*) Et principalis dicat: *Che li rubbarono ducati quattro, che portaua ſopra.* Veritas autem vna eſt, Quia Deus, qui veritas eſt, vnus eſt, *cap. in quadam*, 8. *§. cæterum, de celebratione miſſarum, Deuteron.*6.4. *Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt: & ad Galat.* 3. 20. *Deus autem vnus eſt, Canon. abijt Iudas*, 81. *§. multi hodie*, 11.*q.*3.

27 (margin number beside "no ducati quattro")

In reliquis non conſtat de crimine. Nam in facto dicitur: *Da Giulio Paſtina s'hanno fatto dare vno veſtito di panno, vno coltello, & vno anello d'oro, e da Lazaro di Paſtina vno zoffione.* Non itaque furto ea ſubtraxiſſe, ſed amicabiliter ea magis accepiſſe aſſeritur. Qualitas autem, quæ fundat crimen, & conſequenter iuriſdictionem ob crimen patratum, probanda eſt: *optimè Farinac. in terminis noſtris immunitatis Eccleſiæ conſ.*76.*num.*4.*vol.*1. *& de immunitate cap. vltimo, nu.* 373. *& ſequentib. Ambroſin. cap.*11.*num.*2. *& ſeq. Peregrin. cap.*3. *num.*3 *Carol. de Graſſ. except.*2.*n.*6.

28 (margin number beside "tas autem")

29 Præſertim quòd criminis præſumptio ſecludenda potiùs, quàm admittenda ſit, *ad tex. in l. merito*, 51. *cum ibi not at. ff. pro ſocio.* Et denique, neque pluries, ſed bis tantum prædicta crimina admiſſa fuiſſe dicatur, vt intret ſuperiùs allata doctrina; Non dici graſſatorem, eum, qui ſemel, vel bis tantùm graſſatus fuit, ſed requiri multiplicitatem actuum, vt talis dici valeat.

Et ita ex his Ariſtarchi ſubiectis iudicio, ac limæ, reſpondendum cenſeo.

CAROLVS MARANTA. V. I.D. Aduocatus.

Reſponſiones has duas dedi mandatis annuens Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Sabellij, Archiepiſcopi Salernitani, Domini mei.

SVMMARIVM.

1 *Vocatus de familia ad ius patronatus ſi ſolus fuerit, ipſe ſolus eſt inſtituendus, & dicitur ex vocatione nedum ius habere ad rem, ſed in re. Quia contraire fundatoris voluntati non poſſunt, qui vocati ſunt ad præſentandum.*

2 *Seu, dictio, diſtinctiuè poſita, inter Præsbyterũ, & Clericum, ordinem denotat per patronos ſeruandum.*

3 *Modus per ſcripturæ, & nominationis ordinem à fundatore datus, ſeruandus eſt.*

Quia ille affectionis, & voluntatis ordinem deſignat, nedum inter res, verùm & inter perſonas.

*Potiſſimum vbi nominatorum ordo cũm intentione coincidit diſponentis. num.*4.

5 *Geminatio, & repetitio verborum enixam defuncti, ac diſponentis voluntatem fuiſſe indicat.*

*Atque voluntatem deliberatam demonſtrat. nu.*6. *præſertim per ordinem geminatum.*

7 *Ordo geminatus inducit diſpoſitionem neceſſariò ſequendam.*

8 *Verba diſponentis non ſunt putanda futiliter prolata fuiſſe, neque vacare à miniſterio operandi, ad quod aſſumpta fuere.*

*Præſertim geminata, & ex obſeruantia ſubſecuta. num.*9.

9 *Obſeruantia ſubſecuta optimam, atq; euidentem dat voluntatis diſponentis interpretationem*

10 *Præſentatus à maiori parte compatronorum eſt inſtituendus.*

Limita ſi contra formam à fundatore datam fuerit quiſquam præſentatus. num. 12.

Etiam ſi ignoranter præſentatio facta fuiſſet.

11 *Præſentatione etiam non effectuata, per patientiam ſolam compatronorum, fit eis præiudicium quoad alios, qui ad præſentandum admiſſi fuere.*

13 *Præſentatio nulla, & inualida nihil operatur.*

15 *Patroni noſſe debent qualitates in fundatione requiſitas, & eas ſequi, alioquin nihil agunt.*

16 *Familia vocata ad præſentandum an ſoli agnati admittantur?*

*Declara ſi teſtator familiam ſuam vocauit; at ſecus ſi familiam in genere, & ſimpliciter, & in abſtracto omnes de familia vocaſſet, nu.*19. *& num.*22.

*Tunc enim vocati videntur omnes, qui eadem deferunt inſignia, ſiue ex ſanguine ſint, ſiue non, nu.*20. *& num.*21.

Præ-

Præsertim ex coniecturata mente testatoris vbi in defectum agnatorum familiæ, omnes vocasset, nu. 25.

17 *Testium depositiones vehiculum præbent ad sententiam proferendam, & in eis consistit pondus totius litis, & exitus controuersiæ.*

18 *Agnatos se esse dicentes id concludenter probare debent.*

19 *Probatio dubia nihil proficit.*

21 *De domo dicuntur omnes, qui eadem deferunt arma.*

23 *Vniuersalia fortiora sunt, atque difficiliùs restrictionem admittunt, & omnia comprehendunt.*

Quia qui omne dicit, nihil non inclusum dimittit.

24 *Omne, cùm signum sit vniuersale, indistinctè omnia comprehendit, nullo excepto.*

26 *Familia naturaliter exauditur de omnibus qui eadem deferunt insignia; Ciuiliter verò de agnatione.*

27 *Verba simpliciter prolata, naturaliter exaudienda sunt, non ciuiliter.*

ARGVMENTVM.

De Iure patronatus familiæ; quòd vocatis omnibus de vna familia, veniant omnes, qui eadem deferunt insignia, siuè coniuncti sint vocanti, siuè non. Et quod vocatus à fundante habeat iàm ius in re, etiam si non præsentetur, & aliàs facta præsentatio nulla euadat.

RESPONSIO XLVII.

CVM anno 1542. Bernardinus de Abbenãte de Terra Magdaloni Caserranen. Diecesis, Cappellam sub inuocatione Sanctissimi Crucifixi, & Spiritus Sancti intùs Collegiatam Ecclesiam Sancti Petri eiusdem Terræ fundasset, atque dotasset, eamque de iurepatronatus esse voluisset: Mandauit sequentibus verbis:

„ *Item lassa esso testatore, che detta Cappella*
„ *sia Iusprtronato cum iure præsentandi in forma,*
„ *delli heredi di esso testatore; & essi lo possano*
„ *presentare ad vno Prete, seu Clerico di Casa*
„ *d'Abbenante; e quando vacasse detto Prete, seu*
„ *Clerico della Casata, lo possano presentare ad*
vno delli Canonici, fol. 15. in processu veteri.

Necnon etiam voluit in supremis suis tabulis, quòd morientibus Nicolao Antonio, Ioanne Francisco, & Iulio Cœsare eius filijs hæredibus dictis, absque hæredibus masculis: *Detta*
„ *Cappella sia in Iure patronato delli fratelli car-*
„ *nali di esso testatore; ò vero delli successori loro,*
„ *masculini tantum.*
„ Et decedentibus præfatis eius fratribus. *Car-*
„ *nali di essò testatore, ò vero heredi, e successori*
„ *loro: detta* Cappella *debba essere di tutti l'Abbe-*
„ *nanti, masculini tantum fol. 20.*

Euenit tandem, vt fatis concessis filijs testatoris absque filijs masculis; atque etiam fratribus carnalibus testatoris, secundo substitutionis loco vocatis de medio sublatis, absque hæredibus, & successoribus veluti testator edixerat, vt locus fieret omnibus de Abbenantibus, masculini tantùm.

Quare vacante nouissimè Cappella prædicta mense Septembris præteriti anni 1634. ob mortem D. Antonij de Abbenante vltimi, & immediati illius possessoris, atque Rectoris; fuit ad illam per Antonium de Abbenante quondam Octauij, eiusque filios præsentatus Reuer. Don Hieronymus de Abbenante frater Antonij, & compatronus, Archipræsbyter dictæ Collegiatæ Sancti Petri. Et pro alia parte per Aurelium de Abbenante, & alium Antonium de Abbenãte præsentatus Clericus Hiacyntus de Abbenante. Ortaque proinde lite inter compresentatos, vter eorum institui deberet; compilatoque processu: omnimodo instituendum esse dictum Reuerendum D. Hieronymum de Abbenante mihi respondendum videtur.

1 Quia profectò, ipse solus Presbyter est de familia de Abbenante, qui secundum testatoris dispositionem, præsentari possit. Ipse solus itaque instituendus erit, vt qui ius fundatum ex voluntate, & dispositione habeat fundatoris nèdum sanè ad rem, verùm & in re; cùm contraire eius voluntati haud possint, qui ex familia sunt de Abbenante ad præsentandum vocati, *Canon. vltima voluntas, 13. quæst. 2. l. finali, in princip. C. de fideicommis. glos. in verb. voluntatem. cap. tua nobis. 17. de testam. & dictum fuit in punctualibus terminis nostris in Burgen. Canonicatus. 20. Maij. 1549. coram Puteo. decis. 252. lib. 3. impressionè Rom. nouissima, & decis. 99. lib. 3. & antea etiam in Oxomen Cappellania de Seron. de mense Iunij 1538. coram Raynaldo Petrutio. vt refert Gomes. ad regul. cancell. de non tollend. iure quæsito. q. 1. col. 4 vers. & quod dictum est. fol. mihi. 29 & sequutus fuit Mandos. cons. 51. n. 9. vers. videmus enim. & dictum quoq; fuit in Salamantina dimidiæ portionis. 27. Maij. 1603. coram Lugdunen. decis. 253. n. 1. & seq. p. 2. tom. 1. in recent. & in Gerunden. Beneficij 2. Decemb. 1605. coram Cardinali Sacrato. decisio. 57. num. 5. & 6. apud Vsuian. in praxi Iuris patron. Bald consil. 38. num. 2. lib. 4. Rota apud Crescent. decis. 7. de Iure patronat. Gonzal. ad regul. 8. Cãcellar. gloss. 9. §. 1 num 88. & sequenti, & nu. 92. Garsias de benefic. tom. 1. par. 4. cap. 3. n. 61. & 62 & nu.*

& nu.69.& 70. & seq. & tom.2. part.7. cap.15. num.1.& seq.

Et perpendenda, haud futiliter, ad rem nostram verba erunt testatoris, qui ius patronatus erigendum mandauit; quibus præsbyterũ præsentari voluit, dicens: *Et essi lo possano presentare ad vno Prete, seu Clerico di Casa d'Ab-*
2 *benante.* Dictio nempè illa (*seu Clerico*) cùm disiunctiuè stet, inter præsbyterum, & clericũ; ordinem denotat per patronos seruandum; vt tunc demùm clericum præsentare possint, si præsbyter deficiat de domo de Abbenãtibus: at si præsbyter superstes fuerit, ille omninò
,, præsentari debeat: *Et nossent non esse datam*
,, *electionem, sed ordine scriptura factam substi*
,, *tutionem*, vt Papinianus loquitur *in l. cum pater, 79. §. fin. ff. de legat. 2. & est tex. in l. heredes mei, 57. §. fin. ff. ad Trebelleian.* optimus tex. & adamussim ad rem nostram de electione loquens, *in Canon metropolitano, 19 vbi notanter gloss. verbo, ex præsbyteris, 63. distinct. & ibidem Archidiacon.* quem tex. in terminis nostris sequuta fuit *Rota par. 1. diuersor. decis. 415. nu. 3.*
,, Inquit enim ibi gloss. *Presbyterum præmittit;*
,, *qui enim prior in electione (id est priùs eligatur* (subnectit ibidem glossella marginalis) & sub-
,, sequitur) *Vnde hæc dictio (vel) non dat illis op-*
,, *tionem sic, vel sic eligendi; sed ordo verborum*
,, *ostendit, quo ordine debeant eligere*; hæc satis aptè ad rem nostram *gloss.* & sequitur *Lucas de Penna in l. 3. num. 31. quæst. 26. verbo, seu. de quibus muneribus, vel præstationibus excusar. nemini liceat, lib. 10. Cod. Bellamera consil. 39. num. 7. & 8. Roman. consil. 179. Amplissime Doctor. num. 7. vbi Mandos. litt. D. verbo, regulariter, vers. scias etiam. Carolus Ruin. cons. 149. nu. 13. volum. 2. de dictione siue loquens, Angel. Gratus de dictionib. dict. 238. n. 9. Barbos. dictio. 363. num. 2.*

3 Vt sit proinde omninò seruãdus modus per scripturæ, & nominationis ordinem à fundatore traditus; Quia nimirum ille voluntatis ordinem, atq; affectionis designat, nedum sanè inter res, verum etiam, & inter personas, *l. quoties, 40. in princip. ff. de vsufruct. l. Gallus, 29. §. quidam rectè, ff. de liber. & posthum. gloss. in canon. In Christo pater, 81. §. quod autem in eo, verbo, cur gradum, de consecrat. distinct. 2. gloss. in cap. cùm dilecta, 22. in verb. transponentes, de rescript. Cassador. decis. 9. num. 2. de præbend. Rota apud Cardin. Mantica decis. 33. sub num. 5. in fine, Euerard. in locis communibus, argum. in loco ab ordine, nu. 7. Rota in Aquen. pensionis, 2. Decembr. 1611. coram Sacrato, decis. 22. sub num. 3. apud Marchesan. par. 1. fol mihi, 619. Barbos. in locis etiam argum. cõmunibus, ab ordine, loco 80. Ioann. Azor. Institut. moral. par. 1. lib. 12. cap. 23. quæst. 3.* Si potissimùm ordo ipse nominatorum, & scripturæ cum intentione coincidat disponentis, vt post *Bart. in d. l. cum pater, §. fidei, delegat. 2. secuta fuit Rota apud* Card. *Seraphin. dec. 24. nu. 2.*

5 Sicuti in facto hoc nostro, in quo enixam voluntatem suam, vt Præsbyter eligeretur, ac præsentaretur, & in defectum Præsbyteri, Clericus, fundator ostendit fuisse per geminationem, & repetitionem verborũ; in casu quo, neque Præsbiter, neque Clericus de familia de Abbenantibus, qui præsentari posset, extaret; *E quando vacasse detto Prete seu Clerico della Casata* (inquiens) *lo possano presentare ad vno delli Canonici. ad text. in l. Ballista. 32. vbi Bald. & DD. ff. ad Trebellean. gloss. in can. si quis iratus. verb. reiteratio. 2. q. 3. Cacheran. dec. 90. n. 45. & 6. meus Maranta cons. 65 num. 14. Barbosa assiom. 105. nu. 1. Rota in Romana de Zambeccariis. 24. Maij 1588. coram Comitulo. dec. 68 nu. 3. post 1. vol. consil. Farinac. & in recent. part. 2. tom. 2. dec. 625. sub n. 5. & dec. 676. sub n. 2. in fin. ead. p. 2. Gonzal. ad reg. 8. §. 7. prohem. num. 125. & 126.*

6 Fuit enim satis deliberata fundatoris voluntas, vt semper Presbyter nominaretur, atque ad beneficium præsentaretur, si extaret, per nominationis ordinem, etiam geminatò expressum; per quem, sicuti per verba geminata, dispositio indicitur, necessariò sequenda, *Rota apud Verall. decis. 188. num. 2. par. prima, Gonzal. ad regul. 8. gloss. 32. num. 8. & 9.* Cæte-
8 rò quin à ministerio vacarent verba præfata fũdatoris, atque futiliter ea exposita, ac geminata fuisse concesserimus, *cõtra tex. in l. si quãdo, 112. ff. de legat. 1. gloss. in cap. solita, 6. verbo, tanquàm, de maiorit. & obedientia, tex. in clem. exiui, 1. §. si enim per istud verbum, vbi glossa*
,, *verbo, cùm autem. Quod verba* (inquiens) *debent*
,, *poni cum ministerio, & ne sint superflua. de verbor. significat. Bald. in rubr. C. de contrahend. emption. num. 9. quæst. 9. Alciat. lib. 9 respons. consil. 103. num. 12. Gratian. forens. par. 2. cap. 201. num. 11. Rota apud S. memor. Gregor. XV. decis. 434. num. 6. & apud Cardin. Mantic. d. decis. 225. num. 5. & apud Caualer. decis. 494. num. 2. Maceraten variar. lib. 3. resol. 4. nu. 8. Gonzal. d. §. 7. in prohem. n 126. 127. & 128.*

9 Quòd satis apertè indicat etiam obseruantia subsequuta per tot annos, quæ euidentem dat, optimamq; tribuit voluntatis disponentis interpretationem, *ad tex. in l. si de interpretatione, 36 ff. de legibus. Abb. consil. 9. in fin. num. 3. lib. 2. Crauett. consil. 101. nu. 3. & 4. & cons. 211. num. 8. Cæsar de Grassis decis. 13. aliàs 2. num. 3. de election. Rota apud Cardin. Seraphin. dec. 456. num. 5. & dec. 964 nu. 4. apud Mantica dec. 296. num. 3. apud Caualer. decis. 80 num. 3. 4. & 5. & decis. 117. num. 6. & decis. 199. num. 6. & dec. 289. num 3. & dec. 575. num. 12 & 640. num. 9. & Rota par. 1. diuers. dec. 574. num. 3. apud b. m. Greg. XV. decis. 280. num. 5. & decis. 502. num. 10. & in Melphiten. Iuris patronatus, 27. Maij 1619. coram Vbaldo decis. 77. col. 2. vers. nec in contrarium, in manuscript. & decis. 641. sub num. 4. in recentiorib. par. 1. tom. 2. & in Comen. Iuris patronatus coram Cardin. Mellino, decis. 103. n. 4. vbi Centolin. addens, post primum volum. consil. Farinac.*

Aesti-

10 Aestimatione igitur dignũ haud erit, quod obijciunt Aduersarij; esse Clericum Hiacyntum à maiori parte præsentatum; ipsumque proinde instituendum, *ex tex. in cap. 3. de iure patronat.*

Præter quàm, quòd enim ipsi Aduersarij nõ nisi pro medietate tantùm vocum, in quasi possessione præsentandi se esse prætendant ab anno . . . quo tempore resignationi ad fauorem Antonij, vltimò defuncti, cum derogatione pro altera medietate, assensum præstitere, vt nil ampliùs eos desiderare nunc oporteat. Vt si etiam ipsis ius aliquod vltrà medietatem superesset; illud, cùm Aduersarijs concesse-
11 rint, imputare sibi debent, si eo careant. Quoniam inter compatronos, data tantùm patientia, etiam non effectuata præsentatione, præiudicium per solam præsentationem intercedit, *vt post Ripam in cap. cùm Ecclesia Sutrina, n. 93. de causa possess. & propriet. secuta fuit Rota in Ceneten. Iuris patronatus. 10. May. 1606. coram Reuerẽdiss. Lugdunen. p. 2. to. 1. in recent. dec. 174. n. 5. & 6. & apud S. Memor. Gregor. XV. dec. 417. n. 5. & ibid. Beltram. num. 13. & decis. 452. n. 15. & dictum fuit in Gerunden. iuris interessendi in Capitulo.* 11. Decembris. 1609. *corã Coccino Decano. in impressis dec. 497. Claud. Tut. in quæstionib. de iure patronat. q. 2.*

12 Nihilominus tamen, sufficit ad excludendũ illum, quòd contra formam, & fundatoris voluntatem, & dispositionem, præsentatus fuerit; existente Præsbytero de familia de Abbenantibus, qui primò vocatus fuit, & præsentari
13 omninò debebat, vt nihil propterea, præsentatio ipsa de Clerico Hiacynto facta (tanquam nulla, & inualida) duci, & æstimari debeat. *Rota apud Put. d. dec. 99. nu. 2. lib. 3. & in d. Gerunden. beneficij. coram Sacrato. dec. 57. num 6 Rota apud Card. Seraph. dec. 1270 n 2. Guttier. cons. 26. n. 5. & cons. 2. num. 3. plenè Garsias d. par. 7. cap. 15.*
15 *num. 3. & sequentib.* Etiam si ignoranter præsentatio facta fuisset. Quia tenentur patroni
15 qualitates scire in fundatione appositas, easq. sequi, neque contrà eas facere, *vt dictum fuit in Mediolanen. beneficij 17. Decembris 1612. coram Cardin. Caualer. dec. 231. num. 3. Lambert. de iure patron. lib. 2. par. 1. quæst. 10. artic. 4. num. 23.*

16. Nec obstat, in quo se plurimùm Aduersarij fidunt, non esse meos principales de agnatis fundatoris, & si planè ex familia eadem de Abbenantibus, vt non comprehendi proinde inter vocatos, mordicùs asserant, firmisque statuant pedibus.

17 Tùm, quòd aduersus eos contrarium magis ex facto, testiumque depositionibus constat, ex quibus vehiculum habetur ad sententiam proferendam, & in quibus stat pondus totius litis, & exitus controuersiæ. *vt inquit Bald. in cap. quia propter, num. 23. in fin. de elect. & sequitur Rota apud Cardin. Mantica decision. 68. num. 9.*

19 Neque ipsimet aduersarij, quòd pro se asserunt (esse ipsos de agnatis) probant concludenter, quod faciendum fuerat, cùm fundamentum sit intentionis eorum, ad elidendum iura aduersariorum, *vt sequitur Rota apud Achillem decis. 1 de probationib. & apud sanctæ memor. Gregor. XV. dec. 279. num. 3. & 7.*

19 Cœterò quin dubia probatio nihil eos releuabit, *cap. in præsentia, 8. de probatio. Rota apud Mantica decis. 251. num. 5.* etiam si materia esset fauorabilis *apud eundem deci. 131. n. 5. & 8. apud Caualer. decis. 97. num. 8. & decision. 125. num. 7.*

20 Tùm etiam, quòd fundator, non vtique familiam suam ad ius patronatus admisit in casu deficientiæ ab eo vocatorum; sed in Genere, atque simpliciter, & in abstracto omnes de familia de Abbenantibus, masculini sexus tantũ:
,, *detta Cappella* (inquiens) *debba essere di tutti*
,, *l'Abbenanti masculini tantùm.* Vt vocati videantur omnes, qui eadem insignia portant, siuè ex sanguine sint, siuè non: *vt docet Bart. in l. tutelas, num. 4. in fine, ff. de capit. diminut. Ancharan consil. 152. plura sunt dubia, num. 5. Alexand. in l. ex facto, §. si quis rogatus, col penult. num 56 ff ad Trebellian. idem Alex. consil. 213. ponderatis his, quæ in themate, num. 3. lib. 6.* vbi dicit: quòd inspecta consuetudine, & communi vsu loquendi, intelligũtur esse omnes illi, qui portant eadem arma; *& ita etiam ante eum dixit Anton. Butrig. in cap. per venerabilem,*
21 *num, 21. qui filij sint legitimi:* dicens: Dicuntur ex consuetudine de domo omnes, qui portant eadem insignia: *ita etiam* Calcaneus *consil. 8. num. 4. in fin. & num. 5. idem Alexand. in eadem causa, qua prius consuluerat, cons. 91 incipien. Repetitus in causa, num. 5. lib. 7. Menochius alios referens quàm plures lib. 4. præsumptio. 88. nu. 12.* optimè omnium *Gabriel. cons. 132. quæstion. 5. num. 59. volum. 1.* vbi dicit: quòd omnes, qui de eadem familia sunt, etiam si non sunt sanguine iuncti veniunt, vocata familia, *& plures allegat, & sequuta fuit Rota ad rem nostram in Ilcinen. Iuris patronatus* 18. *Decembris* 1615. *coram Remboldo. in recentior. par. 1. tom. 2. dec. 697. num. 5. & 6. & num. 8. & iterum in eadem coram eodem* 22. *Iunij* 1616. *quam refert Anton. Monachus decis. Florent. 72. n. 44. eadem Rota Florentina apud eundem Monach. in eadem causa de Piccolominibus dec. 71. nu. 16. in fine, eandem decis. Rota 18. Decembris coram Remboldo referens, Vinc. Fusar. de fideicommiss. quæst. 351 num. 38. in fine, Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 26. & 27. & num. 68. Barbosa de appellatiua verbor. signifi. at. appellat. 94. num. 6. & num. 34. Hieronym. Gratus cons. 87 n. 10. 11. & 12. lib. 2. Maceraten. alios allegans. variarum resolut. lib. 1. resolut 82. num. 9 Viuian. in praxi Iuris patronat. lib. 4. cap. 9 num. 35. Card. Mant. de coniectur. vltim. volunt. lib 8. tit. 12 num. 7.* & dictum fuit in terminis nostris, *in vna Papien. Iuris patronatus* 19. *Februarij* 1601. *coram Lancellotto, & in Pientina Iuris patronatus, 10. Iunij 1602. coram Litta, quas refert Marius Anto-*

to-

tonin. ad calcem d. resolut. 82. *idem Fusar. conf.* 16. *per tot.*

22 Quod multò magis in facto hoc nostro admittendum erit: Cùm fundator vocarit omnes de familia de Abbenantibus:*(di tutti gli Abbenanti.masculini tantum)* dicens, *vt perpendit optimè Fusar.de fideicommiss quæst.* 358.*num.* 13. alios multos referens, *& Anton. Monae d.decis.* 71.*num.* 16.18.*& seq.* rationem reddens: quia

23 nimirum vniuersalia sunt fortiora, & difficiliùs restrictionem admittunt, omniaque comprehendunt, ita vt nulla persona, & nullus locus excipiatur.

Et quidem qui omnes vocauit *(tutti gli Abbenanti)* nullum vtique eorum, qui eadem deferunt insignia, exclusit, siue sanguine iuncti essent, siue etiam non iuncti; nihil enim non inclusum dimittit, qui omne dicit. *l. Iulianus*, 66. *ff. de legat* 3.*l. à procuratore*, 13.*vbi gloss.C. mandati,l. pediculis*, 34.*§. Labeo,ff. de auro,& argen. legat tex. in cap. solitæ*,6.*§. nos autem, vbi gloss. in fin. de maiorit. & obedient. tex. in canon. si Romanorum*,1.*§. dicendo vbi gloss.* 19 *distinct. optimus omnium tex. Diui Pauli ad hebræos*. 2. vbi exponendo illud Regij Psaltes Dauid *Psalm.* 8.

„ *Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim*

„ inquit, *quòd omnia subiecit. nihil dimisit nõ su-*

„ *biectum ei. Bald. in rubr. C. de ÿs, qui accusar non possunt, num.* 10 *in fin. vers. item dictio, Mascar. de probation. tom.* 1.*conclus.* 148.*num.* 9. *Gramat. decis.* 4.*num* 2.*Ossaschus decis.* 94. *nu.* 10. *Barbos. axiom.* 168. *Maceraten. variar. lib.* 3. *dicta reso.* 4. *num.* 2.*& resol.* 9.*num.* 5 *optimè Castrens. consil.* 28 *in causa, quæ vertitur, sub num* 4. *col.* 3. *vers. item verba illa, volum.* 2. vbi inquit, quòd signũ

24 „ vniuersale, omnes, facit omnia indistinctè

„ comprehendi, nullo excepto. Quia qui omne

„ dicit, nihil excludit. hæc ille. *Rota apud Card. Seraphin. decisio* 584 *num.* 3. *apud sanct. memor. Gregor. XV. decis.* 315. *num.* 11. *&* 12. *Rota in d. Ilcinen. Iuris patronatus coram Remboldo, dicta decis.* 697. *num.* 6. *in fin.* in terminis nostris loquens, vocata tota familia, vt omnes inclusi videantur de familia, siue originaria, siue aggregata. *Rota Florentina, apud Monach. d. dec.* 71. *num.* 22.

25 Accedente præsertim, quòd omnis euanescit coniectura, per quam, non omnes de familia de Abbenantibus vocatos fuisse, præsumi possit, sed qui de agnatione tantùm essent.

Quòd fundator iam primò filios ad ius patronatus admiserat, & descendentes ex ipsis, masculini sexus, vt effectiua familia vocata esset; & secundo deficientibus filijs, & ex illis descendentibus, fratres suos carnales vocauerat, atque ex illis descendentes masculini sexus, vt etiam contentiuæ familiæ satisfacere videretur. Vt deficientibus his omnibus, quando omnis affectio ergà coniunctos sanguine cessarat, vocarit indistinctè omnes de Abbenantibus, nulla facta secretione, an consanguinei essent, nec ne; modò de eadem familia essent, eademque deferrent insignia. Vt perpendit etiam ad rem nostram, *Rota in eadem Ilcinen. Iuris patronatus. num* 7. 8.9.*&* 10. *& latè etiã in eadem causa Rota Florentina apud Monach. d. decis.* 71.*num.* 23.*& seq. optimè Fusar. d. consil.* 16.*num.* 5.*& seq.*

26 Potissimum verò, quia naturaliter familia intelligitur de omnibus, qui eadem deferunt insignia, siue arma; Ciuiliter verò de agna-

2L tione eadem. At cùm verba simpliciter prolata fuere, naturaliter exaudiri debent, non sanè ciuiliter. *ad tex. in l. fin. ff. de his qui veniam ætatis impetrauere, vt perpendit notabiliter ad rem nostram Gratus d. consil.* 67.*nu.* 11. 12. *& seq. Rota in recentiorib. par.* 1. *tom.* 2. *decision.* 496. *num.* 8.

Et ita ex his, censuræ suppositis doctiorum virorum, respondendum censeo.

CAROLVS MARANTA. V. I.D. Aduocatus.

Negotio discusso coram Illustrissimo Domino Fratre Iosepho de Cornea Episcopo Casertano in Congregatione coram eo, pro D. Hieronymo principali meo palma successit, licet pro Aduersarijs Patronus intercessisset Dominus Horatius Montanus, datis etiam suis informationibus in iure. Et delara causa per appellationem ad Curiam Metropolitanam Capuanam, fuit sententia Domini Vicarij Casertan. confirmata.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias, qui vnà cum patre se obligauit, potest renunciare beneficio legis quod cum eo, ff. & Cod.*

Quemadmodum potest quilibet alius beneficio pro se inducto renunciare.

Potissimum verò si expressè d. cto beneficio legis quod cum eo, renunciauit filius familias nu. 2. *& num.* 3. *vbi Sac. Neapolitani Consily refertur decisio.*

Vel si iusta renunciandi causa fuerit, n. 4.

Quicquid in contrarium dixerit Regens Scipio Rouitus n. 5.

Cuius sententia refellitur, n. 6. 7. *&* 9.

7 *Infertur non rectè ab vno ad aliud.*

6 *Beneficium legis quod cum eo, non est miserationis gratia inductum sed æquitatis ratione per Prætorem; ac iure speciali. Et contraria sententia potest in minore procedere, non in maiore, nu.* 9.

Præsertim si ad maiorem cautelã filij familias obligatio intercesserit, accedente Iudicis præsentia, nu. 10.

11 *Clausula (ad maiorem cautelam) declaratur.*

Quæ obligationis aumentum, non verò diminutionem operatur, n. 12.

Et maiorem securitatem operatur ad fauorem obligati, nu. 13.

Vel

Vel ad maiorem obligantis obligationem, num 14.

15 *Clauſula debent ſuum operari effectum, ad quē inductæ fuere.*

16 *Verba exaudiri debent ſecundum naturam rei in contractum deductæ, & ſecundum ſubiectā materiam.*

Neque inutilia verba eſſe debent, nihilq; operari, num. 17.

18 *Clauſula ſine præiudicio ſuccedere debentium ab inteſtato, expenditur.*

19 *Iuramentum operatur, vt iurans certior factus videatur de vi, & efficacia renunciationis.*

Præſertim ſi abſque diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poſſit.

20 *Iurans præſumitur deliberatè venire ad actum iuramenti.*

Præſertim ſi maturæ fuerit ætatis, & iudicij, num. 21.

Accedente Iudicis præſentia; etiam ſi iurans minor fuerit, nu. 22.

23 *Metus reuerentialis non facilè præſumitur in viro perfectæ ætatis.*

Et metus ex Iudicis præſentia diluitur; etiam in minore, & nu. 32.

Vel ſi neq; proteſtatio vlla præceſſerit, nu. 25.

26 *Pragmatica Regia 1. de Senat. Conſult. Macedoniano diſpenditur, & num. ſequent.*

27 *Filius poteſt ſe efficaciter pro patre obligare; præſertim maior.*

Vel ſi alia bona habeat præter paterna, etiā poſt patris ſuprema funera ei deferenda, n. 33.

Vel ſi, vt patrem ab imminentis alieni æris periculo, & carceris liberaret ſe filius obligauit, num. 34.

Nam pium æſtimatur opus, quo filius ſe obligat, vt patrem liberet nu. 35.

36 *Periurus repellitur, ne audiatur aduerſus inſtrumentum liquidum.*

Nec auditur niſi in vinculis, vel facto depoſito, num. 36.

Vel ſaltim præſtita cautione de parendo mandatis Iudicis, n. 37.

ARGVMENTVM.

Nùm poſſit Filius familias renunciare beneficio legis quòd cum eo, qui in aliena eſt poteſtate, & ſpecialis ſufficiat renunciatio? & quid iuramento accedente? & plura de clauſula, ad maiorem cautelam. Nùm poſſit filius familias, præſertim maior pro patre ſe obligare? Et plura ad intellectum Prag. Reg. 1. de Senat. Cōſulto Macedoniano.

RESPONSIO XLIX.

COnuenitur in Archiepiſcopali Neapolitana Curia Clericus Paulus Doria per Antonium Spinulam meum principalem ſuper inſtrumēto anno 1626. celebrato inter ipſum Antoniū, & Franciſcum Doriam patrem Pauli, qui tūc temporis laicus erat, & pro laico ſe gerebat, & geſſit; in quo dictus Antonius mutuo dedit Franciſco per medium Banci Sanctorum Iacobi, & Victoria ducatos ter mille, cum pacto, quòd illi ſoluerētur Ioanni Philippo Rocca, & Paulo Bernizoni Sauonenſibus, ſocijs negotiatoribus, pro totidē eiſdem debitis per ipſum Franciſcum, cum ceſſione iurium, etiā anteriorum ad fauorem Antonij; ad maiorem cuius cautelam, cum interuentu, & authoritate Domini Aloyſij Corcioni Magnæ Curiæ Vicariæ Iudicis, dictus Paulus Doria ſuo proprio, priuato, & principali nomine, & inſolidum, cum expreſſo conſenſu eiuſdem Franciſci ſui patris, ſpontè ſe obligauit dicto Antonio, vnà cum dicto Franciſco Patre intra certum tempus ad ſolutionem dictorum ducatorum ter mille, cum tertijs, damnis, & intereſſe; ſubſcribendo apochas Banci, cū ampliſſimis, atque ſtrictiſſimis clauſulis, & pactis; renuncians omni Legum auxilio, atque expreſsè, & ad maiorem cautelam dicti Antonij, etiam cū iuramento, beneficio l. 1. & 2. ff. & C. *quod cum eo, qui in aliena eſt poteſtate, &c.*, vt in inſtrumento in actis producto. Poſt aliquot annos, vita iam functo Franciſco Doria, egit Antonius ad exactionem dictorum ducatorum ter mille cū tertijs, & intereſſe decurſo, atq; exactis mille; pro reſtantib⁹ duobus mille præſentat in Curia prædicta Archiepiſcop. Neapolitana inſtrumentū contra eūdem Paulum, quòd ſe militię aſcripſerit clericali. Paulus citationē ſup tenore inſtrumenti præſentati perſentiens, timens eius liquidationē, obijcit Antonio Beneficiū legis quod cum eo; velleq; eo gaudere nouū hominē factū per mortē Frāciſci Patris, cuius hæreditati nuncium iàm miſiſſe dicit, & profitetur, metuq; reuerentiali ad ſe obligandum pro Patre inductum fuiſſe, atteſtatur.

Verùm haud poſſe Beneficio prædicto legis q cū eo, cui expreſſe nuncium etiam cum ſacramento miſit Paulus, frui vllo pacto, replicat Antonius. Et ſanè nō poſſe Clericum Paulū in oppoſitis exceptionib⁹ admitti, ſed vti periurum reijci, atq; repelli, pocediq; debere ad petitam liquidationem, iuris eſſe cenſeo.

Abſolutum eſt enim, ſecundum receptiorem, ac veriorem Doctorum ſententiā. Poſſe filiū familias, qui vnà cum patre inſolidum ſe obli-

li-

ligauit, renũciare benefico legis quod cum eo &c. Quia, cùm suo fauore inductũ sit, potest ei voluntariè nuncium mittere; sicuti potest quilibet alius fauori pro se inducto renunciare. *cap. ad apostolicam.* 19 *vbi Gloss. verb. monasterij. cap. statuimus.* 23. *de regularib. l. si quis in conscribendo* 36. *C. de Episcop. & clericis. l. si quis in cõscribend.* 26. *C. de pactis. Nauarr. conf.* 92. *an Franciscus. num.* 1. *lib.* 3 *de regularib. Marius Antonin. variar. resolut. lib.* 1. *resolut. vlt. casu* 13. *in fin. Eminentissimus Card. Tuscus tom.* 9. *littera. R. conclus.* 170. & 175. *Paulus Parisius receptus conf.* 64. *num.* 45. *in fin lib.* 1. *Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 78. *in* 10. *casu num.* 49. & *seq. ad fin. vsq; Vincent. de Franchis decis.* 194. *num.* 7. vbi multoties iudicatum fuisse dicit. *decis.* 171. *nu.* 1. & 6. *Molfesius conf.* 4. *num.* 5. *post primum volum. comment. ad consuetud. Neapolitanas* plenè *in terminis nostris Marius Giurba accuratissimus simul, ac doctissimus Siculus, qui respondet motiuis ex aduerso doctissimi, ac meritissimi Domini mei Scipionis Rouiti, Regentis Regiam Cancellariam, in Pragmat.* 1. *de Senat. Consult. Macedon. decis.* 42. *n* 8. 9. & *seq.* ita etiã in terminis nostris *Stephan. Gratian. disceptat. forens. part.* 4. *cap.* 799. *n.* 15. vbi id ampliat, accedente potissimùm iuramento. *Vrsil ad Affl. dec.* 308. *n.* 20. ita etiam in terminis hisce nostræ quæstionis decisum fuit *in Rota, in Brundusina Pecuniaria.* 15. *Nouembris.* 1613 *coram Buratto, part.* 2. *tom.* 1. *in recent. dec.* 485. *n.* 2 & *in alia eiusdem coram eodem* 21. *Aprilis.* 1614. *part.* 1. *tom.* 2. *in eisdem recent. dec.* 580. *n.* 5. *quæ est etiã in impressis apud Marchesan. tom.* 2. *fol.* 513. *Io. Baptista Thoro, vir nostris temporibus laboratus, & doctus in compend. dec. tom.* 1. *verb. filiusfamilias obligatus fol.* 236. *col.* 2. *in fin.* vbi ita decisum referr in Sacro Consilio Neapolitano. & *verb. renunciatio facta per filium. f.* 472. & *part.* 2. *verb doctor. fol.* 146. *Philip. Paschal. de virib. patr. potest. part.* 1. *cap.* 6. *n.* 135. *Marius Muta Siculus, dec.* 94. *n.* 6. & 13. cum alijs multis per supracitatos relatis.

2 Cùm potuerit igitur beneficio præfato legis, quod cum eo, renunciare Paulus, qui vnà cum Francisco patre insolidum se obligauit Antonio, atq; expressè illi nuncium, etiam cũ iuramento misit; nulli vtiq. in dubium reuocari poterit, quin obstet ei facta renunciatio. Vnde repelli debebit, nouus homo factus per patris mortem, nè beneficio potiatur prædicto, cui expressè renunciauit; cùm non possit ad illud nunc, quasi postliminiò reuerti, in dãnum Antonij creditoris; cùm prudens, volensque, & non vi, neque dolo, semel nuncium ei dem miserit: ita expressè *Paris. d. conf.* 84 *n* 45. *in fin Vrsil. d. dec.* 308. *n.* 2. & 21. vbi stante filij

3 expressa renunciatione, ita pluries in Sacro Regio Consilio Neapolitano decisum fuisse; filiosq; ad soluendum damnatos, refert *Frãch. d. dec.* 181. *n* 8. & *seq. Giurba d. dec.* 42. *nu.* 19. & 20. & *dec.* 45. *nu.* 16. *Thoro d. verb. renunciatio. fol.* 472. *col.* 1. & *part.* 2. *d. verb. Doctor. fol.* 146.

Gratian. alios quoque referens d. cap. 799. *nu.* 17. *in* 6. *conclus. Tusc. tom.* 4. *lit. I. conclus.* 507. *nu.* 1. *et tom.* 3. *lit. E. conclus.* 653. *n.* 19. *Muta d. dec.* 94. *nu.* 13. & receptum fuit per *Rotam in d. Brundusina Pecuniaria coram Buratto. d. dec.* 580. *n.* 5 & *dec.* 485. *nu.* 2. & *seq.* etiam si iniusta renun-

5 ciandi causa esset. *Muta d. dec.* 94. *n.* 6. Quare non obstabit nobis dicti Domini Rouiti sententia, quam ipse mordicùs tuetur *d. pragmat.* 1. *de Senatusconsult. Macedon. nu.* 37. & *seq.* nedùm specialem requiri filijsfamilias renunciationẽ dicto beneficio legis, quod cum eo, factam, verùm specialissimam, aientis ex *Rom. conf.* 279. *n.* 3. & *congestis ibid. per Addent. Mandos. verb. specialissima. lit. E.*

6 Quia nimirum loquitur in beneficio miserationis, ergò concesso; non autem in beneficio legis nostræ: *quod eum eo.* Quod planè non miserationis ergò concessum esse, sed æquitatis quadã ratione per Prætorem, & iure quodam speciali, nè vltrà id teneatur, quàm facere potest, cùm sit tunc filiusfamilias nouus homo per emancipationem, vel patris mortem factus, qua à patris eximitur potestate, vt nõ

7 rectè proinde ab vno ad aliud inferatur. ad *vulgatum text. in l. Papinianus exuli,* 21 *ff. de minor. & cum ibi notat.* & secundum receptiorem sententiam, post *Paris. d. conf.* 94. *n.* 43. sequitur *Giurba alios referens d dec.* 42. *n.* 11. & *d. dec.* 45. *n.* 14. *Gratian d. cap.* 799. *n.* 15. *in fin.* & *n.* 39. & 50. *Flamin. Chartar. Rota Genuæ. dec.* 7. *num.* 50.

Deindè, est Dominus Regens Rouitus, etsi doctissimus, vnicus in sua sententia, cùm plures alij, nec inferioris notæ Doctores, speciali renunciatione contenti sint; & hanc sequuta fuit Rota in dictis decisionibus in Brundusina Pecuniaria. Ipseque met Rouitus, sicuti quoq;

8 *Molfes. d. conf.* 4. & *conf.* 43 *part.* 1. *ad consuetud. Neapol.* apertè, & alij, citrà controuersiam vl-

9 lam, in minore loquuntur. At nos non in facto minoris versamur, sed maioris. Cùm Dominus Paulus tunc temporis, & vigesimumquintum, & fortasse trigesimum ætatis suæ annum excederet. Quod perpensum etiam fuit in simili casu apud *Rotam d. Brundusina Pecuniaria. tam dec.* 580. *nu.* 8. *quàm dec.* 485. & adnotauit *Thor. d. verb. doctor. part.* 2.

Verùm enimuerò, admittamus (absit præiudicio) cum Domino Rouito, specialissimam requiri renunciationem; neq. tamen illã desiderari in hoc nostro facto inuenerimus, si rectè omnia perpenderimus. Profectò, quòd Paulus expressè, & ad maiorem cautelam, atque iureiurando nuncium beneficio misit legis *quod eum eo, tàm prima, quã secunda,* & *in ff.* & *C. contentæ.*

„ *Renuncians expressè* (inquit ibi Notarius in „ instrumento) *prædictus Paulus, ad maiorem* „ *cautelam, cum iuramento coram nobis leg.* 1 & „ 2. *ff.* & *C. quod cum eo, qui in aliena potestate* „ *est, hac ibi.*

10 Protestari nimirùm apertè, patentissimisq;

vo-

voluit verbis Paulus hoc dicendi modo *(ad maiorem cautelam)* qua renunciauit benefi-
cio *legis quod cum eo (* sicuti ad maiorem An-
tonij cautelam ipse cum patre intercedete
fassus est, interueniente in contractu præsen-
tia, & authoritate Domini Iudicis Magnæ Cu-
riæ Vicariæ *)* se omnimodis vijs cautelare
voluisse, ac cautelatum, & securum reddere
Dominum Spinulam, qui aliàs absque dictis
cautelis non contraxisset, neque pecunias ter
mille ducatorum, soluisset. Qua de re, nedùm
expresè, verùm & expressissimè renunciare
voluit omni legum auxilio: & specialissimè, ad
maiorem cautelam domini Spinulæ benefi-
cio *legis quod cum eo.* Id nempè clausula præ-
11 dicta (*ad maiorem cautelam*) importat.
Abundantem, scilicet prouisionem, qua pro-
uidere Paulus voluit per renunciationem
prædictam, non sanè in genere, neque impli-
citè, sed expresè factam; vt cautelatus,
atque tutus Spinula remaneret, neque vllo
vnquam futuro tempore per renunciationem
præfatam suo fraudaretur effectu, vt post *Pa-
ris. consil. 117. num. 14. lib. 1. aduertit* Tuscus
tom. 1. litt. C. *conclusion. 301. & sequitur Bar
bosa in tractat. de clausulis, clausula 60. est
tex. notab. in canon. quanto, 63. distinct. glossa
verbo, cautela, in rubr. de instrument. cautel.*
12 *& fide.* Operatur siquidem clausula illa
(ad maiorem cautelam) augumentum renun-
ciationis præcedentis, non sanè eius diminu-
tionem, vt optimè aduertit ad rem nostram
*doctissimus Andreas Alciatus lib. 5. respons.
consil. 13. num. 7. & 8. Surdus consil. 495. num. 11.
volum. 4. sequitur Ioannes Baptista* Costa *de
remedijs subsidiarijs. remed.* 11. *num. tertio.*
13 Quò circa interpretationem recipiunt verba
illa (*ad maiorem cautelam*) idest ad maiorem
Spinulæ securitatem, *ad notata in authent. de
mandat. Principum, collat. 3. cap. 11. §. neq; au-
tem homicidis, vt aduertit Alberic. de Rosata
in dictionario, verbo, cautela, idest securitas.* Vel
14 etiam ad maiorem Pauli erga Spinolam obli-
gationem, *ad tex. in l. vltima*, ibi: *Nihil pœni-
tùs prioris cautelæ innouari,* C. *de nouationibus;*
vbi cautelæ nomen pro obligatione accip., &
exaudiri aduertit *Author Lexicon Iuridici, ver-
bo, cautela.*

Quid enim (amabo quæso te *)* si non speci-
fica, ac specialissima renunciatione beneficio
legis quod cum eo, nuncium mittere Paulus vo-
luisset, vel intẽdisset, ad maiorem Spinulæ cau-
telam; verba præfata etiam sacramento val-
lata, adijecisset, si nihil illa nunc operarentur?
15 Inde itaque illa protulisse asserendum erit, vt
suum operarentur effectum, ad quem prolata
fuere; & Spinulam omninò cautum, securum,
atque tutum redderent, omni futuro tempore
suam consequuturum fore pecuniam, neque
scrupulo aliquo angeretur de beneficio *legis,
quod cum eo,* quod sibi in futurum competere
potuisset; cùm ei, etiam sacramento, atq; ex-
presè ex matura deliberatione, ac specialissi-
ma renunciatione nuncium omninò mitteret,
vt se eidem magis, magisque obligatum red-
16 deret. Verba nempè exaudienda sunt secun-
dum naturam rei in contractum deductæ, &
secundum subiectam materiam, *vt Bald.* in-
quit, *in rubr.* C. *de contrahenda emption. num. 9.
sequitur Surd. consil. 34. num. 32. & consil. 150.
nu. 65 & 66. vol. 1,*
17 Cæterò quin essent verba prædicta, renun-
ciationi expressæ adiecta (*ad maiorem caute-
lam)* inutilia. ac temerè, & inaniter prolata,
nihilq; omninò operarentur, quòd minimè est
asserendum, *ad tex. in l. si quando,* t 12. *ff. de le-
gat. 1. gloss. in cap. solitæ, 6. verbo, tanquàm, de
maiorit. & obedien. tex. in clem. exiui, 1. § si enim
per illud verbum. vbi gloss. verbo, cùm autem,
de verbor. signification. optimè Menoch.* qui in
18 simili casu de clausula (sine præiudicio succe-
dere debentium ab intestato, &c.) loquitur, &
argumentatur *consil. 19 num. 8. & consil. 87. nu-
mer. 42, volum. 1. Gratian. forens par. 2. cap. 201
num. 12. Rota apud* Caualer. *decis. 499. nu-
mer. 2.*
19 Præterea peculiare iuramentum renuncia-
tioni huic adiectum ad magis dictum Spinulã
cautelandum, securumque reddendum, opera-
bitur, nec immeritò, vt ostendat, Paulum satis
superque certiorem factum fuisse de vi, & effi-
cacia beneficij *legis quòd cum eo,* cui ita deli-
berate renunciabat; vt non possit proindè
nunc se tueri eo iure, cui nuncium misit, ne sa-
tisfaciat debito, quod se iure iurando soluturũ
eddixit, dùm id absque salutis æternæ dispen-
dio facere possit; *tex.* est, quem apertum, &
rotundum appellat *Romanus in l. sciendum 50.
num. 30. circa finem vers. vltimo, pro hac opinio-
ne dò casum rotundum, ff. de verborum obliga-
tionibus. in cap, ex rescripto, 9. vbi gloss. ac* Docto.
*de iure iurand. Butrigar. in cap. si diligenti 12.
num. 78. circa fin. vers. fallit etiam quando est
iuratum, de foro compet.* vbi rationem dicti red-
dit, *Quia* (inquit) *præsumitur ad iurmentum ve-
20 nire deliberatus. Andreas Gayll. practar. obser-
uation. libr. 2. obseruation. 77. num. 10. Franci-
scus Furzanus inter communes opiniones. libr. 1.
conclus. 122. plene Thesaurus decis. 122. num.
decimo. & 13. Gabriel libr. 2. tit. de iureiurand.
conclus. 3. num. 2.* vbi infinitos enumerat, &
idem *Philippus Portius commun. conclus. lib. 2.
conclus. 33. Hieronym. à* Ceuallos *pract. quæst.
quæst. 315. num. 1. & sequent.* plenè *Viscon-
tus in suis communib. conclus. verb. iuramen-
tum habet vim. clausulæ. & in subsequenti
etiam verb. iuramentum supplet. fol. 134. &
135. Paul. Bellon de potestat. eorum, quæ in
continenti fiunt. part. 1. cap 157 numer. 1. &
sequent. Mancin. de iurament. part. 4. ef-
fect. 76.*
21 In viro potissimùm perfectæ, maturæque
ætatis, vt Paulus erat, & qui maturita-
te pollebat iudicij, benèque quid age-
ret, nouerat, nec temerè operari vide-
batur. ad. notata per *gloss. in cap. cum*

Pars 2. T *cau-*

causam 6. verbo, restituerent, in fine, versic. sed quid dices si maior. de emption. & vendition. vbi Doctor. text. in cap. cùm contingat, 28. vbi glossa magna in fine, de iure iurand. tex. in cap. quamuis pactum, 6. de pact. lib 6. optimè Dominic. *à Sancto Geminiano consil. 98.* quia subtiliter, ac copiosè *num. 1. & num. 6. argumento etiam tex. in authent. Sacramenta puberum, cùm ibi notat per gloss. & Doctor. C. si aduers. vendit. sequitur Iacobus* Cancer. *variar. resolut. lib. 1. cap. 7 de tutorib. num. 14. & 15. & lib. 2. cap. 1. num. 2.*

22 Interueniente etiam Iudicis præsentia, & authoritate, data opera, ac deliberatò, & ad maiorem contractus, & contrahentium cautelam. Vnde ex hoc vno, donec de contrario doceatur, certioratus præsumitur de viribus renunciationis; tac minor fuisset annorum, *argumento tex. in l. penultima, ff. ad Vel-leian. Butrius dicto cap. si diligenti, num. 8. circà finem. versic. fallit, 2. facit Rota apud Caualer. decision. 479. num. 1. in fine, vers. reuocabantur.*

Qua de causa ex hoc ipso principio, satis diluitur, quod de metu reuerentiali obijcit Paulus.

23 Cùm, quòd non facilè creditu est, in virum perfectæ ætatis, qui volens, & prudens contraxit, & se ad maiorem cautelam cum patre insolidum obligauit deliberatò, ac voluntariè, metum incidisse reuerentialem, *ad regulam scienti. 27. de regulis iur. in 6. & notata per Soccin. Iun consil. 47. num. 32. & 33. volum. 3. Barbos. axiom. 126. num. 1.*

24 Tùm, quòd metus omnis suspitio, etiam in minore, diluitur ex Iudicis præsentia, & authoritate, qui appositè in contractu interuenit ad maiorem cautelam, & ad excludendas omnes, quæ in oppositum dari exceptiones potuissent in futurum, *ad text. cum ibi notat. in l. transactionem 35. C. de transaction. l. 1. vbi* Bartol. *C. de prædijs decurion lib. 10. Soccin. Iun consil. 5. num. 3. & 14. volum. 3. Aymon consil. 114. num. 2. Tiberius* Decian *consil. 41. num. 119. volum. 2. Vincent. Honded consil. 29. nu. 11. vol. 2.*

25 Tùm denique, quòd nullibi de protestatione aliqua metus per Paulum facta appareat, vt perpendunt *Crauetta d. cons. 114. nu. 6. & Decian. d. cons. 41 n. 322.*

26 Nec ad rem facit, quod obijcit nobis Paulus; non potuisse Franciscum eius Patrem in suimet commodum authoritatem præstare, *ad terminos dictæ pragmat. 1. de Senat. consulto Macedon.*

Respondetur profectò; pragmaticam præ-
fatam non prohibere, nè filius pro patre fide
iubeat; atque propterea, vti iuris communis
correctoriã, esse strictè, pressèq; intelligendã
neque ad non expressa dilatandam. Cùm alio-
27 quin possit se efficaciter filius, præsertim ma-
ior, pro patre obligare, *l. filius familias, 8. vbi*
gloss. Bartol. Bald. Salicet. & alij, C. de fideiuss.
l. si dubites, 11. §. filius familias, ff. eodem, l. 2.
§. & filius, ff. qui satisdare cogantur; ita in
terminis *pragmat. Carauita in commentarijs*
ad illam §. 11. num. 11. & 16. & sequuta fuit
Rota in dicta Brundusina pecuniaria coràm
Buratto decis 485. num. 5. Peregrinus Rota Pa-
tauinæ decis 51. num. 6. Paschalis de virib. patriæ
potest. p. 1. c. 6. nu. 123.

Deindè, exauditur obiectio ad terminos pragma-
28 ticæ, nè possit pro se pater consensum, autho-
ritatemque præstare; quando requireretur
patris consensus ad integrandam personam
contrahentis; secus verò vbi requiritur ratio-
ne præiudicij consentire debentis; sicuti in
dicta pragmatica dispositum fuit; requiri pa-
tris consensum in obligatione filij, nè per eum
patri præiudicium fiat, vt perpensum etiam fuit
in Rota in dicta Brundusina pecuniaria coràm
Buratto 21. Aprilis 1614. decis. 585. numer. 3.
par. 1. tom. 2. in recentior. in eisdem nostræ quæ-
stionis terminis. Alioquin satis inhumanum
29 esset, si posset sanè pater consensum præstare
filio, se pro alio obligandi, non pro ipsomet
patre; vt perpensum fuit *in dicta decisione*
Patauina apud Peregrinum decisione 51. nu. 6.
in fine, Nouar. Forens. par. 1. quæst. 119. num. 5.
& 6.

30 Præterea, neque pragmaticæ prohibitio ad
filios dirigitur, neq; ad eorum parentes, sed ad
Notarios; nè quisquam eorũ præsumat aliquo
pacto, obligationes recipere filiorum familias,
nisi in præsentia, & de expresso consensu eorũ
31 parentum; vt non iurè de vno ad aliud infe-
ratur: *vt post Carauit. d. §. 11. n. 11. & 16.* ad-
uertit *Rota in d. Brundusina pecuniaria* 580. *n. 2*
Et sat est nos, non versari in terminis Pragma-
ticæ; cùm patris adfuerit consensus.

32 Cœterùm, quicquid sit, an potuerit pro se pater filio consensũ pstare; sat tamẽ fuit, ad cõtractum Pauli firmum, validumq; reddendum, Iudicis præsentiam, & authoritatem intercessisse. *ad gloss. fin. in fin. per eundemmet text. in l. si furiosi. 25. vbi Bald. n. 3. in fin. & n. 4. in fin. C. de nupt.* sequitur *Ioan Dilect. de arte testandi. tit. 1. caut. 1. sub nu. 4. vol. 8. part. 1. tract. fol. 109. Michael Grass §. donatio causa mortis. q. 3. n. 2. in fin. Peregr. d. dec. 51. n 4.*

33 Accedit his quoque ad Pauli contractum validum, firmumq; reddendum, quòd, quo tẽpore ipse pro Francisco patre insolidum fideiussor intercessit, ad maiorem Spinolæ cautelã, multa habebat bona, quæ ad eum post suprema patris funera liberè deuoluebantur, nõ vti ex hæreditate patris; sed alio, ac distincto iure; vt propter hæc nihil sit, quod beneficio legis quòd cum eo, aduersus Spinolam potiri valeat, vt post supra citatos in initio longa serie DD. aduertunt *Paschal d. cap. 6. n. 125. Vincent. de Franch dec. 70. n. 1. & seq. Alex. Trentacinq. cons. 19. n. 6. vol. 2. Grat. d. cap. 799. conel. 23. n. 68. & 69. Costa de remed. subsidiar. remed. 28. nu. 3. tom. 1. oper.*

34 Ac demùm, quòd Paulus pro Francisco patre intercessit, vt eum ab imminente alieni

æris

æris periculo, quo Ioanni Philippo Roccho, & Paulo Bernizono pro ter mille ducatis tenebatur, nè contra eum tunc exequerentur, atque proinde carceribus truderetur, liberaret; vnde consultò ab Spinola ter mille prædicta cum patre intercedens, mutuo accepit, eique se cum expressa renunciatione omnis legum auxilij, ac præsertim beneficij *legis, quod cum eo*, deuinxit, & addixit.

35 Pium igitur opus erga Franciscum patrem operatus tunc fuit Paulus; vt nullum ei supersit legis auxilium, neque beneficium *legis, quod cum eo*. cui nuncium miserat, quo aduersus tam pium deturbandum opus vtatur, *Gratian. forens. quæstion. par. prima, cap.* 108. *num.* 41. *& sequentib. Muta dicta decis.* 94. *num.* 31. *cum sequentib. Paschalis dicto cap.* 6. *num.* 123. *vbi in fine decisum in Neapolitano Consilio assidentibus in eo doctissimis Consiliarijs refert in causa Petri de Bonanno cum Ioanne Dominico Crescentio; Paulus Bellon. de potestate eorum, quæ in continenti fiunt, part.* 1. *d. cap.* 157. *nu.* 11. *&* 12.

Tueri haud igitur ex his se poterit Cleri-
36 cus Paulus, quin periurus existat. Vnde repelli omninò debebit; quin imò carceribus mancipari: Vel facto deposito audiatur, si quæ habeat iura, quæ cum indemnem seruare possint: vt decisum pluries in Sacro Neapolitano Consilio refert *Vrsill. ad dictam decis. Afflict.* 308. *num.* 21. *ad finem vsque*. Vel
37 saltim, non audiri debebit, donec cautionem præstiterit de parendo mandatis Reuerendissimi Domini Iudicantis; *vt post Molfes. consil.* 42. *num.* 30. *post secundum volum. commentar. ad consuetud. Neapol. sequitur Gratian. d. c.* 799. *num.* 59. *&* 60.

Et ita ex his, censoris iudicio suppositis, respondendum censui.

CAROLVS MARANTA. V. I. D. Aduocatus.

Causa in Congregatione discussa, in qua inter cæteros assidebant Doctissimi, ac Reuerendissimi Viri Curtius Palumbus Episcopus Syrten; & Aloysius Riccius Episcopus Vici Equen., fuit relaxatum mandatum executiuum contra Clericum Paulum Doriam; qui ægrè hoc ferens in Sacra Rota causam introduci curauit. Verùm à dicta Sacra Rota Ponente Reuer. Dom. P. Verospio in anno 1632. (vt ex decisione, quæ hic subsequitur, videre licet) non retardandam esse instrumenti præfati executionem definitum fuit, illamq; Antonio aduersus Doriam concedendam.

Sacræ Rotæ decisio coram Reuer. Patre D. Verospio.

S V M M A R I V M.

1 *Instrumenta requirunt Iudiciarium, atq; ordinarium processum, neq; habent promptam, ac paratam executionem.*

Limita si hoc expressè promissum fuerit, vt executiuè agi posset. num. 2.

Sicuti per vsum, vel consuetudinem induci potest, vt instrumenta executionem habeant. num. 3.

Neapoli tamen id dat Ritus Curiæ Vicariæ, ad cuius formam contractum fuit num. 4.

Siuè in ipsa Curia *agatur, siuè extrà eam. num.* 5.

6 *Obligatio filij familias pro patre, dupliciter perpenditur.*

7 *Consensus patris requiritur in obligatione filij familias ex Regni Neapolitani pragmatica.*

8 *Filius familias de iure potest se pro patre obligare.*

9 *Consensus patris si non exquiritur, ad integrandam personam filij se obligantis, potest interuenire etiam fauore patris, ad terminos Pragmaticæ Regni Neapolitani.*

Quæ est correctoria iuris communis, num. 10.

11 *Executio instrumenti retardari non potest ex exceptione beneficij legis secundæ, ff. &* Cod. *quod cum eo, si eidem renunciatum fuerit.*

12 *Priuilegio beneficij legis quod cum eo, renunciari potest.*

Quia non miserationis gratia, sed æquitate Prætoris introductum est.

Et propter specificam mentionem harum legum factam in renunciatione earum, præsumitur certioratus de earum vi, & efficacia. num. 13.

Accedente præsertim iuramento, n. 14.

Vel si renuncians sit maior, n. 16.

15 *Iuramentum supplere potest vicem specialis consensus.*

17 *Maiori, vbi agitur, non de damno vitando, sed de lucro captando, parcendum non est.*

RESPONSIO LI.

Neapolitana Pecuniaria.

Lunæ 5. Iulij 1632.

DVBITAVI, an instrumentum, in quo se contemplatione Francisci Patris obligauit Paulus Doria, habere posset contrà eundem Paulum executionem?

Et eum in hoc dubio, quod hodie proposui informaret solus Anton. Spinola, cuius fauore facta fuit dicta obligatio. Domini, consideratis exceptionibus, quę contrà eandem obligationem, & instrumentum propoui possent; non visæ illis fuerunt tales eædem exceptiones, quæ retardare deberent hanc executionem, quæ petebatur ex eodem instrumento.

1 Quantum enim ad ipsum instrumentum, licet iudiciarium, ac ordinarium processum instrumenta requirere soleant, nec habeant prōptam, ac paratam executionem, vt dicitur in *l. minor 25. annis, ff. de minoribus, & in l. 1.* C *de execution rei iudicat. not. ibi* Castrens. *Ias. in l. vltima, num. 6.* C. *de edict* Diui *Adrian. tollen. Angel. in l. ait Prator, §. & si Iudex ff. de re iudicata,* qui hæc dicit adeò vera esse, vt neque per statuta locorum hæc executio instrumentis concedi potuit; quod etiam dixit *in l. si cum dotem. 23. §. eo autem tempore, ff. soluto matrimon.* & post eum notarunt *Rebuff. in tract. de litter. obligator. in præfat. num. 19. Boer. decis. 295. num. 5.*

2 Cùm tamen hoc expresſè permissum, ac promissum fuerit in eodem instrumento, vt ex eo executiuè agi posset, atque ità habere deberet idem instrumētum ex pacto eam executionem, quam de iure non habet, non poterat esse locus processui ordinario, stante contraria debitoris voluntate, vt admittit *id Boer. dicta decis. 295. num. 10. Rebuff. de litter. obligat.*
3 *eodem num. 19.* dicens: Posse etiam induci per
vsum, & consuetudinem, vt concedatur executio instrumenti; quod est quid ampliùs; vt fuit dictum *in decis. 103. num. 4. parte prima in recent. & in Brundusina dotis 10. Nouembris 1617. coram bon. memor. Buratto, & in Reatina Iuris redimendi, 20. Decembris 1628. coram*
4 *me.* Et dabat præterea hoc ius executi-
uè agendi etiam ritus Curiæ Vicariæ, ad cuius ritus formam facta fuit hæc obligatio.

5 Et hoc; siuè in ipsa Curia peteretur executio instrumenti, siue extrà eandem Curiam, vt declarans eundem Ritum dixit *Carauita num. 65.*

6 Quò verò ad ipsam obligationem, poterat
illa considerari, & tanquam facta contemplatione Patris (cùm pro debito Francisci sui patris Paulus fideiusserit) & respectu ipsius Pauli, qui se in hoc contractu obligauit. Primo
7 modo considerata eadem obligatio non pote-
rat ideò dici nulla, quòd patris consensus, qui propter alteram Pragmaticam Regni requirebatur in obligationibus filiorum familias, quamuis maiorum vigintiquinque annis, nul-
8 lus esset, vt qui in proprium eiusdem patris
commodum cedere debebat. Cùm enim valeat, & à iure non improbata sit obligatio filij familias maioris, facta ad patris fauorem, *vt in l. filius familias C. de fideiussoribus, l. si dubitet, § filius familias, ff. eodem titul. l. a. §. & filius, ff. qui satisdare cogantur.* Et ille consensus patris non deberet integrare personam filij; sed solùm ratione præiudicij censeretur requisitus in ea Constitutione, *vt tenuit* Carauita *ad pragmaticas Regni, in tit. de Senatus* Con*sultus Macedon. §. 11. numer. 11. & 16.* Quo casu potuit etiam ad proprium commodum dari iuxta distinctionem, quæ communis est apud Doctores *in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Senatus Consult. Trebellian.*, & latè probat *Gabriel consil. 3. num. 19. lib. 1. Franch. decisio. 14. num. 2.*
10 Non continebatur hic casus sub dicta prag-
matica, correctoria in hoc iuris communis, vt defendit idem *Carauita in commentar. ad eandem, dicto §. 11. num. 11. & 16. Paschalis de viribus patria potestatis par. prima, cap. 6. numer. 103. & fuit dictum in Brundusin. pecuniaria vndecima Aprilis 1611. coram Cardinali Marque Montio, quæ decisio iterum, ac tertio proposita causa, semper placuit, vt in decisionibus factis, coram bona memoria Buratto decima quinta Septembris 1613. & vigesimaprima Aprilis 1614. inter recentior decision. 580. parte prima,* & *in decision. 485. p. 2. staretur,* in quibus præterea dedisum, & illud etiam firmatum fuit, quòd per eam Constitutionem non declaratur nulla obligatio, aut initus contractus, sed solùm prohibentur Notarij huiusmodi obligationes recipere.

11 Altero modo considerata eadem obligatione, respectu ipsiusmet Pauli, non poterat retardari, aut impediri illius executio; Quia beneficium *legis secunda, ff. & C. quod cum eo;* quo gaudere deberet idem Paulus, cum factus sui iuris, diceret se ab hæreditate patris abstinuisse.

Huius enim exceptionis nulla vis esse poterat, postquàm illi, non solùm in genere; sed in specie fuerat renunciatum. Nam cùm po-
12 tuerit renunciari huic priuilegio, quod solùm
propter mutationem status, non autem miserationis gratia habent filij familias à iure, siue ex æquitate considerata à Prætore in *dicta lege 2. ff. quod cum eo; vt ex Bartolo, & Castrens. in lege prima, ff. eodem titul.* declarat *Giurba decision. Sicilia 41. num. 10. Surdus de alimentis tit. primo, quæst. 78. num. 36. Franchis decision. 181. num. 5. & tenuit Rota in dicta decision. 185. num. 5. parte 2. recentior.*
13 Propter mentionem, quæ in eadem renun-
ciatione facta fuerat harum legum, cessabat omnis difficultas, quæ fieri posset super eiusdem renunciationis validitate, etiam quòd tunc, cùm huic suo iuri ipse Paulus renunciauit, certus redditus non fuerit, quid eadem priuilegia continerent: *vt visus fuit voluisse idem Giurba in decision. 45. num. 16.* Cùm satis fuerit notitia, quam habere potuit ex mentione, & expressione, quæ facta
14 fuit earundem legum. Siue hoc tribuendum
sit virtuti iuramenti, quod in ea renunciatione, etiam interuenit; Vt hæc scientia in Paulo præsumi debeat.

Cùm

15 Cùm supplere possit idem iuramentum vicē specialis consensus, etiam in generali renunciatione. Vbicumque tamen eadem generalis renunciatio reprobari non possit ex defectu consensus, præsumpti, iuxta opinionem *Bartol. in l. sciendum, de verbor. obligation. nu.* 8. quam communem esse testatur *Thessaur. decis.* 222. *num.* 11. *Alexand. consil.* 133. *num.* 11. *lib.* 5. *Aretin. consil* 33. *num.* 10. *Rota eadem decis.* 485. *num.* 3. *part.* 2. *& decis.* 580. *num.* 5. *par. prima recentiorum*; & admisit idem *Giurba* in his terminis, quibus hæc præcisa, & indiuidua mentio facta fuerat eius priuilegij, cui nominatim renunciatum fuit, *dicta decision.* 45. *num.* 23. *Crassus de exceptionibus, cap.* 29. *numer.* 19. *&* 25.

16 Siuè etiam hoc tribuendum sit maiori ætati, in qua erat Paulus tunc, cùm hanc renunciationem fecit, quod etiam admisit *Giurba in eadem decision.* 45. *num.* 24. *& voluit Rota d. decision* 580. *num* 8. *par. prima recentior. Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg.* 119. *nu.* 3. propter rationem, quam ibi considerat idem *Seraphin.*

17 Quia scilicet, in maiore non tàm agatur de damno vitando, quàm de quęrendo lucro, quo casu non ita videtur illi parcendum, sicut minori; & pro ratione considerauit etiam Card. *Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib.* 16. *titul.* 18. *num.* 13. *&* 14 *secutus Aretin. in addit. consil.* 33. *num.* 11.

Et ita, &c.

SVMMARIVM.

1 *Immunitate gaudent Ecclesiæ Clerici, Ecclesiasticaque persona in Ecclesiam, tanquam ad immunitatis Asylum confugientes, reiecta Panormitani sententia, & nu.* 2.

2 *Immunitas hæc Ecclesiarum locis conceditur, non personis.*

Vnde hac ratione, etiam infidelis immunitate hac gaudebit, nu. 3.

4 *Immunitate gaudere Ecclesiæ Ecclesiasticas personas declarauit Sacra Congregatio. & num.* 6.

Eodemq. modo Curia Archiepiscopalis Messanen. num. 5.

7 *Declaratio Sacræ Congregationis legem facit in tota Republica Christiana.*

8 *Ecclesia Romana omnium Ecclesiarum mater est, & magistra.*

9 *Principis sensum nemo contemnere potest.*

10 *Panormitani sententia in consuetudine fundamentum habet, quæ consuetudo probanda est per se fundantem in ea, nu.* 11.

12 *Dubio in facto pro immunitate Ecclesiæ respōdendum est.*

13 *Consuetudo contra ius, & Ecclesiæ immunitatem abusus dicendus est, atq; proinde reijcienda.*

14 *Extractores ab Ecclesia, quamuis Ecclesiastici in censuras dant in Gregoriana Constitutione innouatas.*

15 *Gregoriana Constitutio nullas nouas imponit extractoribus censuras, sed antiquas innouat; hoc tamen addito, quòd illas ipso facto incurrere decernit.*

Sicuti innouatæ quoque fuerunt per Sacrum Tridentinum Concilium, n. 16.

16 *Libertas Ecclesiæ personis competit: Immunitas verò locis: confunditur tamen hoc nomen libertatis, & immunitatis. n.* 17.

18 *Immunitatis Ecclesiasticæ violatores, præter alias pœnas, in excommunicationem dant.*

19 *Gregoriana Constitutio comprehendit etiam Ecclesiasticas personas, per quas maior reuerentia Ecclesijs, locisq; Deo sacris debetur; alioquin malum exemplum laicis daretur, num.* 21.

20 *Immunitas Ecclesijs debita à iure proficiscitur diuino.*

22 *Iesus Dominus noster Princeps Pastorum, & Episcopus animarum nostrarum, cepit facere, & docere.*

23 *Gregoriana Constitutio de laycis verba faciens, Ecclesiasticas haud excludit personas, & n.* 28. *expenditur.*

Quia Generalibus loquitur verbis, nu. 24.

25 *Omne qui dicit, nihil excludit.*

26 *Constitutio Generalibus loquens verbis de omnibus cogitasse eius conditorem indicium est.*

27 *Si quis, pronomen, omnes comprehendit.*

Et distributiuè pro singulis se habet, n. 30.

29 *Lex, & Constitutio, vbi non distinguit, neque nos distinguere oportet.*

31 *Personæ Ecclesiasticæ confugas ad Ecclesias extrahentes in pœnas dant, & censuras contra extractores inflictas.*

32 *Verborum generalitas, sicuti omnes comprehendit, ita neminem excludit.*

33 *Disparitatem dicens, ipse probare tenetur.*

34 *Immunitatis verbo quid importetur?*

35 *Gregoriana Constitutione comprehenduntur Ecclesiasticæ personæ, ne immunitate gaudeāt, si de exceptis criminibus perpetrarint aliquod.*

Quia non debent illæ melioris in hoc esse conditionis turpiter se criminibus fœdantes, nu. 36.

Quibus maior manet necessitas, vt sanctæ sint, num 37.

Quibusque dictum est; Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.

Iacobus Terragnolus Vicarius Generalis Neapolitanus laudatur.

ARGVMENTVM.

An Clerici, siue etiam Regulares immunitate gaudeant Ecclesiæ? & quid præscripta consuetudine? Et an Ecclesiastici ita extrahentes in pœnas dent, & censuras in Extrauaganti Gregorij XIV. innouatas? latè discutitur.

RESPONSIO L.

PLura licet proposita fuerint dubia discutiẽda in hac vna facti specie, quæ circumfertur; si tamen duo priora dissoluerimus; satisfactum reliquis puto; quòd nihil ampliùs ad rem faciant propositã, dissolutis hisce duobus.

1 Quoad primum itaque; Num immunitate gaudeat Ecclesiastica regularis hic, de quo quæritur, & num planè restituendus sit Ecclesiæ sæculari, in quam confugiens se receperat, & à qua extractus fuit per suæ Religionis Fratres?

Affirmatiuè respondendum puto: Gaudere vtique Ecclesiæ immunitate, neque absque sacrilegij nota ab ea extrahi potuisse.

2 Nimirum quòd immunitas hæc loco concessa est, non personæ, ob summi Dei, & Christi Domini reuerentiam, cui locus dicatus est. Quam ob causam immunitate gaudent quotquot in illam, ad Asylum confugientes, se se receperint; modò de exceptis aliquod crimen minimè patrarint. Est hæc omnium communis regulariter, iurèq; magis recepta sententia. *post Innocent. in cap. inter alia, 6. de Immun. Eccles. & ibid. Card. quæst. 6. & in clem. 1. q. 7. nu. 9. de pœnit. & remiss. ad tex in can. nullus Clericorum 20. vbi glo. 1. 17. quæst. 4. alijq. plures (Panormitano excepto in d. cap. inter alia, qui aduersa sententiæ antesignanus fuit) Rom. cons. 227. & 234. Ioannes de Visch. de immunit. Eccles. num. 6. & 9. par. 1. tom. 13. tract. Remig. Gondi eodem tract. fallent. 21. eod. vol. & par. tractat. Bernardin. Diaz in praxi crimin. Canon. vbi Salzed. addens cap. mihi 126. verbo, ab Ecclesijs, ad quas confugiunt. fol. mihi 511. Didac. Couarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 20. num. 16. Iulius Clar. §. fin. q. 30 nu. 16. vers. vlterius quæro vtrũ Clerici. Anastas. Germonius Archiepiscop. Tarãtasiæ de sacrorum immnuit. lib. 3. cap. 16. nu. 90. cum seq. Decian. tom. 2. criminal. lib. 6. cap. 26. n. 1. & seq. Cardin. Tusc. tom. 3. verbo, Ecclesia, concl. 9 num 17. & conclus. 10. num. 25. & conclus. 11. num. 27. Guttier. pract. quæst. lib. 3. q. 3. in 2. sent. Farinac. quæst. 28. in 2 ampliat. num. 7. & plenè in appendice de immunit. Eccles. cap. 2. in 11. ampliat. num. 34. & cap. 13. num. 168. in fine, Marc. Anton. Genuens. in praxi cap. 22 num. 11. impressione Romana anno 1609. Ambrosin. de immunit. Eccles. cap. 12. potissimùm num. 3. Zerola in praxi, verbo, immunitas Ecclesiastica, §. 8. par. 1. Reuerendiss. Aloysius Ricc. Episcop. Vici Equen. decis. 89. num. 1. & seq. par. 2. Hieronymus Caual. comm. contrà commun. tom. 2. quæst. 689. n. 1. vbi in fine,* hanc sententiam magis communem, verioremque in puncto Iuris esse testatur, *latè Cened. practic. quæst. q. 42. per tot. Marius Italia de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 2. in fin. Pater Anton. Diana variar. resolu moral. tract. 1. de immunit. Eccles. resol. 22.* Dum tuetur gau-
3 dere infidelem, & paganum Ecclesiæ immunitate; quia illa loco concessa est, non personæ. *& resolut. 24.* vbi pro hac nostra est sententia. Hanc eandem sententiam sequendam
4 declarauit Sacra Congregatio tàm Sacri Tridentini Concilij Interpretum; quàm negotijs præposita Episcoporum, *vt refert idemmet Farinac. d. cap. 2. de immunit. Eccles. n. 36. in fin. plenè Barbosa d. cap. inter alia. 6. n. 16. & seq. de*
5 *immunit. Eccles.* & secundum hanc declarationem (quicquid aliàs primitùs dictum fuisset) secuta fuit pluries Curia Archiepiscopalis Messanen, vt refert *Mar. Giurba cons. crim. 40.*
6 *n. 4.* & declarasse eandem Sacram Congregationem anno 1618. ad Episcopum Neocastrẽ. per litteras Eminentiss. Cardinalis Iustiniani, refert *idem Diana part. 3. tract. 1. de immunit. Eccles. resolut. 35. & post eum Ioan. Anton. Nouarius Canonic. Neapolit. in sum. Bullar. tit. de immunit. Eccles. sub n. 2. Lutter. de re benefic. lib. 1. q. 13. n. 112. et 113. Paul. Layman. in sum. Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 9. cap. 3. n. 11.* & itaquoque in anno 1633. Sacra declarauit Cõgregatio ad Episcopum Auersanum datis litteris in causa D. Francisci de Mauro, qui extractus fuerat ab Ecclesia Sancti Antonij Abbatis Ciuitatis Neapolis, vt ex litteris ad calcem responsionis relatis. Hanc eandem sententiam in terminis hisce nostris, quo videlicet ad regulares, quòd immunitate gaudeant Ecclesiæ, in quam, post patrata crimina, se receperunt, *sequitur Fr. Eman. Rodriq. quæst. regular. tom. 2. q. 50. art. 4. Pat. Petr. Gambacurta è Societate Iesu, de immunit. Eccles. lib. 4. cap. 11. num. 5. & seq. & lib. 2. §. 9. super gloss. Bullæ vers. sæculares autem, cuiusvis ordinis. in fin.* Diana *d. par. 1. tit. 1. de immunit. Eccles. resol. 25. Pat. Alexand. Pereg. de immunit. Eccles. cap. 12. in 3. dub num. 3 in prima sentent.* & si pro contraria ipse stet sententia *sicuti etiam Bonacina tom. 3. de censur. in specie disp. 2. quæst. 3. pun. 16. §. 5. nu. 5. in prima sentent. idem Barbos. tract. nouissimo de iure Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. num. 137. repetens eadem, quæ dicto cap. inter alia dixerat, paucis additis. Sanch. in consil. moralib. par. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 8. num. 6. in 1. sentent.* & si ipse secundam sequatur contra nostram.

Nec profectò mirum hoc esse videtur, si hãc

nos

nos quoq; sequi sententiam oporteat, quam Sacram secutam fuisse Congregationem nouimus. Et quòd illa legem faciat in tota Christiana Republica à Summo Romano Pontifice constituta. Et quòd Romana Ecclesia, Ecclesiarum omnium mater sit, & magistra secundum *text. in cap. fin. de foro compet refertq. Gomes. ad regul. Cancellar. in probem. q. 2. col. 9. & 10. vers. quæro pro ista parte. impress. paris. fol. mihi. 11. à ter. & fo. 12. Zerola in praxi. p. 1. verb. Rota Tribunalia vrbis, Gratian. dec. Rota Marchia. 1. n. 25. Ioseph Ludouic. dec. Lucens. 3. n. 50. Gars. de benefic. in præfat & part. 1. cap. 5. n. 138. idem Zerola in praxi. part. 2. verb. absolutio. §. 1. vers. ad hoc respondendum. Ioann à Cochier de permutat. benefic. p. 2. cap. 30. col. fin. Sanch. de matrim tom. 2. lib. 8. disput. 2. nu. 10. circa fin. Bonac. tom. 2. oper. disput. 1 q. 1. punct. 8. nu 4. Diana resolut. moral. p. 1 tract. 40. resolut. 19. de legib. in 1. sententia. Ferdinand. à Castro Palao. Theolog. moral. part. 1. tract. 3. disput. 5. punct. 3. §. 1. nu. 3 & seq.*

9 Nihil enim maius, nihil est sanctius Imperiali Maiestate: nec quisquam tantæ superbiæ fastigio tumidus, vt Imperialem sensum contemnat, vt Imperator loquitur *in l. final. C. de legib.*

11 Panormitani verò sententia potissimum fundamentum in consuetudine habet; sic enim ipse *d. cap. inter alia. nu. 13 in fin.* loquitur postquam suam sententiam alijs fundauit medijs: *Et ista puto verissima* (inquiens) *relinquo tamē hac consuetudini, quæ in hoc multum debet attendi.* hæc Abb, in consuetudine igitur locorum præcipuum iactat fundamentum hæc sententia.

11 Probare igitur debebunt aduersarij Consuetudinem in Ciuitate, & diœcesi Casertana. Alioquin nihil omninò obstabit, quin secundū communem sententiam, & ius iudicauerimus, atque pro Ecclesiæ decernamus immunitate, *Farinac. d. q. 28 num. 7. in fin. post Decian. d. cap. 26. num. 1. & d. consl. 80. num. 22. Cauall. d. quæst. 689. in fin. Pater Steph Fagundez de quinq. præcept. Eccles. præcept. 1. lib. 4. cap. 4. nu. 52. Cœned. d. q. 42. num 3. Guttier. d. q. 3. num. 3.* vbi in praxi ita seruari dicit. Et ita quoq; Sacram respondisse Congregationem in anno 1623. ad Archiepiscopum Tranen. in vna Tranen. Immunitatis Ecclesiasticæ, vidi.

12 Potissimùm, quòd in dubio pro Ecclesiæ sit immunitate respondendum, *ad tex. in l. sunt personæ, 43. ff. de religios. & sumpt. funer. Gamma decis. Lusitan. 179. in princ. Decian. d. consil. 80 num. 22. plenè Farinac. de immunit d. cap. 2. in 4 ampliat. num. 21. & cap. 8. in 3. ampliat. n. 123. in fine, Giurba consil. crim. 10. in fin. num. 25.* Et

13 consuetudo hæc, abusus potiùs æstimari debeat, quàm quòd admitti; *vt post alios aduertit Barbos. d. tract. de iure Ecclesiastico d. lib. 2. c. 3. num. 152.*

14 Quo ad secundum verò dubium. An scilicet in sententias, & censuras in Gregoriana Constitutione aduersus extrahentes confugas ab Ecclesia innouatas, sic extractores dederint; quòd illa de sæcularibus personis loqui videatur, in difficultatem reuocabant Aduersarij.

15 Verùm dedisse illos, è re magis asserebam. Quòd profectò Gregoriana ipsa Constitutio nullam nouam imponit cēsuram aduersus immunitatem Ecclesiasticam per violentām confugæ in illam extractionem violantes, sed antiquas tantummodò pœnas innouat, & cēsuras. Addit tamen hoc, vt violatores ipso facto in pœnas dent à iure, & sacris Canonibus, Generalibus Concilijs, ac Summorum Pontificum Constitutionibus inflictas. Sequentibus enim loquitur Constitutio: *Quod si quis quacunque dignitate, & authoritate præditus præmissorum, aut alio quouis prætextu quidquam præter, aut contrà huius Constitutionis nostræ tenorem attentare præsumpserit. Declaramus eum ipso facto censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores, per Sacros Canones, & Conciliorum Generalium; nostrorumq; prædecessorum Constitutiones sunt promulgatæ.* hæc illa.

Nihil noui itaq; pœnarum, & censurarum præter antiquas addit Gregorius XIV. sed antiquas tantummodò innouat. Illibata igitur permanent antiqua iura in sacris Canonibus, Generalibus Concilijs, atque Summorū Pontificum Constitutionibus coacta, quòad pœnas, & censuras, Ecclesiasticæ immunitatis, & libertatis violatoribus, inflictas.

19 Sicuti innouata quoq; fuerunt, tàm quoad libertatem personis, quàm quòad immunitatē locis, atq; rebus Ecclesiasticis debitam, per Sacrosanctam Tridentinam Synodum, *d. cap. 20. sess. 25. § deniq; de reformat. vt idemmet aduertit Farinac. d. cap. 2. num. 11. circa fin. & nu. 12. de immunit. Eccles.* & fauent, nec immeritò huic perpensioni, quæ non ineruditè affert *Couarr. d. lib. 2. variar. resolut. cap. 20. num. 1.*

17 Dùm immunitatis Ecclesiasticæ, & libertatis nomen confundi aduertit, *ex tex. præsertim in cap. aduersus, 7. de immunit. Eccles.* vbi libertas personarum, Ecclesiastica immunitas nuncupatur: *& notauit etiam Syluest. verbo. immunitas in princ. Card Tuscus d. tom. 3. verbo, Ecclesia, conclus 8. num. 5. Idem Farinac. de immunit cap. 1. num 3 & seq. Iacob. de Graffiis lib. 4. decis. aurear. in explicat. Bullæ in Cœna Domini num. 130. in fin. & de casibus reseru. lib. 2. cap. 42. num 4 & 5. Cœnedus d. q. 42. num. 11. Bonacina d. disput. 2. q. 3. punct. 16. §. 1. nu. 2.*

18 At qui verò iure communi Sacrorum Canonum, inter pœnas alias Ecclesiasticæ immunitatis violatoribus indictas, est quoq; excommunicatio, *Canon. sicut antiquitus, 5. in fine, canon. miror, 8. can. frater, & Coepiscopus, 9. can. diffiniuit, 28. 17. q. 4. Extrauag. Pauli II. Et si Dominici 3. de pœnit. & remission. inter communes:* vbi inter casus alios Summo Pontifici retentos; violatæ libertatis Ecclesiasticæ casus alijs inibi reseruatis caput facit: *atque in Bulla in*

in Cœna Domini. §. 16. vt alijs relatis sequuntur
Ambrosin.de immunit. cap. 1 n.2. & cap. 15. num 4.
Farinac eod.cap 20 ampliat. 3.nu. 311. & limitat. 2.
n. 315. & 316 & in Extrauag.inter cunctas Benedi-
cti. 11. 1. §. per hoc autem. de priuileg. inter com-
munes. & diximus nos supra respons. XXXV. n. 16.
hac ead.part. In illas vtiq; (atq; in excommunica-
tionem potissimùm) hos omnes sacrilegos de-
disse, qui vi, temerèq; Patrem Fratrem Ioannē
Baptistam Piacenzam Ordinis Prædicatorum
professum è seculari Ecclesia terræ Limatulæ
Casertanæ diœcesis, in quam se receperat, ex-
traxere; asserendum omninò, atque conceden-
dum erit.

Præterquàmquòd item, nec abrè, asserendum
esse censeo, neque immunes euasisse eos, quin in
Constitutione præfata Gregorij XIV. compre-
hensi fuerint, vt declarari quoque possint in
pœnas, & censuras eos dedisse, vti sacrilegos
19 Ecclesiasticæ immunitatis violatores, in illa in-
nouatas. Nimirum, quòd Constitutio prædicta
omnes vniuersim comprehendit quacunq; di-
gnitate, & authoritate præditos, vt neq; proin-
de Ecclesiasticas personas secludat, per quas
maior Ecclesijs, locisq; alijs Deo sacris reuerē-
tia debetur. ad text. in auth multò magis. cum ibi no-
tatis. C. de sacros. Eccles. Cœned. d. q. 24. nu 12. & ad-
uertit, nec ineptè Pater Gambacurta lib 2. §. 10. in
gloss. ad Bullam prædict. verb. quacunq dignitate. &
lib. 8. cap. 9 n. 3. & seq. Bonac. d. punct. 16. §. 5. n. 5. in
1. sentent. & faciunt notanter, satisq; ad rem ap-
ta verba Ioan. Lupi tract de libert. Eccles. p. 1. q. 10.
in 21. casu. in fin. volum. 2. tract. fol. 129. Sed videtur
,, (aientis) quod Pontifices, qui curam habent Eccle-
,, siarum, videntur magis venire contra libertatē Ec
,, clesiasticam quàm Domini temporales; cum Pontifi-
,, ces vident libertatem Ecclesiasticam oppressam, &
,, quasi in totum extinctam & non curant, vt tueantur
,, eam vsq. ad sanguinem, & animam. hæc ille.
20 Præsertim verò, quòd immunitas Ecclesijs
,, debita à iure proficiscitur diuino, in lege vete-
,, ris testamenti, scripto; et putà Dei ordinatione, &
,, canonicis sanctionibus constituta. vt Tridentina
sacrosancta Synodus loquitur d. cap. 20. sess. 25. de
reformat. Ioan. Lup. d tract de libert. Eccles p. 2. q. 11.
Detian. d. lib. 6. cap. 26 n. 2. & seq. Anastas. Germon. d.
lib. 3. cap. 15. n. 28. & seq. Rota in antiquis. decis. 10.
n. 4. de constit. Cardin. Tusc. tom. 4. verb immunitas.
conclus. 59. n. 1. & seq. Tiber Detian. cons 80. n. 10. &
seq. vol. 3. Cardin. Bellarm. tom. 2 controuers. de cler.
lib. 1. cap 28 & 29. Ioan. Azor. instit. moral. part. 1.
lib. 5. cap. 12. q. 1. Ambros. de immunit. d. cap. 1. nu. 3.
& seq. Farinac eod. cap. 2. n. 11. Carol de Grass. de
effect. cler. effect. 1. n. 1. & seq. Cened. d. q. 42. d nu. 6.
vbi aliorum relatis sententijs, pro nostra subsi-
stens, aliorum in contrarium respondet argu-
mentis. Bonac. d punct. 16. §. 2. nu. 1. & 2. Barbosa
d lib. 2 cap 3. de iure Ecclesiast. n. 37. & seq. P. Diana
part. 4. tract. 1. resolut. 45.
21 Cæteròquin satis peruersum laicis violandæ
immunitatis Ecclesiasticæ daretur exemplum,
si quod illis est grauissimis pœnis vetitum, facili
isti eluderent negotio. Vt obijci iurè eis, nec in-
iuriâ Euangelicum illud possent. Matth. 23. 3. Di-
,, cunt, & non faciunt. Atq; illud aliud ibid. Alligant
,, enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in
,, humeros hominum, digito autem suo nolunt ea moue-
22 re. At cæpit Iesus Dominus noster, Princeps
Pastorum, & Episcopus animarum nostrarum
1. Petri. 2. 25. ipse facere, & docere Actor. 1. quod
aduertit quoque P. Gambacurta d. lib. 8. cap. 9 n. 9.
& dixit non abrè Plaut. in Pseudolo.

Probum esse patrem oportet, qui gnatum suum
Esse probiorem, quàm ipsus est, postulat.

& Claudianus cecinit. dicens

Scilicet in vulgus manant exempla regentum.

& idem Plautus vbi supra.

Id ne tu miraris, si patrizet filius?

23 Gregoriana siquidem constitutio, etsi planè
verba faciat de personis laicis immunitatem
huiusmodi violantibus, non ex hoc tamen illas
ita complectitur dumtaxat, vt Ecclesiasticas
omninò secludat, si æquè, ac laici violare eandē
ausi fuerint. Par nempè quoad has est ratio, quę
quoad personas laicas cadit; vt idem quoque
ius quoad omnes vniuersim esse debeat. Imò
ratio satis maior quoad personas Ecclesiasticas
sit, quæ Deo sacræ sunt, vt eò magis se tempe-
rare debeant, quin immunitatem violent Ec-
clesiasticam, vt aduertit Cened. d. q 42. n 1, 12. &
alij per nos supra relati Doctores.
24 Præterea, satis generalibus loquitur verbis
Summus Pontifex Gregorius dicta sua consti-
tutione, omnes, & quascunq; personas, etiam
Ecclesiasticas comprehendere aptissimis: Quod
si quis (inquiens) quacunq. dignitate, aut authorita-
te præditus. vt dum nullum omninò excipit, om-
nes vniuersim comprehendat, siuè laicos, siue
25 Ecclesiasticos. Nec est enim quod non com-
prehendat, qui omnes includit. ad text. in cap. so-
litæ. 6. §. illud autem. de maior. & obed. Et vtens Sū-
26 mus Pontifex generalibus verbis, de omnibus
vtiq; cogitasse videtur, secundum Bartol in l sub
prætextu. C. de transact. quem sequitur Surd. decis.
176. num. 3.
27 Pronomen verò illud (si quis) cùm generale
nimis sit, personas omnes comprehendet, siuè
laicas, siuè Ecclesiasticas, siuè masculos, siuè fæ-
minas. vt post Bart. in l. 1. n. 2. ff de verb significat.
sequitur Cardin Zabarell. in Clement. 1. q. 3. n. 9. de
elect. Flamin Paris. de confident. benefic. q. 27. n. 23. ad
notata in l. hominis. 152. ff. de verb. signific. l. si it, id
quod. 7. vbi Iason. nu. 11. ff. de iurisdict omn. iud. Me-
noch lib. 4. præsumpt. 89 n. 48. Gonzal. ad reg. Cancel.
gloss. 37. n. 15. Barbosa de dict. diction. 373.
28 Quòd Pontifex autem constitutione præfata
de laicis potissimùm verba faciat; id non planè
est, quod Ecclesiasticas personas exclusas om-
ninò voluerit; sed quia, cùm reuocaret licentias
per prædecessores suos Summos Pontifices lai-
cis Principibus aliàs ante eum concessas, delin-
quentes homines ab Ecclesijs extrahendi; cùm
in abusum ab laicis iudicibus id trahi videret, &
reuocare pænè deperditam Ecclesiarum im-
munitatem oporteret; de ipsis omninò laicis
hominibus, quibus extrahendi facultas perpriùs
fa-

facta fuerat, loqui eum omninò neceſſe fuit.

Verùm, cùm ſubſequenter normam tribuit, ac formam, quæ in poſterum ſeruari deberet; & quoàd delinquentes, confugas ad Eccleſias, tuendos, & quoàd eoſdem ab illis eijciendos in caſibus, criminibusq. exceptis: vt immunitatis Eccleſiaſticæ violatores, pœna ſaltim docente à tanto facinore perpetrando temperaret. ad tex. *in cap. niſi ſpecialis. 3. de offic. leg.* laxis ſatis verbis vtitur, omnes, & quaſcunq; perſonas comprehendere aptis. *Quod ſi quis (*inquiens*) quacunque*
„ *dignitate, & authoritate præditus præmiſſorum, aut*
„ *alio quouis prætextu, quidquam præter, aut contra*
„ *huius noſtræ Conſtitutionis tenorem attentare præ-*
„ *ſumpſerit.*

Neque dici poteſt, verba prædicta de laicis tantummodo exaudiri, quacunq; dignitate, vel authoritate præditis, & non etiam de Eccleſiaſticis. Quia profectò diſpoſitiua eſt vniuerſalis, vniuerſim ſe extendens ad immunitatem tuendam Eccleſiaſticam; & generalitas verborum comprehendit omnes, de quibus perpriùs verba facta fuere. Aſt, ante verba præfata, locutus etiam fuerat Summus Pontifex de perſonis Eccleſiaſticis; Quomodo, ſcilicet, ſe gerere deberent, & quoàd licentias concedendas in caſibus exceptis delinquentes extrahendi; & quoàd tuẽdam quoque immunitatem Eccleſiaſticam, atq; modum probandi crimina in ipſis exceptis caſibus. Vtiq; cum poſtmodum ad pœnas deſcendit, & cenſuras *(quod ſi quis)* inquiens, & mixtim de omnibus Eccleſiaſticam immunitatem violantibus loquitur; mixtim quoque de omnibus exaudiri debebit, ſemota quacunq; perſonarum

29 diſtinctione, vt vbi lex & conſtitutio non diſtinguit, neque nos diſtinguere oportet. *l. non diſtinguemus. 37. ff. de recept. arbitr. Achill. in regul. de public. dec. 2. n. 3. Guido Papa dec. 629. n. 9. Barboſa axiomat. 135. n. 4.*

30 Habet ſe nempè pronomen illud *(ſi quis)* diſtributiuè, ita vt pro ſingulis diſtribuat, omneſque comprehendat, niſi euidens in contrarium ſit diſponentis voluntas. *text. in l. qui filiabus. 17. §. 1. vbi Bar. ff. de leg. 1. fac it text. in l. ſi neceſſarias. 8. §. ſi annua ff. de pignor. act. Angel. Anton Grat. de dict. diction 250. n. 2. Barboſ. d. dict. 373. n. 5.* Potiſſimùm verò in materia indifferenti, vt hæc eſt, ſecundum *Bart. in d. l. 1. n. 2. de verb. ſignific. Menoch. d. præſumpt. 89. n. 48.*

31 Deinceps, nec inficias ibunt aduerſarij; ſi quẽ Eccleſiaſticorum ita Sathanas perſuaſerit, vt vi ex Eccleſia quemquam, quamuis laicum, extrahat, vt eum Curiæ tradat ſæculari, pœna plectẽdum ex crimine, quod patrarat; hunc vtiq; in cenſuras dare, & pœnas in Gregoriana Conſtitutione innonatas; quòd immunitatem violarit Eccleſiaſticam per ſacrilegium, quod admiſit.

Vt ſi in hoc caſu eum in Conſtitutione Gregoriana impegiſſe affirment; abnuere haud debebunt, & in eandem dare, ſi Clericum, vel Regularem ad eandem confugam, nè aſylo perfruatur Eccleſiæ (quòd ſit loci, non perſonæ priuilegium) vi extraxerit.

32 Quòd profectò verborum generalitas, quibus loquitur Summus Pontifex Gregorius, ſicuti omnes comprehendit, ita neminem excludit,

33 quacunque ſit præditus dignitate. vt qui diſparitatem dicere voluerit, ipſe eam adſtruere debeat. *ad text. in l. in exceptionibus. 19. ff. de probat. l. 2. C. ex quib. cauſ. minor.*

34 Immunitas autem dicitur priuilegium, quo gaudet Eccleſia, vt in ambitu ſuo non fiat pugna, vel rapina, vel inſultus, vt *gloſ.* inquit *in can. cum deuotiſſimum. 8. verb. pro violata. 12. q. 2. Ioan. Lup. de libert. Eccleſ. d. part. 2. q. 11. num. 1. Cened. d. quæſt 42.*

At æquè priuilegium violatur Eccleſiæ ſi in ambitu ſuo, vel pugna, vel rapina, vel etiam inſultus per perſonas fiat Eccleſiaſticas, ſicuti ſi per laicas; ergo eodem modo immunitas lædetur Eccleſiaſtica, ſi ab Eccleſia confuga extrahatur per Eccleſiaſticam perſonam, ſicuti per laicam.

35 Quemadmodum comprehendentur in Conſtitutione Gregoriana, ne immunitate gaudeant Eccleſiæ, perſonæ Eccleſiaſticæ, ſi exceptorum aliquod crimen perpetrarint; ſicuti & laicæ nè gaudeant, certum eſt comprehendi: alioquin inanis eſſet criminum exceptio per Gregorium

36 facta. Nec debent melioris eſſe conditionis, qui Deo nomina dederunt ſua, enormibus ſe criminibus fœdantes; quàm ſint laici, nè immunitate gaudeant Eccleſiæ, poſtquam crimina admiſe-

37 runt in Conſtitutione ipſa excepta; cùm contrà, maior Eccleſiaſticis maneat neceſſitas, vt ſancti ſint, quibus diuino reſponſo dictum eſt: *Sancti* eritis, quoniam ego Sanctus ſum. *Leuit. 11. 45.* quàm laicis, vt communis eſt omnium in hoc ſententia *Diaz d. cap. 126. Germon. d. lib. 3. cap. 16. n. 91. Ambroſin. cap. 12. in fin. Farinac. d. cap. 2. n. 35. verſ. vide tamen. Cened. d. q. 42. nu. 4. & ſeq. Bonac. d. punct. 16. §. 5. n. 4.*

Atque ita ex his, cenſura, rectiùs ſentientis, haud abiecta, iudicioq; S. Matris Eccleſiæ ſuppoſitis, reſpondendum eſſe cenſui.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

Negotium hoc primitùs coram Eminentiſs. Domino Cardinali Boncompagno Archiepiſcopo Neapolitano, ita Sacra Congregatione de-

38 mandante, diſcuſſum fuit, me cauſæ patrono; aſſiſtente eius Reuer. Domino Vicario Generali in Congregatione Iacobo Terragnolo Beneuẽtano, viro ſatis docto, atq; in tractandis negotijs verſato, qui pro Panormitani ſententia ſatis propendebat. Verùm iterum relatione facta Sacræ Congregationi, per illam datis litteris, reſcriptum fuit dicto Eminentiſs. Cardinali Archiepiſcopo, Fratrem Io. Baptiſtam malè extractum fuiſſe ab Eccleſia, in quã ſe receperat; atq; propterea ad illam remittendum eſſe; vt remiſſus fuit, immunitate tutandus. Erunt igitur è re tua fortaſsè, quæ adnotaui (Amice, candideq. lector) ſi animo peruolueris ſincero, benèq. valebis.

SVM-

Respõsio pro alternatiua Regnicolis in Regno Neapolitano debita; ad interpretationem capitulorum Regni super eadem re.

SVMMARIVM.

1 Neapolitanum Regnum sicut Paradisus, eiusq. rerum feracitas, atq. aeris, Cæliq. amenitas.
2 Neapolitanum Regnum ex centum quadraginta octo Ciuitatibus constat.
3 Archiepiscopatus Regni Neapolitani sunt viginti, & vnus.
Episcopatus verò centum viginti septem.
Ex his autem octo Archiepiscopatus, ac sexdecim Episcopatus ad Regis Catholici nominationem, & præsentationem sunt. n. 4.
Maior autem horum omnium numerus ab exteris habetur.
6 Episcopatus 24. qui sunt ad Regis Cathol. nominationem, prouidentur ex concordia cum S. Sede Apostolica inita inter Clementem VII. & Carolum V. Imperatorem.
7 Episcopatus prædicti 24 alternatim Regni originarijs debentur, relicta alia medietate ad Regis beneplacitum vigore Capitulorum Regni.
8 Alternatiua Regnicolis debita an per solam per obitum vacationem illis competat, quæstioni, ac responsioni statum facit.
9 Author Neapoli natus, & enutritus, rationem reddit cur Responsionem scripserit.
10 Homo non sibimet ipsi tantùm nascitur, sed Reipublicæ, cæterisq ciuibus omnibus.
Partus non tantum parenti, sed & Reipublicæ nascitur. ibid.
11 Veritas non ideò celanda, quòd pauci ea oblectentur.
12 Veritas odium parit, obsequium amicos, prouerbium.
13 Veritati obsequi fat est.
14 Veritate nihil fortiùs, nihil valentiùs, vt omnia vincat.
15 Veritas non fallit, neque fallitur.
16 Veritati Dei quoque iudicium innititur.
17 Veritas immortalis, & æterna res est.
Et etiam cum vitæ discrimine profitenda. n. 18.
19 Iudices causarum veritatem inquirere debent.
20 Veritas mater est iustitiæ.
21 Iudices Aduocatos audire oportet, vt ad veritatem pertingant.
22 Deus est veritas.
23 Veritatem sequentes Deo, & Principi placent.
24 Vera, quæ sunt, loqui virum ingenuum decet.
25 Veritas virum reddit dignitate dignum.
26 Veritate vinci, bonum est.
27 Veritatem exercentes homines Deo similes euadunt.
28 Veritas suauissima res est, ex Platone.
29 Veritatis simulachrum apud Antiquos, bonori dexteram porrigens.
30 Capitula Regni de alternatiua referuntur.
31 Alternatiua Regnicolis fatis laxè in singulis vacationibus, quomodolibet contingentibus, reseruata fuit.
32 Lex quod non dicit, non est temerè per homines vsurpandum.
33 Regnicola exteris præferri debet.
Quod à natura ipsa comparatum videtur. n. 34.
35 Originarius magis, quàm exter eligi debet ad Ecclesias Cathedrales ex Constitutione sacrorum Canonum, & nu. 112.
Rationes referuntur num. 36. & 37.
37 Exterorum mores nocent subiectis, quibus illi præficiuntur.
38 Alternatiua Regnicolis non leuibus ex causis, sed in remunerationem officiorum reseruata fuit.
39 Regis Philippi IV. Hispaniarum, & Monarchæ progenitores.
40 Deus sua obligatur promissione.
Expende num. 47.
41 Deus vniuersorum Dominus est.
Eiq. nemo potest dicere: Cur ita facis? n. 42.
43 Deus, quæ de labijs suis processerunt, irrita haud facit, sed stabilia sunt omnia, & firma. n. 44.
45 Deus est fidelis in omnibus verbis suis, quod ibid. expenditur. nec fallit cum promittit. n. 46.
48 Princeps est solutus legibus.
Quò scilicet ad vim coactiuam, non sanè directiuam. num. 49.
Alioquin peccabit coram Deo, actusq. eius minus recti euadent. n. 50.
51 Rex, & quiuis supremus Princeps, tenetur vniuersales à se latas leges seruare, alioquin peccabit, & malè faciet.
52 Turpis est omnis pars, quæ suo toto non congruit.
53 Princeps caput est Reipublicæ, quare suo toto cõgruere debet.
Nec solutus est à dictamine rationis, vt suas leges seruare non debeat. n. 54.
55 Lex à Deo procedit, & est veluti à Numine Deorum tracta ratio secundum Ciceronem.
56 Leges iustum, bonũ stum, & vtile imperant.
Vt nihil, neque pulchrum, neque decorum reperiri possit, quod cum aliqua lege non communicet. num. 57.
58 Leges à suo Principe seruandæ, vt suo exemplo alios doceat, alioquin malè agit Princeps. n. 59.
Et tenetur promulgatas defendere. n. 60.
61 Prouerbium. Pateto legi quisquis legem sanxeris.
Quod docuit Christus verbo, & exemplo. n. 62.
63 Princeps inter quis iustus qui legibus paret.
64 Cæsaris Augusti factum, de legibus. à Plutarcho relatum.
65 Ius naturale potentiùs, quàm Principatus.
66 Princeps, quamuis supremus, tenetur stare pacti.
67 Fidei humana nihil tam congruum, quàm seruare promissa.
68 Fides sanctissimum humani pectoris bonum.
69 Princeps non seruans fidem, hominum comercio carere debet.
70 Fidei abrogatione, humana societas tollitur.
71 Princeps se legibus alligatum profiteri debet.

Prin-

72 *Princeps, fidem promißam non seruans, peccat, & potest excommunicari.n.73.*

74 *Excommunicatio non nisi pro mortali fertur, & est maior pœnarum Ecclesiasticarum. n 75.*

76 *Fidem præstitam in re graui fallere, graue.*
Quæ etiam hosti fideli seruanda est, multòq. magis amico.ibid.

77 *Fides præstita iuramenti vim obtinet.*
Et idem est, fidem non seruare, ac iuramentum soluere.nu.78.

79 *Fidei simulacbrum apud Romanos in* Capitolio.

80 *Fidem frangens graui notatur crimine.*
Multòq. magis Princeps.*num* 81.
Quòd eminentioris gradus dignitas, maiori criminis nota eum inurit. n.82.

83 *Regem quæ virtutes decent, ex* Cicerone.*et n.*202

84 *Peccatum tantò maius, quantò maior, qui peccat, habetur.*

85 *Principis error Solis defectui æquiparatur.*

86 *Culpa maior est, vbi sublimior est prærogatina.*

87 *Fides omnium virtutum splendidissima in Principe.*

88 *Veritas in ore Principum firmior eße debet.*

89 *Veritatem fidei parentem agnouit Antiquitas.*

90 *In pactis nihil fucatum, aut à vero alienum eße debet.*

91 *Locus psalmi, ad veritatis dignitatem, expenditur.*

92 *Veritatis præcipuus charakter est, vt verba cum corde consentiant.*

93 *Fides cuicunq. data, non est fallenda, maximè iuramento firmata.*

94 *Iustitiam contra faciens cum notabili damno alterius fidem præstitam fallens, peccato se inficit.*

95 *Iniustitia omnis rei notabilis, quæ in nocumento consistit alterius, lethale facinus est.*

96 *Iustitia non personas, sed nuda perpendit meritorum pondera.*

97 *Rex rata habere debet pacta per antecessores Reges firmata, & gratias potissimùm ex causa onerosa concesßas.*

98 *Alternatiua Regni originariis in remunerationem seruitiorum desponsa fuit per antecessores Reges, ideò seruanda.*

99 *Forma datur in reseruatione alternatiuæ pro Regnicolis.*
*Quæ seruanda est, neque in aliquo violanda. num.*100.

101 *Forma ex integritate constat.*
*Quia in indiuisibili consistit.num.*102.

103 *Forma data corrumpitur diuisione accedente.*

104 *Alternatiua est Regnicolis deferenda quomodolibet beneficia vacauerint.*

105 *Dictio (quomodolibet) satis laxa est, & omnem comprehendit vacationis modũ, & pro vno quoque eorum distribuit, & vltra expreßa operatur, omnia includere valens.nu.*106.

107 *Alternatiua, cùm nimium laxè sit Regnicolis cõceßa per verbum quomodolibet, refrenanda haud erit per exteros.*

108 *Erubescere cogimur cùm sine lege, ac ratione loquimur.*

109 *Lex vbi posita est, nihil est contrà obluctandum, quin magis sequenda, ni sine legibus inueniri velint obnuentes.n.*100.

111 *Concessio facta quomodocunq. fructum vacauerit; omnem comprehendit vacandi modum.*

112 *Beneficiorum reseruatio cum clausula quomodocunq vacauerit, omnem comprehendit vacandi modum.*

113 *Alternatiua generaliter est Regnicolis reseruata.*

114 *Alternatiua in Regnis Siciliæ vltra pharum etiã illius Regni originariis debetur.*
Et in ea sunt omnes vacandi modi expreßi.ibid.

115 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*

116 *Relatum magis, quàm referens attendi debet.*

117 *Relatum referentis pars dicitur.*

118 *Paria æstimantur, nominatim si quid exprimatur, vel per relationem ad aliud.*

119 *Relatio repetitionem sapit contentorum omnium in relato, suis cum qualitatibus omnibus.*

120 *Alternatiua, ut tolleretur, sed simpliciter omnia beneficia originariis Regni darentur, semper supplicatum fuit.*

121 *Alternatiuam inuiolabiliter seruari Regni originariis à Sacra Regia Maestate ob fidem, & seruitia præstita mandatum fuit.*

122 *Inuiolabiliter, & ad vnguem aliquid seruari. quid importet?*

123 *Inuiolabiliter, aduerbium, incorruptibilitatem denotat.*

124 Ad *vnguem, aduerbium, perfectionem denotat.*

125 *Alternatiuam perfectè, & absolutè Regnicolis seruari Sacra intendit Maestas.*
*Verùm non id fiet si tantùm in vacationibus per obitum seruabitur .nu.*126.

127 *Frustra tot exactis verbis Regem in alternatiua seruanda locutum fuiße, aßerendum haud est.*

128 *Verbum nullum eße debet in dispositione aliqua, quin suo fungatur officio, ad quod aßumptum fuit.*
In Principe *supremo præsertim, loquente seriò, & in remunerationem fidei.nu.*129.

130 *Principis placitum legem infert.*

131 *Principem spondendo, decipere velle suos subditos. præsumendum haud est.*

132 *Philippi II. Regis dictum, & factum egregium, qui Tito Vespasiano propterea comparatur.*

133 *Reges non est præsumendum, irrita velle facere, quæ spondendo dixerunt.*

134 *Deus irrita haud facit, quæ de suis proceßere labiis.*

135 *Rex Dei imago dicitur, & proinde eum, Deum imitari decet.*

136 *Parentum mores in liberos, posterosque deriuantur.*

137 *Regi nostro Philippo IV. communicata parentum suorum virtutes fuere.*

138 *Alternatiuæ reseruationis forma.*

139 *Forma in alternatiua tradita seruanda erit.*
*Alioquin iniuria Regnicolis inferetur, contra formam pactorum nu.*140.
Et peccabitur contra iustitiam, cum obligatione restitutionis n. 141.

141 *Restitutio semper inuoluitur, vbi contra iustitiam peccatur.*

143 *Regnicolæ per reseruationem alternatiuæ ius nudum*

dum ad rem, sed quasi in re habere dicuntur.

144 Beneficia in Regno Hispaniarum, Portugalliæ, Aragoniæ & Castellæ, naturalibus tantùm debentur.

145 Exteris ius nullum est in beneficijs, quomodolibet illa per eos vacauerint, quin illa Regnicolis debeantur.

Tùm iure naturali, tùm Canonico, tùm etiam peculiari Capitulorum Regni. num. 146. & 152. & 153.

147 Patriæ, sicut nascimur ad onera subeunda, ita quoque ad commoda & beneficia obtinenda.

148 Patria quasi natorum parens, enutrire illos, seruare ac tueri tenetur.

149 Patria est quasi alter Deus, & primus, maximusq. parens.

150 Patria quare sic dicta?

151 Patria vt vterq. parens colenda est.

154 Alternatiua etiam si simpliciter reseruata esset, adhuc ex natura sua in singulis vacationibus per exteros, regnicolis deberetur.

155 Vacatio simpliciter prolata, omnem comprehendit vacandi modum siue de iure, siue de facto, siue per obitum, siue per dimissionem.

156 Cedens, vel renuncians beneficio, quoad vacationem, pro mortuo reputatur, quia semper vacat beneficium.

157 Alternatiua nomen quid importet?

158 Alternari verbum quidnam denotet?

159 Alternatiua non est, si in sola vacatione per obitum præstringatur.

160 Alternatiua inter Papam, & Episcopos, qui alternatiuæ gratiam acceptauere, quomodo procedat?

161 Sermonis proprietati, ac verborum seruiendum est.

162 Alternatiua etiam secundum sermonis proprietatem Regnicolis debetur.

163 Arbitrium, quod habet Sacra Regia Maestas in altera alternatiuæ parte, etiam regnicolis spondet per gratificationem.

164 Præsumendum haud est, velle Sacram Regiam Maestatem alternatiua regnicolas defraudare, cum illis etiam gratificationem promiserit in ijs, quæ de suo sunt arbitrio.

165 Filiorum panem sumere exteros, bonum non est.

166 Dictio (insuper) auget dispositionem & continuatiuè se habet ad superiora n. 167. & 168.

168 Alternatiuam, per gratificationis promissionem, nedum ratam habet Sacra Maestas, sed magis, magisq. auget. & n. 171 & 172.

169 Dictio (et) dictioni (insuper) adiuncta facit dispositionem ampliorem, laxioremq.

Iure præsertim fauorabili. n. 170.

171 Dictio (etiam) extensionem operatur.

Et auget dispositionem ad qualitatem, cui adijcitur.

173 Principum beneficia non comprimenda, sed dilatanda magis erunt.

Præsertim concessa in recognitionem fidei, & ad grati Principis animum ostendendum, vel si conciliant cum iure communi. n. 174.

175 Concessiones Principum in remunerationem factæ acceptorum seruitiorum perpetuitatem denotant promissorum.

176 Beneficium à Principe concessum, decet esse mansurum.

177 Medietas integra beneficiorum per alternatiuam est regnicolis reseruata.

178 Medietas verò non esset, si in vacationibus tantùm per obitum alternatiua seruaretur. & n. 181.

179 Medietas æqualitatem denotat portionum, alioquin leonina esset diuisio. n. 180.

181 Principem supremum vana liberalitate eludere velle datas promissiones, præsumendum haud est.

Atq. deceptos manere suos subiectos. n. 182.

Et concessiones factas ludibrio desponsas videri, suaq. firmitate defraudari. n. 183.

184 Obseruantiæ subsecutæ standum erit, in beneficialibus præsertim in quibus multum illa proficit.

Limita si illa de facto magis, quam de iure processit n. 185. & 189.

Nec auditis ijs, quorum scientia, & patientia requirebatur.

Secundò, si obseruantia fuerit contraria Verbis contractus, siuè dispositionis. n. 187.

Tertiò, si obseruantia æquiuoca fuerit, non vniuoca, sed difformis. n. 197.

186 Factum inciuile Præses coercere debet.

188 Voluntatis quæstio admittenda non est, vbi verba clara fuerint.

189 Vsurpatio magis, quàm obseruantia dicetur, si illa de facto, non de iure procedat.

190 Consuetudo induci minimè potest, nec obseruatio per actus extorsiuos, qui in se peccatum continent.

191 Diuturnitas temporum peccatum non minuit, sed adauget.

192 Crimina tantò sunt grauiora, quantò diutiùs infælicem detinent animam.

193 Malè adinuenta, malæq. consuetudines tempore haud confirmantur.

194 Obseruantia licitum facere minimè potest, quod ex se est illicitum.

195 Peccatur contra iustitiam, cùm alternatiua Regnicolis debita, eis aufertur.

196 Sacrilegium est de Principis supremi factis disputare.

197 Alternatiua, etiam in vacationibus per alium modum quàm per obitum fuit regnicolis alijs in casibus obseruata.

198 Rex successor venire haud potest contra concessiones, suorum antecessorum, quæ in vim contractus transiere, & firmas eas esse oportet.

199 Rex non præsumitur velle venire aduersus concessiones per antecessores suos factas.

200 Austriacis Principibus liberalitas & munificentia vnà à natura connata.

201 Beneficentia, & liberalitate, nihil est naturæ hominis accomodatiùs.

202 Regis nostri inter virtutes, magnanimum esse, largum beneficum ac liberalem, agnoscitur.

203 Liberalitas perfecta, fide, causa, loco, & tempore commendatur.

204 Principem decet liberalitas, & vt ab omni prorsus auaritia alienus sit.

Leo-

205 *Leonis X. Pontificis Maximi ardor in liberalitatem, eiuſque dictum.*
206 *Liberalitas potiſſima dos in Principe.*
207 *Nobilitas hanc ſibi legem impoſitam agnoſcit, vt liberalis ſit nobilis.*
208 *Accipere ſemper, & nihil dare turpe.* & 219.
209 *Beatius eſt magis dare, quàm accipere. Domini dictum.*
211 *Exteris ius nullum eſt in Regno quoad alternatiuam.*
212 *Lex, vel conſtitutio, ſinè diſpoſitio, quod non dicit, neque nos dicere oportet.*
213 *Arbitrium Regiæ Maieſtatis, ſicuti inclinare poteſt ad exteros quoad alternatiuam, quæ ad ſuũ beneplacitum cadit, ita multò magis inclinare debet ad Regnicolas, quibus illud omni iure debetur.*
214 *Alternatiuam perſtringentes exteri in ſolis vacationibus per mortem non benè agnut, ſed filiorum panem tollere conantur.*
215 *Alternatiua vtrum in ſolis vacationibus per mortem perſtringatur, inanis eſt quæſtio, qua per exteros monetur, nec iure Regnicolis.*
216 *Vacatio ſemper contingere dicitur, per quantulamcunq. mortulam beneficia vacant.*
217 *Beneficiorum vacatio quomodocunq. fiat, ſemper Regnicolis debetur.*
218 *Exteri, cùm ſine actione agant quòad beneficia, etiam quæ de Regis ſunt beneplacito vacantia, repellendi ſunt.*
219 *Actione qui ſine agit, repelli debet.*
220 *Regem noſtrum ſuos ſubiectos quòad alternatiuã illudere velle, perſuadendum haud eſt.*

Neapolitana Alternatiuę pro Regnicolis.

RESPONSIO LII.

1 NEapolitanum Regnum, quod ſicut Paradiſus Domini eſt, *Gen. 13. 20.* & Italiæ totius amenisſimum viridarium; Cùm rerum omnium feraciſſimum ſit, Cœliq; amenitate, ac ſuauitate pfruatur; mirum in modum, quaſi Syrenarum abductos homines, in ſui amorem, ac deſiderium pellicit, atque commouet; Vt nemo ſit, qui viſendi illud deſiderio non tentatur; & poſtquã viderit, permanere diù in illo nõ appetat. Hinc
2 eſt, quòd cùm Regnum ex centum quadraginta octo Ciuitatibus conſtet, illæq; in viginti
3 ſupra vnum Archiepiſcopatus, & centum vi-
4 ginti ſeptem Epiſcopatus diuidantur; & ex his, octo Archiepiſcopatus, & ſexdecim Epiſcopatus ad Regis Catholici nominationem, & præſentationem Paſtoribus, & Epiſcopis à Sã-
5 cta Sede Apoſtolica impleantur; maior tamen eorum omnium numerus ab externis occupe-
6 tur. Niſi quòd, ex his, qui ex concordia inter Sanctam Sedem Apoſtolicam, præſidente in ea Clemente Septimo Romano Pontifice, & Carolum Quintum Imperatorem anno 1532. ad Regis nominationem ſpectant. *vt Regens Franciſcus de Ponte loquitur deciſ. Regij Collateralis Conſilij 12. num. 14. ſiue magis anno 1519. die verò 29. Iulij, vt Io. Anton Summontio in hiſtoria Regni Neapol. par. 1. cap. 10. fol. mihi 27. & Cæſari Engenio in deſcriptione Regni fol. mihi 227.* Placet;
7 alternatim eorum nominatio Regni Originarijs, iuxta Regni Capitula à Sacra Regia Maieſtate confirmata, debetur, relicta alia medietate alternis vicibus ad Regis beneplacitum.
8 Et tamen ex his etiam, qui alternis vicibus, Regnicolis debentur, cùm aliter, quàm per ſuprema obtinentium funera vacare contigerit, ita obtinendi eos aere exteris ſit deſiderium, concupita aeris temperie, & amenitate, vt perfrui eos enenat; vt putarint Alternatiuam Regnicolis debitam, ad ſolum per obitum vacandi modum extendi, non verò, ſi aliter, quàm Lætho (per translationem putà, permutationem, vel priuationem, vel alio quouis modo) obtinentium vacatio contingat, Cùm alioqui aperriſſimè Capitula ipſa loquantur, omnem quomodocunq; vacandi modum comprehendentia.
Hanc ego Regnicolis, hoc etiam caſu, debi-
9 tam Alternatiuonem vtuerer, quòd & ipſe Regnicola ſim, & in hac Ciuitate Neapolis natus, & enutritus, in animum induxi meum. Neque
10 enim nobis tantùm (*vt Eloquentiæ Parens Cicero inquit*) nati ſumus; ſed & Reipublicæ, cæteriſq; Ciuibus omnibus, *& eſt tex. notab. Vlpiani in l. 1. §. ſi ea, quæ in poſſeſſionem. Quia non tantùm Parenti (loquentis) cuius eſſe dicitur partus, verùm etiam Reipublica naſcitur, ff. de ventr. in poſſeſſ. mittend.* vbi etiam *gloſſella marginalis*. Boni equidem æquiq; conſuler quiſq; ex Regno originem ducens, quòd ſolus prouinciam hâc, & ſi planè magnam, ac duram, ſuſcipere tentarim, quin imò magis auſus fuerim, Neque pro-
11 fectò celanda veritas eſt, *ad tex. in canon. nunquam, final. in fine, 24. quæſt 3.* quòd pauci forraſsè ſint, qui ea oblectentur, vndè Comicum illud Terent. in *Andr. 1.* effluxit Adagium.
12 *Obſequium amicos,*
Veritas odium parit.
& facit *tex. in arg. vbi gloſſ. in l. 3. C. ſi contrà Ius, vel vtil. public.*
13 Sat enim fuerit Veritati obſcurum fuiſſe.
14 Qua, vt nihil fortiùs, nihil Valentiùs eſt, vt ſuper omnia vincat ſemper, fortiſſimo teſte Principe Zorobabelo, *Eſdr. 3. cap. 3. 12.* ſemperque valeat, & inualeſcat, & viuat in æternum, *vt Cyprianus* loquitur relatus *cau. conſuetudo, 8. diſt.* & ſequitur *Gloſſ. in extrauagant. prima, verbo, veritatem, de offic. deleg. inter communes*. Itá nihil omninò erit, quòd impedire debeat, quominus, in hac re, præualeat, & vincat. *vt eiuſdem Cypriani verbis, eodem canon. con-*
15 *ſuetudo*, vtar. Ipſa nempè nõ fallit, nec fallitur,
16 vt iurè ei, Dei quoq; iudicium innitatur, *vt Innoc.* loquitur *3. in c. à nobis 28. de ſent. excommun.*
17 Immortalis enim, & æterna res eſt Veritas,
18 Epitectus dicebat. Veritatemque in ſummo bonorum ſimul, ac vitæ periculo profitendam

esse (dixerit Themistocles) & tùm maximè,
cùm multorũ salus inde emineat, vt ex *Aelian.*
lib. 3 de var. histor. Plut. refert.
Et apud ipsosmet supremos, ac iustissimos
19 Iudices, per quos causarum inquirẽda veritas
20 est, *can. Iudicantem*, 30 *q.* 5. Quod Veritas ma-
ter sit iustitiæ. *vt Bal.* (inquit) *in l. libertini, ff. de*
21 *statu hom.* Oporteatq; proinde Iudices Aduo-
catos audire, vt ad veritatẽ tandẽ pertingant,
ad text. in can. occidisti 13. 23. *q.* 8. *Glos. in can.*
graue 7. *verb. quia veritas*, 35. *q.* 9. *Robertus Ma*
22 *ranta Proauus meus cons.* 34. *in princ.* Graue
haud erit, si pro Veritate, quæ Deus ipse est:
Ego sum (inquit) *Veritas, Ioan.* 14. *& can. qui*
23 *contempta*, 8. *dist.* Et quam sequentes, Deo, &
Principi placebunt, *vt Glos. loquitur in d. l.* 3.
C. si contra ius, vel vtilit. publ. eos in re, nec à
nobis aliena, quin è re imò nostra, admoneue-
rimus. Verùm dicẽt magis vt ipsi ingenui sunt,
24 & quæ vera sunt loqui virum ingenuum de-
cet, (vt in Comicis Græcis describitur) cum
Martiale *lib. 8. epigram. 75. ad Marcum.*

Dic verum mihi, Marce, dic amabò,
Nihil est, quod magis audiam libenter.

25 Quòd veritas virum reddit dignitate dignũ,
Vt Marsilius loquitur Ficinus libro 5. *epist. ad*
26 *Franciscum Sodernium.* Et bonũ est à veritate
vinci, vt dixit Alter. & Pithagoras, (*vt Stobaus*
27 *refert ser.* 11.) rogatus, Quid Deo simile face-
rent homines? Cùm veritatẽ exercẽt, respõdit.
28 Plato verò suauissimam narrationẽ veritatem
esse, dicebat, *vt Stobaus eodem serm.* 11. *inquit.*
29 Hinc Veritatem Honori dexteram porrigen-
tem, nudam, ac pulchram puellulam effinxit
Antiquitas. Quòd veritas facillimè possit im-
minui, & labefactari, nisi adsit honoris, & re-
uerentiæ quædam ratio, qua eadem fulciri op-
portunè, & cũ dignitate possit, *vt in fidei sym*
bolum emblemat. 9. *Alciati Claudius Minoes*
commuuiscitur fol. 57. *impressionis nouissimæ Pa-*
tauina, & post Pierium Valer. hierogliphicor.
lib. 35 *mihi fol.* 362 *sequitur etiam Homobon. de*
humana vita statib. par. 2. *cap.* 13. *fol.* 566.
30 Capitulorum autẽ Regni verba, quæ in me-
dium afferre libuit, sequentia sunt. Quoniam
preces semper aliàs retroactis tẽporibus Re-
gni originarij præcedentibus porrexerant Re-
gibus, vt beneficia, & dignitates, atque officia
Regni accolis, & originarijs distribuerentur.
Placuit semper Regibus, alternatim illa origi-
narijs Regni spondere. Quarè inter preces po-
tentissimo Regi, atque Imperatori Carolo V.
in anno 1554. datas, hæc non inter secundas
fuit. *cap.* 29.
„ *Si supplica ancora* (inquientes) *che per il buon*
„ *reggimẽto della salute dell'anime, e delle Chiese,*
„ *si degni V. M. di gratia speciale prouedere Regni-*
„ *coli, e naturali di tutti Archiepiscopati, Episco*
„ *pati, Abbatie, Iuspatronati, e tutte Prelature, che*
„ *spettano alla presentatione, e collatione di* V. M.
„ *Cesarea.* Vnde secuta fuit Regia Imperialis re-
„ sponsio, ac spõsio. *Placet Cæs. & Cath. Maiest.*
„ *in beneficijs præsentandis seruari inuiolabiliter*
„ *alternatiuam, prout, et quemadmodũ in capitulis*
„ *superiùs calendatis fuit concessum, & declaratũ.*
„ *Et insuper naturales Regnicolas repertos habi-*
„ *les, & idoneos erit cura gratificari etiam in ijs,*
„ *quæ sunt de Regio beneplacito, fol.* 156.
„ *Et anno* 1557. *à Philippo Rege II. Bruxellis,*
„ cum supplices dedissent preces nostrates. *Et*
„ *similmente* (inquientes) *di tutti beneficij, Arci-*
„ *uescouati, Badie, Iuspatroni, e Prelature del Re-*
„ *gno spettanti alla presentatione della* M. C. *pro-*
„ *uedere li prefati Napolitani, e Regnicoli oriundi,*
„ *fol.* 158. *à ter. in fin. Sacra Cæs. M.* per verbum,
„ Placet (Cæs. & Cath. Maiestati) respondit post
alias concessiones, dicens.
„ *Quò verò ad beneficia ecclesiastica, videlicet*
„ *Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatias Priora-*
„ *tus, Canonicatus, Præbendas, & cætera beneficia*
„ *quæcũque spectantes, et spectantia ad collationẽ,*
„ *seu nominationem & præsentationẽ Cæs. Maiest.*
„ *conferãtur pro medietate Regnicolis, & pro alia*
„ *ad beneplacitum. Et cùm vacauerint alternatim*
„ *prouideantur; prout seruatur in Regno Sicilia*
„ *vltra Farum, hoc videlicet modo, & forma:*
„ *Quo ad beneficia per exteros quomodolibet vacã-*
„ *tia, Regnicolis conferãtur. Cùm verò per Regni-*
„ *colas vacare contingerint, prouideantur ad Cæs.*
„ *& Cathol. Maiestatis arbitrium, fol.* 159. *in fin.*
Et in eadẽ cõcessione paulò post, d. fol. 150. à t.
„ *Placet* (inquit) *Cæs. & Cath. Maiestati in bene-*
„ *ficijs præsentandis seruari inuiolabiliter alter-*
„ *natiuam, prout & quemadmodũ in capitulis ca-*
„ *lendatis fuit cõcessum, & declaratum. Et insuper*
„ *naturales Regnicolas repertos habiles, et idoneos,*
„ *erit cura gratificari, etiã in his, quæ sunt de Regis*
„ *beneplacito.* atque iterum *anno* 1561. *Madrithi*
„ *eadem Sacra Cæs. & Cath. Maiest. Philippi II.*
cap. 1. *fol.* 165. post medium, per eadem omnino
„ verba, paulò superiùs relata: *Quò verò ad be-*
„ *neficia ecclesiastica, videlicet, &c.* Respondit.
Quinimò nostratibus in precib⁹ insistẽtibus:
„ *Il medesimo supplicano* (aientes) *nelli beneficij,*
„ *& Ecclesie, & altre Prelature, quali sono à pre-*
„ *sentatione, e collatione di V. M. nelli quali si de-*
„ *gni togliere l'alternatiua aliàs concessa. ma libe-*
„ *ramente concederli à Napolitani, e Regnicoli di-*
„ *chiarati, vt supra; Perche essendo li beneficij di*
„ *non molto numero, & entrata; essendo nel Regno*
„ *predetto molta quantità di persone benemerite, à*
„ *chi degnamente si possono conferire, deuono esse-*
„ *re preferiti li naturali alli forastieri, quali per*
„ *la grandezza di V. M. può prouederli nelli pro-*
„ *prij Regni, donde sono oriundi. E si tenerà adem-*
„ *pito il nostro desiderio.* Respondit.
„ *Catholica, & Regia Maiestas sua Fidelissimæ*
„ *Ciuitatis Neapolis, & illius Regni constantissi-*
„ *mã fidem, diuersaq; officia in dies, tùm priuatim,*
„ *tùm publicè ab ipsis præstita memoria recolens;*
„ *vt aliquid grati Principis munus illis rependat:*
„ *Iubet, Capitula concessa per Cæsaream Maiesta-*
„ *tem in oppido Bruxellarum die* 13. *mensis Martij*
„ *anni præsentis millesimi quingentesimi, dùm*
„ *officiorum, beneficiorumque distributionem con-*
„ *tinent, inuiolabiliter seruari, d. fol.* 165. *à ter.*
„ Vnde tandem cùm anno 1586. iterũ nouas
„ preces Sacræ Catholicæ Maiestati nostrates
de-

,, dedissent: *Che si degni S. M. in tutte l'occasioni,*
,, *che se l'offrono, prouederli dell'officij, e beneficij*
,, *del detto suo Regno conforme alla gratia, che la*
,, *Maestà del Rè Cattolico vostro bisauo concesse à*
,, *detta Città, Baronaggio, e Regno, &c. fol. 181. à t.*
,, *Respondit fol. 182. Sua Regia, & Catholica*
,, *Maiestas mandat, seruari dicto Regno ad vnguē,*
,, *& inuiolabiliter gratias, concessiones, & priui-*
,, *legia sibi hactenus super hoc concessa, & cōcessas.*
31 Satis itaq; ex dictis omnibus generalis, atque
vniuersalis modus est alternatim Regnicolis
prouidēdi singulis in vacationibus, quomodo-
cunque beneficia vacauerint, siue per mortem,
siue per resignationē, vel translationem, siue ēt
per priuationem; vt nō sit proinde Regnicolis
refricāda quæstio, vel scrupulus ingenerandus
in vacationibus, nō per læthum obtingentibus;
quò latus inde cāpus exteris aperiatur, aliena
contrà fas, iusq; inuadēdi, præter, quinimò ma-
gis, contrà legis iam scriptæ, ac Principis men-
32 tem, & voluntatem. Cùm alioqui lex ꝙ non
dicit, neque sit temerè per homines vsurpan-
dum, *l. si seruum, 70. §. prætor ait, ibi: Non dixit*
Prætor, ff. de acquir. hæredit. l. item apud L. beo-
nem, 15. §. ait Prætor, vers. hoc edictum, ff. iniur.
cap. illa deuotionis, 2. ne Sede vacan. Card. *Tusc.*
tom. 2. littera D. conclus. 517. num. 30. 31. & 32.
Barbos. assiomat. 136. num. 7.

Vt quid enim (amabo te) ita aduersus Regni
accolas, & originarios exteris tribuēdum est,
vt illis anteferātur hi, singulis in vacationibus,
quæ non per mortē obtingunt obtinentium; &
alternatiua Regnicolis, quomodolibet benefi-
cia vacauerint Regis concessione reseruata,
naufragetur; si per resignationē, translationē,
33 vel permutationē, aliaue ex causa, vacātia illa
fuerint? At quid ni potiùs externo Regnicola
34 præferatur? Cùm à natura ipsa cōparatum sit,
vt feracius olera naturali coalescāt solo, quàm
alieno. Et arbores ipsæ infructuosæ persistant,
si naturali non inserantur terreno. Contrà na-
turam nempè est, vt oleaster in bonam insera-
tur oliuam, *vt Apostolus perpendit Paulus ad*
Romanos scribens cap. 11. nu. 17. & 24.

35 Quam ob causam sacrorū Cōstitutione Ca-
nonū, nullus de aliena eligi permitti debet Ec-
clesia, nisi fortè inter Clericos ciuitatis nullus
ad Episcopatū dignus poterit inueniri, *vt Gre-*
gorius loquitur can. obitum, 14. 61. dist. & tex. in
can. nec emeritis. 11. Per Cœlestinum Summum
Pontificē. & can. nullus, 12. ead. dist. tex. in c. Cùm
inter Canonicos 21. vbi optimè Gl. verb. aliam, de
elect. extrà & ibid. Hostiens. can. Hortamur, 8.
71. dist. tex. in can. Neminem, 1. vbi ēt Glo. verb.
ciuitatis, 70. dist. c. bonæ, 4. §. quia verò, vbi Glos.
verb. alienū, de postul. Præl. tex. optimus in l. in
Ecclesijs, 11. vbi notab. Bal. & alij C. de Episc. &
Cler. Nauar. cōs. 7. lib. 1. de const. optimè Quintil.
Mandos. plura ad hanc rē congerens cons. 55. n. 1.
& seq. Guttier cons. 2. n. 23. & 24. Couar. pract.
quæst. c. 35. Rebuff. in tract. nominat. q. 9. num. 58.
Paris. de resignat. benef. lib. 4. q. 7. n. 2. & 3. Ioan.
Azor. inst. mor. par. 2. lib. 6. c. 4. q. 25. vbi vers. &
certè, rationes, causasq; enumerat, quare id fie-
39 ri expediat, atque cōducat Ecclesijs: & ne de-
pauperētur per exteros beneficia, & vt residē-
tia per Regni originarios arctiùs seruetur; &
37 nè exterorum mores, ꝙ diuersi sint à populis,
quibus præficiūtur, noceāt subiectis, quod per-
pendit *S. Th. 2. 2. q. 63. art. 2. ad quartū. Deuter.*
illud 17. inferens: Non poteris alterius gentis ho-
minē facere Regem, qui nō sit frater tuus. & de-
nique ne Regni secreta externis pateāt, *Regin.*
in praxi fori pœnit. tom. 2. lib. 30. tract. 3. cap. 11.
n. 160. sequitur, pluribus alijs relatis. Gars. de be-
nef. tom. 2. par. 7. c. 8. n. 5. Barbos. de off. Epis. par. 3.
alleg. 60. n. 102. impressione maiori Lugdun. & in
d. c. bonæ, 4. nu. 7. & 8. de postul. Præl. & in d. can.
nullus inuitis, 61. dist. n. 1. & seq. Viuian. de iure
patr. lib. 6. c. 11. n. 1. cum seq. per totū, impressione
Romana. Gonzalez ad 8. reg. Cancell. Gl. 9. tit. 1.
n. 37. cū seq. Rota par. 1. diuers. dec. 413. n. 1. & 3.
Melch. or Lotterius de r- beneficiar. lib. 2. q. 25.
nu. 12. Mastrill. par. 1. decis. 2. Regni Sicil. nu. 14.
Surd. de alim. n. tit. 1. q. 93. n. 10. Ioan. Vinc. Anna
alleg. 57. n. 7. 8. & seq. par. 1. Octauian. Giorit. re-
spons. 11. n. 13. & 19. Reuerendiss. Episc. Campan.
in diuers. iuris can. rub. 41. c. 13. n. 443. vers. item
si originarius Rot. par. 4. diuers. collect. per Farin.
decis. 677. sub nu. 1. & fuit dictū in vna Calagu-
ritana ben. fi. y de Arnedo 22. Ianuarij 1622. co-
ram Merlino, quā refert Lotter. d. q. 25. nu. 12. &
sequitur Barbosa d. can. nullus, num. 1. Illustriss.
March. o Belmontis. Dominus meus, Regens Ca-
rolus Tapia in his nostris terminis decis. supremi
Italiæ Senatus, 15. num. 3. 4. 5. & 6. Reuerend. ss.
F. Lucas Castellinus Episcopus Catacen. de elect.
cap. 9 num. 31.

Quod multò validiùs nostro hoc in facto
38 asserendū est, tot existentibus pro Regnicolis
antecessorū Regum concessionibus, ac pro-
missionibus, ex causis nō sanè leuibus, sed satis
arduis, atque in remunerationē officiorum; vt
ex capitulis ipsis, & priuilegijs Regni, perspici-
tur, suprà paulò ante per nos ad verbū relatis;
ac refert quoque, & perpend. d. *ctus Dominus*
Regēs de Tapia in satis elaborato suo Iure Regni
lib. 2. tit. de Officialibus in Regno constituendis,
fol. mihi 111. ad vsque fol. 115. & in decisione 18.
Supremi Italiæ Senatus, num. 6. adamussim ad
rem nostram de alternatiua loquens, Regni
originarijs debita.

39 Neq; fieri profectò potest, vt tātus Princeps,
quātus vnus Hispaniarum Rex, & Monarcha
est, suorū antecessorū tàm gloriosæ memoriæ
(vt inter alios Imperator fuit Carolus V. &
Philippus II. eiusdem, gloriosissimus natus no-
striq; Regis Catholici quem Deus omnipotēs
diù nobis incolumē, ac felicissimū seruet, Auus)
40 nolit stare promissis. Quando Deus ipse præ-
potens, qui Dominus vniuersorum solus est, &
41 nullius indiget. 2. *Machab. 14. n. 35.* Et cui nemo
42 est, qui dicere possit, Cur ita facis? *Iob 9. n. 12.*
sua obligatur promissione, vt ex *Magistro sen-*
tentiarum dicit Bald. in l. 1. in princ. ff. de pactis,
& eum sequitur Dec. in c. 1. n. 2. de prob. Nauar.

in can.conuertimini,de pœnit.diſt.1.n.4. Camill.
de Curt.Sac.Conſ.Praſes in diuerſor.iur. feudal.
par 1 §.poteſt quoque feudum fol.mihi 28.n.13.
Octauianus Gloritius reſponſ.1.par.2.num.78.
Rodulfin.de ſuprema Princip.poteſt. c.6.nu.180.
43 Nè,quæ procedunt de labijs ſuis faciat irrita,
vt Regius inquit Pſaltes pſal 88.num.35.
44 Quinimò magis ſtabilia ita ſunt, quæ pro-
miſit omnia,vt teſtatur verbo veritatis, infal-
libilis veritas ipſa,Verbũ Patris Ieſus Chriſtus
Dominus,ac Seruator noſter: Cœlum,et terra
(inquiens) tranſibunt,verba autem mea nõ præ-
45 teribũt.Matt.24.n 35. Eſt enim fidelis Dominus
in omnibus verbis ſuis,& sãctus in omnibus ope-
ribus ſuis.Pſal.144 n.13.& Deus fidelis,et abſq;
vlla iniquitate,iuſtus,& rectus. Deuter.32.n.4.
Fidelis quidẽ, quia verus, certus, fidus,&firmus
verbis & promiſſis. Sanctus,quia inreprehen-
ſibilis,inculpatus, vt Genebrard. d pſalmo 144.
verſ.16.in fi.loquitur.& Carthuſ.ibid. Fidelis
46 à quadã fidelitate,qua neminem decipit. Nec
enim fallit,cũ promittit,Aggellius dicit.Fidelis
nempè eſt, qui promiſit, Apoſtolus inquit ad
Hebræos 10.n.23. Fidelis,Hieronymus loquitur,
quia omnia, quæ per Prophetas loquutus eſt,
adimpleuit. Et quicquid promiſit,dedit,& per
data,fidem fecit cæteris dandis, quæ promiſit,
& quaſi in chyrographo ſcribi fecit,vt Catena
ibidem loquitur.
47 Non ſanè quidem,quòd Deus aliqua obliga-
tione ſimpliciter teneatur nobis, ſed ex præ-
ſuppoſitione diuinę ordinationis,inquantũ de-
bitum eſt,vt ſua ordinatio impleatur.vt S.Th.
inquit 1.2.q.114.art.1.ad 3.vt ex ſua diuina bo-
nitate, & veritate impleat promiſſa. vt ſequi-
tur Nauar de orat.et horis can.c.20 erotema 10.
n.26. & d.can.conuertimini,n.4.de pœnit.diſt.1.
48 Nam,etſi planè ſit Princeps ſolutus legibus,
l.Princeps 30 ff.de legib.c.propoſuit 4.§.licet au-
tem, de conceſſ.præb. Nè videlicet quoad vim
coactiuam illa teneatur, eumque pœna aliqua
humana dignum efficiat,eiq; illũ ſubijciat, aut
49 quæ actũ eius infirmet. At non ità ædepol quò
ad vim eſt directiuam legis, vt cùm ratione,&
cauſa diſponat omnia,ſe,ſibiq; ſubiectos regẽ-
do.Cùm animal ipſe quoque ſit rationale mor-
tale,ſicut & cæteri hominum, ad tex.in l digna
vox 4. vbi Cynus, cæteriq; Doctores, C.de legib.
And.de Cap.qui cur.vend nu.29. optimè Tiraq.
omniſcius de retract.lignag. §.1.Gloſ.13.in fin.
50 num.39. Cæteroquin tenebitur ipſe quòad
Deum,vt pœna dignus euadat,actuſq; eius mi-
nus recti reddantur,ſi contrà id,quod in com-
mune ſtatuit bonum,aliquid geſſerit,c.cùm om-
nis 6.§.fin.de conſtit.can.Iuſtum 9 diſt.can.con-
fidimus 1. vbi Gloſſ.vnica in fin.25.q.1.S.Thom.
1.2.q.96.art.5.ad 3.
51 Arctatur ſiquidem Rex, ac quiuis ſupremus
Princeps ſuas vniuerſales ſeruare leges,quãtũ
ad hoc,vt dicatͣ malè facere & peccare,ſi illas
ſoluat.vt Caiet.loquitur d q.96 ar.5.ad 3. Quia
52 nimirũ turpis eſt,omnis pars,vniuerſo ſuo non
congruẽs,Auguſtinus fatur lib.2,confeſſ.relatus
can.quæ contrà mores,3.diſt.8.& tex.in c.fin.de
ſpõſa duorũ.Nauar.tract.de ſpol.cler.§.2.n.3.&
§.3 n.8. Io.Azor.inſt.mor.par.1.lib.5.c.18.q.1.
Couar.in c.alma mater,de ſent.excom.in 6.par.1.
§.1.n.3.in fi.& n 4 Suar.de legib.lib.3.c.35.n.3.
& 8.cũ ſeq.Sanchez in opere morali,tom.2 lib.6.
c.6.n.19. P.Ioan.de la Cruz in direct cõſc.par.1.
de legib dub.6.n.12.in 2 concl.Bonac.alios referẽs
tom.2.de legib.in gen.diſp.1 q 1.pun.6.nu.14.15.
& 19.20.& 22.& ſeq.Reginal.in praxi fori pœ-
nitent.tom.1.lib.13.n.168.P.Diana in reſol.mor.
par.1.tract.10.de legib.reſol.10. Merolla tom.2.
de legib.diſp.4.c.3 dub.46.n.614.& ſeq.& n.626.
53 Princeps aũt caput eſt Reipublicæ,vnde ſuo
toto congruere debet,Sot.de iuſt.& iure,lib.1.
q.6.ar.7. verſ.concluſio eſt aperta, ad finẽ vſque.
54 Quò fit, vt ſolutus haud minimè Princeps à
dictamine ſit rationis, vt ſuas leges, ratione
aliàs in cõe Reipublicæ bonũ rogatas, firmas
habere minimè debeat, eaſq; quò ad ſe ẽt ſer-
55 uare,atq; iuſtas ęſtimare.Cũ lex à Deo proce-
dat, & ſit veluti à numine Deorũ tracta ratio,
vt Cicero in prima Philippica loquitur. & eſt
tex.in l.fin. §.quid enim prodeſt, ibi, Et diuino
quodã motu, C.de præſcrip.longi tẽp.can.fin.§.bis
itaque,diſt 6.Gl.in d.l.digna uox,4.in uerb.Prin-
cipatũ,et ſequitur Menoch.conſ.27.n.23.lib.1.&
conſ.158.n.24.Surd.conſ.281.n.15.lib.2.Peguera
Senatus Cataluniæ dec.191.n 10. plenè doctiſſi-
mus Reg.de Tap. tract.de conſt.Princ.c.1.nu.37.
38.39.& ſeq. Bonac.vbi ſuprà. Reginal.d.lib.13.
n.186.Reg.Scipio Rouit.deciſ.69 nu.16.17.& 18.
Meroll.d.dub.46 n.616 Vinc.Grilenz.cõſ.53.n.4.
56 Leges verò, Demoſthenes inquit orat.1.contrà
„ Ariſtogit. Iuſtum,honeſtũ,& vtile imperãt.&
„ idipſum quæritant;quod cũ fuerit inuentũ,cõe
„ iſtud,fit edictũ,ac proponitur omnibus par, &
„ æquale; idq; lex eſt,cui parere decet,cũ ꝓpter
„ multa, tũ maximè,quia omnis lex inuẽtum ſa-
„ nè,& donũ eſt Deorum. Quinimmò, vt ipſe idẽ
„ eodẽ loco fatur: Legibus,& eorum obſeruãtia
„ exornãtur omnia. Vt nihil omninò neque pul-
„ chrum, neque decorũ reperiri poſſit, quod nõ
„ cum lege aliqua communicet. idem dixit in
orat.2.contrà eundem Ariſtogit.
58 Vnde dixit quidam,nec iniurià,in aphoriſmis
Politicis, Leges ab ipſo Principe obſeruãdæ,vt
eorum obedientiam doceat ipſe ſuo exemplo
„ ſubditos. Alphonſus(vt Panorm.lib.5.de rebus
59 „ geſtis Alphõſi loquitur)improbè agere Prin-
„ cipes(dicebat)qui alijs honeſtè,decorèq; viuẽ-
„ di legẽ præſcriberent, ipſi verò nihilo tempe-
„ ratiores ſeſe præberẽt.Innuit autem(addit ex
„ ſuo Panormitanus)ſatis nõ eſſe promulgare le-
„ ges, etiam ſaluberrimas, niſi ſint, qui promul-
„ gatas defendant, & vitæ etiam innocentia cæ-
61 teris præcedant. Vt dixerit,nec ab re,quidam:
Pareto legi, quiſquis legem ſanxeris.
62 Et Chriſtus Dominus,ac Legifer noſter: No-
lite putare,quoniam veni ſoluere legem,aut Pro-
phetas (inquit Matth.5.17.) Non veni ſoluere,
ſed adimplere. Et perbellè vir quidam magnus
63 ſciſcitãti, Quis inter Principes maximè Iuſtus
eſſet?

esset? Qui nullas (Respondit) leges alijs præ-
scribit, quibus ipse parere recusauerit.
Publica nimirum tũ res sibi constat. & æquũ Imperium, cùm Rex, quod Iubet, ipse facit.
Et D. Ambros. *epist. 32. ad Valent. Imperator.*
,, Quod præscripsisti alijs (fatur) præscripsisti &
,, tibi: leges enim Imperator fert, quas primùm
,, ipse custodiat. *Et sequitur Homobonus, de hu-*
, *mana vita statibus, par. 2. cap. 1. fol. mihi* 386.
64 ,, De Cæsare autem Augusto refert *Plutarch.*
,, *in apophtegmatibus*, quòd legem tulerat de
,, adulteris, quomodo iudicandi essent de hoc
,, crimine delati, & quomodo puniendi cõuicti.
,, paulò post, iræ impatientia irruit in adolescẽ-
,, tem delatum, quòd cum Iulia Augusti filia cõ-
,, mercium habuisset, eumq; manibus verbera-
,, uit. At eùm adolescens exclamasset: Legem
,, tulisti ò Cæsar? Adeo facti pœnituit Cæsarem,
,, vt eo die recusaret cœnam capere. Crimen
,, per se graue erat; tùm admissum in Cœsaris
,, filiam. Quis Princeps ibi dolori suo tempe-
,, raret? Aut quis ibi legum, iudiciorumq; mo-
,, ras expectaret? At tantus Princeps sibi adeò
,, displicuit; vt à se ipso pœnas sumeret *hac Plu-*
65 *tarc.* Potentiùs enim (*vt Bald.* loquitur *in c. 1.*
,, *§. vlt. col. 1. num. 2. de his. qui feud. dare possunt*)
,, est Ius naturale, quàm Principatus, *& sequitur*
,, *Tiraq. d. gloss. 13. num. 39.*
66 Stare itaq; arctatur Princeps, quamuis su-
premus, & absolutus, cum suis populis pactis
initis, nè illis præiudicium pactis inferatur re-
67 solutis. Quòd nihil tàm congruum fidei hu-
manæ sit, quàm ea seruare, quæ inter eos pla-
cuerũt, vt Vlpianus eloquitur *in l. 1. ff. de pact.*
68 Ast Sanctissimum humani pectoris bonum est
fides, *vt Seneca ad Lucium epist. 89. scripsit*, Cæ-
69 teroquin hominum carere commercio, ac so-
cietate Principem oportebit (vt *Paulus* in si-
mili, de minoribus verba faciens, loquitur *in l. quod si minor 25. § non semper autem, ff. de minoribus*) Si eum fide verbis deficere agnoue-
rint Populi, & nihil Principe dignum agere.
70 Cùm fidei abrogatione omnis humana socie-
tas tollatur, *vt Liuius decad. 1. lib. 6.* inquit. Et
71 sit alioqui digna vox Maiestate Regnantis, le-
gibus alligatum se Principem profiteri. *vt Imperatores loquuntur Theodosius, & Valentinianus in d. l. digna vox 4. C. de legib. & ibid optimè Cyn. vers. est sciendum, & Bal. in rub. ff. de constit. Princ. Abb. Dec. & Canonist. in c. 1. de prob. Affl. dec. 282. n. 7. Mãdos. in term. nostra quæstionis loquens, d. cons. 55. n. 13. & 15. Camil. de Cur. in diuers. iur. feu. d. p. 1. fol. 28. n. 13. & 14. & f. 80. n. 27. Bellug. in spec. Princ. rub. 9. num. 1. vbi plenè Borrel. lit. A, & rub. 11. n. 15. idẽ Borrell. cons. 1. n. 101. & seq. Glorit. d. resp. 1. p. 2. nu. 80. Tapp. de const. Princ. p. 2. c. 9. n. 5. Rodulph. de absol. Princ. potest. d. c. 6. n. 187. idem Reg. Tap. decis. Supremi Senat. 20. n. 4. & dec 5. n. 37. Bonac. d. pun. 6. n. 14. vers. obijcies, Cabed. dec. 75. n. 1. p. 2. Diana d. resol. 10. in fine.*
72 Qua de causa læthali se macula Princeps
inficiet, qui fidem pactis negarit initis, *vt est*
,, *tex apertus in cap. 1. de pact. Aut inita pacta*
,, *suam obtineant firmitatem* (ex Aphricano Con-
,, cilio loquitur ibi Sũmus Pontifex) *aut Conuictus (si se non cohibuerit) Ecclesiasticam sentiat*
73 ,, *disciplinam.* Per excommunicationis vtiq;
,, sententiam *ad tex. in cap. 2. §. fin. vbi gloss. verb.*
,, *acrimoniam de immunit. Eccles. in 6. & cap. vn.*
,, *§. fin in fine, ibi, si Diuinæ, ac nostræ indignatio-*
,, *nis voluerint acrimoniam euitare, contradicto-*
,, *res, ac rebelles per censuras Ecclesiasticas com-*
,, *pescendo, de statu regular. in 6.*
74 Excommunicatio autem non nisi pro mor-
75 tali infertur. Cùm maior pœnarum omnium
sit, quæ ab Ecclesia infligi valeant, *canon. nemo Episcoporum, 39. & can nullus. 40. 11. q. 3. glos. 1. in fin. d. c. 1. de pact. Nauar. consil 9. obnixè rogatus, nu 6. vers. certum item quod hæres, lib. 3. de empt. & vendit Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 5. nu. 20. in 3. sentent. Sayr. in thesaur. lib. 1. cap. 9. n. 28. Tolet. lib. 1. sum. cap. 31. num. 4. vers. 3. debetur. Lælius Zecchius de casib. Episc reseruat. cas. 6. nu. 6. in fin. Barbos. d. cap. 1. de pact. num 3. & seq. Aegyd de ConinK. de Sacram. & censur. disp. 22. dub. 2. nu 9. in fin.*
76 Neque profectò leue, quin magis graue esse
æstimatur, fidem, in re graui præstitam fallere;
vt Vlpian. in l. 1. in princ. ff. de constit. pecunia loquitur, quandò, fideli etiam hosti fides seruanda sit, multòq; magis amico, ac fideli subiecto, secundum *August.* relatum *can. noli, 3. vbi etiam gloss. verbo, hosti, 23. q. 1. est tex. in l. fin. ff. de legationibus, Lessius de iustit. & iure lib. 20. cap. 23. dub. 3. nu. 17. Reginald. lib. 3. tract. 3. c. 16. num. 197. vers. veruntamen. & Lattan. lib. 6. de vero cultu, cap. 18.*
77 Quòd iuramenti vim fides præstita habeat,
ad tex in c Clericus, 35. aliàs penult. de iureiur. & est tex. in c. peruenit, 2. in fine, vbi gloss. fin. de
78 *fideiussor.* dicens: Idem esse venire contrà fidẽ
promissam, sicuti contra iuramentum, *Afflict. dec. 389 n. 2. optimè Eruditus Frãc. de* Petris *Festiuar. Lection lib. 1. c. 6. n. 12. in fin & lib. 2. c. 4. n. 4. in fin. Neuiz. cons. 68. n. 49. & 50. Surd. decis. 159. n. 20. Camil. Burrel. in sum. decis. tom. 1. tit. 60. à nu. 29 ad 36. & tit. 62. num. 18. & 19. Gaill. pract. obser. lib. 2. obser. 59. nu. 1 & seq. Gratian. forens. par. 4. cap. 722. n. 15.*
79 Eratq proinde perbellè satis apud antiquos
Romanos hoc ipsum delineatum, qui Fidei si-
mulachrũ in Capitolio statuerant (*teste Cicer.*
,, *officior. 3.*) Quòd, qui ius iurandũ (inquit) vio-
,, lat, fidem violat; quã in Capitolio vicinã Ioui
,, optimo maximo (vt in Catonis oratione est)
,, maiores nostri esse voluerunt. Id, quod etiam
,, confirmat. *Plin. lib 35. c. 10. dùm dicit*: Spectata
,, est in ęde Fidei in Capitolio Imago Senis cum
,, Lyra puerũ docentis. vt referunt *Claudius Mi-*
,, *noes, & alij in notis ad Emblemata Alciati, in fi-*
,, *dei Symbolo, fol. mihi 57. impressione nouissima*
,, *Patauij. & sequitur Homobonus de humana vi-*
,, *ta statibus. par. 2. cap. 12. fol. mihi* 550. & 551.
80 Et quidem, si luculento se inficit crimine
priuatus quilibet, qui fidem frãgit promissã, vt

post alios tradit *Borrell. d.tit.60. tom.1.n.33.& est text. in can quisquis.78. 11.q 3. ubi gloss.* mul-
81 tò magis verò; Princeps, qui à fide subiectis
præstita in pactis initis, turpiter recedit.
82 Quoniam eminentioris gradus dignitas ma-
ioris eum criminis nota dignum efficit. *argum. text. notab. in cap. cùm quidam.* 12. *vbi glos. verb. dignitate de iureiur. cap. sicut dignum.6. in princ. de homic. optimè Rodulphin. de absoluta Princip. potest. d.cap.6 n.183.* & sequitur optimè ad rem nostram argumentando *Barbosa axiomat.* 108. *n.4. & 5.* alios plures referens. *et idemmet d.c.1. n.4. & 5. de pact. Gayll. d. obseruat.58. per tot & Gratian. d.cap.722 Glorit. d. respons.1. part.2. à n.74. cum seq ad fin. vsq; & part.3. n.268.*
83 Fingi nempe hominem dici (vt *Cicero pro*
„ *Rege Deiotaro* inquit) non multum laudis ha-
„ beri in Rege. Fortem, iustum, seuerum, grauem,
„ magnanimum, largum, beneficum, liberalem,
„ & mansuetū. hæc sunt Regiæ dignitatis laudes.
84 Tantò verò maius peccatum esse cognosci-
tur, quantò maior, qui peccat habetur. *Isidor.* loquitur *libr.1. cap.18. de sum. bon. & Iuuenal. Sat.8.*
„ *Omne animi vitiū*(inquit) *tātò cōspectius in se*
„ *Crimen habet, quantò maior, qui peccat habetur.*
& concinit non ineptè *text. in can. homo christianus.5. vbi gloss. notabiliter. & can. si Papa.6. 40. dist. Archidiac. in can. non decet. nu 4. 12 dist. facit text. in cap. accusatus 8. § fin. in fin. versic. Religiosi autem. vbi etiam gloss de haretic. in 6. Meus Maranta cons.47. num.* 7. Vti enim
85 Solis defectus (*Plin* fatur *l.b.2. cap.10.*) ma-
„ gnam mortalibus perniciem tradit; ità Princi-
„ pis error, etiam leuis, magnam tamen in rebus
„ humanis gignit perturbationem. Quia (vt
86 *Saluian. de Gubernat. Dei. lib.* 4. eloquitur)
vbi sublimior est prærogatiua, maior est
culpa.
87 Ast omnium virtutum splendidissima in
Principe est fides (dixit quidam) *Et Fran-*
„ *ciscus Petrarcha lib.3. de Regno.* Fides tanto
„ splendore præfulget (inquit) vt sine ea om-
„ nes Regum, ac Principum virtutes obscu-
„ riores fiant. Et concinit *textus* nec ineptè
„ *in l. inter claras. C. de Summa Trinitate, &*
„ *fide Catholica. Nihil est enim, quod lumine*
„ *clariore præfulgeat (Ioannes loquitur Romanæ*
„ *Vrbis Episcopus) quam recta fides in Princi-*
88 *pe.* Quòd in ore Principum firmior esse de-
bet veritas(vt *Baldus* fatur) *dict. cap.1. §. vlt. num. 2. de his, qui feudum dare possunt.*]
89 Hinc est, quòd veritatem fidei parentem
agnoscebat Antiquitas, eamque nudam
90 appingebat; quòd in pactis, conuentio-
nibusque nihil fucatum esse, aut à vero alie-
num debet. vt *Claudianus Minoes in dict. Alciati Emblema 90. fol. mihi* 57. eruditè satis adnotat, & sequitur *Homobonus de humana vita statibus. part. 2. cap. 13. fol. mihi 566. vers. quoniam.*
91 Et vt est in sacris litteris, rogans Dauid
„ Dominum, *Domine*(inquiens) *quis habitabit*
„ *in Tabernaculo tuo? aut quis requiescet in*
„ *monte sancto tuo? psal.14.*
„ *Qui loquitur veritatem in corde suo*(respon-
„ det) *qui non egit dolum in lingua sua. Qui iu-*
„ *rat proximo suo, & non decipit.* Qui loqui-
tur veritatem in corde suo. hoc est: In se
ipso sincerus, & verus est, & vera intra
se cogitans, vt non sit simulator, aut hyp-
pocrita. *Carthusian.* inquit. In corde suo, apud
se, non ore tantùm, sed ex animo, non fu-
catè; vt veritatem vnusquisque loquatur
cum proximo suo. *Paulus* loquitur *ad Ephes. 4. num.25. vt Genebrard.* explicat. Præcipuus
92 autem character veritatis est, vt verba cum
corde consentiant. Nota igitur certa veri-
tatis est, si cum corde, & animo dicentis
concordet oratio. vt *Agellius* docet, ibidem.
Qui iurat proximo suo, & non decipit. Quia
93 fides cuicunque data fuerit, non est fallen-
da, maximè quando iuramento est confirma-
ta. *Genebrard. ibid.* inquit.
94 Nec peccati se macula inficiet solùm, quòd
fidem in pactis præstitam frangat; Verùm, &
quòd contra iustitiam faciat, notabile dam-
num Regni originarijs inferens in re illis, cùm
iure communi, tùm priuato, ac peculiari
capitulorum Regni, atque ex præstitis antea
95 seruitijs antecessoribus retrò Regibus, pa-
ctis firmatis debita. Iniustitia autem omnis
rei notabilis, quæ in nocumento consistit al-
terius, lethale facinus est. *S. Thom. 2. 2. q.59. artic.4. Nauarr. man. cap.25. num.5. in fin. & de orat. & horis canonic. cap.22. miscellan.43. n.77.* vbi ad rem nostram de beneficijs loquitur conferendis; quòd in eorum distributione (si personis fiat, quibus illa non debentur) iniustitia inuoluatur in personarum acceptione consistens, quod peccatum est. *Deuteronom.1. num.17. Actor.10. num.35. Iacob.2. num.1. Reginald. dict. lib.30. tract.3. nu.159. in fin & nu.* 160. & meliùs, ac pleniùs *lib.23.*
96 *cap.3. num.32.33 & seq.* Iustitia nempè non
personas, sed nuda perpendit meritorum pondera. *S. Thom. 2. 2. q.63. artic.1. & q.185. art.3. Sot lib.3. de iust. q.6. art.1. Less. lib.2. c.32. dub.1 & seq. & c.34. dub.13. Gabr. Vasq. in opusc. de benef. cap.2. §.3. n.46.47. & 48. Bonac. tom.2. de restit. in gener. disp.1. q.1. punct.1. n.8.9.10.12. 13. & seq.*
97 Rata ergò habere debebit Potentissimus,
ac gloriosissimus Rex noster pacta per antecessores Reges patentes suos gloriosissimos, Regni originarijs firmata, & gratias ex causis acceptorum officiorū(vt in dictis capitulis, & per nos ēt supra relatis, habetur) illis eisdem cōcessas, firmas tenere, *ad tex. in d.l. digna vox, 4. vbi gl. not. in ver. indicamus, C. de legib. Bellug. d. rub. 9 n.1. vbi Borrel. lit. Q & lit. S. verbo, benemeritis idē Borrel. d. cons 1. nu. 101. & 103. Card. Paris. cons.2. num.132.133. & 134. vol.4. Neuiz d. cons.68. n 49. Surd. d. dec 159. n.20. Gaill. d. obser.58. Gratian. d. cap.722. Canonist. In d.cap.1. de probat. idem Surd. decis.326. num.5.*
Ro-

*Rodulfin.de absoluta Princip. potestate dict.cap.6.
num.195.Regens Carolus Tappia de constitut.Prin-
cip.par.2.dicto cap.9.nu.11.& sequentib.et in dec.
Suprem.Italiæ Senat.5.num.53.& 54 plenè quoq;
Glorit.d.respons.1.par.2.num.75.& 83.cum seq.ad
fin.usq; Duegna reg.293.nu 1.Cabed.d.decision.75.
num.1.*

98 Cùm nempè de beneficijs alternatim Re-
gnicolis. & ad Regis beneplacitum conferen-
dis ad Regię Catholicæ Maiestatis nominatio-
nem,vel præsentationem spectantibus, Ante-
cessores loquuntur Reges, Regni originarijs
præstitorum seruitiorum in remunerationem
spondentes : *Quo verò ad beneficia Ecclesiastica*
(inquiunt) *videlicet Archiepiscopatus, Episcopa-
tus Abbatias,Prioratus, Canonicatus, Præbendas,
& cætera beneficia quæcunque spectantes. & spe-
ctantia ad collationem, seu nominationem,& præsẽ-
tationem Cæsar.Maiestatis.conferantur pro medie
tate Regnicolis;& pro alia ad beneplacitum;& eũ
vacauerint alternatim prouideantur prout seruatur
in Regno Siciliæ vltra Farum; hoc videlicet modo,
ac forma : Quò ad Beneficia per exteros quomodo-
libet vacantia Regnicolis conferantur. Cùm verò
per Regnicolas vacare contingerint, prouideantur
ad Cæsar.& Cathol.Maiest.arbitrium.*

99 Dat itaque formam sacra Cæsar.& Catholi-
ca Maiestas, secundum quam singulis in vaca-
tionibus procedi debeat; Et pro medietate
beneficiorum alternatim, quomodolibet per
externorum obtentionem,& deficientiam va-
cantium,Regnicolis illa omninò reseruat: in
altera verò medietate per Regnicolarum de-
ficientiam,non liberam relinquit Exteris pro-
uisionem, sed in ipsius Catholicæ Maiestatis
arbitrium dimittit; vt valeat in his etiã Regni
accolis gratificari.

100 Seruanda ergò forma erit ita distinctè,etiã
successoribus à Præcedentibus tradita Regi-
bus,nequè in aliquo illa violanda,*ad tex.in cap.*
101 *cum dilecta 22.de rescript.*quæ ex integritate
constat (*vt Bald.loquitur in cap cùm adeò, col 2.*
102 *vers.contenti ex paruo.de.rescript.* cùm in indi-
uisibili consistat, vt idem *Bald. inquit in l. certi
conditio,§.quoniam.col.3.versic.oppone,quòd vtile
est,ff.si certum petat.* & sequitur *Tiraquel. de re-
tractu lignagier.§.1. gloss. 21. num. 12. Barbos.
assiomat.100 num. 14.*

103 Alioquin diuisione accedente, data forma
corrumpitur, *vt Bald.*idem loquitur *in l si ser-
uus circa med.in addit.ff.si quis cautio*.atq; quo-
104 modolibet per exteros beneficia vacaue-
rint,erunt illa regnicolis deferenda; siuè quidẽ
per obitum vacare externorum contingerint,
siuè p permutationẽ, vel translationem, siue
105 per priuationem, vel aliam quamcunq. cau-
sam,& modum. Satis profectò laxa, ac vaga
dictio illa (*quomodolibet*) est, vt omnem com-
prehendat omninò vacationis modum,nullũq.
non comprehensum dimittat, atq; per omnes
discurrat vacandi causas, proq; ipsis omnibus
distribuat,*gloss. est notab in Clem.2.verb.quomo-
dolibet.de sent.excomm. Gemin.in cap.indemnitati-
bus §.si qua verò. per illum text.in verb. quomodo-
libet.de rescript.in 6.Paris cons.58.n.10 lib.1.&
cons.104.n.6.col.4.Monald.cons.96.num.9.vol 1.
Pauin.de offic. capit.s.de vacant part.1.q 7.n.19.
vol.15.tract.Iacob.Beretta cons.25.n.20.Reg.Fran-
ciscus de Ponte cons 24 n 12.lib.1. Reg de Tappia
d.dec.15 sub n.5.Rota in recent.part.2 tom.2.decis.
614.n.2.Glorit.d.respons.1.part.1.n.194.*quinimò,
106 ob sui latitudinem, vltra expressa operatur,
omnia comprehendere,ac omnem quemcum-
que modum vacandi includere valens. *Paris.de
resignat tom.2 lib 9.q.25.n 48.& 50.Cœned sing.
95 n.1.& seq.Maceraten var.resolut.lib.1 resolut.
vlt.cas.42 vers.ponderatur insuper Mandos.in glos.
facultat.§.& in ipsa. vers.quomodolibet.fol.mihi.
288.& in §.se etiam.vers.quomodolibet.309.Gra-
tian forens.p.3.c.528.n.38 Rota apud Card. Sera-
phin.dec.350.n.2.& apud Card.Canalev. dec.196.
num.6. Barbos. de diction, diction.330.num.1.4.5.
& 8.*

107 Non refrenanda igitur erit alternatiua re-
gnicolis debita ad solum per lethum vacandi
modum,vt externi, nec iurè volunt. Quòd sit
108 illa nimium laxè, per verbum (*quomodolibet
vacantia*) regnicolis reseruata; nè erubescere
cogantur sine lege, ac ratione loquentes. *ad
text in §.3.cap.1.in auth.de trient.& semiss.collat.
3.* Cùm sit iam super huiusmodi collatione (vt
109 supra diximus) posita lex per antecessores
Reges; vt verbis vtar Imperatoris Iustiniani.*in
l.illam.19 circa med. C.de collat.* Atq. propterea
110 sequenda; alioquin sine legibus inuenien-
tur: vt eiusdem vtar Imperatoris verbis.*in l.fi.
in fin.C.de consulib.lib 12.*

111 Quemadmodum adamussim ad rem no-
stram; concessio facta (quomodocumq, feudũ
vacauerit) omnem omninò comprehendit va-
candi modum; vt perpendit doctissimus *Vinc.*
112 *Anna alleg.41.n.19 & seq.* & in terminis no-
stris,de beneficijs quomodocunq; vacantibus,
quòd omnem comprehendat vacandi modũ,
siuè per mortem, siuè per resignationem, vel
translationem, vel quocunq; alio modo vaca-
tio contingerit, docet apertè *gloss in cap.susce-
ptum.6. in verb expressè.de rescript.in 6.* & eam
sequitur *Aymon. cons 88. n. 12. Anna d alleg.41.
n.19.& seq. Tappia d. dec.15.sub n.5 Glorit.d.re-
spons 1 part.1.n.195.Boer.dec 2.n.2.*quem sequi-
tur *Anton Faber in suo Codic.lib 1.tit. 2 de sacros.
Eccles.defini.87.Triuisan.decis.65.num.7.& 8.
lib.1.*

113 Et assentiuntur multò magis perpensioni
huic pro Regnicolis,capitulorum regni verba,
generaliter de quacunq;excludit vacatione,si-
uè per mortem, siuè per translationem,
permutationem, vel aliam quamcumque
causam contingẽte, quòd capitula ipsa
Regum promissione alternatiuam regnicolis
reseruantia, referunt se ad prouisionis mo-
dum, qui in Regno Siciliæ vltra pharum
„ seruatur. *Et cum vacauerit* (inquientia) *alter-
„ natim prouideantur; pro vt seruatur in Regno Si-
„ ciliæ vltra pharum.*

114 Atqui verò in Regno Siciliæ vltrà Farum
aperta memoria facta fuit in anno 1551. in
supplicationibus per illud idem Regnum glo-
riosæ memoriæ Philippo Regi Secundo datis,
de omnibus vacandi modis Siculis alterna-
tim debendis.
,, *Che li Siciliani possano godere di detta alternatiua,*
,, *così vacando li beneficij nel modo sopradetto di*
,, *Tralatione. Commutatione ò per Cessione, como la*
,, *godono per morte delli Prelati forastieri, &c. vt*
,, *refert dictus Dom. Reg. Carolus Tappia d. decis. 15.*
,, *sub num. 1. vers. neq. per hoc.*
Vtique, cùm referet se prouisio Regnicolis
in Regno Neapolitano facienda, ad modum,
prout fit in Regno Siciliæ vltrà Farum, quo-
modolibet per exteros beneficia vacauerint;
atque in dicto Regno omnis vacandi modus
expressus fit per exteros contingens, vt Regni
illius originarijs beneficia conferantur, siue
per cessionem, siue per translationē, vel p per-
mutationem illa vacauerint. Eodem certè mo-
do concessio Regnicolis Regni Neapolitani
exaudienda erit, vt per omnes vacandi modos
per exteros, facta censeatur. Quòd profectò,
115 relatum in referente sit cum qualitatibus
omnibus, quibus relatum ipsum inuitum, ac
donatum est *l. asse toto. 77. ff. de hæredibus insti-
tuend. l. si ita scripsero, 38. ff. de conditionib. & de-
monstration. l. ait prætor, 5. §. 1. ff. de re iudic. Bald.
consil. 212. ea que, volum 5. Aymon, cons 25 nu. 4.
Alba Mandell. consil. 240. num. 39 & 48. Rota
par 1. diuersor decis 111. n. 6. & apud Card. Mant.
decis. 137. n. 6. & decis. 352. n. 2. Gloriti. d. respon. 1.
par. 3. n. 127.* Vt relatum prindè, quam referens,
116 attendi magis debebat. *mens Maranta cons 67*
117 *n. 2.* Quia nimirum pars relatum dicitur re-
ferentis. *Alex cons. 35. viso processu. num. 8. lib. 4.
Card. Tusc. tom. 6. lit. R. conclus. 129 num. 2. Cabed.
dec Lusitan 95. n 9 10. & 11. part. 2.* Et paria om-
118 ninò æstimantur, nominatim aliquid expri-
mi, atq. per ad aliud relationem *Paris cons 122
n. 3. vol. 1. Rota apud Coccin dec. 286. n. 2. & apud
Card. Canaler. dec. 94. n. 7. Mandell. d. cons. 240 nu.
26. Barb. f. assiomat. 201. Maceraten. variar. resolut.
lib. 1. resol. 4 sub n. 6.* Relatio nempè repetitionē
119 facit contentorum omnium in relato, suis
cum qualitatibus omnibus. *l. à filio hærede. 15.
§. testatar. cum § seq. ff. de aliment. & cibar. legat.
Paris. cons. 98. n. 95. vol. 1. Caputaq. decis. 368. n. 2.
Rota in Romana hæreditatis. 14. Iunij 1610. coram
Pirouano. dec. 262. n. 6. in fin. post 2. vol. cons. Farin.*
120 Prætereà, supplices cū semper preces Re-
gibus antecessoribus per Regni originarios
datæ fuissent, vt beneficia omnia, seclusa alter-
natiua, singulis in vacationibus, liberè Regni
ipsis originarijs conferrentur. Responsum per
Reges ipsos semper fuit, alternatim beneficia
Regnicolis conferenda fore. Ac potissimùm
per Gloriosissimum Regem Philippum II. an-
no 1561. Madrithi sequentibus verbis, quę nos
etiam superius attulimus, responsum fuit. *Ca-*
,, *tholica, & Regia Maestas sua fidelissimæ Ciuitatis*
,, 121 *Neapolis, & illius Regni constantissimam fi-*
,, *dem, diuersaque officia in dies, tùm priuatim, tùm*
,, *publicè ab ipsis præstita memoria recolens, vt ali-*
,, *quid grati Principis munus illis rependat, iubet, ca-*
,, *pitula concessa per Cæsaream Maestatem in Oppido*
,, *Bruxellarum die xv. mensis Martij anni præteriti*
,, *150 dùm afficiatum, beneficiorumq. distributionem*
,, *continent, inuiolabiliter seruari. fol. 65. à terg.*
Cùmq; anno 1586 iterum super officiorum,
beneficiorumq; prouisione Regnicolis liberè
facienda Regiam Maestatem supplicassēt. Re-
,, spondit. *Sua Regia, & Catholica Maestas mandat*
,, *seruari dicto Regno ad vnguem, & inuiolabiliter*
,, *gratias, concessiones, & priuilegia sibi hactenus*
,, *super hoc concessa, & concessas. fol. 181. à terg.*
,, *& 182.*
122 At inuiolabiliter, & ad vnguèm id seruari
dicitur, quod nulla diminutione, nullaue tergi-
uersatione fit eorum, quæ dicta, concessaue fue
re, sed perfectè, & absolutè fit, & exequitur.
Aduerbium planè illud (*inuiolabiliter*) quod in-
corruptibilitatem denotat promissorum, nullo
ædepòl modo, quæ sub illa disposita fuere, cor-
rumpi, ac non seruari permittit, ac patitur. se-
cundum *Alberic. in dictionar verb. inuiolabiliter,
sequitur Roland. à Valle cons. 61. num. 34. lib. 3. &
cons. 69 nu. 36. lib. 4 ad text. in cap. si. §. nos his. de
pact. in 6 text in auth. sacramenta puberum. in prin.
C. si aduersus vendit Berous cons 8. nu. 16. & 17.*
124 *vol. 3.* Quinimò perfectè omnia, & absolutè
exequi perexigit, vt aduerbium illud, *ad vnguē,*
ostendit. Translatione sumpta à marmorarijs,
qui iuncturas marmorum tunc absolutas exi-
stimant, cùm vnguis superductus nihil offēn-
dit; vel cum iuncturæ ita exactæ sunt, vt seue-
ros excudant vngues, vt *Persius* ait, & adnotāt
Addentes ad Calepinum verb. ad vnguem.
125 Quasi id vnum voluerit, verbisq. in disposi-
tione expressis id omninò intenderit Sacra
Catholica Maestas (vt aliquid grati Principis
munus Regnicolis rependeret Neapolitanis)
vt perfectè, & absolutè, atq; inuiolabiliter al-
ternatiua omnibus in vacationibus per exte-
ros quomodolibet contingentibus, Regnicolis
seruaretur.
126 Quod haud profectò fiet; si, vt nunc per
exteros scitè, ac perbellè satis prætenditur; in
solis per mortem vacandi modis, Regni origi-
narijs obseruabitur.
127 At frustrà tot verbis, ita per se exactis, pro-
missiones suas (vt aliquid grati Principis mu-
nus Regnicolis rependeret) Sacram Regiam
Cæsaream, atq; Catholicam Maestatē fidelib⁹
128 subditis suis firmasse, asserere cogemur. Cū
contrà, nullum in ijs verbum, vel quantumuis
minimum esse debeat, quin suo fungatur offi-
cio, atq; operetur id, ad quod ascitum fuit. ad
*tex. in l. si quando, 212. ff. de legat. 1. l. si quando,
35. vbi gloss. 1. verbo, conceditur, C. de inofficios. te-
stament. Aym. consil. 20. num. 6. & consil. 105. n. 7.
Calderin. cons 6. in fine, qui fil. sint legitim. Parisius
consil. 90. num. 33. lib. 2. Bellon. consil. 7. num. 12.
Tiraquell. de retractu conuentionali, §. 1. gloss. 2.
num. 45. Regens Scipio Rouit. cons. 94. num. 11. &
12.*

12.libr. 1 Cacheran.decis.141.num.4 Rota apud Cardin. Mantica decis.3 num.7.& in recentior. par.2.tom.1.decision.84.num.3.in fine. In tanto,
129 præsertim Principe loquente seriò, atque in remunerationem fidei spondente ; *ad text. in cap.si Papa,to.de privileg.in 6. notat gloss.in cap.solitæ,6.verbo,tanquam,de maiorit.& obedientia,d.l.si quando,35.C.de inofficios.testamen. Nettizan.dicto consil.68.num.56. & 50. Surdus dicta decis.159.num.20 & 25.* Cuius placitum
130 legem infert. *§.sed & quod Principi placuit, de iur. nat. gent. & Civil. Institution.l.penult. C.de donationibus inter virum & uxorem, Cacheran dicta decision.141.num 6.Borrellus in summa decision.tom.1. titul.13. num.72.* Cæte-
131 roquin decepisse tantus Antecessores Reges,suos fideles populos,ac subiectos, ac tantum Regem, quantus unus fuit Philippus Se-
132 cundus (de quo ab experto, perbellè id refert *Laneellottus Corradus in suo omnium Iudicum,*non inerudito *Templo lib.1 cap.1.de Imperat.§.3.verbo,Auditu facilis, fol.mihi 58.n.9.* eundem Tito Vespasiano comparans, quem delitias, & amorem generis humani appellauere; dixisse *Non oportere quenquam à sermone Principis tristem discedere* Et qua die nihil cuiquam contulisset,exclamare consuevisse: *Amici diem perdidi.* dignam sanè tanto Principe sententiam.) non aliquid eis concessisse, dicere compellemur. Verùm facessant huiusmodi,vel cogitationes tantùm,de tantis Principibus gloriosissimis,& de Rege nostro Catholi-
133 co. Nec enim, quæ de tantorum Regum ore processerunt,irrita faciet. *ut*

Præmissa futuris
Dant exempla fidem. ut Claudian.4. hon. in-

134 quit. Sicuti nec Deus omnipotens irrita facit,quæ de suis processere labijs: *Psal.* 88. ut nos supra quoque perpendimus. Decet nempè Regem, Deum Omnipotentem imitari,cuius Imago est. ut Menander ait.

Principatum assecutus sit hoc dignus;
Imago autem Rex est animata Dei;

Et adstipulantur concinnè *tex in §.ill ud,in fine* „ ibi: *Quoniam omne bonum, siue a Deo acquiri-* „ *tur hominibus siue ab Imperio sequente Deum, in authent.Constitutio, quæ de dignitatib. collat. 6. & §.arripiat, cap.4.in authent.ut omnes obed. Iudic. provinc. collat.5.* ibi,*solummodo Deo, & Imperatore,sequente Deum; & text. in l.fin. in fine,C.de donation.inter virum, & uxorem; Bellug.in Specul,Princip.rubr.11. num.12. Rovit.dicta decis.69.num.*18.

136 Et ut Philosophi tradunt, Parentum mores in liberos, posterosq; deriuantur. Illo etiam attestante,qui ait;

Qui viret in folijs,venit à radice humor:
Sic patrii in natos veniunt cū semine mores.

137 Communicatæ utique tanto nostro Regi Parentum virtutes fuere; & *Instillata ei paternis virtus; Homerus ut loquitur Thelemaco Ulissis,*& concinit perbellè *tex. in l.quod si nolit. 31.§.qui mancipia. ubi gloss.verb.nationem. ff de edilit.edict.& text.cum glos.verb.patriam. in can.quando.5. 24 dist.* & sequitur *Homobon. de humana vitæ stat p.2.c.19 f.mihi.661 et 662. & ante eum Tiraq in l.7.connub.gl.1 p.7.n.2.3. 4.& sequent.*

138 Alternatiua autem sub hac forma reseruata,atq;selecta fuit. *Quòad beneficia per exteros* „ *quomodolibet vacantia Regnicolis confiteantur.* „ *Cùm verò per Regnicolos vacare contingerint,* „ *prouideatur ad Cæsareæ,& Catholicæ Maiestatis arbitrium.*

139 Seruanda igitur reseruationis forma erit, ut quoquo modo vacent per externos beneficia,siuè per mortem, siuè per resignationem, vel translationem,vel alio quouis modo,illa Regnicolis deferantur.

140 Alioquin in re omninò graui iniuria illis inferetur contra formam pactorum, & reservationis,quæ inuiolabiliter,& ad vnguem ser-
141 uari debet. Atq; peccabitur proptereà contra iustitiam mortaliter in re graui, cum obli-
142 gatione restitutionis,quæ inuoluitur semper vbi contra iustitiam, commutatiuam præsertim, vel distributiuam peccatur, per acceptionem personarum.*S.Thom.2.2.q.61 art.1 & q 62.art.1.ad text.in cap.sæpè.18.vbi glos.verb. detinere.de restit.spoliat.& can.si res,quæ.1.14. q.6.Nauar man.c 17.n.6.& 7.et n.69.Belluc.in speculo princ.rub.14.§.restat videre.sub num.3. fol.mihi.101. plenè Vasq in opusc.de benefic.c.2. §.3.dub.19.n.126.cum seq.per tot.quæst.Less.d. cap.32.lib 2.dub.1.n.4 in S. Thom.2.2 q.63.Reginald.d.lib.23.cap.3.n.32.33 34.& 35.*

143 Habent profectò ius Regnicolæ quoad beneficia per exteros quomodolibet vacantia, ut ipsis conferantur per reseruatam alternatiuam, modo sanè ad rem, verùm & in re pœnè, ac strictum; quoniam omninò eis collatio fieri vacantium debet beneficiorum; sicuti de concordatis Franciæ latissimè *Rebuff.* loquitur.& eum sequitur *Mandos.d.cons.55. nu.1.&*
144 *seq.* & seruatur quoque in Regno Aragoniæ, & Hispaniarum, Portugalliæ, ac Castellæ, ut beneficia naturalibus tantùm conferantur,neque possit hoc ius illis debitū violari.*Nauarr. d.cons.7.de constit.lib.1.n.1.in fin.Garf.de benef. d.part 7 cap 9 n.1.& seq. Barbos.d.cap.bona.4. n.7.& seq.de postulat.Prælat.Regin ild d lib 30. tract.3.cap.11.n.160. Filiuc.in append. de benef. tom.3.tract.41.nu.17.vers.2. beneficia patrimonialia.Bonac.d.q 1.de restit.punct.1.num.12.13. & 14*

145 Nullum itaq; ius externis esse in beneficijs prædictis poterit.quomodolibet per eos illa vacauerint,quin Regnicolis conferantur; qui-
146 bus & naturali iure. *ad text.satis aptum,*quē suprà etiam retulimus, & perpendit non inconcinnè ad rem hanc *Mandos.d.cons.55.nu.2. in d.l.1 § si ea quæ.ff.de ventr.in possess.mittend.*
147 quatenus argumentum præstat dicendi,quòd sicuti patriæ nascimur ad onera subeunda, ita eidem quoque enascamur ad commoda, & beneficia obtinenda. Cùm patria, quasi natorum

148 rum in illa Parens, natos enutrire, tueri, ac
seruare teneatur. Et concinit Hierocles Phi-
149 losophus *apud Stobeum serm.* 37. Est Patria
(inquiens) velut alter quidam Deus, & primus,
maximusque parens. Quare qui nomen ei im-
150 posuit, à re ipsa non temerè Patriam nomi-
nauit; vocabulo quidē à Patre deducto, pro-
nunciato tamen feminina terminatione, vt ex
vtroq; parente mixtum esset. Atque hæc ra
151 tio insinuat patriam vnā ex æquo, vt vtrūq;
parentem colendam esse; & adstipulatur *tex.*
in argument. in l. cum in adoptiuis, 10. §. *omnia*
igitur 1 ibi: *vt ipse possit prodesse patri natu-*
rali. & ab eo naturalia debita percipere. C. de
152 *adoptionibus*. Atq; Canonico, vt supra etiam
in initio retulimus: multoq; magis peculiari
153 Capitulorum Regni, magis quàm exteris de
bentur, à quibus illa non ædepol à se nata, sed
facta fuere, *Abb. cons.* 54. *num.* 2. *in fine, vers. pro*
hoc etiam facit lib. 1.

Præterquàm quòd, fac esse, absolutè dum-
taxat Alternatiua Regnicolis desponsa fuisset,
ac sine illo loquendi modo (*quomodolibet va-*
cantia) per quam omnem vacandi modū com-
154 prehensum ostendimus; adhuc tamen Al-
ternatiua per exterorum vacationem, siue per
obitum, siue per dimissionem, vel tralationem,
ex vi, atque Alternatiuæ efficacia, Regni ori-
ginarijs deberetur.

155 Cùm, quòd vacatio simpliciter prolata,
omnem comprehendit vacandi modum, siue
de iure, siue de facto; & siue per dimissionem,
siue per obitum, vel translationem hat. *tex. est*
apertus in cap. si propter, 10. vbi notanter *gloss.*
in verbo vacabunt de rescript. in 6. *gloss. in cap.*
cupientes, 16. *verbo, vacationibus, de electio in* 6.
gloss. in cap. quid sæpè, 15. *verbo, vacat. de præb.*
in 6. *Felin. in cap. licet vndique. sub num.* 2. *de*
offic. delegat. & in cap. ad petitionem, sub primo
notab de accusat. Mandos. cons. 4. *num.* 20. *& seq.*
& num. 24. *plena, vt assolet manu doctissimus*
Gonzal. ad regul. 8. *Cancellar gloss.* 15. *num.* 1. *ad*
princ. & num. 9 *& seq. cum sequuta fuit Rota*
in Chyronen Canonicatus 10. *May* 1619. *coram*
Caualerio decis. 502. *num.* 3 *&* 4. *Barbosa d. ap*
pellatiua verborum iuris significat. appell. 266.
num. 1. *& seq. Mandos. in gloss. facult. §. sanè, ver*
bo, vacante, fol mihi 89.

156 Nimirum, quòd cedens, vel renuncians, si-
ue permutans, quòad hoc pro mortuo, ac læ-
tho absumpto æstimatur; & paria omninò sūt
(cùm de vacatione agitur) si vel per suprema
obtinentium funera, vel per resignationem, vel
cessionem, vel tralationem, beneficium vacet.
Semper enim vacare dicitur, quomodocunq;
illa contingat, *Farif de resignat. lib.* 1. *quæst.* 5.
num. 4. *& quæst.* 6. *num.* 15. *Gonzal. ad dict. reg.*
8. §. 5. *prooemial. num.* 24 25. *&* 26. *Barbos. de*
clausulis, claufsul. 172. *num.* 7. *& de appell. verb.*
signific. d. appell. 266. *nu.* 2. *Mandos. in glo facult.*
d. §. sanè, verbo, vacante, fol. 89.

157 Tùm, quòd id, ipsa Alternatiuæ importat
nuncupatio, ac suo se nomine præfert. Alter-
158 nari nempè dicitur, quotiescunque collatio,
electio, præsentatio, vel aliæ quælibet res vicis-
sim, ac per turnos diuiduntur, & per vices va-
cationum; vt notat *gloss. in Clement.* 2. *per il-*
„ *lum tex.* ibi: *De Rectore alternis vicibus præ-*
„ *sentando, verbo, alternis vicibus, de iure patron.*
„ *Alternis vicibus* (inquit ibi *gloss.*) *idest quod*
„ *vnus prima vice, qua occurret vacatio, alter se-*
„ *cunda, alter tertia; & facit aptè tex. in l. quo-*
ties duobus, 40. *ff. de vsufruct & tex. in l.* 1. §. *at*
enim prætor, ff. de aqua quotid. & æstiu. vbi de
Alternis diebus meminit *Vlpian. & Vergil.*
eglog. 7.
„ *Alternis igitur contendere versibus ambo.*
„ *Cœpere.* & alternas noctes cum aliqua
frui amica, dixit *Plaut. in Asin. scen.* 2. *act.* 3.
& Ouid. eglog. 1. *lib.* 3. *Trist.*
„ *Alterno subsidant carmina versu.*
& *Tibullus lib.* 4.
„ *Alterno depressior orbe.* dixit.

159 Cæteroquin Alternatiua haud esset, nec
seruaretur, si in sola per obitum vacatione ex-
ternorum, Regnicolis collatio, vel nominatio,
siue presentatio per Sacram Regiam Catholi-
cam Maiestatem deberetur, Quemadmodum
160 Alternatiua haud esset inter Summum Ro-
manum Pontificem, & Episcopos alios, qui
alternatiuæ gratiam acceptauere, si vicissim
collatio in singulos menses minimè distribue-
retur; vt primo mense Papa, & altero sequa-
tur Episcopus; vt plenè aduertit, & accuratè
satis more suo *Gonzal.* in hac re nemini secun-
dus, *ad* 8. *Regul. gloss.* 58. *num.* 29. *& seq.* At ser-
161 uiendum in hoc erit sermonis proprietati,
secundum *Vlpiani dictum in l.* 1. §. *si is, qui na-*
uem, circa finem, ff. de exercitor. action. l. non ali-
ter, 67. *in princ. ff. de legat.* 3. *l. ea, quæ in partes*,
153. *in fine, ff. de regul. Iur.* Vt ita inuiolabi
162 liter, & ad vnguem, Alternatiua, in remune
rationem Officiorum Regnicolis reseruata
obseruetur.

163 Verùm, fac etiam, Alternatiua in vacatio-
ne per obitum dumtaxat (etiam contra Alter-
natiuæ naturam ipsam) exaudiri deberet; & in
alijs vacationibus, non per obtinentium læthū
obtingentibus, maneret Sacræ Catholicæ Ma-
iestatis arbitrium ad prouisiones de vacanti-
bus faciendas beneficijs; adhuc tamen illud
ipsum Regni deberetur Originatijs, quibus
hoc idem ab ipsa Catholica Maiestate promis-
sum fuit.
„ *Placet* (fatur) *Cæsar. & Catholicæ Maiestati*
„ *in beneficijs præstandis seruari inuiolabiliter*
„ *Alternatiuam, prout quemadmodum in Capitu-*
„ *lis superius calendatis fuit concessum, & declara-*
„ *tum. Et insuper naturales Regnicolas repertos*
„ *habiles, & idoneos erit curæ gratificare, etiam in*
„ *his, quæ sunt de Regis beneplacito, fol.* 156. *à terg.*
& fol. 159. *à ter.*

164 Si promissionem itaque suam Sacra Maie-
stas fidelibus Populis suis, & Regni Originarijs
firmauit, gratificandi, in his etiam vacationi-
bus, quæ de Regis sunt beneplacito: Cùr vtiq;
men-

mentis eiusdem Sacræ Maiestatis Catholicæ
esse posse existimabimus, Alternatiuam eludē-
di pro externis in Regnicolarum damnum,
quando gratificationem eis spopondit, etiam
in his vacationibus, quæ de Regis sunt bene-
placito? *argumento tex. in d. l. cum in adoptiuis,
§. cum enim, tanta fragilitas, ibi: ludibrio defran-
dari, C. de adoption.* Facessant ergò externorum
prætensiones à vero aberrantes; atq; Regias
promissiones fidelibus Populis suis, vel in ipsa
Alternatiua, quomodolibet vacatione contin-
gente, sarctatectas Regni Originarijs esse per-
165 mittant; nolintque filiorum panem sumere,
quod bonum non est. *Matt. 15. num. 24.*
199 Perpendenda nempè, nec abrè dictio illa
erit, (*& insuper naturales Regnicolas*) per quam
Sacra Maiestas nedùm firmam Regni origina-
rijs alternatiuam singulis in vacationibus, spō-
det; verum auget (quæ sua est humanitas) in of-
ficiorum remunerationem promissa gratificā-
di etiam Regnicolis idoneis, habilibusq. reper-
tis, in his etiam, quæ de Regis sunt beneplaci-
167 to. Stat enim dictio illa (*insuper*) continuati-
uè ad superiorem promissionem alternatiuæ,
addendo ad illam gratificationem quoque in
168 vacationibus, quæ de Regis sunt beneplaci-
to. Tantùm abest, vt concessam inuiolabiliter
infirmet alternatiuam; vel ad solùm vacandi
per obitum modum illam premat, atq; coar-
ctet. Quinimò præter, atq; vltrà alternatiuam
in vacationibus per exteros quomodolibet
contingentibus, gratificationem quoque spon-
det. in casibus, qui de Regis sunt beneplacito.
*text. in l. Seia ex parte. 20. in princ. vers. Seiæ insu-
per. ff. de fund. instruct. instrum. leg. vbi notanter gl.
verb. insuper. id est vltrà* (inquit) *institutionem tex.
in cap. Statutum. 11. §. prætereà. vers. ipsos insuper
feudis, & bonis. de elect. in 6. cap. non solum. 3. in
fin. vers. & insuper pœna subijciendos. vbi gloss. de
regular. in 6. l. 1. paulò post prin. vers. & insuper v-
tilem seruianam. C. communia. de leg. Rebuff. in com.
de concordat. tit. de collat. §. 1. in princ. vers. insuper.
fol. mihi. 251. in minor. impress. Paris. Berons. cons. 80
n. 5. lib. 1. Mariscot. var. resol. lib. 1. cap. 52. n. 8. Pa-
ris. de resignat. lib. 11. n. 24. Barbosa dict. 146. n. 1. &
4. Mandos. de priuil. ad instar. gloss. 1. n. 10. & 11.
vol. 18. tract. fol. mihi. 128. Calepin. verb. insuper
mihi. tom. 1.* Et est Virgilianum illud *Aeneid. 1.*
" *Insuper his, campi quod Rex habet ipse Latinus.
Et Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.*
" *Insuper accedunt, te non adimente paternæ opes.
Et Plaut. in Truncul. vt illud apertum sit, quod perdi-
di, hoc addam insuper.*
169 Delibrata præsertim dictione, siuè con-
iunctione illa (*&*) dictioni (*insuper*) præposita,
quæ dispositionem, Regiamq; promissionem
ampliorem, laxioremq; reddit, illamq; protē-
dit, itá vt vltrà alternatiuam in singulis vaca-
tionibus per externos quomodolibet contin-
gentibus, desponsam; gratificationem quoque
Regnicolis addat, etiam in vacationibus per
regnicolas obtingentibus. vt post *Put. dec. 230
lib. 2. & Crescent. dec. 3. de procur.* sequuta fuit
*Rota in Toletana decimarum. de Capilla. 6. Aprilis.
1615. part. 2. tom. 2. in recent. dec. 680. sub num. 6.
Landerch. Imolen. cons. 02. nu. 3. Barbos. dict. 100.
n. 33. 34. & 35. Mand. s. d. gloss. 1. nu. 11. ad text. in
170 d. cap. non solum. de regul. in 6.* In re præsertim
fauorabili, vt ista hæc nostra est. *Gratian. forens.
part. 3. cap. 533. n. 1. 32. & 33.*
171 Addetq; nec minorem lapidem, vt firmior
perpensio hæc euadat, dictio illa (*etiam*) *Erit* (in-
quiens) *curæ gratificandi, etiam in his, quæ sunt de
Regis beneplacito.* Vt indicet, nec sub pallio, Sa-
cra Catholica Maiestas, se alternatiuæ selec-
tionem; per dictiones præfatas, ac potissimùm
per dictionem (*etiam*) extendere, atq; ampliorē
reddere; vt aliquid grati Principis munus fide-
libus populis suis rependeret, etiam in casibus
extrà alternatiuam, & qui ad Regis beneplaci-
172 tum caderent. Auget quippè dispositionem
ad qualitatem, cui adijcitur gratificandi, vltrà
alternatiuam reseruatam. *l. etiam. 2. vbi notabili-
ter gloss. C. de testib.* Card. Tusc. *tom. 2. lit. D. concl.
265. nu. 7. optimè ad rem nostram Rota in Romana
hæreditatis de Magdalenis. 23. Iunij. 1595. coram
Cardin. Mantica dec. 342. nu. 2. quæ est etiam in col-
lectis per Farinac. part. 4. diuers. dec. 4. 8. nu. 1. & in
recent. part. 1. tom. 1. dec. 367. sub nu. 2. in fin. sequi-
tur Barbos. alios more suo referens. dict. 112. n. 7. 8.
& 9. Mandos. in gloss. facult. §. ac tam verb. etiam. in
fin. fol. 307.*
173 Non comprimendæ igitur, quin dilatandæ
magis erunt tantorum Principum concessio-
nes Regni originarijs factæ in constantissimæ
Ciuitatis, ac Regni fidei recognitionem, atq; vt
aliquid grati Principis munus, illis rependeret.
*ad text. in cap. cùm dilecti 6. in fin. vbi gloss. fin. &
ibid. DD. de donat. cap. quia circa. 22. in fin. de pri-
uileg. l. beneficium. 3. ff. de constit. Princ. Tiraquel. in
l. si vnquam. verb. donatione largitus. n. 28. C. de re-
uocand. donat. et de nobilit. cap. 37. n. 59.* Card. Tusc.
*tom. 1. lit. B. conclus. 49. n. 1. Caball. d. dec. 95. n. 1. &
14. part. 2. Trinisan. d. dec. 65. n. 3. lib. 1. Glorit. dict.
respons. 11. n. 36. Barbos. assiomat. 36. n. 1. & 2.*
174 Potissimùm verò, cùm iuri communi (vt su-
pra nos plenè tradidimus) concinant conces-
siones præfatæ. *ad text. in d. l. cùm in adoptiuis. 10.
§. si verò pater. ibi. in hoc casu, quia in vnam perso-
nam concurrunt, & naturalia, & adoptionis iura.
C. de adoption. §. sed hodie. instis. cod. Glorit. in simili
persistens argumento. respons. 8. num. 16.*
175 Vndè perpetuitas infertur concessionum
prædictarum, ex quo ob remunerationem fa-
ctæ fuere acceptorum seruitiorum. iuxtà *Bald.
in d. cap. 1. §. fin. n. 2. in fin. de his qui feud. dare poss.*
dicentē. *Nota hic quòd propter magnitudinem ser-
uitij inducitur perpetuitas beneficij. consonat. ff. de
donat. l. Aquilius regulus. & l. si pater.* Non infir-
176 mandæ itaquè, quinimò confirmandæ ma-
gis. Quòd decet concessum à Principe benefi-
cium esse mansurum. *regul. decet. 16. de regul. iur.
in 6.*
177 Quibus omnibus accedit, quod per Sacrā
Catholicam Maiestatem apertè integra me-
dietas vacantium beneficiorum, siuè Archiepi-
sco-

ſcopatus, ſiuè Epiſcopatus fuerint, præpoſituræ, vel Canonicatus, eſt regnicolis reſeruata, atq; integra alia medietas ad Regiæ Maieſtatis beneplacitum reiecta Inquit enim. *Quo verò ad beneficia Eccleſiaſtica videlicet. Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatias, &c. conferantur pro medietate Regnicolis, & pro alia ad beneplacitum. & cum vacauerint alternatim prouideantur, &c fol.*
178 159. *in fin.* Medietas autem haud Regni originarijs ſeruaretur, ſi in caſibus dumtaxat vacationis per obitum beneficia regnicolis deſerrentur. Medietas enim æqualitatem deno-
179 tat portionum. *ud text.in l 2. C quando. & qui bus quarta pars debetur. lib.* 10. alioquin leonina
180 eſſet diuiſio, vt *Bald.* loquitur *conſ.*435. *proponitur quod fuit. lib* 1. & eum ſequitur *Curd.Tuſc. tom.*5.*lit.M.concluſ.*163. Non patiendum itaque
181 vt æſtimemus, ſi aliàs, quàm per datas Regũ conceſſiones nunc fiat, & per externos fati munus implentes dumtaxat vacatia regnico lis beneficia deferantur, deſponſam eludere voluiſſe medietatem, & vana liberalitate (vt *Iuſtinianus Imperator loquitur in l.* 1. *§. ſed & qui.C de latina libert.tollend.*) per tantos Glorio
182 ſiſſimos Reges deceptos manere eorum fideliſſimos ſubiectos, vt idem *Iuſtin.ibid.loquitur.* tantaſq. tot Principum conceſſiones ludibrio
183 rogatas fuiſſe, atque deſponſas, ſuaq. firmitate defraudari. vt eiuſdem Iuſtiniani Imperatoris verbis vtar *in d.l. cum in adoptiuis.* 10. *§. cùm enim tanta fragilitas.C.de adopt.*

Nec ad rem pertinent, quæ ſatis firmè pro ſe obijcere poſſe putant aduerſarij, in alijs ſimilibus vacationibus, quæ non per obitum exterorum obtigerunt, nunquam alias ſe regnicolas oppoſuiſſe, atq; proinde prouiſiones ex
184 Regis beneplacito exteris datas fuiſſe; vt ſtãdum propterea putent ſubſecutæ obſeruantiæ, quæ multum ſanè proficit in his beneficialibus, ad tradita per *Rotam in recent part.*2.*tom.* 1.*dec.*308.*nu.*2. in materia loquẽtẽ iuris patronatus. *Mar. Antonin. var.reſolut.lib.* 1.*reſolut.*3.*u.* 8. *& reſolut* 4. *in deciſ Rotæ. quã ibi uffert Rener. Ricc. Epiſcop.Vici Equen.dec.*120.*n.*4 *part.*2. *Rota apud Curd.Caualer.dec.*80.*n.*3.*& ſeq. et in Papien. iuris patronatus.*22. *Maij.*1595. *coram Card.Mellino.dec.*2.*n.*2.*apud Viuian.in praxi iuris patr.*
185 Cùm, quòd id de facto magis proceſsit, quàm de iure; nec auditis regnicolis, quorum ſcientia, & patientia requirebatur. iuxtà *Bart. in l* 1. *§.huius autem interdicti. nu.* 3. *verſ.ſecundo modo. ff. uti poſſidet. Abb.in cap. cùm Eccleſia Sutriaa.nu.* 55.*de cauſa poſſeſ. & propriet.Rota p.*2. *diuerſ.dec* 104.*n.*16.*& in Romana electionis puellæ.*1.*Iulij.*1615 *coram Buratto. dec.*188.*num.*5 *in fin.tom.*2.*in poſthum.* vt deceat proinde Sacram
186 Regiam Maieſtatem inciuile factum coercere, atq; in iuribus regnicolis debitis illus reſtitui iubere, vt verbis vtar Vlpiani Iuriſconſulti *in l.Medicus.*3. *in fin. ff. de var. & extrà ordinar. cognit.*
187 Tùm, quod obſeruantia nec habet locum, vbicumq. illa contraria verbis fuerit contractus, ſiuè diſpoſitionis. Quia nimirum in his quæ apertè ex verbis habentur diſpoſitionis,
188 vel contractus, non eſt admittenda voluntatis quæſtio. vt *Paul.* loquitur *in l.ille, aut ille.*25. *in fin.ff.de leg.*3. ſequitur optimè *Aretin. conſil.* 115 *n.*2.*Rota part.*2.*diuer.dec* 37.*n.*27.*& dec.*39. *n.*11.*& in Toletana decimar. de Daymiel.* 14. *Decembris.*1618 *coram Cardin.Caualer. dec.*487.*n.*5. *Octauius Glorit d reſponſ.*12 *num* 8.*&* 81.*Rota in Burgen præheminent.*1 *Decembr.*1614. *coram Coccino Decano.dec.*162.*n.*4. *& dicta Romana electionis puella.coram Buratto. d n.*5. *& in Capuana penſionis.*6.*Martij* 1617.*coram Veroſpio.dec.*340.*n.*3. *tom* 2.*in poſthum.*

Quid igitur obſeruantia, hæc in negotio alternatiuæ egemus, cùm ſatis apertè ex Regni capitulis habeatur, & nos plenè in ſuperioribus toto noſtro diſcurſu oſtendimus; illam, inuiolabiliter ſeruandam, regnicolis datam, conceſſamque fuiſſe in vacationibus per exteros quomodolibet contingentibus? Vt nulla tergiuerſatione vti oporteat ad regnicolarum infringenda iura; quod aliter obſeruatum fuit. De facto vtique, non de iure. At inciuile factum Regem noſtrum coercere decet, vt diximus ex Vlpiano *in d.l.medicus* 3 *in fin.*
189 Cæterоquin vſurpatio magis, non obſeruantia dicetur. At illa nullum vnquam ius tribuit. Neque profectò conſuetudo induci po-
190 teſt per actus extorſiuos, qui in ſe peccatum continent, vt ſequitur *Curd.Tuſc.tom.*8.*lit.V. concluſ* 337.*n.*20.*&* 53.*Gratian.forenſ.part.*2.*cap.*
191 210.*n.*53. Diuturnitas verò temporum pec-
192 catum non minuit, ſed auget. Tantòq; ſunt grauiora crimina, quantò diutiùs infœlicem animam detinuerint. *cap.non debet.* 8. *§.fin.de conſanguin. & affinit. cap fin de conſuetud.cap.cum Eccleſia.*9. *vbi gloſ. in verb. infœlicem. de ſimon. cap.cum haberet.* 5. *in fin.de eo, qui duxit, quam polluit.per adulter.* Malè enim adinuenta (*Impe-*
193 *rator loquitur in auth. vt nulli iudic. liceat. §.* 1. „ *collat* 9.) mala; q. conſuetudines, neque ex longo „ tempore, neque ex longa conſuetudine confir- „ mantur. Nec valere conſuetudinem, *gloſ.* inquit *fin.in fin in cap.quibuſdam.*32. *de decim.* quæ abſq; mortali peccato ſeruari non valet, quantumcunq. longa. ſic *gloſ.* Neq. obſeruantia li-
194 citum facere poteſt, quod ex ſe eſt illicitum. vt *Ioſeph. Ludouic.* loquitur *in communib.concluſ. concluſ.*38 *col* 2. *in fin.vers declaru, quod dicta obſeruantia.fol.mihi.*84.
195 At ſatis apertè in ſuperioribus adſtruimus, peccatum, nec leue eſſe, quòd contrà iuſtitiam, tùm commutatiuam, tùm diſtributiuam peccatur, cùm defraudantur regnicolæ in alternatiua, quę eis, per exteros quomodolibet beneficia vacauerint, in remunerationem debetur, & conſtantiſsimæ fidei, & ob beneficia accepta. Atq; prætereà, quòd non leue ſit facinus, vt etiam demonſtrauimus, Principem ſupremum
196 à fide ſuis ſubiectis datam, deficere. Abſit autem hoc de tanto Rege noſtro, ſic potentiſſimo, glorioſiſsimo, ac Monarcha, abſq; graui

la-

sacrilegij nota, asserere. *ad text.in l.2.C.de crim. sacrileg. text.in l.sacrilegij.§. C.de diuers.rescript. gloss. 1.in cap. cum te.4 de etat. & qualit. Andr. Gayll.pract.obseruat.lib.1.obseruat.14.n.6.Perez de Lara de cappellan.& cappellanijs.libr.2.cap.4. num.3.*

197 Tùm præterea, quòd satis æquiuoca isthęc ipsa, quæ obtunditur obseruantia est. Neque enim semper, ita, vt nunc prætenditur (nec rectè nunc) seruatum fuit; sed seruata, aliàs (vti est) Regni originarijs alternatiua, etiam in vacationibus, quæ non per læthum; sed per trãslationem, vel dimissionem, accidere; vt satis euidenter certi casus adstruuntur, qui euenere. (vt ex prouisionibus ipsis iam factis patet) vt nihil proinde certi inferri valeat de obseruantia æquiuoca, non vniuoca, quinimò difformi. *Ripa in l.qui Romæ. §.duo fratres. n 49.ff.de verb. obligat. Ioseph Ludouic. in communib. conclus.conclus.38.in 3. ampliat. fol.mihi 84. Rota in Comen iur.patronat. 6.Martij.1595.coram Card.Mellino. dec.103.n.4.vbi etiam Centolin.addent.post 1.vol. cons.Farinac.& in Hispal.præheminentiarũ 22 Maij 1617.coram Andr.decis.494.nu.8.in fin.tom.2. in posthum.*

198 Tùm deinde, quòd, nec potuit, neq; etiam potest Sacra Regia Catholica Maiestas, aduersus concessiones, per antecessores Reges, Parẽtes suos gloriosissimos, Regni originarijs ob constantissimam fidem, & diuersorum officiorum acceptorũ remunerationem factas, quidquã moliri, cùm illæ in vim contractus transierint; vt firmas proinde esse eas oporteat. vt in simili pluribus relatis tuetur *Octauian.Glorit. d. cons 1.part.2.consider.8.n.72. & seq.& consid.10. n.86.& d.cons.12.n.83.*

199 Neq; hoc de tanto Rege nostro Inuictissimo præsumendum erit; velle vtiq; illum à promissis antecessorum suorum Gloriosissimæ memoriæ Regum deficere, cùm præsertim na-

200 turalis fuerit semper Gloriosissimis Principibus Austriacis, & connata liberalitas, ac munificentia in omnes, ac in eos potissimùm, qui fide constanti Sacræ Regiæ Coronæ fideles fuere, vt sunt, & proprio sanguine, & bonis, fortunisque regnicolæ. Et planè, si vt

201 *Cicero lib.1.offic.* loquitur: beneficentia, & liberalitate, nihil est naturæ hominis accommodatiùs. Quid ni magis hoc in supremo

202 Principe, cuius inter virtutes hoc vnum, (*vt idem Cicero in oratione pro Rege Deiotaro perpendit*) magnanimum esse, largum, beneficum, & liberalem satis euidenter agnoscitur. & supra nos quoque *numer.* 83. deduximus.

203 Perfecta autem liberalitas, vt *Ambros. inquit in libris Officiorum, relatus etiam canon. non satis.14. § item perfecta. 86.dist.* fide, causa, loco, tempore commendatur. Decet

204 verò Principem liberalitas, & vt ab omni prorsus auaritia alienus sit. secundum *Bald. in l.final. §. penultimo. C. de caducis tollend.* quem sequitur *Lancellott. Corradus in templo omn. iudic. libr. primo. cap. primo. de Imperatore. in verbo, liberalis debet esse. fol. mihi.62.* Vnde Iouius in vita Leonis X. Pontificis Maximi.

„ *Cæterùm* (inquit) *nulla re ardentiùs, & ef-*
„ *fusiùs, quàm ad liberalitatis gloriam anhela-*
„ *uit. Illos Principum nomine indignos existi-*
„ *mans, qui nequaquam benefica manu fortunæ*
„ *muneribus vterentur.* hæc ille. Et Romæ se-

205 quentia verba, marmori inscripta, lecta sunt: *Potentissima dos in Principe liberalitas.* Et sequitur *Homobonus de humana vita statibus. parte 2. capit.primo. sub numero tertio.fol. mihi.383.*

207 Ast ipsa sola nobilitas hanc sibi quodammodo legem imponit, vt debere se, quod spontè tribuat, existimet. Et nisi in beneficijs suis creuerit, nihil se præstitisse, putet. vt *Gregorius IX. A. Patritio Gallorum* loquitur. *capit. primo. de donationibus.*

208 Turpe est enim accipere semper, & nihil dare. *vt Glossa marginalis* loquitur *in dicto capit.primo. de donationibus.* Quin, iuxtà Domini nostri relata verba, ab Gentium Doctore Paulo. *Actor.20.36. Beatius est ma-*

209 *gis dare, quàm accipere. & canon. Prædicator.66.16. quæst. prima. & cap. cùm Martha.6. §.et eràm si formam. vbi gloss. de celebrat. missar. & gloss prima. dict. capit.1. de donat.* referens illud Martialis.

Dedecus est semper sumere, nilq; dare.

210 Accedit his quoque omnibus, ad magis, firmiùsque iura figendum regnicolarum, quòad alternatiuam ipsam, in sin-

211 gulis vacationibus per exteros quomodolibet contingentibus; quòd exteris ipsis nullum omninò ius est, quòad alteram alternatiuam ex vacatione per regnicolas contingente. Illa nempè arbitrio reseruata est Sacræ Regiæ Maiestatis, non verò exteris tributa; qui nusquam vocantur in

212 alternatiuæ reseruatione. Vt quod capitula ipsa Regni non dicunt, neque dicere eos oporteat. *ad textum in lege diffidentis. 5. C.de repudijs. l.si seruum. 70. §.Prætor ait. ibi. Non dixit Prætor. ff.de acquir.ead.hæreditate. l.item apud Labeonem. 15. §. ait Prætor. versic. hoc edictum. ff.de iniur.* Quinimò necessarium sit, vt etiam supra diximus, beneficia Regnorum tribui originarijs. Quam ob

213 causam, sicuti inclinare potest Sacræ Regiæ Maiestatis arbitrium ad exteros, vt eos ad vacantia nominet beneficia, siuè etiam Ecclesias; ità, ac multò magis ad regnicolas, quibus id iure omni debetur, tùm naturali, tùm canonico, tùm etiam capitulorum Regni, vt etiam diximus, perpendimusque in superioribus. *num. 146. & sequent. ac num. 153.* Tùm etiam ex peculiari sponsione per Sacram Maestatem factam, gratificandi eis, etiam in ijs vacationibus, quæ de Suæ Maiestatis sunt beneplacito.

214 Quid igitur est, quod velint exteri, vt filio rum

rum tollant panem, quod bonum non est, vt diximus, a'ternatiuam regnicolis debitam in solis vacationibus per mortem exterorum contingentibus, comprimere, restringere, ac detruncare. Quando illis etiam gratificatio in ijs vacationibus, quæ de Regis sunt beneplacito, in recognitionem, & constantissimæ fidei, & acceptorum, accipendorumq; officiorum desponsa est? ad *text. in auth. multò magis C. de sacrof. Eccles.*

215 Inanis ergo quæstio redditur, vtrum ne de vacationibus per obitum dumtaxat contingentibus, alternatiua Regni originarijs debita, quomodolibet per exteros beneficia vacauerint, exaudienda sit; quæ planè semper

216 contingit per quantulamcunq; morulam beneficia vacauerint; siuè per læthum, siuè per resignationem, siuè per translationem, vel permutationem. vt per *gloss. in Extrauag. suscepti. in princip. verb. vacantium. col. 2. vers. in quo ergo casu. ne sede vacant. inter communes. Felin. tract. quando litteræ Apostolicæ. col. 8. in 5. limit. in fin. vers. aliquando beneficium vacat.* siuè de facto, siuè de iure, siuè per obitum, siuè per alium vacet modum, vt per *Rotam apud Cardin. Canaler. dec. 502. nu. 3. & 4. & apud Cardin. Mantic. dec. 81. n. 3.* & diximus supra.

217 Quandoquidem siuè alternatiuæ standum sit, quæ regnicolis debetur; siuè Regis beneplacito insidendum in prouisio regnicolis debetur, ob gratificationem, quæ per Regiam Maiestatem est illis desponsa. Vel nempè asserendum, velle Sacram Regiam Maiestatem, alternatiuam, siuè desponsum beneplacitum, etiam in remunerationem seruitiorum, & constantis fidei recognitionem aliquam, ac grati animi Regalis significationem, deturbare, eisque auferre; Et cùm in contractu ista transiuerint, id efficere minimè poterit, nec tantam decet Maiestatem, vt in superioribus diximus, & adstruimus. Vel verò id instātibus exteris in illorum gra-

218 tiam efficere; & cùm nullum ius illis in hoc sit, repellendi vtique erunt, quòd sine actione experiantur. ex doctrina recepta *Bart. in l. vbi*

219 *pactum nu. 7. & 8. C. de transact. est text. in l. si pupilli. 6. §. videamus. ff. de negot. gest.* vbi sequentibus Iulianus rationem reddit. *Quoniam* (inquiens) *conueniendi eos iudicio, facultatem non habuerit, qui nullam actionem intendere potuit. Viuius dec. 41. num. 2. Io. de Imola consil. 136. in causa, quæ vertitur num. 7. Aymon. consil. 191. num. 1. Canalc. decis. 23. num. 23. part. 2. Rota in recent. part. 1. tom. 2. decis. 617. num. 1. in fin. & apud S. Memor. Gregor. XV. decis. 118. num. 6. & decis. 119 num 6 & in Cornetana bonorum. 1589. coram Comitulo. decis. 71. num. 1. post 1. volum. cons. Farinac.*

220 Nullum itaq. horum cum tutum sit. Neq; præsumendum erit de tanto nostro Rege; quod videlicet suos subiectos, sibi fide constanti & acceptis, accipiendisque officijs; tùm proprio sanguine, tùm bonis, fortunisq. gratos, suis iuribus eludere, atq. defraudare; possionibusque per antecessores Reges parentes suos Gloriosissimos factis, eludere; illasq; ludibrio datas ostendere velit. ad *text. in dict. l. cum in adoptiuis. 10. §. cùm enim tanta fragilitas. C. de adopt.* vt etiam in superioribus diximus. Facessant ergo oportet exterorum adinuentiones aduersus Regni originarios, quæ Sacræ Regiæ Coronæ notam inurunt, non magnificentiam ascribunt.

Atq. ita ex his, Censoris virga non recussa, emunctiorisq. naris iudicio nec reiecto, quin expetito magis, respondendum censui.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Neapolitanus Aduocatus. Sancti Officij Sāctiss. Inquisitionis in hoc Regno ordinarius Consultor. Sacræq. Regiæ Maiestatis Catholicæ Cappellanus Honorarius.

Hucvsque probari ab Illustriss. Dominis Regentibus in supremo Senatu apud Sacram Regiam Maiestatem, hæc nostra percepi. Verùm dum hæc prælo darentur à Sacra Catholica Maiestate, fuit pro regnicolis inclinatum iudicium, quinimò (quæ sua est benignitas, & munificentia) me omnium nouissimum ad Ecclesiam Iuuenacen (de qua præsertim litigium aderat; vnde per decennium, & amplius orbata Pastore fuit) præsentauit. Gratias ergo flexo poplite ad pedes tanti munificentissimi Monarchæ æternas ago. Sicuti etiam & Excellentissimo Domino, meo, ac Mecenati benignissimo Domino D. Emanueli de Fonseca, & Zunica Montis Regij Comiti, pro eadem Sacra Maiestate Prorege, & Locumtenenti, qui me, nec semel, nominauit, gratias immortales ago. Deumq; omnipotentem enixè rogo, vt tantum Regē semper tueatur, & regat, eumq. fælicissimum, ac denum Beatum reddat. Tantoq; Principi pro me ipse pro tantis beneficijs vices retribuat.

F I N I S.

Triadi Sacrosanctæ, Beatissimæq; Theothocos gloria laudis resonet in ore omnium.

RERVM VERBORVM,

OMNIVM QVAE HAC SECVNDA

RESPONSIONVM PARTE

CONTINENTVR, PLENA, ATQ. DILVCIDA SYNOPSIS.

INDEX.

Quod

I N D E X.

I N D E X.

Con-

I N D E X.

Con-

Cur-

INDEX.

Diuersa

Dos.

Neque

Grex.

In-

I N D E X.

Iure

Libertas.

Liber Parochi.

Ligna.

Linea

M

Magnum.

I N D E X.

Pec-

Thi-

Propè.

Ratio

Re-

Se-

Sum-

Textus.

Li-

d 4 Ver-

Vt

RERVM

RERVM, VERBORVMQVE OMNIVM, Quæ in Responsione de Alternatiua pro Regnicolis debita complectuntur, plena, atque dilucida indicatio.

A.

Accipere.

gis

Et

Ra-

Re.

FINIS.

IMPRIMATVR

Felix Tamburellus Vicarius Generalis Neapol.

D.Io.Dominicus Aulisius Doct. Theologus Collegialis Canonicus deput.

D.Ioseph Giannettasius Canonicus Deputatus.

NEAPOLI

Ex Typographia Roberti Molli,

Anno MDCXXXVII.